gnare cum Politicis vitæ Officiis, ſed in illis maxime exerceri: ſi quidem & primi parentes noſtri mox poſt acceptum Euangeliũ de ſemine muliebri caput ſerpentis contrituri, Adam quidem ad operandũ terram in ſudore vultus ſui: Aeua vero ad pariendos liberos in dolore, ex præcepto Dei ab Cherubin gladio pulſi abierunt: ita vt Philiſtęos hic prętextus excuſare nequeat, quin alicui generi vitæ addicantur, ſocietateſq; hominũ labore ſuo iuuent, a turbandis autem illis omnino abſtineant.

CAPITVLVM XX.

De Mendicis.

PRAEFATIO.

Hoſpitalia ſanctiſſimo conſilio ſunt inſtituta.

QVia nullus mortalium in eo fœlicitatis gradu conſtitit, quin ſi arbiter noſtræ vitæ velit, redigatur ad bacillum & manticã: ac ſit inops Irus, qui modo Crœſus erat: Idcirco nihil humanius, nihil vtilius, nihil denique ſanctius in Republ. conſtitui poterat, quã Xenodochia, Prochotrophia, Gerontotrophia, Noſotrophia, Orphanotrophia, ac Brephetrophia, & id genus alia loca pietatis ſunt inſtituta: in quæ quidem, velut ex pelago ſæuientis fortunæ in portum, peregrini, pauperes, ſenes, ægroti, orphani, & infantes expoſiti, pręterea que furioſi, dementes, leproſi, contagioſi, perpetuiſque morbis obnoxii, & ſi quæ ſunt aliæ miſerabiles in Republ. perſonæ reciperentur: neque enim ſacrificia, ſed miſericordiã vult Dominus: quã quia amici Iobo, diues aũt Lazaro non præſtiterũt, horrendo exemplo ſunt damnati: quin & Chriſtus Ieſus, qui etiamnum in perſonis verorum pauperum peregrinatur, alget, eſurit, ſitit, & tenetur captiuus, ipſe ſibi eſſe bene, vel male factum in die tremendi Iudicii recogniturus eſt. Quod quidem cum ita ſit, certe mirum videri debet, quod in noſtra gente (humanitatis alioqui nomine vbique cõmendata) inhumanitas ea eſſe cernitur, quoniã illud omne genus inopum ad certas domos, quarũ plurimę ſunt, non recipitur, vel ſaltem per Magiſtratus non cogitur: ſed partim vicatim & oſtiatim mendicãtes cernas, partim in fimo & luto vlceribus plenos, non raro etiam validos iacere, & clamoribus prætereuntes diſcruciare videas, & audias: cum & veris tantũ ac indigenis pauperibus illud beneficium maxime impendendũ erat., & curati, vel validi ad aliquod opus pœnis etiã erant adigendi: vtq; ex illorũ grege omni petenti dandũ eſt, ita peſſime facit, qui pietate ſua falſis pauperibus ad ignauiam primus occaſionem porrigit: vtilius enim eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus cõmunia vitæ Officia deſerat, quã eidem frangitur, vt ſeductus aliis oneri eſſe incipiat. Inferendi itaque eſſent in eã rem oculi Epiſcoporũ, & Magiſtratuũ, ac omnes veri & indigenæ pauperes in domos eſſent recipiendi, veſtiendi, paſcendi, potandi, & viſitandi: cõtra ſuppoſiticii & alienigenæ (niſi pro his cauſa iuſta ſubſit) pellendi, & operibus mancipandi: Caput aũt eius reformatiõis eſſet ſi Magiſtri Hoſpitalium & domeſticos ſæpe luſtrarent, ac diſtinguerent: & de vicis vere ægros ad Hoſpitalia cõpellerent, Planos aũt illos hominibus illudentes foras pellerent: Et ſi præterea hebdomadatim rationẽ eleemoſinæ facerent Parochis: tanta ſcilicet impietas eſt carnem deſpicere noſtrã in fratribus, vt pauperes neglexiſſe, ſit occidiſſe: illis etiã aliquid ſubtraxiſſe, ſacrilegii inſtar eſſe cenſeatur. Ne ergo ipſimet Magiſtri ac ſeniores Epulonẽ, vel Iudã imitentur caueãt: alter enim iſtorũ ob Lazarũ neglectũ poſt mortẽ ſepultus eſt in inferno, alter vero ob furta eleemoſinę, Chriſtumq; proditũ ſuſpẽſus crepuit medius.

Chriſto in perſona uerorum pauperum benefacimus, uel nõ.

Mendici ueri eſſent in hoſpitalia recipiẽdi, errones autem pellendi.

Magiſtrorum hoſpitalium Officia.

Mendici qua

Mẽdici qua ratiõe in Ciuitat. & Villis fouẽdi ac diſtinguendi ſint. Lex I.

Iohan. Albertus Petricouiæ 1 4 9 6.

Item cum uiderẽtur in hoc inclyto Regno noſtro mendicantes laici &
103 fœminæ in tanta multitudine eſſe, ut dari nõ poſſit Regnum, Iudicio eorũ qui multas orbis partes peragrarũt, frequentiã continens mendicantiũ tantã: inter quos plures cõſtat laicos & fœminas bonarũ uiriũ eſſe, poſſeq; cõpetenter manuũ labore uictũ quęrere, dummodo illos & illas lex ſuper id ſtringeret, nõ uoluntas, per quã, ſeu ut uerius loquamur, deſidiam quandã, ut primũ in eis barbæ a mento dependẽt, & cani uiderẽtur pili, poſtpoſitis domiciliȷs in eleemoſinarũ ſuffragȷs, ac impetratiõibus reſiduũ uitæ ponunt, ſcandala nonnunquã cõmittentes, nõnunquã uero ubi prece nõ impetrant dolis obtinẽt. ¶ Quapropter inſtar legũ optimarũ municipaliũ in plæriſq; Chriſtianis dominȷs ſanctitarũ, Statuimus, ut in Ciuitatibus, Oppidis, & Villis Regni noſtri, non plures mendici habeãtur, quã quot cõmunitates, & Domini locorũ decernãt habendos: quibus in locis Ciuitatibus & Oppidis Cõſulatus pro tẽpore exiſtens, in Villis uero Plebani, ſub quorũ Parochȷs Villę conſiſtunt, & locorũ Domini ſigna imponãt: ſub illis ad deſignandũ numerum eorum quos habẽdos duxerint mendicaturos.

In Ciuitatibus & villis ſub certo numero mendici habendi ſub ſigno Plebanorũ aut Conſulum mendicaturi, de eodẽ fol. 119

¶ Qui uero abſq; ſignis reperientur, decernimus ad ſeruitia capiẽdos, aut in manus Capitaneorũ noſtrorũ tradendos, a quibus illos pro laboribus Caſtrorũ noſtrorũ Turcis & Tartaris cõmetaneorũ, foſſatarumq; ſucceſſiue recepturi ſumus. ¶ Poterint tamẽ & ualeant Dñi locorum, his quos emeritos, ac ad nulla Iuris Officia ualentes cognouerint, ſuas ad peregrinandũ teſtimonial. literas cõcedere: ſub quarũ emunitate etiã ſigna nõ habẽtes admitti debeãt, ubicq; eleemoſinas petituri.

Abſq; ſignis mẽdicantes captiuentur ad labores caſtrorũ, huius mentio libr. 6. capit. 1. de re Militari.

Domini locorũ mendicaturis literas dabũt, de quo etiam lib. 3. capitul. 1. articul. 6. fit mentio.

CAPITVLVM XXI.

De Iudæis.

PRAEFATIO.

TAmetſi vniuerſæ creaturæ de ſumma Dei prouidentia teſtificẽtur abunde, Iudaicus tamẽ populus ſingularem curã illius de genere humano declarat: Namque ſummæ beneuolentiæ, ac furoris ſui argumẽta, in hac fere vna gente Dominus edidit, & omnibus gentibus ſęculorũ omnium fecit teſtata. Si quidẽ de Iudæis dicit Eſai. 5. Vinea Domini exercituũ domus Iſrael eſt, & vir Iehuda plantatio delectationũ eius: teſteturque alibi Dñs per Prophetas ſollicitudinem ſuam de illa, inquiens, etiã ſi mater obliuiſcatur infantis ſui, aut virgo ornamentorum ſuorum, aut ſponſus ſponſæ ſuæ: ſe tamen non obliturũ eſſe Iſraelis: Sed quid ergo eſt, quod hæc Vinea tantopere ſit deſolata, iſtique filii, ac etiam ſponſæ, ſint nũc

In Iudaico populo ſingularis Dei prouidentia apparet.

Cauſæ beneuolentiæ Dei erga Iudæos ac iræ.

S T A T V T V M

T F I D I

1 6 4 6

B R I L V S S I I

XVII. 25

Przyłuski. 1553

SIGISMUNDUS

AVGVSTVS Dei gratia Rex Pol. Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Pomeraniæ, Samogitiæ, ac Maſoviæ, &c. dn̄s & hæres. VNIVERSIS & ſingulis, Reverendiſſimis, Magnificis, Generoſis, & Nobilibus, ac Famatis: ſtatus utriuſq; Spiritualis & Secularis, Conſiliariis, ſubditiſq; Noſtris ſincere ac fideliter dilectis. Gratiam noſtrā Regiā. Reverendiſſimi, Magnifici, Generoſi, Nobiles, ac Famati ſincere & fideliter dilecti, Significamus. Quia cupientes ut diverſitas Statutorum Regni Noſtri iam tandem conciliaretur, Quod quidem & Nuncii Terrarum in Comitiis proximè tranſactis à Nobis petierūt, permiſimus & præſentibus permittimus Nobili Jacobo Przyłuſki illa excudere atq; evulgare, ea methodo, cujus prototypon titulis tenus deliniatum ante biennium evulgarat. Et quia tam varium atq; Reipub. opus neceſſariū eget, ut lōgo tempore Iudiciis ac cenſura Syn. ac F. veſtrarum examinēt & approbetur: Hortamur ut interea dum abſumus à Regno de illo cognoſcant, Iudiciaq; ſua & ſententias ad Comitia Regni proxima conferant: Interim aūt edicimus, ne illo quiſq̄ in Judiciis publicis utatur, aut ſententiæ ſtet, priuſq̄ calculo noſtro, nec non Sin. ac F. V. collatis ſententiis in ipſis Comitiis futuris iterū publice examinetur atq; approbetur. Harum teſtimonio Literarū, quibus Sigillum Noſtrum eſt appreſſum. Datum Cracoviæ Dominica Sacratiſſimæ Trinitatis. Anno Domini MDLI. Regni verò Noſtri vigeſimo ſecundo.

Iohānes Oczyeſki R. P. Vicecancell. manu propria Signif.

LICENTIAM.

Licentia Legibus ſiſtatur, nō vi: Rex aūt Philoſophus ſit.

Licentia populi Tyrannide peior.

Vis in Repub. Legibus cōſtituta abſit.

Legū natura quæ?

Reſpub. quid ſit?

Plato in Dialogo 5. de iuſto præcipit ut Philoſophi Rebuſpublicis dominentur.

Qui ſit Philoſophus?

Politicus

Niſi & pie & prudenter & juſte nobis imperetur, fœlices eſſe non poſſumus.

Fronto. Conſul Romanus Nerua imperante dixiſſe fertur. Malum eſt ſi is imperet ſub quo nemini quitq̄ cōceſſum eſt, ſed longe pejus ſub eo vivere, ſub quo maxime liceant omnia. Cum aūt ſingulis peccatis ſingulæ pœnæ ſint poſitæ, omnino in REP, bene cōſtituta VIS ABSIT. Nihil enim eſt (inqt Cicero) exitioſius Rebusp. nihil tam contrariū Iuri, & Legibus, nihil minus Civile eſt & humanum, quam compoſita & conſtituta Rep. quitq̄ agi per vim. Fundamentū enī libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & conſilium, ac ſententia Civitatis poſita eſt in Legibus: Cum aūt RESP. eſt omnium ſine ulla proprietate alicujus cōmunis utilitas. Ei niſi Philoſophi dominent̄, vel hi qui nunc Reges potenteſq; dicuntur, legitime, ſufficienterq; philoſophent̄, in idemq; Civilis potentia & philoſophia concurrāt: neq; (qd' nunc fit) a diverſis duo hæc tractent̄ ingeniis: nō erit Reip. vel hominū generi requies ulla malorum. Porro hominem ad quālibet doctrinā deguſtandā proponſiorē, ad diſcendūq; promptiſſimum, & inexplebiliter inhiantem merito PHIloſophū nūcupabimus. Nam q̄ pacto Civitas, vel etiā qlibet homo poterit eſſe fœlix, niſi vel ipſemet prudens, pius, ac juſtus ſit, vel ſaltem hujuſmōi virtutibus præditi Principes ei imperitēt? Leges etiā ille facile trāsgrediet̄ optimas, q nullis præceptis ſapiētiæ ab ineūte ætate fuerit aſſuefactus.

Przyłuski

LEGES SEV STATVTA AC PRIVILEGIA REGNI POLONIÆ OMNIA

Hactenus magna ex parte vaga, confuſa, & ſibi pugnãtia: iam autem in gratiam D. SIGISMUNDI AUGUSTI REGIS POLONIÆ & in uſum Reipublicæ

Ab JACOBO PRILVSIO

Caſtreñ. PRÆmisſieñ. & tũ Terreſtri CRAcovieñ NOtario ac Ædili collecta, digeſta, & conciliata.

Ita ut una LEX ſit de VNO quovis negocio: indeq; noſtræ, immo vero optimę Reipub. forma omnibus ſui partibus deſcripta appareat.

HIS omnibus etiã PRæfatiões, & COMMentaria ex Regũ DECretis, CONſvetudinibus Regni, variiſq; SCRiptoribus, ac LEGislatorib. cõſlata: NON tamen LEGum, ſed apud gratos Lectores vim tantum CONſiliorũ habitura, opportunis locis acceſſerunt.

QUÆ QUIDEM STATVTA DIVIDVNTVR IN LIBROS SEX.

Quia enim omne Jus pertinet ad	PERſonas	Publicas Medias Privatas	eſt ergo	PRIMVS Liber de REge nec non SPiritualibus & Sęcularibus CONSIliariis, OFficialib. ſeu Magiſtratibus Regni. Itẽ de Militibus, Item de MERcatorib. OPificibus & Agricolis. Item de SERuis, VAgis, & MENdicis. Item de JVDæis, & PAGAnis.	22.
	RES	Publicas		SEcundus de Reb. Fiſci Regii.	9.
		Privatas	eſt ergo	TERTIVS de Rebus Spiritualium & Sæcularium.	14
		Judiciales		QVARTVS de Actionibus Terreſtris Judicii.	27.
	ACTiones	Fœderum	eſt ergo	QVINTVS de Ducatibus Regno unitis, fœderatis, & externis, Item de PAce & obedientia, ac de LEGATionibus.	15.
		BELli		SEXTVS de Re Militari.	5.

capitulis abſolvunt.

BIBLIOTEKA HORYNIECKA

Hinc placido Imperio per tot iam floruit annos,
Numine propicij LACHIA noſtra Dei.
Et REGES habuit PATrum quoqꝫ nomine dignos,
Nomine & hoc ſi quod blandius eſſe poteſt.
Teqꝫ adeo inſignis pietate & fortibus armis
SISMVNDE, æterno carmine digne cani.
Qui licet omnigena ratione hæc regna beaſti,
Non aliunde tamen laus tua maior erit:
Quam quod ſucceſsit TALIS TIBI FILIVS, orbe
Quo nihil in toto mitius eſſe poteſt.
Hic merito niueas aquilas inſignia geſtat
Regia, candidius nam niue pectus habet.
Cœleſti haud dubie perfuſum flamine pectus
Naturæ, hoc bonitas, raraqꝫ dona notant.
Dij faciant, rubri clypei, quibus inſidet ales
Hæc niuea, & nobis omina læta facit.
Vt melius rubeant hoſtili ſangnine tincti,
Auſpicijs fuſo Rex generoſe tuis.

In eandem Aquilam Regium inſigne IACObus PRIluſtus.

Vnguibus arripiens hoſtem, roſtroqꝫ minaci,
Iſta Iouis uolucris pectore ſternit humi.
At rurſum innocuas paſcit ſine cæde uolucres,
Quæ ſeſe obſeruant officijsqꝫ colunt.
Regibus eſt auium Rex nobile ſtemma Polonis,
Illius ut mores ingeniumqꝫ ferunt.
Nam belli atqꝫ togæ ſimili ratione gubernant
Tempora, & his rebus conueniente modo.
Hoſtis enim Regnum quoties inuadit eorum;
Hunc toties armis conficiuntqꝫ nece.
Agmina cum Geticis turmis tot fuſa Scytarum,
Hoc, Valachi, Moſci, Pruſsia uicta, docent.
At ſibi ſubiectos in libertate tuentur:
Quiſqꝫ pater patriæ dicitur inde ſuæ.
BELLO ac PACE igitur tali ut te AVGVSTE fruamur:
STEMmate communi Iuppiter ecce docet.

SERENIS-



De Aquila Regia Carmē Andreæ Triceſij Equitis Poloni.

Candentes Aquilas dat genti inſigne Polonæ
Ille, a quo primum LACHIA dicta fuit.
Quod Iouis hæc eſſet uolucris, qui more uetuſto
Rex hominum atqꝫ Deum dicitur eſſe pater.
Summi ergo Regis uolucrem Regesqꝫ Ducesqꝫ
Vt ferrent, ſtatuit, nobile ſtemma ſui.
At cur candentes: color hic quia mitibus aptus;
Fortunæqꝫ omen proſperioris habet.
Submouit per mite feros inſigne Tyrannos,
Fataqꝫ præſaga mente benigna dedit.

a 2 Hinc

homo nullus homo eſt putandus: quod nemini omnia Deus & natura ita conceſſerunt; quin alterius egeat præſidio: Idcirco ne tuam M. in officio regendi noſtro malo labi & errare contingat, tantæ potentiæ ac functionis tuæ varios Collegas & adminiſtros e corpore tuorum Ciuium habes tibi adiunctos. Quos quidem vetuſtas partim Senatores ab ætate, partim Conſiliarios a conſulendo, ſimulqꝫ patres ab omnium cuſtodia, & Magiſtratus a facultate præcipiendi appellauit, vt videlicet ita & gratioſius & ſtabilius & efficacius tuum ſit in omnes Ciues Imperium. Quæ tamen veſtra poteſtas ne ſine iuſtis viribus intus & foris leuis eſſe videretur: Milites quoqꝫ in Repub. tua ad omnem caſum ſunt inſtituti. Quibus etiã vna tecum vt degendæ vitæ neceſſaria ſuppeditentur, glebæ colendæ adſcriptos, rebusqꝫ faciundis addictos, necnon adferendis vel efferendis mercimoniis homines poſsides diſtributos. Itaqꝫ Sereniſsime REX eo conſilio habes inſtitutos in Republica tua tam multiplices Spirituali͂u & Politicorum functionum adminiſtros, tot milites contra vim præſto tuis iuſsis parent, tanta etiam turba faciendo quæſtui tibi eſt ſubiecta. de te autem omniũ noſtrum Principe & chorago, id qđ Poeta de Didone & eius Carthaginenſibus ſcripſit, ſentire, ac dicere debemus.

Conſiliarij quo ſenſu Regi ſint circumpoſiti.

Milites.

Coloni.

Opifices.

Mercatores.

Generale ac ſummũ Regis officium.

Iura dabat Legesqꝫ uiris, operumqꝫ labores
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte legebat:

quo hoc ipſum Reipub. corpus in varios ſtatus ac officia diſtributum, ſaluum maneat perpetuo. Et fuit quidem longum tempus Sereniſsime REX, quo Regum arbitriis populus quo ad diuina & humana gubernabatur: ita vt quicquid Regibus placuerat Legis habuerit vigorem. hoc enim fortaſsis tum vtile fuit, ſiue quod rudis populus ſequi quam præire, parere etiam quam imperare fuit paratior: ſiue quod Reges non niſi pia & iuſta imperitabant, vt nihil a contrariis formidari fuerit neceſſe. Verum poſteaquã naturales notiones ac etiam Dei præcepta a Regibus violari, æqui etiam & iniqui diſcrimẽ nullum fieri cœpit: atqꝫ ſic multæ gentes pro Regibus Tyrannos ſunt expertæ, quarum vtiqꝫ exempla prudentibus nota ſunt. Leges Ciuiles condi cœperunt, quæ quidem poteſtatem imperandi Regibus dederũt, certã aũt neceſsitatem parendi Ciuibus impoſuerũt. Ita vt & Reges ſciant quid alicui iuberent, & Ciues intelligerent quid ſe facere oporteat. ne ii contra factum fuiſſet, & Reges vim Ciuibus inferrent; & Regibus vel etiam potentioribus Ciues miſere ſeruirent. atqꝫ ita Regia poteſtas ad ſalutem Reipub. tuendam introducta, populo calamitoſa eſſe inciperet. Is vero metus inde maxime creditur eſſe ſubortus. Quod audaciſsimi quiqꝫ in Regum conſuetudinem frequenter ſeſe ingerant, eosqꝫ huc vel illuc omni arte impellant, modo ſuæ ſuorũqꝫ ſatisfaciant cupiditati. Quos quidem illi Principes minime omnium cauent, qui optimo ac generoſiſs. ſunt prędíti ingenio, ꝗppe qđ nihil aſtutię in hominũ ingeniis ineſſe ſuſpicanẽ, ſed omnes ſumma fide ſecũ agere credunt. Vnde Græci huiusmõi palpões kolakes, coruos aũt korakes merito appellitãt. vt ſ. tã ꝓpinqua animalia vna tantũ litera ab ſeſe differre ſignificẽt, et alteros mortuorũ alteros viuorũ oculos ſolere petere admoneãt. Indeqꝫ fit, vt cũ huiusmõi Pricipes aures oculosqꝫ obſeſſos habuerit, nõ perĩde patrũ ſanis cõſiliis acqeſcãt. ſed oĩa ex libidĩe nõ ęqtatis pręſcripto agãt, & quantũ poſsũt nõ quantũ licet audeãt. Quorũ etiã cupiditatib. niſi frena Legũ iniiciant: facile vt Actęõ a canibus diſcerptus, Salomõ a mulierib. demẽtatus, Roboã aũt cõſiliis iuuenũ ſeductus interirent: vel ſaltẽ Remp. ſuã ingẽti adficerẽt calamitate. ETSI aũt SIG. AVG. Rex & per te acute ſenſus hoĩm calles, & vſu lectiõis plura diſcis, & a tot Senatorib. tanq̃ patribus Reip. iuratis libenẽ audis, qđ in rebus agẽdis te ſequi vel vitare oporteat: pręterea poſt tot et tãtos tuos maiores naturale & plane hęreditariũ tibi ſit BENE REGnare: tantũ abeſt, vt metuamus, ne vel decipiare inſidiis alicuius quęſtuarii, vel ad clauũ Reip. conſidens ventorũ pelagiqꝫ ſecurus obdormias: vel in deteriorẽ partẽ applicãs animũ ęgrotũ nos tecũ, qđ abſit, mulctes ĩfortunio: Nihilominus cũ & ipſe gregarius tuus Ciuis ſim, & fidẽ ac officiũ tibi fueri ꝓfeſſus. & te tãta animi bonitate prędıtũ eſſe cõfiteamur omnes, vt ad colendũ te extimulemur certatĩ: Inſuper cũ ſciã te patriis Legibus hũc honorẽ habere, vt nõ alia oracula ac præcepta apud te ſanctiora ſint, quã ipſę Leges patrię, ac Statuta Reg: eas ipſas inq̃ Leges ac Statuta tui Reg. ꝓ ſumma mea in tuã M. obſeruãtia, amore aũt Reip. magno, tuę M. mitto, do, cõ

Quo conſilio in Rebuspub. etiam iura ciuilia cõdita ſint.

Sæpe Regum aures ab adulatoribus obſidentur.

Sigiſmundo Auguſto Leges Regni ſui offert Iacobus.

SERENISSIMO AC POTENTISS.

PRINCIPI

D. D. SIGISMVN. AVGVSTO DEI GRATIA REGI POLONORVM MAGNO DVCI LITHVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, POMERANIAE, SAMOGITIAE, AC MAZOVIAE ETc.

DOMINO AC HAEREDI.

IACOBVS PRILVSIVS.

CVM ita diuinitus comparatũ ſit, SIG. AVGVSTE ut te Regem nobis datum habeamus, nos vero qui Reipub. Polonæ ſinu continemur, omnes tibi ſimus ſubiecti: merito omnia omnium noſtrum ſtudia atq; curæ ad adiuuandum te in tam magna, difficili, ac ſalutifera functione debent conuerti. hoc enim vt pro ſe quisq; præſtet alacriter, non ſolum charitas a nobis exigit, qua alter alterius onera ferre obligamur: Verumenimuero eo nos & ſingularis quædã erga te, tuæq; M. genus, obſeruantia: item fortunarum, libertatis, dignitatis, vitæ, ac etiam ſalutis propriæ reſpectus impellunt. Si enim ingrati videri nolimus, tuum genus Regium iam inde ab IAGELLONE proauo tuo tantarum rerum in Polonia autore, ad te vsque per tot AVOS, tot PATRVOS, ac tuum, nec minus PATRIAE PATRem SIGISMundum deductum: omni ratione colemus, ac etiam obſeruabimus: in te etiam tantas dotes magno & excellenti Rege dignas venerabimur. Porro quia TV VNVS priuati oblitus Rempublicã noſtram geras: neq; vnam quandam partem, verum eius omnes partes cures: hoc autem quid aliud eſt? niſi quod vitam omnium noſtrum conſeruas, libertatem præſtas, facultates tueris, dignitatem ſuſtines, religionem etiam ſanctam ad æternitatem quandam gubernas, & cuſtodis: Ille mihi homo non ſolum inhumanus ac ſtupidus, verum etiam fera quædam vel potius caudex eſſe videretur, qui nihil operæ, nihil ſtudii, nihil etiam cogitationum ad conſtabilienda ſuæ Reipub. tot commoda afferat, ſi poſſet: ſed quocumq; tandem vna ſecum reciderent, ſecurus in vtramq; aurem dormiat. Cum vtique non ſolum nautæ laboranti nauclero, verum etiam animalia cicura periclitanti ſuo domino opitulentur. Sic generoſi equi calce ac pectore contra hoſtem pro ſeſſore pugnant, Canes autem latratu ac dentibus pro dormientibus etiam ſuis dominis contra nocturnos fures præliantur, Sed & alia animantia acie etiam inſtructa tam pro ſe quam pro paſtoribus contra lupos agminatim dimicant, omnibusq; modis ſatagunt, vt ſeſe duntaxat a vi præſenti defendant, & tueantur. Cum autem homines de genere cicurum animalium ſimus, ſineq; ſocietate viuere nequeamus, omnino citius quam ipſæ etiam feræ de communibus noſtris bonis quæ enumeraui excideremus ſinguli, ſi te vno Rege illorum ſapiente autore, fideli patrono, vigili cuſtode, iuſto Iudice, ac forti etiam vindice careremus: aut ſaltem vteremur imbecilli, vel etiam quod abſit violentum pateremur Tyrannum. QVAMq̃ vero SERENISSIme REX tot bona noſtra in te vno nobis collocata ſint, tuaq; virtute omnia Reipublicæ contineri commoda fateamur candide, Nihilominus e contrario vnus

Omnia omnium Ciuium ſtudia ad iuuandum Regem cõferri oportet.

Genus Iagellonis optime de Rep. Polona meritum.

Rex cũ Ciuibus mutua ſibi ipſis debent officia.

gebantur: neq; ſecus in moribus atq; vſu hominū fiebant. vt ſi etiā tercius Cato e
cœlo cecidiſſet, ſentenciā tamē Legum abſq; rabularū magiſterio vix repente cō=
prehendiſſet. Vaga, cōfuſa, permixta, ſibiq; pugnātia omnia, atq; oli reſpōſa Apol=
linis, cōſultantibus adferebant. eaq; de cauſa oblitus fere meæ hebetudinis, meæ
conditiōis, ingratitudinis, ac etiā irarum, necnō pœnarū ſecurus ad ea colligenda,
digerēda, & cōciliāda: morboſq; ſimul in religiōe indicandos ſum ꝓgreſſus. in q̄=
rum vtroq; magna ingenia publice, mea q̄dem opiniōe fruſtra, hactenus deſuda=
runt. Cum aūt benignitas q̊q; tuæ M. nullo nō æuo memorabilis ad eam rem mi=
hi animos ſuppeditauit, tum cōſcientia boña, itemq; inſignium Philoſophorū exē
plum, q humili loco itidem orti Reges docuerunt, vt Plato, Ariſtoteles, Iſocrates,
& alii: vel Leges cōdiderunt, vt Solon: q teſte Ariſtotele ex mediocribus fuit. &
Lycurgus (qui nō erat Rex) & Charondas, & alii. Sed & Prophetæ, & Apoſtoli
mihi in hoc cōſilio quaſi facē prętulerunt: q cum eſſent paſtores & piſcatores, nu=
mine cœleſti afflati ꝓ Dei pręcepto cōtra omnē humanā vim cōſtiterunt. Omni=
um aūt maxime Reipub. dedecus inſigne, atq; iactura hominū grandis me operi
accinxit. & vt oli Eſculapius Hippolitum in fruſta diſcerptum cōpactis mēbris vi=
tæ reſtituiſſe narrat, Ita q̊q; diſperſa fruſtulatim Statuta in certos Libros, certaq;
Librorū Capita & Articulos, methodico glutino, quaſi corpus neruis, in vſum Re=
ipub. noſtræ me redigere coegit. Si ergo LEX, pro eo ac DEI donum eſſe
credit, eſt iuſti atq; iniuſti regula, diuinarūq; & humanarū rerum moderatio, pri=
mo in cōſcientia hominis poſita, poſtremo aūt in mores populi & tabulas publicas
relata, vt eius Maieſtati tanq̄ ſponſiōi ſeu fideiuſſiōi publicę omnes ad ſalutē Re=
ipub. pareant, & obſequant: tanto precioſior apud tuam M. eſſe debet, quanto iā
ab omni cōtrarietate eſt liberior. quin de VNO quoq; negocio iam VNAM fere
ſentenciā dubitantibus offert. Si autē tunc Deus Reip. imperare putat, cum Le=
ges ei præſunt: cōtra bellua dicit eſſe Reip. præpoſita, ſi vi fractis Legum repagu=
lis homo vnus dominet omniū: omnino PRINceps id in ſe admittere caueat, qd'
IVre, LEGibus & AEQVitate, atq; etiā DECoro qd' in natura hominū eſt, cō=
probari nō poſſet: neq; ſatis reſpōdeat. Tunc eni fœlix ac beata Reſpub. eſſe cen=
ſet, ſi ei talis Rex pręſideat, q omnes libidines ad regulā æqui boni in Legibus po
ſiti moderet, & coerceat. Contra Reſp. calamitoſa eſt, in qua Princeps arbitratu
ſuo cuncta facit, nullas Leges ſibi datas putat, ſed temeritate in cōſilium adhibita,
qua iuuat præceps fertur. & vt ſimilitudine qualicūq; Prīcipis officium hoc dico.
Quia qd' Deus eſt creaturis, mens affectibus, nauclerus nautis, auriga equis, paſtor
gregi ſuo, aut etiā Oeconomus familiæ: hoc bonus Rex Reip. eſſe putet. Omnes
eni ii, licet diuerſum ſpecie, vnum tamē q̊dam modo genere dominiū exercent in
ſubditos. Namq; & ſuorū conſeruatiōi, & rectis actionibus, atq; adeo perpetuitati
cuidā ſtudent, ab omni aūt ſpecie dominatiōis violentæ abſtinent. Certe is q Ar=
chitectonicā artem Regem exercere dixit, ſapient mea certe q̄dem ſentencia, of=
ficium Regis expreſſit. cum eni FABer nihil fere ipſemet manibus laboret, atta=
men & FORMam domus primo omniū animo cōcipit. & MATeriā operi inſti=
tuto parat, & SOCiis operas diſtribuit, & quā AD omnes COMMOditates do=
mus illa opportuna futura ſit, animo longe prius præuidet: caueatq; inprimis aliqd
in ſe admittere, cuius mox ſe pœnitere incipiat. Ita & in Rep. REX cum nulli
arti ex ꝓfeſſo ſit addictus, prius tamē omniū mente Reipu. IDEAM cōcipit. q̊ad
fieri poteſt perfectiſſimā: ad cuius ædificium ne qd deſit, CIVes velut materiam
iam inde a teneris vnguiculis in omnibus omnium virtutū actiōibus inſtituit, atq;
præformat. quo cum ætas feret, & vſus Reip. poſtulauerit, habeat, quibus ſingula
OFFIcia gerendæ Reip. q̄ late illa patent & porrigunt, mandet, & aſſignet: quo
hæc ipſa domus Reipub. quo ad DEVM pie, q̊ ad ipſoſmet CIVes iuſte, quo ad
EXTernos humane, q̊ ad HOſtes fortit, ſemper aūt & vbiq; ſapient & inculpate
ſeſe gerat, neq; in vlla parte humani officii claudicet. & reprehenſionē iuſtā incur
rat: ac mereat. HANC ARChitectonicā tui maiores REX AVGVSTE fœ=
liciter adhuc exercuerūt, ita eni hāc Remp. geſſerunt, vt eis fere ipſis noſtra Reſp.
ſummā ſuæ ſapientię, libertatis, dignitatis, atq; etiā vitæ debere videat. & religiōe
enim illā ſanctificarūt, & literis excoluerūt, & a ſeruitute vindicarunt. & cū ſum=

mis genti=

Si Lex & Dei donū eſt, & liberata omni contrarietate extat, Rex ab eius ſenten=cia ne recedat.

Quando Reſpub. be=ata eſt uel calamitoſa

Rex quibus præſidi=bus comparatur.

Rex architecto con=fertur.

Quæ architectonica, ſeu quod ſtudium Re=gis in Republica eſ=ſe debeat?

Officia Regis quæ, quanta, & in quem finem?

Sig. Auguſti maiores architectonicā in Re=pub. fœliciter exer=cuerunt.

ſecro. Illas inquã Leges, quarũ tui maiores fuere cõditores, quibus etiã Remp. ad tua vſq; tempora fœlicit̃ cõſeruarunt. ET QVamq̃ ea prudentia atq; ęquitate factæ ſint, vt Ciues tui hactenus in illis cõquieſcant, nulloq; illarũ onere premi ſeſe quiritent̃, qđ magna deliberandi libertate, ipſiſq; autoribus cõditæ ſint: Nihilominus ordinem in quẽ eas redegimus illis defuiſſe cõfiteamur oportet. quippe qđ a ducentis fere annis, vt qdq; cuiq; in mentẽ venerat, aut q̊ vis populi, aut neceſsitas præſens impulerat, lege definiebat̃: donec eo ventum ſit, vt decem, viginti, ac etiã triginta Leges parti ſimiles parti diſsimiles ſui ſuper vna & eadẽ re accumulatæ fuiſſent. Ac ꝓinde cum tam publice q̃ priuati cõſulebant̃, Deus bone quot opiniões ſuppeditabãt? quibus labyrintis occaſiões prębebãt? quot, & quãti Cauſidici cõducebant̃ qui eas cõcilliarent? vel potius reiecta Legum pugnãtia cõſuetudinẽ fori dicerent: gratis enĩ iſtorũ oracula audire nõ licebat, niſi forte caſus, vel neceſsitas, vel potius ſtolidos clientes obiurgandi licentia vnum atq; alterum prudens verbulũ extorſiſſet. Cui qdem publicæ calamitati, cum multi multis modis mederi vellent, nec ſatis poſſent: cenſura etiã illa Legum vulgo CORrectura appellata, a tuo Diuo parente facta publico calculo eſt repudiata. poſtremo in gratiã tuæ M. totiuſq; Reip. vtilitatẽ, pręſerti qđ LEGati Terrarũ, vt id fieret, publice in Comitiis tranſactis petierunt: ipſe q̊q; hanc digerendarũ, & meo ſumptu excudendarũ Legum Prouinciã mihi vltro deſumpſi. Quocirca inprimis OFFICIA omniũ Reip. PERSOnarum, PRImo Libro deſcripſi, atq; a tua Regia M. incipiens, omnibus Reip. Ordinibus aſsignaui: vt ſcilicet in Repub. nemo ſit qui ſuum officiũ nõ habeat deſcriptũ, in eoue exceſſu vel deffectu peccet: quin agat, qđ ſua intereſt: vt illa harmonia Reip. quæ ex ſummis Magiſtratibus, & plebe ſubdita, mediiſq; Ordinibus cõſtat, reſultet: & vere nos homines ad humanitatem factos teſtet̃. SECundo aũt LIBro egi de rebus FISCI. Cum enĩ FIScus ſit Regni ac etiã Regis patrimoniũ, cuius opes ad ſalutẽ dignitatẽq; Regni debent refundi: Eius cura primaria fere eſſe debet: ne qd inopia in Rempub. peccetur. Hunc Librum ſequit̃ TERCius de REBus ſeu fundis Municipũ, deq; omnibus ſucceſsiõib. cõtractibus, ac iniuriis, & criminibus eorũ nomine q̊cumq; modo cõmiſsis. Dehinc QVARto Libro de ACTIonibus Terreſtris Iudicii, q̃ longe lateq; per omnes gradus Actionũ patent, agimus. vt ſcilicet ſit expoſitus modus, qua iniuriæ PERſonales, ac REAles, ſine tanta anxietate Iudicum, perplexitate aũt litigantiũ expediant̃. Cum vero hac ratiõe omnis Reip. ratio interior ſit ſuis partibus deſcripta, res ipſa poſtulauit, vt de SOCIIS Reip. noſtrę hoc vel illo Iure cõiunctis, item de FOEDeratis, ac EXTernis, necnõ de OBEdiẽtia & PAce: tum de LEGatiõibus publicis agemus. SEXto aũt & poſtremo Libro rei militaris rationẽ & diſciplinã ſumus cõplexi. Ne Reſpub. noſtra fruſtra videat̃ eſſe domi bene cõſtituta, ſi diſciplina militaris nõ ſit, quæ illam ab ingruentibus hoſtibus tuerentur, a conuerſiõeq; defenderet. ita apte & venuſte omnes Regni Ordines Legibus diſpoſiti ſibi cohærent: & rurſus ab ſeſe ſeiunguntur.

Ordinis methodici ratio huic operi debet̃

ſtatuta cõciliare ſemper fuit litigantibus negocioſum.

Primi libri ſumma.

ſumma ſecundi libri.

ſumma Tercij libri.

ſumma Quarti libri.

Quinti libri ſumma.

Sexti libri ſumma quæ?

Et graue qdem atq; etiã ſuperbum videri poteſt, Sereniſs. REX, me priuatum, nõ ſolum de priuatorũ, qđ qdem vix forſan ferri poterat: Verum etiã de tuæ M. ac omnium Magiſtratuũ officio ſcribere: tum Iura Rerum, & Actionũ perſeq: item tot Prouinciarũ Regni Leges recenſere: prætereaq; rei militaris diſciplinã inſtituere. Cum ego præter æconomicũ, omnis fere Imperii expers ſim. Fiſci rationes moderate cognouerĩ, Rerum etiã mihi intra mediocritatẽ eſt, proptereaq; minus temporis foro dederĩ, tãtum abeſt, vt fœderum, & Legatiõum, item bellorũ rationem ſatis norim. Nihilominus &ſi cõcedam hoc ita eſſe, Attamẽ etiã ſi ira plumbo grauior mihi ob hoc ſit ferenda, dicam qđ ſentio, qa ad eam rem animos mihi ſuppeditauit LIBERTAS ſentiendi etiã de rebus publicis, nulla ſeruitute, nullo etiã metu ita in auguſtum coacta, vt laudem im ꝓbanda, reprehendãue laudanda. hæc ſeruitus animo, corpore, ac fortuna ſeruis: nõ liberis imponat̃. Qđ ſi etiã natura neget, facit indignatio verſum. vt inqt Satyricus. Quæ indignatio? illa nẽpe, qa nõ ſolum in religiõe multa luxata eſſe videbam, verum etiã & in Legibus noſtris nullius Magiſtratus, nullius etiã priuati officium ſuo ordine eſſe deſcriptũ cernebã. ſimiliq; confuſiõe, & mixtura, cæterę omnes Leges de omnibus rebus legebantur;

Quid me ad ſcribendum hoc opus impulit?

In tanto omnium mundi Principũ sig. Augusti quod ſtudium?

Teſtimonia humanitatis Regum Polon.

ſtes inf tuos Ciues ſtatuis, nihil arbitrio virium facis, quin ad ſententiã Legũ omnia tua cõſilia exigis, ad pacemq; & tranqllitatẽ tuorũ Ciuium omnia ſtudia conuertis, erga hoſtem etiã nõ ſolum videri iuſtus, verum etiã eſſe humanus cõtendis, vtq; tui Ciues ac etiã milites innocenſ in finibus Regni verſenſ, neq; hoſtes concitent, ſerio edicis. Quę ꝗdem æquitas effecit, vt Turcarũ etiã & Scytarũ Imperatores dicant, ſolos Polonorũ Reges hoc tempore intelligere, q̄ ſacroſancta eſſe debeant fœdera, ꝗd hoc ſit fidem hoſti, vel fœderatis ſeruare, artes pacis colere, humanitate ac officio certare, bello aũt fortem eſſe. Cuius rei tanta inſuper fama ad orientẽ vſq; porrigiſ, vt nõ ſolum ipſi Scytarum Duces, ꝗbusdam prædonibus exceptis, ſuas operas tibi q̊tidie profiteanſ, tibiq; mereant: Verũ etiam nobis ſpectãtibus & audientibus ante bienniũ Legatus magni CHAM ad te REX viſendũ lõgiſsimo itinere venerit, amiciciã tuam expetierit, officia etiã obtulerit, & ſe huc tractum admiratiõe famæ tuæ, nõ magis ſermõe qui a tuis Scytis vix intelligebaſ, quã ſignis manuũ, geniculatiõibus, ꝓcubatiõibus, omni deniq; barbarico officio, ritu, ac deuotiõe fuerit cõfeſſus. Ita nõ ſolum Reginã Saba Salomonis fama ad ſe pertraxit, verũ etiam SIGISmundi tui PATris fama vt ita dicam poſthuma, ac etiã tui o AVGuſte admiratio gentes barbariſsimas permouit, huc inde vſq; traxit, ad officium extimulauit, ad tuoſq; pedes ſeſe abiicere pronos coegit: eos vtiq;, qui in arcu & framea viuunt, tantũq; ad prædas, furta, ac cædes nati eſſe iudicanſ. Quin etiã hæc ipſa q̊q; admiratio tuarũ virtutũ SIG. AVGVſte effecit, vt nuper Valachi cæſo ſuo Tyranno ſponte ſua, te etiã inſcio tui exercitus Duci NICOlao SIENauio ſe ſupplices dederint, nomen tui Imperii expetierint, ad pedes etiam tuos ſe ſuaq; abiecerint iurati. hæc & tanti populi deditio, cui vnq̄ externorũ Pricipum ſit facta? cum miſerum alioquin caſtellũ tot occidiõe exercituũ quærãt, & nõ niſi cæſis liberis capitibus obedientiã extorqueãt. Cur ita? ꝗa ſcilicet violenta Imperia quęrunt, quãto immanius poſſunt ditionẽ ſuam ꝓpagant, omninoq; luporum vrſorũ & aprorũ feritatẽ in victoriis ſuperant. Ita ne inſolenſ tui maiores?

In capeſſenda & regenda Repub. Regũ Pol. moderatio quanta, & quam utilis?

abſit. Ciuium enĩ poſtulatu Regna capeſſebãt, eorum arbitria pace atq; bello audiebant, eorũq; cõmoditates nõ ſuas curabãt. vt nihil mirum ſit, ꝗd paulo fere amplius q̄ intra centum annos tot Prouincię Reip. noſtrę illorũ opera acceſſerint, ac etiã in fide ac officio cõſtanſ manſerint. Sed & q̊tidie tot aduenas recipiat. Poſtremo aũt ipſa Valachia vt dixi, quaſi poſtliminio ſupplex redeat ad te, o Rex, tuę fidei ſe totã tradat, hoc pacto vtiq;, vt tu nihil fere illi des, illa aũt totã ſuam vim atq; facultates tibi ſponte dedicet, profiteaſ, atq; cõſecret. Ad eundem q̊q; modum rediret nunc ad te ſi poſſet defectrix Sileſia, rediret Pomerania, daret etiã ſe nunc tibi tuis patruis & patruelibus regnata Bohemia & Hungaria, quæ malis cõſiliis difficillimo bello adeo ſunt implicatę, vt vel onus eius ferre, vel exitum eius ſcire, vltra vires atq; captum humanũ eſſe arbitremur.

Pax & libertas in Polonia quanta? & ex qua cauſa?

Quis enĩ dulcedine pacis, quæ ſanis cõſiliis in Regno tuo eſt, nõ capereſ? ꝗs magnitudine etiã libertatis delectat9 nollet eſſe inter Ciues tuos? in q̊s ꝗdem nullas pœnas tui maiores ſtatuerũt, nullas etiã tu cõmentaris, niſi ꝗbus ipſimet inter ſe rebelles plecti voluerant. Quantũ vero ad te attinet, etiã Lictorẽ de Vrbe, Carnificẽ de foro, furcam de campo tolli velles: ne ſcilicet libertas tuorũ Ciuium recordatiõe pœnarũ funeſta reddaſ: ſi audacia nõnullorũ aliſ cohiberi queat.

Mititas Augusti Regis Poloniæ diuerſa a Tyrannis.

tantũ abeſt, vt vel barbaro milite te in tuos armes, ſeditiões ſeras, ingenioſos tollas, potentes exautores, popularitatẽ ſimules, vel ecõtra atrocitatẽ vllã cogites. miſsa hęc feciſti illis Tyrãnis, q illa verba intonãt.

Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratiõe uolũtas. Qua iuuat Reges eant.

Atq; ita clade ſuorũ aliena petunt, tributa ſuo arbitratu imponunt, dites exenterant, liberos captiuãt, captos auctionanſ, ſeruos extollunt, nobiliſsimos q̊sq; deiiciunt, veneno aut per ſiccarios tollunt potentes, cauſas irarum repertas reperiunt, repertas crimine lęſæ maieſtatis cõueſtiunt & ꝗd vel pretextu Reip. vel aperta vi nõ faciunt? atq; ita illa pœnarum genera, quæ ego diſticho comprehendi.

Verbera, uincla, faces, mala crux, proſcriptio, damnum,
Talio, ſeruitium, nigriſque infamia pennis,

in Regnis illorũ obuerſanſ, & luctu omnia fœdant. Quid ſimile horũ in Polonia? nihil ſane,

mis gentibus tot egregiis rerum geſtarū exemplis exęquarunt,& inter tot hoſtes
nō ſolum ſeruarunt incolumē, verū etiam tantopere pacificarunt,vt hoſtes vicini
(pręter furunculos & prędōes quoſdā) nō magis armorū metu qbus ſuccubuerūt
toties,quā venęratiōe quadā Polonorū ſingulari, quæ a virtute proficiſcit,in offi-
cio cōſiſtant,nomen Polonorū diligant,dignitatē extollant, Maieſtatē etiā illiba-
tam eſſe velint:vt ſacroſanctā eſſe cōfitent. Ita vt hoc nequam tēpore,ſola fere om
niū Prouinciarū Polonia ſit, in qua cuncta, quæ a bono viro pace belloqȝ experi
ſolent,reperiant incōuulſa. Quæ qdem omnia, cum CVSTodes Reipu. noſtræ
animaduerterāt,vererentqȝ ne incogitātia Reſp.noſtra vicii aliqd caperet: te SI-
GISmunde AVGVSTE tum puerū decem annorū,ſpectāte tuo patre SIGIS-
MVNDO (vt oli Dauide vidente filium Salomonē Iſrahelitæ) ad Regnū inau-
gurauerunt.vbi aūt adoleuiſti, eodē cōſilio iuuenē LITHVani in Magnum Du-
cem ſibi dari popoſcerunt: Diuo tuo parente libenter tibi ſua auctoritate conce-
dente.Salubre enī eſt in Rebuſp.cōſilium,vt primo minoribus Magiſtratibus Prī-
cipes defungant: quo maioribus dignos ſeſe faciāt.vel qđ inuidioſum eſſet,ſi ſec9
fiat:vel qđ nō cuiuſuis eſt hominis ꝓſperitatē ferre,ſi repente affluat. Poſtq̄ igit
tua Maieſtas in Magno Ducatu multa ſuę virtutis documenta edidit,Poloni nul-
la mora interpoſita iam virum factū,inclinante patris ætate, Regem & Dominū,
hoc aūt eſt patrem & tutorē ſibi dari petierunt. Ne ſcilicet illa Reipub. forma &
harmonia ad decrepitā tui patris ætatem fœlicit̄ cōſeruata, te abſente, patre autē
languente,aliqua tempeſtate ſuborta cōturbaret. Nec expectationē fefellit euē-
tus. Cum enī poſt mortē patris tui ad gubernacula Regni cōſediſti, ſtatim Leges
Reipub.multis modis antiquatas atqȝ etiā collapſas cōfirmaſti,Magiſtratus omni
virtute præditis diſtribuiſti,lites antiquas definiſti,tēpeſtates etiā quæ exarſerāt,
ſumma prudentia, patientia,& animi tui moderatiōe reſtinxiſti: vt facile ſpes ſit,
reliquum q̊qȝ turbarū, quę int̄ paſtores & gregē illorū religiōis ergo hoc tempore
coortæ ſunt,ſapientia tua quieturas. Ne videlicet tantā Regni tui tranqllitatē di-
uinitus cōceſſam aliqd turbet,& inficiat. Itaqȝ nō tua bella vicinis illata recenſe-
bimus:nō etiā triumphos numerabimus,q̊rum alioqui poſt tot tuos maiores fact9
es hæres locupletiſſimus: nō te q̊qȝ in tanta rerum affluentia & militię copiis me-
tuendum prædicabimus, qđ quem plærīqȝ omnes Principes in ſuis laudibus in-
primis ducunt, tanto glorioſiores ſe fore exiſtimātes quanto plus humani ſangui-
nis fuderit,vel ſuis vicinis,aut etiā Ciuibus formidabiliores fuerint. Verumenīue-
ro in laudibus tuis ponemus SAPIENTIAM,qua paternū Regnum ſumma cū
omniū noſtrum vtilitate ac pace adminiſtras:ponemus animi PIETatem,qua re-
ligiōis veræ ac Euangelii ꝓpagandi ſtudio flagras:ponemus IVSTIciam,quā ma
xime in tuēdis oppreſſis oſtendis: numerabimus LIBEralitatē,qua bonos & vti-
les Reip.viros anteq̄ petant beneficio tibi deuincis: recēſebimus FORTitudinē
pectoris,qua tot intra & extra mala ſedaſti,& ſine cruore auertiſti, ac pręterea pla
ne Iagelloneū geris animū ad bellum ſi te qs laceſſere occeperit: Ad cœlum etiam
feremus iſtam tuā animi MODErationē, quæ ita int̄ nimium & parum incedit,
vt nihil aſperius etiā dixeris in eos qui tibi nuper erant moleſti. Has multaſqȝ ali-
as VIRTutes verę Regias in te miramur, atqȝ etiā colimus poſtera has q̊qȝ deue-
nerabit̄ ætas. iis enī SALOmon Hebræus glorioſior fuit q̄ Dauid pater eius tot
triumphis nobilis, his celeberior ALEXander quā orbe terrarū ſubacto, his ma-
ior SCIpio quā deuicto Hannibale, his etiā clarior IVLius Cœſar quā tot victo-
riis, his AVGuſtus Cœſar(cuius tu nomē refers, & pacem in tuo Regno aſſecu-
tus es) habitus auguſtior,quā illi q peſtes humani generis fuerant appellati:his po-
ſtremo TRAianus Imperator tantū ſe ſuo ſæculo cōmendauit, vt etiānum om-
nium Cœſarū memorabile exemplum appellet̄. Cruenti aūt Imperatores omnes
has virtutes, quas tibi Iure optimo tribuimus, ꝓſternunt,calcant,& tum ꝓſcribūt
cum vi vel aſtu o[illegible] tentant:vtroqȝ aūt modo æqtatem exterminant. Tumultu-
etur ergo Ciuili bello Germania,vires ſuas Gallus cum Cœſare cōmittat,Italia fa-
ctiōes alat,deniqȝ oriens in cruore natet,gaudeāt Monarchæ mundi ruina,vt vnū
aliqđ oppidulū ſuæ faciant ditiōis.prius ſuos expilent quā hoſtē feriant, Iura bel-
li ac pacis cōfundant. At tu O REX nihil horū ſequeris. Legibus enī de omni

Sigiſmundi Auguſti ad Reg. inauguratio.

ſucceſſus Sig. Augu. inter initia regnādi.

Quid in laudib9 Sig. Aug. merito ſit exequendum?

Humanitate & clementia Principib. uerus honor cōparatur

Sig. Auguſti in corrigendis hiſce Legibus fœlicitas amplior, ꝗ maiorum ſuorum.

etiā pumice emendaueris: populis tuis da vtendū, & te hac in re, nō ſolum omnes tuos maiores, verum etiā D. PATrem (q id fœlicitatis ſibi dari expetebat) viciſſe gloriere, vt ſcilicet te, quē Deus voluit, natura fecit, Ciues appellāt, Reſp. ſentit & prędicat AVGVſtū: Legibus ꝙ Reip. in meliorē formā a me in gratiā tuæ M. Reiꝙ publicę vtilitatē redactis AVGVſtiſsimus ſis, & appellere. Me aūt ſi bene rem geſsi, ſi nō Caſtrenſi vel murali, at ſaltē laurea vel ciuica corona, virtutis, atꝙ adiutorū Ciuium ergo inſignias. ꝗ me inuidia malorū, ac fortunæ iniuria oppreſſum erigas, ad operasꝙ Reip. (quarū cōplures adhuc mihi deſumpſi) ſi hæc ſuccedet, quaſi ſuffuſo oleo lucernā accendas.

Studia bonorum virorum Reip. cauſa ſuſcepta ſunt honeſtāda

Ne ſi tua ꝗꝙ M. bonorū virorum ſtudiis ꝑ Rep. ſuſceptis deſit, virtus eorū detracto pręmio quaſi corpus ſubtracto alimento fame cōtabeſcat, atꝙ etiā deſperatiōe frangat: aut ſaltē ad quęſtuarias itidē artes more hominū cōuerſa, ſponte ſua extinguat. atꝙ ita Ciuium induſtriā peroſi, externos ſemper admiremur: & illi nunꝗ nō Duces & Magiſtri huc veniant, Poloni vero (licet ingenio cęteris natiōibus præſtēt, vel certe pares ſunt) ſola mecænatum & fautorū inopia, perpetuo illorum ſint ſectatores, & tributarii diſcipuli.

Si eſſent mecænates, nō deeſſent Flacci atque Marones.

a qbus etiā ob eam rem Reſp. tantū honoris, & auxilii ſibi pollicebit, & expectabit: quantū ſpei ac prẹmiorū virtuti eorum fuerit ꝓpoſitum. Qđ ſi in Polonia hactenus vileſcebant literę, neꝙ a quoꝗ aliqđ opus ꝑ dignitate Reip. atꝙ gentis gloria cōditum, aut ſatis expolitū eſſe videmus: neglectā hanc partē glorię fuiſſe ab antiqs credamus, vel qđ multis bellis impliciti, arma potius ꝗ literas tractauerūt: vel qđ virtuti ſuæ prẹmia nulla itidē ꝓpoſita videbant: vel qđ literę etiā in Italia quondam barbariei cæno fuerant cōſpurcatę: tantū abeſt, vt earū quędam aurula in has regiōes nuperrime vtcūꝙ excultas penetrare potuerit.

Quare in Polonia hactenus vileſcebant literæ ?

At iam hoc tēpus diuerſum eſt ab illo, iam etiā nihil excuſatiōis Pricipibus eſt relictū, qua illi veteres vti potuiſſēt. Etenī o REX AVG. patri SIGismundo ſapiētia & excolendi Regni ſtudio nulli ſecundo in Regnū ſucceſsiſti, mater etiā BONA præt naturā ſexus ſui muliebris prudens tibi cōtigit, Ipſe multis ſapiētiæ præceptis, totꝙ linguarum cognitiōe inſtructus, pace ꝗꝙ Dei beneficio frueris: præterea multus nunc eruditorum virorum in Repub. tua ꝓuentus eſt.

Iam nulla excuſatio a Principibus prætendi poteſt, quin Reſpub. literis exornetur.

Vt enī tot Theologos, Philoſophos & Mathematicos inſignes prætereā, Stanisl. ORIChouiū vnum ꝑ Oratorib. TRIceſium aūt pro Poetis tuæ M. indicabo. Iis inquā ſaltē Chronica tui Reg. vel materiam aliam in quacūꝙ parte philoſophiæ vis ſcribēdi oſtēde, ſimulꝙ prẹmiū ꝓpone: experiere diſertos. Et ne qd adhuc prẹter ætatē TRICeſio tribuere videar, ORIChouii doctrinæ ſatis abunde alię gētes teſtimoniū perhibēt. Etenī eius ſcripta VEnetiis, PAriſiis, ac etiā BAſileę cum ſumma eruditiōis ac eloquētiæ eius admiratiōe ſunt typis excuſa, latiusꝙ famā eruditiōis ſuæ ꝓpagare incepit, ꝗ eam Ruſsia forſan habet, in qua ille natus eſt atꝙ educatus.

Multos eruditos viros hoc tempore habet Polonia qui patriam literis exornare poſſent.

Quid aūt ſperas facturū, ſi neruos ingenii ſpe vtiꝙ tuę gratię ac prẹmiorū acceſus, intēderit? & ꝑ dignitate tuę M. Reiꝙ publicę vtilitate, ac etiā ſua exiſtimatiōe, gētis aūt Polonici gloria in harenā deſcēderit? An nō vbertate ſcribēdi torrētis inſtar obuia queꝙ ſecū rapiētis exundaret? & laudē quā vel Plato & Ariſtoteles Grẹcis ſuis: vel Cicero ac Vergilius Romanis, multo ampliorē ac etiā ſtabiliorē ꝗ ſuorū Ciuiū Imperiū fuit, pepererūt: ipſe ꝗꝙ noſter Orichouius tuo, ac etiā Polonico nomini pareret. Extimularent aūt & alii, crede mihi, ad par decus ingenio quęrendū, ſi modo M. tua, vt cæpit, ingeniis quę tā fertilia ſurgūt, fueris ad extremū vt ſperamus, delectatus: & literarū quę neglectu Principū iacebāt, tanꝗ virginis indotatę ſuſceperis patrociniū. par aūt eſt vt iā tandē illud ſuſcipias, vel potis in ſuſcepto perſiſtas, Turpe enī fuerit, te tā culto ſęculo natū, ipſum etiā a natura, arte & exercitatiōe omni genere ſapiētię Regię excultiſsimū ab IAGellōe tuo proauo vinci: Qui qdem & ſi genere Priceps, gētilis tamē, & rudi ſęculo editus, ac ꝓpterea analphabetus, & neophytus, omniꝙ barbarie obſitus, nō ſolū tot & tāta bella quaqua verſus geſsit: verū etiā fidē atꝙ cultū a nr̄a gēte accipiēs, Theologiæ doctrinā inuito Vrbano Papa, necnō aliarū literarū ſtudia primus fere in Pol. fundauit: & ne poſteri eius ab ſeſe degenerēt: qn vt ſimilia Reip. ornamēta, Imperii aūt ſui firmiſsima omniū prẹſidia ſibi cōparent, illuſtre, vtile, atꝙ adeo ſacroſanctū dedit exēplum.

Iagello pace belloꝗ; Regibus Poloniæ imitandus.

Atꝙ equidem, e grege corū qui beneficio ipſius Iagellonis in Polonia didicerūt literas, e muſæo

meo tuæ

Nihil ſane, eiecta eſt hæc omnis laniena, ignoratur hęc carnificina, nemo a tua vel quitq̃ ſibi ſuiſſe timet, niſi quatenus Senatus populuſq; tuus tibi aliq̊ infortunio aliqđ ſcelus mactandū cenſeant. didiciſti enī puer illum Claudiani verſiculū.

Sit piger ad pœnas, PRINceps ad præmia uelox:
Indoleat quoties cogitur eſſe ferox. ITEM.
Non ſibi quid liceat, ſed quid feciſse deceret
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

Diſciplina Regū Pol.

Eneruata eſt ergo potentia Regia? immo vero cōſtabilita. cum enī METVS malus ſit diuturnitatis cuſtos profecto AMOR Ciuiū ſtabilimentū eſt Regni. Hoc aūt verum eſſe qs negabit? qui vel tot triumphos maiorū tuorū labore tuorum Ciuium eis partos numeret, vel tot militum tuorū ad bellum ꝓuocatiōes audiat, (niſi tu illos vt Aeolus ventos retineas) aut qui ſaltem pace apparatū Procerum tuorum POSSonii in Conuentu trium Regum Europæ, vel Cracouiæ cum HELIzabet tibi duceret̄ vxor, vidiſſet. Ille tum didiciſset, OMnia CIVium tuorū bello paceq; TVA eſſe. Cum ergo nō vile aliqđ munus, verumeniuero LEGES, hoc aūt eſt, animā Regni tui omni fere pugnātia quaſi phrenetide mea opera iam liberatā tibi offeram, tuęq; M. inprimis, ac Senatus, populiq; tui cenſurę ſine exceptiōe vlla ſubiiciā: Supereſt vt abs te ſupplex petam q̊ deuoti clientis officiū atq; munus benignus accipias, neq; me ſycophantarū morſibus, qbus tamē nemo vnq̃ bonus caruit, expoſitum iri velis. Qui qdem falſis delatiōibus me apud tuā M. ita traduxerāt, vt tua M. bis Literis ſuis meas haſce lucubratiōes mihi intercipi, & ſibi mitti mādauerit. Cum illi hoc vnice cauerint, vt ne calamo meo ventri illorū aliqd ſiliquarū demat̄: ſi fortaſſe illorū cælanda myſteria ꝓdidiſſem. Attamē ego nominibus illorū interea parco, ne vel crabrones irritem, ignemue gladio fodiam: vel ne inde glorioſā petant, qđ cum virtute ſua te ac Remp. tuam iuuare nollent, vel neſcirent, ſcelere aut ignorātia tuæ M. ac Reip. incōmodare ſint conati: artibuſq; malis cum bonis nō poſſent famā nominis ſui propagare voluerūt: nō ſecus atq; ille q Epheſi templum Dianæ in toto orbe celeberrimū incendit. Et q̊niam ILLVſtriſsimus vir NICOlaus RADIuilus DVX OLIcæ PALAtinus VILneñ. ſupremuſq; Magni Ducatus LITHvaniæ MARſchalcus & CANCellarius, non magis tāto genere & tot dignitatibus clarus, q̃ omni heroica virtute & ingenii dotibus præditus (cum a generoſiſs. viris NICOLAO REY omnis Polonicæ linguæ ac etiā elegantiæ autore fœliciſsimo: necnō ab ANDrea TRICeſio nouem muſis, vt dicit̄, homine cęlato admoneret̄) primus omniū apud tuam M. cenſuit, vt erga me VIS ABSIT, Sed porro mihi q̊q; tuæ M. auris altera ſeruet̄: nō poſſum ei hoc loci nō ſummas eo nomine agere gratias. Tametſi enī in omnibus omnium cōtrouerſiis nunq̃ nō ſumma ſapientia & æqtate SERenifs. REX vſus es, difficile tamē tot & tantorū delatiōibus reſiſtere poteras, qui me nomine violatæ religionis, circumuentarūq; Regni Legum, apud tuam M. alii eminus, cominus alii criminabant̄, niſi ipſe Clariſs. DVX pro ſuo in Remp. Polonā ſummo ſtudio atq; in tuam M. fide ſingulari apud tuam M. vt dico, interceſſiſſet, atq; ſic prohibuiſſet, q̊minus in medio opere vi atq; inſidiis malorū obruerer, atq; etiā interciperer. Pro quo qdem merito ei q̊q; Reſp. etiā noſtra plurimū debeat, ſi qua vtilitas ex meis lucubratiōibus in eam refundet̄. Cum aūt & ipſa tua M. vti ego arbitror, in meo opere, ei per Magnificū Laurentiū SPYTEK IORDanum Caſtellanū Sandeceñ. Gedanū a me miſſo, nihil reperit, qđ quidē de ſacris & prophanis veram nō redoleat ſentenciā: Spectabilis vir, & omnis itidē virtutis ſingulare exemplū IOHAnnes LVTOMierski Caſtellanus Brzezineñ. Curię tuæ M. Quęſtor, primo Magnifico NICOlao LVTOmierski Caſtellano Czechouieñ. fratri ſuo viro bono ac moderato Poſtremo & mihi ipſi Literis ſuis ſignificauit, tuam M. cupere, vt opus hoc meum ad calcem deducat̄. Cuius qdem monitis parui, & opus, vt in tantis difficultatibus potui abſolui. Accipe ergo REX optime maxime nō munuſculum quoddā quod breui interiret, vel abſconſum lateret, aut etiā peregrina quædam figmenta tibi inculcaret: Verumeniuero, accipe inquam quod offero, integrum opus Regni tui Legum. quod quidem vbi tuo, Senatus, populiq; calculo, ac

An Regum Pol. Imperium innocentia ſit eneruatum?

Regum Pol. Maieſtas & opes, tempore neceſſitatis in Ciuibus apparent.

Leges ſūt anima Reg.

Morſibus ſycophantarum nemo unquam bonus caruit.

Cur nominibus malorum ſit parcendum?

Illuſtr. uir NICOlaus RADIVILVs Dux Olicæ autor fuit, ne huic operi uis fieret ulla.

Nicolaus REY Polonicæ linguæ ac etiam elegantiæ ſingularis autor.

Andr. Triceſius.

L. SPYTEK Iordan.

Iohan. LVTomierski

Nicol. LVtomierski

quan do putaſſetis. Quinetiã Diui olim SIGISmũdi Regis Cõciliatiões Statuto-
rum veſtrorũ, vulgo CORRecturas appellatas, magno impendio publica cum au
ctoritate a Cenſoribus veſtris ei rei deſtinatis fabricatas, vix perlecto ipſo opere,
repudiaſtis, atq; reieciſtis. nimirũ in eam libertatẽ vos aſſerẽtes, vt nõ niſi VOBis
ſolis cum PRINcipe, idq; in COMitiis figendarũ atq; refigendarũ Legum aucto-
ritas ſarta tectaq; conſeruet̃, ac maneat. Qđ quidẽ cum ita ſeſe habeat, an quiſq̃
veſtrum erit, q̃ diobolaribus meis nugis, fabulis, atq; etiã deliriis ſubeſſe, regi, atq;
cenſeri æquo patiat̃ animo? Agite ergo vos Iuris prudẽtiſsimi Architecti, ex hac
materia quã vobis ex ſylua auia in campum pro virili deprompſi, ædificiũ Legum
noſtrarũ veſtro arbitratu perficiatis, ita, vt qđ ego in opere hoc cõtendebam, iam
tandẽ VNA SIT LEX de VNO quouis negocio: & Reſp. noſtra tot cõtrariis
ſtatutis, malisq; in vniuerſum moribus exonerata, certis Legib. gubernet̃, recteq;
ad omnem inſtituat̃ virtutẽ, mea vero figmenta calculis Pricipis noſtri, ac veſtris
ſtent, aut cadant, viuant aut nocte cõſepeliant̃ æterna, nihil curo. Satis enim ego
me in REGem, in VOS, inq; PAtriam cõmunem officio defunctũ eſſe arbitror,
ſi homo priuatus, tenuis, nullo illectus præmio, nullius etiã adiutus cõſilio, in com-
munem Reip. vtilitatẽ hæc attuli, multo aũt plura ex omni genere ſcriptorũ alla-
turus eram, ſi vel meo labori alicunde præmiũ proponeret̃, ac reſpõderet: vel ſi ſal-
tem im℘borum ſentina cõquieſceret: quę in meum exitium ob hæc ſtudia eſt in-
tenta, qđ fortaſſe metuit, ne vel doctrinæ illorũ vanitas, vel vitæ turpitudo me au-
ctore cunctis appareat. Porro cum bonos mores bonasq; Leges in Repub. ap℘ba-
rem, vicia vero ac iniquas Cõſtitutiões prodere cogerer: ob id læſæ Maieſtatis re-
us ab illis peragi nõ debeo. ſiue qđ ratio operis id vt facerem exigebat, ſiue qđ vir-
tutis amor ſcelerum aũt perfectum odium eo me impulerunt. Quouſq; eni merca
tura ſacrorum ſeſe ℘feret? quẽ ad finem ambitio cuncta in Eccleſia Chriſti ℘pha-
nabit? Quæ ſanctimonia eſt, vt tribus Marcis pecuniæ tot incõtinentiũ Sacerdo-
tum ſpurii redimant̃, potius q̃ ex matrimonio ſancto legitimo liberi ſint ſancti, &
eſſe putent̃? Quæ Leges permittunt, vt vnus tot ſacerdotia occupet, aliis vel oci-
oſis ac eſuriẽtibus, vel ſeruilit̃ merẽtibus? Quæ ratio eſt, vt vna cum corpore CA-
lix noui Teſtamenti, & ſanguis Ieſu Chriſti populo ſitienti negetur? Quæ pietas
tandẽ eſt, vt ob hos, aliosue aliquot abuſus Eccleſia Chriſti zelantiũ ſtudio ſcinda-
tur? Epiſcoporũ auctoritas multis modis ſacroſancta eleuetur? totq; ſectis occaſio
detur? Qđ ſi hæc aliaue huius mõi perſtringendo forte deliqui, ℘indeq; reus læſę
Maieſtatis peragar: agite, cõdemnent̃ mecũ ſimul illa verba ſcripturæ cõtra mer-
caturam ſacrorũ ℘ditæ. GRAtis accepiſtis gratis date, PECunia tua o Simon ſit
tecum in perditionẽ, exiſtimaſti donum Dei emi pecunia. Abroget̃ etiã DECre
tum Concilii Baſilieñ. de nõ mercandis Sacris ℘ditum. Itẽ cõtra ambitionẽ phar-
macum illud exoleſcat. NESCitis qđ petatis. Qui vult maior eſſe veſtrum ſit mini
ſter omniũ, vos eni nõ ſic vt Pricipes gẽtium dominabimini ouili Dei: quin bonus
paſtor ſpontaneã vocationẽ expectet, vocatus amet & cognoſcat oues ſuas, quæ
vocẽ eius audiant, qđ ita cõfieri poterit ſi prædicet ipſis Euangeliũ, Sacramẽtaq;
legitime adminiſtret. pro q̃bus etiã animã dare ſit paratus. Neq; eni ad mercena-
rios pertinet aliq̃d de ouibus, qđ neq; eiſdẽ ſunt legitime cõmiſſæ, neq; diligunt,
neq; docẽt eas: ſed tantũ tondunt, pingues aũt mactant, & comedunt. Quę loci vt
tot Prophetarũ lamenta prætereã, Certe Gregor. Nazianzenus ita de ſui ſęculi
Sacerdotibus ſcripſit. Semper offendebar ab illis, qui cum nihilo ſint plebeiis me-
liores, immo vtinã nõ etiã peiores, illotis tamẽ (vt ℘uerbio dicit̃) manibus, & mẽti-
bus prophanis, ſacratiſsimis ſeſe rebus ingerunt, & priusq̃ digni ſint ad ſacra acce-
dunt, gradum ſibi vendicãt, & circa ſacrã mẽſam frequẽtes premunt̃, & arctant̃.
haud ſecus quã ſi hunc ordinẽ NON VIRTutis exẽplar, ſed occaſionẽ ac mate-
riam QVæſtus: nec MINiſteriũ debitum, ſed PRIncipatum in quẽ ingrere nõ
liceat, eſſe putent. & hi numero prope ipſos ſubditos excedunt, pietate & ſplẽdo-
re miſere & infœlicit̃ deſtituti. vt mihi temporis ac mali huius ſucceſſu neminem
amplius habituri videant̃, cui præſint, q̃buſuis docendi munus vſurpantibus. ℘ eo
qđ dociles Dei eſſe debebant, & cunctis ℘phetantibus Sic, vt & Saul iuxta vete-
rem hiſtoriam & parœmiã, int̃ Prophetas habeat̃, q̃rum etiã peccata ſiſtere & ſi vi-
res noſtras

Tametſi hic liber repudietur, aliqua tamen utilitas ex eo, in corrigendis olim Statutis in Rempub. uenire poterit.

Si quod præmiũ proponeretur uirtuti, improbi aũt conquieſcerent, omnino plura adferri potuiſſent.

Bona & mala in Repub. ſunt prodenda.

Contra ſacrorũ mercaturam ſcripturæ.

Contra ambitionem, ſuperbiam, ac negligentiam paſtorum.

Gregorio Nazianzenus reddit rationem, cur in Pontum propter presbyterij ordinationẽ aufugerit.

meo tuæ M. hoc munus tanq̄ vſuram do, offero, & qua parte poſſum, in gerenda Repub. ipſam adiuuo. Quod aũt ad rem militarẽ attinet, quæ tibi inprimis dum pace fruimur curæ eſt, tametſi Sereniſs. REX propter tenues facultates paruum fortaſsis pondus mei futurum eſt, Attamẽ ſi bellum quoq; ingruerit, & vita ſuperſtes erit, Deo volente, locum quemcũq; mihi etiã tuendũ tua M. dederit, ſumma fide & pro virili tuebor, aut corpore meo tegam. vt nõ ſolum fructum literarũ, verum etiã operas militares tuæ M. tanq̄ Reipub. Magiſtro & Architecto probem: vtq; GABRIEL infans meus cum adoleuerit, omniſq; mea poſteritas meo exẽplo probet, monebo, & diligenter adhortabor. ita ſcilicet, vt cum ſatis temporis dederint literis, reliquã vitam patriæ ac tuæ M. in acie potius, quã naturæ inter parietes domus reddant: aut ſi ita ſors feret, cõtra omnẽ doctrinã, impietatẽ, atq; ſcelera Dei præceptis & veri Euangelii Ieſu Chriſti aduerſantia profundant. Quo videlicet ea ratiõe illã VIRtutẽ per ſacra & prophana late diffuſam, quã mihi parentes mei in tenui fortuna honeſtiſsimi adhuc puero inculcabãt, & pro patrimonio reliquerũt, cõſequantur: & in omni parte ſuæ vitę ſub tuæ M. ęque ac Dei oculis demõſtrent.

Ad Reuerendiſs. ac Illuſtriſs. Senatũ, POPVLVMq; POLONVM.

Necnõ ad Illuſtrẽ & Magnificũ D. PETRVM KMITA COMITEM IN VISZNICZE PALATINVM ET CAPItaneum Cracouieñ. generalem, Regni Poloniæ ſupremum Marſchalcum, tum Scepuſieñ. Præmislieñ. Coleñq; Capitaneũ Mecænatẽ ſuum.

IACOBVS PRILVSIVS.

SI ſecundũ Regem vobis PATres ampliſsimi procuratio Reipub. credita eſt, & ſi de veſtris etiã vtilitatibus CIVes humaniſsimi omnia in Repub. cõſilia ſumenda ſunt: vobis procul omni dubio poſt Regem omnia omniũ in Rep. facta & ſtudia probari, atq; etiã cõſecrari debẽt, vt ſcilicet pro rata parte vos quoq; examinetis, quale ſit vniuſcuiuſq; in Repub. officiũ. Cum aũt tota Reipub. ſalus VI LEGum inprimis contineat. ipſarum inprimis cuſtodia Legum ad vos pertinet. Ne qua ſcilicet parte, vel a violẽtis earum maieſtas frangat: vel integritas circumueniat a callidis: atq; ita audaciſsimus qſq; qua data porta ruat impune. Qđ cum ita ſit, & eſſe credam, VObis, TIbiq; nominati PETRE KMITA tanq̄ Regni Magiſtro & meo Mecænati Leges Reipub. noſtræ a me hoc tẽpore collectas, digeſtas, & cõciliatas offero, dedico, atq; etiã ſub veſtrã omniũ cẽſuram abiicio. Et quamq̄ diuus REX noſter diplomate ſuo prudent cauit, vt ne quis vel nouitatis gratia illectus, vel erroris forte ſui tuendi ſtudio deceptus ſcriptis meis abutat, donec ipſis veſtrum omniũ calculus acceſserit: & num ſatis fœlicit publicã cauſam tractauerim, publice fuerit cõprobatum. Nihilominus ſi qđ in hoc opere meo in vtramq; partẽ infœlici ſtudio deliqui, illud q̄q; ego ipſe reiicio, cõdemno, atq; etiã ſi ita voletis addico vulcano: tantũ abeſt, vt vel alicuius in Repub. erroris ducẽ me profitear, vel publicã auctoritatẽ nugis meis arrogem. Sed qđ ego metuo, ne quis in meam ſentẽciã diſcedat, & ad publicũ malum priuati hominis figmẽto abducatur: cum neq; Moſi, multominus Solonis, Lycurgi, aut etiã Græcorũ vel Romanorum Imperatorũ Leges tanti apud vos vnq̄ fuerunt, vt eis parere dignũ aliquando

Senatus Polo. refert ſpeciem Ariſtocratiæ Equites Democratiæ

Senatus populusq; in Polonia Legum ſunt cuſtodes.

Fieri nequit, ut hic liber errorum cauſa eſſe queat. nullius enim niſi domi natæ leges ualent apud nos.

Attamẽ PHiloſophicorũ deliriorũ ꝓfeſſores in magno ſunt honore apud nos omnes: IVDæi etiã cæci Legis zelatores, Chriſti autẽ hoſtes nõ aguntur in crucem. Paratus autẽ, Floretus, Dormiſecure, Pomerius, Biga, Goſcaldus, Baraletus & huiusmõi alii ſcriptores nõ proſcribunt. cum vtiq; eorum dogmata, ſi ad Euangelicæ fidei normã recte examinent, multis in locis hæreſibus damnatis infecta eſſe reperiunt: tãtum abeſt, vt ego ꝓ Euangelii pręceptis quæ ab obliteratiõe aſſero, durius etiã cõpellari debeam. ſyncero enĩ amore veritatis, odio autẽ mendacii perfecto illa vrgeo, toties inculco, atq; aſſero ORDO aũt Sacerdotũ Angelis etiã exercituum Dei eſt exęquatus, ſiqdem digne faciant ſuum officiũ, & vocatiõi reſpondeant. Nec quiſq̃ me duntaxat cleri, cuius munus circa cultum Dei peragendum verſat, morbos detexiſſe, Politicæ aũt adminiſtros præteriiſſe arbitret: Ad eundem ſiqdem modum & in Politia virtutes q̊q; plantando neceſſario vicia itidẽ ſuperbiæ, ambitiõis, cædium, auariciæ, litigandiq; licentiã, aliaq; huiusmõi ſexcenta prodidi, & qd alicui loco cõueniebat adſcripſi: etiã ſi fortaſsis alicubi purpura aſſuta doctiſsimis videri queat. Malui enĩ in reprehenſionẽ criticorũ iſtorum incurrere, q̃ Reip. deeſſe: cuius morbis hoc opere velut antidoto medicari volebã. Quod ſi conatu meo nihil proficiã, atqui nihil tale cõmerui, vt de capite meo fiant Comitia, præſertim qđ cenſurã veſtram nõ defugio. vicia enĩ quæ latebãt, breui aũt in perniciẽ Reip. eruptura erant: ſalua cõſcientia cęlare nõ poterã, quã qdem in cõſpectu Dei magni criminis ream fore putabã: ſi tacuiſſem. Syluam itaq; operis mei ingreſsi, o PATres, atq; CIVes mei, quod lubet approbate, qđ diſplicet verubus cõfigite, vtramq; ſortem æquo feram animo: & poſteritati, aut etiam externis mea ſtudia ſeruabo: ſiquidẽ ingratitudine nõ poterint extingui. Quod ſi forte aliquid vtilitatis ex meis q̊q; lucubratiõibus in Remp. accedet, primã fere gratiam tibi PETRE KMITA Reſp. debeat. Etenĩ vt P. Alphenus Varus, & Titius Sulpicii, aliiq; aliorũ auditores fuiſſe memorant: Ita ego te Magiſtro quid ſit Reſpub. cognoui, te autore Legibus patriæ diſcendis me addixi, te q̊q; cum primis hortatore etiã cõciliare hanc Legum pugnantiã occepi. Ac ꝓinde multas etiã hic reperies tuas de omnibus Reip. partibus ſentẽcias, quas ego ex te ſæpe audiui prudẽter atq; diſerte elatas: vt vel hac ratiõe tibi inprimis ſcripta mea ꝓbare debeã. Acceſsit eo, qđ niſi tu tam clemẽt, atq; etiã liberalit mea ocia fouiſſes: nihil adhuc horũ Reſp haberet, res pollicitis more ſolito extraheret in longũ, fruſtra etiã multorũ vocibus ad opus extimularer. Qđ ſi etiam hæc nõ interceſſerint: Nihilominus, vt antiquitas Sceptrũ Ioui, Thyrſum Baccho, Minerųę oliuam, Marti haſtã, Herculi clauam, aliaq; inſignia aliis Diis & heroibus tribuit: ita ego in Senatorio populariq; ordine tibi PETRE KMIta Leges patriæ do, tribuo, atq; etiã conſecro præcipue. Etenĩ vt taceam, quia poſt IOHannẽ alias Iaskonem Kmita de Viſznicze Palatinũ & Capitaneũ Cracouieñ. atq; Rege Ludouico abſente gubernatorem Regni in contentiõe ab Hungaris ſagita percuſſum: Itẽ poſt PETRum Kmita itidẽ Palatinũ & Capitaneũ Cracouieñ. Regniq; Mariſchalcũ ſuum patruum: ac poſt STAnislaũ patrẽ etiam Palatinũ Belzeñ. poſtq; alios Illuſtres tuos maiores tibi plane hæreditariũ ſit Reip. cõmodis ſeruire: quę tua ſunt ꝓpria paucis attingam. atq; illa præ cæteris, cur, tibi inquam, LEGES dedico. Non ſolum enĩ ſummã æquitatẽ in ferendis illis ꝓ loco tuo ſemper reſpexiſti, verũ etiam vt ſartæ tectæq; maneant, nunq̃ nõ vigilas. An enĩ vnq̃ tu a Comitiis abfuiſti? an nõ loco, proq; ratiõe cauſæ breuiter, vel copioſe, rogatus ipſe dicis, & alios viciſsim rogas ſentẽciã? qs etiam te melius Remp. nouit, deq; partibus, ac tranqlitate, & tutela eius acutius & ad captum populare aptius diſſerit? Ecquis ꝓ libertate, proq; Legibus: vel ecõtrario cõtra ſeruitutẽ atq; audaces grauius dicit? quis deniq; Magiſter atq; Cenſor in Curia integrior, vel corporis ꝓceritate plane heroica præſtãtior inueniri queat? vt Iudicio omnium ſingulare ornamentũ ex præſentia tua in Principẽ atq; in Curiam Regni refundat. Age vero in Prouinciis tibi creditis q̃ benignum ſubditis, vicinis æquum, vtriſq; aũt incorruptũ Iudicẽ, atq; etiam ſtrenuum tutorẽ te præſtas? nullus ibi eſt gemitus expilatorũ, nullæ querelæ exulũ, ꝓuocatiões litigantiũ raræ, cõtra vim quiritatiões iuſtę nuſq̃. Et vt de Nobilitate a te ſemper amata taceam, tuæ adminiſtratiõis nõne teſtes ſunt Regia Oppida? quæ vel

Omnino ſordidi ſcriptores publica Doctorum ac Epiſcoporũ cenſura ex Eccleſiis eſſent exterminandi.

In Politia quoq; vicia ſuborta hoc libro exagitantur.

Patres atq; Ciues præſentem librum arbitratu ſuo emendent.

Si quid vtilitatis ex hoc libro in Rempub. redundetur inprimis Petro Kmitæ feratur acceptum.

Cur Kmitæ Leges dedicentur.

Maiores Petri Kmitæ pauci ex multis recenſentur.

Petrus Kmita officium ſenatorium præſtat ſemper.

Petri Kmitæ Marſchalcatus qualis?

In Prouinciis qualiter ſe gerat?

res noſtras ſuperat, attamē odio illa ꝓſequi, deq; illis erubeſcere haud minima pie-
tatis pars ē, hęc ille. Adferā & illā Baſilii querimoniā. Euerſa ſunt veritatis dogma-
ta, cōfuſæ Leges pietatis, ambitio nō timentiū Deum rapit gubernationē Eccleſi-
arum, nec aditus eſt ad honores, niſi per impietatē. vt qsq; eſt rabioſiſsimus & au-
dacisſimus in lacerādis piis & veris dogmatibus, ita maxime dignus Epiſcopi ho-
nore iudicat. periit grauitas Sacerdotibus cōueniens, deſunt paſtores q eruditiōe
gregem Dñi paſcant. hæc iſte q̃q;. Quid ſi hic Prophetarū, item aliorū Eccleſia-
ſticorū ſcriptorū querelas ꝓpter abuſus in religionē inuectos, toties, & tāto cū ar-
dore ꝓfuſos recēſeā? recenſerē aūt, niſi plus ſatis odii me incurſurū eſſe, vel ex tātil-
lis punctiōibus diuinarē. Quod ſi etiā offendit veſtrum aliq̃s, quia Cōiugium Sa-
cerdotum probo, age, aboleat illud Dei decretum. NON eſt BOnum HOMinē
eſſe SOLum, mutetur in eis naturalis ad ꝓcreandum appetitus, ſemen q̃q; qđ in-
trā eos eſt extinguat, pręcidātur eis membra generatiōi deſtinata, mutent etiā il-
la q̃q; decreta, SACErdos virginē ducat vxorem. EPIScopus aūt, ſimiliterq; Dia-
conus (cōtinentes vere ſemper excipimus) vnius mulieris ſit vir, filios bene inſtitu-
at. PROhibere aūt nubere dæmoniaca doctrina eſſe putet. Huic ordinatiōi Dei
paruit Aaron, Eleazarus, & Heli, Item omnes Prophetæ: Item Zacharias ad alta-
re pater Iohānis Baptiſtæ renunciatus: Item Petrus, Philippus, & alii Apoſtoli:
innumeriq; Epiſcopi q̃s Chriſoſtomus homilia ſuper Eſa. Cap. 6. recenſet. niſi enī
incōtinentes vel ſemiambuſti nubant, tūc de poſteritate ſceleroſe periclitati, Scor-
tatores, adulteri, aut molles inſuper in cœlibatu facti, Regnum Dei nō poſsidebūt.
VE inſuper per quē ſcandalū venit, qđ qdem tam longe lateq; in populū ſequacē
ex cōtinentibus Sacerdotibus refundit: vt qui tot modis delinquāt, recte ex ope-
ribus eorū titiones inferni credi queāt. Ad hanc indignitatē pertinet, qđ & Plati-
na ſcribit. Aſciſcunt nunc in clerum nō modo ſerui, & vulgo cōcepti, ac nati (qui
ad quantū libet ſordidiſsimā officinā ab opificibus nō admitterent) verum etiā fla-
gicioſi omnes, atq; ex flagicio ipſo geniti. q̃rum ſceleribus Eccleſia Dei magnum
aliqđ incōmodum tandē capiet. &c. Vt aūt prætereā multa millia delirioꝝ, qui-
bus ex Libris per Eccleſias ſparſis de IVStificatiōe aliiſq; fidei articulis populus
dementat: illud quomodo celari & aboleri poterit? qa poſt ſumptum corpus Dñi
ſcribit. ACCIpite CALicē SANguinis DOMini, NOui ac AETerni TESta-
menti, BIBiteq; ex EO OMNes (homines diiudicātes illum) in REMiſsionem
PECCatorū. Atq; hęc ita vtiq; diuinitus ſunt cōſtituta: in cōtrarium aūt harum,
& aliarū huiuſmōi omniū verarum ſcripturarū fruſtra hominū, immo & Angelo-
rum doctrinæ obtendunt. Quinimo ſacrilegii atq; etiā cōiuratiōis nomē merent,
ſi cōtra VERBVM DEI expreſſum militēt. Quocirca hęc & alia huiuſmōi Ec-
cleſię Chriſti damna niſi publica Epiſcoporū auctoritate q̃ primum corrigant, vti
ego volo, clamo, & obteſtor, nōne tot ſectæ cōfirmabunt, & de titulo veræ Eccle-
ſiæ nobiſcū cōtendent? Siqdem ECCleſia vera eſt, quæ AVdit VERbum DEI
& cuſtodit illud. Neq; enim perſonarū acceptio eſt apud Deum. Semper aūt Re-
gnum Dei transfert ad gentē facientē fructus eius. qppe qđ Chriſtus, quotq̃t eum
recipiunt, dat eis poteſtatē filios Dei fieri, q credunt in nomine eius, dignoſq; fru-
ctus pœnitentiæ faciunt. Atq; hæc ſunt fere ſumma capita quæ in hoc Libro at-
tigi. Quorū qdem nomine ſi me condēnabitis, o PATres, nihil qdem inſolens er-
ga pios ꝓ Deo zelatores cōmittet: vellē tamē ſcire, Platonicis Ariſtotelicisq; Phi-
loſophis, item Hypocrati & Galeno, Item Porphirio, Luciano, Poetarumq; gregi
Atheo qd facietis? Quanq̃ enī ſcita eorum de Deo, ꝓuidencia, creatiōeq; huius
vniuerſi, deq; moribus omnia fere noſtrę fidei dogmata cōuellunt: attamē in Gym-
naſiis publicis ſine exceptiōe docent, illorū auctoritati ſtatur, in contiōibus etiā
ſacris ſentenciæ illorum hunc locum habēt, vt magna pars credat auctoritatē illo-
rum diuinis pręceptis poſſe exęquari. Cum omnia fere dogmata de rebus diuinis,
de moribus, deq; ꝓximo diligendo ꝓdita, cōdemnata ſint, quę ſcripturis diuinitus
reuelatis mere ex diametro pugnent & aduerſent. Sed & LEX Moſi, nō in quā-
tum ſit Pedagogus ad Chriſtum, ſed quo ad finē Iuſtificatiōis peccatorū ex dia-
metro cum Euāgelio pugnat. Si enī ex operibus Legis Iuſticia eſt, fruſtra Chri-
ſtus mortuus eſt: & ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nil proderit, inquit Paulus.

Baſilius in fine libri de ſpiritu ſancto ad Italicos ac Gallicos Epiſcopos ita ſcribit.

Quare Coniugiū ſacerdotum probetur.

Platina de uita Sozimi primi

Ne ſpurij ad ſacerdotij munus admitantur.

Quare calix ſanguinis domini reſtituendus ſit populo?

Conditiōes quæ inter ueram Dei ac Chriſti Eccleſiam, & inter falſas Diaboli & Antichriſti ſynagogas differētiam cōſtituūt.

Ethnici ſcriptores tametſi damnatis ſentēciis ſint referti, ſine exceptione tamē prælegunter.

Lex Moſi caute eſt ab Euangelio diſtinguenda.

Miejska Biblioteka Publ. w Bydgoszczy

An Reipub. expediat ut Rex appellationes per ſe definiat.

Chriſtiana & Politica iuſticia in Repub. maxime omnium inſtituenda.

dumqꝫ Euangeliũ ac laudem Deo canendã omnibus neceſſariis inſtruxiſti, & vt te in hoc genere ornandę Reip. alii Ciues imitarent̃, illuſtre & pium æque ac neceſſariũ exemplũ prębuiſti. Vt aũt & Iudicium Curiæ definiendis tot appellationibus ad exemplũ Rotæ Romanæ, vel Cameræ Imperialis, Parlamentiue Gallici, aut Areopagitarũ Athenieñ. aliquodue aliud Reip. noſtræ vtile & neceſſariũ inſtituatur, & ex prouentibus eorũ qui nullam Reip. partem adiuuant, dotentur. (ne Rex vobiſcum o PATres a ſumma Reip curanda abducat̃) pro rata parte cõtendis. quo ita non modo chriſtiana beati, verum etiã Politica Iuſticia hic pacati viuamus. Quæ qdem duplex IVSTicia & PAX quo in Rep. cõſtabiliant̃: & ipſe hunc Librum ſemina atqꝫ adeo fundamenta earũ omniũ rerum continentẽ, ſecundum Principẽ, ac vos Patres, TIBI inprimis vice ſtrenæ mitto, do, atqꝫ etiã vna cum PATribus & CIVibus cęteris, quorũ ſumma auctoritas apud me eſt, & in Republica officium ſalutare, conſecro.

In Leges & Statuta Regni Pol. ab Ia-
COBO PRILVSIO DIGESTA AD EQVITES POLONOS STANISLAI ORICHOVII RVTHENI ORATIO.

Nihil maius legib. bonis a maiorib. noſtris nobis eſt relictum.

Leges in Regno Poloniæ quales?

Libertas Equitũ Pol. legib. deſcripta quanta?

Poloni multis rebus cæteris gentib. inferiores, libertate aũt lõge ſuperiores ſunt.

CVM multa ſint Equites maiorũ veſtrorũ parta vobis, ac relicta ab illis ornamenta: nullum tamẽ maius, neqꝫ nomine veſtro dignius reperiet̃, quam ſunt Leges veſtrę, nõ ſolum ſumma illorũ æquitate cõſtitutę, ſed etiam ſingulari ingenio ac libertatis veſtrę luce illuſtratæ. quæ talis eſt, vt nulla gens, neqꝫ natio maiore libertate vnq̃ fuerit, quã qua vos eſtis. Quæ q̊niam tota Legibus continet̃, nihil eſt qđ aut iucundius vobis auditu, aut cognitione veſtra dignius poſsit videri, quã de his Legibus vos audire velle, quibus omnes quæ vbiqꝫ ſunt gentes longe lateqꝫ viciſtis. Habent natiões cæterę quo ſe vobis anteponant, ſiue qs munitiões ſpectet, ſiue Vrbes videat, ſiue vectigalia numeret, ſiue fructus agrorum cõſideret. Quid eni, vt cæteras Prouicias prætermittã, Germania Vrbibus præſtabilius eſt? quid Gallia vectigalibus copioſius? quid Hungaria auro ditius? qd Italia poſtremo ipſa & vbertate agrorũ, & varietate fructuũ fertilius opimumqꝫ magis vsq̃ eſt? vincimur ergo Eqtes agri bonitate, auri copia, vectigaliũ fructu, atqꝫ munitionũ magnitudine a cæteris gentibus. At LIBERtas ipſa ſummũ bonum bonorũ omniũ propria generis ac nominis veſtri eſt, quæ talis eſt, ac tanta, vt cæterarũ nationum libertas cum veſtra collata ſeruitus ſit vobis nõ ferenda. cuius libertatis dulcedine,

Prouinciæ Regno Polon. unitæ, libertatem potius quam arma Pol. ſunt ſecutæ.

Ruſsia.

Pruſsia.

Lithuania.

Pomerania.

Mazouia.

Samogitia.

Valachia.

Sileſia.

admirationeqꝫ, multæ Prouinciæ captæ nõ tam armis q̃ magnitudine veſtræ libertatis veſtro Imperio ſunt adiunctæ. An vos exiſtimatis Ruſsiã ampliſsimũ potẽtiſsimumqꝫ Regnum magis arma veſtra pertimuiſſe, q̃ libertatẽ expetiuiſſe, vt illa vobis Prouincia nunc eſſet? Circumſpicite Poloniæ fines, copias etiã Regni veſtri cogitate, nõ vltra montẽ Carpatum, ac Iſtulæ flumen, omne veſtrum genus cõtineri reperietis: qđ cum Ruſsiæ magnitudine atqꝫ amplitudine gentis noſtrę collatum perq̃ exiguũ eſt. Quid Pruſsia nobiliſsima Prouicia copias ne veſtras ſecuta ſub veſtrum Imperiũ cõceſsit? minime vero. Nam ſi veſtrum ſolum diligentius ſpectaueritis nunq̃ agri veſtri copias Pruſsiæ anteponetis. Quid de Lithvania diſcam, quæ cum bis quã Polonia pateat magis, tamen eadẽ libertatis veſtræ cõditione a vobis eſt cõprehenſa. taceo Pomeraniã, pręteréo Mazouiã, ne Samogitiam q̊qꝫ, ac Valachiã, atqꝫ Sileſiam cõmemoro. quæ cum vos rerum copia, & amplitudine regionum, atqꝫ multitudine hominũ viciſſent: a vobis tamẽ nõ tam armorum Iure, q̃ libertatis Lege ſunt deuictæ, in quã cum has gentes atqꝫ natiões accepiſsetis, hoc

quæ vel deſolata, vel raris caſulis habitata accepiſti: nunc intra & extra muros in ſublime tollunt, vt vel ipſa Præmiſlia, Viſznya, Kolo, & tua Leſka: aliaq; abunde teſtant̃. Nihil hic loquar de Cracouia, quæ redigeret̃ in ordinem, niſi tu ſis hyperaſpyſtes. In vniuerſum aũt, nullius vnq̃ Ciuis, vel peregrini poſtulatiõi honeſtę defuiſti, quin cõſultantes iuuiſti, oppreſſos erexiſti, inopes beaſti. Nec ad pietatẽ ſolum quæ in te ſumma eſt, verũ etiã ad liberalitatẽ qua tempeſtiue vteris facultatibus hactenus es vſus. Etenĩ tu inprimis Regem noſtrũ, tu Principes aduenas, tu Legatos externorũ Prĩcipum copioſiſsime, atq; frequẽtiſsime omniũ dapibus, ac muneribus etiã excepiſti. Ita vt vel Magnificẽtiæ, vel dignitati tuæ perſonæ, quã Principẽ ſuſtines, nihil addi potuiſſe arbitremur. Cõſimiliterq; nullis ſumptibus peperciſti tunc, quãdo Legatus tanto cum exercitu verius quã cum comitatu in Hungaria apud Regem IOHannẽ fuiſti. Qua quidem vna Legatiõe, ſic Reginæ ISABellæ, adeoq; Regni illius ratiões ad omnes caſus prudent̃ cõſtabiliueras: ſubindeq; integros vndecim annos cõſiliis tuis (q̊rum ego bene cõſcius ſum) adiuuabas, vt ſi per omnia illis paritum fuiſſet, & ſi non mens læua fuiſſet, mediusfidius poſſem nunc id de Hungaria loqui, quod olim Poeta de Troia cecinit.

Communia magnorũ virorum officia.

Liberalitas Petri Kmitæ.

Petri Kmitæ Hungarica Legatio.

Troia nunc ſtares, Priamiq; arx alta meneres.

Vt aũt ſexcenta eius generis tua in Remp. officia prætereã, Bello quantũ te eſſe dicam? Qui cum auunculo tuo IOHanne TARnouio Imperatoriũ munus partitum habeas, ita, vt ille militiæ Regni, tu Regii equitatus, atq; etiã Cracouieñ. Prouinciæ Duces habeamini. Eo enĩ vt ꝓuchereris, factum eſt, q̄a omnes Tyrocinii labores iuuenis, atq; etiã militarẽ diſciplinã adoleſcens in MAXimiliani Cœſaris bellis exhauſiſti. Inde aũt reuerſus ſemper cũ ipſo TARnouio copiis, ſignis, atq; auſpiciis paribus cõtra omnes hoſtes Ruſsiã populantes, ad primã famam aduentus eorũ, ferebamini, eis obſtitiſtis, cum eis partĩ ſtataria partim motoria pugna, vt res poſtulabat, cõflixiſtis, & depugnaſtis. ob quę fortitudinis tuæ munimẽta SIGISmundo dignus viſus es, quẽ q̄dem magno cum omniũ cõſenſu & fauore tantis muneribus præficeret. Itaq; iam & Dux fortiſs. & Senator grauiſsimus factus, tuas operas Principi noſtro ac Reip. Moskouitico: multo magis aũt Pruthenico bello, tam inter prælia, quã inter tractatus fœderũ probaſti: & q̄d ſibi Reſpu. de te polliceri debeat feciſti teſtatum. Sed & nunc etiã in prouecta ætate, vt ne tui diſsimilis ſis, q̊ties Tartari maiore vi irruperũt, toties tu cum tuis Nobiliũq; tibi addictorũ copiis cõtra eos cucurriſti. ita enĩ libent̃ optima quæq; Nobilitas te DVCem ad bellum ſequit̃, quã pace te clementẽ Iudicẽ, & omnis libertatis ſuæ vindicem eſſe q̊tidie experit̃. Qđ ſi quis ad ſpeciẽ iuſti triumphi quitq̃ deſyderet in te, is nõ audaciã, nõ cõſilium, nõ etiam copias, quibus omnibus excellis: ſed hoſtem, aut ſaltem memorabilẽ pugnam in cauſam vocet. vt ad ſummã gloriam quæ a rebus bello geſtis venire ſolet, nihil tibi horũ deeſſe videat̃, quæ q̄dem a virtute ꝓficiſcuntur: præter illa quæ in arbitrio hoſtis ac fortunæ poſita ſunt, omninoq; a caſu dependent. Quinimo illud inprimis tibi ad res bello gerendas offecit maxime, qđ ipſe SIGISM. te ſibi, vt olim Agamemnon Neſtorẽ, aut Aeneas Achatẽ ſemper fere ad latus adeſſe: & filio q̊q; vtendũ quaſi Theſeum Pyrithoo, vel Epheſtionẽ Alexandro transmittere voluit. quippe qđ in te ſine arrogantia prudentiã, ſine querelis iuſticiã, abſq; ſuſpiciõe vlla fidem, perfectã q̊q; beneuolentiã erga ſe Remq; publicã noſtram, ac in gubernando populo ſummã grauitatẽ pari humanitate tẽperatam, ille ſuę patrię Iuppiter verius q̃ Rex cernebat, & animo ſuo cõtemplabat̃. ita vt etiã ea de cauſa ſedem Capitanealẽ Cracouieñ. ſedi ſuæ Regiæ ꝓpinquam vltro tibi nihil tale cogitanti cõceſſerit, nimirũ, vt tuo cõſilio & opera q̊ties opus eſſet, ex propinquo ad omnes Reip. caſus vteret̃. Et q̄niam bello pax quęri ſolet: tu pacis ſemper autor optimus fuiſti, eamq; cõſilio potius q̃ armis conſtabiliuiſti: vt merito multorũ Illuſtriũ Ducum arma tuæ togæ, & fortitudo bellica tuæ domeſticæ ceſſerit. Siq̄dem nõ bellum, ſed ocium cum dignitate in Rep. maxime ſpectandũ eſt. qđ bellum fons omniũ calamitatũ eſt etiam ſi ſit ꝓſperum, pacis aũt in ſacris & prophanis vſus, vel tuo exemplo, poteſt eſſe longe vberrimus. Præter enĩ illa virtutũ tuarũ belli paciſq; opera, tuas etiã arces, necnõ templa aliquot cum argumento veræ pietatis magno cultu ædificaſti, dotaſti, ad prædicandumq; E-

Petri Kmitæ bellica opera.

Quid Petro Kmitæ ad ſummam laudem bello quærendam offecit?

Præſtat cõſilio quam armis Reipublicæ pacem quærere.

Ocij in Rep. uſus quis.

runt. Quare talem illi ratiõẽ cum ſua Repub. habuerunt, vt cum apud alias gentes aliquo ſeparatim horum trium generum Reſpub. cõſtaret: apud vos iiſce tribus generibus nouo q̃dam & inuſitato more mixtim cõſtitueretur. ita vt veſtra Reip.

REX in Pol. quid?

neq; Regnum ſit, neq; paucorũ dominatus, neq; popularis ſtatus. REX eni ipſe veſter ſi quis definiat, nihil aliud eſſe in Polonia reperiet, q̃ OS QVODDAM REGNI veſtri cõiunctum vobiſcũ libero ac legitimo veſtro ſuffragio. vt is nihil prorſus agat, nihil moliatur, ac ne loquatur q̃dem: niſi id qđ ex intimo veſtro ſen-

SEnator in Pol. quid?

ſu publice ſit ꝓfectum. Iam SENAtor ipſe, quẽ maiores PRAESidem libertatis atq; CVSTodem eſſe voluerunt, ea ratiõe Regi adiungitur, vt CVSTOS is ſit, & VINdex illius cupiditatũ: ac vt in ſentenciis dicendis Regi præeat, illumq; doceat: q̃d illi pro cõmuni veſtra ſalute agendũ edicendumue ſit. vt in Polonia SENatus nihil ſit aliud q̃ autor cõſilii Regii, atq; illius moderator quidã: ne nimia poteſtate, ex cuſtodia veſtrę libertatis, ad curationẽ ſuorum cõmodorum REX veſter depellat. At veſter ordo equeſter ſpecie quadã popularis poteſtatis, tam Senato-

Equites cur ſint publici cõſilij participes?

rii conſilii q̃ Imperii Regii pro rata parte ideo factus eſt particeps: vt nihil vobis inuitis, neq; a Senatoribus decernat, neq; a Rege ſtatuatur. vt id ſolum ratum in Polonia ſit, qđ volentibus vobis, ſuadente Senatu, ac ipſo Rege edicente ſtatuat.

In Pol. proſcripta eſt illa ſentencia. Quod principi placuit, Legis habet uigorem.

Ex qua ratiõe illud, qđ in Romano Imperio eſt ſummũ: vt id Legis habeat vigorem quod placuerit Regi: a vobis tanq̃ noxium ac libertati veſtræ aduerſum omnibus veſtris Legibus repudietur. Quin vero ea Lege quã vos cum Senatu atq; Rege tuleritis, REGem quoq; ipſum vna cum Senatu vobiſcũ includi vultis. ad-

Rex legibus ſubeſt.

uerſus quẽ Regem ſunt ſuæ Leges vobis, ſunt Iudicia, eſt q̃q; parendi illi modus certus, atq; præſcriptus. Quo quid mirabilius dici, aut fingi poteſt? vt is cuius po-

Rex quantum Ius gladij habet?

teſtas inter vos ſumma eſt, & qui nõ natus ſed creatus a vobis Rex eſt, gladio illo ſibi a vobis cõcredito non vtatur niſi veſtro præſcripto: ac hoc eodẽ etiã gladio, ne veſtra libertas inſoleſcat, vos cohibeat ac in officio cõtineat. Quo fit, vt ſtabile ſit

Quare Regnum Polonorum ſtabile ſit?

Regnum veſtrũ. Si eni eius diſſoluendi cauſæ vllæ ſunt, illas aut a Regia poteſtate, aut a Senatorũ culpa, aut a veſtra libertate ꝓficiſci eſt neceſſe. At cum & Re-

Quæ analogia ſeu proportio ſit apud nos, Regiæ potentiæ, Senatoriæ moderationis, & populi libertatis.

gia potentia veſtra libertate temperet, & veſtra libertas Regia poteſtate cohibeatur, & Senatus ipſe huius potentiæ Regiæ & veſtræ libertatis ſit moderator quidam, atq; cuſtos: quis dubitabit cõfiteri nullam intus perniciem in veſtro Regno latere? qđ libertate veſtra incredibili nititur, Regia vero poteſtate cõtinetur, Senatus aũt ipſius fide & autoritate in modo q̃dam ac in æquabili rerum omnium pondere ita retinetur, vt neutrã in partem propendeat: ſed omnibus momentis veſtræ libertatis diligent examinatũ, in certa obedientię atq; Imperii conditiõe cõſiſtat. Quod q̃dem Regnum cum etiã huiuſmõi Legibus viuat, in quibus reſonat

Cauſæ cõuertendarũ Reſp. quæ alibi ſũt, in Polo. exterminatæ ſunt.

mens, & animus, & cõſilium, & ſentencia veſtræ libertatis: & quarũ Legum ADMINIſter eſt REX, interpres vero SENatus: quibus etiã vos ideo ſeruitis ſolis, vt vere liberi cum Rege veſtro atq; Senatu eſſe poſsitis: mirari deſinite, ſi cæteræ Prouinciæ in q̃bus ea ratio Reip. nõ fuit, vel VNIVS Imperio afflictę, vel PAVcorum dominatu oppreſsæ, vel ſeditiõe POPVlari ſunt euerſæ. VESTRA vero

Ne ergo Poloni recedant a ſuis legib. ſed eas cognoſcant.

Reſp. vt ſalua perpetuaq; ſit, dabitis operam vt a veſtris Legibus nõ recedatis, quarum præſcripto, & REX apud vos regnat, & SENatus decernit, & VOS vitam ſpiritumq; liberum ducitis. Quamobrẽ cum Legum veſtrarũ tantã dignitatẽ vtilitatemq; perſpiciatis eſſe, dabitis operam, vt eas Leges nõ ſolum fidelit retineatis,

Turpe eſt atq; etiam ridiculũ quemq̃ profiteri ſe liberum legibus quas ignoret.

ſed etiã cognitas, atq; perſpectas habeatis. Turpe ſiq̃dem vobis fuerit, vos iis Legibus liberos eſſe gloriari, quas ignoretis, & quæ quantũ valeant neſciatis. Quid enĩ quæſo reſpõderetis, ſi vos quis quęrat, liberi eſtis Poloni? liberi, quo id eſtis? Legibus vtiq; diceretis. quid Leges veſtræ ſunt? ſi neſcimus reſpõderetis, ac ne liberos quidẽ vos eſſe ꝓbaretis. vt enĩ armis ignoratis vitam nõ tuemur, ſic Legibus ignotis libertatẽ nõ præſtamus: quæ ſane in Legum ignoratiõe tota periclitatur. Neq;

Libertas æque inſidiis a q; ui tollitur.

enĩ vi tantũ & armis libertas hominũ tollitur, ſed etiã fraude, atq; dolo tota extinguitur. Ac aduerſus q̃dem vim atq; arma ſunt vobis firma pręſidia, quibus hoſtes

Armis cõtra uim externam utendum, Legib. aũt contra domeſticum dolum.

veſtros vel vlciſci pro veſtra libertate, vel ꝓuocare poſsitis, aduerſus vero dolũ atq; fraudem domeſticã nulla re alia niſi Legibus armati eſſe poſſumus. Atqui, aut hoc ſolum remediũ eſt qđ adhiberi a vobis Reip. veſtræ poſsit; aut ſi ne hoc quidem

idoneum

tis, hoc quitq́d intra Oceani Sarmatici ſinus, monteq́; Carpatum, ac citra Scithiã, atq; Germaniã eſt, Iuris Imperiiq́; veſtri feciſtis. Et cum nõ mos, non Ius, nõ Deus etiã tot gentibus idem eſſet: tamẽ vt idem Ius Regni cunctis poſſet eſſe, libertatis veſtræ cõmendatione eſt factũ: tantumq́; nomen veſtrũ auxiſtis, vt cum ex tot gẽtibus libertate veſtra Polonia coaluiſſet, & amplitudine regionũ, & copia hominum, & fertilitate agrorũ, cæteris Prouinciis pares ſitis. Nihil fingo Equites, rem ipſam dico, eaq́; bona vere cõmemoro, quę vobis LIBERtas veſtra præſtans atq; eximia peperit, quæ tota Legibus atq; inſtitutis veſtris continetur.

Libertas Pol. ne unq̃ reuocetur in dubium legib. eſt circũſcripta

De quarũ Legum natura atq; conditiõe anteq̃ breuiter dicam, peto a vobis Equites Poloni, vt me de iis ita audiatis, vti hominẽ alienum a foro, remotũ a Iudiciis, ac in ocio tranquillitateq́; poſitum audire debetis: vt a me orationẽ de Legibus veſtris requiratis, nõ rabularũ horum forenſium, ſed eorum hominũ qui Leges latas norunt eſſe ad depellendã nõ ad inferendã iniuriã: vt totum id Legibus tribuant, q́d bono Iure ſint: quod in Regno optime cõſtituto viuant, q́d iuſto Rege ac iudicio legitimo vitam, fortunas, atq; libertatẽ cum dignitate retineãt. Hæc ergo ratio mea eſt, vt vobis demonſtrẽ Leges veſtras huiusmõi eſſe, quibus cum nõ dico Solonis aut Lycurgi Leges, ſed ne illæ q́dem Minois atq; Radamanti cõferri poſſint. q́rum Creta Regnum Venetorũ nunc ditiõis eſt, nõ ſuæ. Et ne verbis hæc ita magna facere videar, rem ipſam dicam, ex qua hoc ita eſſe, poteſt videri.

Vſus legum proprius

Pol. leges quales ſ.

Poteſtis Equites demõſtrare mihi vllam Prouinciã, quam, aut ipſi vidiſtis, aut ab aliis audiuiſtis extra Poloniã vere liberam? demonſtrate ſi poteſtis. nihil dico de iis quæ ſub Turca ſunt, quarũ ſeruitus vt fœda ita miſeranda eſt. ad liberiores Prouincias vos deducã. Quorſum tandẽ quęſo recidit potens illa rerum atq; glorioſa Germania? quę cum nõ ſolum Legibus optimis viuere, ſed etiã vicinis gentibus ſe Leges dare gloriaret: nunc non tantũ Leges ipſa amiſit, ſed vix iam vitam reliquã ducit. tanta cõuerſio rerũ in hac præclara doctaq́; gente repente extitit, vt Ius, atq; Leges appellare illi capitale iam ſit factum.

Nulla prouincia hoc tempore libera eſt, præter Poloniam.

Germaniæ ſeruitus.

Quid? ſanguis atq; genus veſtrum Bohemi de Legibus ſuis quantũ retinuerunt? tantũ nimirum quantũ de ipſa libertate amiſerunt. qui cum ex eadẽ originis ꝓpagine vnde & vos orti eſſent, diuerſos Reges atq; Leges ſecuti in vltimũ rerum diſcrimen ſunt adducti.

Bohemiæ.

Iam vero Italia arx gentiũ, atq; nationum caput, ac domiciliũ ſummi quondã Imperii, quæ mala non vidit? cum neq; cupiditatẽ potentiorũ refrenare, neq; tenuiorũ libertatẽ Legibus præſtare poſſet? in qua nunc tot ſunt partes, quot Prouinciæ: tot Reges, quot munitiões: tot deniq; Vrbes, quot ſunt in ea factiões. Ita in illo tam pręclaro tamq; vetuſto Regno veſtigiũ veteris libertatis nullum iam eſt.

Italiæ.

longum eſt & nõ neceſſarium cõmemorare Galliam Prouinciã, quæ Regem ſuum noſtra memoria vidit captum.

Gallia.

Angliã etiam prętermittã quæ Iohannẽ Roſenſem Epiſcopũ ac Thomã Morum duo Regni lumina, Senatores aũt ſuos, ſecuri publice percuſſos cõſpexit

Angliæ.

Quid Davnia dicet? aut quomodo libertatẽ ſuam iactabit? quã tanq̃ nauim abſq; nauclero, ſic illam Criſtierno pulſo abſq; Rege vidimus fluctuantẽ.

Dauniæ.

Neq; vero Hiſpania ſilentio a nobis eſt prætereunda, cui Rex nõ ſuffragiis populi, neq; renunciatiõe legitima, ſed fato naturaq; deſignat. vt Hiſpani eum Regem ferant, nõ quẽ liberi populi ſuffragia, ſed quẽ materni vteri cuſtodia illis deſignarit.

Hiſpaniæ.

Harũ rerum, ac tantorũ periculorũ, atq; cõuerſionum, ſi quis cauſam quęrat: nõ aliã reperiet q̃ Leges ipſas, quæ cum infirmæ apud has iſtas gentes fuiſſent: mirum nõ eſt, ſi pro pace ac perpetuitate Imperii alligare eas non potuerunt: ita vt & ſubditi Regum ſuorum cum fide ferrent Imperiũ, & Reges iuſte moderateq; imperarent ſuis. ex qua inæqualitate Imperii exorta eſt iſta tempeſtas, quæ Germaniã, Bohemiam, Italiã, Galliam, Angliã, atq; Davniam nunc vertit ab imo. nõ ſine ipſius orbis terræ aut occaſu, aut cõuerſione certe q́dem.

Tot in his gentibus tempeſtatum in legib. cauſa poſita eſt.

Q́d ne in Polonia vnq̃ eſſet qua ratiõe a maioribus veſtris ꝓuiſum ſit attẽdite. Nam cum tria genera rerum publicarũ in hominũ vita verſari illi viderent, vt omnes hominũ cœtus, aut VNIVS Regno, aut PAVCOrum Imperio, aut OMNium dominatu cõtineretur. nullum genus horum ipſum per ſe ꝓbauerunt. nam & vnius hominis poteſtatẽ, facilem eſſe ad tyrãnidem viam: & paucorũ Imperium ad reliq́rum calamitatem procliue: & plebis ipſius dominatũ vt ſeditioſum ita pernicioſum eſſe rebus cõmunibus putauerunt,

Quare apud Pol. genus Reip. ex monarchia, Ariſtocratia, et Democratia cõfuſum ſit? Regi tamen, senatui, ac populo ſua dignitas manet integra.

ſibi arbitrentur omnibus veſtris præſidiis atq; Legibus efficere debetis Equites.
Quod vt facilius factu ſit vobis,ſingulari fato ac ſummo libertatis veſtrę exemplo
inuentus eſt homo peracri ingenio SCRIBA PETRI KMITAE Clariſsimi

Iacobus Pril. leges Polon. e tenebris in lucem produxit.

viri IACOBVS PRILVSIVS qui quaſi alter Cn. Flauius horum cornicū ocu-
los confixit,ac ſingulari iudicio, atq; prudentia incredibili, ex hoc rabularū cœno
quaſi ex Ariſtęi ſimo Herculeo pl[illegible] labore,Leges veſtras in Reipub.lucem pro-
duxit:vobiſq; legendas ediſcendaſq; propoſuit,tanta facilitate,vt quod incredibi-

Ius Polonicum triduo iam diſci poterit.

le dictum a M. Tullio plæriſq; videbatur,qui occupatiſsimus cum eſſet,triduo ta-
men ſe Iuriſconſultū fore nō dubitabat profiteri,id veriſsime dictum eſſe IACO-
bus hic PRILuſius docuit,qui hos homines regnare in foro,hærere in Iudiciis,ac
Iudicum tribunalia occupare, atq; in veſtras fortunas vndiq; imminere cum non
ferret,prolatis veſtris Legibus,& forum a fraude, & iudicia a dolo, & tribunalia a
perfidia,& fortunas veſtras ab hac calamitate liberauit. ita enim is & Sarmata, &
Mazurus omnes veſtras Leges ex poſtrema obſcuritate, atq; difficultate, in ſum-
mam perſpicuitatē atq; facilitatē vindicauit,vt nemo ſit tam hebes,tamq; tardus,
cui in cōtrouerſiis agitandis obuiæ nō ſint Leges omnes : & cui non reſpondeant

Quam rationem methodi Iacobus Pril. ſecutus ſit ?

etiā non vocatæ. nam de ſententia L. Craſsi omne veſtrum IVS certis primo ge-
neribus,deinde eorum generū quaſi quibuſdā membris diſpertiit : tum vero pro-
priam cuiuſq; vim definitiōe declarauit,ac perfectam artem Iuris Ciuilis nobis o-
ſtendit. Ita ille & partitiōe generum,& deſcriptiōe partium, & illuſtratiōe illarū,
totum IVS ediſcendū,ac tractandū vobis propoſuit.vt remotis calumniis,ac illarū
circumſcriptiōibus nefariis, ipſæ per ſe reſtent Leges, ac pateant, obuiæq; vobis

Finis querelarum de Cauſidicis iam factus eſſe uidetur.

vltro ſint. Ex qua ratiōe finis factus eſſe videtur querimoniarū illarū quibus ſin-
gulis Comitiis de Cauſidicorū ſcelere queri ſolebatis, vobis videlicet nihil certi iā
in Legibus relictum ab iis eſſe,quę vtiq; querela de Cauſidicis vera fuit. Neq; enī
quicq̄ ita certi, ita etiā conſtituti in fortunis noſtris erat, in quo homines iſti ma-
lefici non molirent̄ aliquid quæſtus cōpendiiq; ſui gratia. quod ſane faciebāt illi
antea non vlla ſingulari prudentia, ſed Legum ipſarū laqueis, quos ex inuolucris
calumniarū cum feciſſent,ita nobis perſuaſerāt,Leges, quarū ipſi autores eſtis,ſo-
lis Cauſidicis notas eſſe.Quare cum ad hunc modum abuterent̄ illi & fide,& ſen-
ſu noſtro, res noſtras ferebant, rapiebāt, ac ſurſum atq; deorſum agebant,ſummo
cum rerum noſtrarū non ſolum priuatarū , verum etiā publicarū diſcrimine. His
ergo malis atq; tantis incōmodis IACObus PRILuſius remediū hoc attulit diui-
nitus,quo res noſtræ ſcelere Cauſidicorū læſę ſanari poſsint.liquidē hoc quod vo-
bis datur atq; offertur obuiis vlnis exceperitis , & ſi paruo negocio ex hoc labore
IACobi PRILuſii vtilitates percipere volueritis opiniōe veſtra maiores melio-
reſq;. Hoc enim volumine Legum veſtrarū a vobis cognito , & ipſi res veſtras nō
temere inter vos agetis , & quæſtum huic Cauſidicorū pecori tanq̄ glandem adi-
metis.Ac hoc genus hominū ſceleratum,controuerſiarū veſtrarū pabulo paſtum,

Cauſidicis iam opus non erit quin unuſquiſq; cauſam ſuam agere poterit.

remouebitis a foro, pelletis a Iudiciis, ac illos ſi non metu Legum at laqueo certe
quidem rem bene gerere aliquando docebitis. vos ipſi etiā non calumnioſo , neq;
Cauſidicorū nequā Iure,ſed ex æquo & bono cōtrouerſias veſtras agitabitis, Le-
geſq; ipſas ad cauſas veſtras non Cauſidicorū inſtituto,ſed cōſcientiæ ſuaſu,ac in-
iuriæ præſcripto accōmodabitis.vt cum certa res & ſimplex Lis in Iudiciū venerit
Actor tum non laqueo ſed Lege petat Reum , ita perſpicue atq; dilucide , vt Iu-
dex cauſa cognita ſecundū Legem mox Iudicium det , neq; in vtrāq; partem du-

Ratio litigandi ex æquo & bono inſtituitur.

bius quaſi in lance æqualiter propendeat.Quod cum a vobis fuerit factum,ceſſa-
bunt inimiciciæ, ceſſabunt etiā illæ inſanabiles contumeliæ atq; cædes. quibus
repleri Regnum aſsidue videmus,ob mala flagicioſaq; Iudicia.quæ Legum ſcien-
tia a vobis intermiſſa,corrupta, atq; deprauata ſunt Cauſidicorū ſcelere atq; perfi-
dia. Quod cum ita ſit, adeſte animis Equites , capeſsite Rempub. recuperate eas
Leges,quas Cauſidicorū ſcelere videtis eſſe violatas,& qui autores Legū veſtra-
rum eſtis, magiſtri quoq; atq; illarum actores velitis eſſe, vt veſtro præſcripto Le-
ges veſtrę in hac Repub.vobiſcum loquantur. Non ego vos ad peregrinas doctri-
nas voco, ſed vos ad earum Legum curam exhortor, quā maiores veſtri vobis re-
tinendam colendamq; reliquerunt, in qua continetur libertas veſtra, qua omnes

quæ vbiq;

Idoneum videtur eſſe, contra ea venena quibus ſyncerītatē Legum noſtrarũ infectam eſſe videmus: nullum ꝓfecto remediũ inuenietur, quo ægrotę Reip. ſubuenire poſsitis. Cum enī quidā homines ſcelerati linguā in quæſtum cōferrent, omnem fidem Legum, atq; illarũ religionē, ad veſtræ libertatis interitum precio cōmutauerunt: tantũq; calumniis cōmentiſq; perfecerũt, vt illud IVS q̃d natura ad ſalutem huius Reip. a maioribus erat conſtitutũ, ad illius perniciem artibus horũ hominũ ſit iam cōuerſum. q̃rum machinatiões, doli, atq; fraudes in vos fortunaſq; veſtras vt occultius laterent, omnē Legibus veſtris lucem eripuerunt, ac denſa rerum caligine omne Ius veſtrum inuoluerunt. Spongiam piſcem Marinũ ferunt eſſe, quę quum grandiores piſces perſequunẗ, atramentũ in fuga fertur emittere, ne ab illis cōprehendatur. ſic etiā iſti vt quæſtu iudiciario liberius paſcanẗ, tetras tenebras Legibus noſtris offuderunt. Cum enī Legum ipſarũ hæc natura omnis ſit, vt res primo poſsibiles, deinde tolerabiles, poſtremo honeſtas hominibus præſcribant: in eo vis ſumma illarũ eſt, vt tota LEX ad ſenſum cōmunem, captũq; noſtrum vulgarē accōmodeẗ. quā etiā ob cauſam nemo in ciuitate mentis ac cōſilii particeps, ſiue vir ille, ſiue fœmina fuerit, ignoratiōe Legis quicq̃ de pœna cōmiſſi recuſat. q̃d vtiq; nunq̃ fieret, niſi cōſtaret Legem in Ciuitate ita ſcitu facilē eſſe, vt in medio poſita a cunctis Ciuibus ſua ſponte poſsit cognoſci. Idcirco etiā magna breuitate præceptorũ inſtar Leges feruntẗ, quarũ partes notis certis, atq; interpũctionibus verborũ propterea occupanẗ, vt facilius etiā a pueris iudicio præditis memoria comprehendanẗ. iiſce ego rebus exempla adiungerē, niſi de rebus notis apud vos hæc habereẗ oratio. ex quibus liquet LEGES ipſas & ob præceptorũ breuitatē, & ob verborũ aſsiduitatē, ita tritas & notas eſſe, vt ad illarũ cognitionē nihil plane ſit opus exquiſito Magiſtro. Iam progreſsiões ipſæ Legum, atq; cauſarum aditus omnes, certa via atq; ſuis gradibus ita ſunt diſpoſiti, vt quiuis & diem dicere, & cum aduerſario experiri Legum præſcripto poſsit. vt quiſq; noſtrũ tam in adeundo, quā in experiundo Iure, Dux ipſe ſibi nullo præeũte poſsit eſſe. Itaq; homines quidā nefarii ſine fide, ſine religione, quos nō Dei metus, non hominum pudor vllo in officio cōtinet: cum ad nullā aliam operā bonam in Repub. valerēt, nulloq; momento in ea eſſent, neq; precio: in tanta Legum veſtrarũ luce myſteria quædā de induſtria moliri cœperunt, vt videlicet ſine ſua opera Lege a vobis nihil poſsit agi. ita illa quæ peruulgata antea, atq; in manibus iactata, & excuſſa, ac cognita a vobis fuerunt: loquacitate nimia ac verborũ tumultu cuncta obruerunt. Quare ea omnia quæ pręclare Legibus erant in cōmuni noſtro ſenſu defixa, Cauſidicorum ingeniis atq; impoſturis inuerſa iam ac deprauata ſunt: Vt omnes Legibus pareremus, maiores noſtri ſummā pœnam exilium, ac bonorũ publicationē Iure victis eſſe voluerunt. Hi inuenerunt & Iudiciorũ DILatiões, & CONtumaciarum genera, & ementita VADia, quibus illi circumueniũt, ac Regno pellunt homines etiā Iuri cōmuni obedientes. itaq; rebus huiuſcemōi fictis, cōmenticiiſq; omnē e Legibus ſplendorē atq; lucē ſuſtulerunt. tenebras vero atq; horrorē quēdam reliquerunt, vt in eo cōtrouerſum Ius ſoli noſſe, & tractare apud vos videanẗ. Quapropter iſti magno noſtro malo ſoli iam regnant, ſoli conſulunẗ. ſoli deniq; in rebus fortuniſq; noſtris tantũ poſſunt, quantũ volunt. Et q̃d ferendum nō eſt, vos qui libertate cæteris gentibus præſtare vultis, impuriſsimis iiſce hominibus domi ſeruiatis, eorum cliētes, eorum comites, eorum etiā aſſectatores ſitis, ad illorum ianuas vigiletis, ac progreſſum operiamini, nunc excludamini ab illis, nunc ad ſeruorum modum reuocemini, vt vobiſcum paciſcantur, vt tributum vobis imperent, vt vos exhauriant, vt deniq; vos ad omnes nutus ſuos promptos, ac paratos, atq; aſsiduos habeant. itaq; quod de vobis nunq̃ finitimis veſtris hoſtibus Germanis, Bohemis, Hungaris, Scythis atq; Turcis licuit: vt pro arbitrio vobis quæ vellent imperarēt, id mediusfidius iam licet impuriſsimis perfidioſiſsimiſq; iiſce non iam ciuibus ſed hoſtibus veſtris, Cauſidicis inquam iſtis, q̃rum in hac Repub. nulla probata prorſus extat opera, neq; in ocio, neq; in negocio. qui obtinendæ atq; augēdæ potentiæ ſuæ cauſa, illam legitimā atq; vſitatam in rebus cauſiſq; veſtris æqualitatem funditus ex Repub. ſuſtulerunt: ac omne fas atq; Ius ex hoc Regno expulerunt, vt vobis rebuſq; veſtris ad arbitrium abutantur. quod ne illi diutius licere

Cauſidici & Cortiſani vili precio cōducti ſemper fere Libertati cōmuni omniũ inſidiantur, legeſq; peruertunt.

Cauſidici plerumq; ſunt perſimiles Spongiæ, aut Caco, quem Hercules ob abactos boues claua cōfecit.

Legum natura & conditiones quæ: ignoratio Iuris neminē a cōmiſſo excuſet.

Leges breues ac ſimplices eſſe debent.

Cauſidicorum in circumueniendis legibꝰ calliditas.

Cauſidicorũ inuenta.

Cauſidici regnant in foris, Equites autem eis ſeruiunt.

ſibi arbi-

AD LECTOREM PRAEFATIO.

Nunc omnes prodit luci fraudesqꝫ dolosqꝫ
Priluſius, monſtrans ad meliora uiam.
Cui tam difficili merces quæſita labore,
Fac tua ne deſit gratia, & æquus honor.
In uobis etiam Proceres, atqꝫ inclyta Regni
Nobilitas merito debet hic eſſe fauor.
Nam ueſtro iuſſu iam olim ſuſcepit, & in ſpem
Hoc totum ueſtram continuauit opus.
Ferte igitur grates, & fundite iuſta laboris
Certatim larga præmia quisque manu.
Sic creſcit uirtus, ubi rite ſequuntur honores:
Et dantur meritis præmia digna uiris.

Index Operis.

Ad Lectorem Præfatio.

TAmetſi in digerendis noſtris Legibus hæc methodi ratio a me obſeruata eſt, vt ſimul atqꝫ titulum Libri & Capitũ candide Lector aſpicias: Leges etiã ad illum ſpectantes nõ vocatæ ſeſe offerant, atqꝫ tibi dubitanti reſpõdeant. Nihilominus vt omnia genera, ac ſpecies & indiuidua Legum partim expreſſa, partim ſub generibus cõprehenſa, velut in faſces colligata videas, atqꝫ etiã in tabula expoſita contemplere: Indicem quoqꝫ operis adnectere volui: tantum vtiqꝫ, quantũ vna atqꝫ altera hora inter ſummas forenſium cauſarũ: item inter inueniendi, ſcribendi, expoliendi, & excudendi occupatiões concerpere potius quã conſcribere poteram. Quod ſi Deus volet, Atlantes vero Reipub. noſtræ meis ſtudiis deeſſe noluerint, dabo operam, vt non ſolum Indicem copioſiorẽ verũ etiam Librum hunc longe cultiorẽ, atqꝫ etiã omniũ Philoſophorũ & Legislatorũ ſentenciis Regno ac Reipub. noſtræ vtilibus doctiorẽ habeas. Cum enim ea ingenii noſtri ſit imbecillitas, vt errando fere diſcamus omnia, certe nihil eſt ſimul inuentum & excultum: & tantum ſecundę cogitatiões primis ſapientiores ſunt, vt etiam VIRGilius Poeta teſtamento ſuo ſua poemata igni dari mandarit: quod fortaſsis eiusdem operis formam animo ſuo etiam longe ſpecioſiorẽ conceperat, quã eam quæ in eius operibus apparet. Quod ſi tantus vir in tot annorum opere ſibi nõ ſatisfecit: ego in tam barbara terra natus, nullius etiã conſilio adiutus, & qui ſępe vix ſemel reuiſa commentaria ſub prælum dederim, quantum a perfectiõe abſum? quanto deniqꝫ interuallo me vicilſem, ſi in nonum annum opus preſsiſſem? vt faciundum cenſet Flaccus, aut duodecim annis illud limaſſem, vt ipſe fecit Vergilius. Ita vt recte de me dici queat, Canis feſtinans cæcus parit catulos. Adde quod in fabricando hoc opere tantum amaritudinis meo animo foris obrepebat, vt vel fortiſsimũ animum conſternare potuerit. Neminẽ enim in tota Repub. vidi, qui non ſuæ operæ ferat precium vberrimũ, & qui militet ſuo ſtipendio: me ſolum ſors mea nihil de cõmuni ferre permiſit. quin omnia præſidia atqꝫ etiam conſilia domi quęrere coegit. Inſuper tot & tantos hoſtes hoc labore mihi paraui, quot & quanti ad opprimendam omnem virtutem ſuffecerint. Qui aũt toties ſub onerę titubantem cõfirmaret, atqꝫ etiã cõſolaretur, præter Generoſiſsimos patricios PETRVM BORAtinũ Procapitaneũ & Burgrabiũ Crac. & STANislaũ Mathęum STAdniczki de ZMIgrod, ꝓ eo ac Reip. ſtudioſiſsimi ſunt, nemo fere fuit. adeo plures ſemper ſunt ꝗ VIRtutẽ VENtris ſui cauſa oppugnẽt, quã ꝗ PIEtatis ergo adiuuent. Sed ego forſan magnifice illos excipiã, ſi lędere perexerint. In præſentia apud eos ita culpã deprecor, ſi quã admiſi: ꝗa in gratiã illorũ adeo mentiri, vel ceſſare nõ poteram, vt vel oppugnarem agnitam VERItatem, vel a pulcherrimo Reipub. cæpto deſiſterem. Ipſa enim VERItas, quamꝗ̃ diu delituerit, emergit tamen: & bonis labore potius quam ocio improbis me gratificari oportuit. Quod aũt multoties ver-

bis plane

quæ vbiq; ſunt gentes viciſtis. Congerant alii ſibi aurum, iactent vectigal, oſtentent munitiones, ſolum etiã fertile cõmemorent: vos eas Leges colite, quæ quibusuis opibus ſunt a vobis anteponendæ. quæ quidem Leges ad eum modum digeſtæ, cum in hoc volumine quaſi in quodam illuſtri monumento poſitæ, & diſtributione generum, & diſtinctione partium, & definitione earum ſint illuſtratę: eo ad ediſcendum faciliores iucundioresq; vobis debent videri: quanto perſpicitis magis omnem ſtatum rei veſtræ publicę, ac libertatis veſtræ conditionẽ, iiſce Legibus contineri: quæ iſto modo & partitione, & diſtributiõe, ac fideli deſcriptione ſunt ab IACObo PRILuſio magna cum ratiõe digeſtę. quibus vt in libera Repub. frui ſaluis in perpetuum poſsimus, velle, & optare omnes debemus.

Cæteræ omnes gentes multis præſtant, Poloni legibꝰ æquis, ac libertate.

Omnis conditio libertatis legibꝰ continetur, præſertim adeo ad methodicã amuſſim digeſtis.

De Operis huius cõmendatiõe Carmẽ Andreæ Triceſij Equitis Poloni.

Si laudem meruit qui ſparſa uolumina Legum
In breue congeſsit IVSTINIANVS opus.
Cur & Priluſium laudem meruiſſe negemus?
Vno qui clauſit Iura Polona Libro.
Et methodum certam ceu Theſei fila ſecutus,
In rectum e dubijs cuncta reduxit iter.
Addidit e uarijs & Commentaria Libris
Quos Hellas, Latium, gens & Hebręa tulit.
Siue docent illi naturæ ex ordine Leges,
Seu quas conſtituit natio quæque ſibi.
Seu ſacroſancti quod dictauere Prophetæ,
Et primi in noſtra relligione Patres.
Omnia percurrens legit meliora, ſuisque
Inſeruit docta cum breuitate locis.
Accipe deuotum tibi Rex AVGVSTE laborem,
Et placide innata pro pietate foue.
Scilicet iſta tui fortuna eſt maxima Regni,
Ante alio nunquam Principe qualis erat.
Quod noſtræ Leges & Patria Iura nitorem
Accipiant tanta commoditate ſuum.
Ecce patent demptis ambagibus, omnia promptum eſt
Lachiaci cuiuis noſcere Iura fori.
In caſſum frendent rabulæ, harpyiæque forenſes
Quæ miſere noſtras depopulantur opes.
Quas tu iam reprimas pœnis Auguſte ſeueris,
Atq; in Iudicijs non patiare tuis.
Fit culpa illarum ſiquidem, quod ſerius æquo
Debita Iuſticiæ præmia quisque ferat.
Legibus obſcuras ſic obfudere tenebras,
Et uarijs cauſas implicuere dolis.
Iudicis ut rectam poſsint peruertere mentem,
Rebus & ambiguis in ſua uota trahant.

Cap. 5. De Vectigalibus, Teloneis, & Commiſsis. folio 422.
Cap. 6. De Moneta. folio 434.
Cap. 7. De Cōtributiōe fumaliū. fo. 442
Cap. 8. De pœnis ac Iure fiſci. fo. 447.
Cap. 9. De Aerario. folio 450.

Ex Libro tercio.

CAP. 1. De Fundorū Spiritualiū & Sęcularium libertate. folio 455.
Ne Ciues & plebei fundos Equeſtres acquirant. folio 456.
Nobiles cui volunt præter Gedaneñ. frumenta ſua vendant. folio 458.
Nobiles quid facere, fouere, vel emere in ſuis fundis permittūtur. folio 459.
Nobiles qd Iuris habēt in ſubditos ſuos item in vagos, ocioſos, & falſos mendicos cum ad eos diuerterint. folio 460.
Cap. 2. De Succeſsiōe in bona ex Teſtamento vel Codicillis. folio 461.
Cap 3. De patre viduo, et digamo, eiuſq; in pueros poteſtate. folio 464.
Cap. 4. De tutoria poteſtate, & pupillis pretereaq; de fratrib. ac virginib. fo. 468
Cap. 5. De familia herciſcunda ſeu cōmuni diuidūdo inter fratres, ac Citatiōibus, actiōibusq; fratrū & ſororū. fol. 474
Cap. 6. De Statu Mulierū. fol. 477.
Cap. 7. De aquiſitiōe rerū ex Cōtractibus, ſiue de rebus creditis. folio 496.
Cap. 8. De Fideiuſsionibus. fol. 527.
Cap. 9. De Lrarum obligatiōe. fol. 532.
Cap. 10. De poſſeſsiōe ac pręſcr. fo. 537
Cap. 11. De Iniuriis, violētiis, ac damnis in bonis mobilibus, & imobilib. fol. 540
Deq; Iure dominii, ac poſſeſſorio: deq; violenter poſſeſsione deiectis per Capitaneos reſtituendis. folio 541.
De Abigeis animalium. folio 550.
De Animalibus feris. folio 554.
De occupatiōibus ac inuētiōib. fo. 557.
Cap 12. De violentiis, prædis, furtis, ac ocioſis. folio 558.
Cap. 13. De Falſariis, & calumniatoribus, præuaricatoribus, tergiuerſatorib9 incātatoribus. & mathematicis. fo. 568.
Cap 14 De fide publica. deq; ſentenciam paſsis, ac reſtitutis, ſeu de Treugis pacis. folio 570.

Ex Libro quarto.

CAP. 1. Iudex, Subiudex, & Notarius, quando, vbi, & ex qbus per Palatinū & Nobilitatē eligant: vel iurent, & qd per ſe Iudicia celebrēt, ſuaq; officia exequantur, propter Iuſticiam populo miniſtrandam. folio 578.
Cap 2. Vt certis temporibus ac locis iudicetur. folio 582.
Cap 3. De generali officio Iudicis in iuſcipiendis recognitionibus, & iudicando: deq; Actis Iudicii. folio 585.
Cap. 4. Vt vno Iure oēs iudicēt. fo. 587
Cap. 5. De Syndicis, Aduocatis, & Procuratoribus. folio 593.
Cap. 6. Ne Sæculares ad forum Spirituale euocent, nec e contra. fol. 599.
Cap 7. Ne quis extra forum proprium iudicetur. folio 603.
Cap. 8. De Inhibitiōib. Iudiciorū fo 606
Cap. 9. De Securitate omnium Iudiciorum & Conuentuum. folio 607.
Cap. 10. De Actionibus, & formulis Citationum. folio 608.
Cap 11. De inſtitutione ac officio Miniſterialium Terreſtrium. folio 625.
Cap. 12. Quando, & quomodo ſit iudicandum, & condemnādum: fol 629.
Cap. 13. De ꝓceſſu Iudic. antiq. fo. 631.
Cap. 14. De ꝓceſſu Iuris nouo, deq; Termio primo quādoq; perēptorio. fol 636.
Cap 15. De Secundo ac iam Termino peremptorio: Item de Dilatiōibus deq; contumacia & lucro. folio 638.
Cap. 16. De Reo comparente, & Exceptionibus eius. folio 643.
Cap. 17. De Litiſconteſtatione & Exceptionibus peremptoriis. folio 649.
Cap. 18 De Iure deliberandi, differēdi Termini, & alio trāsferēdę cauſę. fo. 653
Cap. 19. De Literarū ac Teſtium probatiōibus, atq; expurgatiōib. fol. 655
Cap 20 De Lite pendente, per arbitros tranſacta, ac pœnis. folio 658.
Cap. 21 De Actorum Terreſtrium poſitione. folio 659.
Cap. 22. De Condemnatione ac ſentēcia duplex proceſsus. folio 661.
Cap. 23. & 24. Si Reus in Lucro condēnatur, vel etiā in ſui Procuratoris perſona condemnatus eſt, concitetur ad ſatisfaciendum. folio 665.
Cap. 25. De Appellationibus ſeu Motionibus Iudicum. folio 667.
Cap. 26. De Officio ac Salario Iudicis, Subiudicis, Notarii, & Litigantium peracto Iudicio. deq; taxa Literarum Iudicialium. folio 671. & fol. 672. &cęt.
Cap. 27. De Colloquiis Dignitariorum Terreſtrium. folio 674.

Ex Libro

bis plane barbaris vſi ſumus, Lex operis ipſius me excuſat. antiqua enim Iura coaceruauimus non noua ſumus commenti. Quod ſi etiam & ego alicubi in ratione vocum conſtruendarū, vel recte ſcribendarū deliqui: partim noſtræ feſtinationi, partim Typographorū ignorantiæ adſcribet. Non enim in nonum annum, vt dixi: ſed raro in nonam horam domi preſsimus fœtum noſtrum. celeritas autē (vt taceamus tercenta alia incōmoda) quam ſit inimica conſilio, & æternitati: vel illud cōmune dictū admonet, Qđ cito fit, cito perit.

Ex primo Libro.

CAP. 1. De Rege. qđ ſcilicet vnus ſit Rex, vna Lex. omnes partes Regni vni Regi & vni Legi ſubſint. iis enī vinculis Reipub. pax continet. vtrīq; enī omnes ſubſint. Sed & Rex Legi ſubeſt; cuius auctoritas ab omnib9 defendit. fol. 1.
Propter quid ſit in Republica Rex, & qualis eſſe debeat. folio 2.
Reges per quos eligunt. fol. 5. &c.
De Interregno folio 17.
De Regis Iuramēto, Cōiugio, Coronatiōe, ſecuritate vitę, honore, lenitate, ei9 Curię tutela, deq; Ducū & Cōſiliarior. eis Iuramēto, & auctoritate. fol. 20. etc
CAP. 2. De tempore, loco, ac forma Comitiorū Reg: & ſūmo Regis officio fo. 23
De Iuribus per Reges confirmatis, & confirmandis. folio 26. etcæt.
De Dignitate, vſu, auctoritate, optimaque forma Legum. folio 52. &c.
Legibus omnes ſubſint. folio 34. &c.
Qui caſus Legibus difiniunt: & quæ cauſę ſint mutandarū Legū: & qđ diuerſitas Legū Regno periculoſa ē. fol. 37.
De cōditorib. Legū et priuileg. fol. 38.
Leges futura reſpiciant, publicētur, homines armēt, exequant, recte interpretent, ab oībusq; defendant. fol. 44 &c.
De Iudiciis Comitiorum folio 47.
De cauſis per motionem ad Conuentionem deuolutis. folio 50. &c.
De Termio CVriali ſeu VErbali fo. 52.
De CITationibus ac TERminis poſt Curiam. folio 55.
De Referendariorū officio folio 57.
De Cauſis officii per Motionē ad Regem deuolutis: necnon de TERMinis REGALibus. folio 58. 59.
Farrago omnium Regiorū officiorum quam late illa patent. folio 59 &c
CAP. 3. De Senatoribus Spūalibus & Secularibus Regi circūpoſitis, creandis, cōcordādis, deq; illorū ſumma poteſtate & Iuriſdictiōe, negligētia etc. fo. 69. 70.
CAP. 4. De Spiritualibus in genere, & in ſpecie. folio 81. &cæt.
Itē de Synodo, Schola Cra. et Hereticis.
Cap. 5. De Magiſtratib. ſeu Dignitatibus, & Officialib. Reg. creādis. fo. 173.
Cap. 6. De Palatinis. folio 185.
Cap. 7. De Caſtellanis. folio 192.
Cap. 8 De Marſchalcis. folio 196
Capit. 9 De Theſaurariis, ſeu Quæſtoribus. folio 198.
Cap. 10. De Cancellaria. folio 200.
Capit. 11. De reliquis Curiæ Officialibus. folio 204.
Cap. 12. De Capitaneis. fol. 205. &cæt. 28 foliis abſoluitur.
Cap. 13. De Succamerariis, & in finib9 regūdis, omniq; eorū officio. fol. 253.
Cap. 14. De Venatoribus, Dapiferis, Pincernis, Equiſonibus, Tribunis, ac Vexilliferis. folio 264.
Cap. 15. De Nobilibus ſeu Equitibus Regni, quo ad perſonas, ingenuitatē, libertatem, famā, cędes, & Conuētus, atq; officia eorum attinet. folio 289.
Cap. 16. De Ciuitatibus. folio 291
Cap. 17. De Kmetonibus. folio 325.
Cap. 18. De Seruis. folio 347.
Cap. 19. De Vagis & Philiſtęis. fo. 349
Cap. 20. De Mendicis. folio 352.
Cap. 21. De Iudęis. folio 353.
Cap. 22. De Paganis ſeu Gētib. fo. 370.

Ex Libro ſecūdo.

CAP. 1. De bonis Fiſci Regii, de vſu Theſaurorum Regiorum, deq; Caſtris Regiis. folio 374.
De alienādis vel nō alienādis bonis Regalibus, perq; Cancellarios cōtra Ius nō inſcribendis, deq; Stationibus, ac bonis Reginæ obligatis, Caſtrorumq; ſeruis, & operariis. folio 374.
Bona fiſci teſtamēto reddi poſsūt. fo. 380
De Literis ſuper bona Regia amiſsis, cōſenſibus Regiis, Literis reponēdis, reuidendis, interpretandis tenendisq; vel non tenendis. folio 380.
De Cōmiſſariorū a Rege datorū, cum alibi, tum in limitandis bonis Regalibus officio, ac poteſtate. folio 385. etc
Cap. 2. De Metallis & Salisfod. fo. 393.
Cap. 3. De viis Reg. ſecurādis, dilatādis ineūdis, reficiūd, ac occludēd. etc. fo. 414

Cap. 5.

reatur, quã MVLtos collegas pari poteſtate cõſtitutos, qui (vt REGNI NVLLA EST SANCTA SOCIETAS) vel ſummã Reip. ad ſuã trahant libidinẽ, vel negligentius curent, aut ſaltẽ ingruente vi maiore impotentius defendant.

Quæ gentes primo Reges ſibi creauerãt?

Atq; ea fuerũt apud primos mortales Regum in vnaquaq; Rep. creandorũ initia, hoc deniq; ſubdendarũ illis Rerump. cõſilium: ſiue in Aegypto Pharaões, ſiue Ninus in Aſſyria, ſiue potius Noach in Armenia mox poſt diluuiũ regnare cœperũt.

Quibus primo ſeruitus impoſita eſt?

SER Vitus eñi primo culpę muliebri a Deo, poſtea Cham ſceleri a Noach: nõ naturæ hominũ eſt impoſita. (excipimus hic Ius parentũ in liberos, & illud de Eſau & Iacob diuinæ prædeſtinatiõis priuilegium, vt maior ſeruiat minori) Poſtremo aũt parti Iure belli partim ſpõtanea deditiõe cauſa tuendæ vitæ ipſa ſeruitus apud omnes gentes introducta eſt. Quarũ qdem Gentium exempla maiores noſtri ſecuti, a Lecho vſq; ſub Ducibus, poſtea a Boleſlao Chrabri ſub Regib. viuere, libertatiſq; ac deditionis parem cum aliis Gentibus conditionẽ experiri cœperũt.

Reges propter iuſticiam ſunt conſtituti. quæ quidẽ tam Regiũ tronum conſtabilit, q̃ populum conſociat.

Quare cum ꝓpter iuuandũ genus hominũ, Iuſticiãq; inter illos tuendã ſint Reges, a Regeq; cæteri Magiſtratus cõſtituti: ipſa deniq; IVSticia Tronus ſtabiliat Regius, qua deniq; cœtus hominũ ſocianẽ, ita, vt etiã nõ poſſit eſſe populus, tantoq; minus PAX vbi non ſit ipſa rerum humanarũ Princeps IVSticia. De ipſa inquã Iuſticia, a qua vocabulũ Iuris deducit: atq; de Lege, quæ a delectu nomen ſortita eſt, aliqd eſt dicendũ. ne ſi definitio ac diuiſio vtriuſq; relinquanẽ inexplicata, neglecta principia ſeſe vlciſcantur: ac reliqua ſuperædificari non permittant.

Iuſticia in genere quid eſt?

IVSTICIA itaq; in genere, eſt obediẽtia erga Deum, ac homines, certis Legibus in natura hominis poſitis moderata. & ſic complectit in ſe omnes virtutes. nempe pietatẽ, iuſticiã, fortitudinẽ, temperantiã, liberalitatẽ, & harũ omnium moderatricẽ prudentiã. Et de tali Iuſticia Theologi & Philoſophi tractant.

De particulari Iuſticia iuriſc. tractant.

Alia vero eſt Iuſticia particularis, quã qdem Iuriſcõſulti ex fontibus moralis philoſophiæ deriuant, ſibiq; tractandũ vſurpãt. Quæ (vt ait Vlpianus) eſt cõſtans & perpetua voluntas Ius ſuũ vnicuiq; tribuendi.

Quæ duplex eſt Diſtributiua ſeu Geometrica, & Cõmutatiua ſeu Arithmetica.

Eſt aũt duplex Iuſticia, Diſtributiua ſeu Geometrica, & Cõmutatiua ſeu Arithmetica. Prior eſt quæ pro re ſolida rem ſolidam, aut gratiã, aut qduis aliud dat, & addicit, proportiõe Geometrica. et verſatur in diſtributiõe honorũ aut præmiorũ in eos cõferri ſolitorum, qui de aliquo, & præſerti de Rep. melius meriti ſunt.

De hac Iuſticia honorũ diſtributiua leges noſtræ tractant libr. 1. cap. 4 de Sacerdotiis: & cap. 5. de Dignitatib9 cõferendis, & libr. 6. artic. 7. de Prærogatiuis militũ.

Itaq; huius vſus eſt in gradibus perſonarũ ordinandis, in legẽdis Magiſtratibus, in Imperiis, in exercitu, in familiis, in omni deniq; conuerſatiõe. ita vt illi maiora dentur præmia, q̃ melius rem geſſerit. Poſterior eſt, quæ cõmutat æqualibus æqualia proportiõe Arithmetica, id eſt, quum pecunia, aut res aliqua pecuniæ loco in cõtractum poſita res ipſę æſtimanẽ, atq; addicunẽ. & verſatur in Cõtractibus ſine reſpectu perſonarũ, dignitatis, aut alicuius illarũ meriti. eſtq; tam plebeio alicui q̃ Principibus cõmunis. Vtimur etiã illa in Iudiciis, & pœnis: nõ ſolum vbi damnũ, & lucrum: ſed etiã vbi delictum, & pœna æſtimarenẽ. q̃ ſenſu dicit ſcriptura, neq; diuitis, neq; pauperis: neq; Ciuis, neq; peregrini accipies perſonã in Iudicio. ſed ſi dignus ſit, præmium: ſi qd cõmeruit, ferat pœnam. Et tamen hæc virtus in his perſonis euidentius clareſcit, quæ minimum poſſint, & propter tenuitatem omnium iniuriis ſint expoſiti.

De hac Iuſticia cõmutatiua ſeu Arithmetica tractatur lib. 1. ca. 15. de Mercatoribus, & libr. 2 cap. ultimo de pœnis Fiſci, & lib. 3. de Contractib9, & lib. 4. de Iudiciis, & lib. 5. cap. 1. de Militib9 damna faciẽtib.

Ius humanũ quid eſt?

IVS VERO Humanũ eſt ars ęqui et boni iuſtũ ab iniuſto diſcernẽs, atq; ſecundũ Iuſticiã diſtributiuã, vel cõmutatiuã, diſtribuens, addicens, & cõſeruans. quo qdem Iure deuincta eſt hominũ ſocietas, tanq̃ æquabili ac recta imperãdi & iubendi ratiõe in natura poſita. quã qui violat, is eſt iniuſtus, ſiue illa ſit vſpiã ſcripta, ſiue non.

Ius eſt aliud publicũ aliud priuatum.

Diuidit vero hoc ipſum IVS in publicũ, & priuatũ. PVBlicum Ius eſt, qd ad ſtatum alicuius Reip. ſpectat. PRIuatũ qd ad ſingulorũ vtilitatẽ pertinet. Sunt eñi quędã publice vtilia, quædã priuatim. Publicũ Ius in ſummo Imperio, in Sacris, in Sacerdotibus, in Magiſtratib. cõſiſtit: Priuatũ Ius tripartitum eſt. collectum eñi eſt ex naturalibus præceptis, aut Gentium, aut Ciuilibus, atq; ita

Priuatum Ius diuiditur in
- Naturale.
- Gentium. &
- Ciuile.

De Iure naturali tã brutis q̃ hõib9 cõi.

Ex Libro quinto.

Cap. 1. De Magno Duc. Lithv. fo. 685.
Cap. 2. De Ducatu ac Terr. Ruſ. fo. 703
Cap. 3. De Terris ac Ducatu Pruſsiæ, folio 707. vsq; ad fol. 786.
De Liuonia. folio 786.
Cap. 4. De Infeudatione Caſtri Bytov & Ciuitatis Luneburg. folio 787.
Cap. 5. De Ducatu Zatorienſi & Oſzvvyaczimenſi. folio 788.
Cap. 6. De 12 Ciuitatib. Scepuſii. fo. 797
Cap. 7. De Ducatu Mazouię. fol. 798.
Cap. 8. De Ducatu Barenſi, ac Mediolanenſi, necnon Modunenſi, atq; Cremonenſi Ciuitatibus. folio 801.
Cap. 9. De Samogitia & Pomer. fo 805
Cap. 10. De Moldauia ſiue Vala. fo. 805
Cap. 11. De Ducatibus prędictis a Regno, ab ſeq; dislimitandis. folio 808.
Cap. 12. De fœderatis populis. fol. 809.
Cap. 13. De Externis. folio 810.
Cap. 14 De obedientia Magiſtratibus debita, ac de pace inť ſubditos domi, & in Ciuitate, tum in religione cōſeruanda: deq; rebellibus. folio 812.
Cap. 15. De Legationibus. Quodq; pacta Legatorū ſunt ſeruāda. fol. 836 &c.
Ad ſocios fœderatos Polonorū exhortatio, vt æque bello ac pace amiciciam cum Polonis conſeruent. folio 850

Ex Libro ſexto de Re Militari.

CAP. 1. De Nobiliū generali expeditiōe ad bellū, deq; inſtituēda, exercēda, & cōſeruanda militari diſciplina fo. 887
De Expeditione maiori contra violentiſsimum hoſtem. folio 938.
De mercenaria defenſiōe Regni. & qđ præter hanc vſitatam rationē contribuendi, quatuor modi tuendi Regni reperiri poſsint. folio 947.
De Cōtributione viritania, ſeu cenſu capitum. folio 955.
De Taxatione fundorum. folio 962.
Militaris diſciplinæ ſumma. folio 905.
De Cauſis turbas Reipublicæ adferentibus, vel ſubmouentibus, Elegia folio penultimo.

In Iura, Leges, Statuta, & Priuil. Polō.

PRÆFATIO.

QVum homo ſit animal Ciuile, magisq; ſociabile quam apes, uel formicæ, aut grues: nihil eſt tam contrariū homini quā SOLItudo, quod neq; ſibiipſi ſufficiat, neq; aliis proſit. Nihil rurſus tam proprium, quā cum aliis hominibus CONIunctio, propter vtilitates cōmunes, quæ charitate naturali impellente ab altero in alterū proficiſcunť. Eius aūt coniunctiōis maximū eſt VINculum RATIO, qua nobis vtilia inueſtigamus: & ORAtio, qua ſenſa animi noſtri ĩnuicem nobis cōmunicamus. Maxime aūt ſecundū naturā eſt cōiunctio MAris & FOEMInæ. ex q̄rum copulatiōe DOmus, ex propagatiōe PAgi coaluerūt. Ex pagis aūt, tum cognatiōibus, tum affinitatibus, deinde amicicïis multiplicatis, & iam foras proſerpentibus, CIVItates bene viuendi & cōmunicandarū vtilitatum gratia ſunt conditæ: Porro ex Ciuitatibus ipſis RESP. ſunt inſtitutæ. Ita genus humanum a coniunctione maris & fœminæ ſumens exordium, in tot gentes, gentiumque Reſpublicas diſseminatum eſt.

Homo eſt animal ciuile, Solitudini aduerſum, coniunctionis uero appetens.

Quomodo prima hominū ſocietas ex mare conſtans & fœmina, in tot cœtus diſſeminatur.

Et Principi quidē Deo nihil eſt acceptius in mundo, quā cœtus hominū IVRE ſociati: Ne aūt tenuiores a potentibus, mitiores a ferocibus in hac ſocietate opprimerentur: Reges ipſis Rebuspub. ſunt prę̄fecti. Qui q̄dem imos ſummis exęquarent, fas & nefas edicerent, atq; ita velut cuſtodes omniū vitam ab occidione, religiōem ab impietate, tranquillitatē a perturbatiōe, libertatē a ſeruitute, facultates a raptu tuerenť: aliaq; Rerump. cōmoda, quæ ſinguli Ciues quærere ac retinere ſibiipſis non poſſent, præmio & pœna ſeruarent: vt ita Reſpublicæ quo ad Deum & homines, domi ac foris, pace ac bello, ex iuſto Imperio & fideli obſequio, vnius prouidentia manerēt æternæ: & quo ad mortalia ab interitu vindicari poſſunt, ab omni conuerſiōe alienæ. Natura enim ita cōparatum eſt, vt populus VNVM aliquem virum excellenti virtute ac dignitate præditū plus amet, obſeruet, ac reue-

Reges ut neceſsitati omnium melius prouiderent, Rebuſpublicis ſunt præfecti

Vni Regi libentius paremus quam multis pari poteſtate collegis:

reatur, quā

Iuris Gentium clasſis ſecunda. cuius præcepta ſunt. ut ſontes puniantur, unde bella orta ſunt, diſcretæ gentes, dominia & ſeruitutes atq; uſucapiões ſecutæ: & alia huiuſmodi introducta.

Præmio ac pœna Reſpub. cõtinentur.

Cicero.

ſticia quę reddit vnicuiq; qđ ſuum eſt aberrare poſſemus. Sed qa plærisq; fraudibus & vi armari præt̃ Ius, ac pręter iſtã ipſam naturalẽ hoĩm dilectionẽ, tã alienæ vitæ inſidiari, q̃ cõmunionẽ publicarũ, priuatarũ aũt ꝓprietatẽ rerũ, rapinis & cupiditate violare, aliaq; cõſociatiõis naturalis perpetua decreta trãsgredi cœperunt: ratio naturalis ſuadebat, vt punirent̃ ii q publicã pacem turbarẽt, & alienas res ad ſe raperẽt. Nec enĩ domus, nec Reip. vllius, ſed neq; cœleſtis potentię in homines moderatio ratiõe quadã & certa diſciplina deſignata eſſe videt̃: ſi in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis: nullũq; penitus ſit diſcrimẽ bonorũ & malorũ. Itaq; BELLA int̃ hoĩes orta ſunt, diſcretæ gentes, Regna cõdita, Dominia diſtĩcta, ædificia collata, agris termini poſiti, Caſtrorũ munitiões factæ, præterea Dominiũ BEllo victorũ, captiuorũ vero ſeruitus, ac manumiſsiões, ſimulq; rerũ occupatiões, vſucapiões, aliaq; Iuri nãli ignota & cõtraria fere vocabula enata ſunt. Quę tamẽ poſtea Legũ & Magiſtratus auctoritate neceſſario apꝓbari, ac etiã vi defẽdi cœperũt: ne videlicet ipſi ſerui tã libertate, q̃ bonis recuperatis, audaciã oppreſsã reſumerẽt: ad latrocinãdiq; flagiciũ identidẽ recurrerent violentiores. Qđ qdem Dominiũ & ſeruitus quanq̃ cõtra naturã videant̃ eſſe introducta, cum illo tamen Iure naturali cõcidunt, qđ iubet vt ſtulti ſapientibus, improbi bonis, iniuſti iuſtis, imbelleſq; fortibus ſubiiciantur: & vitam quam Iure belli amiſerant, redimerent: ſuſcepta atq; profeſſa ſeruitute.

Spontaneæ deditiões unde ſunt profectæ?

Deinde etiã VOluntarię DEditiões in alterius poteſtatẽ introductę ſunt, pluribus de cauſis. Ducunt̃ enĩ hoĩes (vt ait Cicero) ad ſeruiendũ aliis, aut bñuolentia, aut bñficiorum magnitudine, aut dignitatis præſtãtia, aut ſpe vtilitatis, aut metu ne vi parere cogãt̃, aut ſpe largitiõis ꝓmiſsiõib. q; capti, aut poſtremo mercede cõducti.

Fœdera & cõtractꝰ

Item fœdera & cõtractus ad cõmunicationẽ rerum ad ſeruandãq; ſocietatẽ hominũ ex hoc Iure inuenti ſunt. vt emptiões & venditiões, locatiões conductiões, tum ſocietates & depoſita, atq; rerum multiplices obligatiões, cõmutatiões, donatiões, aliæq; plures ſtipulatiões: exceptis qbuſdam quę a Iure Ciuili ſunt inſtitutę.

Iudicia.

Ex quibus quidem fontibus Iudicia. & proceſsus Iuris: vt Citatio, Actio, Libellus, Exceptio, Replicatio, Duplicatio &cæt. Litiſconteſtatio, probationes teſtium, Iuramenta, Sentenciæ, Appellationeſq; emanarunt.

Cum externis commercia.

Item hoc Iure externarũ Gentiũ LEGati ac MERcatores hĩc inde tuto veniunt, Ius hoſpicii PEregrinis dat̃, Fides vel hoſtib. ſeruat̃. Quę qdem ſupraſcripta q̃ ad materiã ipſo Iure Naturali Gentiũ introducta eſſe dicunt̃, Quippe qđ ſemper ſũt ab omnibus hoĩbus cõmuni cõſenſu recepta, & cõſtant̃ obſeruata, ſineq; ingenti ſcelere ac vĩdicta violari nõ poſſunt. Quo tamẽ ad cauſam formalẽ, ſunt Iuris poſitiui. Addidit enĩ Ius poſitiuũ iſtis rebus formulã ſecundũ vniuſcuiuſq; Regiõis cõſuetudinẽ, vt pote, Qđ mali & ſontes illo aut illo modo ſunt puniẽdi. nempe Sacrilegus igne, Sicarius gladio, fur laqueo. Item inter hos vel illos, pro eo vel illo hæc & alia forma bellorum, fœderum, Contractuum. & Actionum fieri, Iuſue commigrandi, hoſpitalitatis, aut fidei, ſeruari debet: vel non debet.

Ad normam Iuris Naturalis omnia facta, dogmata, ac Leges Ciuiles examinantur.

Sed & omnia facta, dogmata, ac Iura Ciuilia quęcũq; ab hoc Iure diſſentiũt, naturam bonitatis, ſapientiæ, ac dignitatẽ Iuriũ amittunt: in appellationẽq; facinorũ, ſectarum, vel cõſtitutionũ ꝑ libidine tyrannorũ ſic vel ſic admiſſorũ, aut excogitatarum labunt̃. Quę qdem facta, dogmata, vel cõſtitutiões idcirco etiã ſemper reuocant̃ in cõtrouerſiã, & huc atq; illuc iactant̃ more nauis ſine anchora in medio pelagi tẽpeſtate deprehẽſę, donec vel publica notent̃ infamia, vel ſeditiõe populi frãgant̃, vel Magiſtratus authoritate ad regulã ęqui boni in natura poſiti, velut ad portum applicent. Sicut enĩ nemo ſanus induci poteſt, vt bis quatuor, nõ aũt bis quinq; faciãt decem: ita nec vnq̃ induceť, vt in gratiã alicuius flagicia laudet, damnata ſequat̃, ac iuſticiã ex iniuſtis Legibus expectet. cum & laus nõ niſi honeſtis, & imitatio veris, & æqtati aſſenſus debeant̃. Hinc illud mater Dioniſii Siciliæ tyranni, cum vellet illi vim ac ſtuprũ inferre, dixit. Fili tyrannus qdem Ciuiles Leges põt mutare, ſed Iura naturalia mutare neqt. Quo dicto percuſſus atrox tyrãni animus a ſcelere deſtinato abſtinuit. Senſus enĩ noſtros nõ parentes, nõ nutrices, nõ magiſtri, nõ oratores, nõ poetę, nõ ſcenæ, nõ hiſtriões deprauãt vlli, nõ etiã multitudinis cõſenſus, nõ Magiſtratuũ edicta, nõ feritas, nõ deniq; tormẽta tyrannorũ a vero abducunt. ita, vt fruſtra qs ſperet ſe poſſe im ꝓbe aliqd factũ potentia cõſtabilire, mẽdaciaue præ

IVS NAT Vrale eſt qđ natura omnia animalia docuit. ita vt ſit tam be- ſtiis q̃ hominibus cõmune. vt vitę tutela, mortis fuga, victus aquiſitio, maris & fœ- minæ cõiunctio ꝓcreandi cauſa, & cura eorũ quæ ꝓcreata ſunt. Quarũ q̃dem, & ſimilium affectionũ, tam in hominibus, q̃ in feris Lex & regula eſt, ipſa diſpoſitio naturalis. Vt vſitato etiã ſcripturarũ more homines ferarũ nominibus nucupenť, q hunc primæuũ naturæ inſtinctum ratiõe magiſtra nõ dirigunt, neq; emẽdant.

Ius Naturale eſt incli natio naturæ omnib9 animantib9 cõmunis

Quo ſenſu homines feræ aliquando di- cantur?

De Iure Gentiũ ſolis hominib9 ꝓprio.

IVS autẽ Gentiũ eſt cõmunis ſentencia bñficio naturæ mentibus hominũ im- preſſa, optimã viuendi formã proponens. ac ꝓinde eius ductu, ſine vllis ſcripturis aut Legibus docemur, parentes, & pręceptores: Magiſtratus, ac Seniores reuere- ri. virtutes amare, iraſci viciis, cœtus hominũ iuſtis colere officiis, rebus cõmuni- bus cõmuniter vti, priuatis vt priuatis. illaq; præcipua Iuris Gentiũ præcepta te- nere, honeſte videlicet viuere, alterũ non lædere, Ius ſuum cuiq; tribuere. Hoc er- go Iure edocti vim atq; iniuriã ꝓpulſamus, cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Nã qđ q̃ſq; ob tutelã vitæ ſuę, atq; conſeruationẽ ſui corporis fecerit: Iure bono feciſ- ſe exiſtimať. Et cum inter nos cognationẽ quandã natura cõſtituerit, omneſq; ho mines vna & eadẽ cõtineat definitio: ſequiť vt hominẽ homini inſidiari nefas eſſe putemus. Quæ q̃dem fere omnia præcepta degendę naturaliť vitæ Chriſtus pau- cis verbis concluſit, inquiens. Quæcumq; volueritis vt faciant vobis homines, ta- lia & vos facite illis. hæc eſt Lex & Prophetæ.

Iuris Gentium pri- ma præcepta.

Et ne q̃s vltra Oceanũ peregrineť eorũ diſcendorũ cauſa, quaſi ea foris & extra ſe poſita ſint: prædictorũ omniũ canon, Lex, & regula, eſt cuiuslibet hoĩs CONSci- entia. Quæ q̃dem vt cum primo ſatu generis humani cœpit eſſe, ita ſenior eſt quã ætas Legiſlatorũ, ac Ciuitatũ. Etenĩ ipſa idem ſemper ſentit de eiſdẽ. necnõ vnum quodq; factum ſpõte ſua accuſat, vel defendit: ꝓbat, vel reprobat argumento & de- monſtratiõe infallibili. Ita vt illud dictum veriſsimũ ſit, CONSciẽtia mille teſtes. Et illud, præſtat iniuriã accipere, quã inferre. Item illud, veritatis cõfidens eſt ora- tio, quæ falſa ſunt trepidi loq̃mur. non foris enĩ, neq; in traditiõibus vllis extra ho- minẽ poſitis, ſed in corde humano velut in tabula a Deo depicta bonarũ & mala- rum rerum, veri ac falſi elucet noticia. præſertĩ ſi violentiores affectus acumen Iu- dicii nõ hebetent. Qui q̃dem ne ratiõi rectæ officiũ ſuum eripiãt, vnusq̃ſq; no- ſtrum in omnibus actiõibus delphico oraculo ad cognitionẽ ſui remittiť. Si q̃d enĩ immane ac flagicioſum admittas, quanq̃ fortaſſe ſcelerũ tibi polliceare impunita- tem, vltro tamẽ angore cõſcientię, fraudiſq; cruciatu, de te ſumes ſuppliciũ: vt Adę Caini, & Iudæ: item Herculis, Oreſtis, ac Neronis tormẽta tibi experiri ſit neceſſe Si q̃d vero bene & cum virtute agas, CONſcientia bene actę vitę, benefactorũq; recordatio beatũ te reddet: etiã ſi virtutẽ ipſam merces nulla, pœna autẽ certa ſe- quať aliunde: vt omnes fere viros Dei, & inter Ethnicos Socratẽ, Catonem, ac Se- necam. Et ea q̃dem omniũ BENefactorũ natura eſt, vt tenebras fugiãt, lucẽ amẽt: in eaq; ſe collocari optent. Deniq; GLOriam quaſi proprium pabulũ expetãnt: VIRtuti tamẽ ipſi nullũ maius, nullũ etiã gratius eſt theatrum, q̃ ipſa CONſciẽ- tia. Qđ ſi pœna metuſq; ſupplicii, nõ natura, neq; illa ſcelerũ turpitudo nos deter- ret ab iniurioſa facinoroſaq; vita: nemo eſt Tullii ſentencia iniuſtus, at incauti po- tius ſunt improbi: tum aũt q non ipſo honeſto mouemur, vt boni viri ſimus, ſed vti litate aliqua atq; fructu: certe callidi ſumus, non boni. Nam q̃d faciat is homo in te nebris, q nihil timet niſi teſtem, vel Iudicẽ? q̃d in diſerto aliq̃ loco nactus quẽ mul- to auro ſpoliare poſſet imbecillũ, atq; ſolum? Cum noſter q̃dem hic natura vir bo- nus, ac Iuſtus, etiã colloqueť, iuuabit, in viã deducet, (& vt Paulus ait) nõ aget per- peram, non inflabiť, nõ erit ambitioſus, nõ quæret quæ ſua ſunt, non irritabiť, nõ cogitabit malum, nõ gaudebit ſuper iniq̃tate, cõgaudebit autẽ veritati, omnia ſuf- feret, credet omnia, ſperabit omnia, ſuſtinebit omnia vt proſit omnibus, aliaq; ope ra humanitatis exhibebit: quanq̃ nullum fructũ inde ſperet ſe relaturũ, charitate ipſa quæ in natura cõſcientiaq; eſt, hęc omnia officia a ſe exigente, atq; eliciente. Quocirca ſi ſecundũ hanc Legẽ naturæ viuere vellemus, certe diligeremus mu- tuo; atq; ita nunq̃ a IVRE (cuius dilectio, ſumma ac fundamentũ eſt) & ab ea IV-

Ius Gentiũ in conſci- entia hominis deſcri- ptum eſt, indicans nũ recte uel perperam ſit aliquid factum.

Pluris eſt Iudiciũ pa- catæ conſcientiæ q̃ uo ces multitudinis impe ritæ, quæ ut ſtulta eſt ſic ignota temere pro bat, uel damnat.

Mali ſumunt de ſe pœnas nemine eas e- xigente. contra, boni cõſcientia uirtutis eti am pœnas pro bene- factis non grauatim perferunt.

Virtus lucem amat, nullum tamẽ gratius eſt illi theatrũ quam ipſa conſcientia.

Si pœna deterremur a malo non honeſto, quæ abſurda conſe- quuntur?

Boni uiri officium.

Charitas regula eſt omnium erga proxi- mum officiorum.

Si ſecundũ legem ho- minũ naturalẽ uiue- remus in nulla parte officij errare poſſem9

polluiſſet torū paternū. Abrahā prælio cum Chodorlahomor Rege Aelamitarū cōmiſſo tam Lot fratrē a ſeruitute quā ſubſtantiā eius a direptiōe vindicauit.

Non furaberis.

Perindeqꝫ iratus fuit Iacob Labano qđ ipſum furti inſimulaſſet. Sed & Abrahæ cū Lot ſubſtātiæ diuiſio iuſta ꝓprietatē rerum vnicuiqꝫ debere eſſe saluā teſtat̃,

Non concupiſces.

furta aūt & cōcupiſcentiā aliorū prohibet: quæ duo vtiqꝫ in rebus cōmunibus eſſe nō poterāt. Ipſe deniqꝫ Abraham tam a Pharaōe q̃ ab Abimelecho nomine occultatæ veritatis redargutus fuit.

Non dices falſum teſtimonium.

Sed & mendaces & falſos teſtes damnarūt omnes etiā gentiles. Ex ꝗbus quidē tot & tantis exemplis liquido cōſtat, ꝗa patres antiqui ipſis etiā Decalogi diuini pręceptis ab ipſo mundi exordio vſqꝫ ad Moſi tempora nō caruerunt. Quamq̃ interim nō habuerint illa tabulis inciſa, aut vllis inſcripta mē-

Decalogi præcepta cordibus humanis inſcripta ſunt, quæ primus Moſe in tabulas a Deo relata promulgauit.

branis. Inſcripſerat ſiqdem illa Dn̄s digito ſuo in corda ipſorū. Eadē excolebat viua patrū traditio ac doctrina. Eadem enī eſt Lex vtrobiqꝫ, eadē ſemper Dei voluntas, quia vnus tantū Deus eſt qui nō mutat̃. quare & ipſi veteres ac ſancti Patres ante Moſen, habebāt q̊qꝫ ceremonias & Iudiciales Leges, habuerūt ſuos Sacerdotes vt in Melchizedek ſalem, & in Iethro Madian. & aliis gentiū Sacerdotibus videre licet. qui itidē habuerūt ſua ſacra, ſuas aras & hoſtias, ſuos cœtus ſacros, & ſuas purificatiōes. Itaqꝫ omnes gentes quamq̃ Legem nō habuerunt, quæ tamē Legis erāt naturali inſtinctu faciebāt: atqꝫ vt ſcribit Paulus, ſibiipſis erant Lex. nimirum oſtendebāt opus Legis ſcriptū in cordibus ſuis. ſimul atteſtante illorū cōſcientia, & cogitatiōibus inter ſe accuſantibus aut etiā excuſantibus. Quod aūt tam ip-

Quia Gentes naturaliter cognoſcentes Deum, nō tamē coluerūt illum vt Deū & ſtultæ factæ ſunt & in idolatriæ abominationem & turpitudinē flagiciorū multorum incurrerunt propter quę punitæ ſunt.

ſę Gentes ob hanc Legem naturalē præuaricatā, quā Iudęi ob Legē ſcriptā tranſgreſſam peccauerūt: argumento eſt, ꝗa idem Paulus, Gentes q̊qꝫ ipſas æque ac Iudęos iræ diuinę ex ęquo obnoxias fuiſſe docet: vt ſint inexcuſabiles. propterea qđ cum ex viſibilibus creaturis inuiſibilia Dei cognouerit, non vt Deum glorificauerunt, aut grati fuerūt. Sed fruſtrati ſunt per cogitatiōes ſuas, & obtenebratū eſt inſciens cor eorū: cum ſe crederent eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. mutaueruntqꝫ gloriam incorruptibilis Dei, per ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis. & volatilium, & quadrupedū. & reptiliū. Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium ſuorū, in immūdiciā; vt ignominia adficerēt corpora ſua inter ſe mutuo. ꝗa

Cōmutare veritatem Dei ſuo mendacio graue ſcelus.

cōmutauerunt veritatē Dei ſuo mendacio. & venerati ſunt colueruntqꝫ ea quæ condita ſunt, ſupra eum qui cōdidit, ꝗ eſt laudandus in ſæcula. Amen. Quāobrem tradidit eos Deus in cupiditates ignominioſas. nam & fœminæ illorū mutauerūt

Ignoratio diuinæ voluntatis latiſſimam feneſtram ad omnia ſcelera aperit.

naturalē vſum, in eum qui eſt præter naturā. Similit̃qꝫ & maſculi relicto naturali vſu fœminæ exarſerāt per appetentiā ſui alius in alium, maſculi in maſculos fœditatem perpetrātes. & præmiū qđ oportuit erroris ſui in ſe recipientes. & quemadmodū nō ꝓbauerunt, vt Deum agnoſcerēt, ita tradidit Deus in reprobā mentem, vt facerent quæ nō cōueniebat. repleti omni iniuſticia, ſcortatiōe, verſutia, auaricia, malicia, pleni inuidia, cæde, contentiōe, dolo, malis pręditi moribus, ſuſurrones obtrectatores, Dei oſores, cōtumelioſi, ęlati, glorioſi, excogitatores malorū, parentibus immorigeri, expertes intelligentię, pactorū haud quaq̃ tenaces, alieni a charitatis affectu, fœdifragi, immiſericordes. Qui cum iuſticiā Dei agnouerint, qđ hi ꝗ talia faciūt digni ſunt morte, nō ſolū ea faciūt, verū etiā aſſentiunt̃ his ꝗ faciūt.

Clara ſemper fuit cognitio Legis. Attamē Deus illam in DEcem verba redegit, ne amplius a quoq̃ dubitetur de illis.

Clara ergo ſemper fuit cognitio Legis, qua cultus ipſius Dei verus & dilectio proximi informabant̃, & cuſtodiebātur. Et tamē ne quādo diſſenſionē fieri, & Iudicium corruptæ hominū naturæ impediri, ad dexterāqꝫ vel ſiniſtram illud declinare cōtingat; Deus omneis ſcintilas ipſius Iuris & cognitiōis naturalis per peccatum originale magna ex parte oppreſſas, in DECEM VERba miro verborū cōpendio, ſenſuum aūt plus q̃ aſiana copia redegit. vt ne deinceps vel dubitari de illis, vel ea variari cōtingat. Nihilominus ipſi Legi (ex ipſis naturalibus præceptis in decē

In lege implenda caro infirma eſt. Etenim bonum quod probat homo, voluntate magis quam re ipſa ſequitur.

verba redactis) aſſenſus & voluntas, efficiendiqꝫ illā poteſtas. & infirma, & in mēbris noſtris propter peccatū originis, & multa ignoratiōe ab initio fuit impedita. vt bonum qđ homo probat, voluntate magis quā re ipſa ſequatur. Cuius rei ſignū eſt, quod plures ſemper fuerant Caimi quā Abelis ſectatores, & plures diabolicæ quā Ciuitatis Dei incolę. Neqꝫ mirum idem enī Paulus dicit. LEGEM SPIritualem eſſe, ſe aūt carnalem, & venundatū ſub peccatum. ac mox ait, qđ enim operor nō intelligo. non enim qđ volo bonum, hoc ago: ſed qđ odi malum, illud ago. Si

aūt quod

ſaciaue prę́ſtigiis tegere, aut iniqtatem ſenſu oīm cōmuni damnatā vtilitatis prętextu cōmendare. Adeo ſunt libera acutaq; cōſcientiæ noſtræ iudicia, etiā ſi illa vel metu opprimi, vel fuco decipi, vel præmiorū ſpe excęcari interdū cōtingat. vt nō immerito credamus naturā ipſam tales nobis dediſſe igniculos, taliaq; virtutū ſemina inſeuiſſe, vt ſi ea adoleſcere pateremur, ipſa naturæ bonitas iuſto magiſterio adiuta, mediocri etiā exercitatiōe expolita, nos mala & pernicioſa a malis & ſalutiferis diſtiguere doceret; ſimulq; ad beatā vitā & ſolidā perduceret ſapientiā. Sed qđ nos Iuris Naturalis peritiā ita breuibus anguſtiis circūſcribimus, vt eā ſolum inter hoīes verſari, & quaſi humi repere cōſiteamur: ad cognitionē aūt cœleſtium extolli, atq; ad Dei immortalis familiaritatē quandā aſsurgere nō dicimus?

Igniculi ſeu ſemina Iuris naturalis ſi arte & exercitatione adiuuarentur, quanta eſſent?

Iuris Gentium tercia cleſsis præcepta.

Quamq̃ enī vnum vni tam ſimile, tamq; par nō eſt, q̃ omnes nos ipſi int̃ nos noſtri ſumus: HOMO tamē nō magis ad ſocietatē hoīm qbus cum viuit conſeruandā, q̃ ad CVLtum DEI a q̊ traxit ſui originē ꝓpagandū creatus & factus eſt ab initio. Cuius qdem rei vel hoc ſignū poteſt eſſe indubitatū, qđ in hac etiā corruptiōe humanæ naturę, nulla gens ſit tam barbara, tam immanis, ab omniq; humanitate remota, cuius qdem cōmunis inſtinctus, & quædā naturæ anticipatio ſeu informatio animi, atq; illa ipſa CONſciētia NEGET ESSE DEVM. Qui qdem ſua potentia vniuerſa hæc cœleſtia & terreſtria cōſeruet, regat, & variis vſibus mortaliū ſeruire faciat. Quarū rerum animaduerſiōe mortales ad colendā eam diuinitatem excitant̃, & ritus colēdi illius ꝓ affectu qſq; ſuo ſtabiliūt cōſentient̃. Cum interim gentes ipſæ omnibus fere vitæ inſtitutis a ſe ipſis diſſentiant, atq; int̃ ſe ita hoſtili animo bella gerāt, vt aliæ in aliarū exitium cōſpirent acerrime, exiſtimētq; ſe gratum cultū præſtare Deo, ſi altera alteri vaferrime inſidiet̃, ac poſtremo vſurā huius lucis crudeliſsime eripiat. Homines itaq; quadā ſecreta naturæ diuerſitate ſecum multoties diſſentiūt, fratreſq; in ventre fere materno vt Iacob cum Eſau int̃ ſe cōfligunt: E regiōe vero Dei opinio tantū omnes imbuit mortales: vt ſumma cū pietate Deum vnanimit̃ inuocēt omnes, colant omnes, ſacra & ceremonias cōſeruent omnes, atq; etiā capitis ſui periculo ab omni vi tueant̃, adſerant ac defendāt omnes. Quin etiā laudē ipſius DEI Opt. max. partim veris, parti falſis religiōibus, ac dotatiōibus variis ad poſteritatē omnes trāſmittere cōtendunt. Quæ qdem erga DEVM cōſcientiæ ſtudia, quamq̃ ſpecie lōge diuerſa, ipſo aūt genere paria, nō ſolū in Abel & Caim q primi omniū oblatiōe ſuorum munerū verę & falſę religionis autores fuerūt, verū etiā hoc tempore æque in Iudæis Chriſti inimicis ꝓfeſſis, atq; in nobis ipſis Chriſti Ieſu redēptoris noſtri ſeruis: immo & in ſemiiudæis & ſemichriſtianis Turcis cōſpicimus, atq; admiramur. cum tamē nos omnes, vt & illi duo primi fratres, hæreditario fere & implacabili odio inuicē flagremus, & in perniciē mutuā omni conatu ſemper ſimus intenti.

Iure Naturali magis Deo etiam coniungimur quam ipſis hominibus.

Iure naturali DEum eſſe omnium rectorē atq; conſeruatorem didicimus.

Quamq̃ homines inter ſe acerrime diſſentiant, in confeſsiōe tamē unius Dei ſemper ſunt concordes: quamquam eum diuerſis ritibus colant.

Ac ꝓinde HOminū q̊q; cum DEO SIMilitudinē atq; COGnationē ex hoc Iure animaduertimus eſſe mirificam. Siqdem lōge ANTE Moſen & Chriſtū incarnatū omnia decem præcepta ſolo Iure Naturali cognita, & ſancte obſeruata fuiſſe videmus. Quantū enī ad primam Decalogi tabulā attinet. Primo omniū Abel & Caim ſine præcepto coluerunt Deū hoſtiis. Quē Enoch primus reſtaurator cultus diuini inuocauit, cum q̊ etiā ambulauit ipſe Enoch. Noach item holocauſta ei incendit. Porro Abrahamo ſacroſancta fuit Iuriſiurādi religio. Sed & omnibus litibus dubiis Iuſiurandū finē ſemper adferebat. Proindeq; nunq̃ fruſtra aſſumebat̃ nomen dn̄i. Eodē pertinet qa Abrahā ædificauit altare dn̄o, Iacob aūt ſtatuā erexit in domū Dei, idola vero Labani e ſua familia abſtulit, & defodit ea in Bethel. Atq; ex his exemplis omnis cultus Dei ſyncerus, idolorū aūt abominatiōes cōciderunt; necnō Sabbata colendo Deo neceſſario vident̃ fuiſſe indicta. Quæ qdem omnia patrū geſta, primæ tabulæ per Moſen datæ, Dei cultum internū & externum præſcribenti: falſum aūt dānanti, nōne reſpōdent? Præterea quantū ad SEcundā tabulā attinet Cham ob irreuerentiā erga patrē fratribus in ſeruitutē datus fuit. Damnatus ꝓpter patricidium Caim. filii Dei noīe ꝓhibitarum nuptiarū diluuio perierūt, Poſtea vero Sodoma nefarię libidinis ergo atrociſsimo ſupplicio dānata eſt, Lot aūt cōiugalis caſtitatis: præterea hoſpitalitatis mercedē tulit. ſimilit̃q; correptus fuit PHArao correptus & Abimelech ꝓpter Sarā vxorem Abrahæ receptā. e regiōe aūt laudatus Ioſeph, qđ ab adulterio abſtinuit. at vituperatus Ruben qđ inceſtuoſo cōcubitu

Decalogi præcepta ab initio mundi iure naturali hominū ſunt cognita, & ſancte obſeruata.

Primæ tabulæ præcepta.

Nō habebis Deos alienos coram me.

Non aſsumes nomen Dei tui in uanum.

ſabbata ſanctificet.

ſecundæ tabulæ præcepta Honora patrē & matrem tuam.

Non occides.

Non mæchaberis.

Eadem cauſa fuit e-dendarũ Legum, quæ creandorũ Regum.

Reges bonos a malis præmio & pœna propoſitis defenderent: cũq; omnibus vnâ ſemper & eadẽ voce loquentes, ſummos cum infimis retinerẽt in pari æquitate.

Iuris Ciuilis quæ ratio, quiue ſint fines?

Ipſum ergo IVS CIVILE eſt ſecundum Vlpianum quod neq; in totum a Naturali & Gentium Iure recedit, neq; ei per omnia ſeruit. Itaq; cum Iuri Naturali & Gentium Magiſtratus addit vel detrahit aliquid, iam hac ratione Ius Ciuile efficitur, propter vtilitatem publicam ſic vel ſic introductum. Quod ſi recedit in totum a naturali ratione, non determinat illam, ſed affingit aliquid quod non habet cauſam in natura. & talis conſtitutio non Lex ſed tyrannis appellatur.

Si Iura ciuilia a naturalib. longe recedunt, vel cum eiſdem conſentiunt?

Proinde quanto longius Leges a natura recedunt, tanto ſunt iniquiores, tanto etiam citius ſeneſcunt, & ſemper in controuerſiam reuocantur tanquã violentæ, & naturã ducem peruertentes. vt paulo ſupra de Iure Gentium dictum eſt. E contrario aũt, ſi Lex Ciuilis per omnia conſentiat naturę. & idem dictet quod ſenſus communis: iam naturalis non autẽ Ciuilis eſt vocanda. Quæ quidem licet Iuri naturali nitatur, illud tamen ex certis cauſis limitat & definit.

Exemplis oſtenditur quomodo Ius Gentium ciuili definiatur?

Itaq; forma Iuris Ciuilis apte oſtenditur his exemplis. IVS Gentiũ proponit hanc Theſim, nempe omnes oportere eſſe liberos. Sed Lex Ciuilis dicit neceſſarios eſſe Magiſtratus quibus pareant omnes hominũ ordines, conſeruandæ Reipub. cauſa. Item Ius Gentium dicit ſontes eſſe puniendos, Ius autẽ Ciuile reſpondet publica delicta bello, captiui ſeruitute: priuata autẽ ſcelera damnis, vinculis, verberibus, talione, exilio, infamia, hac vel illa morte, aut ipſa ſeruitute.

Pœnarum ſpecies.

Præterea Ius Gentium dicit pacta eſſe ſeruãda, Sed Ius Ciuile pacta minorenniũ propter ætatem, pupilli quod alienæ ſubſit poteſtati, furioſi propter rationis vicium, fœminæ vero propter ſexus fragilitatem irrita eſſe dicit.

Forma omnium Iurium concurrentiũ apparet in matrimonij copula.

Forma aũt omnium Iurium ſimul concurrentium apparet in matrimonii exemplo. vt quando quæritur, Cuius Iuris ſit matrimoniũ? Reſponde, quo ad inſtitutionem eſt Iuris Diuini, quo ad coniunctionem eſt Iuris naturalis, quod vero ad conſenſum attinet, eſt Iuris Gentium, Iuris aũt Ciuilis quo ad ſtipulationes & pacta dotalia, ac poſtremo Iuris Canonici quo ad ſolennitatem, id eſt, quo ad ſponſalia, benedictionẽ ſacerdotis, & introductionem ad Eccleſiam.

Ius ciuile dicitur etiã POSITiuum. & quæ ſit eius varietatis cauſa?

Hoc itaq; Ius Ciuile appellamus etiam Ius POSITiuum. Quod quidem Ius naturale ſecundum varias rerum mundanarũ circumſtantias ad illud accerſitas Magiſtratus extendit, vel determinat probabili quadã ratione. Itaq; cum hæ circumſtantiæ variant, fit quędam diſſimilitudo Iuris POSitiui in diuerſis locis, temporibus, ac perſonis.

Iniquiores Leges ferendæ in Repub. quo ad publico conſenſu abrogentur.

Quod ſi etiã Conſtitutiões INIQViores ſint, illas tamẽ temere mutare integrum non eſt, neq; ſunt ob id tumultus excitandi. Sic enim in Republ. nonnullos errores toleramus publice tranquillitatis cauſa, vt illos qui ſiniſtra manũ pro dextra vti ſolent. quos prius occidas quã cogas mutare manuum conſuetudinem, qua ſemel imbuti ſunt.

Omnes Legislatores originem legum ſuarum ad Deos referebant, ut apud populum auguſtiores uiderentur.

Vt autẽ populus obſequẽtius Leges reciperet, omnes fere Legislatores ſuarum Legum originem ad Deos ſemper referebãt. ſic primi mortales ad Cererem, Lycurgus Lacedęmoniorũ ad Apollinem, Draco & Solon Athenienſiũ ad Mineruã, Minos Cretenſium ad Iouem, Triſmegiſtus Aegyptiorum ad Mercurium, Zooaſter Bractreñ. ad Oromaſim, Charundas Cartaginenſis ad Saturnũ, Zamolxis in Scythia ad Veſtam, Numa Romanorũ ad Aegeriam, Moſes autẽ Iudæorũ ad Deum Leges ſuas retulerunt.

Quales ſunt Poloniæ leges? & quod ſemper fuit Polonorum ſtudium?

Certe maiores noſtri Conſtitutiões ſuas ad fontes Iuris naturalis & Gentium pro ratione temporum arbitratu ſuo exigebant: nec cuiuſq; præiudicio fuerant aſtricti: huic vni rei duntaxat ſeruientes, ne vnquã Magiſtratus ad tyrannidem, plebs vero ad ſeditionem aſpiraret. Quinimmo dabant operam, vt omnes gratia cõmunium vtilitatum in vnius gentis nomeñ conflati, in cõmuni imperandi & obſequendi formula æquabiliter cõtinerentur, iuſto regimine diſtinguerentur, & ad quandam ſeruarentur perpetuitatem, ab omni diſſipatione, iniquitate, & conuerſiõe liberi. Id autẽ diuinabant futurum, ſi tam Principes quã Ciues cuncti metu & authoritate ipſius Legis domitas habentes libidines, quod iuſtum atq; honeſtum ſit expeterent, facerent, & ſibi inuicem pollicerentur. Ita LEX cœpit eſſe communis Regis ac ipſorum Ciuium REX, quæ a viuo Rege duntaxat linguam interpretem, executionem, ac tutelam deſideret: ne in chartis ſolis conſcripta, non autẽ in re poſita eſſe videatur. Addam autẽ obiter & illud, quia in Polonia vt in Gallia tria frena Regibus ſunt

Sit quod nolo illud facio:cōſentior Legi quoniā bona eſt. Nunc aūt iam non ego operor illud, ſed qđ habitat in me peccatū. Scio enim quia nō habitat in me hoc eſt in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi,perficere autē bonum nō inuenio. Nō enim qđ volo bonum hoc facio,ſed quod nolo malum hoc ago. Si aūt qđ nolo illud facio,iam non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur Legem volentē mihi facere bonum,q̃niam malum mihi adiacet. Cōdelector autē Legi Dei ſecundum interiorē hominē, video aūt aliam Legem in mēbris meis repugnantē Legi mentis meæ, & captiuantē me in Lege peccati, quæ eſt in membris meis: Itaq; ipſe mente ſeruio Legi Dei, Carne aūt Legi peccati. Viderunt etiā & ipſi Ethnici hanc carnaliū affectuum menti repugnantiā perpetuam,adeo vt quis ſibi ipſi eripiatur,& cōtra Iudicium naturæ aliqd audeat. Quo ſenſu Ouidius Mædeæ hæc verba accōmodat. Video meliora proboq;,deteriora ſequor. Similiterq; ille Terentianus Phedria ait.ſciens,videnſq; pereo:nec qd agā ſcio.planum itaq; eſt,Quia omnia ſemina honeſtatis,pietatis,& religiōis,a primo homine vſq; ad Moſen cōſcientiæ noſtrę inſita:poſtea a Moſe ad Chriſtum in tabulas etiā relata habeamus.qbus ad bonum,& ad Legis obedientiā ducimur. Nihilominus ad implendā ipſam & intellectum illuminari oportere,& vires cœlitus concedi neceſſariū eſſe cōtendimus.Cum enim nihil perfectum natura & Lex ſine Deo efficiant: Paulus terciā Legem GRATIAE per Prophetas promiſſam oſtendit,ac ſecum plenus amaritudine, & pœnitentia exclamat: Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?& mox ne deſperet,cōmutata perſona ſibiipſi fide Euangelii erectus reſpōdet.GRATIA DEI per IESVM Chriſtum Dñm noſtrum, quem Deus pater primis ſtatim parentibus terrore peccati percullis,ac magnitudine pœnę cōſternatis,primo nomine muliebris ſeminis,poſtea Abrahamo,Iehudæ,& Dauidi cum Iureiurando promiſit: nobis autē iam in luce ipſius Euangelii conſtitutis oſtendit,ꝓpiciatorem,mediatorē,& interpellatorem ad dexterā Dei ſedentem & tollentem peccata noſtra. in quo etiā & illi qui laudem Iuſticiæ ex Gentilibus habuerunt,& Melchiſedech,Iob,Ietro,Cornelius & Centurio à peccatis ſuis quibus carere nō potuerāt,liberati & ſaluati ſunt.Quocirca poſt lapſum primorū parentum Lex naturalis manſit, vt doceat nos omnes quid ſit bonum,quid ſit malum: & euincens nos omnes eius ipſius Legis eſſe trāſgreſſores,atq; ob id inexcuſabiles coram Dño,tanquā Pædagogus ducat ad Chriſtum:in quo omnes Gentes & Iehudæi accipiunt benedictionē, non iam ex operibus Legis,ne incerta promiſsio eſſet:ſed ex mera gratia per fidem in Chriſtum, qui eſt Iuſticia,ſalus,vita,& ſpes noſtra,deniq; noſtræ reconciliatiōis cum Deo patre autor,atq; æternæ beatitudinis theſaurus inexhauſtus: ſi modo deinceps operibus charitatis in Deum, & proximum, ad quæ in Chriſto per baptiſmum renati ſumus:certam faciamus vocationē noſtram,neq; vt canes ad vomitum,aut ſues ad volutabrum identidem reuertamur:aut forte humana fragilitate reuerſi,non conſedeamus,ſed ad fontem miſericordiæ Dei noſtri emundantē nos ab omni iniquitate, dum tempus veniæ eſt & ſalutis, reuertamur. Si autē Angelis peccatoribus, mundo recenti, atq; Sodomæ non pepercit: neq; etiānum admittet ad ſe præfractos iniquitatis operarios.vt magnum operæ preciū ſit,ſuccinctos,ſobrios,& perfectos ſperare in gratiam per Ieſum Chriſtum nobis oblatam.Et vt filios obedientię decet dare fructus vocationi ſanctæ reſpōdentes.vt talenti quiſq; ſui fructum afferat,accipiatq; coronā vitæ in Chriſto omnibus fidelibus promiſſam, ne tanto grauior pœna præuaricatoribus immineat, quanto plura beneficia miſerentis Dei nobis gratis data eſſe negare non poſſumus. Sed hæc vniuerſa tractatio in præſentia Theologis relinquatur.

Quam atrox eſt pugna inter carnem & mentem hominis, rariſsima tamen melioris partis victoria.

Legi naturali ſeu conſcientiæ quo ad finem illi ut ſpiritualem per nos ſatisfieri nequit, niſi gratia Dei noſtrā infirmitatē adiuuet.

In cauſa iuſtificatiōis peccatoris, idem eſt finis Legis naturalis, qui & diuinæ:nempe ut homo utraq; Lege concluſus ſub peccatum, ad Chriſtū peccatores iuſtificantem ducatur.

De Iure Ciuili.

Ex iis quæ diximus,apparet, quia Iuris Gentium & diuini eſt finis quo ad animā dilectio Dei & hominum:item cognitio peccati, & gratiæ in Chriſto oblatæ deſiderium. Nihilominus ne in hoc pulcherrimo ſtadio mites ab audacibus turbarētur, virtutiq; vicia illuderēt impune: non ſolum Reges & Magiſtratus inter gentes ſunt conſtituti,verum etiam Ciuiles Leges ſunt conditæ, quæ itidem æque ac

Finalis cauſa Iuris Gentium breuiter repetitur.

Reges bo-

da omnibus præſcriberet.& rerum proprietatē tueretur,& legitime agendi doceret viam, tum ſocios in officio contineret, vel belli faceret poteſtatem.

Ius non ſcriptum in conſuetudine poſitũ.

¶ Ius non ſcriptum, eſt conſuetudo diſtribuendorũ honorum, uel iudicandi, tacito conſenſu populi vel Iuris interpretatione inducta, publicam vtilitatem reſpiciens.& habet vim Legis. Nam & ipſæ Leges nulla alia ex cauſa nos tenent, quã quod populi iudicio receptæ ſunt. Differt aũt conſuetudo a præſcriptione, quia hæc priuatis:illa vero Ius vniuerſitati,& publico quærit.

Quatuor modis omni conſuetudo confirmatur.

Quatuor aũt ad confirmandã conſuetudinem requiruntur. I. tacitus conſenſus populi non aliquis caſus. II. Quod ſit rationabilis nõ abſurda. III. Quod ſit omnium hominum memoria antiquior, aut ſaltem decem annis præſcripta, non recens aliquod figmentum. Contra vero Ius ſcriptum annis 40. & frequentia actuum robur obtinet. ita vt ſecundum illam conſuetudinem ad minus bis vel ter in Comitiis Regni ſit iudicatum.

¶ VSVS autem ipſius Conſuetudinis primus eſt interpretari, & confirmare Legem, ſi ſecundũ eam ipſa Cõſuetudo eſt inducta. Optima enim Legum interpres CONSuetudo eſt. Hinc dicitur Græce νομίσ καὶ χωςκ.

SECundus ſi eſt contra Legē inducta obtinet ipſa vim Legis,& ſecundũ eam iudicatur. neq; enĩ abſurdũ eſt, vt mores Ciuiũ in vna quaq; Rep. habeant ꝓ Iure.

Contra quæ ualet cõſuetudo uel non?

TERCius ſi contra Ius poſitiuum eſt inducta, tollit illud niſi obſtet aliqua Lex derogatoria: id eſt talis quæ prohibeat talem conſuetudinē induci, & hoc contra priuatas perſonas Iuriſconſulti intelligi volunt, non cõtra Rempub.& eius partes.

Contra ius diuinum conſuetudo introducta uetus error eſt, et beluina ferocitas etiam ſi ſumma poteſtas contrarium ſentiat.

Sed ſi contra Ius & expreſſum præceptum Diuinũ conſuetudo eſſet introducta, non appellaretur conſuetudo, ſed vetus error & beſuina ferocitas. Quod ſi contra Ius naturale ac Gentium eſt confirmata, idem dicendum eſſe reor, quod de Iuris Ciuilis forma ſupra dictum eſt.

Tollitur conſuetudo.

TOLLITVR aũt conſuetudo duobus modis. Primo per contrariũ actum, ſi præſcriptio nondum eſt completa. Secũdo ſi præſcriptio eſt completa tollitur per nõ vſum tanti temporis. Hinc Hoſtienſis CONSuetudinē ita definit, quod ſit vſus rationabilis, competenti tempore præſcriptus vel firmatus, nullo actu contrario interruptus, binario actu, ſeu contradictorio Iudicio, vel quod non extet memoria inductus, vſuq; communi vtentium comprobatus.

Quæ definitio conſuetudinis ex ſuperioribus elicitur?

Finis iuris Ciuilis æquitas Ciuium.

¶ Sed quoniam tam ſcripti quam non ſcripti Iuris Ciuilis FINis præcipuus eſt, vt legitima atq; vſitata in perſonis, rebus, cauſiſq; publicis & priuatis Ciuium AEQVAlitas conſeruetur: ipſa AEQVAlitas ſeruabitur cum omnes coequabuntur in IVSTO FERendo. ita vt non habeatur reſpectus Domini nec ſerui, diuitis nec inopis. Qua quidem AEQVItate a Græcis Epiikia nucupata in Iudiciis maxime eſt opus. HAEC iuxta Speuſiſpum eſt iuſtorũ condecentiumq; remiſsio, moderatio in commerciis, ordo naturalis animæ quo ad honeſta ſequenda vel vitanda turpia. Iuxta vero Budæum. Eſt conſtantia quædam ac moderatio, cum æquo animo patienterq; ferimus,& in bonam partem aliquid accipimus. Item AEQVItas. eſt perfecta ratio quæ Leges naturales,& Ciuiles, ac omne ſcriptum, dictumq; in meliorē partem interpretatur.& emendat. Ne nimium arcte verba Legis tenendo, finis Legis amittatur, fiatq; ſecundũ prouerbium SVMmum IVS SVMMA INIVria. Ex qua quidem emendatione manat illud quod BONVM & AEQVVM dicitur, ſæpe aliquo, ſæpe nullo ſcripto comprehenſum: ſed in ſola veri ratione collocatum. Nec enim poteſt Legibus definiri, quod ex circumſtantiis,& qualitatibus perſonarũ, rerum,& cauſarũ deprehenditur. Eſtq; quędam legitimi, ac ſcripti, ſeu præduri Iuris ex æquo bono in clementiorem partem emendatio. Prætereaq; earum cauſarũ quæ Legibus definiri nõ poterant, eſt quidam canon & regula, qua quidem in Iudiciis Iudices vt fabri in ædificiis ſua regula plumbea vtuntur, illamq; acribodikæian, hoc eſt ſummi ac ſtricti Iuris auſteritatē & maliciam, in qua omnes anguli verborũ & ſyllabarum venantur, ad facilitatem, æquitatemq; referunt. hanc æquitatem ſi Iudices & Cauſidici noſtri, pro eo ac debent, ſectarentur, neq; vnquã a Iure Ciuili ſepararent, tali quanto ſedatius homines viuerent, multoq; facilius tranſigerentur Comitia. ita

In Iudiciis opus eſt æquitate.

Æquitas quid ſit.

Bonum & æquum aliquando iure ſcripto cõprehendi neq.

Legibus indefinitæ cauſæ æquitatis regula definiuntur.

gibus ſunt iniecta, ne videlicet cuncta arbitratu ſuo vaſtent, vel inſtituant. Primū RELIGIO in qua eis nihil mutare licet præter vtriusq; Senatus ac Equitum, inprimisq; expreſſorum Dei mandatorū auctoritatem, ac exempla piorum Regum, & Epiſcoporū Eccleſiæ Chriſti. de quibus omnibus infra Cap. 4. Artic. 8. non nihil attigi. Alterum eſt POLITIA, in qua primo Magiſtratus ponuntur, quos & ſufficere tenentur, & eorum prouentus, ac iurisdictionē impedire non debent. adeo vt & plærasq; bonorum fiſci cauſas eorum definitioni cōmittant, & ipſimet eorū decretis plęrūq; ſtent. Secundo aūt loco in ipſa Politia Leges ponunt, quæ etiā non niſi a Rege, Senatu ſuo, ac Legatis Equitū figuntur, vel refigunt.

Tria frena Regibus iniecta.

¶ Hoc ergo Ius Ciuile ſcriptum Eſt Statutum expreſſo conſenſo populi inductum publicam vtilitatem reſpiciens. & dicitur alicubi Ius Municipale, vt eſt apud nos Ius Polonicum, Maſouiticū, Ruthenicum, Lithvanicū, Pruthenicum, Sileſiticū, Valachicū, Saxonicū. Cauſæ efficientes Iuris noſtri Ciuilis ſunt Regis, Senatorum, & Equitum cōſenſus, aut etiam Priuilegia beneficio Regum in ſcripturam autenticam relata.

Scripti iuris Ciuilis ſpecies.

Cauſa MATErialis Iuris Ciuilis ſumpta eſt ex Iure naturali, & Gentium, & conſuetudinibus, atq; Comitiorum Decretis, ſeu Statutis vt dictum eſt.

Cauſa materialis Iuris Ciuilis.

Cauſa FORMalis in eo conſiſtit, vt hoc ſic vel ſic iubeat, vel prohibeat, vel aliqd acquirat, conſeruet, aut alienet. Nam circa hæc Ius Ciuile verſatur. Quo loco illud quoq; ſpectandum eſt, Quod Legislatores hypotheſim non phraſim ſpectāt. VERITAS enim neq; inficitur ſolæciſmis, neq; ornatur atticiſmis.

Cauſa formalis.

Iuriſcon. elegantiam dictionis negligunt.

Cauſa FINALIS Iuris Ciuilis eſt, vt publico edicto humana coerceatur audacia, nocendi facultas refrenetur, boni defendātur, ſimplices ſint tuti. a litibusq; omnes abſtineāt, nec cædibus, aut repreſſalib. ſed Iuris præſcripto iniurias perſequant.

Cauſa finalis.

Merito itaq; IVS Dei donum, naturæ cōmune decretum, Regni cōpoſitio, mens Regni ſine cupiditate, neq; potentiam timens, neq; imbelles deſerens, Reipub. ſtabilimentum, Ciuium vallum, omnium vinculum, ars boni & æqui, definiendorum autem euentuum incorrupta regula a ſapientibus dicitur.

Iuris deſcriptio & dignitas ſumma.

Porro, ſecundum ſententiā Papiniani, Lex eſt commune omnibus præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorū admiſſorum coertio, communis Reip. ſponſio ſecundum quā omnes in Repub. viuere cōuenit. iuxta vero Chryſippum, LEX eſt omnium rerum diuinarum & humanarū regina, quā oportet bonis & malis præſidere & Principē & Ducem eſſe. & ſecundum hoc regula eſt iuſtorum & iniuſtorū, & eorum quæ natura ciuilia ſunt animantiū, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autē vitandorum. Cum enim Iudices (vt ait Cicero) gratia vel odio ignorantia vel calliditate ſeduci, labi, & errare queant: Lex neq; gratia inflecti, neq; potentia perfringi, neq; pecunia adulterari poteſt: Sed omnibus vna ſemper & eadem vocis libertate loquitur, vt omnes ſuo ſubiicit Imperio. Ea deniq; naturæ humanæ cum Iure coniunctio intercedit, vt is qui illud conſeruat iuſtus ſit, qui violat iniuſtus. Sed & D. PETRVS Conſtitutiōibus Politicis atq; ipſis Magiſtratibus obedire iubet propter conſcientiā. Præuaricatiōis etiam Legum Ciuilium duplex eſt pœna, Spiritualis qua parte cum Lege naturali & diuina coincidit: Ciuilis qua parte Magiſtratus Conſtitutio contemnitur. Proinde NECESSITAS IVRIS CIVILIS tanta eſt, vt mox a matre in vſuram huius lucis producti Iuris beneficiis veluti membris vtamur, prius quā ſciamus. Etenim Ius ipſum, præter illa commoda quæ multoties enumerauimus, natales legitimos, ingenuitatē, affinitates, ſucceſſiones, atq; iuſti retinendi, vel perſequendi formulas donat, & præſcribit nobis. IVS Magiſtratus tenet in officio vt proſint, non noceant. IVS illis viciſſim omnes obligat ſubditos, ac in morem plectri fides in cithara extenſas, atq; locis diſsitas, & ſonis diſtinctas tangentis, officiorū harmoniam ex multis vnam reſonare iubet: peccantes autē coercet. PROpterea nihil eſt in Repub. tam diligenter quam Ius Ciuile retinendum. Quod ſi ipſum aliqua tempeſtate fortunæ e medio Ciuium tollatur, aut ſit perplexum, ſibiq; pugnans & cōtrarium: quid adiumento eſſe poterit, quominus omnia Reipub. inſtituta ſimul confundantur; Ciuium autē officia in communi errore, velut in quodam luto hęreant? niſi Ius quod eſt ratio in natura poſita honeſti fontes indicaret, & facienda omnibus

Lex quid eſt.

Legis integritas maior quam Iudicum.

Legis cum natura humana conſenſio.

Obediendū eſt Cōſtitutionibus Politicis atq; ipſis Magiſtrat. b.

Præuaricationis duplex eſt pœna.

Neceſsitas Iuris Ciuilis magna.

Iuris æquitas ac vſus in Repub. maximus.

Ius Ciuile eſt diligenter retinendum.

Quæ ſequerētur incommoda ſi Ius tolleretur, aut alioquin ſit perplexum.

[illegible] opus eſt in Ciuitate.

[Iuris] Ciuilis ſcientia facilis.

In Iure Ciuili ſuauitas & delectatio magna.

Iuris autē cum Legibus nullum eſt cōmercium. Proindeq; vt nauis absq; nauclero, currus absq; auriga, ita Ciuitas eſt ſine Iuriſperito. Cuius DOMus ORAculum Ciuitatis a ſapientibus merito nucupatur. Sed ne difficultate a cognitiōe eius diſciplinæ abſtrahamur: Iuris Ciuilis ſcientia admodum facilis viſa eſt Ciceroni. Omnia enim (inquit) ſunt poſita ante oculos, collata in vſu quotidiano, in congreſsione hominum, atq; in foro: neq; ita multis literis, aut voluminibus magnis continetur. eadem enim ſunt elata primum a pluribus, deinde paucis commutatis verbis etiam ab iiſdem ſcriptoribus ſcripta ſunt ſæpius. Accedit vero quo facilius percipi cognoſciq; Ius Ciuile poſsit. (quod minime plæriq; arbitrātur) mira quędam in cognoſcendo ſuauitas, & delectatio, atq; vtilitas. Et hæc Cicero quidem de Rom. Legibus ſenſit. Nos autē non iniuria iſtuc etiam de noſtris ſentire poſſumus. Quem enim non delectet ſcire? quid Rex, quid Magiſtratuum ordo multiplex, quid Miles, aut ſubditorum conditio varia in omnibus actionibus ſequi debeant, vel non? Theatrum certe quoddam, ac ſenſum communem totius populi in Lege Ciuili contineri puto, cum magna voluptate ſpectandum, atq; diſcendū. Præſertim cum hoc ipſum Ius Ciuile, ac Priuilegia Regni noſtri, ea methodo ad certam formam artis iam redegerimus, vt in eis omnis pugnantia apta digeſtione excluſa ſit: Liceatq; iam vel mediocriē exercitato de omni fere cōtrouerſo certā colligere ſentenciam. atq;, vt de ſe aiebat Cicero, intra triduum Iuriſconſultum eſſe. Etenim ipſis Legibus ſapientum ſentencias, Legesq; a noſtris non diſsidentes, ac decreta Regum noſtrorū, Conſuetudines deniq; pro Legibus receptas, aliasq; rationes in natura hærentes, vice emblematum interſeruimus. quæ omnia vaga, ſparſa, ſibi contraria, ac nulla omnino certæ artis ratione circumſcripta hactenus fuerunt: Iam autē ratis, fixisq; præceptis, quatenus rei natura ferebat, quaſi quibusdam cancellis circumdatis ea omnia concluſimus, atq; definiuimus. Si quidē perſuaſum erat nobis, Ius Ciuile ſiue theſaurum ſiue theatrum publicum oportere eſſe, in quo vniuscuiusq; ſummi & infimi Ciuis officia, res, atq; actiones reponi, circumſcribi, & exponi debeant. vt ita omnes ordines Regni ſeſe officiis iuuēt, fulciant, iuſticiæ tenorem rite ſecent, cōmunibusq; auxiliis ſeſe tueantur: vt corpus hoc Reipub. noſtræ (cuius ſinu omnia continentur) ſuis membris affabre diſtinctis, & in officiorum cōmunicatione partitis, perpetuo ſaluum fiat: vel ſaltem Dei gratia & hominum ſtudio maneat fœlix, ac diuturnum.

Epilogus ſuperiorum diſputationū cū tranſitione ad alia.

Cum itaq; omnium hominū ordines, qui enumerebunē ſigillatim, non caſu, neq; temere: verum natura, atq; electione: quinimo Dei prouidentia, & Iure in vnam Reipub. formam, tanq̄ partes per ſe neceſſariæ, coaluerint: & confluxerint. HIC PRIMVS LIBer tractabit de omnium ac ſingularū perſonarum neceſſaria inauctoratione, Statu, officiis, ac deditione: conſenſu vniuerſi Regni ordinum Lege lata præſcriptis. vt ita in illo cœtu ex omnibus vitæ, officii, & actionum humanarum partibus, admirabilis, ſalutaris, ac iucundi Imperii concinnitas reſultet: æquitas autē erga omnes & ſingulas Reipub. partes conſeruata, omnibus accolis & incolis ad amorem ſeu concordiam, hoc aūt eſt, ad beatam & fœlicem vitam magnum ſit inuitamentum.

De diſcrimine Iuſticiæ Politicæ & Chriſtianæ Appendix neceſsaria.

Si Lex non iuſtificat, multominus ſtatutorum obſeruatio iuſtificabit peccatores.

Quia vero æque periculoſe ac incaute Iuſticia Politica cum Chriſtiana confunditur, quæ ſit differentia vtriusq; paucis attingam. Quamquā doctiſsimi fortaſsis reclamabunt, ii præſertim qui vtramq; confundunt, nec alteram ab altera ſecernunt. Si Lex Moſi vtcumq; in Moralem, Iudicialem, & Ceremonialem partiatur, non eſt data vt viuificet. Ad Galat. 3. Nemoq; iuſtificatur ex operibus Legis. Ad Roman. 3. Quia nemo facit Legem. Iohann. 7. & ad Roman. 1. 2. & 3. ſed tantum per Legem eſt cognitio infirmitatis noſtræ, peccati, & iræ Dei (vt de Iure Gentium diximus) multominus ex obſeruatione Statutorum Ciuilium iuſti reputabimur in conſpectu Dei. Quæ quidem vt Iuri Gentium, & verbo Dei plærumq; aduerſantur: ita multis gradibus imperfectiora ſunt, quam

Lex Moſi

hæc virtus magnopere eſt neceſſaria ad ſeruandam concordiã in omnibus Reip. partibus: atq; adeo in priuatis amiciciis, & ſocietatibus.

Aequitas enim eſt ipſa medula & ſanguis, germanaq; Iuſticiæ: recta nimirũ animi conſtitutio, tranquillaq; affectio omni indignatione vacans.

Aequitas.

Verumenimuero ne quiſq; arbitratu ſuo Leges figat & refigat: ad COGNitionem atq; ad INTERpretationẽ æquitatis, ex ſentencia Oldendorpii, quatuor maximis rebus eſt opus. INGEnio, IVDIcio, ERVDitione, VARIArum rerũ vſu atq; experientia. Neq; enim oculos facile demittet in arcanum illud, & ſanctũ naturæ lumen, niſi homo ingenioſiſsimus: nec qui viderit, diſcernet, niſi acerrimi Iudicii: tum in vtroq; opus eſt vſu atq; experimentis: ne quamuis egregium atq; excellens ingenium nouitate rei fallatur. Deniq; ad ea quæ ab aliis ſunt obſeruata, & ad lucem omnino maiorem, opus eſt varia noticia antiquitatis. His rebus maximis fulti illi veteres Iuriſconſ. de Iure audebant reſpondere, ad q̃s olim & transuerſo foro ambulantes, & in ſolio ſedentes domi, ſic adibatur, vt non ſolum de Iure Diuino ac Ciuili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; aut negocio aut officio referretur. Iidem in Senatu & apud populũ, & in cauſis amicorum, & domi, & militiæ conſiliũ ſuum, fidemq; præſtabant. Illi demum vere erant Iuriſconſulti, & æquitatis Sacerdotes, atq; Antiſtites. Hoc erat pulcherrimũ in Ciuitate munus, & vtiliſsimũ ſuis Ciuibus præſtare: illi vero hoc tanto merito ſuo prudentiæ nomine decorati erant. PRVDentes enim & habiti ſunt ſemper Iuriſconſ. & nominati, eaq; ipſa diſciplina IVRISPrudentia, & reſponſa prudentũ. Quippe eam profeſsionem non ſunt rati abſq; prudentia tueri ſe ac præſtare ſuæ Ciuitati poſſe.

Ne quiſq; pro libidine ſua a Legib. ſcriptis declinet: ad cognitionem æquitatis ingenio, Iudicio, eruditione, atq; experientia opus eſt.

Veterum Iuriſconſultorũ dignitas & autoritas magna.

¶ Quin etiam in ſectanda æquitate ea moderatio ſemper eſt ſeruanda, ne Iudex in tali caſu, de quo Lex principaliter loquitur, diſcedat a Lege. Nam cum legitimis Imperiis nos Deus obedire iuſſerit, neceſſe eſt etiam parere præſcripto Legum. Deinde quorſum attineret proponi Ius ſcriptum, ſi liceret Iudici priuato arbitrio diſcedere ab illo quoties vellet? hæc licentia, quid aliud eſſet niſi Legum diſſolutio & abrogatio? Sed cum incidit caſus de quo Lex iam non principaliter loquitur propter aliquas circũſtantias, ibi locus eſt illi moderationi de qua Iuriſprudentes loquũtur. vt cum LEX furem ſuſpendi, homicidam aũt occidi iubeat: cum viator famelicus victum furatur, vel is qui ſe defendendo, furioſusue, aut puer occidit: locum Leges huiusmodi non habent. Primũ enim victus inopia, ſecundũ Iuris naturalis præceptum, ac neceſsitas. Tercium rationis defectus. Quartũ ætas imperfecta, vel caſus excuſat: & Iudicem ad ęquitatem inclinare iubet. Similiter Lex de Sabbato præcipiebat vocationem: videlicet vt populus audire doctrinam cœleſtem poſſet. At cum Antiochus Sabbato ceſſantes Iudæos adoriebatur, nec iam populus conciones audire poſſet, ſed defendere veram religionem cogerentur, ne funditus interirent: recte fecerũt Ductores populi, quod nõ obſtante Lege de Sabbato lata, hoſtes depulerunt, ac profligarũt. Lex enĩ de Sabbato non complectitur hunc caſum. Regula eſt igitur hæc conſeruanda. SCRIpta æquitas ſemper in iis caſibus de quibus ſcriptura loquitur tenenda eſt, nec ab ea diſcedendũ eſt. vbi aũt non eſt ſcripturis comprehenſa, Lex ſcripta, & circumſtantiæ eius diligenter perſpectæ indicant: An illa Legis ſcriptæ moderatio ſeu æquitas ſequenda ſit, quæ ſtricti Iuris rationem intendit, vel remittit. Sed in peruestiganda æquitate cõiecturis etiam, in dubiis cauſis præſertim, adiuuamur: vt Romæ Cælii fratres a ſuſpiciõe parricidii abſoluti fuerunt, quod ſtatim poſt patrem cæſum dormientes ſunt reperti. Iudicatum enim eſt rerum naturam nõ tolerare, vt qs tanto facinore conſcientia ſauciata oculos in ſomnũ reſoluat.

In ſectanda tamẽ æquitate uide quando eſt diſcendum a Iure ſcripto & quãdo nõ

Quando loco eſt æquitati uel non, ex his exemplis apparet.

In dubiis cauſis coniectura ducimur ad æquitatem.

QVoniam vero non ſcientia, ſed ignorantia Iuris litigioſa eſt: IVRISPRudẽtia ſecundũ Vlpianum eſt diuinarum ac humanarũ rerum noticia, iuſti atq; iniuſti ſcientia. Qua quidem definitione concentum illum diſciplinarũ a Gręcis cyclopædiam dictum comprehendit. Eſt enim quidam nexus artium inter ſe, ita vt vna ſine aliis neq; tradi, neq; diſci queat commode. vt Iuriſprudentia ſola quodam modo dicatur ſtudium ſapientiæ ad negocium & rerum vſum trãslatum. Qua quidẽ vna facultate ſingulariter a feris diſtamus, quod Legibus moribusq; regamur. Be-

Iuriſprudentia concentus eſt quidam omnium artium.

Iuriſprudentia a feris diſtamus.

Chriſti in merita ſua cauſam ſalutis transferat, ſed vt noua creatura factori ſuo, Domino autem redemptori ſerui ſanguine empti, in libertate ſpiritus gratias agant: quoad ex hoc ſæculo & ergaſtulis Legum & Regum, ad cœleſtem Ieruſalem eiusque incolatum transferantur. atq; hæc prædicatio EVANGELIVM id eſt bonum ſeu lætum nuncium dicitur, miniſtris Eccleſiæ ad anunciandum vniuerſę creaturę commiſſum. Quam quidē Euangelii doctrinam, quia ob matrimonium contractum prædicare mihi non licet, ad Statuta Regni diuertar. vt ſcilicet ſim aulædus, qui cytarædus eſſe non poteram.

* *
*

Σαρματικῆς ἐφορᾶν τὸ συνέδριον ὅστις ἀπάντων
Σκηπτροφόρων ἐθέλῃς καλάς τε θέμιστας ἀκούειν
Ἃ σοὶ προσφέρομεν πρόφρων λάβε βίβλια ταῦτα
Ἔνθ᾽ οἱ ξυνὸν ζῶντες θεμ ἐῶ μὴν ψηφοφοροῦσι
Πῶς δεῖ ἐν εἰρήνης ἀγορᾷ, πολέμου θορίβφι
Οὐ αὐτὸν ἔχειν, τί δ᾽ ἀεὶ μελετᾶν τὸν ποιμένα λαῶν
Καὶ σκόπτειν, τά τ᾽ ἐόντα, τά τ᾽ ἐσσόμενα, πρό τ᾽ ἐόντα.
Χαῖρε Λάχου τέκνον, θεσμοὺς περὶ δικαίους.
Πλήν γε καλῶς ζηλοῦ μιμούμενος ἔργα κάλιστα
Μουσάων, ἢ ξεινυτέκτονος ἔργον Ἄρηος.
Πιερίδων θεράπων λίαν ὄλβιος ἐστι καὶ ἐσθλός
Ἔσσεται αἰχμητὴς κρατερὸς λαμπρός τε πολίτης
Τὴν κακότητα νικεῖ διὰ θάρσου, χ᾽ ὅπλα πονηρῶν
Αἵματι φοινικόεις θεὸσ: αὐτῷ χρηστὸς ἀγῶνι.
Εἰ δὲ μή, ἀλλὰ θέλῃσ μᾶλλόν τι φιλαίτιος εἶναι,
Σοῦ καὶ ἔρις κακόχαρτος ἔχει, καὶ θυμὸν ἐγείρει,
Εἶναι ὀπιπευόντ᾽ ἀγορᾶς, δοῦλόν τε κριτάων:
Δωροφάγον δικαιοδόταν σὺ ταχύσα πανώλης
Τρέψεις, ὅς τύφος κραδία τὸν γύπτον ἐν ᾅδου
Οὐκ εἰδώς πάυσιν νύκτως καὶ ὀϊζυρὸς ἦμαρ.

Lex Moſi eſt: tantum etiam tranquillitatẽ externam, non autem conſcientiæ pacem tuentur: Languidius quoq; illas obſeruamus, quam vt iuſtorum virorum laudem mereamur. niſi fortaſſe vel id vtile nobis eſſe arbitremur, vel ſi contra nos faciant, illis parere cogamur. Nihilominus ad obſeruationem Legis Moralis, vt pote noſtris animis inſitæ, obligamur: Ceremoniæ etiam tam olim Moſaicę, quã nunc noſtræ, quæ ſecundum analogiam fidei ſunt, nec illam eneruant: iure ſanctæ dicuntur. Leges etiam Politicæ quæ in locum Iudicialium Legum permittente Euangelio ſucceſſerunt, tranquillitatẽ & ſocietatem hominum conſeruant. Sed hoc eſt videndum, vt intra ſuos fines hæ omnes Legis partes conſiſtant: neq; in cauſa Iuſtificationis peccatorũ Dei miſericordiæ in Chriſto nobis exhibitæ, qua ſola iuſtificamur, eius eripiant officium. Nam ad nihil perfectum deducit Lex, ſed porro imperfectionẽ noſtram oſtendit. De ceremoniis etiam Legalibus dixit Dauid. Sacrificiis non delectaberis Pſalmo 50. & 51. non accipiam de domo tua vitulos. Et Eſaias Cap. 1. ad quid mihi multitudo victimarum veſtrarũ? Et Ierem. 31. & ad Hebræos tota fere Epiſtola ſacrificia aduentu Chriſti, cuius vmbra fuerant, finem ſuum accepiſſe oſtenduntur. Legibus autẽ humanis tantum externa pax præmio & pœna retinetur: neq; concupiſcentiæ, ſed tantum ſermonum & manuum coercentur libidines. Cui quidem ex Lege Diuina & humana Iuſticiæ, quamquã ſit vtiliſsima, & quatiendo, ducendoq; ad Chriſtum veteri Adamo apprime neceſſaria, ne confidamus: Chriſtus quoq; prędixit hoc futurum fuiſſe Spiritusſancti officium vt arguat mundum de omni humanis viribus parabili IVSTICIA: quia ipſe ſolus Chriſtus ſit omnium credentium vita, ſalus, & IVSTICIA, nobis natus, nobis datus, nobis paſsus. Quo ſenſu iniuſticiam ſuam agnoſcens Dauid dicit. Cum inuocarem exaudiuit me Deus Iuſticiæ meæ. Item Domine deduc me in Iuſticia tua Pſalmo 5. Et iterum 31. In Iuſticia tua libera me. Item Eſai. 53. cognitiõe ſui iuſtificabit multos. Et PAVlus ait Chriſtum factum eſſe nobis a Deo SAPIentiam, & IVSTICiam. Hæc nimirum eſt IVSTICIA, qua Deus induit nos, dum nos ex iniuſtis iuſtos facit. ipſam ſcilicet miſericordiam & gratiam iuſtificantem nobis gratis cõferens per Chriſtum mediatorem, & pro peccatis noſtris victimam factum. ita vt apud Deum non imputentur nobis peccata, quin etiam deinceps iuſti coram Deo reputemur. Quam quidem Iuſticiam nos fide vt inſtrumento apprehendimus. de qua Apoſtolus Roman. 1. IVSTICIA Dei reuelatur in Euangelio ſicut ſcriptum eſt Iuſtus ex fide viuit. Et Roman. 3. Nunc autem ſine Lege manifeſtata eſt IVSTICIA Dei, teſtificata per Legem & Prophetas. Vocatur autem Iuſticia DEI, & NOSTRA: quod illius gratia nobis donata ſit: ſicut opus Dei quod in nobis facit, ſicut Verbum Dei quod in nobis loquitur, ſicut virtutes Dei quas in nobis operatur. Hanc Iuſticiam fidei Iudæi ignorantes, & exemplo Phariſęi ſuam ex obſeruatione Legis conſtituere volentes, Iuſticiæ Dei, qua publicani, meretrices & latrones profeſſa pœnitentia iuſtificantur, non ſunt ſubiecti. Roman. 10. Actiue itaq; dicitur Deus iuſtus inquantum nos iuſtificat, nos vero paſsiue dicimur iuſti: quod agentis ſeu miſerentis Dei Iuſticia ſolemus eſſe iuſti. Quam fidem qui habent benedicentur cum fideli Abraham, per quam fidem computamur in filios Dei, nimirum in Chriſto victores mundi, peccati, mortis, gehennæ, & quantus quantus eſt, diaboli. E contrario aũt quicumq; ex operibus Legis ſunt, & Iuſticia propria iuſtificari contendunt, vt Iudæi, Turcæ, & omnis Phariſæorum caterua (quæ quidem fidem in Ieſum Chriſtum eleuaret, ſuisq; meritis ſalutem arrogaret) ſub maledicto ſunt, peccati, mortis, gehennæ, & diaboli certa mancipia: tantum abeſt vt obſeruatores traditionum, aut Legum humano cerebro inuentarum, in Iudicio Dei iuſti reperiantur, & ſubſiſtant. quamquã ſua mercede quoque non deſtituentur Politicæ Iuſticiæ cultores, ex promiſſo tamen non ex debito. Neceſſarii enim ſunt tam Magiſtratus quam Leges humanæ, ne fluxa hominum natura hanc libertatem Spiritus in velamen maliciæ vertat impune. ſed ſemel Chriſto per baptiſmum commortua, & conſepulta, in operibus bonis viuat: & ſe nouæ vitæ inauctoratam eſſe foris quoq; teſtetur. non ita, vt a gratia

Quamq̃ lex non iuſtificat, obſeruanda tamen eſt.

ſed in Iuſtificatione peccatorũ ne lex Moſi & Politicæ conſtitutiões eripiant Chriſto ſuum officium, eſt uidendum.

Quare a lege & Statutis transfertur cauſa iuſtificandi in Chriſtum?

Vſus legũ humanarũ.

Ad Galat. 3.

Similis, quod omnes Terræ toti⁹ Regni ad vnū Ius cōmune reducuntur.

Vuladiſla. Iagello in Iedlna 1433.

Item pollicemur, quod omnes Terras Regni Poloniæ ad unum Ius & unam Legem communem omnibus Terris reducemus: reducimusq́ꝫ, adunamus, & unimus tenore præſentium mediante. 54.

Quæ autem Gentes, veluti Regni partes,

ad Ius Regni Polo. acceſſerunt, & quæ in ſuis Iuribus adhuc perſiſtunt, vnius Regis dominationem profeſſæ. Vide Libr. 5. de ſingulis Regni sociis ſingula Capitula. ⁂ ⁂ ⁂

Regum vero conſtitutiōibus Reſpu. & eius Pax continetur. LEX II.

Kazimir. Tertius in Nyeſſoua 1454.

Regum uero Conſtitutionibus ſalus Reipub. conſiſtit, paciſq́ꝫ ſuauitas in illa conſeruatur. 92.

Sed conſtitutiones non vnum, verum omnes obligent. LEX III.

Alex in Rad. 1505. Idem Cap. 2. Arti. 5. repetetur.

Iura communia, & Conſtitutiones publicæ, non unum: ſed communem populum adficiant. ⁂ ⁂ ⁂ 115.

Quod autem & Rex cū omnib⁹ Re-

gni ordinibus Iuri ſubſit. Vide infra Cap. 2. Articul. 6.

Ne vero hæc Reipub. cōſociatio diſ-

ſipetur aut ſaltem turbetur de Tutoribus ac defenſoribus Iurium illius. Vide infra Cap. 2. Artic. 7. & alia ad Ius pertinentia.

COMMENTARIVS.

In omni Republ. eſt cœtus hominum, eſt Rex, eſt Lex.

Ex his Legibus apparet, quod in omni Repub. bene conſtituta tria neceſſario concurrunt. Cœtus hominum, REX, & Lex. Et homines quidem gratia vtilitatum inter ſe communicandarum inſtinctu naturæ conſociantur: REX autē ſummis imos exæquat: porro Lex modum imperandi Regi, parendi vero ſubditis præſcribit: præmia virtuti, pœnas vero ſceleri proponens. Vt autem homines gratia alicuius boni conſociantur, ita nihil magis inimicum eſt illorū cœtibus, quam Regulorum multitudo: nihil rurſus inhumanius, quam vnum vi & potentia fractis Legum repagulis omnibus præeſſe: hic enim communem omnium vtilitatem ad ſuam trahit libidinem, illi fidam ſocietatem inter ſe diu tenere non poſſunt: populus autem neq́ꝫ ſub diſcordibus Principibus concors eſſe poteſt, neq́ꝫ ſub violento beatus. Atq́ꝫ ita Rex Reipub. partes origine & lingua, religione & conditione diuerſas Legum præſcriptis coercet, regit, atq́ꝫ in vna ſocietate moderatur. Verum enim vero, vt Rex & Lex propter populum ſunt introducta, ita non fœda ſeruitus, ſed optanda Libertas populo videatur ſeruire Regi & Legi: tam enim Rex, quam Lex, præſcribit cunctis honeſta & utilia.

Monarchia Reipub. utiliſſima.

ſeruire Regibus & Legibus, eſt libertas optanda.

IVRIS, SEV STATVTORVM ET PRIVILEGIORVM REG. POLO. METHODICE DIGESTORVM.

LIBERI I.

De Perſonis Regni.

CAPITVLVM I.

De Regno, Rege, ac Iure Polonorum.

ARTICVLVS I.

IN REGNO Polonorum, ſicut vnus REX eſt, ita vnum IVS eſſe debet. Qui vſus atque auctoritas IVRIS ſit. Qualem REGEM eſſe oporteat, & propter quid ſit neceſſarius.

In Regno Polo. ſicut vnus Rex, ita vnum Ius eſſe debet. LEX I.

Kazimir.mag. Viſli. 1368. idem repetetur lib.2.cap.6.ar.1. de moneta Regni.

38. CVm ſub uno Principe & capite eadē Gens diuerſa Iura habere nō debeat, ne ſit tanquam monſtrū diuerſa habens capita, expedit Reipub. ut uno & æquali Iure tā Cracouieñ. alias Minoris, quā etiam Maioris Poloniæ inhabitatores, & cæteræ Regni noſtri Terrę utantur, & iudicētur, ex quo unus eſt Princeps omniū & Dominus.

Similis.

Vuladiſl. Iagel. prope Czeruyensko. 1422.

49. Cum omnibus Terris, quas Regni noſtri ambitus cōprehendit, uelut unicus Princeps & Dominus æqualiter dominemur: nō eſt ęquū ut uarijs modis iudicandi, populus nobis ſubiectus, & ſub noſtro exiſtens regimine, in uarios ritus Iudiciorum dilabatur.

penſior tamen ſolertia circumſpectionis ad augmentum Theſaurorũ & prouentuum Regni noſtri incumbit, ex quibus Regni & ſubditorum noſtrorum commodis debite ualeamus prouidere.

COMMENTARIVS.

CVm homo ſit animal Ciuile manſuetũ, atque gubernationi aliarum creaturarum appoſitum, certe ad Iuſticiã, cui Reges præſunt, videtur eſſe factus: Cũ vero idem homo ſit animal prouidũ, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenũ rationis & conſilii, præclara quadam conditiõe generatum a ſupremo Deo, mentemque gerat ex mente Diuina decerptam, non libenter fert imperiũ, niſi eius, qui ſe in omnibus omniũ virtutum actionibus vincat, proximeque ad ſupremã illam mentem Principis Dei accedat, vt vere dixerit quiſpiam Philoſophus, difficilius eſſe hominibus imperare quã beſtiis: hæ enim quolibet facile a ſuis curatoribus impelluntur, homines non niſi melioribus ſe parent ac obediunt. Itaq; noſtri Legiſlatores, non illum Regem eſſe voluerũt, qui tantũ Natalibus ſit Illuſtris, quod vulgus hominũ plærumque ſpectare ſolet: vel aquilino naſo, vt Perſæ: vel obeſus, vt Goti: aut procero & macilento corpore, vt Agareni: aut bellator, vt Amilcar Hannibalẽ filium (tametſi natalium gloria, formæque dignitas Regem cõmendent, rei Militaris vero peritia Regibus propria eſſe debet) Verum illũ Principatu dignum eſſe iudicauerunt, cui prędictarũ virtutum chorus inſit, gubernandæque Reipub. artes teneat. Si enim cæci non eſt, ſed videntis vt ducat: nec cadentis, ſed ſtantis vt erigat: ita rudes non niſi Prudentis magiſterio libenter paremus: & Pium opinione religionis cœleſtiũ ignari, ex animo veneramur: & Iuſto non grauatim adflicti confidimus: & amantem redamamus: & Forti facile trepidi dedimur: & Liberalem egeni Iure optimo admiramur: Porro e contrario, Imprudentis Præfecti nos tędet, quod eius voluntates atque conſilia cæca ſunt: Impium execramur vt Dei hoſtem: Iniuſtum timemus vt Tyrannum: Oſorem auerſamur vt exterminatorẽ: Timidum contẽnimus vt ſeruituti aptum. Auaro nihil credimus vt omnium prædoni, atque ſic OMNIVM BONORVM VEL MALORVM TORRENS A PRINCIPE BONO VEL MALO IN REMPVB. DERIVATVR. Nam vt vis animalis, ita grauiſſimus morbus eſt, qui a capite in membra deſcendit. Proinde ne erretur in delectu viri Principatu digni. Leges formam optimi Regis deſcribentes inſpiciantur. PRINCIPIS VEro Sapientis notas tres eſſe arbitramur ſi ipſe ſatis philoſophetur, ſi Sapientibus cõuiuat, ſi Sapientes Ciues efficiat: PII Si pro rata parte ſtudet propagandis veris, eliminandis aũt falſis Dei cultibus: IVSTI qui Reipubl. honores ac munera ex ęquo omnibus de Repub. bene meritis diſtribuit, cõtra ignauos, vel propoſitis honorum aut donorũ præmiis ad virtutem acuit, vel ſi omnino ceſſatores fuerint punit: in Iudicio aũt reddit vnicuique quod ſuum eſt, omni perſonarũ reſpectu ſublato: AMANTIS qui bonis Ciuiũ delectatur, malis condolet: FORTIS qui vbi trepidatur maxime, ibi verſatur maxime, non minus ſua ſponte & electione, quã neceſſitate inuitante, vt ſe Rempublicãque conſilio vel armis tueatur, ac ſi opus ſit morte etiã redimat: LIBERALIS autẽ qui & in accipiendo modum, & in dando perſonarũ, factorum, rerum, ac munerum delectum ſeruat, ſeruitque in eo ſuæ & Reipub. dignitati. Et ſi aũt de TEMPERANTIA, deque MODESTIA PRINCIPIS nulla extat Lex ſcripta, nihilominus hæ virtutes in Principe tantã vim habent, vt hæ ſolæ, exemplo ſui: plus omnibus ſcitis atque decretis, omnes victus Veneriſque libidines, atque verborũ & factorum licentiã frangant in ſubditis, eoſque reuocent ad decori honeſtique regulam, in omnibus vitæ illorũ partibus conſeruandam: quorum concentus Rempub. ſtabilit, ornat, beat: porro diſcrepantia conturbat, deformat, euertit,

Quia homo Diuinũ animal eſt, nõ libenter niſi melioribus ſe obſequitur.

Quare Princeps debet eſſe.

Prudens.

Pius.

Iuſtus.

Fortis.

Liberalis.

Namq; & pueri ludẽtes, Rex eris, aiũt, ſi recte feceris.

Notæ ſapientis Principis.

Pij.

Iuſti.

Fortis.

Liberalis.

Temperantia & modeſtia principis, regulam uiuendi ſubditis faciunt.

Cicero de Republi.

ſta & vtilia, turpia vero & nocitura auertit: ac proinde iuſte communibus omnium viribus impeti atque tolli debet: qui Regi & Legi parere nollet, ac ſubiici. Illam enim Ciuium ſocietatem Regi & Legi, gratia vtilitatum communium ſubiectam violat, conturbat, diſsipat. Ciuis autem bonus eſt, qui patriam ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos, incolumeſque deſyderat. Eum etiam oportet æquo & pari Iure cum Ciuibus viuere, neque ſubmiſſum, neque abiectum, nec ſeſe efferentem, tum in Repub. ea velle, quæ ſint tranquilla & honeſta.

Boni Ciuis deſcriptio ex Cicerone.

Propter quid ſit neceſſarius in Republica Rex. LEX IIII.

Humana conditio dominantis ſibi iugo libenter caruiſſet, & homines
168 libertatē minime abdicaſſent, ſi non impunita uicia graui pernicie ſce-
lerum redundarent: Ideo Diuina ſentencia dati ſunt Reges populo, &
Domini ſubiectis: ut neceſſario Iuſticię, & Iudicio, ac Imperio Regum
ſubeſſent uniuerſi, ut cuilibet æquo libramine ſtatera lance appenſa, ip-
ſi Reges Iuſticiam miniſtrarent.

Kazim. Mag. 1356
Idem libr. 1. cap. 16. artic. 3. Lege 2.

Qualis debet eſſe Reipublicæ Rex. Prudens. LEX V.

83. Prudentis & circumſpecti Principis eſt, ex præteritis habere memoriam & intente conſiderationis oculum ad futura, & tandem ad ſingula, ſalubri diſpoſitione dirigere, ut cum omnia proſpexerit ſapienter, imitetur ueſtigia prædeceſſorum laudata.

Kazimir. Tertius in Priuilegio ſalinarum lib. 2. cap. 2. artic. 1. ponendo.

Pius. LEX VI.

Videatur Folio 121.

Iuſtus. LEX VII.

89. Kazimirus Tertius. &c. Ad hoc nos omnipotens Deus auctor Iuſticiæ, diſpenſator æquitatis, & Reipubl. pro ſua uolūtate directores, Regni faſtigio licet immeritos uoluit ſublimare, ut ipſam proſequamur Iuſticiā, æquitatem ſectemur, & in Regno ipſo Rempub. dirigamus.

Kazim. Tertius Petricouiæ 1447.

Amans Reip. & Fortis. LEX VIII.

Sacra Maieſtas Regia, pro ea cura quam gerit tuendi Regni ſui, Comitia Regni edicit, in quibus communi omnium conſilio prouidere poſſet, ne quid Regnum detrimenti caperet, neue nos imparatos hoſtis offendens, nec opinantes opprimat. Sed porro, ſi conſilio auerti nequeat, bello propulſetur.

Sigiſm. Petr. 1544.

Liberalis. LEX IX.

76. Et ſi ex debito Regalis munificentiæ, ad omnium ſubditorum cōmodum, & profectum, oculo conſiderationis intendere debeamus, pro-

Kazimir. Magnus in Priuilegio ſalinarum

bimus, & aſsignabit: illum uel illam habeant pro hærede & ſucceſſore noſtro, & ipſi Regnicolæ aſſumere teneãtur, & habere: prout eiſdẽ per Barones, Nobiles, Proceres, Ciuitateñ. & ſingulos inhabitatores Regni Polonię ſit, & facta eſt, de noſtra uoluntate obligatio omagialis, & promiſsio, ſit & facta eſt, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, recipient in Principem, heredẽ, & legitimũ ſucceſſorem. Et deinde, uel abinde, ſucceſſores eorundem, uel earundẽ, locum regiminis habeant obtinere in Regno Poloniæ prænotato.

Idẽ Lud. de cõſenſu eorundẽ Baronũ, Milit. & Nobil. caſſat literas de nõ eligẽda femella in ſucceſſorẽ. LEX II.

Ex eodem Priuilegio

Omnes aũt alias literas, ordinationes, pacta, inſtrumẽta, & munimenta data & conceſſa, per nos & ſucceſſores noſtros parte ex una, ac prædictos Barones, & Nobiles Regni prædicti parte ex altera, quę ſucceſsionem filiarũ noſtrarum, Ducem, uel in Ducẽ, in dicto Regno fieri excludebãt: de conſenſu eorundẽ Baronũ, Militũ, & Nobilium dicti Regni Poloniæ caſſamus, uacuamus, annullamus, caſſas, uanas, uacuas, et irritas nunciamus: uolentes ipſas carere omni robore firmitatis, præſentibus ſolũ modo perpetuis temporibus ualituris. In quorũ omnium euidens teſtimoniũ, firmitatemq; perpetuã præſentes conceſsimus literas noſtras pendenti & euidenti Sigilli noſtri ſimplicis munimine roboratas. Datum & actum Kaſſouiæ decimaſeptima menſis Septemb. Anno Domini Milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo quarto. 41.

Poſt mortẽ aũt Ludou. Proceres Reg. de electiõe filiæ ipſius, Iurib. Eccleſi. bonis, & finib. Reg. ſub interreg. defendẽdis, ita erãt confæderati. LEX III.

Ea confæderatio dicitur Kaptur.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Conſonum rationi, & Sacris Canonibus, eſſe dinoſcitur: ut ea quæ pro communi utilitate Regni fiunt ac dicuntur, teſtimonio literarum approbentur. Proinde nos Vincentius Poſnanieñ. Sandiuogius Caliſsieñ. Palatini: Iohannes Caliſsieñ. Sandiuogius Nakleñ. Andreas Sremeñ. Moyek Byechouieñ. Criſtinus Zbaſineñ. Caſtellani: Suantoſlaus Poſnanieñ. Nicolaus Caliſsieñ. Succamerarij: Vbiſlaus Pincerna Caliſsieñ. Laſota Dapifer, Ioſeph de Horodzyſcze. Viſſota de Kurnik, Kunat Subiudex Caliſsieñ. Petrko Dobiczki, Tomiſlaus de Vyſſoty, Dobroguſtius Radomiczki, Dobroguſtius Vuloſczeyouuski, Sczedzyk Dupniczki,

Petrko

format, euertit. Sicut aūt nauclero, curſus ſecundus, medico ſalus, Imperatori victoria, ſic Reipub. moderatori beata Ciuium vita propoſita eſſe debet: vt ingenio culta, religione ſancta, Iuſticia tranquilla, opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, ac omni genere aliarū virtutum honeſta ſit, & illuſtris: Quod ſi ipſe Princeps vel virtutibus quas enumerauimus deſtitutus fuerit, vel ſeruandis populis non fuerit intentus, ſed ſuæ tantum cupiditati in ſuſcipiendo Regno fuerit obſecutus: in populo quidem omnis induſtria atque recti conſilii impetus concidet, Reſpub. vero tempeſtate ſuborta: conuertetur. Princeps autē pro gloria dedecus: proque gratia odium, ex omni functione ſua referet: & tantū pœnitentia ſuſcepti claui ducetur, vt ſi conditionem mutare queat, ne quidem humi iacentem Coronam tollere vellet: Inſuper memoriam ſui nominis poſt mortem etiā ſuam proponet exagitandam, quoad vlla bonorum & malorū recordatio inter mortales fiet, de boniſque vel malis Principibus poſt mortem illorum libera verſabuntur Iudicia.

ſcopus Regiorū Cōſiliariorū fœlicitas Ciuium eſſe debet.

Quæ mala in Remp. deriuentur, ſi princeps uirtutibus prædictis deſtituatur.

ARTICVLVS II.

Omneis Reges Polo. a Senatu & Nobilitate libere ſunt electi, & eligendi: ne quis Tyrannus vi Rempub. occupet.

Ac primo omniū Proceres & Nobiles Reg. Pol. Ludou. Regi cōſenſerāt vt filij eiꝰ in Reg. ſuccederēt. Si vero nō eſſent filij, filiæ hæreditarent. LEX I.

40. IN NOMINE DOMINI AMEN. Cum geſta Principum debeant inuiolabiliter futurorū memoriæ enodari, & confirmationes, libertates, emunitates, Priuilegia, inſtrumēta, ratificationes, perpetuis temporibus perhennari: Proinde nos Ludouicus Dei gratia Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ &c. Rex, ad uniuerſorum tam præſentiū quam futurorum noticiā uolumus deuenire: Quod ex puro animo, & ſynceris affectibus, Regnū noſtrum Poloniæ in bono ſtatu & robore permanere anhelantes, licet alias noſtris promiſsionibus inſtrumentorū, ſeu Priuilegiorū, Nobilibus ipſius Regni Poloniæ fuiſſemus obligati. Quod decedētibus nobis de hac luce, maſculinā prolē noſtram tantū, & non fœmineā deberent habere & ſibi recipere noſtrū in heredem & ſucceſſorē Regni Poloniæ: demum Baronū, Militum, Nobilium, & aliorū omniū conſenſu & uoluntate accedente, filias noſtras non extante prole maſculina ſibi in Dños & hæredes Regni prædicti acceptarunt, quas fieri noſtros ſucceſſores, & Coronā Regni Polonię ipſas uolunt, & uoluerunt obtinere: Tamen in eo caſu, quo filiū uel filias Diuina nobis prouidente clementia habuerimus, unum ex eiſdem maſculis: illis deficientibus, unam ex noſtris filiabus nunc natis, et extantibus, ac in futurū naſcituris: quem, uel quā, nos, uel excellentiſsima Domina Regina mater, & conſors noſtra chariſsima, ipſis aſsigna-

Ex Ludouici priuilegio Kaßouiæ dato. 1374.

Poſtea Lithuani fatentur wlad. Iagellonē, maritum Heduigi filiæ Lud. datum, libere a Polonis in Regem electum. LEX IIII.

Ex priuilegio prælatorum Lithu. Vilnæ dato. Anno 1401. Lib. 5. ca. 1. ponēdo.

Nos Prælati, Principes, Barones, Nobiles, Terrigenæ, Terrarū Lith- 128
uaniæ & Ruſsiæ, uidelicet Iacobus diuina prouidētia Vilneñ. Eccle-
ſiæ Epiſcopus, Dux Iohannes &c. Significamus quibus expedit uni-
uerſis, quomodo eo tempore, quo Prælati, Principes, Barones, & No-
biles, & cōmunitas Terrigenarū Regni Poloniȩ, diuina cooperāte cle-
mentia. Sereniſ. Principē Dominū Vuladiſlaū Regem Poloniæ ſu-
premum Ducē Lithuaniæ, hȩredem Ruſsiæ, dn̄m noſtrum gracioſiſ-
ſimum, de gentilitatis erroribus educentes in Regem & Dominum
ſibi aſſumpſerunt. ⁂ ⁂ ⁂

Itaq; & ipſe wladi. Iagello de libera electione wladi. ſeu Cazimiri filiorum ſuorum ita ſcribit. LEX V.

Ex Iagellonis priuilegio Iedlnē. 1433.

Vuladiſlaus Dei gratia Rex Poloniȩ, nec nō Terrarū Cracouiȩ, San- 50.
domiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Lithuaniæ Princeps, Pomera-
niæ, Ruſsiæq; Dn̄s & hȩres &c. Significamus tenore præſentiū qui-
bus expedit uniuerſis. Quomodo libramine uerȩ rationis penſantes
intemeratȩ fidei, & inſuperabilis uirtutis conſtantiā, quibus Incolæ
Regni Noſtri Poloniæ in bellis, & certaminibus, quæ cum proſperis,
auſpice Dn̄o, noſtrorū triumphorū ſucceſsibus, ſȩpe ſȩpiusq; pro de-
fenſione noſtra & Regni eiuſdē hoſtiū ſuſtinendo inſultus ſuſcepi-
mus, placere nobis meruerūt, & uotis noſtris obſecundatiōe fideli, nō
absq; uarijs periculis corporū, & extenuatiōe rerum, deuota ſubiecti-
one, ubiq;, & ſemper paruerūt: Horum intuitu, & aliorū contēplati-
one meritorū, quæ excelſa dona, noſtrȩ munificentiȩ, nō indigne pro-
merentur: Volentes etiā, ut beneuolentia eorū fidei affectus, quos cū
tanta ſynceritate & in filios noſtros præclaros Principes Vuladiſlaū
& Kazimirū dilexerunt: quorū unum quem aptiorem ad regimē Re-
gni cognouerint, quem noſtris requiſitiōibus admoniti, ſibi expleta
uitæ noſtræ periodo, pro Rege, Principe, Dn̄o & herede Regni huius
Poloniæ, & Terrarū Lithuaniæ, & Ruſsiæ, quos prȩclarus Princeps
Sigiſmundus Kerſtuth. Magnus Dux Lithuaniæ frater noſter cha-
riſsimus prout in præſentiarū poſsidet, & debet ad tēpora uitæ ſuæ

poſsidere, &

Petrko Soſniczki, Nicolaus Petrski, Vulodzimir Borzugouuski, Iaſſek Veleuuski, Simon Gromouuski, Petrik Stanaczki, Meczko Kryſtouuski, Nyczko Kaczkouuski, Ian Popczycz, Ianuſsius Iaroglouuski: Albertus de Goray. Cęteriq; Nobiles, Milites, totaq; cõmunitas Maioris Poloniæ: Reuerendo in Chriſto patri, ac dño: domino Iohanni diuina prouidẽtia Epiſcopo Cracouieñ. nec non ſtrenuis ac Nobilibus uiris & Dñis, Dobeſlao Caſtellano, Spytkoni de Melſtyn Palatino Cracouieñ. Iohanni Palatino, Iohanni Caſtellano Sandomiri. Iohanni Caſtellano Voyniceñ. cęteriſq; omnibus. & ſtrenuis, & Nobilibus, ac toti cõmunitati Terræ Cracouieñ. Sandomirieñ. Siradieñ. Lancicieñ. ſub ſacramẽto noſtræ fidei promittimus, pure & ſyncere omnem fidelitatẽ & obedientiã filiæ Seren. Principis, ac Dñi: Domini Ludouici ſanctæ memoriæ olim Regis Poloniæ & Hungariæ, quæ nobis pro hærede legitimo in Regnũ Poloniæ ad manendũ dabitur, ſecundũ tenores, prout articulatim ſunt in literis deſcripti, per eundem Dominũ Regem & ſuos prædeceſſores nobis & noſtris ſucceſſoribus datis & conceſsis inuiolabiliter tenere. A quibus quidẽ Iuribus prout in omnibus, ſuis clauſulis, punctis, & articulis continẽtur, ſub præmiſſa noſtra iurata fide, nunquã deſiſtere uolumus: ſed circa eadem totaliter uolumus remanere: promitteñ. pro ſucceſſoribus noſtris, quod ſub fide & honore cũ ſacramento Iuramenti a præmiſsis Iuribus nõ recedent, ſed ipſa iugiter cũ præfatis dñis & ſucceſſoribus earũ defenſabunt, & tuebuntur: Cæterum, quod abſit, ſi quis aut qui contra aliquod præmiſſorũ ex noſtris, aut quiſpiam aliquis præſumpſerit inſurgẽdo attemptare: omnes unanimiter & concorditer contra ipſos, uel ipſum, promittimus inſurgere, & tanquã contra fidefragos, & Iurium noſtrorũ deſtructores, totis uiribus noſtris anhelare. Etſi aliquis ex Baronibus, Terrigenis, & Nobilibus, ſæpe dicti Regni noſtri, uera Iura & Priuilegia noſtra iam dicta ipſorum imitator ac defenſor fixe & ſtudioſe perſiſtens, alterius cuiuſcũq; ſeu quorumcũq; ueluti deſtructorũ, prophanatorũ, uiolatorumq; noſtrorum Iurium pręmiſſorũ, guerras aut inimicitias quomodolibet contraxerit: extunc eidẽ fauore, auxilio, conſilioq; pleno, ſub Iurata noſtra fide aſsiſtere, & ab ipſius, uel ipſorũ inimicorũ aduerſitatibus, eũ uolumus & ſyncere promittimus, in omnibus, cum noſtris poſteris defendere & tueri. Inſuper ſi qui extra fines Regni poſiti, Eccleſias ſeu bona Eccleſiæ, aut confinia Regni noſtri, Rege nondum coronato, moleſtare præſumpſerint, uolumus promitteñ. ſine dolo & fraude, cum ad hoc ſpecialiter requiſiti fuerimus, iuxta poſſe facultateſq; noſtras, unanimiter illa defenſare. In quorum rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum feria tertia poſt feſtum S. Katerinæ in Radomskye ſub Anno Domini. 1382.

Promittunt obedientiam filiæ Ludouici.

Promittunt ſe Iura ſua defenſuros.

Nobiles ſub Interregno Eccleſias & fine Regni defendent, uide idem ar. 3. proxime ſequenti de Interregno & libr. 6. Cap. 1 Artic 1. de re militari. &c.

Similiter Iohan. Alber. Rex de ſui electione ita ſcribit. LEX VIII. 92.

Petric. 1 4 9 6. Nos Iohannes Albertus &c. Significamus, Quod ſuperiori tēpore diuino numine, & cōmuni atq; concordi Prælatorū, Baronum, Conſiliariorū, & omnium Regnicolarum Regni noſtri Polonię fauore, ad regnandū in hoc inclyto Regno noſtro Poloniæ, tunc per mortē diui olim Kazimiri Genitoris noſtri uacante, aſſumpti ſumus.

Alexand. vero de ſui inauguratione ita ſcribit. LEX IX. 6.

1 5 0 5. Nos Alexander in noticiam deducimus, quia Dei & ſaluatoris noſtri gratia, Regni paterni dominia conſcendimus.

Idem de ſe.

Ex manu ſcripto priuilegio Alexan Terræ Sandomir. dato. In ſacris Maieſtatis noſtrę primitijs Principes Spirituales & Seculares, cæteriq; Pręlati, Barones, & Regnicolæ noſtri fœlici noſtræ aderant coronationi: Nosq; poſt mortē Ser. Regis Alb. ad hoc inclytū Regnum Polon. Iure electionis liberę, Deiq; optimi fauente clementia unanimiter elegerunt regnaturum.

Itē Sig. Rex conſenſu omniū ſe ſe electum teſtatur. LEX X.

In priuilegio tempore coronatiōis Crac. 1 5 0 7. dato. Nos Sigiſmundus, Significamus. Quod paucis ante diebus omnium Prælatorū & Procerū Regni: immo uero totius Senatus, Nobilitatis, & populi conſenſu, Diadema capiti noſtro impoſitum eſt.

Idē Sig. Rex pollicetur Sig. Aug. Regē Pol. creatū, cū venerit ad annos diſcretiōis Iura cōfirmaturū. LEX XI.

Nos Sigiſmūdus, Manifeſtū facimus ꝑ pręſentes uniuerſis: Quia cū omnes ordīes ſtatus utriusq;, tā Spirituales, quā Sęculares Regni noſtri. Conſiderātes horū tēporum motus, ac malignitatē: præuenireq; uolētes turbas, aut ſeditiōes omnimodas, quæ uacātibus Regnis cōtingere ſolēt, unanimi cōſenſu elegerūt, & coronauerūt in Regē huius Regni noſtri nobis cōſentiētibus, Ser. Principē dn̄m Sigiſ. ſecundū filiū noſtrū chariſ. ex ſpōtanea ſua uolūtate nobis uiuētibus: qua fide et affectu in nos ſunt, teſtatū eſſe uolen̄. quēadmodū et ante in multis alijs magnis & arduis negocijs, ex mera in nos propēſione et libera ipſorū uolūtate, grata & utilia nobis illorū obſequia cognouimus. Nos ui-

poſsidere, & poſt obitũ eius, ad nos, & filios noſtros prædictos, ac coronam, uera & hæreditaria ſucceſsione deuolui: ſicut patẽtibus literis ad hoc confectis eſt firmatum: deuote & humiliter ſuſceperunt: & corona Regni, ſceptrisqꝫ Regalibus, cũ ſolẽnitate cęremoniarum debita promiſerunt, tanquam uerum, & legitimũ ſucceſſorem, poſt quam ætatem legitimam habuerit, inſignire.

wladi. ergo terti⁹ de libera ſui electiõe ita gratitudinẽ ſuã teſtatur. LEX VI.

Nos Vuladiſlaus Significamus, Quomodo recenſentes, & in animo reuoluentes, quanta puritatis affectione & fidei integræ conſtantia. Prælati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenſes, cæterique ſubditi & Incolæ Regni noſtri. Spirituales, & Sęculares, perſonam noſtrã uenerati ſunt atqꝫ dilexerũt: ut tandem defuncto fœlicis memorię genitore noſtro chariſsimo Dño Vuladiſlao. Nos tanquam uerum heredem & legitimũ ſucceſſorem ipſis in Regem & Dominũ uoluntatibus concordibus aſſumpſerint, ſacro quoqꝫ Regni Diademate inſignierint. Cum igitur altiſsimo dirigẽte, uotis eorũdem Incolarum Regni noſtri in noſtrã Maieſtatẽ deliberate concurrentibus, paternũ huius ſacri Regni Polonię nacti ſimus ſolium dignũ ea propter duximus in ipſos Incolas oculos pietatis noſtrę aperire & eis hãc quã actu & opere uelut athletę fideles in nobis exhibuerunt ſynceritatis conſtantiã gratitudine, uti decet, compenſare. Ex priuilegio manu ſcripto Petri. 1438. dato.

Cazimir. quoqꝫ terti⁹ libere ſe eſſe electũ iiſdem verbis teſtatur. LEX VII.

Nos Kazimirus &c. Significamus, Quomodo recenſentes & in animo reuoluentes quanta puritatis affectiõe & fidei integrę conſtantia Prelati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenſes, cęterique ſubditi & Incolæ Regni noſtri Polonię, Spirituales & Sęculares perſonam noſtrã uenerati ſunt, atqꝫ dilexerũt: ut tandẽ decedente fœlicis memorię Genitore, & fratre, noſtris chariſsimis Regni Poloniæ Regibus Nos tanquã uerum heredẽ & legitimum ſucceſſorẽ ipſis in Regẽ & Dñm uoluntatibus concordibus aſſumpſerint, Sacro quoqꝫ Regni Diademate inſignierint. Cum igitur altiſsimo dirigente, uotis eorũdem Incolarum Regni noſtri, in noſtrã Maieſtatẽ deliberate cõcurrentibus, Paternũ huius ſacri Regni Polonię nacti ſimus ſolium, dignũ ea propter duximus, in ipſos Incolas oculos pietatis noſtræ aperire, & eis hanc quã actu & opere, uelut athletæ fideles in nobis exhibuerũt, ſynceritatis conſtantiã, uti decet, compenſare. Ex priuilegio manu ſcripto Petrico. Anno 1470.

Cauet aũt idem Rex,vt Regis electio ſit libera. LEX XII.

Nos Sigiſmundus, Manifeſtũ facimus per pręſentes uniuerſis. Quia licet mos fuerit antiquus Regni noſtri, ut decedẽtibus Regibus, & Regno uacante, dñi Conſiliarij ſtatus utriusq; cępto inuicẽ mutuo conſilio, Conuentũ electiõis generalem ſtatuerent, & illum omnibus mẽbris & ordinibus Regni tẽpori denunciarent, ut unusquisq; qui uellet ad illum uenire poſsit. Quia tamẽ in eligendo Ser. Principe Dño Sigiſmundo ſecũdo Rege Polonię, & magno Duce Lithuaniæ filio noſtro chariſsimo, mos ipſe prętermiſſus fuit, nõ data opera, ſed quod nobis uiuentibus, & Regno nondũ uacante, magisq; diuina ordinatione, quam humano cõſilio, electio ipſa Maieſtatis ſuæ contigit, conſiderãtes tantã omnium ſubditorũ noſtrorum erga nos, & Ser. familiam noſtrã, fidem & affectũ ac obſeruantiã, ut hanc ipſam electionem filij noſtri Ser. utcũq; præter ueterem conſuetudinẽ factam approbauerint, & gratã habuerint. Nolentesq; ut per huiuſmodi electionem aliquid in poſterũ mori antiquo derogaretur: Decernimus, ut deinceps quotiescũq; Regem decedere, & Regnum uacare, aut electiõem quomodocũq; celebrari contigerit. Dñi Conſiliarij ordinis utriusq;, antequã ad electiõem procedant, prius iuxta ueterẽ conſuetudinẽ, Cõuentum electiõis generalẽ ſtatuant, & illum uniuerſis Regnicolis & dominijs in tẽpore declarent, ac electiõem in eodem Conuentu, iuxta ueterẽ conſuetudinẽ celebrent. Harum teſtimonio &c. Datum Crac. in Conu. generali, Sabbato proximo ante Domin. Lætare. Anno Domini. 1530. Regni noſtri. Anno. 24.

Similis alia cautela.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Sigiſmũdus, Significamus tenore pręſentiũ. Cum nullius rei nobis cura ſit antiquior, quã ut Regni noſtri quieti & tranquillitati non ſolũ quoad nobis uita ſuppeditauerit. Verum etiã ſi fieri poſsit in ſempiternũ tempus prouidere poſsimus. Cumq; nõ minus ad nos pertinere exiſtimemus, ea quæ in poſterũ nobis e uita ſublatis, quã quæ ſuperſtitibus accidere poſsint: faciundũ putauimus, ut pro tẽpore, more noſtro, iuſtas & æquas preces Nobilitatis Regni noſtri benigne & clementer admitteremus, quibus a nobis ſummo ſtudio Nuncij illius ex omnibus Regni ditionisq; noſtrę Territorijs contenderũt, ut ne qui, ſi quando Interregnũ eſſe contigerit, noui motus oriri poſſent, conſtitutiõe noſtra caueremus, decerneremusq; & ſtatueremus, quẽadmodum pręſentibus cauemus ſtatuimusq; & decernimus, de cõſenſu totius

ciſsim pro ea obſeruantia, qua nos, & Sereniſ. familiam noſtrã proſequuntur, & quã abunde declararunt in creando Rege ipſo Sere. filio noſtro nobis uiuentibus: ea uidelicet conditiõe ut nos absq; ullo impedimẽto eiuſdẽ Ser. filij noſtri, donec uiueremus, Regno & dominijs noſtris frueremur & illis dominaremur: uolẽtes pro talibus eorũ obſequijs nobis utilibus & gratiſsimis uiciſsim eis prouidere, ut & ipſi in ſuis Iuribus Priuilegijs & libertatibus, conſuetudinibusq; approbatis absq; ullo detrimẽto cõſeruarentur, polliciti ſumus illis & præſentibus literis noſtris pollicemur: quod quandocũq; ipſe Ser. filius noſter, ſiue nobis uiuentibus, ſiue etiam poſt mortẽ noſtram ad ætatẽ legitimam, hoc eſt ad annos quindecim cõpletos peruenerit, tenebitur illis id totũ præſtare, quod anteceſſores noſtri Reges Poloniæ, & nos ipſi præſtitimus ex debito, ad quod eius Maieſtatẽ, ut filiũ & ſucceſſorem noſtrum tenore præſentiũ obligamus: uidelicet, quod iurare debebit, omnia Iura, Libertates, Priuilegia, literas, immnnitates Regni noſtri Poloniæ, Eccleſiaſticas & Seculares: Eccleſijs, ipſi quoq; Regno Poloniæ eiuſdẽq; Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, Incolis & quibuſcũq; perſonis cuiuſcũq; ſtatus & conditionis exiſtẽ. donatas & conceſſas per diuos anteceſſores noſtros: Principes, Reges, & quoſcũq; dominos & heredes Regni Poloniæ: præſertim uero per diuos Kazimirũ antiquũ Ludouicum, Vuladiſlaũ auum Vuladiſlaum patruũ, Kazimirum patrẽ Iohannẽ Albertum, & Alexandrũ fratres germanos noſtros, patruos uero ſuos Reges Poloniæ, & per noſmetipſos patrem eius iuſtas & legitimas, manu tenere, ſeruare, cuſtodire attendere in omnibus conditiõibus atq; pũctis, & omnia illicite ab eodem Regno alienata, aut diſtracta pro poſſe ſuo ad proprietatẽ eiuſdem Regni aggregare, terminos etiam ipſius Regni Poloniæ non minuere ſed ꝓ poſſe ſuo dilatare et defendere: & quãdiu hoc Iuramentũ Maieſtas ſua non præſtiterit & huic debito Regio non ſatisfecerit, ipſi uniuerſi Regnicolæ noſtri ad tradendã illi poſſeſsionem, & dominium Regni, & ad ſeruandũ Iuramentũ, & ad præſtandam fidelitatem & obedientiã ſuam eius Maieſtati non erunt aſtricti, neq; obligati: uerum quandocũq; ſupradictis omnibus idem Sere. filius noſter in ætate legitima exiſtens ſatisfecerit, & huiuſmodi debitũ Iuramentum præſtiterit uniuerſi Regnicolæ & ſubditi noſtri illi poſt mortem noſtram, uti uero & legitimo Domino & Regi ſuo coronato, omnem fidelitatem obedientiam, & obſequia ſecundũ Iuramentum a ſe illi factum & debitũ ſuum præſtare & exhibere tenebuntur. Harũ teſtimonio literarũ quibus in fidẽ Sigillum noſtrũ eſt appẽſum Datũ Crac. in Conuentiõe generali Sabbato proximo ante Domin. Lætare. Anno Domini. 1530. Regni noſtri. Anno. 24. Petrus Thomiczki Epiſcopus & Vicecancel.

B ij Cauet autẽ

poteſtas Imperiū, & Iuriſditio penes Ser. parentē noſtrū eſſet, quo ad is uiueret. Id uero tempus preſcriptū cum adueniſſet, iurauimus publice in ſummo tēplo in arce Cracouieñ. quarta die Febr. anni præſentis, uerbis cōceptis, ad ſancta Dei Euangelia, in eam ſentenciā cuius ſupra meminimus: & Ser. parentis noſtri fidē pro nobis datam liberauimus. Cæterum ut pactis illis & conditiōibus, quibus Regnū ad nos delatū eſt, ſtemus: Et ne idem illud Regnū noſtrum ullis turbis atq; difficultatibus inuolueremus, memoresq; paternorū beneficiorū, officijq; noſtri, atq; beneuolentiæ ſingularis erga nos omniū noſtrorū ſubditorum, recipimus, ſpōdemus, & Regio noſtro uerbo pollicemur, primū omnia nos quecūq; iurauimus, omnibus ſubditis noſtris, Incolis noſtris Regni Polonię cuiuſcūq; ordinis & conditiōis fuerint, absq; ulla controuerſia, ſeruare, deffendere, & exequi uelle. Deinde nihil nos Imperij neq; Iuriſditiōis in eodē Regno uiuente Ser. parente noſtro, nobis eſſe uſurpaturos, neq; coacturos quenq; inuitum & recuſantem uolūtati iuſsisq; noſtris parere, ſed in eiuſdē Seren. parentis noſtri poteſtate quoad uicturus eſt, omnia, nosq; ipſos etiā eſſe futuros, poſtremo poſt obitū etiam, qui utinā ſero contingat, Ser. patris noſtri, neminē predictorū ſubditorū noſtrorum nobis parere debere, niſi prius ipſis uniuerſis, omnia Iura, & priuilegia tam Regni noſtri Poloniæ, & ditionū eius omnia, quā priuatarū perſonarū aut locorum quorūcunq; priuata, & quaſuis libertates, literas, & immunitates a ſupra membratis maioribus noſtris Regibus donatas, quæq; deinceps adhuc a Ser. patre noſtro, quam diu uiuet donabūtur, & conſtituentur literis noſtris cōfirmauerimus, atq; iuxta continentiā & tenores earundē in debita executiōe poſuerimus: quæ omnia libenter pro uiribus noſtris faciemus & exequemur. Quod ut certū firmumq; ſit ſigno noſtro, quo nūc utimur appenſo literas has cōſignauimus & manu noſtra ſubſcripſimus. Datū Crac. ſexta Febr. Anno Do. 1537.

Poſtremo Sig. Aug. iā Reg. inauguratꝰ, de ſui electiōe, Iuriūq; confirmatiōe & executione, ita ſcribit. LEX XIIII.

Petric. 1550. e polonico idiomate in latinum tranſlatum fideliter.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam, Quando quidē incerta eſt neq; ſatis durabilis memoria humana, conſueuerūt prudētes homines ſcripturę cōmendare, id quod in eterna memoria poſteritatis haberi uolunt. Proinde nos Sigiſmundus Auguſtus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ nec non Terrarū Cracouieñ. Sandomirieñ. Syradieñ. Lancicieñ. Kuiauieñ. Ruſsię totius Pruſsię, Maſouię, Samogitię, Pomeraniæ. Culmē-

tius Regni Senatus, & Nunciorū Terreſtriū. ęuiternis tēporibus obſeruandū, ut ſi quid de Rege Polonię factū ſit, eumq́ ex uita excedere contigerit, ſecundū ueterem morē conſuetudinēq́ & ſtatuta Regni, generalia Comitia Regni edicātur ad nouū Regem eligendū, fiatq́ electio Regis libera. Ita ut ex omniū Regni Senatorum, Conſiliariorūq́, Prælatorum, Baronū, Militū, Nobilium, quicūq́ Comitia iſta obierint eisq́ interfuerint cōſenſu & uoluntate, nouus Rex eligatur & denuncietur. Atq́ ut diplomati huic noſtro tanto maior fides habeatur, firmiusq́ obſeruetur, ſignū noſtrum illi appendi iuſsimus. Datæ Petricouiæ in Conuē generali fer. quinta poſt feſtū S. Mathiæ Apoſtoli proxima. Anno Dñi. 1538. Reg. uero noſtri anno. 32.

Deinde Sig. Aug. iā adultus iurat: viuēte tamē patre a gubernatiōe Reg. abſtinebit: poſtea literis Iura Reg. Incolar. cōfirmabit, atq́ exequetur. LEX XIII

Nos Sigiſmundus Auguſtus, Significamus. Quod cū Conſiliarij Regni noſtri Poloniæ, ſingulari quadā propenſiōe erga Ser. parentē noſtrum & Dñm, dñm Sigiſmundū eius nominis primū Regē Polonię, & erga nos, proſapiamq́ noſtrā uniuerſam adducti, anno ab hinc ſeptimo, nos in Regē Poloniæ deſignarent, eidemq́ Regno obedientiæ & fidelitatis Iureiurādo nobis dato nos inaugurarēt: recepit eis pro nobis, & ſpopondit & literarū monimētis cōſignatis cauit. Idem Ser. parens noſter, quo uolente & adiuuāte hęc fiebant, minime teneri eos Iureiurādo ſuo, quod nobis præſtitiſſent, nec imperio noſtro parere debere, niſi nos ipſis uiciſsim iuraremus: Nos, omnia Iura, & Priuilegia, Libertates, Literas, immunitates iuſtas & legitimas eiuſdem Regni noſtri, Eccleſiaſticas, Sęculares & quibuſuis ordinibus, & hominibus, nemine excepto, a maioribus noſtris Regibus Poloniæ, præſertim uero a diuis Kazimiro antiquo, Ludouico, Vuladiſlao proauo, Vuladiſlao magno patruo, Kazimiro auo, Iohanne Alberto, & Alexādro patruis: & Ser: Sigiſmundo primo patre noſtro donatas, omnino ratas habituros eſſe, ſeruaturos, & deffenſuros, omniaq́ inique ab eodem Regno abalienata atq́ diſtracta, pro uiribus noſtris recuperaturos, & ad unionē Regni aggregaturos, nec imminuturos fines eiuſdē Regni Poloniæ, ſed aucturos potius, prolaturosq́ quoad poterimus: atq́ id Iusiurandū, ut tum deniq́ daremus, cū adultiorē ætatē attingeremus, hoc eſt, cū quindecimū ętatis noſtræ annū aggreſsi eſſemus, uerum ea lege tamē, ut nihilominus uniuerſa eiuſdē Regni Poloniæ

in primis propter hoc, ut illud ipſum re ipſa exequeremur ſubditis noſtris, quod illis uerbo & literis noſtris promiſeramus: proinde ex iſtis cauſis, omnibusq́ rebus bene apud nos, & cũ matura deliberatiõe expenſis, poſtulationibus etiã omniũ ordinum Regni in hoc Conuentu exiſtẽtium permoti, omnia Iura, ſtatuta, donatiões, libertates, immunitates, conſuetudĩes, & omnes alias literas, & priuilegia, quocũq́ uerborum tenore cõſcripta tam generalia totius Regni, & dominorũ ei adherentium, Spiritualia & Secularia, quã ſpecialiter omnibus ſtatibus, & perſonis, & locis, generaliter & ſpecialiter nullis exceptis, a Regibus & Reginis, ac Ducibus, Dñis & heredibus Regni Poloniæ, & Terrarum eius, nominatim uero a Regibus piæ memoriæ Kazimiro magno Ludouico Loiſz, Vuladiſlao proauo, Vuladiſlao antiquo patruo, Kazimiro auo, Iohanne Alberto & Alexandro patruis, nec nõ Ser. Rege Sigiſmundo parẽte noſtro, anteceſſoribus noſtris. iuſta & legitima, iuſteq́ & legitime datas & donatas, data & donata. Quæ quidẽ eius ualoris habere uolumus, perinde ac ſi hic de uerbo ad uerbum inſerta fuiſſent, ita prout ipſa in ſe ſonant. nihil eis diminuẽdo uel detrahendo, renouare, cõfirmare, approbare, & ratificare decreuimus: prout præſentibus literis noſtris renouamus, cõfirmamus, approbamus. & ratificamus, nec non firma, durabilia, certa, inuiolata & immutabilia habere uolumus temporibus perpetuis, ac pollicemur uerbo noſtro Regio, & ſub onere Iuſiurandi per nos præſtiti obligamus nos, quia hæc omnia ſupradicta Iura, ſtatuta, immunitates, libertates, donatiões, priuilegia et literas per anteceſſores noſtros piæ memoriæ et nominatim per Ser. Regem parentẽ noſtrum legitime & iuſte datas & exhibitas, ſeu data & exhibita, firmiter & inuiolabiliter tenere, & iuxta ea ſubditos noſtros omniũ ordinum tã generaliter omnes quã ſpecialiter ſingulos unumquẽq́ cõſeruabimus, & omnibus tenere & cõſeruare mandabimus tẽporibus perpetuis. Et id quod illis cõtrarium fuerit, neq́ ipſi faciemus neq́ alijs facere permittemus. Quod ſi aliquãdo eueniret ut uel per nos uel quempiã alium iſtis ipſis Iuribus, ſtatutis, donatiõibus priuilegijs, literis, immunitatibus, & libertatibus aliquid huiuſmodi fieret cõtrarium, uel ſi illis derogare, eaſdẽue per noſmetipſos abrogare aliqua re uellemus, extunc omne illud nihil firmitatis neq́ ponderis habere debet, ſed omne illud uigore iſtius Conuẽtus nihili, & caſſum intelligi debet: prout & nos hoc ipſum annihilamus. & caſſamus & nihili eſſe inuenimus preſentibus noſtris literis tẽporibus perpetuis. Sed quia a nõ exiguo tẽpore in multis rebus, contra hæc ipſa Iura, priuilegia immunitates Regni exceſſum, & illis detritũ eſt: poſtulantibus Nuncijs Nobilitatis. & cõſilio Conſiliariorum Regni noſtri ad hoc accedẽte, uiſum eſt nobis eſſe neceſſarium, ut hoc ipſum, pro eo ac debemus, atq́ obligati ſumus, hic in iſto Conuentu reformaremus

Hæc Iurium confirmatio pertinet proprie ad Cap. 2. Arti. 2. qui confirmationes Iurium continet.

& ad priorẽ

nię, Culmeñ. Elbingeñ. &c. Dñs & heres. Significamus pręſentibus literis, uniuerſis quorũ inter eſt, pręſentibus & futuris. Quia cũ ante uiginti annos, uiuẽte adhuc piæ memoriæ Ser. Rege Sigiſmũdo parẽte noſtro, unanimi cõſenſu Conſiliariorũ noſtrorũ tã Spiritualis quã Secularis ſtatus, & totius Nobilitatis, aliorũq; ſtatuum Regni, ad Regnum Poloniæ electi & coronati fuimus: ubi omnes Cõſiliarij Regni ordinesq; alij, Iuramentũ debitæ fidei, nec nõ ſubiectionis, ac obedientiæ nobis fecerunt: nihilominus ita quod ea nobis præſtare nõ tenebantur, quã diu Ser. parens noſter uiueret, penes quẽ integra auctoritas & ſuperioritas Regia durare debuit, prout & ad finẽ illius uitæ durauit integra. Et quia ætas noſtra tũ non permittebat, ut debitum Iuſiurandũ ſecundũ antiquam conſuetudinẽ maiorũ noſtrorũ Regum Poloniæ facere potuiſſemus, obligauerat ſe eo nomine Ser. Rex parens noſter, ut cũ ad ętatem integrã perueniremus, Iuſiurandũ debitum faceremus, eoq; nos obligaremus, omnia Iura, Priuilegia, libertates, literas, & immunitates iuſtas & legitimas ipſius Regni noſtri Spiritualibus, Secularibus, & quibuscũq; hominũ ordinibus, nullis exceptis, a prædeceſſoribus noſtris Regibus, & Principibus Polonię, nominatim uero a piæ memoriæ Regibus Kazimiro magno, Ludouico, Vuladiſlao proauo, Vuladiſlao antiquo patruo, Kazimiro auo, Iohanne Alberto, & Alexandro patruis, & Ser. Rege Sigiſmundo parente noſtro datas, in omnibus firmiter tenere, ſeruare, & tueri: & hoc quodcũq; illegitime ab hoc Regno alienatũ, uel ademptum eſſet iuxta facultatẽ noſtram recuperaremus, & ad unitatẽ Regni adiungeremus, in nullo diminuendo fines Regni Poloniæ, ſed potius augendo, tantũ quantum poterimus maxime prout iam huic ipſi obligatiõi ſatisfecimus, quãdo ſeptimo anno poſt coronationẽ noſtri, more ſolito in Eccleſia Iuſiurãdum præſtitimus, poſt quod quidẽ Iuſiurandũ noſtrum obligauimus nos literis noſtris, omnibus ſubditis noſtris datis, quia cũ Dñs Deus ex hac luce memoratũ Ser. Regem parentẽ noſtrũ ſuſtulerit, non prius ipſi ſubditi noſtri deberent nobis obedientiã, quousq; omnibus in genere omnes literas & priuilegia, tam generales Regni & dominiorũ ei adnexorũ, quam priuatarũ perſonarũ, & locorum, omnes libertates cõtinentia, alias literas, & immunitates, a ſupradictis prædeceſſoribus noſtris datas, & ab ipſo Sere. olim Rege parente noſtro quãdiu uixit dãdas, literis noſtris cõfirmauerimus, et illas, ita ut in ſe extãt ſcriptę, in bitam executionẽ, iuxta facultatẽ noſtrã reponeremus. Cum aũt eo res peruenit, quia Dñs Deus ipſum Ser. Regẽ parentẽ noſtrũ ex hac luce ſuſtulit, et iã poſt hãc liberã electiõem, et coronationẽ noſtri, gubernatio, ſupioritas, & auctoritas Regni nũc ſuper nos deuoluta eſt: memores Iuſiurandi per nos præſtiti & obligatiõis literalis in noſmet datæ, Ediximus Conuentũ Regni, tam propter alias neceſſitates Regni, quã

in primis

ne ſcitu & conſilio Prælatorū & Baronū Magni Ducatus Lithuaniæ, ad electionē noui Regis nō procedant: ſed pariter cū Prælatis & Baronibus Magni Ducatus Lithuaniæ, ſi uocati tēpore congruo uenire uoluerint, Regem & Dñm eligent: quibus ita ut præmittitur ſtantibus, & in poſterum obſeruandis, de certa ſcientia omniū aliorū Prelatorū, Baronum, Procerū, & Nobilium Magni Ducatus Lithuaniæ fratrum noſtrorum, inſcriptionē preinſertā prædeceſſorū noſtrorum ſuſcepimus, ratificamus, ſuſcipimuſq; & cōfirmamus per preſentes: obligantes nos noſtris nominibus, ac uice omniū Prælatorū, Baronum, Procerum & Nobiliū Magni Ducat. Lithu. bona fide in uerbo noſtro cōſtanti & fideli, omni dolo, fraude, & colore ſemotis, promittimuſq; pollicemur ac uouemus, & noſtri iuramenti preſtiti onere & miniſterio ſtrictius nos obligamus, ipſam præinſertam inſcriptionē cum reformatione & declaratione articuli de electiōe Sereniſs. Dñorum noſtrorum, ut premittitur in omnibus ſuis articulis, clauſulis, punctis, & ſentencijs firmatam tenere, perpetuoque & inuiolabiliter obſeruare.

Sub Interregno fines Regni a Nobilitate defendantur. LEX II.

Ex confœderatione dicta Kapiur ſupra cap. 1. art. 2. poſita.

Inſuper ſi qui extra fines Regni poſiti Eccleſias, ſeu bona Eccleſiæ, aut Confinia Reg. noſtri, Rege nondū Coronato moleſtare preſumpſerint Volumus promitteñ. ſine dolo & fraude, cū ad hoc ſpecialiter requiſiti fuerimus iuxta poſſe facultateſq; noſtras unanimiter illa defenſare.

Sub Interregno nihil rapiatur de Theſauro. LEX III.

Sigiſm. Crac. 1507. Idem libr. 1. cap. 10. de Officio Theſaur.

Ex Theſauro ſi quis aliquid ſuſtulerit, rapueritue, aut quouis modo 3.
in uſus proprios conuerterit, præſertim ſub Interregno, fraudis & peculatus reus iudicetur.

Ne turbæ ſub Interregno oriirentur,

Sigiſmund. Auguſt. uiuente patre fuit coronatus. Vide ſupra Legem II.

COMMENTARIVS.

Regna quæ Iure ſucceſsiōis aut hæreditario trāsferuntur, multo magis florēt iis, vbi ſuffragiis & opibus res agitur: nō ſolum quod nihil difficilius dediſcitur quā regnare; Verūetiam quod noui Reges per ambitionē plerūq; malis artibus ad faſtigium enituntur, & vim ſepe faciūt Reipub. adſcitis Tyranni alicuius preſidiis. Nihilominus ſi ſtirps Regia deficeret, vel propter naturæ, aut educationis deploratā malignitatē omnino inepta ad Regnū capeſſendū, calculo omniū bonorum iudicaretur: Primo omniū in eo caſu illud expendi ſolet, num gentilis, an alienus potius ſit eligendus. Qua in re tametſi hominū prudentiū plurimæ occurrant, varientq; ſentenciæ, ad Dei tamē preceptū conſiliū humanum examinandum eſſe

Ex qua gente Rex nouus creari deberet.

nandum eſſe

& ad priorem conditionem ſeu integritatem reſtitueremus, ac reduceremus, & in debitam executionem reponeremus.

Rex niſi libere elec. ne coron. L.XV.

In primis autem de Coronatione Regum Poloniæ, ita prouidimus,& conſtituimus: Quia nemo coronari ad Regnum debet, donec prius ab omnibus Ordinibus Regni, libere, iuxta Priuilegia Regno Polonię, a Regibus data electus fuerit.

Idem ſigiſm. Auguſtus Petric. 1550.

ARTICVLVS III.

De Interregno, deque ratione creandi REGIS noui, ſi REX ſine prole deceſſerit.

Si Rex Pol. ſine ꝑle deceſſerit, Pol. ſine Lithua. Regē ne eligant. LEX I.

127 Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ, Rege Polon. ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis decedente, Regem & Dominū non debent ſibi ipſis eligere, ſine ſcitu & conſilio noſtro uidelicet Alexandri Magni Ducis, Baronumq;, & Nobiliū Terrarum Lithuaniæ prædictarū, iuxta tenorem, & contenta priorum literarum.

Ex Priuilegio Prælatorū Lithu. tempore Iag. in Hrodl. 1401 dato, & lib. 5. cap. 1. artic. 1. poſito deſumptum.

Similis.

129 Illo etiam nō omiſſo: Quod ſi Vuladiſlaus Rex prædictus (quod Deus auertat) ſine prole deceſſerit, extunc ſine ſcitu & cōſilio eiuſdē Domini Ducis Vitouudi & noſtro pariter, Principes, Prælati, Barones, Nobiles, & cōmunitas Terrigenarū Terrarum Regni Polonię prædicti ſibi Regem & Dn̄m non debent eligere ſeu locare. Cum quibus firmam, mutuā & conſtantem ſeruantes aſsiſtentiā in dulcedine fidei & uiſceribus Ieſu Chriſti perpetuā & irreuocabilē tenebimus unionē.

Ex Priuilegio prælatorum, quo per eos Ducatus Lithu. Regno incorporatus eſt prout per Iagellonē Regem & Vitouudū Ducem fuit incorporatus Vilnæ 1401.

Similis.

131 Et uiceuerſa Prælati, Barones, & Nobiles Regni Poloniæ Rege præfato (quod abſit) ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis deceden̄. ſine ſcitu & conſilio Illuſtris Dn̄i Alexandri alias Vitouudi Magni Ducis Lithuaniæ, ſi ſuperſtes remanſerit, & noſtro eligere nō debebūt, ut aūt corroboratiōis & cautelæ uberioris omnia præmiſſa accipiant firmitatem, fecimus Sigillorū noſtrorū munimine roborari. Actum in Opido Hrodlo circa flumen Bug in Parlamento ſeu congregatiōe generali die ſecunda menſis Octobris. Anno Domini. 1413.

Ex Priuilegio Prælatorū Lithua, Vilnæ.

Similis.

131 Defuncto Rege Poloniæ præfati Prælati & Barones Reg. Polonię, ſine ſcitu &

Ex eodem Priuilegio 1409.

REgis ad exemplum totus cõponitur orbis. Tametſi aũt Plato Muſicorũ cantibus mutatis ſentiebat Reſpub. mutari. Nihilominus nos vitam Principis multo maius momentũ ad mutationẽ morum in populo adferre exiſtimemus: tantoqꝫ diligentius vitam futuri Regis cõtemplemur, quãto liquidius videmus, bonũ vel malum Reipub. ſtatum a bono vel malo Principe deriuari: quippe quod potẽtia eius ſumma in vtrãqꝫ partem a multis adiuuatur & tam ad bonũ adminiſtros, quam ad malũ aſſentatores præſto habet, difficile aũt reperias Conſiliarium qui hos libertate ſentenciȩ a Rege abigat, illos aũt nebulo quiſpiam impedire poſsit, quominus vtrique Regiæ voluntati obſequantur viciaque vel virtutes hoc eſt peſtem vel ſalutem in Rempublicam infundant.

ARTICVLVS IIII.

De electi Regis Iuramẽto, Coniugio, Coronatione: Securitate vitæ, Honore, in obtrectatores lenitate, nec non de Perſonarum, ac rerum in Curia Regia Tutela: Item de Ducum & Conſiliariorũ Iuramento, atque circa REGEM auctoritate generali.

Rex electus Iurat ſic. LEX I.

Rex electus Deo teſte & iudice interpoſito, præſcribit ſibi legem iuſticiæ, ne potẽtia eius metuatur: ac fortitudinis, ut in me tu illi confidatur.

Ego A. Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ. &c. Dñs & hȩres: Iuro. ſpondeo & promitto ad hæc ſancta Dei Euangelia. Quod omnia Iura libertates, Priuilegia, literas, immunitates Regni mei Poloniæ, Eccleſiaſticas & Seculares, Eccleſijs quoqꝫ Regno Poloniæ, eiuſdemqꝫ Prælatis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, Incolis, & quibuſlibet perſonis cuiuſcũqꝫ ſtatus ac conditionibus exiſtentibus, per Diuos prædeceſſores meos, Principes, Reges, & quoſcũqꝫ hȩredes ac Dños Regni Poloniæ. Præſertim uero per Diuos Kazimirũ antiquũ, Ludouicũ, Vuladiſlaũ proauũ, Vuladiſlaum patruum, Kazimirũ auum, Iohannẽ Albertũ, & Alexandrũ patruos, nec non Sigiſmundũ patrem meos Reges Poloniæ iuſtas & legitimas, donatas, manu tenebo, ſeruabo, cuſtodiã, & attendam in omnibus conditiõibus atqꝫ punctis, & omnia illicite ab eodem Regno alienata, aut diſtracta, pro poſſe meo ad proprietatẽ eiuſdem Regni mei aggregabo, terminos etiã Regni mei Poloniȩ non minuã, ſed pro poſſe meo defendã & dilatabo. Sic me Deus adiuuet, & hȩc ſancta Dei Euãgelia.

Sigiſm. de ſuo coniugio ad Senatum.

Sigiſ. Rex manu propria Vilnæ 1516.

Magna ratio Regis Sigiſm. a Cæſare Maximiliano habita.

Rex ſi põt, relinquat reipub. liberos, turpe enim fuerit, ex quo pudoris pudicitiæq; exẽpla petuntur, eũdem exaturandæ tantũ libidinis cauſa ducere uxorẽ. Regib. ta

S. Cæſarea M. pro eximia ſua erga nos beneuolentia, & cõiunctione noſtra mutua, ſæpius nos cohortari dignata eſt, ut rationẽ habentes uẽ ſuri ſtatus Regni, Dominiorũqꝫ noſtrorũ, ac nepotis noſtri Lodouici Hungar. Regis, cũ maſculina prole careamus, & una duntaxat in utroque noſtrũ ſpes poſteritatis noſtræ ſupereſt, animũ ad ineundũ alterũ matrimoniũ induceremus: propoſuitqꝫ nobis eius M. inter alias neptẽ ſuam Illuſtriſs. Leonorã Principẽ Burgundiæ Virginẽ annorũ xvij. cum dote tercentum milliũ aureorum, & ſi fratres eius Carolus & Ferdinandus Reges ſine maſculina prole, quod abſit, decederent, ipſa ut ſenior in

Deuter. 17.

nandum eſſe puto, quod tale eſt. Quũ veneris in Terrã quam Dñs Deus tuus dat tibi, poſſederiſq; eam, & in ea habitaueris, & dicturus es, Conſtituã ſuper me Regem, quemadmodũ omnes gentes quę circũ me ſunt: omnino Regem ſuper te pones, quẽ elegerit Domin9 Deus tuus: de medio fratrũ tuorũ cõſtitues ſuper te Regem, non aũt præficere tibi potes hominẽ alienũ, qui non eſt frater tuus: Modo ne ſibi talis equos multos, multaſq; mulieres paret, ne recedat cor eius: neque multiplicet ſibi multum auri & argenti. Quũ aũt ſederit in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi exemplar Legis in Libro corã Sacerdotibus Leuitici generis, eritque illud penes eum, vt legat in eo cunctis diebus vitæ ſuæ, vt ſcilicet diſcat timere Dominũ Deum ſuum, & ſeruare omnia verba Legis huius atq; Statuta iſta, vt faciat ea. Et ne extollat cor ſuum ſuper fratres ſuos, neque recedat a precepto neque ad dextram, neq; ad ſiniſtrã, vt proroget dies in Regno ſuo, ipſe & filii eius in medio Iſraelis. Itaq; ex corpore fratrũ Rex eligendus eſt: ſi modo dictis virtutibus polleat. Vere enim in Prouerbiis dicitur, Perſa Perſę, Athenienſis Athenienſi, amicus eſt: vt ne quis ſperet, aligenigenã indigenæ æquiorẽ clementioremq; fore Dominũ, quam indigena futurus erat. Sed & forma quoq; eligendi Regis a maioribus noſtris prętermiſſa eſt, modo vt ſit Nobilitati ęque ac Proceribus libera cautũ eſt. Sed neque præſcriptũ eſt, quis Senatorũ ſub Interregno haberet auctoritatẽ indicendorũ Polonis ac Lithuanis, aliiſq; Regni Ducatibus Comitiorũ ea cauſa cogi ſolitorũ. Hoc aũt definitũ eſſe oportuit. Scimus enim Sileſiam a corpore Regni ſeſe auulſiſſe, quod in electiõe vnius Regis calculus ipſius fuerat neglectus, vt itaq; tẽpeſtiue ſimili occurratur periculo, optandũ eſſet, vt aliquis vir Prima inter Senatores dignitate præditus, aliarũ gentiũ more habeat poteſtatẽ Comitiorũ mox poſt mortẽ Principis ſine dolo ac fraude indicendorum creandi Regis noui cauſa. In quibus quidẽ Comitiis vt multitudo illa Electorum, vel ad pauciores redigatur, vel ſaltẽ numerus Prouinciarũ maior, aut alioqui inſignis virtus candidati vincat, operępreciũ eſſe cenſeo. Nam qui cõparata ſibi clientũ turba affectati Regni notaretur, eum læſæ Maieſtatis reum peragi fas eſt: timendũ enim eſt, ne ſub Interregno Reſpub. a ſeditioſis intus, extra vero ab hoſtibus diſcerpatur, aut etiã potentia, largitiões, metus, gratia popularis, Iudiciorũue infirmitas, plus in delectu valeat, quã Reip. expediat. Sed illud q̃q; eſt cauendũ, ne multi Reges pro vno per ſeditionẽ creentur, aut ne quis affinitatis, alioue Iure ad ſe pertinere Regnũ cõtendat, hoc enim libertati contrarium eſt, illud exemplo Gręcię & Hungariæ exitioſum eſt. Horũ enim Regnorum Reges, potentia cõpetitoribus inferiores, a Turca prętidia implorarũt: ita vt paulo poſt, Et ipſi Regnis exciderẽt ſuis, ſic totius fere Europæ clade didicimus, illud Platonis eſſe verũ TYRANNVS ex radice tutoria pullulat: & multitudo Imperatorũ perdidit Cariam. NVLLVS aũt gerendo Imperio cenſeatur idoneus, auctore eodẽ Platone, niſi qui coactus & inuitus tã difficilem ſuſcipiat functionẽ. Quiſquis enim affectat Principis munus, is aut ſtultus eſt, cum non intelligat, quã ſollicita, quamq; periculoſa res ſit recte fungi Principis Officio: aut adeo vir malus vt cogitet ſe ſibi geſturũ Imperiũ, non Reipub. QVOCIRCA oportet hunc, qui ſit idoneus Regno nõ mediocribus, ſed ſummis virtutibus, quas ſupra Artic. 4. & in hoc ipſo Cõmentario enumerauimus natura & inſtituto acquiſitis excellere, vt ſcilicet omnes Ciues animaduertẽtes ſe longe infra relictos, in Principe vno reperiãt, quod admirẽtur, imitatiõe exprimant, & quaſi numen Terreſtre forma & ſpecie omniũ mortaliũ auguſtius reuereantur. Nec fruſtra omnibus virtutibus abſolutũ Principẽ tam diligenter expetimus: Neque enim alia breuior, aut efficacior ad corrigendos populi mores via eſt, quã Principis incorrupta vita: e contrario vero, nullius peſtilentiæ, neq; citius corripit, neque latius peruagatur contagiũ, quam mali Principis peſſimũ exẽplum, vt vere & grauiter Claudianus Poeta in vtraq; partem ſcripſiſſe videatur.

Rex ſit indigena, ſed ſuperbia, luxuria, et auaricia uacet: in lege aũt Dei meditetur ſemper, Deũ timeat, ſuper fratres ſuos ſe ſe nõ extollat, omninoq; mandata Dei ſeruet, ut proroget dies ſuos.

Quæ forma eligendi Regis & quis Comitia ei rei edicat.

Quid uincere debet in Rege creando nouo.

Multitudo Regum.

Qui gerendo Imperio dignus eſt? uel indignus.

Quamobrẽ ſummis uirtutibus Regẽ præditum eſſe oportet?

Omnia hæc coronationis inſignia, nempe Diadema, ſceptrū, aureum pomū, & gladius, aliaq; huiuſmōi Regi uel Reginæ, gratia inaugurandi ſui, ad Reg. in ſoliū procedenti, a ſummis Regni proceribus ſolent præferri.

In publico Regni noſtri Caſtri Cracoui. Theſauro Coronatiōis Diademata, & alia Regni ſecretiora, ſeruari conſueuerunt.

Gneſnen. Archiepiſc. Regem & Reginam coronet, nō Cardinal. LEX V.

Ex Kazim. tercij priuilegio 1451.

Dotes Reginis in bonis cōtiguis, aut etiam Caſtris principalib. et munitis, nō inſcribūtur, ne Reginæ uiduæ Reg. ſibi inſtituant, uel alijs inſtituēdi cōcedant facultatē: atq; ita ſcindēdæ reip. occaſionem ſuppeditēt.

Quantū ad Coronatiōes Regum, & Reginarū Reg. Poloniæ pertinet: Statuendo decernimus & ſtatuimus, quod nullus alius neq; Dn̄s Sbigneus Cardinalis ad huiuſmōi Coronationē ipſorū Regū & Reginarum ſe de cætero, & in perpetuū intromittet, & Coronabit: præter Archipiſcopū Gneſn. pro tempore exiſtentē. Circa quas Coronatiōes prefatus Dn̄s Sbigneus Cardinalis habitu dūtaxat utetur Cardinalatus. Ceremonijs aūt uti debet ſicut Epiſcopus Craco. prout ab antiquo utebatur, ubi intereſſe uoluerit: quod in ſua libera erit uoluntate. Regia Maieſtas nihilominus aut Reginalis taliter Coronāda per Archiepiſ. Gneſneñ. atq; alios Epiſcopos coronabitur & coronari debebit. 14.

Similis.

Sigiſm Auguſtus petrikouiæ 1550.

Regem ſic ut ſupra dictum eſt, libere electū, nemo alius coronare debet, præterquā Dn̄s Archiepiſcopus Gneſneñ. iuxta Priuilegium eius per Kazimirū tertiū Anno 1451. datum, cum his Epiſcopis qui ad hoc ſecundum ueterem conſuetudinem pertinent.

Sigiſm. Crac. 1539.

Crimē læſæ Maieſtatis in perſona Regia committitur. LEX VI.

Crimē læſæ Maieſtatis, quam multiplici pœna plectatur infra cap. 4. art. 15. de hæreticis Vuladiſlaus Iagello deſcripſit.

Crimen læſæ Maieſtatis, ita poſtulātibus Terrarū noſtrarū Nuncijs nolumus niſi in perſona noſtra locū habere, & nō in alias quantūuis publicas perſonas gereñ. extendi. Si quod aūt per quempiam facinus, uel homicidiū, in his fuerit cōmiſſum: qui extra perſonam noſtram, uel Senatoria, uel aliqua publica dignitate, loco, & Officio fungeretur: in eum ſecundum Statutum animaduertetur.

Honor Regi debetur quod ſit animata Dei imago: timor quod gladiū geſtet: uectigal quod unus priuati oblitus, nō unam aliquam partem, ſed totam Remp. curet.

Qui corā R. aliquē vulnerau. L. VII. 39.

Inſuper ſtatuimus, ut ſi quiſpiā coram nobis gladiū, uel cultellum extraxerit, & aliquem uulnerauerit in gratia noſtra conſiſtat.

Idem infra capi. 15. art. 6. de homicidijs.

Aliæ ſtatuta de furt. uide li. 3. ca. 12. ar. 12

Qui aliqd in curia furat⁹ fuer. L. VIII 39.

Si uero in Curia noſtra minutas quaſcumq; res ſubtraxerit, auris periculo & priuationi ſit ſubiectus.

De lenitate Regis Theodoſius ad Ruffinum præfectum.

Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, improbo petulantiq; maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda: ac temulentia turbulētus obtrectator temporū noſtrorū fuerit: eum pœnæ nolumus ſubiugari, neq; durū aliquid, neq; aſperum volumus ſuſtinere: quoniā ſi id ex leuitate proceſsit, contemnendū eſt: Si ab inſania, miſeratiōe dignißimū: Si ab iniuria, remittendū: vnde, integris omnibus hoc ad noſtram ſcientiā referatur: vt ex perſonis, hominum dicta penſemus: & vtrum permitti, an puniri debeant, cenſeamus.

Abſq;

nior in Principatũ Flandriæ & Burgundiæ ſuccederet: Alterã uero Il-luſtr. Bonam Virginẽ annorũ xix. quæ cũ matre ſua Domina Iſabella filia Alfonſi Regis Aragonũ degit in Regno Neapolitano, quę habebit dotis ducenta millia parata, poſt mortẽ uero matris ſuæ, acceſſura ſunt ei adhuc quingenta millia aureorũ: Offertq́ eius M. intellecta uoluntate noſtra, omnem ſuam operã, quo ipſum matrimoniũ quã maxime ex re & dignitate noſtra cõficeretur: promittens inſuper eius Cæſarea M. quo teſtatior eſſet eius erga nos beneuolẽtia & affectus, quod cognita uoluntate noſtra, & ſi animus eſſet nobis ſecũ Viennæ, aut alibi cõueniendi, ut id aliquãdo negocia Seren. Regis Lodouici, & noſtra mutua ualde exigunt, ſe effecturã eſſe, ut ambæ prędictæ Virgines illic cõſtituerentur, & nos corã utram uellemus, eligere poſſemus, id uehementer Maieſtas ſua cupiens, ut nuptias in præſentia ipſius, & de manibus eius auſpicaremur, in quibus ipſa adhuc haſtis cõcurrere uellet, & id genus ſtratagemata ſua hoc iucundo fini concludere. Nos itaq́ cognita Maieſtatis ſuæ Cæſareæ tanta in nos affectiõe, & quod huius rei deliberatio diutius produci nõ poteſt, decreuimus uoluntatẽ noſtram ſuæ Cæſareę Maieſtati per Nunciũ, uel literas noſtras, cũ id tãtopere a nobis exigit declarare, ne per longiorẽ cunctationẽ tantam rei bene gerẽdæ occaſionẽ amittamus, & tam fauorabile eius Cæſareę Maieſtatis erga nos Officiũ negligere, & paruipendere uideamur. Quia uero tale negociũ ad bonũ ſtatum Reipub. augendũ uel diminuendũ plurimũ habet momenti inconſultis S. V. nollemus illud aggredi. Quas enixe hortamur, ut inprimis conſulant, ſi nobis uxor ducenda ſit, nec ne: deinde cũ in matrimonio tractando, quemadmodũ in omnibus Principũ actionibus duo præcipue ſint cõſideranda, honeſtum noſtrum, & utile Reipub. perpendant ſecũ diligenter, quæ nobis potiſsimũ his rationibus ſit ducenda: & ſi, ut Cæſarea Maieſtas optat, resq́ noſtræ mutuę exigunt, conuenire cũ illa debeamus: pręſcribãtq́ nobis quã celerius ſuã ſentenciã: ut ad tẽpus quod res exigit, eius Cęſareę M. reſpõdeamus.

men reginæ ſunt ducendæ, uere enim ſcripſit Ouid. ſi bene uis nubere, nube pari.

Regũ conuentus rebuſpub. chriſtianis neceſſari9, ut ſeſe cognoſcant, diligant, ac iuuent, quare ſapientẽ & peregrinarũ linguarũ peritum Regem eſſe oportet.

Hic honor q̃ nuptijs ſigiſm. haberi debuit uix ulli regũ habit9 ẽ

Occaſio rerũ gerendarum mater.

Coniugiũ regis ad reipu. ſtatũ amplificandum uel diminuendũ plurimum habet momenti: ergo de matrimonio regis conſulendi ſunt ſenatores.

In matrimonio regis honeſtum regis, et utile reipub. uideatur.

Rex vxorẽ ne duc. incõſult. Sena. L. II

Ne imparẽ uxorẽ ducat Rex, & Reg. ſui Senatorũ conſiliũ in eo negligat, nũquã nos cõmiſſuros eſſe recipimus, ut ad hũc lapidẽ offendam9.

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1548.

Ex cõiugio enim & affinitatib. regis, magna honeſtas ac utilitas in rẽp. refunditur

Theſaurarius Coronas & Theſauros conſeruat. LEX III.

114 Statutum eſt, Quod Theſaurarius Regni Coronas & Theſauros Regni, quæ ſumma ſunt omniũ rerum maximarum, conſeruet.

Alex. Petric. 1504. Idem cap. 9. de Theſ.

Coronæ in Caſtro Crac. ſũt. Lex IIII

Idem Rex.

 In publico

Sapientem oportet eſſe Regem. pręcūctis ſubditis, quorū rector ac Iudex eſt, inſtructū eſſe oporteat: ſi in tractādis his omnibus aberrare nolit, in tāta enim functiōe inſcitia caret excuſatiōe: nō ſolum quod ipſa per ſe cœca eſt, verū etiā quod aliorū quoq; omniū in Repub. induſtriā, ac ſtudia, vt languidum caput membra ſiſtat, & remoretur.

ARTICVLVS I.

Comitia Regni per quos, per quales, vbi, quando, & de quo ſint, ac celebrentur.

Comit. Petric. ſint, niſi qd vetet. L. I.

ſigiſm. Crac. 1540. Cum grauius ferrēt nōnulli Conſiliarij & Nuncij Terrarum Regni noſtri ad Conuentū generalē Regni Cracouiā ſeſe uocari, præter ueterem conſuetudinē, a loco Petricouieñ. illos euocando: Decreuimus Conſiliarijs noſtris & Terrarū Nuncijs petētibus, ut non alibi pręter Petricouiā Conuētus generalis celebretur. Niſi cauſa legitima per nos cum Conſiliarijs noſtris expendenda aliud ſuaſerit faciundum.

Similis.

ſigiſm. Crac. 1543. Aſſentimur Dñorū Conſiliariorū & Terrarū Nūcijs ſentēciæ, & ita relinquimus duraturū, quia Reg. Comitia generalia nō alibi niſi Petric. indici & agi debēt, peſtilētię & ęgritudinis Regię caſibus exceptis.

Sed in Lublin aut Parc. Polo. cū Lithuan. Comitia celebrent. LEX II.

Iagel. & Vitouudi in Hrodlnenſi Priuilegio libr. 5. cap. 1. art. 1. ponēdo repetetur. Hoc etiā addito ſpecialiter & expreſſo, quod prefati Barones & Nobiles Reg. Pol. & Terrarū Lithuanię Conuentiōes & parlamēta, quādo neceſſe fuerit, in Lublin, uel in Parczouu, & alias in locis aptis, de conſenſu & uolūtate noſtra celebrabūt, pro cōmodo & utilitate Reg. Pol. 127

Similis.

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Vt tēpore fœlicis noſtri Principatus negocia publica ordinate procedāt Comit. generalia et partic. iuxta tēpus et loca ſtatuto deſcripta edicem9

Vt Cōſiliarij, & hoſpites a R. M. per Marſchal. excipiūtur, quoue ordine locētur, & conciliētur. LEX III.

Quam vide infra Capitulo Tercio.

Qui, quales, & quot Nūcij Nobilitatis ad Conuentum ſunt mittendi. LEX IIII.

ſigiſm. Cra. 1540. Cum cerneremus numerū Nunciorū Terreſtrium qui ad Conuentū generalem deſtinātur, eo uſq; proceſsiſſe, ut Theſaurus Reipub. ſumptu in illos neceſſario plus æquo grauaretur, & magna pars Contributionum publicarū in illos expenderetur, defenſioq; Reipub. per hoc minuatur, ac item omnes tractatus & actiones in Cōuentibus neceſſario cum illis agēdæ in longum traherētur, propter numeroſam illorū

Abſq; Senatu Rex nihil in Republica faciat. LEX IX.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1548.

Ne Rex Senator. ſuorũ cõſiliũ negligat, nũq; nos cõmiſſuros recipim9 ut nõ cõmunicato cũ Senator. noſtris conſilio ulla de re qtq; ſtatuam9.

Regi iuramentũ præſtant omnes feudarij Duces, de quibus lib. 5 prætereaq; omnes Conſiliarij, alijq; ordines Reg de quibus lib. 1 cap 3. de Conſiliarijs & capit. 5 de Dignitatib. uideatur.

Marſchalci vero Ceremon. & Curiæ ſunt Magiſtri ac Cenſores. LEX X.

Quam vide Capitulo 8. de Officio Marſchalcorum.

Thron9 Regi9 iuſticia firmatur. L. XI

Iohan. Albert. Petri.

92. Thronus, ſplẽdor, & potẽtia Regalis, & cuiuſlibet Principãtis Maieſtatis, tũc dinoſcitur inter fideles ſuos, non ſolũ tutiſsime roborari, uerũetiam uelut radijs naturaliter prominẽtibus, eis ſplẽdere: dũ purę fidei & beneuolẽtiæ ſubditorũ meminit, dumq; acumẽ cunctarũ lucubrationũ & meditationũ ſuarũ pro earundẽ fideliũ ſuorũ quiete, trãquilitate, ęquitate, & iuſticia defigit. Quod fit pręcipue, dũ pro fide & beneuolentia in Regiã excellentiã efferendã ſublimandãq; collocata, digna remuneratiõis brauia ſuis ipſis tribuet fidelibus: non ſolũ in libertatib. Iuribus, & Cõſtitutiõib. largiẽdis, inſtituẽdiſq; nouis: uerũetiã alijs per alios Reges & Principes pia cõſideratiõe inſtitutis cõfouendis, & cõfirmãdis. Neq; in hoc ſublimis errat Regũ & Principũ meditatio, et enim obſeruãtia fidei ſui trahens originẽ ex augmẽto gratiã Iuriũ & libertatum ratiõis & naturę ipſius legibus ſtabilior perſeuerat, cũ fauor et benignitas Principis in ſuos oſtenſa ſubiectos, ſic cõmodari exhiberiq; cõſpicitur, uti eorũ neceſsitas honeſtas ac euentuũ cõmuniũ uis creditur pro tẽpore & in futurũ expoſcere. Ipſa tandẽ Maieſtas quitquid unquã propterea decreuerit aut inſtituerit, id ne labẽtibus ſæculis obliuionis confundatur erroribus, conſueuit literarũ apicibus cõmendare euiterne, perinde ac uiuaciter memorandum & duraturum.

CAPITVLVM II.

De Comit. Reg. & ſũmo Regis Officio.

PRAEFATIO.

Si Rex ob id cõſtitutus eſt, vt regat: & ipſe populũ regere prudẽter, & popul9 illi obedire ęquanimiter tenẽtur. Vnus enim priuati oblitus, nõ vnã quandã partem, verũ omnes Reip. partes ſe curaturũ recepit. Quæ quidẽ regẽdi ac obediẽdi harmonia, vt volũtate populi inſtituta eſſe videatur, Rex quotãnis cogit Regni Comitia: in quibus cũ Senatu & Legatis Prouincialib. de ſumma Reip. & domi foriſue euẽtibus, ſua cõferat cõſilia: liteſq; eodẽ deuolutas dirimat, ita vt in publicis & priuatis actiõibus ſemper decernẽdi ratio, decertãdi fortitudinẽ præcurrat: ingenioq; cuncta agãtur nõ ui: quod illud hominũ, hoc beluarũ eſt, vel ſaltẽ extremis neceſsitatib. reſeruatũ. Et quia nomine Reip. vtilitates populi circa animarũ ſalutẽ, corporũ tutelã, rerũq; proprietatẽ poſitę cõprehendũtur: nõ obſcurũ eſt quin diuinarũ & humanarũ rerũ ſapiẽtia Regem a natura, arte, & exercitatione præ cunctis

Comitiorum uſus.

Cõſilio potius quam ui Reſpub. eſt adminiſtranda.

COMMENTARIVS.

De quo conſultandum ſit in Comitijs.

Vt homo in animam & corpus diuiditur, ita in Cōuentu Regni, primū de ſalute animæ. Secundo de tutela corporis a Rege religionis & politiæ tutore, nec non a Spiritualibus & politicis Senatoribus omnis Cōſultatio ſuſcipienda eſt, quorum alterū verbo Dei & Euangelii puro, alterum legibus politicis gubernatur. Sed quoniam ſine facultatibus externorū bonorum hominē in quouis officio claudicare neceſſe eſt, earū quoque tractatio Regiæ & Senatus prouidentiæ eſt ſubiecta: vt ita noſtro cōtenti, abſtineamus alieno, & omnem materiam domi & foris litigandi præcidamus. Sic nō de vna parte, ſed de tota Repub. in Comitiis conſultabitur, idque fœliciter: Si omnes cupiditatibus vacui, priuatorumque obliti, quæ ſint publica & cōmunia bona curent. Plurima vero venient ad Rempub cōmoda, ſi moderatrix harū omniū rerum præſto ſit ſapientia, quæ quidem & res bene prouiſas aggrediatur, & nō temere in aggreſsis perſtet: Sed totam ſe, in religione quidem ad analogiam præceptorū Dei, factorū Chriſti & primitiuæ Eccleſiæ vſum: in politia vero ad Iudiciū conſcientiæ, & legum, charitatisque regulā attemperet: in vniuerſumque videat, quid facere paret, quæ futura ſit factorū vtilitas, quæue efficiendi poteſtas; ea ratiōe nihil in Comitiis ſtatuetur, quod quidem poſteritati non ſatis grauiter expenſum, vel parum pie, aut prudenter conſtitutum videri queat.

Sapientia Conſiliarijs opus eſt, quæ de omnibus ita ut oportet definiat.

ARTICVLVS II.

De Iuribus Regni per R E G E S confirmatis, & eodem exemplo confirmandis.

Ac pricipio Lud. Rex promittit oēs Incolas Reg. cuiuſcūq; cōditiōis fuerit in libertatib9 eorū cōſeruare. LEX I.

Ex priuilegio Caſſo. 1374. fiet tamē eiuſdem mentio infra, libr. 1. cap 16. de ciuitatibus. Item cap. 17. de Kmeton. & lib. r 3 cap. 1. de fundis Nobilium.

Omnes Barones, Magnates, Nobiles, Ciuitates, Oppida, Villas, Poſ- 41.
ſeſiōes eorūdem, populum, & Kmethones, in eorū libertatibus pollicemur & ſpondemus conſeruare: nec eos contra illas intendimus aggrauare, uel per quempiam faciemus aggrauari.

Similiter wlad. Iagel. cōfirmat omnia priuilegia, & libertates vniuerſis Re- 49.
gnicolis. LEX II.

Ex priuilegio Iagel. prope Czeruiensko dato 1422.

Poſtremo: ut ſubditi & indigenæ Regni noſtri tā Spirituales, quam Seculares absq; ulla ambiguitate Iuribus & priuilegiis quæ nobis dudum a noſtris prædeceſſoribus diuæ memoriæ Regibus Poloniæ. & a nobis ſunt cōceſſa ſecurius uti poſſent, & potiri, nec aliqua circa eorū continentiā hæſitatiōe ſuſpendi, omnia & ſingula Priuilegia, Iura, libertates, & cōceſsiones noſtras, & noſtrorū prædeceſſorū prędictorū, quas obtinēt ſub quacūq; forma uerborū, in omnibus punctis, cōditionibus,

multitudinẽ, quorum plæriq; in hoc munus ſeſe ingerunt, ut actiões, cauſas Iudiciarias, in Iudicijs, & negocia priuata, quæ in Cõuentibus eis incũbunt, poſſent cõmodius peragere: Propterea Cõſiliarijs noſtris cẽſentibus in præſentia Nunciorũ Terreſtriũ, ante concluſionẽ Conuentus preſentis edici fecimus, et hac conſtitutiõe noſtra decernimus, ut in Conuẽtibus particularibus Nuncij ad Conuentũ generalẽ non plures eligantur, quã olim eligebãtur, regnantibus fœliciter prædeceſſoribus noſtris. Quodq; nullus Nunciorũ eligatur, qui cauſam & actionem Iudiciariã in Cõuentu agendam haberet: per hoc enim & Iudicia Cõuentionalia interturbãtur, & tractatus Nunciorũ plærũq; intermittuntur. Cũ utriq; negocio ſimul ſatisfacere nõ ſufficiant.

25. Cũ aũt Reip. maxime expediat, ut eius municipes q;eti ſint: Inprimis Cõſultandũ eſt, ut innocẽter uiuant, & in uirtutibus cõualeſcant. Sigiſ. Crac. 1522

LEX V.

Expedit Reipub. ut ſubditi quiete uiuant, quod fiet, ſi nulli noceant, & in uirtutibus conualeſcant.

Itaq; Conſtitutiões ſeu Inſcriptiões tã Regni, quã M. D. Lithuaniæ, publicã honeſtatẽ lædentes, ne fiant: aut factæ nõ teneantur.

In priuil prælatorũ Lithua libr 5. cap. 1. ponendo repetetur.

LEX VI.

Si quæ aliæ ſingulares Inſcriptiões, inter nos Prælatos & Barones Magni Ducatus Lithuaniæ, ac Prelatos & Barones Regni Poloniæ eſſent: quæ cõmunem utrinq; honeſtatẽ læderent, quas anteceſſores noſtri nõ tenuerint, tales nos quoq; nõ recepimus neq; tenebimus.

Optandum eſt, ut in Repub. honeſtum iũgatur utili, quod ſi fieri nequeat, utile honeſto præponatur: quamquam in priuatis actionibus & ſentiant Philoſophi, & boni uiri faciant cõtrarium.

24. Generalis aũt Regis Iuſticia, & erga omnes Reipu. partes tutela atq; pacificatio eſt, ut omnibus proſit: omneſq; eadem æquitate contineat.

LEX VII.

Aequitate Dei ſuadente, tenemur cuiuſlibet Iuſticiæ & indemnitati proſpicere. Sigiſ. Bidgo. 1510.

100 Dignitas enim Regia iniuſticia prophanatur.

LEX VIII.

Alber. Petr 1496

96 Etenim dignitas Regia per iniuſticiæ culpam prophanatur.

mus, reintegramus, reſtauramus, ac præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, ratificamus, & declaramus.

Vuladiſlaus autem Tertius ita Iura confirmat. LEX VI.

Petricouiæ. 1434.

Ex manu ſcripto priuilegio.

Ex certa noſtra ſcientia præhabita ſufficiētiſsima deliberatiōe, animo & uolūtate noſtra ultronea, ipſis Prælatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Proceribus, Nobilibus, Burgenſibus, cæteriſq; ſubditis & Incolis noſtri Regni cuiuſcūq; ſtatus exiſtunt, Spiritualis uel Sæcularis queq; ipſorum Iura, libertates, ac emunitates, literas, Priuilegia, Eccleſiaſtica & Sęcularia, quæ a diuæ memorię prælibato genitore, ac aliјs Regibus, Principibus, Ducibus, & Dn̄is prædeceſſoribus noſtris Regni Poloniæ ueris & legitimis hæredibus, ſuper quibuſcūq; bonis & libertatibus habere dinoſcūtur & habent ſub quibuſcūq; datis, in uita ſua iuſte & rite emanata, libertates, & emunitates Spirituales & Sęculares in ſe continen̄. & quas hic uolumus habere pro inſertis, in omnibus earū punctis, poſitionibus, conditiōibus, articulis, & clauſulis uniuerſis, ratificamus, innouamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio cōfirmamus: decernentes illa robur obtinere perpetuæ firmitatis. Promittimus inſuper in uerbo noſtro Regio pręſentibus & ſpōdemus, eadem ipſorū Iura, libertates, emunitateſq; literas & Priuilegia, per omnia rata atq; grata habere, & iugiter, inuiolabiliter, perpetue obſeruare, ac eis ſatisfacere cum effectu.

Similiter kazimirus Tertius Iura confirmat. LEX VII.

Kazimirus in Nyeſſoua 1454.

Nos Kazimirus, Attendentes Conſtitutiōes prædeceſſorū noſtrorum 92. quaſdam in obliuionē deductas, alias reformatiōe, & innouatione, & alias additione egere, ad inſtantiā omnium Nobiliū Regnicolarū noſtrorum, corā nobis conſtitutorū de conſilio Baronū & Conſiliariorū noſtrorū Conſtitutiōes Terrarū. Præfati Regni noſtri duximus præſentibus innouandas, emēdandas, & reformandas in melius, cæteriſq; aliquid adјciendū cenſuimus, ut Iudices Terrarū Reg. noſtri ipſis innixi, & ex ipſis eruditiōe ſumpta, in Iudicādo cōſeruent ſtaterā ęqtatis.

Cōfirmatio Iuri. general. LEX VIII

Inprimis igitur pollicemur uerbo noſtro Regio, omnes Regni noſtri 92. Incolas in Iuribus quibuſuis ipſis a prædeceſſoribus noſtris datis integraliter conſeruare.

Similiter

Similiter Iohann. Albert. omnia Iura, ſimulque kazimiri in Nyeſſoua condita confirmat. LEX IX.

Licet per alias literas noſtras tunc uniuerſis Terris ſublimitatibus & Petricouiæ 1496.
92. ſubditis Regni noſtri conceſſas uniuerſa Iura, Priuilegia, libertates, & prerogatiuas per Sereniſ. Illuſtriſsimoſq; Reges & Principes Regni Poloniæ olimque genitorem noſtrum eis conceſſas atq; conceſſa confirmauerimus, cum ſacramento Iuramenti in fœlici Coronatiõe noſtra per nos corporaliter præſtiti. Ibi quoque licet cenſeantur uniuerſa Priuilegia incluſa eſſe ſucceſsiue Regno conceſſa. Tamen cum in præſenti Conuentione produceretur in medium Priuilegiũ originaliter continens Conſtitutiões multas nobis & Reipub. Regni noſtri perutiles in Nyeſſoua olim per genitorem noſtrum datum, illud ad uota Prælatorum & uniuerſorum Regnicolarum ſpecialiter confirmaturi decreuimus præſentibus inſerendum tenore infraſcripto.

Idem Iohan. Alber. Rex de eodem.

Petricouiæ 1496.

Quod quidem Priuilegium in omnibus punctis, conditionibus, paſ-
96. ſibus, & articulis, de certa ſcientia, benignitate & uirtute noſtra innata, præclarorumq; Baronum, ac Nunciorũ de ſingulis Terris huc conuocatorum uniuerſorũ conſilio & uoluntate confirmandũ duximus, & confirmamus perpetuo tenendum obſeruandumque.

Idem Rex Iohan. Alber. decernit ſua Statuta perpetuo duratura, ſimulq; priora omnia confirmat.

Poſtremo uero ut præſentiũ inſtitutorum, confirmationiſq; & ſuc- Petricouiæ 1496.
110 ceſsionis noſtrorum ſeries robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec ullo unquam tempore per nos & ſucceſſores noſtros in aliqua ſui parte quomodolibet ualeat in irritum reuocari: tam pręſentia inſtituta noſtra confirmatione antiquorũ continentia, quam alia antiquiora uniuerſa per Diuos olim prædeceſſores noſtros Reges Poloniæ ſucceſsiue ędita, præſentibus etiam non inſerta, in omnibus paſsibus, capitulis, articulis, punctis & clauſulis, approbamus noſtra præſentia: decernẽ. perpetuo ualitura: Illa uero uniuerſa antiquiora, confirmañ. robo-

 rañ. & ra-

rañ. & ratificañ. ut ita perhennis firmitatis uim obtineāt: Super quibus tam nouis præſentibus noſtris, quam antiquioribus confirmatis noſtras priuilegiales præſentes literas, pendentis retrorſum a dorſo Sigilli noſtri munimine oboratas, de certa ſcientia noſtra dedimus, & conceſsimus: per manus Reuerendi in Chriſto patris Domini Creſlai de Kurozuyaki Epiſcopi Vladiſlauieñ. & Cancellar. Regni noſtri nobis ſyncere dilecti. Petricouiæ in Conuentione generali. Anno Domini 1496. feria quarta proxima poſt feſtum ſancti Vrbani. Per nos, & uniuerſos Prælatos, Barones, Regnicolas, & Terrarum Nuncios celebrata.

Item Rex Alexā. Statuta herоū Reg. Petricou. anno 1503. ædita Maieſt. Regia in Lithuania exiſtente, continuat & approbat. LEX X.

Nos Alexander Rex, poſt fœlicem Coronationē noſtram Repub. Lithuana tunc expoſcente, cum ad Magnū Ducatum Lithuaniæ contuleramus nos: his uero Regni Terris, nobis in Ducatu ipſo agentibus, dum Conuentionē indixeramus generalē, fuit per uniuerſos Regni noſtri Prælatos Spirituales & Seculares ac Terrarū Nuncios, uniuerſum corpus Regni etiam abſentium nomine per literas noſtras & per proclamationes publicas uocatorū, uenientiū, non uenientium repræſentantes, celebrata Conuentio generalis in loco Regni noſtri ad id conſueto, Petricouiæ die Dñica Reminiſcere, & prorogatione habuit uſq; poſt Dominicā Iudica me Deus &c. Anno Domini 1503. cui Illuſtriſs. & Reuerendiſs. olim Dño Frederico Cardinali &c. germano noſtro, ad gubernandū Regnum in noſtri abſentia, per nos olim conſtituto in lecto ultimæ ægritudinis decūbente, præſidebant Reuerendiſs. & Reuerendi in Chriſto patres, Dñi ac Magnifici, Archiepiſcopus Epiſcopi, Palatini & Caſtellani cū reliquis ex ordine Reipub. Prælatis utriuſq; ſtatus Conſiliarijs noſtris, per quos, & uniuerſos alios Conſiliarios, ac Terrarum Nuncios Statuta, edita ſunt per nos, ad uota eorum approbata, infraſcripta. 111

Idem Rex Alexād. reddit cauſam, propter quā, ita vt vidētur excaſa, diſpoſu-

erat, atq; euul-

erat, atq; euulgauerat omnium ſuorum anteceſſorum Statuta.

Sunt igitur uniuerſa hæc ad præſens ſingulare uolumen cōgeſta Pri-
66. uilegia ſupraſcripta, Conſtitutiōes Regni Poloniæ, quæ ſub tempore a Boleſlao Caliſsien. Duce, & a Magno Kazimiro uſq; ad noſtra præſentia tempora autoritas Principū pro Regni & Incolarū eius fœlici ſtatu ędidit, cōtinentia: quorum tenores libris Legū Ciuiliū ad Reip. Regni noſtri ſtabilimentū, utilitatēq;, per dictum olim Kazimirū Magnum receptorū anteponimus, eorūq; omnium ſicut uetuſtiora præpoſuimus, ac eis clauē apperitionis, proceſſum Iuris, & Terminorum conſeruationē, cum alijs ſuo loco poſitis, tanquam Iuris uehiculū, atq; promulcum, quo tutiſsime per omnes euentus iuſticiæ uectitabitur ſalus, aſcripſimus: Sic infraſcriptum noſtrum hoc omnium extremo ſupraſcriptorum loco ponimus, Quod licet nihil contineat Conſtitutionis nouæ, ueteris duntaxat prohibere ſub ſacramēti munimine robur, tamen quia dum in hac Radomien. dieta cōmuni ſubditorū conamine, & inſtantia impetratum a nobis erat, per quod nos reuera potius prouocati & incitati, quam motu proprio perſuaſi ſumus ad iſtud edendū commune Priuilegium, per omnes uoluminis paſſus ſupraſcriptum: fatebimur neceſſario uniuerſis, quibus expedit, præſentibus ac futuris, infraſcriptum Priuilegium dediſſe occaſionem nobis, ut Priuilegia uniuerſa ſupraſcripta cenſuram iuſticiæ, ſtatuſq; publici perſtringentia de Theſauro Regni noſtri publico, ac ex alijs publicis Regni noſtri ſcrinijs atque locis quorum ſupra fit mentio ſumpta in manus dederimus ſubditorum noſtrorum. Quamobrem Priuilegium infraſcriptū tanquam ſpecialiſsimum, & ſubditis noſtris gratiſsimum, duplici ſcilicet & materiali & ſacramenti Sigillo munitum, non inter indaginum ambages ſupraſcriptas, ſed ſpeciali deſcriptione exaratum, atque omnium ultimum, tanquam uectem ac Sigillum præmiſſorum habebit locum, cuius ſequitur tenor. .·. .·. .·.

Generalis vero cōfirmatio Iurium per eundem Regem Alexandrum in Radom conceſſa talis fuit.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam Regnantium & Imperantium auſpicia fœliciora ſemper eueniunt, dum, quod Sacris ſuis proferunt & promittunt ora- 1505.

culis,pro Iure & iuſticia conſolationeque ſubditorum fidelium tenen-
dum,Id literis etiam perpetuis firment,& poſterorum noticiæ commē-
dent æuo perpetuo duraturum: Proinde Nos Alexander Dei gratia
Rex Poloniæ,Magnus Dux Lithuaniæ,nec non Terrarum Cracouię,
Sandomiriæ,Siradiæ,Lanciciæ,Cuiauiæ,Ruſsiæ,Pruſsiæ,ac Culmeñ.
& Elbingeñ. Pomeraniæꝗ Dominus.& hæres.&c. Significamus te-
nore præſentium quibus expedit uniuerſis,præſentibus, ac futuris ha-
rum noticiam habituris. Quia licet in Sacris Maieſtatis Regię noſtræ
primitijs,dum uidelicet Principes Spirituales & Seculares, Cæterique
Prælati, Barones, & Regnicolæ noſtræ fœlici aderant Coronationi,
uniuerſa Priuilegia per Diuos olim anteceſſores noſtros Principes,
Duces,Reges.& per nos,poſt fœlicem Coronationem noſtram Regno
Poloniæ eiuſque Regnicolis conceſſa promiſimus inuiolabiliter tene-
re, tamen propter maiorem eorum firmitatem, annuentes uotis Con-
ſiliariorum noſtrorum, & Nunciorum Terrarum ex uniuerſis Regni
Terris in hac Conuentione exiſtentium, eorundem petitionibus &
adhortationibus permoti,non per errorem, uel improuide, aut indeli-
berate,ſed ex ſpeciali uirtute,& munificentia Regijs noſtris, per literas
perhennes præſentes noſtras promiſsionem illam noſtram ſolidiorem
firmioremque efficere cupientes, uniuerſarum Terrarum noſtrarum,
ac uniuerſorum & ſingulorum Incolarum Terrarum earundem,cuiuſ-
uis ſtatus,ſexus,conditionis, & ordinis exiſtentium, Priuilegia,indul-
ta, munimenta, ſtatuta, donationes,libertates,prærogatiuas,immuni-
tates,& quaſlibet uenditionum ac donationum Inſcriptiones.Sub qui-
buſcumque uerborum tenoribus,modis,conſuetudinibus,atque dictis
per Illuſtriſsimos ac Sereniſsimos prædeceſſores noſtros Principes,
Reges, Reginas, hæredes, & Duces Poloniæ, & per nos ipſos Regno
Poloniæ, ac prædictis, & alijs uniuerſis Terris iuſte & legitime datas,
donatas, conceſſas, & emanatas, ac data, donata, conceſſa, uendita, &
emanata,tentaque & obſeruata, quorum & quarum tenores hic habe-
re uolumus pro inſertis,in omnibus ipſorum & ipſarum modis,pun-
ctis, articulis, clauſulis, conditionibus, & conſuetudinibus roboran-
da, confirmanda, & gratificanda, ac roborandas, confirmandas, &
gratificandas duximus, & decreuimus, roboramuſque,confirmamus,
& gratificamus, ac præſentis ſcripti patrocinio firmamus, & appro-
bamus, illa, & illas, uere, perpetue, indubie, & in æuum, inuiolabilis
firmitatis robur obtinere: promittentes ſub Iuramento noſtro, quod
in prædicta fœlici Coronatione noſtra corporaliter præſtitimus, illas
& illa, ac quodlibet illorum, illarumque, in omnibus prædictis co-
rum, earumque modis, conſuetudinibus, poſitionibus, deſcriptioni-

bus, articulis,

bus, articulis, punctis, & conditionibus, firmiter, inconcuſſe, & inuiolabiliter tenere, habere, & obſeruare, tenerique, haberi, & obſeruari facere, temporibus perpetuo duraturis. Quod ſi aliquid contra libertates, Priuilegia, immunitates, & Iura præfata Regni fecerimus, illud totum caſſum, irritum, inane, nullumque eſſe uolumus, ac decernimus ipſo facto, atque irritamus, & caſſamus tenore præſentium mediante. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum eſt præſentibus ſubappenſum. Actum in Conuentione generali Radomienſi Sabbato Inuentionis ſanctæ Crucis. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinto: Regni noſtri Anno quarto. Præſentibus Reuerendiſsimis & Reuerendis in Chriſto patribus, Dominis Andrea Archiepiſcopo Gneſnenſi & Primate, Bernardino electo Leopolienſi, Iohanne Cracouienſi, Vincentio Vuladiſlauienſi, Iohanne Poſnanienſi, Luca Varmienſi Eccleſiarum Epiſcopis: Nec non Magnificis, Venerabilibus, & Generoſis, Spythkone de Iaroſlauu Caſtellano Cracouienſi, Iohanne de Tarnouu Sandomirienſi, Nicolao Gardzina de Lubranth Caliſsienſi, Petro Myſzkouuski de Mirouu Lancicienſi, Nicolao de Koſzczyelecz Brzeſtenſi, Nicolao de Krethkouu Iuniuladiſlauienſi, Iohanne de Tarnouu Ruſsiæ, Nicolao de Kurozuanki Lublinenſi, Prandotha de Trczana Rauenſi Palatinis: Iohanne Iarand de Brudzouu Caliſsienſi, Iohanne de Przeramb Siradienſi, Ianuſsio Latalski Gneſnenſi, Iohanne Slupeczki Sandeczenſi, Iacobo de Syeklika Voyniczyenſi, Petro Szaffranyecz de Pyeſzkouoskala Viſlicienſi, Iohanne Iordan de Zakliczyn Byeczenſi, Staniſlao de Mlodzyeiouicze Radomienſi, Martino Skothniczki de Boguria Zauichoſtenſi, Staniſlao de Potulicze Myedzyrzeczenſi, Petro de Opalenicza Landenſi, Petro Gorski Naklenſi, Nicolao de Radzikouu Dobrzynenſi, Petro de Nyemiglouy Rauenſi, Paulo de Chothza Polaneczenſi Caſtellanis: Iohanne de Laſzko Eccleſiæ Gneſnenſis & Regni noſtri Cancellario, Iacobo de Szydlouyecz Theſaurario Regni eiuſdem, Alberto Gorski Scholaſtico Vuladiſlauienſi, Nicolao de Barthniki Cuſtode Plocenſi Eccleſiarum Secretarijs noſtris: Nicolao Firley de Dambrouicza Vexilifero Cracouienſi & Capitaneo Lublinenſi, Derſlao Vilczek de Lubyen Leopolienſi, Alberto Skora de Gay Dobrzynenſi, Staniſlao de Kazanouu Lublinenſi Succamerarijs: Cæteriſque Conſiliarijs & Curien. noſtris ad præmiſſa Teſtibus fide dignis, ſyncere & fidelibus dilectis. Datum per manus eiuſdē Venerabilis Iohannis de Lasko Gneſneñ. Eccleſiæ, & Regni noſtri Cãcellarij ſyncere nobis dilecti.

Idem Alexã-

Idem Alex. Priuil. Sandom. cõfirmat.

Alex. Crac. 1502.

Nos Alexander. &c. Significamus, Quia licet in ſacris M. noſtrę primitijs, dum uidelicet Principes Spirituales, & Seculares, cæteriq́; Prælati, Barones & Regnicolæ noſtri, fœlici noſtrę aderant Coronationi, uniuerſa Priuilegia per D. olim anteceſſores noſtros uidelicet Ludouicum alias Loiſz, Kazimirum antiquũ, Vuladiſlaum auum, & Vuladiſlaum patruũ, Kazimirum patrem, & Iohannẽ Albertũ germanum, alioſq́; Reges, Reginas, Principes, prædeceſſores noſtros, eiuſq́; Regnicolis cõceſſa, promiſerimus tenenda: tamen inſuper, ut ipſi pro eorũ in nos fide & beneuolentia, perpendant ſe: proinde gratiarũ noſtrarũ affectus & in præſenti conſecutos, & omni tempore conſecuturos procul dubio: Qua quidẽ ſua beneuolentia, nos poſt mortẽ eiuſdem olim Dñi Regis Iohannis Alberti, ad hoc inclytum Regnũ Poloniæ, Iure electionis eorum liberę, Deiq́; optimi fauente clemẽtia, unanimiter elegerunt regnaturũ: decreuimus ex ſpeciali uirtute & munificẽtia noſtris, per literas perhennes noſtras promiſsionẽ illam noſtram efficere firmiorem, unde, ſicut quibuſlibet petentibus confirmationẽ Priuilegiorũ ab eiſdẽ olim anteceſſoribus noſtris habitorũ, hactenus dare cõſueuimus. Sic totius Nobilitatis Terræ noſtræ Sandomirieñ. Priuilegia, Inſcriptiões, libertates, conceſsiões, exemptiones, prærogatiuas, indulta, & alia munimenta, per quoſcũq́; Reges, Reginas, & Principes prædeceſſores noſtros eiſdẽ ſimul aut diuiſim, prędictæq́; Nobilitati Terræ Sandomir. data & cõceſſa, dataſq́; & conceſſas, iuſta & legitima, iuſtaſq́; & legitimas, quorũ, quarũq́; tenores perinde eſſe & ualere uoluimus, ac ſi idem noſtris de uerbo ad uerbũ inſerta inſerteq́; eſſent, in omnibus eorũ, earũq́; tenoribus, paſsibus, capitulis, cõditiõibus, clauſulis, & articulis duximus ex gratia ſpeciali, uirtute, & munificẽtia Regijs noſtris cõfirmanda, approbãda, & roborãda, cõfirmandaſq́;, approbãdas & roborãdas: prout cõfirmamus, ap.pbamus, et roboramus: decerneñ. ea & eas perpetui roboris uim habituras tenore præſentiũ mediante in euum.

Hoc Priuil. cõfirmatum eſt a sigiſmundo primo. 1537.

Deĩde Sig. omniũ iura cõfir. Lex XII.

Cracouiæ 1507.

Cum rebus tẽpora uetuſtatẽ afferant, quę numero annorũ admirabiliores & ſanctiores habentur, eas ne ulla unquã obſcurare poſsit obliuio, & pręſertim quę a Regib. & Principib. ad cõmunem ſubditorũ utilitatẽ fiunt, par & ęquũ eſt, ut literarũ monumẽtis ſempiternę memorię mandẽtur, quarũ adiumẽto ab interitu uẽdicent et immortales fiãt. Proinde nos Sigiſ. Rex Pol. &c. Notũ facimus uniuerſis, pręſentib. & futuris: a quorũ cognitiõe p̃ſentiũ literarũ ſeries nõ erit aliena. Quod licet paucis ante dieb. cũ omniũ Pręlator. & Procer. Reg. immo uerius totiꝰ Senat. Nobilitat. & populi cõſenſu, Diadema capiti noſtro ĩponeret: Iureiurãdo de more ſanxerimꝰ, oĩa Iura, omnia Priuil. oẽs deniq́;

libertates,& immunitates Regni,ſiue omnibus in genere,ſiue ſingulis in ſpecie per Reges,Principes, & Duces, qui nos præceſſerunt, ac Regno tanquã Monarchæ,ſiue Tetrarchæ prefuerunt, ex quacũq; iuſta & legitima cauſa data & donata , ſiue donatas & datas : rata & firma eſſe debere: Pro maiori tamẽ eiuſce rei firmitudine ac robore,ut in futurum teſtimoniũ extet,nos non ſolum boni Principis officio functos ſed debito noſtro nõ minus liberaliter , quã libenter ſatisfeciſſe, poſtquam uoti cõpotes eorum cõmuni conſenſu,ſingularicq; erga nos pietate facti ſumus, quod bonũ, & fœlix , & fauſtum ſit nobis & Regni noſtro,ut demum hunc ipſorũ conſenſum ad ultimũ finem uitæ nobis preferre liceat,uotis & precibus eorũdem,de Prelatorũ,Baronũm & Procerũ immo uerius totius Senatus & Nobilitatis, cuius Nuncij, cũ plena facultate, ex ſingulis Regni Terris ad conſultandũ nobis cũ de futuro ſtatu Regni huc conuenerãt, annuentes cũ bona & matura deliberatiõe,omnia Iura, omnia Priuilegia, omnia ſtatuta,& decreta, omnes deniq; dominatiões,libertates, immunitates, & quaſcũq; uenditionũ & donationum literas,et ſingraphas ſub quocũq; tenore uerborum factas,omnium Terrarũ Regni noſtri in genere,omniũq; prædictarum Terrarũ in ſpecie,omnis generis,omnis gradus,utriuſq; ſexus hominũ & Incolarum,a Regibus & Reginis, heredibus & Ducibus Terrarũ Regni Polonie, & præſertim Kazimiro Magno Ludouico,alias Loiſz, Vuladiſlao auo, Vuladiſlao patruo,Kazimiro patre, Iohanne Alberto & Alexandro germanis Regibus Poloniæ,prædeceſſoribus noſtris , iuſte & legitime data & donata , dataſq; & donatas, quorũ & quarum tenores tanti eſſe uolumus ac ſi in preſentibus literis expreſſe deſcriberẽtur , in omnibus ipſorũ & ipſarũ punctis, articulis,ſentencijs,clauſulis & cõſuetudinibus, roboranda, cõfirmanda, & ratificanda,roborandaſq;,cõfirmandas,& ratificandas duximus,& decreuimus, ac roboramus, cõfirmamus, ratificamus, & preſentibus literis approbamus illa, & illas perpetuas, indubitatas , inuiolabiles, firmas, & ualidas in ſempiternum futuras.

Ad idem ex eodem Priuilegio.

3. Adijcientes Iuramenti circa coronationẽ per nos præſtiti,& facti,auctoritate:omnia ſupradicta,in omnibus cõſuetudinibus,deſcriptionibus,punctis, articulis,conditiõibus, clauſulis & ſentencijs firmiter & inuiolabiliter tenere & ſeruare,teneriq;,haberi, & ſeruari facere tẽporibus per ſecula duraturis. Quod ſi aliquid contra libertates,Priuilegia,Iura, & immunitates predictas Regni fecerimus, derogando, uel abrogando,in toto,uel in parte alicui premiſſorum,id totum irritum & inane,ac nullius roboris , nulliuſq; momenti eſſe uolumus.

Vltimo Rex

Vltimo Rex Sigiſ. Augu. Iura Regnicolarum confirmat. LEX XII

Quam vide Libr. 1. Cap. 1. Artic. 2. de electione Regis Sigiſ. Aug.

ARTICVLVS III.

De Dignitate, Vſu, Auctoritate, optimaque forma Legum.

PRAEFATIO.

Cum ſine Lege, nec domus vlla, nec Ciuitas, nec Gens, nec humanū vllum genus ſtare nec rerū natura omnis, nec etiam mundus ipſe conſiſtere poterit: recte ait Cicero, nihil tam aptum eſſe ad IVS, conditionēque hominum naturæ, quam eſt LEX, quo ſenſu etiam Plato has voces, νόμος id eſt Lex, & νόος, id eſt, mens, ex eodem fonte deriuauit, eſt enim Lex, ſententia mentis diuinæ & humanæ, æterna & immutabilis, quæ bona præcipit, mala autem vetat, ſiue ſit ſcripta, ſiue non. Itaque merito ſemper vlciſcitur Deus violatores ſui muneris, cęde, ſeditione, exilio, vaſtitate, ſeruitute, poſtremo transfert Regna de gente in gentem, propter contemptū Legum, iniuſticiāque, quæ Legū præcepta contēnens, nō reddit vnicuique quod ſuum eſt. Verum enimuero FORMA IPSARVM LEGVM DEBET ESSE TALIS, vt ſint iuſtæ, poſsibiles, omnibus vtiles, & ſibi conſentientes, præterea quæ dubitatiōes quā minimas, reſolutiones aūt quam fieri poteſt certiſsimas, Iudicibus offerant, alioqui iniuſtę, impoſsibiles, inutiles, & diſcordes Leges, nō Leges, ſed Tyrannicæ conſtitutiones ſunt appellandæ, & nō tam erudiunt quā impediunt Iudices, ſemperque reuocantur in controuerſiā, quoad vel auctoritate Magiſtratus abrogētur, vel ſeditione populi frangantur, ad regulamque æqui boni in natura poſiti tanquam ad portum applicent.

Lex & mens ex uno fonte.

Lex quid ſit.

Forma legum qualis debet eſſe.

Quod Lex ſit donū Dei, ac veritas: et omnes in Repu. vt animæ corpus obedire oportet. LEX I.

Sigiſ. Crac. 1507.

Quia omnis Lex donum Dei eſt, huic omnes obedire oportet: ut pote ſine qua Reſpub. ueluti corpus ſine anima cōſiſtere & regi nequeat. 1.

Legis vero vſus, atq; auctoritas, ꝑpter impares & paruulos, ē inuēta. Lex II.

Kazimir. tertius Petric. 1447.

Sic autem æquitatis libra ſeruabitur, ſi auxilium largiamur imparibus, & metū Legum pro paruulis contra inſolentes imponamus. 89.

Leges etiā cōdunt, ꝑpter cohercendā audaciā, & innocētiā tuendā. Lex III.

Kazi. Crac. 1369.

Propter hoc cōduntur ſtatuta, ſeu conſtitutiōes, ut humana coerceat audacia et inter improbos innocētia ſecuritate lętetur. 53.

Vt ho-

Vt hoĩes honeſte, innocenter, ac iuſte viuãt, pœnæ legib. addũt. LEX IIII.

§ 3. Cupientes, ut ſubditi noſtri in Regno noſtro degentes, cuiuſcũq; ſtatus & conditiõis exiſtant, honeſte uiuãt, alter alterũ non lædat, & Ius ſuum unicuiq; tribuatur. Pręterea de conſilio Vener. in Chriſto patris & dñi Iaroſlai S. Gneſneñ. Eccleſ. Archiepiſ. nec nõ Prælatorum, Baronũ, & uniuerſorum Nobiliũ noſtrorũ de Reg. Pol. ad perpetuã rei memoriã ſtatuta ędidimus infraſcripta, uoleñ. ut ipſa ſtatuta in prædicto Regno Pol. ab omnibus obſeruetur: ſi noſtram indignationem, & pœnas cõtentas in illis, uolunt & cupiũt euitare. Requirit enim plærũq; audacia peruerſorũ, ut nõ ſimus ſola delictorũ prohibitione contenti, ſed etiam pœnã delinquentibus imponamus. Kazim. Cra. 1369.

Itẽ, leges condũtur in ſuffragiũ bonorũ morũ, & euẽtuũ definitionẽ. Lex V.

96. Quãquam tam olim genitor noſter, quã cæteri ex ordine prædeceſſores noſtri, cõſideratis moribus, & cõſuetudinibus adoleſcentũ, & hominum uniuerſorũ, præſertim huic incly to Regno ſubiectorũ, quadã effrenata ſenſualitate ductorũ, & ad malũ declinantiũ, per quod morum & iuſticiæ ſu buerſio in populo frequenter obrepit, tam in paterno Priuilegio deſcriptas, quã multas alias in ſuffragium bonorũ morum, & in miniſteriũ æquitatis cõmunis, conſtitutiões fecerint. Tamẽ quia Iuriũ quantæcũq; ſanctiões, etiam propenſiori congeſtæ cõſilio, ad humanæ naturæ uarietatẽ, machinatiõesq; inopinabiles, ſępenumero non ſufficiũt: ſimul quoq; ad deciſionẽ lucidam nodoſæ ambiguitatis plęrũq; contingeñ. non attingunt: quando quidẽ, ut conſtat e ſacrorum canonũ decretis, et uetuſtiſsimarũ Legum præceptis, quorum quamquã additiões & declaratiões fiunt nouæ, uix tamẽ aliquid adeo certũ clarũq; conſtituitur, quin ex cauſis, paſsiõibus, ac caſibus emergentibus nouis, quibus Iura antea poſita mederi non poſſunt, in dubium reuocetur. Iohan. Albertus Petricou. 1496.

Legib9 Reſp. ad Dei honorẽ, & diuturnitatẽ, in omni euẽtu regat. LEX VI

6. Perpendimus in Regno & dominijs noſtris ad Dei honorẽ, & ad fœlix, diuturnũq; Regni noſtri imperium, ſingula Iure optimo, per diuos olim anteceſſores, ac auum, patruũ, genitorem, & germanum noſtros Reges Polonię, ſic ordinata eſſe: ut leges haberentur Regni per eos conditæ uetuſtiſsimę, quibus uniuerſi Regnicolæ, & illud ipſum Alex. Rado. 1505.

 Regnum

Regnum, in euentibus, & in omni adminiſtratione, diuina, ac temporali hactenus regeretur.

Propter aũt vicia cõprimẽda, & iuſticiam exercẽdã, leg. ſũt neceſſar. Lex VII. 2.

Sigiſ. Cracou. ex priuilegio. 1507.

Cæterum inſiſtentes ueſtigijs, & exemplis prædeceſſorũ noſtrorũ, cõſulentium uarijs temporũ neceſsitatibus, & mutatiõibus, per diuerſas ſanctiões ſuas, ut uicia cõprimantur, boni mores adaugeãtur, & quod iuſtum ac rectum in toto Regno exerceatur: Decreuimus, de Prælatorum, Baronum, ac totius conſilij, & Nobilitatis noſtræ, conſenſu: nõnulla ſtatuta noſtra, perpetuis temporibus, ad communem omnium utilitatem, & neceſsitatem duratura.

Porro generale legum officiũ eſt, vt calumnijs viã præcludãt. LEX VIII. 94.

In Nieſſo. Kazimir. 1454.

Omnis regula Iuris, uiam præcludit calumnijs.

ARTICVLVS IIII.

Quod omnes Legibus ſubſint.

PRAEFATIO.

Quare Magiſtratus pareat Legibus.

Seruire Legibus, eſt ſecundum rationem uiuere.

ſeruitus quid.

Libertas.

Interitus illi Regno incumbit, in quo non Lex Magiſtratui, ſed Legi Magiſtratus præeſt. Hic enim ſæpe minis terretur, vi expugnatur, blanditiis circũuenitur, adulteratur pecunia: Lex contra expers omniũ harum affectionũ, omnibus ſemper vna & eadem voce loquitur, imoſque ſummis adæquans, pari libertate præmia virtuti, ac vicio pœnas irrogat, tantumque viui Magiſtratus lingua eget interprete. Cum itaque ſecundũ Leges viuere, ſit ſecundũ ipſam rationẽ viuere: recte libertatem nucupamus parere Legibus, non ſeruitutẽ, vt plerique exiſtimant: cum omnis animi debilitas & humilis & fracta timiditas ſeruitus ſit appellanda, Libertas contra, poteſtas viuendi vt quiſque vult, optimæ Iudicio conſcientiæ, in Legibus conſcripto. Sed hic non eſt prætereundũ ſilentio, quoniam vt in nauigando tẽpeſtati obſequi, ac pro ratione ventorũ vela cõtorquere artis eſt, vt ad portum peruenias: ita prudentiſsimus Rex, vim artis, Legibus potiorem adhibens, non ſemper in cortice Legũ hærebit, neque ſummum illud Ius ſequetur, quod neque ſingulos euentus, neque euentuũ multiplices circumſtantias circumſcribere potuit. Sed τῇ ἐπιεικεια τὴν ακριβοδίκαιαν, hoc eſt, æquitate rigorem Legũ temperans, quod omni tempore, in omni loco, ſaluberrimũ Reipub. putauerit: gnarus emendator Iuris ſequetur. Quo ſenſu Lege 12 tabularum proditum eſſe puto illud: ſumma Lex, ſalus populi eſto: & Princeps noſter, Dominus Iuriũ appellatur: ſemper tamẽ Rex ad Leges patriȩ, vt pote ex veritate æterna deductas, in gubernanda Repub. tanquã Nauclerus ad ſydera in nauigando inſpiciet: ne vel ſpecie recti deceptus, ab illis perfide præuaricetur: vel ad licentiam ſibi & Ciuibus feneſtram aperiat. Quando quidẽ præſtat aliquid boni in Repub. omittere, quã admittere malũ, & Ariſtoteles ſentiat Deũ imperare, cum Rex Lege imperat: contra beluam Reipub. putat præfici: quoties Princeps proculcatis Legibus Rempub. ex ſua libidine gubernat, ita vt

hic Argum

hic Argum Principem eſſe oporteat, qui & Legibus ſine reprehenſione ſatisfaciat, & æquum bonum nullis Legibus comprehenſum, verum in ſola ratione vera conſiſtens, ſequatur.

Rex propter Iuriſdicẽdi officium, eſt
37. Iurium Dominus LEX I.

Poterit aũt quilibet appellare de Terminis etiã Generalibus ad Reg. Maieſtatẽ, tanquã Iurium omniũ Dñm, pro iuſticia conſequenda. *Sigiſ. Petric. 1523. Idem infra arti. 8. de Comitiali Iudicio, & libr. 4. cap. 27 de colloquijs.*

Sed Iura & libertates Rex ſeruabit, nec quitquã contra illas faciet. LEX II.

3\.
Adijcientes Iuramenti circa coronationẽ per nos præſtiti, & facti au- *Sigiſ. Crac. 1507. ex priuilegio, idem ſupra cap. 2. artic. 1.*
4\. ctoritate omnia ſupradicta, in omnibus cõſuetudinibus, deſcriptionibus, punctis, articulis, conditiõibus, clauſulis, & ſentencijs, firmiter & inuiolabiliter tenere & ſeruare, tenerique, haberi, & ſeruari facere, temporibus per ſecula duraturis. Quod ſi aliquid contra libertates, Priuilegia, Iura, & immunitates prædictas Regni fecerimus, derogando, uel abrogando, in toto, uel in parte, alicui præmiſſorũ: id totum irritũ, & inane, ac nullius roboris, nulliusque momẽti eſſe uolumus et decernimus.

Rex, & ſi ſciat vti foro, nil tamen contra leges faciet. LEX III.

Cum ita Regni, Reique publicæ ratiõibus poſtulantibus, uitari nõ potuerit: quin aliqua fierent contra Leges cõſtitutionesque Regni, quas publicæ utilitatis cauſa inſtitutas, parere publicæ utilitati, atque ad nouos caſus temporũ nouorum conſiliorũ rationes accõmodari nõ iniquum uidebatur: perſpeximus eam rẽ Nobilitati Regni noſtri moleſtam accidiſſe, quod uereretur, ſi ſæpius eſſet a Legibus iſtis & conſtitutionibus diſceſſum, ne quis poſt ea noſtri diſsimilis oriretur, qui nõ ex Regni Reique publicæ cõmodo, ſed ex libidine ſua cuncta facere in animum induceret, quæ non tã licita quam animo ſuo eſſent collibita, Legesque & conſtitutiões patrias arbitrio ſuo ſibi mutandi uiolandique hoc exemplo poteſtatẽ datam exiſtimaret: Quæ quidẽ res, cum uniuerſæ Nobilitati Regni noſtri uſque adeo moleſta eſſe cæpiſſet, ut per Nuncios ſuos, quos ad Comitia, quæ Petricouiæ per nos habita ſunt miſerat, ſupplex a nobis contenderet, ſi quid contra Leges factũ uideri poſſet, nobis ad Regni gubernacula ſedentibus, non id quidẽ ut irritum eſſe uellemus, ſed prouideremus, & caueremus literis & cõſtitutionibus noſtris, nunquã nos, noſtrosque ſucceſſores Poloniæ Reges deinceps quitquã facturos; quod Regni Legibus cõſtitutionibusque ad- *Sigiſ. Petric. 1538.*

uerſaretur. Nos, qui ne ante ea quidẽ niſi grauiſsimis addicti rationibus fieri quitquã paſsi ſumus, quod cũ Regni conſtitutiõibus pugnare uideretur, fecimus non inuiti, ut precibus eiuſdem Nobilitatis Regni noſtri, quæ nõ uiſæ ſunt ab æquitate abhorrere locum daremus: Itaq; his literis & conſtitutiõibus noſtris cauemus & pollicemur, nũquam nos, noſtrosq; ſucceſſores fieri quitquã paſſuros, in quo Regni Leges conſtitutiõesq; uiolatæ uideri poſſent, atq; articulos hos infra ſcriptos ſancte inuiolateq; obſeruaturos.

Quando autem Capitanei & Tenutarij bonorũ Regaliũ pro iniurijs corã Reg. Maieſtate uel Iudicio Terreſtri more aliorũ Nobiliũ conueniendi ſint.

LEX IIII.

Quam infra Libr. 1. Cap. 12 de Capitaneis Artic. 1. Leg. 2: & Libr. 2. de bonis Regalibus Cap. 1. Artic. 5. & Artic. 6. videatur.

Itẽ Spirituales in qbuſdam cauſis Iuri Terreſtri ſubſunt. LEX V.

Quam vide infra Cap. 4. Artic. 8. de Spiritualium Iudicio.

Item Proceres & Nobiles Regni, Iuribus Regni ſubſunt. LEX VI.

Quam vide in 5. 6. 4. 7. ſequentibus Articulis.

Quod autẽ & Ciues ſimiliter Iuri terreſtri in certis cauſis ſubſint. Lex vij.

Infra Cap. 12. de Capitaneis Artic. 11. & Capit. 16. de Ciuibus videatur.

Porro kmetones, aſſiſtentia Dominorũ ſuorũ adiuti, poſsint iniurias ſuas de Nobilibus in Iudicio Terreſtri perſequi. Sed ipſi corã Dñis cõueniri debent, aut dñi illorum citantur, quod de eis Ius non dicant.

LEX VIII.

Quam vide Libr. 1. Cap. 17. inter Statuta de Kmethonibus.

Quinimo & ſerui Iuri & iudicio Terreſtri aut Caſtrenſi ſubſunt. Lex IX.

Quam Libr. 1. Cap. 18. Vide.

Ergo conſtituti-

Ergo cōſtitutiões publ. nō vnū, ſed totū populū afficiāt, & obligent. Lex x.

115 Iura communia & conſtitutiones publicæ, non unum: ſed communem populum adficiant. Alexa. Rad. 1505

ARTICVLVS V.

Qui caſus Legibus definiuntur, & quæ ſint cauſæ mutandarum Legum, & quod diuerſitas Legum REGNO periculoſa eſt.

Eorū caſus, quæ frequēter, nō quæ raro accidunt, legib. definiuntur. Lex I.

8. Decreuimus, dictorū Iudiciorum ſeu cauſarū potiſsimum in his quę frequenter accidunt decidere & euellere uarietatem. Kazim. Viſl. 1368.

Leges tamen vtilitatis publicæ reſpectu, variantur. LEX II.

7. Non debet ſane reprehenſibile iudicari, ſi ſecundū uarietatem temporum, cōſuetudines & ſtatuta humana quandoq; uariētur, præſertim cum ingens neceſsitas, uel euidens utilitas, id expoſcit. Kazim. Viſl. 1368.

Nā vna Lex, omnibꝰ nequit eſſe cōmoda: quin aliæ leges alijs perſonis & temporibus ſtatuuntur. LEX III.

1. Sed nec omnis Lex omnibus una & cōmoda eſſe poſsit, quin neceſſe ſit, alia alijs ſtatui, eaq; pro ratione temporum, & hominum, plærūq; mutari, ac uariari: recte prædeceſſores noſtri Reges Polonię ſuas quiſq; Leges & conſtitutiões, prout res & locus exigebat, cōdere ſolebant: quę iampridē collectę, & in unum uolumen reductæ cōſpiciuntur. Sigiſ. Crac. 1507.

Idē ergo Rex, leges alias moderat', alias addit, nonnullas innouat. Lex IIII

3. Reuoluentes certa fœlicis memoriæ Iohannis Alberti & Alex. Regū, fratrum & prædeceſſorū noſtrorum ſtatuta, nōnihil in illis cōmuni Prælat. Baron. & Nunciorū Terreſtriū conſenſu, moderati ſumus: quædam addidimus: & aliqua quæ in uſu non erant innouauimus: et pręſenti decreto innouamus, & ratificamus perpetuo duratura. Cracou. 1507.

Sed quia diuerſitas legum periculoſa eſt, ea tolli, & vna lex de vno negocio ſtatui debet. LEX V.

ſigiſ. Bidgo. 1520.

Diuerſitas Conſtitutionũ diuerſas inter homines cõtrouerſias gene- 21.
rat, & diuerſos Iudices cauſas iudicantes diuerſa intelligere & ſentire cogit: Supplicatiõibus itaqꝫ crebris Nunciorũ Terreſtriũ moti, in proximo generali Cõuentu futuro, omnibus conſuetudinibus, Iuribuſqꝫ & ſtatutis uetuſtis ex omnibus Palatinatibus congregatis: reformationem omniũ Conſtitutionũ per deputatos & deputandos Iuriſperitos Regni noſtri fauente Deo aggrediemur.

COMMENTARIVS.

Quæ Leges non ſunt mutandæ.

Quando & a quibus mutandi.

Quæ mutari nõ poſſunt.

Cauſæ mutandarum Legum.

Leges minime ſunt mutandæ, quæ interpretationẽ certam, & euidentẽ vtilitatem ſemper habuerunt: Si tamẽ euidens Reipub. vtilitas hortetur, vt Leges mutentur: id fieri poteſt cũ publico conſenſu: vt Medici egrotis pro ratiõe morbi ac viriũ mutant medicinã. Leges tamẽ quæ plurimũ æquitatis habent, a mutatione ſunt alienæ. Eo enim ſenſu, & Medicorum, Fabrorũ & Agricolarũ Leges durant: quod a peritis, & æquis earum artiũ Magiſtris, quaſi æterna decreta ſunt poſita. Certe Plato eas recenſet cauſas mutandarũ Legum, nimirum quod Legumlatores nõ ſemper eundem ſcopũ reſpiciant: alios enim ſpectare ait, vt pauci quidam in Repub. dominentur: alios vt diteſcant: alios vt liberi ſint: alios vt non ſolum libertate fruantur, ſed Imperium quoque ſuum amplificent, & vicinas gentes ſuæ faciant poteſtatis. Quod ſi hic nobiſcum viueret ipſe Plato, & Rempub. inſpiceret noſtram, proculdubio clamaret mutandas eſſe illas Leges, quęcũque contra expreſſum mandatũ Dei ac ſenſum communem latæ ſunt, quales videmus Leges noſtras de pœna homicidii, & alias huiuſmodi. Præterea quæ politiæ harmoniam conturbant, vt ſunt omnes Citatiões & Appellationes ad Ro. Curiam a Iudicio Epiſcoporũ Regni interponi ſolitæ: quaſi noſtræ gentis Epiſcopi: vel tam iniqui ſint vt nolint, vel tam ſtupidi vt neſciant, vel adeo exautorati vt nefas putent, aut cõſtitutis in id integerrimis Iudicibus, aut coacta quotannis Synodo, aut alioqui in Comitiis Regni, controuerſias fori Spiritualis definire: Ne miſeri litigantes ad prodigiũ vſque Romanis ſumptibus extrahantur, in Rotaque Ixionis rotã verſent, & cũ Rom. omnia venalia ſemper ſint, gratis ſe Iuſticiã relaturos exiſtimẽt. Nec ipſe Philoſophus reticeret, vnum Principem plus ſatis de ſumma rerum cõſultationibus diſtrictum, non poſſe omnes omnium Appellatiões definire: Sed eas Iudicibus in id ſumptibus publicis fouendis, potius committi oportere: Fines autẽ Regni, vt vel milite mercenario ſumptibus quibus nunc Abbates, aliique inutiles Reipub. ventres paſcuntur, conducendo: vel ſaltem partitis ordine Prouinciis defendãtur: expeditio vero generalis ad bellũ, luſtratione equitũ annua, ad inſolẽtes caſus ſit inſtructa.

ARTICVLVS VI.

DE CONDITORIBVS Legum, & Priuilegiorum.

Rex vt Reipub. Architectꝰ, abuſus e Reg. euellat, & vtilia plãtet. LEX I.

Inter cæteras

Inter cęteras Reipub. curas, ſollicitat mentem noſtram uehementius, Kazimir. tertius Petricou. 1447.
90. ut ſingulares e Regno noſtro damnoſas obſeruantias, & abuſus euel-
lamus, & quæ incrementum Reipub. adijciunt plantemus.

Et primo Cazim. mag. exemplo externorum, ſuorũq; conſilio prouocatus leges condit. LEX II.

7. Diuus & religioſiſs. Imperator Iuſtinianus. Sed & multi grauiſsimi
& præclariſsimi Romanorũ Conſules, Tribuni, aut Cenſores, feren-
8. dis Legibus auctores fuere: & a quibus Leges denominatæ ſunt, ut
Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ: Nam ſub Octauiano Ceſa-
re ſuffecti Conſules, Papius, & Pompeius, Leges tulere: quæ a nomi-
nibus eorũ appellantur Papya, & Pompeya: Sub eodẽ quoq; Impera-
tore Falcidius Tribunus plebis Legẽ tulit. Ex cuius nomine erat Lex
Falcidia: Aquilius quoq; Legẽ condidit, quæ hactenus Aquilia nũ-
cupatur: Sic Iulia, ſic Cornelia, ſic Catoniena Regula, etiam Legibus
a Catone inſerta. Quorũ omnium nomẽ quoq; adeo clarum, adeo ce-
lebre eſt: ut non ſolũ Vrbem, ſed orbem pene totũ ſuis tẽporibus præ-
ſentia, poſt ea uero memoria ſua, ac ſplẽdore illuſtrauerit. Ex eo nãq;
accuratiſsima illa Inuictiſsimi Kazimiri Sintagmata, & ordinationes
efficaciſsimę. Quibus Romanorũ Procerũ exemplo, res ſuas, ſubdito-
rumq;, honeſtis moribus illuſtrare uoluit, legitimiſq; Iuris muneri-
bus, & belli Iuribus munire, quas limatas & pumicatas, accipere, lege-
re, uolutare, & amplecti ſæpius atq; iterũ non ſufficiat quæſo.

Sic & Caz. tertiꝰ in Comit. ſua ex Sen. & Nob. cõſulto, cõdit ſtatuta. Lex III.

89. Sollicitudine nobis Diuinitus cõceſſa attendeñ. Ser. Dños, Principes Petrikou. 1447.
Dños Kazimirũ ſecundũ, & Vuladiſlaũ ſecundũ genitorẽ noſtrum
chariſsimũ Reges Pol. diuos prædeceſſores noſtros Iura & conſtituti-
ones diuinã & humanam pariter iuſticiã redolentes, quibus totũ Re-
gnum Poloniæ in colloquiorũ & Iudiciorũ proceſſu regulatur, ordi-
natur, & regitur cõdidiſſe: nec tamẽ pro illa ſufficienter omnibus quę
in Repub. diriguntur prouidiſſe: nouas conſtitutiões, & Iura edita, in
generali Petricouieñ. Conuentu pro feſto S. Barthol. Apoſtoli Anno
Dñi 1447. celebrata, præſenti matura deliberatiõe præhabita, laudã-
tibus, approbantibus, & cõſentientibus Prelatis, Principibus, Baroni
bus, & Nobilibus Regni noſtri, condidimus, edidimus, & promulga-
uimus, Quas per uniuerſum Regnũ noſtrũ Polonię, & in colloquijs

terminiſq;

terminiſq; generalibus, particularibus, & quibuſcũq; Iudicijs Terreſtribus, de cætero uolumus & præcipimus obſeruari, & practicari, quarum tenor ſequitur, & eſt talis.

Conſtitutiões itaq;, nõ alibi quã in cõuentione decernantur. LEX IIII.

Kazimir. tertius in Nieſſoua. 1454.

Item pollicemur quod nouas nullas conſtitutiões faciemus, abſq; cõ- 95.
muni Conuentiõe in ſingulis Terris inſtituenda.

Io. Alb. etiã decernit ſua ſtatuta in Comitijs facta, ppetuo duratura. Lex V.

Nos Iohan. Alber. Dei gratia Rex Poloniæ, cõmuni & diuturna con- 96.
Petricou. 1496. ſultatiõe præmiſſa, cũ Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Terrarũq; Nũcijs, ac ſubditis uniuerſis noſtris Spiritualibus & Sæcularibus, in hac Conuentiõe generali Petricouieñ. exiſtẽtibus, corpus eiuſdẽ Regni, cũ plena facultate abſentiũ, repræſentãtibus: nõnihil mutuantes a ſtatutis preinſertis & alijs diutius ſanctitis, nõnihil uero denuo pro caſuũ emergentiũ nouitate decerneñ. ſtatuta, & conſtitutiões noſtras infraſcriptas decreuimus, per nos ædendas, & cõſtituẽdas: ædimusq; & cõſtituimus perpetuis temporibus duraturas, & obſeruandas.

Item Alexã. ſtatuta publico conſenſu condit & euulgat. LEX VI.

Petricou. 1504.

Nos item Alexander Rex poſteaquã de Magno Ducatu Lithu. redijmus fœliciter, indicta Conuentiõe generali, quã Petrico. pro feſto S. 112
Agnetis. Anno Dñi 1504. celebrauimus & cõtinuauimus usq; ad feriam quartã ante Dñicam Lætare. Anni eiuſdem 1504. conſtitutiões certas decreuimus, cũ conſilio & aſſenſu cõmuni Prælatorũ & Cõſiliariorũ infraſcriptorũ, ac Nunciorũ Terreſtriũ iuxta Regni cõſuetudinem uocatorũ, nomine abſentiũ poſt uocationẽ literalẽ noſtrã atq; ædicta publica ad eandẽ Cõuentionem uenientiũ, in eaq; conſtitutorum, & aliorũ non conſtitutorũ, corpus Regni repræſentantiũ: præſertim uero de unanimi uoluntate & laude cõmuni. Reuerendiſs. & Reuerendor. in Chriſto Pat. Dñorum ac Magnifi. Gener. Venerabil. & Nobil. perſonaliter Cõuentioni intereſſentiũ. Andreæ Roza Archiep. Gneſneñ. Iohannis Cracouieñ. Vincentij Vuladiſl. Iohan. Poſnanieñ Eraſmi Ploceñ. Mathiæ Chelmeñ. Eccleſ. Epiſco. Spytkonis de Iaroſlauu Caſtel. Cracou. Petri Kmita de Viſnicze Palat. Crac. & Marſchal. Reg. noſtri ac Scep. & Sandecz. Capit. Iohan. de Tarnouu Sand. Nicolai Gardzina de Lubrancz Calliſ. Ambroſij Pampouuski Sirad.

& Capit. Maioris

& Capit. Maioris Pol. general. Petri Myſchouuski de Mirouu Lancici. Nicolai de Koſczyelecz Breſteñ. Nicolai de Kretkouu Iuniuula. Iohannis de Tharnouu. Ruſsię gener. Nicolai de Kurozuanki Lubli. Pauli Kola de Dalenouu Podoliæ & Staniſlai Kmyta de Viſnicze Belſeñ. Palatinorum ac Dobrogoſtij de Oſtrorog Poſnani. Iohannis Iarants de Brudzouu Calliſieñ. Iohannis de Przeramb Sirad. Ianuſſij Lathaski Gneſneñ. Iohannis de Slupcza Sandecz. & Martini Skothniczki de Boguria Zauichoſteñ. Caſtel. Iohannis de Laſzko Gneſneñ & Reg. noſtri Cancel. Mathiæ de Drzeuicza Præpoſiti Skarmieñ. Vicecancel. eiuſdem Reg. noſtri Alberti Gorski Schola. Vuladiſl. Secret. noſtri. Et in præſentia uniuerſorũ Nunciorum de ſingulis Terris miſſorum, & conſentientiũ, aliorũq; quam plurimorũ ſubditorũ noſtrorum in eadẽ Conuentiõe exiſtentiũ & publicitus conſultantiũ, quibus cum omnibus ibidem Petricouię eas ipſas ut præfertur cõſtitutiones noſtras ſcripſimus & condidimus infraſcriptas.

Idem Rex Alexan. officiũ boni Regis in cõdendis legibus deſcribit. Lex vij.

6. Cum uniuerſi Principes, qui uel Monarchiarum, uel dominatuum quorumcũq; gerunt gubernacula, admonente eos ſuſcepti cura regiminis, ut populo ſibi diuinitus ſubiecto prouideãt, quos ab iniurijs & moleſtijs conſeruetur, & nouitates euentuum, nouis moribus, nouis quoq; inſtitutis, ac legibus, moderẽtur: Qui quidẽ euentus in humano genere toties fiunt, quotiens illud ipſum genus mortalitati ſubiectum, ætatum curriculis immutari innouariq; contingit, natura ipſa, ſic ut anteceſſores, ſic quoq; poſteros, in ortũ atq; occaſum (ueluti in rota) promouente: ac proinde ſanctiones ędere rationabiles, & ſuorum mores fideliũ præcepto legali temperare, ſuaq; ipſa præcepta, leges, & inſtituta, literarum munimine, & publici conſenſus auctoritate perhennare conſueuerunt. In Conuentione Radom. 1505.

Idẽ, prædeceſſorum ſtatuta colligit, & ſua cõdit, vtraq; vero euulgat. Lex viij

6. Cum non omnibus patuit quod omnes cõcernit, per quandã etenim, ut ita dicamus, deſuetudinem ac inanimaduertentiã & Priuilegia, & libri ſtatutorũ, uel in Theſauris publicis, uel in paucorũ manibus dũtaxat concluſa, communi uero populo occluſa, immo incognita hactenus erant: Itaq; in hac Conuentiõe Radomieñ. generali, ad quã de uniuerſis Regni & dominiorũ noſtrorũ Terris, Prælati, Barones, Terrarumq;, & Ciuitatũ Nuncij, iuſſu noſtro uenerant: petiti exiſtentes publicitus, ut cõmune ędamus toti Regno Priuilegiũ ſtatutorum eiuſ- In Radom. 1505.

7.

dem Regni Legaliũ, Prædictorum olim diuorũ prædeceſſorũ, ac aui Genitoris, patrui, & olim Iohan. Alberti Germani noſtrorũ, cum additione aliorũ ſtatutorum noſtrorũ. Illudq; per uniuerſa Capitaneatuum, & Eccleſiarũ maiorũ loca daremus originaliter, quo non obſcura, ſed uulgaris eius & eorũ eſſet cognitio. Nos aũt de innata nobis benignitate, & iuſticia: nolentes ab olim prædeceſſorũ noſtrorũ degenerare uirtutibus, qui ſicut laudabiles conſuetudines & Iura prædeceſſorum primorũ approbabant, & ſua ſcribebãt noua. Sic nos illorũ laudabili innitentes cõſuetudini, præſens cõmune ſtatutorũ Priuilegiũ: Cui inſeruimus antiqua & addidimus noua, nonnulla etiã externa, ad eruditionẽ fideliũ ſubditorũ noſtrorum annexuimus, de conſilio, ſcientia, & unanimi uoluntate omniũ & ſingulorũ Prælatorum, Spiritualium & Sęculariũ Conſiliariorũ, & Baronum, ac Nunciorũ Terrarum, & Ciuitatũ, qui uniuerſum corpus Regni, etiam nomine abſentium, per literas noſtras & proclamatiões publicas ad præſentẽ Cõuentionẽ uocatorũ, uenientiũ & non uenientiũ indubitanter repræſentarunt: Toti Regno dandũ, illudq; in publicum Regni noſtri Caſtri Cracou. Theſaurũ, ubi & coronatiõis Diademata, & alia Regni ſecretiora ſeruari cõſueuerunt. Tandẽq; in loca Capitularia maiorũ Regni noſtri Eccleſiarũ, ac Capitaneatuũ Terreſtrium ubiq; Terrarũ inferendum, in eiſq; ut omnibus proſit, & cognitum ſit, quod ad omnium ſalutẽ, neceſsitatemq; congeſtũ eſſet, habendum, & omnium neceſsitatibus petentiũ cõmodandum, decreuimns, & decernimus.

Alex. in theſaurum Regni, ad Capitula, & Capitaneatus miſerat ſua ſtatuta.

Idem cõtinuat proceſſum ſuum, & decreta in Rad. Cõu. ſanctita. LEX IX.

Idem in Rad. 1505

Radomienſem aũt Conuentionem, Nos Alexander Rex Anno Dñi 1505. habuimus & celebrauimus, quæ eo ipſo anno pro Dñica Conductus Paſchę per nos indicta propter Cõſiliarios Lithuanię ac Pruſsię Terrarum expectatos in teſtimonio pręſentiũ ſcriptos, aliosq; magnæ importantiæ euentus, uſq; ad diẽ Sabbati poſt octauas ſacratiſs. corporis Chriſti cõtinuata fuit: In eaq; Reuerendiſs. & Reuer. in Chriſto Patribus, ac Magnif. Venerab. Gener. & Nobilib. Pręlatis. & Baronibus, Conſiliariȷs noſtris, ac Terrarũ Nuncȷs in fine Priuilegȷ iſtius communis ſcriptis, moderantibus & conſentientibus, noſtras ſcripſimus Conſtitutiones infraſcriptas.

Rex Cõſtitutiões in Iure, & cõtra Ius nõ faciet, abſq; publ. cõſenſu. LEX X

Alexander in Radom. 1505.

Quoniam Iura cõmunia & conſtitutiões publicæ non unum, ſed cõmunem populũ afficiunt; Itaq; in hac Radomiẽ. Conuentiõe, cum

uniuerſis Regni

uniuerſis Regni noſtri Prelatis, Conſiliarijs, Baronibus, & Nuncijs Terrarũ, equum & rationabile cenſuimus, ac etiã ſtatuimus, ut deinceps futuris temporibus perpetuis nihil noui conſtitui debeat per nos & ſucceſſores noſtros, ſine cõmuni Conſiliariorũ & Nunciorũ Terreſtrium conſenſu: quod fieret in præiudiciũ grauamenq; Reipubl. & damnum, atq; incommodum cuiuſlibet priuatum, ad innouationẽq; Iuris communis & publicę libertatis.

Idem ſic cõcluſit ſua ipſa Radom. ſtatuta publicæ ædita. LEX XI.

119

Iam uero hic finem faciemus noſtris in Radom inſtitutis ſupraſcri-
120 ptis. Quæ omniũ uoto cõmuni Prelatorum Spiritualiũ, & Secularium, ac procerum Regni, & Nunciorum Terrarũ conſtituimus. Anno & die & loco ſupraſcriptis præſentibus Reuerendiſs. in Chriſto patribus Dñis ac Magnific. Venerab. Gener. Nobilib. & famatis, cæteriſq; quã plurimis Cõſiliarijs uniuerſarũq; Terrarũ Nuncijs & Regnicolis noſtris teſtibus ad premiſſa fide dignis ſyncere & fideliter dilectis.

Sig. quoq; Rex, ex publico cõſenſu leges ſuas condidit. LEX XII.

1. Nos quoq; ueſtigia prædeceſſorũ ſequuti, cũ ab initio regiminis noſtri plæraq; in Conuentibus generalibus de cõmuni Prælatorũ: Procerum ac totius conſilij & Nobilitatis noſtræ conſenſu, pro cõmuni bono, ſtatu, ac ordine, iuxta rerum & temporũ rationem inſtituiſſemus, ac ea in publicũ edi ſubditi noſtri merito exigerent: cum uana ſit Lex niſi obſeruetur, obſeruari aũt nequit, niſi innoteſcat: omnia inſtituta noſtra in unum colligi, & ad omnium noticiam imprimi, & publicari mandauimus. ∴ ∴ ∴ Sigiſm. Craco. in coronatiõe ſui. 1507.

Simile in Priuilegio eiuſdem Regis Cracou. 1507. LEX XIII

Cæterum inſiſtentes ueſtigijs & exemplis prædeceſſorũ noſtrorum, conſulentiũ uarijs temporũ neceſsitatibus & mutationibus, per diuerſas ſanctiões ſuas, ut uicia comprimantur, boni mores adaugeantur, & quod iuſtum eſt ac rectũ in toto Regno exerceatur, decreuimus de Prelatorũ, Baronum, ac totius conſilij, & Nobilitatis noſtræ conſenſu nonnulla ſtatuta noſtra, perpetuis temporibus ad cõmunem omnium utilitatem & neceſsitatem duratura. Idem ſupra Articul. 2. in fine.

De iiſdẽ nouis cõſtitutiõib9, ſolius Regis auctoritate nõ faciũdis. Lex xiiij.

R. Sigiſm. Petricou. 1538.

Retro Lege 9. uideatur.

Conſtitutiones nouas non niſi cum Conſiliariorũ & Nunciorum Terrarum conſenſu ſecundũ ſtatutum Alexand. Regis faciemus.

Idẽ Rex de eodẽ Crac. 1539. Lex xv.

Manifeſtum facimus tenore præſentium quibus expedit uniuerſis etc. Quia in proximis Comitijs ſuperioris anni Terrarũ Nuncijs quædã conceſsimus, quæ magno ſtudio a nobis impetrata cupiebant. Quoniam uſu cognouerunt ea non eſſe ęque utilia, atq; prima fronte eſſe uidebantur, abrogari quædam, alia corrigi, nonnulla uero per nos clarius explicari. plæraq; noua etiam addi petebant: Nos itaq; precibus eorum annuẽdo, de noſtra Senatorumq; & Conſiliariorũ noſtrorum ſentencia, articulos hos deſcribi fecimus, atq; auctoritate noſtra Regia confirmauimus, eos inuiolate obſeruari uolentes.

Idẽ Rex, de eodẽ Crac. 1540. Lex xvi.

Nos Sigiſmundus Significamus, Quod cum præſentibus in Comitijs reuiſæ eſſent per nos Conſtitutiões in proximis ſuperioribus Comitijs in hac ipſa Vrbe noſtra factæ, reductum fuit nobis in memoriam, quod in ea Conſtitutione quędam obliuione ſeu imprudentia fuerunt ommiſſa, quæ ante biennium in Comitijs Petricouieñ. ſtatuta erant: qua de re cum ordine ſingulos Regni noſtri Senatores & Conſiliarios rogaſſemus, ita eſſe una uoce omnes & ſinguli reſponderunt. Itaq; de conſilio eorum & conſenſu primum, deinde Nunciorũ Terreſtrium eam Conſtitutiõem, ita ut fuit anno ſuperiori præſcripta, ſcribi fecimus. Deinde ea ipſa adſcribi iuſsimus quæ obliuione prætermiſſa Senatores noſtri affirmarunt, in eum qui ſequitur modum.

ARTICVLVS VII.

Vt Leges futura reſpiciant, publicentur, homines arment, & exequantur, & ita vt ſunt ſcripta interpretentur, nec non a REGE, & omnibus Municipibus defendantur.

Cõſtitutiões latæ, vel ferendæ: futura reſpiciãt, non præterita. LEX I.

Kazimirus 1368.

Cum autem Conſtitutiões & ſtatuta Legem imponant rebus & negocijs præſentibus, & futuris, & non præteritis: Volumus, ut omnes noſtræ Conſtitutiões, nunc in colloquio generali in Viſlicza ęditæ (et alibi ędendæ) non reſpiciant præterita, ſed tantum modo præſentia, & futura.

Preterea Con

Preterea Cōſtitutiones nouæ neminē adſtcient, donec publicetur. Lex II.

115 Ne uero per ignoratam Conſtitutionē nouam quiſpiam colludi uideatur, dum quitquam fieret contra Conſtitutiōem, quæ ad cognitionem non eſſet deducta communem: Idcirco in conſtitutiōibus noſtris plane procedere cupientes, decernimus: Quod nullus obligatus erit ad nouam Conſtitutionē ſeruandam, niſi ipſa primum per proclamationem in Regno publicetur. Alexan. Rex 1505

Alioquin vanæ ſunt leges niſi innoteſcāt, publicētur, ac obſeruēt. Lex III

1. Cum uana ſit Lex niſi obſeruetur, obſeruari uero nequit niſi innoteſcat, omnia inſtituta noſtra in unum colligi, & ad omnium deduci noticiam, imprimi, & publicari mandauimus. Sigiſm. Crac. 1507.

Non ſolū armis, verū etiā legibus decet eſſe vnūquēq; armatū. Lex IIII.

1. Quemlibet hominem, uirumq; integrum, ex inſtituto quodam decet, non modo armorum eſſe decoratum, ſed etiam moribus & Legibus armatum. Kazimir. 1368.

Sed Iura fruſtra conduntur, niſi ſint executioni demandata. LEX V.

98. Sed fruſtra eſſet Iura condere, quæ non eſſent executioni demandata. Alber. Petric. 1496

Sic ergo Rex Sig. Augu. Iura omnium exequit. LEX VI.

Omnia inſtituta, quę in conſtitutiōibus noſtris nominauimus, quibus Iura communia & Priuilegia ac libertates Regni reintegrarētur in debitam executionem reſtituimus, & literis noſtris confirmamus, ac roboramus: Volentes & mandantes, ut ab omnibus firmiter & inuiolabiliter teneantur, prout & nos ea tenere, & iuxta ea ſubditos noſtros ſeruare uolumus. Ac ultra hoc etiā quodcumq; nobis oſtenderetur eſſe, iuxta Iura communia, ſtatuta, literas, & Priuilegia: id totum tenere, & iuxta hoc ſubditos noſtros conſeruare uolumus, & tenebimur: prout & tenemur, & his omnibus finalem executionē facere, uerbo noſtro Regio pollicemur, ac nos hiſce literis noſtris obligamus. Petricouiæ 1550.

Quod ſi etiã nos contra hoc quitquã fecerimus, tum non aliter intelligi debet, niſi quia in hoc ipſo contra Iusiurandum noſtrum exceſsimus. Et ad maiorem certitudinem & teſtimoniũ præſentes literas cõſcribi mandauimus, & noſtro ſigno conſignauimus. Datas & ſcriptas in Comitijs generalibus Regni, Petrico. Sabbato die feſto S. Annæ. Anno 1550. Regni noſtri. 21. habitis. Quibus interfuere Conſiliarij noſtri Spirituales ac Seculares.

Ad mandatũ proprium Sac. M. R.

Quod aũt leges & Priuil. in eo ſenſu in quo ſunt ſcripta, interpretent. Lex vij.

Quam vide Libr. 2. Artic. 4. de literis Regalibus. Et idem Libr. 3. Cap. 8. etiam de literis & Priuilegiis Terreſtribus.

DE TVTORIBVS IVRIS PRAEFATIO.

Tametſi Lex iuſta, vt bonus Princeps, ſui facti rationem reddere debet: non ſemper tamen inquiri oportet rationes & facta Regum, ac Legum: Alioquin multa ex his quæ certa ſunt, diſputatione ſubuertentur. Itaque omnes municipes qui Iuri ſubſunt, & quibus Ius imperat, vetat, vel aliquid permittit: item præmia dat, vel pœnas irrogat: Iura tueri, illaque omnibus neceſsitudinibus anteferre debent, magna enim & incredibilis Reipub. confuſio ſequeretur ſi Leges ſtatione ſua mouerentur, Ciuesque religione earum ſoluerentur: quod ſi iniquæ Leges ſint, non ſeditione ſed publica auctoritate corrigi debent.

Ac primo omniũ Rex, Iura & libertates confouet, & tuetur. LEX VIII.

Vuladiſl. Iagel. Cracouiæ 1458.

Repetetur lib. 1 cap. 4. de ſpirituali. art. 9

Etſi ſubditorum noſtrorum Secularium commodis de benignitate Regia libenter intendimus, Iuraq; & libertates ipſorum contra deteſtandam malignorum prauitatem, Ditionis noſtræ preſidio, confoue mus: multo magis tamen Regis pacifici, dominatoris uniuerſorũ exemplo, per quem Reges regnant, & Principes dominãtur, Eccleſiam ſuam ſanctam, & perſonas Spirituales, & Seculares, ſibi ſubiectas, in Iuribus, & libertatibus, ac ſtatutis, a ſanctis patribus æditis conſeruare, & tueri cõuenit: & ipſas ab omni impreſsionũ incurſu preſeruare. 66.

Itẽ omnes Reg. Incol. cõfæderatione dicta Captur, obligant ſe ea ipſa Iura defenſuros, quibus ſubſunt. Lex IX.

Vide hoc Priuilegium ſupra Libro 1. Cap. 1. Articulo 1.

Similis confæ-

Similis confœderatio Principum, tam Spiritualium, quam Secularium, Baronum, Procerum, Militum, & Nobiliũ Regni Poloniæ: contra Regnicolas inobedieñ. Iuri, cõtumaces, Hereticos, eorũq; fautores. LEX X.

Vide hoc Priuilegium infra Cap. 4. Artic. 13. de Hæreticis.

ARTICVLVS VIII.

DE IVDICIO COMITIALI.

PRAEFATIO.

Sequitur iam vſus Iuris, & Iuriſditionis Regiæ: quæ præcipue conſiſtit in adminiſtranda Iuſticia Arithmetica, ſeu commutatiua: quæ quidem reddit vnicuique quod ſuum eſt, omni omnium perſonarum ſublato reſpectu. Iuſticia vero Geometrica ſeu diſtributiua honorum perſonas reſpicit, & earum merita examinat: de qua Libr. 3. Cap. 4. de Spiritualibus & Cap. 5. de Dignitatibus, ac Libr. 6. de re Militari vide. Certe de Iuſticia in genere præclare quidam ſcriptum reliquit, Regna in quibus non eſt Iuſticia, ſunt mera latrocinia, ſine qua nihil etiam prodeſt foris eſſe ſtrenuum, iuxta illud Val. ab Illuſtri Viro PETRO KMITA ſæpe vſurpatum: expugnentur licet Vrbes, corripiantur gentes, Regnis manus iniiciantur, niſi foro & Curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum cælo cumulus æquatus, ſedem ſtabilem non habebit. In miniſtranda autem Iuſticia: Sapientia & timor Dei, ſola & vnica ſunt boni & integri Principis adiumenta: porro, ſi in omnibus rebus, certe in Iudicando diligentia opus eſt: hac enim vna virtute, reliquæ omnes virtutes cõtinentur, & quaſi quadrigę gubernantur ab auriga: quippe acrem eſſe oportet auditorem, qui tot lites dirimere, inſidias cauere, & quod rectum ſit in tanta turba, & corruptelis, ſequi poſsit.

Quales Ciues Reg. eſſe debent, inter quos tamen Rex pacem ac Iuſticiam tuetur. LEX I.

Kazimir. Cracouiæ 1369.

Idem libr. 6. capi. 1. de re Militari, art. 1.

53. Cum ſcriptura teſtante, omnis ætas ab adoleſcentia ſit promptior ad malum, & omnis creatura conſiſtat ſub uicio, naturaq; humana facilius labitur ad delicta, ut etiam uicia imitetur. Quamuis enim Dño diſponente omnes ſubditi deberent eſſe pudici, modeſti, iuſti, ac pacifici: effrenata tamen cupiditas, eo usq; progreſſa eſt, ut niſi a cuſtodibus Iuſticiæ frenaretur: tunc profecto concordia & pax inter homines deperirent. Summum autem bonum in hac uita eſt, Iuſticiam colere, & unicuiq; quod ſuum eſt tribuere.

Quia vero Rex in Iudicio loco Dei ſedet, ad locum Iudicij armatus non venias. LEX II.

Cum Iudiciorum

Iohan. Alber. Petric. 1496. Idem libr. 4 cap. 9 artic. 1. de armis ad locum Iudicij non inferendis cum alijs huiuſmodi ſtatutis.

Cum Iudiciorum tribunalia, ad dicendam & diſcernendam Iuſticiam dextere excelſi proprijſsime diuinitus fuerint reſeruata: Nobis tandē mortalibus, qui uices gerimus ſollicitudinū mundanarum commodata: Nos cum in nomine Iuſticiæ ueritatem, in ueritate Deum dictum implicite credamus. Statuimus, ut ob reuerentiam Iuſticiæ & tribunalis: quod ex parte Dei iudicantibus conceditur nobis, nullus in domum ubi Iudicia Terreſtria celebrantur cum armis quibuſcumq;, uel communibus, uel excogitatis intrare audeat. 106

A Citatione Regali, in Cancella. nihil detur, nihil etiā accipiatur. Lex III.

Sigiſm. Petric. 1511 Idem infra ca. 9. art. 3. de taxa literarum Cancellariæ.

Idem, ne prædicti noſtri ſubditi in Cācellaria noſtra a Notarijs plus iuſto grauentur, decreuimus: quod deinceps a Citationibus nihil accipiant. 16.

Sed in Citatiōe uerba criminalia, & honorem tāgentia, ne ponātur. Lex IIII

Sigiſmundus.

Decretū inter Strzalkouuski & Kolaczkouuski, idem libro 4. cap. 16. artic. 4.

Maieſtas Regia decreto ſuo in uim ſtatuti perpetuis temporibus duraturi, omnibus paſsim tam Procuratoribus quam etiā alijs perſonis cuiuſcumq; ſtatus & conditiōibus exiſtentibus mandare & inhibere dignata eſt, ne quiſpiam Citatiōem inordinatam & uerba in eadem quæ alicuius honorem & bonam famam tangerent deſcripta, & ad præſentiam Maieſtatis Regiæ, & Iudiciū ſuæ Maieſtatis, & ad quodlibet Iudicium Terreſtre, ſiue Caſtrenſe deferre, & de eadem proponere audeat, ſub pœna ſeſsionis unius ſeptimanæ in turri, per omnes in contrarium decreti ſuę Maieſtatis pręſentis facientes ſuſtinendæ.

Sed neque Actor citans aliquem pro illata infamia, uerba ipſa famam ſuam lædentia ponat in Citatione expreſſa, ſed tantum generalia illa, nempe: Quia tu coram probis viris contra bonam eius exiſtimationem locutus es, nōnulla uerba turpia & honorem illius tangentia, de quibus tu ſcis &c. Nomine quorum coram Regia Maieſtate honoris Iudice vult ſe expurgare. &c. Si & inquantum coram Regia Maieſtate ei illa obiicies.

QVOD SI QVIS CITATIONEM REgiam cancellatam producat, pœna trium marcarum puniri ſolet, per hoc tamen Actori non negatur facultas delendi ex Citatione quidquid velit, quando quidem ei licet recedere a Citatione integra.

In Citatione uero ad Conuentū ſcripta termin⁹ ſexta die poſt ingreſſum Regis præfigatur. LEX V.

Iohan. Alber. 1496

Item quoniam nonnunquā terminus Citationum confuſe ſcribebatur ad Conuē- 106

tur ad Conuentionem generalem, aut certa diei ſpecificatione non limitatus, aut prolixius aſsignatus, unde contingebat pauperes nonnullos, non expectato termino defectu expenſarum, de Conuentione recedere, ſicq; in iniuſticia negligi. Hac igitur ratione moti ſtatuimus, quod Citatio ex parte Actoris ſuper reum, quæ debet eſſe ad Conuentionem generalem, contineat ſemper terminum ſeu diem ſextam poſt ingreſſum noſtrum ad locum Conuentiōis, ſub pœna trium marcarum. Et hoc propterea, ut lapſa una ſeptimana poſt ingreſſum noſtrū in locum Conuentiōis, condemnationes, & Iudicia exerceantur, ne expenſis & impenſis magnis homines grauentur.

Sed omnes Citatiōes Regiæ, quatuor vel duab9 hebdomadis ante Terminū

in bona citati inferantur, iuxta manſionem Regiam, & iuxta Citatorum ex Maiori in Minorem Poloniam, uel e contrario euocationem. LEX VI.

Cum uiſum eſſet nobis, & Conſiliarijs noſtris, oneroſum eſſe Regnicolis noſtris, ut nobis in Terris Poloniæ Minoris agentibus, citatis ex cæteris Maioris Poloniæ, terminus breuis, uidelicet duarum hebdomadarum, coram nobis comparendi, in Citatiōibus noſtris ſcriberetur: Nos ad petitionem Nunciorū Terrarum Regni noſtri conſtituimus, ut nobis in Terris Minoris Poloniæ agentibus, Regnicolis Maioris Poloniæ, terminus quatuor hebdomadarū, coram nobis cōparendi aſsignetur. Similiter uero nobis in Terris Maioris Poloniæ agentibus, Regnicolis ex Terris Minoris Poloniæ, etiā quatuor hebdomadarum terminus comparendi præfigatur. Earum uero Terrarū Regnicolis in quibus nos agere contigerit, terminus duarum hebdomadarū in Citationibus ſcribatur, iuxta ueterem conſuetudinem. Sigiſm. Crac. 1540.

Neq; tamen corā Rege, neq; corā Capit. vllus termin9 eſt perēpt. Lex vij.

Alexander in Rad. 1505.

116 In Maiore Polonia ad uota illarum Terrarū Incolarum ſubditorum noſtrorum, decernimus & ſtatuimus, ut coram quolibet Capitaneo non ſit Terminus peremptorius in primo termino: ne maioris auctoritatis eſſe putetur Capitaneus, quam Rex: coram quo non eſt terminus perēptorius, in primo termino: niſi quis ad hoc ſe ſpōte ſubmittat.

Excipiuntur tamē ab hac Lege Termini peremptorij pro obſtaculis libera flumina impedientibus, de quibus libr. 2. cap. 3. & pro Teloneis & foralibus inique extortis de quibus libro 2. cap. 4. uide.

In cauſis etiā criminalibus abſente A-

ctore, Rex uel Capitaneus cognoſcere non debent: & nemo abſente Actore, niſi confeſſus, & cōuictus de crimine in Iudicio eſt condēnandus. LEX VIII.

Kazimir. Mag. Viſl. 1368.

G Statuimus,

Statuimus, quod in cauſis criminalibus in abſentia accuſantis ſeu Actoris, cuius intereſt: nos uel noſtri ſucceſſores aut Capitanei noſtri 37.
cognoſcere non debemus, nec aliquem hominem condemnare, niſi conuictum Iudicio, & confeſſum.

Qui propriã cauſam in Comit. habet, Legatus Nobilit. ne fiat. LEX IX.

Quam vide ſupra Cap.2. Artic.1. Lege 4. Cum cerneremus.

Omnes actiões Iudicij Terre. corã Re- ge vẽtilatæ, in libr. Terr. inſcrib. Lex X.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ. 1550.
Idem ſtatut. lib.1. ca. 9. de Cancell. artic. 3.

Quia etiam Iure communi, diuerſis officialibus diuerſa ſunt negocia adſcripta, quitquid ad Terreſtria negocia, cauſaſue Iudiciales pertinet quæ in preſentia noſtra peragi ſolent, hoc totum in librum Actorum Terreſtrium inſcribi debet. Alias uero cauſas & negocia ad Cancellariam noſtram iuxta ueterem conſuetudinẽ & ſtatutũ Anni 1538.

Communia vero omnibus Iudicijs, &

ad hoc Tribunal etiam pertinentia. Vide Libr.4. de Actionibus.

ALIA MATERIA CAVSARVM COMITIALIVM, EX MOTIONIBVS IVDICVM DEDVCTA.

Appellationes, Rex etiam in Comitijs iudicat LEX XI.

Item a ſentencia Iudicis Terreſtris uel Caſtrenſis licet unicuiq; uerbo ad Colloquia generalia, uel in defectu illorum ad Conuentum Regni appellare. ∴ ∴ ∴

Hoc Statutum a Sigiſm. Rege Petricouiæ 1523. factum, præterea quomodo in locum Appellationis Motio Iudicum ſucceſsit, queue ſit formula mouendi Iudicis redarguti, vide Lib.4. Ca.25. de Motionibus, & Cap.23. de Colloquiis.

Sigiſm. Crac. 1532.

Appellatiões itaq; ſeu motiões, vel in

Comitiis Regni, vel in Terminis generalibus, temporibus iuſtis celebrañ. vna cum principali negocio cognoſcantur. Etiam vide hoc Statutum infra Libr.4. Cap.17. de Exceptionibus Artic.1. & Lib. eodem Ca.27. Ar.1. de Colloquiis.

Sed a colloquitali decreto iterum Regia Maieſtas appellatur. LEX XII.

sigiſm. Petric. 1533
Idem libr.1. capit.2. arti.4. Leg.1. & lib. 4. cap.27. de colloq.

Poterit autem quilibet appellare de Terminis prædictis generalibus 37.
ad Regiam Maieſtatem tanquam Iurium omnium Dominum ſuperiorem, pro Iuſticia conſequenda.

Si aliquis

Si aliquis defectus in formula Motionis a parte mouente committitur: adcitatione Regia hic error corrigi ſolet, ne Terminus parti mouenti deſertetur. Similiter ſi Iudex motus moriatur, pars, pro qua iudicauit a motore ad videndum approbari vel retractari ſentenciam adcitatur.

Quædam etiā cauſæ a Iudicio Terreſtri ad Conuentionem Iudicij motu proprio differuntur, ſeu potius remittuntur. LEX XIII.

Quam vide Libr. 4. Capi. 18. Articul. 2. Lege 1.

Itē cauſæ pro bonis hæred. vel Regal. ꝑplexæ, ad Conu. remittūt. Lex xiiij.

Quam vide Libr. 2. Cap. 1. Articul. 4 de bonis Regalibus. &c.

De Appellatiōibus a Duce Pruſſiæ ad Regem fieri ſolitis. LEX XV.

Generalis farrago Comitiorum ex libr. 3. capi. 28. præfatione addatur ſi placet.

Quam vide Libro 5. Capit. de Pruſia.

Cauſæ etiā ex Duca. Mazō. ad Comit. deuolutæ, Iure ipſius Duc. iudicabuntur. LEX XVI.

134 Cauſæ omnes Nobilium, & quorumuis ſubditorū noſtrorum Ducatus Mazouiæ ad noſtram Maieſtatem, & Conuentū Regni, per Appellationes, & quouis alio modo deuolutæ, iudicari non debent alio Iure, & modo: ſolum conſuetudinibus, & Iure ipſius Ducatus, quibus omnes ſubditi, in eodem Ducatu ab antiquo gaudent, & iudicantur: Appellationesq; huiuſmodi fieri & ſeruari debent iuxta ueterem cōſuetudinem in Terris Mazouiæ ſemper ſeruari ſolitam.

Sed Iudic. aſſeſſorio, vnus, aut duo Cōſil. vel offic. ex Mazo. adiūg. Lex xvij.

Et ne Conſtitutiōibus, & conſuetudinibus Ducatus præfati noſtri
141 Mazouiæ in aliquo derogetur, in Conuētibus præcipue generalibus Regni noſtri, ubi cauſæ per Appellationes, ad Iudicium noſtrum deuolui ſolent pollicemur, quod ad Iudices, quos iudicandis cauſis in Conuentu Regni deputauerimus, unum aut duos ex Conſiliarijs noſtris, aut Officialibus Ducatus illius adiungemus Iudices, qui Conſtitutionum & conſuetudinum Ducatus periti fuernit.

Sigiſm. Petri. 1538. ex ſtatuto Mazou.

Omnes aūt cauſæ, ad Conuentum deuolutæ,

uolutæ, quarta & ſexta ferijs ſeptimanatim iudicentur, & quod poſt concluſionem Comitiorum non iudicetur. LEX XVIII.

Conſentimus, ut cauſæ ad Conuentum Regni generalem deuolutæ duobus in ſeptimana diebus, quarta ſcilicet & ſexta feria, per nos deinceps cognoſcantur, & iudicentur. Et concluſione facta Conuentus, nemo poſt ea in cauſis ad Conuentum deuolutis iudicari debebit, aut poterit.

Termini Terre. poſt prouinciales Cōuent. ne ſint: ſub Conuen. tamē Regni, Acta ponantur. LEX XIX.

Sigiſm. Crac. 1543. idem libr. 4. capi. 23. de Actorum poſitiōe

Termini Terreſtres poſt particulares Conuentus fieri non debent. Nihilominus poſitio Actorum etiam ſub Conuentu fieri poteſt.

ARTICVLVS IX.

De aliis multiplicibus Regiis Iudiciis, quæ neque ad Comitia alligantur, neque cum aliquibus Regni Dignitariis, aut Officialibus communia, ſed mere REGIA ſunt: & cum his Conſiliariis, qui tantum præſentes ſunt communicabilia.

Et primo, qui, & pro quo, ſponſione fidei a Rege, vel ab aliquo Regnicolarum poſſunt obligari. LEX I.

Sigiſm. Crac. 1539. Idm infra cap. 18. de ſeruis. Item libr. 3. de Trengis & libro 6. capi. 3. articul. 8. de re Militari.

Ita poſtulantibus ſubditorum noſtrorum rationibus decreuimus, ut 86.
nullus Nobilis ſubditus noſter, ſponſione fidei per nos obſtringatur, niſi Iure uictus: Secus erit in exercitio rei Militaris, & ubi nobis, uel alicui ſubditorum noſtrorum actio interuenerit cum ſeruitore, factore, adminiſtratore, aut ſubdito ſuo. Et ubi Reipubl. cauſa aliquid ſit contra quemuis agendum.

ARTICVLVS X.

De TERMINO Curiali ſeu Verbali.

PRAEFATIO.

Curia REGIS dicta eſt, quod in ea publica ſalus curetur: inde fit, vt omnes illi parere, illam tueri, ac omnibus exonerati viciis, ad Archetypon Principis, reuerenter in ea nos gerere debeamus, quippe quod Princeps ſit inter mortales animata Dei imago, ad tutelam bonorum, vindictam autem malorum, publico armatus gladio qui potiſſimum in iuſto Iudicio, pro iuſtis contra iniuſtos vibratur.

Procurator

Procurator poteſt citare verbali Citatione. LEX I.

18. Statuimus ut Procurator, ſiue poſſeſsionatus, ſiue non poſſeſsionatus habens ſufficiens procuratorium, poſsit in Iudicijs comparere, omniaq; agere, & exercere, quæ ipſius principalis cauſam uel cauſas attinet ſeu tangunt, etiam partem citatione uerbali, alias naduornym citare, Iudicem mouere, ac alia omnia facere, quæ ad defenſionem cauſæ pertinent. Idem eſt libr. 4. ca. 5. de Procuratorum poteſtate.

Rex aūt, Capitaneus, Palatinus, Iudex, Subiudex, & Officialis, Miniſterialem

ad Citandum dare poſſunt: ſed qui Ius habeant, & abſentes ſunt, non citentur niſi per literas: ATTAMEN CVRIA PRAESENTE VEL IVDICIO REGALI PRAESIDENTE poteſt quis ſine litera citari, alioqui non: ſed cum quis citatur extra Curiam Regiam, uel extra Iudicium iuxta preſcriptū ſtatutorū citetur. LEX II.

36. Decernimus etiam declarando, quod nos, uel Capitaneus noſter, uel Palatinus, uel Iudex, uel Subiudex, uel Officialis qui dicitur Vozny, habeant facultatem dandi Miniſterialē ad citandum. Ita, quod ij qui habent Ius, non citentur niſi per literas noſtras, uel noſtri Capitanei, illicq; per literas duntaxat citentur. Sed Curia noſtra præſente, uel in Iudicio noſtro generali exiſtente, poterit Officialis ad mandatum noſtrum, uel noſtri Capitanei, ſeu Iudicis, ſine litera citare in hoſpicio aut in foro. Kazim. Viſli. 1368. Videtur eſſe abrogatum ab hinc, lege.

Sed Citatio Curialis ſolum Rege in aliqua terra exiſtente fit. LEX III.

25. Quia Terminus ut uocant Curialis alias naduorny rok multis hominibus difficultates afferre ſolet, propterea quod interdum hi qui negocia publica apud nos obeunt paſsim & temere ab unoquoq; citari ſolent, & in actionibus publicis impediri: Statuimus quod deinceps nobis in Terris Minoris Polonię exiſtentibus nemo niſi in eiſdem Terris domiciliū habens citari ad nos termino Curiali poterit. Et ſimiliter nobis in Terris Maioris Polonię agentibus, non niſi ex eiſdem Terris Nobiles citari ad Iudicium Curię noſtrę debebunt. Sigiſm. Petr. 1517.

Qui vero inopinate, ac ex improuiſo

in Curia, ad Regis uel Iudicis audientiam Citantur, debite cauſa per

G iij Iudicem

Iudicem ſeu per Actorem exponatur: & deinceps nō ſolis uerbis ſed in ſcripto detur. LEX IIII.

Kazimirus Viſlic.

Præterea cum in deliberatione conſiſtat mater uirtutum ipſa diſcretio, contingit plerūq;, quod aliqui noſtri familiares, uel alij quomodolibet in Curia noſtra conſtituti, uel in Iudicio arreſtati, inopinate ad noſtram, uel Iudicis audientiam euocantur. Et quęſtiones de quibus minime cogitauerunt eiſdem mouentur. Ideo parti utriq; prouiuidere cupientes, & ut dicto modo citati cum bona deliberatiōe & diſcretione ſuper propoſitis reſpondeant. Neue Actores ſuis quęſtionibus ſiue cauſis fruſtrentur. Statuimus quod cum aliquis in noſtra Curia uel in Iudicio inuentus, & ad noſtram, uel noſtri Iudicis præſentiam fuerit modo pręmiſſo euocatus, Actor, ſeu ipſe Iudex, quęſtionem ſiue cauſam debite citato exponere, & in ſcriptis tradere teneatur, ut reſpondeat eidem quæſtioni. 12.

Citationi itaq; Curiali pro hæreditate quadraginta marcar. terminꝰ ad tres ſeptimanas: Pro minori uero ſumma, uel pro iniuria ad craſtinum prorogetur. LEX V.

Kazimirus Viſliciæ.

Si quæſtio fuerit hęreditaria uel pro magna pecuniæ ſumma ſcilicet pro quadraginta marc. terminus uidelicet trium ſeptimanarum per Iudicem eidem aſsignetur alias ſi pro minori debito, uel pro iniuria uerbali in craſtinum, terminus prorogetur.

Sed iā ipſa Citatio verbalis, nō fit pro graniciebus, neq; pro hæreditate deinceps eſſe debet. LEX VI.

Ex conſuet. idem lib. 1. cap. 14. artic. 1. de ſuccamer. offic.

Item pro graniciebus atq; pro hæreditate nemo poteſt citare alium Citatione uerbali alias naduornym rokyem. 121

Deinceps tantum, pro ſumma Citationes Curiales ſint. LEX VII.

Sigiſm. Petri. 1517.

Hac lege non uidetur eſſe præcluſa facultas etiam ex Citatione curiali agendi pro iniuria.

Statuimus, quod nemo citari ad nos termino Curiali poterit, niſi pro ſumma in Statuto deſcripta. 25.

Forma autē citationis Curialis talis eſſe ſolet.

Citetur Citatione Curiali ſeu Verbali alias naduornym rokyem. Nobilis A, B, ad inſtantiam Nobilis A, B, vt coram nobis vel coram Iudicio noſtro Regali perſonaliter

perſonaliter compareat pro eo, &c. & concludatur ſic iudicialiter reſponſurus. Quomodo autem talis Citatio per Miniſterialem prius a Iudicio additum, & vnum Nobilem Citato in manus detur: & quomodo de eiusmodi quoque Citationis porrectione, vel coram Actis Caſtreñ. vel coram Iudicio ipſo ante omnẽ controuerſiam ipſe Miniſterialis recognoſcat. Libr. 4. Cap. 12. de Miniſterialium officio, ac Citationum poſitione vide. Si vero citatus ſe non ſiſtat Iudicio, in pœna contumaciæ cõdemnetur. Secunda vero Citatione literali citetur.

De citatis verbaliter, & in Iudicio Regali tactis. LEX VIII.

121 Idem dum aliquis Tactus recedet a Iure, debet condemnari in perlucro pro quo tactus eſt: ſed ſi pro pœna tactus fuerit, & recedet non ſatisfaciendo pro pœna: Ex tunc aliã pœnam ſuccumbet uidelicet marcas tres Iudicio, & parti: pro qua ſtatim debet cõdemnari in perlucro.

Si cauſæ Curial. corã Rege nõ terminarentur, remittãtur ad diſtric. Lex ix.

25. Cauſæ uero Curiales coram nobis non terminatæ, ad diſtrictum rei ſeu citati remittentur, quas Iudex Terreſtris iudicabit, etiam in terminis particularibus pro quacumq; ſumma, pro qua coram nobis Actio fuerit incæpta. Sigiſm. Petri. 1519.

ARTICVLVS XI.

De Citationibus ac Terminis poſt Curiam.

Principio a Citati. Rega. in Cance. nihil detur, nihil etiã accipiat. LEX I.

16. Item ne prædicti noſtri ſubditi in Cancellaria noſtra a Notarijs plus iuſto grauentur, decernimus quod deinceps a Citationibus nihil accipiatur. Sigiſm. Petric. 1511.

Attamẽ omnes termini Citationũ Regiarum, quatuor uel duarum hebdomadarum ſint, iuxta manſionem Regiam, & Citatorum ex Maiore in Minorem Poloniam, uel e contrario euocationem. LEX II.

Sigiſmun. Cracouiæ 1540.

Quam vide ſupra Articul 8. de Iudicio Comitiali Lege 5.

De eodem.

Citationes & Termini poſt Curiam uulgo appellati iuxta ſtatuta de formis Citationum ac earum importationibus condita pręfigentur. Sigiſm. Petric 1538

Porro aũt neq; corã Capitaneo, neq; coram Rege, ul-

ram Rege, vllus eſt Terminus peremptorius. LEX III.

Quam vide Articul. 8. de Iudicio Comitiali Lege 7.

Pro Teloneis tamē inique extortis vt

in omni ita & in Regali Iudicio eſt Terminus peremptorius, de quibus Libr. 2. Cap. 4 Stat. Petricouiæ. Anno 1538. inibi poſitum vide. Similiter alii Termini natura ſua ac obſeruatione peremptorii in Statuto deſcripti.

Kazimirus Viſliciæ.

Præterea de cauſis criminalibus in abſentia Actoris neq; Rex, neq; Capitan.

cognoſcere debent, & nemo abſente Accuſatore ſeu Actore niſi confeſſus & conuictus de crimine in Iudicio eſt condemnandus. LEX IIII.

Quam vide ſupra Articul. 8. de Iudicio Comitiali Lege 8.

ASSESSORES IN IVDICIO REGALI.

Ne Spirituales Iudicijs Sæcularib. ſe immiſceant, niſi R. M. præſente, & in ſuis canſis. LEX V.

Sigiſm. Petri. 1538. Petitionibus Nunciorum Terreſtrium permoti, & ad ſopienda odia quæ aduerſus Eccleſiaſticos uiros, ob quorundā inſolentiam, apud Seculares excitari contingit: Statuimus ut Eccleſiaſtici uiri, beneficiati, aut Sacerdotes, non ſe immiſceant deinceps Iudicijs Secularibus, neq; cauſas procurent, & promoueant Seculariū perſonarum. Neq; officia Notariorum aut Vicenotariorū in Secularibus Iudicijs obeant, ad quos per Iudices Terreſtres non admittantur, exceptis cauſis proprijs, aut aliarum Spiritualiū perſonarum, in quibus agēdis procurandisq; liberam habeant ubiq; facultatem. In iudicijs autē noſtris in præſentia noſtra, dum ipſi perſonaliter iudicio interfuerimus, licebit Spiritualibus perſonis nobis aſsidere, & conſilia præſtare.

Porro Iudex & Subiudex, Rege in terram aduenieñ.

teneantur ad Curiam Regis uenire, & iudicare, cauſam tamen pro hæreditate uertentem Regi referent per Regem iudicandā, uel Baronibus cōmitendam LEX VI.

Dum nos contigerit alicuius Terrarum limites ſubintrare, uolumus quod Iudex & Subiudex Terræ, infra cuius limites morabimur, in Curia noſtra de cauſis iudicare & cognoſcere teneantur: declarantes 19.

poteſtatem

poteſtatem eorundem Iudicum: Quod deinceps in quibuslibet cauſis magnis etiam hæreditarijs, Terminos ultra tres ſeptimanas non poſſint, nec ualeant aſsignare: Sed cum quęſtio fuerit hæreditaria Iudex uel Subiudex eandem quæſtionem teneatur nobis referre, cuius cognitionem in noſtra, Baronumq; noſtrorū præſentia uolumus & decernimus pertractari. Et ſi aliquo impedimento fuerimus præpediti, tūc ſex, uel ad minus quatuor Baronibus per nos Iudici & Subiudici adiungendis, ipſe Iudex cum Subiudice una cum dictis Baronibus eandem quæſtionem ſeu cauſam hæreditariam diffiniendi & cognoſcendi habeant plenam facultatem.

De eiſdem.

5. Cauſæ Iudiciariæ Iudici iuxta Statutum committantur. *sigiſm. Crac. 1507.*

Ne aūt Referend. Iudicū officia inuadant, ſed tantum circa Regem cauſas audiant. LEX VII.

Referendarij noſtri querelis tantūmodo, & non Iudicijs ſecūdum ſtatuta Regni intendere debebunt, neq; ſe deinceps Iudicijs Secularibus immiſcere poterint, præterquā in præſentia noſtra quando ipſi cauſis cognoſcendis interfuerimus perſonaliter, nobiſcum enim aſsidere, & conſilia dare poterint, quos etiam iuxta Statutorum tenorem ſemper ſumus deſignaturi uacatione occurrente. Iudices autem & Subiudices Terrarum cauſas audient, & iudicabunt in Curia noſtra, iuxta Statutum Kazimiri Regis folio decimo. *sigiſm. Petri. 1538.*

Iudex Terreſt. in præſentia Regis, Palat. vel Capit. in terminis generalibus non redarguitur. LEX VIII.

Infra Libro 4. Cap. 24. Artic. 4. & Cap. 27. de Colloquiis Artic. 6. & alibi vide.

ARTICVLVS XII.

De REFERENDARIORVM officio.

In Curia Regia ſemper ſint duo Iuris periti alter Spiritualis, alter Secularis. Qui querelas ac preces ſuplicium audiant, officialibusq; Cancellariæ referant, arbitrio Regis, Iure tamen, expediendas: quodq; illorum officia, ab Iudicum Terreſtrium ad Curiam Reg. uenientium officijs ſint diuerſa. LEX I.

sigiſm. Crac. 1507 libr. 1. cap. 4. arti. 7. de Spiritual. offic. in Republ. & libro 1. capi. 5. de Dignit. fit mentio huius ſtatuti.

Pro clariori

Pro clariori adminiſtratione Iuſticiæ, & expeditione querentium: Statuimus quod duo ſint Iuriſperiti, unus Spiritualis, alter Sęcularis ſequuturi ſemper Curiam noſtram per nos eligendi, qui Iurati audiant quęrentes, referantq; fideliter officialibus Cancellariæ Regni noſtri, qui deinde de noſtro & ſucceſſorum noſtrorū mandato expeditionē facient, ſecundum quod Ius & iuſticia ſuadebit, ac ipſorum quęrentium neceſsitas expoſcet. Sedeant autem audientes querelas, peracta miſſa noſtra, ad horam prandij: & poſt prandium, uſq; ad tempus cęnæ, ut liberius conſilijs & alijs actionibus noſtris intendere ualeamus. Cauſæ tamen iudiciariæ Iudici iuxta ſtatutum commitantur.

Ne autē Referend. Iudicum officia inuadant, ſed tantum circa Regem cauſas audiant. LEX II.

Sigiſm. Petr. 1538.
Idem ſupra Articul. 11. Lege 7.

Referendarij noſtri querelis tantūmodo, & non Iudicijs ſecundum Statuta Regni intendere debebunt: neq; ſe deinceps Iudicijs Sęcularibus immiſcere poterint, præterquā in præſentia noſtra quando ipſi cauſis cognoſcendis interfuerimus perſonaliter, nobiſcum enim aſsidere, & conſilia dare poterint, quos etiam iuxta Statutorum tenorem ſemper ſumus deſignaturi, uacatione occurrente. Iudices autē & Subiudices Terrarum cauſas audient & iudicabunt in Curia noſtra, iuxta Statutum Kazimri Regis folio decimo.

De eiſdem.

Sigiſmun. Auguſtus Petricouiæ, 1550.

Iuxta Statutū Anni 1538. Referendarij noſtri debent ſeſe cōſeruare.

Cauſas Theuto. Referend. quoq; audient, quas cū Canc. Regi referēt. Lex iij.

Sigiſmun. Auguſtus Petricouiæ, 1550. Idem de Cancellaria Libr. 1. Capit. 9.

Quia in Iudicijs Theutonicalibus multas cauſas Nobilitas habere ſolet. Cum ergo tales cauſæ obuenient, tum eas cum Conſiliarijs qui circa nos tunc pręſentes fuerint, iudicabimus: atq; abſoluemus. Cancellarię uero officiales, cum Referendarijs audient eaſdem, & partibus pręſentibus nobis referent.

ARTICVLVS XIII.

De CAVSIS OFFICII, per motionem ad Regem deuolutis. Nec nō de TERMINIS REGALIBVS.

Ab officio ſimpliciter ad Regem Iudex Caſtrenſis moueatur. LEX I.

Ab officio ue-

Ab officio uero in cauſis officij ſimpliciter ad nos Iudex Caſtrenſis moueatur. sigiſm.Petr.1538.

Cauſæ officij ad Regẽ p motionẽ deuolutæ, cito expediãtur: neq̃ cũ Term. Regalib. ſuſpendãtur, quorũ tamẽ ſuſpenſio publicari debet. LEX II.

In grauamen ſubditorũ noſtrorum maximum fieri cenſeñ. ut cauſæ officij ſeu ad querelas ad Tribunalia Capitaneorũ Regni noſtri deductæ, & deinde ad nos per uiam Motionis, ſeu Appellationis, deuolutæ, cum terminis noſtris Regalibus generaliter ſuſpenderentur. Vt pote quia celeri expeditione indigent, ne eorum, qui de iniuria querũtur iuſticia differatur. Statuimus Conſiliarijs & Nuncijs Terrarum, ita petentibus, ut huiuſmodi cauſæ officij, ſeu ad querelas, ab officio Caſtreñ. ad nos deuolutæ, nunquã deinceps cum alijs cauſis differãtur ad terminos noſtros Regales. Verum ijſdem diebus, quibus terminus ex motione uel Appellatione aſsignatus ceciderit, iudicentur, & expediantur: dilatione generali terminorũ noſtrorum Regalium non obſtañ. Hoc etiam adijcientes ut ſuſpenſio generalis terminorũ noſtrorum Regalium, ita publicetur uniuerſis ſubditis Regni noſtri, ut ad illorum notitiam indubitatam deueniant, ne de illa ignorantes ad Tribunal noſtrum fruſtra fatigentur, laboribus & impenſis ſeſe grauando.

sigiſm.Cra.1540.

ſuſpenſio Terminorum Regalium publicetur.

ARTICVLVS XIIII.

Farrago breuis, ſeu Epitome Regiorũ

officiorum, ex toto Statuti corpore deſcriptorum. Quæ quidem Rex ipſe, partim in Comitiis, partim abſque Comitiis: Item nõnulla cum aliis Magiſtratibus cõmuniter, alia vero ſolus ipſe facit, & exequitur.

PRAEFATIO.

Cum REX paſtor populi ſit, multitudineque curarum potius quam aliquo alio exceſſu Ciuibus ſuperior eſſe videatur: non ſolum iudiciaria poteſtate fungitur (quæ Legum cuſtos eſt, & inferior Regia Maieſtate a Platone putatur) verum etiam Magiſtratibus in Repub. Regni variis functionibus præfectis Lege imperat, opem fert, aut potius cognoſcit, num ii ſatis ad regulam Legũ ſe gerant in officio: tum veluti ſpeculator ſummus prouidet: quid decorũ, quidue opportunum ſit, fieriue poſsit in Repub. quid contra. Atque hoc eſt Regiæ Maieſtatis proprium officium, non tam vt ipſa aliquid in Repub. faciat ſingulare, quam vt iis qui poſſunt & debent facere imperet, omneſque in officio contineat, ut corpus Reipub. ex præfectis, & ſubditis omnibus tamen germanis, in vnam eandemque ſocietatis tutelam conflatum, in officiorum autẽ varietatẽ diſtinctum, veluti tegmen aureum argenteo tegmini permixtum, vel vt concen-

tus quidam ex diſsimilium vocum moderatione concors, & congruens: vnius Regis prouidentia, arte, & Magiſterio, ſaluum ſit: & quoad longiſsime mortalia ab interitu vindicari poſſunt ab omni conuerſione permaneat alienum.

EX LIB. I. CAP. III.

DE SENATORIBVS.

Rex dignitates Eccleſiaſticas & Sæculares circa Iura ſua conſeruat, quas etiam Nobilibus, Terrigenis, iiſdemque ben emeritis det: Expectatiuis non oneret: neque prouentus earum diminuat. ⁂ ⁂ ⁂

Vt Senatores Regno, & Regi iurent. Quomodo a Rege per Marſchalcos excipiantur & honorentur. ⁂ ⁂ ⁂

Quo ordine circum Regem locentur.

Cardinalatum etiam aut Legationis officium Spirituales a Pontiſice Romano Rege ac Senatu inuito ne ambiant.

Vbi Senatores a REGE concilientur.

Quæ ſit generalis omniū Senat. vel tantū circa Regē præſentiū Auctoritas.

REX præcipit, ut Senatores ſciant, & exequantur ſua officia: aut ſi ea neſciant, a Rege doceantur. ⁂ ⁂ ⁂

Si vero Dignitarii & Officiales impoſſeſsionati ſint, vel negligentes: aut ſi contra Ius ipſas dignitates poſsideant, REGI per Terrarum Nuncios deferantur, ac ſi quid deliquerint in officio puniantur Iudicialiter.

Etiam in Senatoribus offenſis Crimen læſæ Maieſtatis non cōmittitur.

EX LIBR. I. CAP. IIII.

DE SPIRITVALIBVS.

EX ARTICVLO I.

REX dignitates Eccleſiaſticas & Sæculares circa Iura ſua conſeruat, & quibus eas dare debet, vel non.

Sed Archiepiſcopi & Epiſcopi, neque Cardinalatum, neque Legationem Pontificis Romani, ſine Regis & Conſiliar. conſenſu, ambiant.

Quando Rex Secretarium ſuum maiorem, vel Cancellariæ Officiales promouere debet, vel non. ⁂ ⁂ ⁂

EX ARTICVLO II.

De Nobilibus & Plebeis Canonicis Regis officia.

EX ARTICVLO III.

De Plebeis, item Cortiſanis, & Iure patronatibus Regiis vel Regnicolarū.

EX ARTICVLO V.

Item quomodo Rex Spiritualium bona ac ſubditos ab omnibus fere exactionibus, ſtationibusque faciendis libera fecit.

Eoſdemque Spirituales ab Annatis liberos facere ſtudebit.

Maleficos tamen ex Eccleſiis per ſuos Officiales capit.

EX ARTICVLO VI.

Quomodo fuit inter Kazimirum Regem, & Bodzantam Epiſcopum ſuper decimatione facta concordia. ⁂ ⁂ ⁂

Et quod REGI debetur decima, pro qua Spiritualis pecuniam brachatam recipere nollet. ⁂ ⁂ ⁂

Quod Inſcriptiones reemptionales abſque conſenſu Regiæ Maie. non fiant.

Quodque omnia Salaria & cenſus tam Eccleſiis quam Sæcularibus a Regibus inſcripti per Zupparios ſolui debent.

Ex Articulo

EX ARTICVLO VII.

Quod non a Cardinali, verum ab Archiepiſcopo Gneſnenſi aliiſque Regni Epiſcopis, R E X, & Regina coronantur,

Quod Epiſcopi intereſſe debent Comitiis & Conuentibus.

Quod Spirituales cũ Secularibus in Cãcellar. officio pari poteſtate fungũtur.

Quod permiſſu Regio Epiſcopi Colloquiis interfuerant.

Item Refendarius vnus Spiritualis ſit.

Iniquos Exactores iudicant Epiſcopi.

Epiſcopus Cracouieñ. profugis, prout & Cracouieñ. & Sandomirieñ. Palatini ſaluum conductum ſeu literas publicæ fidei dat: & proteſtationem contra Regem, & Capitaneum ſuſcipit.

Spirituales tantum circa perſonam Regiam Iudiciis interſint.

Quod Spirituales Terreſtria bona poſsidentes, & eorum Sculteti cum Rege ad bellum vadunt.

EX ARTICVLO VIII.

R E X etiam exemplo Vuladiſlai Iagellonis, debet meditari, vt ſubditis ſuis viam æternæ beatitudinis demonſtret.

Et quod vſque miſſa Regali peracta Referendarii querelas audiant.

EX ARTICVLO IX.

Quomodo Spiritualium bona per Regem a belligeris defenduntur.

EX ARTICVLO XI.

De non creandis Abbatibus ſine conſenſu R E G I S.

EX ARTICVLO XII

Quod Villæ & poſſeſsiones Monaſteriorum adæquantur Villis Nobilium in ſoluenda exactione duorum groſſorum.

EX ARTICVLO XIII.

Officiũ Regis in promouendis literarum ſtudiis. Ex Iagellonis Priuilegio.

EX ARTICVLO XIIII.

Auctoritas Regis pro Hæreticis, vel contra Hæreticos.

EX CAPITVLO V.

DE DIGNITATIBVS.

EX ARTIC. EIVSDEM I.

Rex ex quo genere hominum, vbi, & qua ratione Magiſtratus ſeu dignitarioſi, præterea Regni ac Prouinciarum Officiales Seculares creat, vel non.

Et quod Regia Maieſtas, ſi non quibus oportet, nec qualibus oportet, concedat eos Magiſtratus: tanquam contra Iuramentum præſtitum ſecus faciens Reipubl. & Priuilegio communi iniuriam intuliſſe cenſenda eſt.

EX ARTICVLO II.

Iura, Libertates, ac prouentus omnium dignitariorũ, & Officialiũ cõſeruabit.

Omnia etiam Salaria & cenſus tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus perſonis, per Reges inſcripti a Zuppariis ſolui debent.

Et quod nullus Dominorum habiturus eſt cenſum in Zuppis, præterquam in Regeſtris ſcripti alias collo & bonis talis priuandus eſt.

Porro ſuper Sacerdotiis alias beneficiis Eccleſiaſticis & Dignitatibus Sæcularibus vacaturis literæ expectatiuæ per Regem non ſint dandæ nec prouentus minuendi.

EX ARTICVLO III.

Attamen Rex dabit literas ad Palatinos & Capitaneos, alioſque Officiales vt ſua ipſa exequantur officia.

EX CAPITVLO VI.

DE PALATINIS.

EX ARTICVLO I.

Palatinis male redargutis quid debetur.

EX ARTICVLO II.

Qua pœna Palatinos negligentes ſua officia Rex punit.

Neque ergo Palatinus, neque Iudex, neque alius Officialis Iudicia per Præconem indicta transponet, ſub pœna centum marcarum.

Quod Iudices & Subiudices ac Notarii Terreſtres a Rege electi coram Palatino aut Caſtellano illius Terræ iurant.

De proceſſu Iudiciario in vnam formulam redigendo, & ad locorum Palatinos per REGEM transmittendo.

EX ARTICVLO III.

Vbi Curiæ Regales remotę ſunt, Terrigenæ poſſunt pignora recepta, ad Curiam Caſtellani aut Palatini in Terra illa commorantis propellere.

EX ARTICVLO IIII.

Rex, vt Palatinus, & alii Officiales habet poteſtatem dandi Miniſterialem ad citandum.

EX ARTICVLO V.

Vt Epiſcopus, ſic Palatinus Cracouieñ. aut Sandomirieñ. dabit ſaluos conductus profugis, & proteſtationem contra Regem & Capitaneum ſuſcipiet.

EX ARTICVLO VII.

Qui literas ſuper bona Regalia amittit, coram Capitaneo & Palatino ſuæ Terræ de amiſsis proteſtabitur infra annum: quo decurſo, niſi proteſtabitur, carebit illarum innouatione.

Quod Palatini cum aliis Dignitariis bona Regalia a bonis Regnicolarum diſlimitant.

EX ARTICVLO VIII.

Idem libr. 9. capi. 1. de fundis Regnicolarum.

REGE alicubi præſente, non Palatinus ſed Marſchalcus: In bello vero cum Capitaneo exercituum precia rebus imponunt

EX ARTICVLO IX.

REX cum Palatino pœnam ſtatuit in Ciuem & Plebeium, qui bona Iuris Terreſtris poſsidens, infra iuſtum ſpacium temporis ea non venderet.

EX ARTICVLO X.

Coram Epiſcopo, Palatino, aut Caſtellano, Exactores iniqui Contributionum reſpondebunt.

EX ARTICVLO XI.

Quæ ſit poteſtas Palatini in areſtatores Salis, vel in conſtituendo precio Regio Sali.

EX ARTICVLO XII.

Palatini & aliqui Caſtellani præſertim in Mazouia liberi ſunt a ſolutione exactionis Regalis duorum groſſorum.

EX CAPITVLO VII.

DE CASTELLANIS.

EX ARTICVLO II.

Vbi Curiæ Regales ſunt remotę Terrigenæ poſſunt pignora recepta ad Curiam Caſtellani aut Palatini in Terra illa commoratis propellere.

Ex Articulo

DE REGE.

EX ARTICVLO III.

Quod coram Epiſcopo, Palatino, vel Caſtellano, Exactores iniqui contributionum reſpondebunt.

EX ARTICVLO IIII.

Vt Palatini, ita aliqui Caſtellani præſertim in Mazouia liberi ſunt a ſolutione Regalis Exactionis duorum groſſorum.

EX CAPITVLO VIII.

DE MARSCHALCIS.

Quod Marſchalci omnium cæremoniarum Curiæ Regiæ Magiſtri ſunt, Aulicos conſcribunt, Hoſpites & Conſiliarios excipiunt, precia rebus venalibus Rege præſente imponunt, foralia exigunt &c.

EX CAPITVLO IX.

DE CANCELLARIIS.

EX ARTICVLO I.

Ex quibus hominibus Cancellarii, & Vicecancellarii a Rege creantur.

EX ARTICVLO II.

Quales literas Regis dent, vel non.

De libris Cancellariæ Regiæ.

Quodque Cancellaria a Rege informatur de temporibus determinatis, quibus Conuentus particulares ſe ſequi debent.

Quod literæ de Electione Regis ex Cancellaria dantur.

De conſenſu REGIS ſuper ſcultecias. &c.

Ex taxa literarum Cancellariæ REGIAE.

EX CAPITVLO X.

Omnia Theſaurariorum officia proprie ad Regem pertinent.

EX CAPITVLO XI.

DE SVCCAMERARIIS.

Si Dignitarii & Officiales Terreſtres impoſſeſſionati, vel negligentes fuerint in ſuis officiis quæ illis incumbunt, & præſcribuntur: per Nuncios Terreſtres in Comitiis deferuntur.

Sed pro limitandis bonis, ac pro hæreditate nemo poteſt Citare alium Citatione Verbali, alias Curiali Termino.

EX ARTICVLO VI.

Quid male redarguto, ſeu alioqui ad Regem moto Succamerario debetur.

EX ARTICVLO XI.

Quę ſint officia Succamer. in diſlimitandis bonis Regalib. a bonis Nobiliũ.

Vel quæ poteſtas Succamerarii Crac. ſit in Salinis Bochneñ. ac Vieliceñ.

EX ARTICVLO XII

Vel in bello.

EX CAPITVLO XII.

DE CAPITANEIS.

EX ARTICVLO I.

Capitanei ſint iurati.

Si quis aliquem coram Capitaneo, vulnerauerit, æque punitur ac ſi id coram Rege feciſſet.

Sed tamen eti-

Sed tamē Crimen læſæ Maieſtatis tantum in perſona Regia cōmittitur.

EX ARTICVLO II.

Quæ pœna in Capitaneos negligentes ſit ſtatuta ſi non exequantur ea, quæ ad eorum officia ſpectant.

REX Terras & quemlibet diſtrictum ingrediens Iuſticiam cum Capitaneo faciet expeditam. ∴ ∴ ∴

Iudex in præſentia REGIS, Palatini, vel Capitanei, vel in Terminis generalibus non redarguitur.

Vicecapitanei locorum Iudicialium a bello ſint liberi.

Burgrabii & Iudices Capitaneorum ſint poſſeſsionati.

EX ARTICVLO V.

Pœnam centum Marcarum fiſco Regio luit, qui Acta Caſtreñ. ad Prætorium Poſnanieñ. non dederit, vacatione Capitaneatus interuenieñ.

EX ARTICVLO X.

Rex in cauſa inuaſionis domus Nobilium quomodo ſcrutinium facit.

EX ARTICVLO XI.

Inferens alicui Spirituali damnum coram Rege, vel Capitaneo, cui damnidætor ſubeſt, tanquam pro Articulo Caſtreñ. eſt conueniendus.

EX ARTICVLO XII.

Vt REX, ita Capitaneus poteſt Miniſterialem dare ad citandum.

Literæ inhibitionis per R. M. datæ a Iudicio Caſtreñ. non ſuſcipiantur.

Vt Rex ita etiam Capitaneus de cauſis criminalibus in abſentia Accuſatoris ſeu Actoris cognoſcere non debet, nec niſi confeſſus aut conuictus de crimine in Iudicio eſt condemnandus.

Neque coram REGE, neque coram Capitaneo vllus Terminus eſt peremptorius, niſi quis ſe ſponte ad hoc ſubmittat.

Nihilominus a ſententia iniqua Iudicem Caſtrenſem vel Terreſtrem vnicuique ad Comitia mouere licet.

EX ARTICVLO XIIII.

Motio Caſtrenſis officii ad Regem fit, de eoque ibidem plura.

EX ARTICVLO XV.

An Capitaneus REGI Homicidas deferat.

EX ARTICVLO XVI.

Si Spiritualis, aut Prælatus pro decimis minutam pecuniam recipere noluerit, Regi decima cedit per Capitaneum recipienda.

EX ARTICVLO XVII.

Qui literas ſuper bona Regalia amittit. &c.

Et qua ratione defendant Capitanei Regalia bona.

EX ARTICVLO XVIII.

Capitanei ſub pœna exautorationis, vel centum Marcarum, Palatinorum Conſtitutiones exequi debent.

EX ARTICVLO XXI.

A quibus Conſiliariis ſaluus conductus dandus eſt, metu REGIS aut Capitanei fugientibus.

EX ARTICVLO XXII.

De officio ac poteſtate Capitaneorum in Colonos e bonis Regalibus, vel e Regno dimitteñ. iudicandis, vel captiuandis.

REX ad Capitaneos dabit literas, vt Statuta de Golothis Inquilinis, & vagabundis condita exequantur.

Ex Articulo

EX ARTICV. XXIII.

Ex quorum fundis, & qualiter, fumalia pro Rege Capitanei exigunt.

EX ARTICV. XXIIII.

Omnis Capitanei poteſtas in Nobiles ex debito Terreſtri merentes, ſiue etiam in Mercenarios Milites qui damna dant, & quomodo Cõtributiones exigãt.

EX ARTICVLO XXVI.

De foreſta REGIA.

EX ARTICV. XXVII.

REX dabit literas, tam ad Dignitarios, quam ad Epiſcopos, quibus ad ſatisfactionem ſuo officio admoneantur.

De brachio Regali, quo Capitanei funguntur in executiõe rei Iudicatæ.

Rex pœnas ſuas Iudicialiter decretas in ſubditis ſuis nemini debet conferre.

REGIS poteſtas contra proſcriptos, eorumque bona, vel pro illis.

Qui metu Regis, aut Capitanei, ob aliquod crimen de Regno fugierint, ſaluum conductum ab Epiſcopo Cracouieñ. vel a Cracouieñ. ſeu Sandomirieñ. Palatinis petere, & coram illis contra Regem vel Capitaneum proteſtari poſſunt, & quod bona malicioſe de Regno fugientis, & facientis damna confiſcantur, dotalicio vxoris ſuæ ſaluo.

EX CAPITVLO XV.

DE NOBILITATE.

EX ARTICVLO I.

Quod Sculteti, & Kmetones in militarem ordinem per REGEM inautorentur, & Milites atque Scartabelli appellentur.

EX ARTICVLO IIII.

Qui Nobiles captiuari, præterea qui ſponſione fidei poſſunt obligari vel nõ.

De ſaluo conductu per Epiſcopum Cracouieñ. aut Crac. vel Sandomir. Palatinos profugis dãdo: & quod proteſtationẽ contra Regẽ & Capitaneũ ſuſcipiẽt.

De Nobili in Ciuitate capto, quando REX cognoſcit.

EX ARTICVLO VI.

Quod Homicidæ Regi pœnam carceris debent, tanquam violatæ pacis vltori, & quibus Rex vadia vel literas publicæ fidei dat.

Et num REX, profugorum Homicidarum bona ſecundum Statut. Sigiſmundi Anno 1510. conditum confiſcat.

Quam pœnam fiſco luit Epiſcopus, Palatinus, & Caſtellanus ſi Conuenientibus Nobilium intereſſe nolint.

EX CAPITVLO XVI.

DE CIVITATIBVS.

EX ARTICVLO I.

REX Ciuitatibus Iura confirmat.

Ciuis in Ciuitate reſidens non tenetur ad fumalium ſolutionem.

Ciues ac Mercatores quas libertates habeant, vel ſeruitutes ferant in Salinis Bochneñ. & Vieliceñ.

EX ARTICVLO V.

Nobilis ab officio Ciuili ob violentiam perpetratam captus, quando Regiæ cognitioni ſubeſt.

Bona Ciuium aut Villanorum ſteriliter decedentium ad propinquiores deuoluantur, non ad illorum Dominos.

Ciues quanti redimunt literas in Cancellaria Regia.

EX ARTICVLO IX.

Ciuitatum Incolæ pro Teloneis, Foralibus, Pontalibus, Aggeralibus, iniſque extortis etiam coram REGE reſpondent.

De Regni, ac publicis viis a Mercatoribus ineundis, a Capitaneis vero dilatandis, ſecuran. per Regem vero aperiendis, & occludendis. &c.

EX ARTICVLO X.

Si Ciuis, vel Mercator pecuniam minutam pro ſuis mercibus percipere nolint, merces amittant fiſco Regio applican.

Quod Palatini cum Capitaneis ſub pœnis Regalibus precia & menſuras rebus venalibus conſtituent, & fraternitates deſtruent artificum.

Qui pannos ſtrictiores, vel breuiores ſolito vendunt, eos ad fiſcum Regium, & Palatini amittunt.

Item Palatini prouideant, ne in menſuris, & preciis rerum venalium homines grauentur. Alioqui Palatinus puniet Ciues, ſi vero ipſemet deliquerit, & officium ſuum qualecũque facere neglexerit, centum Marc. a Rege puniatur.

Sed præſente alicubi REGE Marſchalcus precia rebus ad Curiæ neceſſitatem adportatis imponit, & foralia tollit.

In Ciuitatibus & Oppidis, ſi Sal alienum reperiatur.

REX literas ſalui conductus, ſeu publicæ fidei, ac tutelæ, Ciuibus contra Ciues: Non contra Nobiles eorumue ſubditos dare poteſt.

EX CAPITVLO XVII.

DE KMETONIBVS.

EX ARTICVLO III.

Scultetorum, Kmetonum, Molendinatorum, Seruitorum, Hortulanorum, a fertonibus aliiſque oneribus libertates videantur.

Quod Exactores iniqui corã Epiſcopo, Palatino, aut Caſtellano reſpondeãt.

Item libertas omnium Kmetonum a foralibus, & pontalibus. &c.

EX ARTICVLO IIII.

De Scultetis, Molendinatoribus, Aduocatis, & Kmetonibus.

Et quid a conſenſu in Cancellaria Regia dare debent.

EX ARTICVLO V.

Ipſi itaque fugitiui Kmetones, etiam de Regalibus bonis in termino peremptorio reſtituendi ſunt.

EX ARTICVLO VI.

De Vagis per Capitaneos arcendis. &c.

EX ARTICVLO IX.

Si Kmeto pecuniam brachatam recipere nollet.

Et ſi Sal externum apud eum reperiatur.

Saluus cõductus Nobilibus & Plebeis etiã de Regno fugiẽtibus dandus eſt.

EX CAPITVLO XVIII.

DE SERVIS.

Qui ſerui, aliique perſonæ poſſunt ſponſione fidei a Rege, vel ab alio obligari.

REX literas ſalui conductus, ſeu publicæ fidei ac tutelæ, ſeruis contra Dominos, aut illorum ſubditos non dabit, niſi tantum inter Ciues.

Sed quicumque Terrigena ſeruos illiberos ac fugientes retinet, neque eos in Curia Regis viciniore manifeſtat, ei cuius ſunt, cum pœna xv. reſtituit.

Ex Libro

EX LIBRO II.

CAPITVLO I.

De omnibus bonis fiſci Regij acquirendis, conſeruandis, alienandis, reſtituendis, ac redimendis: deque literis ſuper eadem conceſsis: Item per Capitaneos defendendis, ac per Commiſſarios Iudices limitandis.

EX CAPITVLO II.

De Salinis omnia Statuta.

EX CAPITVLO III.

De Fluminibus Regni ad nauigandum liberis.

EX CAPITVLO IIII.

De Teloneis, & Foralibus Regalibus, ac literis ſuper illa conceſsis.

EX CAPITVLO V.

De Securandis, dilatandis, ineundis, ac occludendis Regni viis: atque corio, equireis, & bobus extra Regnum non vendendis.

EX CAPITVLO VI.

De Moneta Regni.

EX CAPITVLO VII.

De Contributione duorum groſſorum.

EX CAPITVLO VIII.

Pœnæ etiam in Statuto ſuis locis deſcriptæ in Regio fiſco eſſe cenſentur.

EX LIBRO III.

CAPITVLO I.

ARTICVLO I.

Rex non faciet Stationes in bonis Regnicolarum, neque etiam illorum bona recipiet, niſi prius fuerint Iure conuicti: attamen bona malicioſe de Regno fugientis, & facientis damna confiſcantur: dotalicio vxoris ſaluo.

Inſuper pœnas iudicialiť decretas Rex in ſubditis ſuis nemini debet cõferre.

EX ARTICVLO II.

REX liberat bona Regnicolarum.

EX CAPITVLO VII.

ARTICVLO I.

Quæ ſunt ratæ vel irritæ donationes Regiæ.

EX ARTICVLO II.

A Cancellariæ Officialibus cõtrarię literę, & contra Ius cõmune ne dentur.

Tantum Rex poteſt ad ægrotos mittere, qui recognitionem ſuſcipiant: non autem vlli alii Officiales.

EX CAPITVLO XI.

ARTICVLO V.

De Termino facionato, & pecoribus, ac foreſta Regia.

EX CAPITVLO XII.

ARTICVLO IIII.

Rex Capitaneos hortabitur literis, vt vagabūdos & malefactores coherceāt.

EX CAPITVLO XIIII.

Epiſcopus Cracouieñ. ſeu Palatinus Cracouieñ. aut Sandomirieñ. dabit ſaluum conductum de Regno ob aliquod crimen metu Regis aut Capitanei fugientibus & proteſtationem contra Regem & Capitaneum ſuſcipiet.

EX LIBRO IIII.

CAPITVLO I.

Rex Iudices, Subiudices, ac Notarios, ex quatuor viris a Nobilitate electis, ac præſentatis creat, ac negligentes punit.

EX CAPITVLO IIII.

Rex curat, vt vniformiter vbique iudicetur, & omnes Terræ totius Regni ad vnum Ius commune reducantur.

EX CAPITVLO VII.

Rex pro ſua, & officii cauſa quemlibet de eius diſtrictu euocare poteſt.

EX CAPITVLO VIII.

Rex literas Ius & Iuſticiam impedieñ. non dabit: præterquam illis qui in bello fuerint, vel ſi Reipub. interim ſeruierint.

EX CAPITVLO XXV.

A ſentencia Iudicis Terreſtris licet vnicuique ad Comitia Regni appellare, ſeu Iudicem mouere: exceptis quibusdam cauſis.

EX CAPITVLO XXVII.

Quod Regia ſeu publica cauſa licet Dignitariis a Colloquio abeſſe: Quodqȝ a decreto Colloquiali licet vnicuique ad Comitia Regni appellare, exceptis quibusdam cauſis, & temporibus.

EX LIBRO V.

Præſcribitur quomodo Rex, ac omnes Regni ordines erga Duces, & illorū Ducatus Regno adſcriptos ſe gerere debeant in omnibus & ſingulis publicis vel priuatis cauſis.

EX LIBRO VI.

Rex pacem Regni publicam, ac diſciplinam Militarē, tañquam robur Regni cuſtodit: proindeque formam iudicendi atque gerendi belli tenet: Item pręmia dat, aut pœnas ignauis irrogat: & ſūma ope ad victoriā & pacē contēdit.

Capitulum

CAPITVLVM III.

De Senatoribus, ſeu Conſiliarijs Regi circumpoſitis.

PRAEFATIO.

Vt Reipub. duæ partes ſunt: ita Rex duos Cõſiliariorum ordines habet.

Vt omnis Reipub. partes duæ ſunt, Religio & Politia: ita Rex noſter alterius Tutor, alterius vero gubernator exiſtens: ex Spiritualium quidem diſpenſatoribus, Archiepiſcopos, & Epiſcopos: Ex Secularium autem Magiſtratibus Palatinos & Caſtellanos aſciſcit ſibi Conſiliarios: vt ita videlicet fortibus moderati permixti, per opinionis eiuſdem conſenſionem, prouideant, ne ipſe Rex tam in religione quam in Ciuili adminiſtratione exceſſu vel deffectu peccet, vel alios peccare patiatur. Nam & in cœleſti Monarchia Solem Regem Planetarum & omnium influxionum in hæc inferiora parẽtem, inter Mercurium oratorem, & Martem bellatorem reſidere, atque curſu irrequieto volui videmus. Quocirca ad exemplum Solis Rex, alterius conſilio & lingua decretorum Dei gnara: alterius vero Legum Ciuilium prudentia ac fortitudine, pro varietate neceſſitatum Reipub. ſub tempus incidentium, vti debet: vt ita præclare & laudabiliter omnia Reipub. negocia, quo ad Deum & homines, pace & bello, bonorum ac ſapientum conſilio gubernentur. Qua quidem conditione Senatus, Rex a Tyranno differt: hic enim quod vult iubet: quã iuuat, fertur: & ſe Legibus diuinis ac humanis ſolutum arbitratur. Ille vero meliori ſentenciẽ cõcedit: quod licet illi, libet: & Legibus, hoc eſt, ſentencia vniuerſi populi Reipub. ſeruit, ac præeſt. Et ſicut Tyrannus cauet, ne quis in Senatu ſuo ſit genere, doctrina, ac virtute illuſtris, opibusue potens, qui libertate dicendi eius libidinibus ſeſe opponat: ita e contrario Rex natalibus claros, lingua, & ſentencia liberos, facultatibusque viles cooptat ſibi ſocios, quorum auctoritatem reuereatur, conſilio pareat, auxilio cœtus Ciuium conſeruet. Imbelle enim eſt vnius Imperium, præterea metuendum, & inuiſum, ob idque conuerſioni facile obnoxiũ. Proinde Traianus Magiſtratibus a ſe creatis dicere ſolebat, ſume poteſtatem dicendi in Senatu, SI BONVS FVERO PRO REP. ET PRO ME: SI MALVS, PRO REP. CONTRA ME. Econtrario autem Tyrannus, ne vultum quidem liberum ſui Magiſtratus tolerat: Sed vniuerſam Rempub. in prædam ſibi proponens, quemcũque cupiditatibus ſuis obſtare viderit, oppugnat. Cum autem noſter Senatus vtilia Reipub. & Regi ſe conſultaturum iureiurando obliget, apparet, quia ipſe cuſtos Regis eſt: Ne ſcilicet quid faciat, vel negligat Rex, quod prohibet, vel iubet Lex, aut alioqui Reipub. damnum non permittit, vel vtilitas fieri hortatur: Quocirca Senatorii officii magnitudo exigit, vt parum videri debeat, ſi Senator tantum ſit frugi vir, & innocens, aut priuatim faciendæ rei gnarus artifex. Verum vt Regem, ita Senatorem, Prudentem, Pium, Iuſtum, Fortem, Liberalem, ac temperãtem eſſe oportet: nimirum vt prudenter, pie, iuſte, fortiter liberaliter, ac temperanter cõſulat omnia: & ipſe in credita ſibi prouincia faciat. Hæ ſiquidem ſunt Senatoriæ laudes, quarum quidem chorus, quod ab animi perfectione proficiſcatur, merito boni ac prudentes Conſiliarii, bellicoſiſsimis etiam viris ab Homero preferuntur: in perſona enim Agamemnonis, dicit ille, facilius ſe poſſe Ciuitatem Troianorum euertere, ſi decem Vlyſſes, aut Neſtores in conſilio haberet: quam totidem Aiaces aut Achilles fortiter dimicantes: vt facile credamus domeſticas fortitudines, maiores eſſe quam militares, & maiora rerum momenta conſilio quam cor-

Tyranni & Regis differentia.

Tyranni & Regis in creando ſenatu conſilium diſpar.

Auctoritas ſenatus Regis libidinibus opponitur, huius enim ille cuſtos eſt.

Qualis debet eſſe ſenator.

Prudens Conſiliarius forti præponitur. Prudenti aũt Iuſtus.

lio quam corporis viribus confici, cum hoc belluarum, illud proprium hominũ ſit, quo ſenſu Cicero ſcripſit: Parua ſunt foris arma niſi ſit conſilium domi: & illud ſibi ab inuidis obiectatum. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ: præſertim autem, ſi prudentię vigilantia ſit comes, de qua Poeta canit. Virum Conſiliarium non oportet totam ſtertere noctem. Sed ipſa prudentia tanto inuiſior eſt, quanto maior ſit. Si ei detrahatur opinio probitatis ſeu Iuſticiæ, quæ omni calliditate ſemota, conſtanter tribuat vnicuique quod ſuum eſt, quæ quidem virtus cum omnes virtutes in ſe complectatur: ipſa etiam admonet, hæc quoque ineſſe oportere viro Senatori: Primo, vt conſilio adſit, nam grauitatem res habet cum frequenti Senatu peragitur: Secundo vt loco dicat, id eſt rogatus: Tercio vt modo, ne ſit infinitus: niſi res dicendi copiam deſideret: Quarto vt Rempub. noſcat: In parte quidem religionis noſſe debet, quæ ſit Dei voluntas in ſcripturis reuelata: quid Lex & conſcientia exigant a nobis: quid Euangelium peccatoribus conuerſis promittat, aut Iuſticiariis, vel præfractis minetur: An hęc tantum ſit vera Eccleſia, quę audit & cuſtodit verbum Dei: quæ fides eius in Chriſtum viua, quæ mortua: an tantum opera ſancta ſint quę Deus præcepit, aut contra: quæ Sacramenta ſint diuinitus inſtituta: & num liceat transgredi præceptum Dei æternum propter conſtitutiões hominum. In Ciuili autem Reipub. parte noſſe debet, quid Reſpub. habeat Militum, quid armorum, quid valeat ærario, quos ſocios habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit Lege, conditione, fœdere Reipu. coniunctus: item teneat conſuetudinem Iudiciorum ac decernendi. Verum meminerit Senator tantum in Conſultationem ea vocari, quę de quocumque conſultabili ſubiecto ratiõe humana compræhenduntur: ſuntque, aut ſaltem eſſe poſſunt in noſtra poteſtate, ſi hoc, vel illo modo tractentur: itaque non capitur conſilium de his, quæ a neceſſitate, natura, caſu, fortunaue fiunt: Aut ſaltem noſtras vires ſuperant: neque etiam de finibus harum, vel illarum rerum, ſed tantum de mediis, quæ ad ipſos fines perducunt. Porro non ſolum ſimplex Reipu. cognitio, aut eorum de quibus conſultandum eſt peritia, verum etiam ſapiens oratio, teſte ipſo Cicerone Senatori eſt neceſſaria: qua ſcilicet regat populos, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & ſalutis apte ad perſuadendum edat ſuis Ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare a flagicio, cõſolari afflictos poſſit, factaque & conſulta fortium & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis prodat monimentis, hæc autem omnia præſtet maxime cum auxilia Reipub. labefactari, conuellique videat maxime: tunc enim ſuccurrendum patriæ, eiusque ſalutem ſuæ anteponere oportet, tunc ſubeundę ſunt illi tempeſtates, tunc cum multis audacibus, ac improbis, nõnunquam etiam cum potentibus eſt dimicandum. Inprimis autem qui Reipub. præ futuri ſunt (inquit idem) duo Platonis præcepta teneant: Vnum vt vtilitatem Ciuium ſic tueantur, ne quicquid agant ad eam referant, obliti commodorum ſuorũ: Alterum vt totum corpus Reipub. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipub. ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt gerenda eſt. Qui autem parti Ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in Ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Ex quo euenit, vt alii populares, alii ſtudioſi optimi cuiusque videantur, pauci vniuerſorum. Hinc apud Athenienſes magnæ diſcordiæ ortæ: in noſtra autem Repub. non ſolum ſeditiones, ſed peſtifera etiam bella Ciuilia: Quæ grauis & fortis Ciuis & in Repub. principatu dignus fugiet, atque oderit, tradetque ſe totum Reipub. Neque opes aut potentiam conſectabitur, totamque eam ſic tuebitur, vt omnibus conſulat. Nec vero criminibus falſis in odium aut inuidiam quenquam vocabit. Omninoque ita iuſticiæ honeſtatique adhæreſcet, vt dum eam conſeruet, quamuis grauiter offendat, mortemque oppetat potius, quam deſerat illa, quæ dixi. Nihilominus idem alio loco

Quæ etiam Senatori oportet ineſſe.

Rempub. noſcat ſenator.

De quibus cõſultandum eſt uel non.

Sapiens oratio etiam neceſſaria ẽ ſenatori.

Duo præcepta uiro politico neceſſaria.

(idem alio loco) nõ permanendum eſſe Senatori in vna ſen tencia rebus con-
uerſis,ac bonorum volũtatibus mutatis, ſed temporibus acquieſcendum pu-
tat. Si enim in nauigando tempeſtati obſequi, & mutata velificatione ad portũ
contendere artis eſt, potius quam cum periculo eum tenere curſum, quem cæ-
peris,ſic cum omnibus in adminiſtranda Repub. propoſitum eſſe debet, cum
dignitate ocium, non id ſemper dicere,ſed idem ſpectare debet. Et tamen Spe-
culatoris vice ac pene proditoris fuerit,qui improbe conſulta,Reipu. etiam no-
citura maligne laudauerit,aut ſaltem toleranda cenſuerit,ſi corrigi poſſent: ali-
oqui vt eos qui ſiniſtra manu pro dextra vtuntur non cogimus mutare manu-
um conſuetudinem,ita et iniquas Leges aliquando ferimus,& ad nonnulla per-
peram facta conniuemus,vt omnis ratio tranquilitatis & ocii in Repub. conſtet
inperturbata. Cum autem Senatorius ordo omni vicio carere,cæterisque ſpeci-
men eſſe debet. Cupiditatibus Rempub. inficere caueat: hæ enim non tantum
priuatas perſonas verum etiam integras Reſpub. peſſumdederunt,vt Ro. & Cõ-
ſtantinopolitani Epiſcoporum,quis eorum eſſet maior damnata contentio,vni-
tatem ſcidit Eccleſiæ: Cæſaris autem & Pompeii de auctoritate certamen Ro.
imperium euertit: Hungariæ vero Proceres dum mutuis odiis tantopere in-
dulgent, mutuis vulneribus ſeſe confecerunt. Nec tantũ mali eſt peccare Prin-
cipem, eiuſdem Tullii ſentencia, quamquã eſt magnum hoc per ſe ipſum ma-
lum quantum illud quod permulti etiam imitatores illorum exiſtunt: Nam li-
cet videre, ſi cui vacat replicare memoriam temporum, qualeſcumque ſummi
Rerumpub. viri fuerant, tales Reſpub. fuiſſe, & quęcũque mutatio morum in
Principibus fuerit,eandem in populo ſequi neceſſe eſt: idque haud paulo veri-
us eſt,quam quod Platoni placet,qui Muſicorum cantibus mutatis putabat Re-
rumpub. mutari ſtatus: Ego autem Reipub. Principum vita victuque mutato,
mores quoque populi mutari puto: Quo pernicioſius de Repub. merentur, ſi
qui ſunt vicioſi Principes,quod non ſolum vicia concipiunt ipſi,ſed ea quoque
infundunt in homines,neque ſolum obſunt,quod illi ipſi corrumpuntur,ſed eti-
am quod corrumpunt,pluſq́ exemplo quam peccato nocent. Inſuper etiam v-
trique Legibus ac præceptis ſuis ſanctiſsimis fidem abrogant, cum ipſi a pro-
priis inſtitutis, ac doctrina ſua reipſa diſſentiunt. Quocirca Thebani omnibus
cupiditatibus Senatum debere eſſe vacuum ſignificabant hoc figmẽto. Etenim
virum captum oculis,truncis manibus, ſellæ inſidentem, Senatui ponebant ob
oculos: vt ſcilicet Senatus oculos ab omni perſonarum reſpectu clauderent,ma-
nus a rapinis cohiberent. In conſulendo autem ſedulum & grauem eſſe debere
admonerent. Sed non raro etiam vſu venit, quod quamuis Senatus omne pen-
ſum ſuum fideliſsime abſoluerit,integritas tamen ac diligentia illorum plena ſi-
multatum videantur: Accedit ad hæc, quod ſentencia Cicer. in omni illorum
functione periculoſa ſit ſeueritas,liberalitas ingrata, honores inſidioſi, frons ta-
men omnium familiaris & amica: quantoque iracundiæ ocultiores,tanto blan-
ditiæ apertiores: venientes expectantur, præſentes adorantur, abſentes variis
criminationibus proſcinduntur impune, talem ſcilicet gratiam ſuis curatoribus
refert populus,vt omnium miſerrimam conditionem Reipub. adminiſtratorum
merito putemus. Proindeque Plato Philoſophus Sapientes a gubernatione
Reipub. ſolere abſtinere dicit, quippe quod populum ad peſsima quæque pro-
penium videant,quodque deterrimum eſt, admonitionum impacientem & in-
gratum: nec ſecus,quam ſi in plateas effuſus aſsiduis imbribus perfundatur,per-
ſuaderi tamen non poſſet,vt ſe ſubducat a pluuia tectaque ſubeat: gnari itaque
nihil ſe profuturos, ſi exeant,illum pluuiis ſubducturi, quam vt vna compluan-
tur,ſemet intra tecta continent: habentes ſatis quando alienæ ſtulticiæ mederi
non poſſunt,ſi ipſi ſaltem ſint in tuto. Quo ſenſu & Cicero ad Atticum inquit.
Malo male vehi alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene guberna-
re. Et alibi dicit. Iampridem me gubernare tędebat,etiam cum licebat: Nunc
vero cum cogar

An eſt laudanda in una eademq; ſentencia perpetua permanſio.

ſcopus omnium in Repub. conſilium cũ dignitate ocium.

Mala tamen ſi corrigi poßint non ſunt toleranda.

Cupiditates a ſenatoribus amputandæ.

Principum exempla ad bonum uel malum Rempubl. mutant.

Thebanorum figmẽtũ cupiditatibus amputandis & ſedulitati Senatoribus perſuadendæ utile.

ſenatus miſera conditio.

Quare ſapientes a cura Reip. abſtinent.

vero cum cogar exire de naui, non abiectis ſed ereptis gubernaculis: cupio iſtorum naufragia ex terra intueri, ipſe vt ait Sophocles, ſub tecto dēſas audire guttas, dormitante mente. Vt autem reprehendenda eſt honorum ambitio, ſimilisq; ſit nautis certantibus, vter potius gubernaret: ita e regione, illi qui a natura adiumenta rerum gerendarum habent, abiecta omni cunctatione, adipiſcantur Magiſtratus, ſi poſſunt, & Rempub. gerant: neque ingratitudine populi deterreantur ab officio, neque functionis frangantur difficultate: non ſolum ob id quod neceſſario Reſpub. eſt procuranda. Verum multo magis, quod intelligant ſe gratum opus Deo facere, locupletiſsimamque officinam nanciſcantur, in qua patriæ fructuoſiſsime ſeruiant, charitatis opera exerceant, conſilioque ſalubri, nec non clauium & gladii poteſtate ac tutela, pro rata parte vnicuique diuinitus per Regem credita, publicam pacem tueantur: in qua religio ab impietate, vita ab occidione, facultates autem a raptu inuiolata permaneant: & ad poſteritatem, cuius æque ac noſtri curam habere debemus, cum gloria ipſorum Reipub. moderatorum ſempiterna transmittantur.

Etſi honorum ambitio reprehendēda ſit, idonei tamen Reipu. Magiſtratus adipiſcantur, ſi poſſunt: et ſic patriæ ſuæ ſeruiant.

ARTICVLVS I.

Vt Dignitates Iuribus ſuis gaudeant, ex quibus Dignitarii ſint, prouentus ſuos habeant, Iurent, ordine ſedeant, Spirituales neque Cardinalatum neque Legationes ambiant: Theſaurarius ſit Conſul: Cancellarii & Referendarii ſentenciam dicant: Dux Pruſsiæ cum ſuis commendatoribus Conſiliarius Regni ſit. Conſiliarii a Rege honorantur, conciliantur, & intra ſua officia tenentur: generalis Conſiliariorū auctoritas circa Regem.

Dignitates in Iuribus ſuis conſeruantur, Indigenis dentur, nec in prouentibus diminuantur. LEX I.

Ex Iagellonis Priuil. circa Iedl. 1433.

Plura de ſpiritualibus infra cap. 4. De ſæcularibus autē ca. 5. uide.

Dignitates in aliqua terra uacan. non niſi Nobilibus & Terrigenis illius terræ benemeritis ſunt conferendæ. ſuper beneficijs & dignitatibus ſæcularibus uacaturis literæ expectatiuæ non ſunt dandæ nec prouentus minuendi. Nulli alienigenæ ſeu extraneo Caſtra uel Ciuitates ad regendū cōmittantur

Dignitates autem Eccleſiaſticas & Seculares Regni Poloniæ, æquo 50.
modo circa Iura, & conſuetudines, ac libertates ipſorum, quę & quas temporibus Sereniſsimorū Principum Dñorum Kazimiri, Ludouici & aliorum Regum, ac Ducum, heredū Regni Polonię obtinebant, dimittimus perſiſtere & permanere. Quas quidem dignitates cum eas uacare contigerit nulli extraneo Terrigenę, niſi Nobili, benemerito, & in fama laudabiliter obſeruato illius Terrę in qua dignitas huiuſmodi uel honor uacauerit: Terrę uidelicet Cracouieñ. Terrigenā Cracouieñ. Sandomir. Terrigenā Sandomir. & in Maiori Polonia Terrigenam Polonię Maioris: & ſic de ſingulis Terris Regni Poloniæ, dabimus uel quomodolibet cōferemus. Super quibus etiam dignitatibus Eccleſiaſticis & Sęcularibus literas expectatiuas nulli perſonę dabimus in futurum, & quod prædictas dignitates tam Eccleſiaſticas quam Sęculares non debemus minuere, nec etiam ſuffocare, & poſſeſſiones, cenſus aut Salaria ad eos pertinentia abſq; Iuris debito examine non auferre.

De eodem, vt Senatores ex Nobilibus creentur. LEX II.

Quia ordo Militaris primas partes habet in Regno hoc, nullus debet eſſe in conſilio noſtro, niſi ex Militari genere tam Spiritualis quam Secularis. Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ. 1550.

Itaque Conſiliariorum Regni Iuramentum tale eſt. LEX III.

16) Ego I. Iuro, Quia Sereniſs. Principi & Domino Dño A. Regi Poloniæ fidelis ero, pro eiuſq; Maieſtate & Repub. Regni ſui fideliter conſulam: Secreta quæ mihi per ſuam Maieſtatem & Conſiliarios eius dicentur, contingentia uel Maieſtatẽ Regiam, uel Rempub. aut utrũq;, nemini in iacturam Regiam, & Reipub. pandam: & pro poſſe meo utilitates Regiæ ſuæ Maieſtatis, Regni, & Reipub. augmẽtabo: Quitquid uero ſciuero, intellexero, aut ſenſero, ſuæ Maieſtati Regiæ, Regno, & Reipub. nocibile & damnoſum, præcuſtodiam: & ne fiat, me opponam & illud auertam. Sic me Deus adiuuet, & hoc Sacrum Euangelium, ac Chriſti ſancta Crux.

Archiepiſcopi Eccleſiarum.

Gneſnenſis, & Leopolienſis.

EPISCOPI.

Cracouieñ.	Vuladiſlauieñ.	Poſnanienſis.
Plocenſis.	Varmienſis.	Præmiſlienſis.
Chelmenſis.	Culmenſis.	Camenecenſis.

Sed nullus Spiritualium Cardinalatũ ac Legationes Pontificis Romani, ſine Regio ac Senatus conſenſu ambiat, et quod Roza Archiepiſcopus Gneſneñ. cum Sbigneo Epiſcopo Cracouieñ. & Cardinali, alternis diebus ad conſilium uocabãtur. LEX IIII.

Quam vide infra Capit. 4. Articul. 1.

Ordo Palatinorum Regni.

Caſtellanus Cracoui.	Siradienſis.	Lublinenſis.
Cracouieñ.	Lancicieñ.	Belzenſis.
Poſnanieñ.	Brzeſteñ.	Plocenſis.
Sandomirieñ.	Innouuladiſlauieñ.	Maſouiæ.
Caliſsieñ.	Ruſsiæ.	Rauenſis.
	Podoliæ.	

141

Palatini in Pruſsia.

Culmen̄.	Marięburgen̄.	Pomeraniæ.

Caſtellanorum vero ordo.

Poſnanien̄.	Dobrinen̄.	Camenen̄.
Sandomirien̄.	Byecen̄.	Cechouien̄.
Caliſsien̄.	Landen̄.	Cruſuicien̄.
Lublinen̄.	Zauichoſten̄.	Koualen̄.
Siradien̄.	Sremen̄.	Bidgoſtien̄.
Gneſnen̄.	Roſperien̄.	Rogoznen̄.
Lancicien̄.	Malogoſten̄.	Rypinen̄.
Sandecen̄.	Nacklen̄.	Conarien̄.
Breſten̄.	Brezinen̄.	Kazimirien̄.
Voynicien̄.	Sandecen̄.	Plocenſis.
Inouuladiſlauien̄.	Polanecen̄.	Varſſouien̄.

Sed ipſorum Caſtellan. ordo iuſſu Regis Sigiſmundi ita erat conſcriptus.

Poſnanien̄.	Rogoznen̄.	Brezinen̄.
Sandomirien̄.	Radomien̄.	Kruſuicien̄.
Caliſsien̄.	Zauichoſten̄.	Oſuyecimen̄.
Voynicien̄.	Landen̄.	Camenen̄.
Gneſnen̄.	Sremen̄.	Spicimirien̄.
Siradien̄.	Zarnouien̄.	Inouuloden̄.
Lancicien̄.	Malogoſten̄.	Koualien̄.
Breſten̄.	Vielunen̄.	Saulocen̄.
Innouuladiſlauien̄.	Pręmiſlien̄.	Sochacouien̄.
Leopolien̄.	Halicien̄.	Varſſouien̄.
Camenecen̄.	Sanocen̄.	Goſtinen̄.
Lublinen̄.	Chelmen̄.	Viſnenſis.
Belzen̄.	Dobrinen̄.	Raczyeſien̄.
Plocenſis.	Polanecen̄.	Sieprcen̄.
Cernenſis:	Premeten̄.	Vyſſogrodien̄.
Rauenſis.	Krzyuinen̄.	Rypinen̄.
Sandecen̄.	Cechouien̄.	Zakrocimen̄.
Miedzyrecen̄.	Nacklen̄.	Czyechanouien̄.
Viſlicien̄.	Roſpirien̄.	Liuenſis.
Byecen̄.	Byechouien̄.	Slonenſis.
	Bydgoſtien̄.	Conari. ter. Sirad.

Conarien̄. Terræ Lancicien̄. Conarien̄. Terræ Cuiauien̄.

Caſtellani in

Caſtellani in Pruſsia.

Culmenſis. Elbingenſis. Pomeraniæ.

Theſaurarius Regni fungatur auctoritate Conſulari. LEX V.

Statutum eſt, quod Theſaurarius Regni, quemadmodũ Coronas & Alexa. Petr. 1504.
124 Theſauros Regni, quæ ſumma ſunt omnium rerum maximarum cõſeruat: ſic fungi debeat Conſulari auctoritate. Idem capitulo 10. de Theſaurario.

Cancell. & Vicecãcel. quarũ dignitatũ Spirit. vel Sæcul. ſint capaces. Lex VI.

Vide infra Libr. 1. Capit. 5. Articul. 1. de Dignitatibus.

Quod vero & Referendarij Regia M. præſente habent poteſtatem dicendæ in Senatu ſentenciæ. LEX VII.

Vide ſupra Capit. 2. Articul. 12. de Referendariis.
De Maiori Secretario vide infra Capit. 5. de Dignitatibus.

Itẽ Magiſter alias Dux Pruſsiæ & ei⁹ cõmendatores in Conſiliarios Regni aſſumuntur. LEX VIII.

145 Sereniſs. Kazimirus Rex, Nos fratrem Lodouicum Magiſtrum, cõmendatores, & ordinem pręfatos in Pruſsia, omneſq; noſtros ſucceſſores, in ſuum & Regni Poloniæ Principem Conſiliariũ perpetuum, cõmendatores uero principaliores, quos nos Magiſter & ſucceſſores noſtri pro tempore duxerimus deputãdos, in Conſiliarios ſuos, & Regni Poloniæ: & in ſuam & Regni Polonię protectionẽ, ſubiectionẽ, & defenſionem perpetuo duraturam aſſumpſit: pollicens nobis in uerbo ſuo Regio, & ſub fide præſtiti Iuramenti, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis Regibus, & Regno Polonię, quod nos præfatum Magiſtrũ commendatores, & ordinem, Pręlatos, Milites, Vaſallos, & ſubditos noſtros in Pruſsia, noſtroſq; ſucceſſores, affectione Regia tractabit, honorabit, & diliget. Nos Magiſtrũ, commẽdatores, & ordinem, ſucceſſoreſq;, Pręlatos, Nobiles, Ciues, ſubditos, & Terras noſtras, uelut Principis Conſiliarij, & unitorum ſuorũ, in noſtris Iuribus, & libertatibus, Priuilegijs, munimentis, & limitibus, quæ pręſenti unioni, & Ex pacificatiõe Terrarum Pruſsiæ.

 fœderi, aut

fœderi, aut eius articulis & conditionibus non contrariãtur, conſeruabit: ab uniuerſis quoq; hoſtibus noſtris uexatoribus, & impugnatoribus in Terris quas poſsidemus Pruſsię tuebitur, & defendet.

Locus Ducis Pruſsiæ in cõſilio Regis Polo. prior a ſiniſtris. LEX IX.

Ex pacificatiõe Ter. Pruſsiæ.

Tenebimur quoq; nos Lodouicus in præfati Domini Kazimiri Regis, ſuorumq; ſucceſſorum Regum Poloniæ ſiniſtra a parte primarium habere locum, & ſeſsionem. 145

Forma autẽ Iuramenti ſub qua Lodouicus Magiſter, & ſucceſſores eius Sereniſs. Dño Kazimiro Regi & ſucceſſoribus ſuis, & Regno Poloniæ iurare tenebitur talis eſt. LEX X.

Ego Lodouicus, Magiſter generalis ordinis ſanctæ Mariæ Theutonicorum, Princeps, & Conſiliarius Regni Poloniæ Iuro, quod ab hac hora, & deinceps, fidelis ero Sereniſs. Principi Dño Kazimiro Regi & ſucceſſoribus ſuis Regibus, & Regno Polonię: & profectum illorum fideliter procurabo, & negocijs Regis & Regni fideliter conſulam: & ſecreta quæ mihi qualitercunq; cõmunicata fuerint in eorum detrimẽtum nulli pandam: pacem inſuper perpetuam, in omnibus ſuis conditionibus, & articulis obſeruabo, & cuſtodiam. Sic me Deus adiuuet, & Chriſti ſancta Crux. 145 Idẽ 162

Forma vero Iuramẽti per Cõſiliarios Terrar. Pruſsiæ ſecundũ Ius & neceſsitatem Terræ, hæc eſt. LEX XI.

Iuro, quod nunquam ſcienter ero in conſilio, auxilio, aut facto, in tuam leſionem, iniuriam, aut contumeliam, aut honorẽ, quem habes uel habiturus ſis: & ſi contra aliquid audiuero, pro poſſe meo ut non fiat impedimentum præſtabo: aut tibi quanto citius potero nunciabo. Secreta mihi manifeſtata, ſine tua licentia nemini pandam, uel per quod pandantur, faciam: Similiter tibi & Reipub. conſulam, prout uidebitur magis expedire: et nunquam ex perſona mea aliquod faciã ſcienter quod pertinet ad tuam uel Reipub. contumeliam, uel iacturam. 162

Iidem Cõſiliarij Terra. Pruſsiæ in medio conſilij ſic iurant. LEX XII.

Ego A. Iuro Sereniſs. Domino: Dño Regi Poloniæ &c. & ſucceſſoribus ſuis 162

ribus ſuis fideliter conſulere pro honore & ſtatu ſuo Regali, ac prouentibus ſuæ Maieſtatis, ac pro communi bono Terrarum Pruſsiæ & Regni Poloniæ. Conſilium ſuum ſecrete tenere, & eum in omnibus præcuſtodire.

Porro Marſchalci omniū ceremoniarū in Curia ſint magiſtri. Lex XIII.

112 Officium Marſchalci Regni, & Marſchalci Curiæ, ſiue uterq; ſiue Alexand. Petricouiæ
alter eorum eſſet in Curia, debet eſſe omnium Ceremoniarum & Cu- 1504. Idem cap. 10
rieñ. Magiſter. de offic. Marſchal.

Rex Conſiliarios ſuos, & hoſpites per Marſch. excipit, ac honorat. Lex xiiij.

Marſchalci Regni & Curiæ intereſt, ut ſemper hoſpites & Conſilia- Alex. Petric. 1505.
124 rios Regni excipiant, & attendant, ut debitus unicuiq; honor ex parte Idem libr. 1 capi. 10.
Maieſtatis Regię iuxta meritum perſonæ impendatur. de offic. Marſchal.

Si in precio rerū & foralibus excederet Marſchalcus, Conſiliarij præſentes id ipſum moderentur, uel alioquin ad conſilium generale deferant. LEX XV.

Quam vide Capitulo 10. de officio Marſchal.

Rex differētias inter Spiritua. & Sæcular. Conſil. in Comit. cōponit. Lex xvi

Cum excitata erant odia multa & differentię inter Spirituales & Se- Kazim. Mag. 1369.
55. culares perſonas, Dominos, diœc. Cracou. tandem compactata, erant
congeſta inter eos, in Conuentione per Regem Kazimirum magnum, & in Synodo per Bodzantam Epiſcopū Cracouieñ. pro uno tempore Cracou. quarta menſis Iunij Anno 1369. habitis quibus intererat Iaroſlaus Gneſneñ. Archiepiſcopus Boguria dictus, tunc ex cauſa illius differētiæ auctoritate Metropolitica ac primaciali uiſitans diœc. Cracouieñ. Sunt autem compactata infraſcripta ſuper decimarum libertate, raptu, tempore decimandi, foriſandi, per Dominos locorū eas ementi, ex aratro percipieñ. noualium locatione, earum progreſsione, &c. Columbationibus, uiſitatione Archidiaconorū, ſuper expeditione ad bellum clericorum, Sęcularium ad Ius Spirituale citandorum, Fabrica Eccleſiæ, Decima canapi, ſuper interdicto triduano, & ſimplici: ſuper ceſſatione a diuinis, ſalarijs tabellionum: Item de Eccleſijs in bonis Nobilium erigendis, ut infra ſequitur.

K iij De eodem.

De eodem.

145 1. Petricouiæ. Kazimirus &c. Significamus tenore præſentium, quibus expedit uniuerſis. Quomodo agentibus nobis hic in Pyotrkouu, pro Repub. Regni noſtri Conuentionem generalem, inter cæteras huius Conuentionis ordinationes ſuper differentia quæ inter Prælatos & Barones Terrarum totius Regni unanimiter ordinatum eſt, & concluſum: innitendo ordinationibus & concluſionibus aliarum Conuentionum etiam generalium & ab eis non recedendo. 86.

De eodem.

Kazimir. in Nyeſſoua. 1454. Item promittimus, quod quam cito Deo dante de expeditione inter Terras noſtras nos reuerti contingat, omnes differentias inter Spirituales & Seculares exortas in Conuentiōe generali ſopiemus. 93.

Cum vero inter Regem Cazimirum

Magnum, & inter Bodzantam Epiſcopum Cracouieñ. quædam dubitatio ſeu controuerſia etiam ſuper Decimis, aliiſque rebus incideret, ſuper Iaroſlaum Gneſnenſem Archiepiſcopum vtrinque compromiſerant definiendum, infra Cap. 4. Articul. 6. de prouentibus & Decimis cleri videatur.

Vt aūt inimicitijs præcidatur occaſio Sæculares homines ad forum Spiritualium ne euocentur. LEX XVII.

Vide Libro 4. Capitulo 6. Articulo 1. de Euocationibus.

Quia inhibitiōes etiam Spiritualium

ad Iudicia Terreſtria dabantur magna ex parte odia mutua hinc enaſci ſolebant, ideo ne dentur amplius Reges prohibuerunt. LEX XVIII.

Quam vide infra Cap. 4. Art. 8. ſed fuſius Lib. 4. Cap. 8. Artic. 1. de Inhibitiōibus.

Præterea ne Spirituales Sæcularib. negocijs ac Iudicijs ſeſe immiſceant, Regia tamen Maieſtate pręſente ſentenciam dicunt. LEX XIX.

Quam vide infra Capit. 4. Articul. 7. de officio Epiſcoporum in Repub. & repetetur Libr. 4. Articul. 1. de Collegis Terreſtris Iudicii, & poſt ea Capit. 5. de Procuratoribus, & alibi.

DE CONCORDIA SENATOR. COMMENTARIVS.

Vt Tyrannus diſcordiis implicat, ita Rex Spirituales & Sæculares Senatores, non ſolum pro his quæ Legiſlatores ſupra attigerunt. Verum etiam pro religione vera vel falſa ad præſcriptum verbi Dei: Item pro omni iuſto, vel iniuſto ad regulam Le-

ad regulam Legum in Comitiis conciliat, omnesque intra ſepta ſui officii cõtinet: ſic enim facile retinetur inter ipſos Senatores concordia: quæ quidem, cũ ſit tam diuinarum quam humanarum rerum cum beneuolentia & charitate fidelis conſenſio, procul dubio Reipub. ſalus, diſcordia vero certum venenum eſt. Cum autem odium, ira inueterata appelletur, certoqsue diſcordiæ fomites ſuppeditet, illud iuxta ſentenciam Cicer. vel precibus mitigari, vel tẽporibus Reipub. communique vtilitate deponi, vel vlciſcẽdi difficultate teneri, vel vetuſtate ſedari poteſt: quod niſi fit, Reipub. lætale malum eſt, à Rege, vt pote Reipubl. cuſtode omni ratione præcidendum. Ipſi autem Senatores vel iniquiſsimam pacem bello Ciuili anteferendam cogitent. Quamquã enim leuiſsimis de cauſis oriantur bella Ciuilia, progreſſu tamen difficillima ſunt, exitu autem ſemper luctuoſiſsima fuerunt: ita vt omni ratione vitanda ſint, atque adeo antequam more incendii vires colligant, vel iniquiſsimis conditiõibus reſtinguẽda videantur.

Generalis Conſiliar. circa Regẽ auctoritas eſt: Quod Rex abſq; illis in Repub. nihil faciat. LEX XX.

Ne Rex Senatorum ſuorum conſilium negligat, nunquam nos commiſſuros eſſe, ut non communicato cum Senatoribus noſtris conſilio, ulla de re quicquam ſtatuamus.

Sigiſm. Aug. 1548. Idem ſupra capit. 2. art. 4. Lege ultima.

COMMENTARIVS.

Quod olim in Græcia Amphictiones fuerũt, Romæ Rota eſt, in Gallia Parlamentum, in Germania Imperialis Cameræ Iudicium: Hoc apud nos in Comitiis cum Equeſtri ordine Senatus. Cuius GENERALIS AVCTORITAS EST: Quod Rex ſine illis non eligitur, Electus non iurat, non coronatur, non ducit vxorem, non celebrat Comitia, Iura non confirmat, neque condit, neque dicit: neque bellum indicit, neque fœdera percutit, neque monetam cudit, neque pecuniam in Militem mercenarium collatam diſpenſat, neq; alia publica negocia tractat: niſi forte aliqui ipſorum Senatorum nolint, vel nõ poſsint venire ad præſtitutum tempus, de quibus ſuis locis videantur Statuta. Cuius quidem Senatoriæ auctoritatis moderatio eſt, vt Principis boni bona cõſilia, conſpiratione facta, ne inficiant: aut obtentu Regii tituli, in perniciem Reipub. abutantur: ſed potius bene inſtituta probent & meliori ſentenciæ cedant: vtilitatemque publicam omnibus ſuis commoditatibus & cupiditatibus ducant potiorem.

Auctoritas ſenato. generalis.

Senatoria auctoritas moderatur.

ARTICVLVS II.

De Iuriſdictione omnium Senatorum ſiue Magiſtratuum Regni ſpeciali. Qui quidem ſcient ſua officia: ignari a REGE doceantur: a Rege officii ſui admonentur, negligentes per Nuncios deferuntur: in offenſis tamen Crimen læſæ Maieſtatis non committitur: ſed noxa Lege communi eluitur.

PRAEFATIO.

Cum ſecundum Platonem Regiæ Maieſtatis proprium officium ſit, non vt ipſa aliquid particulare faciat, ſed vt valentibus facere imperet, cognoſcatque num recte, vel ſecus iniuncto ſint defuncti officio: ſequitur vt & Magiſtratus ſint, qui faciant: & Rex velut inſpector omnium facta intueatur. Hæc itaque

Regis proprium officium uidere, ut Magiſtratus recte ſuo fungatur officio.

Senatorum ſeu

Quid ſit Iuriſdictio. *Communia omnibus Magiſtratibus.* *Quibus Magiſtratus Ius dicere nequit.*

Senatorum ſeu Magiſtratuum poteſtas publico conſenſu introducta, cum neceſsitate Iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, appellatur Iuriſdictio: Quæ quidem cum pro varietate ipſorum Magiſtratuum, multiplex ſit & varia: Illud tamen vnicuique commune eſt, vt ſecundum modulum facultatis ſuæ, in poſſeſſionem mittat: & pro ſe Iudices litigantibus, ad vnum, quosdamue, vel ad omnes actus det. Sed vt in maiorem, vel in æqualem ſibi, cum ſe eius poteſtati ſubiiciat, Ius dicit: ita neque ſibi, neque vxori, neque liberis, neque libertis, aut ſeruis ſuis Ius dicat. Præterea inutiliter dicit Ius in eos, qui ſe per errorem, vt legitimum Iudicem, adierunt: neque enim conſenſit in Iuriſdictionem qui errat: cum nihil tam contrarium ſit conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit, vt ait Vlpianus.

Quando, & ubi Magiſtrat. impune non paretur. *In Magiſtratu duplex natura eſſe debet.* *Magiſtratus faſtu et auaricia uacet.*

Sed & extra tempus, vel extra territorium Ius dicenti impune non paretur: idemque ſit intelligendum, ſi aliquid contra expreſſum mãdatum Dei, vel ſupra Iuriſdictionem ſuam velit attemptare. In ipſo autem Magiſtratu duplex natura eſſe debet erga eos, qui legitime eorum ſubſunt poteſtati: vt videlicet ſit ſeuerus erga præfractos, clemens vero erga tractabiles, & qui in ſpe emendationis ſunt. Sed & Magiſtratus vacare debet faſtu, & auaricia: quod faſtus leuitatis argumentum eſſe ſolet: Auaricia vero ſcelerati animi Iudicium eſt, qui Reipub. præda diteſcere nefarium non putat.

Kazimir. Tertius in Nyeſsoua. 1454.

Specialis Senator. ſeu Magiſtr. auctoritas ſingula officia reſpicit. LEX I. 92.

Singula officia ſuis ſunt actibus deputata.

Omnibus magiſtratibus communis debet eſſe prudentia, ſtulticia enim caret excuſatione.

Rex Magiſtratib. præcipit, vt ſua ſciãt officia: & ea tã pace, quã bello in vſum Reipub. exerceant, alioquin a Regia Maieſtate doceantur. LEX II.

Prælat. Petr. 1503.

Dignitarij & Officiales ſua noſcant officia, ſi uero aliquibus incognita ſint, a Regia Maieſtate & a Dominis doceantur: eademq; tam domi, quam bello debite exerceant: ne per quempiam commodo ſuo fraudentur Regni Incolæ ordinis deffectu. 111

Magiſtratus, ſeu Dignitarij, & Officiales neglígẽtes, literis M. R. ſui officij admonentur: per Nuncios Terreſtres Regi deferuntur: ac ſi in officio deliquerint, puniuntur Iudicialiter. LEX III.

Quam vide infra Libr. 1. Capitul. 5. de Dignitatibus diſtribuendis, & Capitulo 15. Articulo 7. de officio Nunciorum Nobilitatis.

Et quãuis in offenſis Senator. crimẽ læſæ Maieſtatis non cõmittitur. Lex iiij.

Quam vide ſupra Capit. 1. Articul. 4. de Coronatione Regis. Nihilominus tamẽ ſi tunc cum funguntur ſuo officio violentur: iuxta Leges puniuntur. Libro 4. Cap. 9. de Securitate Iudiciorũ collectas.

CAPITVLVM IIII.

De Eccleſia Chriſti, eiuſq; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Paſtoribus, ac Miniſtris: Itē de Cardinalibꝰ, Legatis, Canonicis, Cortiſanis, Curſoribꝰ, Iuribuſpa. & Monachis: Prætereaq; de Synodis, ac Schola Cracoui. iuuentutis Polonæ excultrice.

PRAEFATIO.

Omnia in natura propter hominem a Deo facta ſunt, homo autem propter colendum ipſum omnium rerum parentem creatus eſt, qui quidem omnis cultus religio appellatur: Reipub. nimirum pars potiſsima, qua etiam diligentius Rempub. muniendam eſſe quam muris maiores noſtri ſemper cenſuerunt. Cœtus autem hominum qui verbum Dei audit, & cuſtodit, Sacramentiſque vtitur diuinitus inſtitutis, Eccleſia Dei dicitur: non vrbe aliqua concluſa, ſed per orbem Terrarum diffuſa: habet caput Chriſtum: Secundum Chriſtum autem, Rectores & Miniſtros, Apoſtolos videlicet, Epiſcopos, Presbyteros, Paſtores, & Diaconos: Si tamen per oſtium intrant ad ouile, vt doceant non vt ſeducant: vt ſeruent non vt furentur: vt paſcant non vt deglutiant: vt miniſtrent non vt dominentur. Quocirca vocatio ſpontanea more Aaronis, vel Apoſtolorum inprimis illis eſt expectanda. Nam & Petrus Simoni Spiritus ſancti conferendi poteſtatem ementi reſpondit, pecunia tua tecum ſit in perditionem: & Origenes, Pharaonis non Chriſti Sacerdotes appellat, qui opes non opus ex functiōe ſua expetunt. Quin etiam Iuſtinianus gradu Socerdotii deiiciendos præcipit, qui non rogati ad hanc prouinciam ſe obtrudunt: Ex concilii vero præſcripto, ii quos neque clerus elegerit, neque plebs expetiuerit, nulla ratione poſſunt eſſe Epiſcopi. Sed & ii qui ditiores ambiunt Epiſcopatus, tenuioribus relictis: ſecundum antiqua Eccleſiæ decreta, vt auari, & deſertores ouilis ſui Anathemate percelluntur: per gradus enim ad altare aſcendendo, hæc reptilia turpitudinem ſuam detegunt: ambitioniſque, ventris, ac Mammonæ miſera mancipia eſſe deprehunduntur. Cum autem in tribus vniuerſa fere Regnorum fœlicitas conſiſtat, in diligenti iuuentutis inſtitutione, in prudenti Magiſtratuum creatione, & in verbi Dei ac Sacramentorum adminiſtratione fideli: Princeps bonus ac Electores caueant, ne ſacra dent portanda aſinis: hoc eſt, ne iuuentutem indoctis, Magiſtratus ineptis, animas autem credant ignauis, qui pro ſale habēt animam ne ſordeſcant: alioqui onera illorum ferent. In Miniſtris enim Eccleſiæ de quibus ſolum hic agitur doctrinæ veritas, parque vitæ integritas, non genus, non pecunia, commodaue aulica ſunt ſpectanda. Proinde Epiſcopo futuro Melchizedek, Aaron, Zacharias, atque Apoſtoli exemplar ſint: vel quale ad Timotheum & ad Titum a Paulo præſcribitur. Qui enim mundum de peccato incredulitatis arguere, de Iuſticia Phariſaica reprehēdere, ac de Iudicio blaſphemo increpare,

Omnia propter hominem, homo propter Deum.

Religiōis dignitas.

Eccleſia quid eſt.

Eccleſiæ caput.

Rectores & miniſtri

Miniſtri Eccleſiæ uocationem expectent, non autem obrepant per ſimoniam.

Homil. 16 ſup Geneſ.

In codice libr. 29.

Vniuerſa Regnorum fœlicitas in tribus cōſiſtit.

In Miniſtris Eccleſiæ, quid ſit ſpectandum.

Exemplar epiſcopi.

phemo increpare,omnesque Satanæ munitiones ex profeſſo demoliri tenetur: ipſe primum Chriſtum portet in corde ſuo, Iuſticiam fidei viuam operibus teſtetur, Iudicium mundi falſum eſſe de Chriſto ſcripturis conuincat, ipſumque Sathanam omnis improbitatis choragum ſub pedibus ponat, vt ſit

Forma boni & irreprehenſibilis Epiſcopi.

I R R E P R E H E N S I B I L I S. Turpe ſi quidem fuerit, & nulla ratione ferendum ſi quis diſertus ſit in accuſandis viciis alienis,ipſe vero intercutibus madeat criminibus. Tum demum autem reprehenſionem facilius effugiet, & omnis honeſtæ vitæ iaciet fundamentum,ſi deuitato periculoſiſſimo cœlibatus voto,immo vero certiſſimo conſcientiæ laqueo, ad exemplum omnium fere Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum, fuerit V N I V S V X O R I S V I R (niſi ſe ſponte ſua abſque periculo vſtionis, mollitiei,ac pollutionis caſtret propter Regnum Dei) & tum conſequetur facile, vt ſit vigilans,ſobrius,modeſtus,hoſpitalis,aptus ad docendum, non vinolentus, non percuſſor, non turpis lucri cupidus,ſed æquus,alienus a pugnis,alienus ab auaricia,qui ſuæ domui bene præſit, qui liberos habeat in ſubiectione cum omni reuerentia, nõ nouitium, & qui bonum teſtimonium habeat etiam ab extraneis: Similiter autem & ad Titum ſcribit huius rei gratia reliqui te in Creta vt quæ deſunt

Presbyteros quales eſſe oportet.

pergas corrigere,& conſtituas oppidatim Presbyteros: Sicut ego ordinaram tibi. S I Q V I S eſt inculpatus V N I V S V X O R I S V I R,liberos habens fideles,non obnoxios crimini luxus, aut qui non ſunt intractabiles. Oportet enim Epiſcopum inculpatum eſſe, tanquam Dei diſpenſatorem, non præfractum,non iracundum,non vinoſum,non percuſſorem,non turpiter lucro deditum: Sed hoſpitalem,bonarum rerum ſtudioſum,ſobrium,iuſtum,pium,tẽperantem,tenacem eius qui ſecundum doctrinam eſt fidelis ſermonis,vt potens

Ad Titum 2.

ſit etiam exhortari per doctrinam ſanam,& contradicentes conuincere: Vtque ſe præbeat formam bonorum operum,in doctrina,integritate,grauitate,ſermone ſano,ac irreprehenſibilem, vt is qui repugnat rubore ſuffundatur, nihil habens quod de illo dicat mali.

Diaconi quales eſſe debent.

F O R M A V E R O D I A C O N O R V M a Paulo 1. ad Timotheum 3.præſcripta hæc eſt.Diaconos oportet eſſe compoſitos non bilingues,non multo vino deditos,non turpiter lucri auidos,tenentes myſterium fidei cum pura conſcientia, atque hi probentur prius,deinde miniſtrent: ſic vt nemo poſſit illos criminari. Vxores ſimiliter modeſtas,non calumnioſas,ſobrias,fidas in omnibus. Qui quidem Diaconi ſint vnius vxoris mariti,qui liberis recte præſint & propriis familiis, nam qui bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum aquirunt & multam libertatem in fide quæ eſt in Chriſto

In delectu Miniſtrorum Eccleſiæ non temere a præſcripto diuino eſt diſcedẽdũ.

Ieſu. Si autem non multi ſapientes ſecundum carnem,non multi potentes,non multi claro genere nati in fidem Ieſu Chriſti vocati ſunt. Verum quæ ſtulta erant ſecundum mundum delegit Deus vt pudefaceret Sapientes: & quæ erãt imbecilla in mundo delegit Dominus, vt pudefaceret ea quæ ſunt robuſta: & quæ ignobilia erant in mundo contemptaque delegit Dominus,vt ea quæ non erant,& ea quæ ſunt obliteraret: V T N E G L O R I E T V R V L L A C A R O coram ipſo: ſed ſi quis gloriatur, in Domino glorietur: Certe & ad Eccleſiæ miniſterium promiſcue omnes idonei vocandi erant & eligẽdi: Apud Deum enim non eſt liber,non eſt ſeruus: In Politia namque hoc perſonarum diſcrimen eſt neceſſarium: non in religione Chriſti: in qua omneis fideles ex æquo filii Dei ſunt, ſerui autem Chriſti: inter quos etiam ſunt quærendi, qui fideles aut idonei diſpenſatores inuenirentur, non quis eorum eſſet maior,aut Nobilior: ne ſcilicet filio Fabri, Paruulis,& Piſcatoribus ſucceſſores quærantur Auguſti,Maximi,& Illuſtres: qui fraude,vi,ferro,pecunia,veneno, pro Principe loco, præbendis, & ſacculis decertent. Qui itaque repudiatis hominum conſtitutionibus ad præſcriptum diuinorum oraculorum ſeſe compo-

Formæ Epiſcopi a Paulo præſcriptæ nihil eſt addendum, nihil etiam demendum.

net. Hic certe beneficia a Principibus in Epiſcopos,Paſtores, & Diaconos collata,poſſidebit ſine querela: Si enim præſcripto diuino aliqua poteſtas quitquã addat, vel dimi-

addat, vel diminuat: & ipſa reprehenſibilis erit, & reprehenſibilem Epiſcopum Paſtorem, aut Diaconum conſtituet, cum euidenti diuinorum præceptorum contemptu, Eccleſiæ autem Chriſti manifeſto ſcandalo, & ruina. Cum autem ſemel cæperis præſcripto diuino adfingere demerere aliquid: difficile eſt hanc ipſam ſiſtere licentiam: quin magis ac magis inualeſcat & progrediatur, quo ad ob adulterationem mandatorum Dei iram tibi conſciſcas, in ſimilitudinem que adulteræ repudieris, vel in morem ſalis infatuati foras eiiciare. Certe Iuſtinianus de caſtitate Clericorum ſcribens hoc ait. Si aliquis Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus exiſtens, ducat vxorem, aut concubinam, aut palam, aut occulte: ſacro ſtatim cadat ordine & deinceps idiota ſit, num vero hæc Lex diuinis congruat præceptis penes alios eſto Iudicium.

In authentit. tit. 6. quomodo oporteat Epiſcopos. &c.

ARTICVLVS I.

Epiſcopatus circa Iura ſua conſeruantur: quibus dari debent vel non: Cardinalatus & Legatione ambiantur: Gneſnen. Eccleſiæ, in Regno Primatus debetur: cui etiam Culmenſis Eccleſia adſcribitur.

Templa & dignitates Spirit. & Sæcul. circa Iura ſua conſeruantur, & quibus dentur. LEX I.

Iagel. in Iedl. 1433.

50. Primo quidem quod uniuerſas edes Sacras ſeu Eccleſias in omnibus eorum iuribus, emunitatibus, & libertatibus ac metis & diſtinctionibus antiquis quibus temporibus diuorum prædeceſſorū noſtrorum Poloniæ Regum & Ducum fruebantur uolumus omnimode conſeruare. Dignitates autem Eccleſiaſticas & Sęculares Regni Poloniæ, eo quo modo circa Iura, & conſuetudines, ac libertates ipſorum: quæ & quas temporibus Sereniſs. Principum Dñorum Kazimiri, Ludouici, & aliorū Regum, ac Ducum, heredum Regni Poloniæ obtinebant, dimittimus perſiſtere & permanere: Quas quidem dignitates cum eas uacare contigerit, nulli extraneo Terrigenæ, niſi Nobili benemerito, et in fama laudabiliter obſeruato, illius Terræ, in qua dignitas huiuſmodi uel honor uacauerit: Terræ uidelicet Cracouieñ. Terrigenam Cracouieñ. Sandomirieñ. Terrigenā Sandomirieñ. & in Maiori Polonia Terrigenam Poloniç Maioris: & ſic de ſingulis Terris Regni Poloniæ dabimus, uel quomodolibet conferemus. Super quibus etiā dignitatibus Eccleſiaſticis & Sęcularibus literas expectatiuas nulli perſonæ dabimus in futurum: & quod prędictas dignitates tam Eccleſiaſticas quam Sęculares nō debemus minuere, nec ſuffocare, et poſſeſsiones, cenſus, aut ſalaria ad eos pertinentia, abſq; Iuris debito examine non auferre.

Eccleſiæ omnes in ſuis libertatibus & emunitatibus conſeruantur quibus tempore Kazimiri ſecundi & Ludouici Regum utebantur. Dignitates in aliqua terra uacan. non niſi Nobilibus & Terrigenis illius terræ benemeritis ſunt cōferēdæ

ſuper beneficijs et dignitatibus Sæcularibus uacaturis literæ expectatiuæ nō ſunt dandæ nec prouentus minuendi.

Sig. Aug. etiā expectatiuas: Iura patronatus, & ſolida caſſat. LEX II.

 Et quia

Eandem etiam Legẽ uide cap. 5. de dignitatibus Sæcularibus.

Idem de Iurepatr. infra capitulo eodem repetetur.

Et quia multum expectatiuarum Iuri communi contrariarum uiuẽte ſanctæ memorię Sereniſs. parente noſtro, tum etiam nobis ad gubernacula Regni ſedentibus, datum eſt: aſſentientes poſtulationibus Nunciorum Regni, & conſilio Conſiliariorũ noſtrorum, omnes expectatiuas, tam tempore ipſius Sereniſs. parentis noſtri, quam tempore Regni noſtri quacũꝗ ratione & reſpectu contra Ius commune datas: ſimiliter etiam & ſolida, alias communes poſſeſsiones: præterea & Iura patronatus quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent, deſtruximus, & caſſauimus, ſic quod nullã uim habere debeant.

Itaꝗ Eccleſia Gneſn. præponitur Cracou. Cardinalatꝰ & Legatiõe ambiãtur quodꝗ alternatim Archiep. & Cardi. ad conſiliũ accedebant. LEX III.

Quod Epiſcopatus Culmen. & Varmiẽ. Gneſnenſi Eccleſiæ adſcribuntur, uide libr. 5. cap. 2. artic. I. de Terrarum Pruſſiæ pacificatione.

Alexander Significamus, Quia R. in C. P. Dominus Andreas Roza Archiepiſcopus Gneſneñ. et Regni noſtri Primas in pręſentia Cõſiliariorũ & Prelatorum Spiritualium & Sęculariũ ſuas nobis porrexit petitiones, ut ex Regeſtris Cancellarię Sereniſs. olim Kazimiri Regis Poloniæ patris prædeceſſoriſꝗ noſtri Priuilegiũ ad Gneſneñ. Eccleſiam pertinens, per ipſam olim paternam Maieſtatẽ Regiam donatum atꝗ conceſſum tranſcribere, illudꝗ innouare, & confirmare dignaremur. Cuius ſequitur tenor. Kazimirus: Significamus tenore præſentium, quibus expedit uniuerſis, pręſentibus & futuris: Quod cum inter Terras noſtras Regni Polonię & ſubditos earũ, non modica orta eſſet differentia, diſceptatioꝗ non mediocris fieret, de & ſuper Cardinalatu Reuerendiſs. in C. P. Domini Sbignei Epiſcopi Cracouieñ. propter quam etiam Reſpub. Regni ipſius diſſoluebatur, & cõplurima incommoda capiebat: Nos tandem talem differentiam diſceptationeſꝗ, prout ex debito regimine noſtri tenemur, ſemouere, ſedare, complanare, & ipſas Terras noſtras ad ſtatum reducere debitũ unionis uoleñ. Indicto per nos ſuper ea re potiſsime perlamento Prælatorum & Baronum Regni noſtri præfati, in hoc loco oppidi Petrikouieñ. pro fęſto Pentecoſtes ſeruato, de conſilio eorundẽ Prælatorum & Baronum noſtrorum per nos, ita ut ſequitur concluſum, determinatum, deffinitum, & decretum exiſtit. In primis autẽ quod ſedes Metropolitana Gneſneñ. Domini quoꝗ Archiepiſcopi, & Primates ſedis eiuſdem pro tempore exiſtentes: in omni Iure, auctoritate, & poteſtate, prærogatiua, iuriſdictione, & conſuetudine, quas alias Eccleſia Gneſneñ. ab antiquo ſupra Eccleſiam Cracouieñ. habuit, & habet: debeat in euum conſeruari.

Ambitione Cardinalatus Reſpub. Regni diſſoluebatur.

Item ſtatuimus

❡ Item Statuimus & ordinauimus quod præfatum Sbigneũ Cardinalem, & Epiſcopum Cracouieñ. omnes & ſinguli Regnicolæ cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtant, pro uero & indubitato Cardinali tenebunt, & reputabunt, eundemq; ipſius Cardinalatus titulo ſcribent, intitulabunt, & nominabunt, ſcribereq; & intitulare & nominare tenebuntur, & ſint aſtricti. Item a modo, & de cætero, neq; Dominus Archiepiſcopus Gneſneñ. neq; Epiſcopus Cracouieñ. & cæteri Epiſcopi poſtulabunt aut petent: ſed neq; petere debẽt, aut quouis modo impetrare dignitatem Cardinalatus, aut Legatiões ſedis Apoſtolicæ, abſq; conſenſu noſtro, & omnium Conſiliariorũ Regni. Cæterum ut quæuis impedimenta in conſilijs pro bono publico fiendis, ceſſent, & difficultates amputentur, firmaq; ſtabilitas conſiliorum in Regno ipſo noſtro permaneat, uterq; Prælatorum prędictorum uadant cum cæteris Prælatis & Baronibus ad Conuentiões pro tempore ſtatuendas, daturi ad Rempub. conſilia opportuna. Sed alter eorum una die, & alius altera die, ad conſilium ueniat & ingrediatur: quem tum nos uocandum duxerimus: Non uocatus uero in hoſpicio debet remanere & ſtare, daturus nihilominus ab inde conſilia oportuna, ſuper quibus fuerit requiſitus. Præterea hoc pręſens decretum in præmiſsis factum, habitum, & concluſum inuiolabiliter per partes teneri debet, & irrefragabiliter obſeruari. Qui uero illud ſeruare, tenere & ad illud attendere nollet: ſperneret, aut minime curaret: Nos contra talem partem præmiſſa non ſeruantem, & omnes Conſiliarij noſtri, atq; Regnicolæ, omnino eſſe debemus: & non permittere eum propria uti uoluntate. In quorum omnium fidem & teſtimoniũ pręmiſſorum Sigillum noſtrũ præſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Pyotrkouu in Conue. gener. feria quinta infra octau. Pentecoſtes. An. Dñi. 1451.

Nullus ſpiritualium ambiat titulum Cardinalatus aut legationis.

Prælati ex Cancellarijs & Vicecancellarijs ſint. LEX IIII.

Alexan. Pet. 1504.

Cancellarij & Vicecancellarij expectantes erunt primi Archiepiſco-
113 patuum, Epiſcopatuum, Prælaturarum & aliarum dignitatum & be-
neficiorum proxime, ac primo uacaturorum.

Sed ipſa officia copulatiue nõ ſunt tenenda: & quod Gneſneñ. Cracouieñ. Vuladiſlauieñ. Poſnanieñ. Varmieñ. uel Ploceñ. Eccleſiæ cum officijs Sigillorum ſunt incompatibiles. LEX V.

Alexander Petricouiæ. 1504.

Repetetur capitulo 5. de Dignitatibus.

113 Item Cancellarius & Vicescancellarius, poſt pacificam aſſecutionem
cuiuſcumq; Gneſneñ. Cracouieñ. Vuladiſlauieñ. Poſnanieñ. Varmieñ. uel Ploceñ. Eccleſiarum, Epiſcopatuum, tenebitur officium reſignare.

Secretarius aũt maior vnus ſit: in expectatione beneficiorum Cancellario & Vicecanc. ſucceſſurus. LEX VI.

Idem Alexander Petricouiæ. 1504.

Secretarius maior etiam ſit expectans primus Prælaturarum, dignitatum, beneficiorumq; immediate Cancellario Regni & Vicecancellario in talibus & officijs ſucceſſurus. 113

Attamen Sigiſm. promotionem Cancellarij & Vicecancel. & Secretar. Maioris in ſua reliquit poteſtate, ſecundum quod uniuſcuiuſq; merita, ac uirtus, pretereaq; Reipub. utilitas poſcent. LEX VII.

Sigiſm. Cra. 1507.

Item in Statuto Alexandri Regis: quod eſt de Cancellario: & Vicecãcellario Regni: de Prælaturis & dignitatibus uacantibus prouidendo uolumus & decernimus ut habeatur per nos & ſucceſſores noſtros debita ratio laborum & ſeruitutis eorum: in noſtro tamen arbitrio & ſucceſſorum noſtrorum reponimus, ut pro meritis & uirtute uniuſcuiuſq;, liberum ſit nobis, offerente ſe opportunitate, prout uidebitur Reipub. expedire, unumquemq; ad ſtatum & conditionem altiorem promouere. Quam moderationem etiam ad Statutum de Secretario primo ſeu maiore referimus. 2.

Sed Plebei ad maiores Eccleſias nõ recipiant: quod nõ ſufficiãt ipſas Eccleſias, & earum bona, id eſt poſſeſſiões a rapina Militũ defendere. Lex VIII.

Iohan. Albertus Petricouiæ. 1496. Idem libr. 6. capit. 1. arti. 2. de re militari.

Item quamuis per diuos olim Reges Poloniæ prædeceſſores noſtros ex antiquo fuerit conſtitutum, & aliquãto tempore inuiolabiliter obſeruatum, ut propter defenſionem Eccleſiarum, ac bonorum Eccleſiaſticorum in principalibus, uidelicet Gneſneñ. Cracouieñ. Vuladiſlauieñ. Poſnanieñ. & Ploceñ. Eccleſijs, non ſuſciperentur prout nõ ſuſcipiebantur ad dignitates, perſonatus, & officia, ac Canonicatus, & prębendas, ignobiles plebeæq; perſonæ: quæ ad defenſiones Eccleſiarum in Regno noſtro perneceſſarias, præſertim propter homines licẽtioſos, & crebras expeditiones bellicas, parum aut nihil prodeſſe poſſunt Eccleſijs: ſed duntaxat recipiendi erant Barones, Generoſi, & Nobiles, e quibus prompta & facilis Eccleſiarum defenſio eſſet: Tamen cum per diſsimulationem quandam in obſeruando Statuto & Priuilegio ueteri 100.

uilegio ueteri habitam, quam plures ignobiles ad Eccleſias prædictas his temporibus ſumerentur: Ita quod Eccleſiarum bona cernerentur omni defenſione deſtituta: ex indeq́ magna in parte uaſtata, et deſtructa eſſe, & in nonnullis locis adeo annihilata, ut non extent domus in poſſeſsionibus. Eccleſiæ habitatoribus commodæ: ignobilibus illa minime defendentibus. Simul etiam animaduertentes grauiſsima, ne dũ cleri uerum etiam Regni noſtri ac Reipub. incommoda, quæ ex reſeruatione beneficiorum uiuente poſſeſſore nuper adinuentam. Ac etiam ex penſionibus, perſonis extra Regnum noſtrum Poloniæ genitis, & habitantibus: ut quottidianis experimur effectibus euenire conſueuerunt: per quas cultus diuinus minuitur, defenſio Eccleſiaſticæ libertatis adimitur, & abſtrahitur facultas perſonis idoneis Reipub. Chriſtianæ, Regnoq́ noſtro prodeſſe uolẽtibus, Scandalaq́ exinde a clero in plebem nobis ſubiectam oriuntur. Pro tanto nos indemnitati nõ minus Reipub. quam Eccleſiarum Regni noſtri in hac parte prouidere (uti tenemur) cupientes. Statuimus ut in ſingulis Capitulis Eccleſiarum ſupraſcriptarum ad dignitates, perſonatus & officia, ac Canonicatus & præbendas recipiantur perſonæ tantũmodo Regni Poloniæ indigenæ, Nobiles ex utroq́ parente, quorum Nobilitatem ſic cõſtaret probabilem eſſe, uti in Iure Regni noſtri cõmuni Nobilitas irreprehenſibilis probari conſueuit.

Reſeruatio beneficiorum uiuẽte poſſeſſore & eo inuito prohibetur ut infra.

Penſiones prohibentur ſub uno cõtextu.

Nobilis recipiẽdus ſic probabiliter ut in Iure Regni probari cõſueuit.

Quot tamẽ Plebei, & quales ad Eccle. Cathedr. recipiẽdi ſunt. LEX IX.

Verum ne quid in ea re actum uideretur eſſe in odium Plebeorum, quorum conditio, perinde ac ut conſueuit prærogatiuis gaudet ſpecialibus in Regno noſtro. Iccirco tametſi Nobilium nati uideãtur, ęque docti & plærũq́ doctiores Plebeorum natis, non fueritq́ Capitulum quod doctos ac doctiſsimos Prelatos & Canonicos Nobiles haud cõtineret, non minus neceſsitati quam etiam honori & decori Eccleſiarũ ſufficientes, conſulereq́ ſcientes atq́ ſolitos, tamen ultra eoſdem doctores natorum Nobilium in Capitulis exiſtentiũ: Decernimus admittendos Plebei generis doctores numero & ordine infraſcriptis uidelicet quod in Eccleſijs prędictis in quibus habentur doctores aut lectores Iuris ac Theologiæ ex antiquo, ſiue etiam nouiter fundati, aut ubi habẽdi ſunt per nouam fundationem fiendam ad eos datos, unus in Theologiæ, unus in Iure Canonico & unus in Medicinæ facultatibus promoti. In eiſdem uero Eccleſijs, ubi non habentur fundati doctores prędicti decernimus non plures quam duos in Theologiæ, duos in Iuriscanonici & quintum in Medicinæ facultatibus promotos. Qui tamen non aliter ſuſcipiantur per Capitula, quam quos loci ordinarij idoneos,

Ad fundatos doctores Plebeos unus Canoniſta, unus Theologus, & unus Phiſicus recipiendi.

In Eccleſijs fundatos doctores nõ habentibus duo Theologi, duo Canoniſtæ, & unus Phiſicus recipiendi.

Qualiter doctores digni cenſeantur.

Pœna contra impetrantes in uita et cõtra penſiões habentes priuationis et confiſcationis bonorũ & bannitionis a Regno.

Doctores ſane populi, ueri aũt diſcipuli Chriſti miniſterio Eccleſiæ ſint præficiẽdi ex quocũq; tandẽ hominũ ordine illi ſint modo honeſti et idonei fiant, qui de uera et falſa doctrina: aliisq; eccleſiaſticis cauſis ad præſcriptũ uerbi Dei, factorũ Chriſti analogiam, et primitiuæ eccleſiæ exemplũ, incorrupte iudicare poſſent. Illud tantũ inter eos uideatur ne pro ueris doctoribus bullati: pro ſacræ theologiæ prædicatoribus matheologi humanorum inuentionũ aſſertores obtrudantur eccleſijs, ſanctaq; loca occupent, eo eni ſenſu gloſſatur ſuper Regulas Cancel. Ro. Pont. dicit. Quod ſtabularius papæ, in aſſequendis beneficijs præfertur doctor. doctorcello: qui nõ tam doctor, quam dolor eſſet appellandus.

dinarij idoneos, & in facultatibus ipſis doctoratu dignos approbauerint, ac ut tales cenſuerint ſub eodem numero recipiendos. Quodq; nullus ſubditorum noſtrorũ aut alias undecumq; fuerit, cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ exiſtat, ac quacũq; pręfulgeat dignitate: beneficium Eccleſiaſticum quodcumq; Regni noſtri Polonię uel per impetratam in uita poſſeſſoris reſeruationem nuperrime ad inuentam, uel ſub aliqua penſione annua, etiam ſi tale beneficium ſibi motu proprio & ex certa ſcientia daretur, aut prouideretur acceptare ſeu ſibi de eodem ſub ipſa penſione uel alias ex ceſsiõe Iuris, aut reſignatione cuiuſcumq; extraneæ perſonę, quę fortaſſe poſſeſsionem beneficij ipſius non habeat: ut ſub eo pallio penſiones ipſæ celarentur, prouideri facere, uel procurare audeat, aut præſumat; Sin autem aliquis aut aliqui Plebeorum in contrarium præſentis & antiqui Priuilegij & conſuetudinis Regni Poloniæ beneficia in Eccleſijs & Capitulis prędictis acceptare, aut ſe recipi procurare, petereq; præſumpſerint: Demum etiam ſi aliquis ſubditorum noſtrorũ, aut undecumq; fuerit, cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtens: beneficium uel beneficia Eccleſiaſtica in Regno noſtro uel per uiam reſeruationis prędictæ in uita, uel ſub penſione, ut horum meminimus, acceptauerit: .·. Et ſimiliter, ſi quiſpiã beneficia Iuriſpatronatus noſtri Regij, aut ſubditorum noſtrorũ in preiudiciũ & derogatus Iuriſpatronatus noſtri & ſubditorum eorundẽ noſtrorũ ex cauſa quacumq; impetrauerit: Statuimus, decernimus, & mandamus omni bonorum ſuorum cõmunium & priuatorum mobilium, & immobilium Secularium, ęrario ſeu fiſco uel menſæ noſtrę applicandorum priuatione, Eccleſiaſticorum uero arreſto, confiſcatione, & extra Regnũ noſtrũ bannitione, immediate puniendos. .·. Verum ne quiſpiã conſtitutiõibus & ordinatiõibus præſentibus noſtris per media aliarũ perſonarũ cõtrauenire tentaret: Statuimus et decernimus ſimili mulctæ ſubiacere, & eſſe puniendos, omnes & ſingulos Prælatos Spirituales, & Seculares, ac Capitula, Canonicos, Plebanos, Vicarios, beneficiatos quoſcumq;, & Presbyteros omnium Eccleſiarum, nec nõ Tabelliones, & Notarios Regni noſtri Poloniæ, & alias undecumq; exiſtentes, qui literas quaſcumq; ſupraſcriptis ordinationibus noſtris contrarias perſonis extraneis, ſiue indigenis, & alijs quibuſuis cuiuſcumq; ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, & quacumq; pręfulgeant dignitate, ignobilium prouiſiões, prędictas quoq; in uita reſeruationes, cum penſionibus, prouiſiones, & proceſſus deſuper fortaſſe obtentos, portarent, afferrent, & publicarent, palam aut priuatim uel qui penſiones huiuſmodi celando illas ſummariæ pecunijs redimerent, & prędictas ceſsiones, ſeu reſignationes ſuſciperent, uel acceptarent; ſeu qui monitoria, cenſuras, priuationes, & ſequeſtra,

Qui beneficia Iuris patronatus Regij uel Regnicolarum impetrant, eadẽ pœna confiſcationis & bannitiõis decernuntur eſſe puniendi. Eadem Lex infra de Iurepa.

ob non ſoluti-

ob non ſolutionem penſionum etiam motu proprio impoſitarum in ſe continentes quarumcꝫ auctoritate datis uel conceſsis, admitterent aut exequerētur, uel ea & eas admitti, exequi, proſequi, foueri, uel promoueri procurare præſumerent, uel auderent, ſeu aliquis eorum præſumeret, uel auderet: Mandantes præſentium per tenorem atcꝫ decreti præſentis publicitus promulgati uigore, conſtitutiões, ordinationes & decreta preſentia, ab omnibus Prælatis, Capitulis, & uniuerſo clero Regni noſtri Poloniȩ inconcuſſe teneri, obſeruari, eaſcꝫ in Eccleſijs publicari, ſupraſcriptis tandem earū & eorum uel originalia uel tranſumpta in Capitulis haberi ne de præmiſsis quoſpiam ignorantiam allegaret in futurum.

(:) Qui contra præſentia ſtatuta fauorē darēt aut literas contrarias illis exequerētur prælati, clerici, & tabelliones ea de ipſa pœna decernuntur puniendi.

De eodem numero Plebeorū ad Eccleſias Cathedral. ſuſcipiendorū. Lex X.

Alexan. R. 1505.

Ad Eccleſias Cathedrales in Regno noſtro non ſuſcipiantur in Epi-
116 ſcopos, Prælatos, & Canonicos, niſi Nobiles ex utrocꝫ parente, & more Nobilium educati: utcꝫ Plebeorum certus ſit numerus circa eaſdē Eccleſias. Et qui ex eis ad Epiſcopatus & Prælaturas euecti ſunt, qui non eſſent ex utrocꝫ parente progeniti, & edutati more Nobilium, ad altiora non aſcendant, ſub pœna perpetui exilij, & confiſcationis bonorum, parentum & conſanguineorū eorum qui niterentur uenire, contra huiuſmodi ordinationem ſub prætextu auctoritatis cuiuſcūcꝫ Qua propter preſens & infraſcriptum Statutum ſuper hoc publicitus editum, noſtris præſentibus, & alijs per nos approbatis prædeceſſorum noſtrorum ſtatutis, ac Priuilegijs perpetuis, aſcribimus huiuſmodi ſub tenore.

Ad Eccleſias Cathedrales ex utroq; parente more Nobilium educati recipiendi.

Pœna exilij adſcripta Plebeis cōtra ſtatutum aſcendentibus.

Simile Statutū Eccleſiarū, ſeu de Plebeis ad vota Sereniſs. Principis Dominæ Elizabeth Dei gratia Reginæ Poloniæ Genitricis noſtræ ſancitū: continens, qui, & qualiter ad Epiſcopatus & dignitates Eccleſiarum recipiendi, ac qualiter Nobilitas talium probetur in futurum. LEX XI.

Alex. Rad. 1505.

Volentes tempore noſtri fœlicis regiminis obuiare tempeſtiue peri-
117 culis diſſenſionum & ſeditionum inteſtinarum, quæ omni externo bello ſunt grauiores quarum diſſenſionum non nulla iudicia iam pullulant, ex eo quod dignitates & loca Eccleſiarum noſtri Regni Cathedralium inferioris ſtatus homines ſæpe per ambitionem querere conſueuerunt: cum periculo manifeſto earundem Eccleſiarū, & dignitatum, & cum præiudicio noſtræ Nobilitatis: quæ ab antiquis temporibus laborum & uirtutum ſuarum officio eiſdem dignitatibus Eccleſiaſti-

Rationes ſcribuntur permouentes ad decernend[u]m id quod de Plebeis eſt ſancitū.

cis ſemper præficiebatur. Tum quod eadem Nobilitas ſuis proprijs ceruicibus a caſibus bellicis Regnum ipſum defendere conſueuit, & aſtricta eſt: tum etiam eidem Eccleſiæ propter genus & aſsiſtentiã ſuiipſius inuicem ſub pace & defenſione debita exiſtebant: quod eſſe nequaquam poſſet, ſi per eos regerentur, qui eadem aſsiſtentia & cæteris adminiculis protegendi ipſas carent. Proinde de communi omnium Conſiliariorum noſtrorum conſilio & aſſenſu, atq; eiuſdem uniuerſæ Nobilitatis expoſtulatione, hoc præſenti Statuto & decreto perpetuis temporibus duraturo ſanximus, conſtituimus, & irreuocabiliter decreuimus, ut de cætero ad Cathedrales Eccleſias in Epiſcopos, in eiſdẽ Eccleſijs in Prælatos: In collegiatis uero Eccleſijs ad principales dignitates homines tantummodo de corpore eiuſdem Nobilitatis poſsint promoueri: Inhibentes ſtrictiſsime ſub pœna perpetui exilij, & confiſcationis bonorum omnium, cui pœnę tam eos qui præſenti conſtitutioni quoquomodo, uel aliquo colore aliquando audent contrauenire ambiendo ubiuis locorum ſupraſcriptas dignitates, uel etiam oblatas acceptando: quam eorum parentes, propinquos, ac promotores, adiutoresq; claudeſtinos, ac etiam manifeſtos ſubiacere uolumus. Ita ut cũ primum huic decreto aliquis quocunq; titulo inſignitus, non exiſtens Nobilis, inuentus fuerit contraueniſſe, ipſo facto prędictæ pœnæ ſit ſubiectus cum eiſdem parentibus & propinquis ſuis. In Canonicalibus uero earundem Cathedralium Eccleſiarum per aliosq; Nobiles obtinendis ſeruari uolumus Priuilegium & decretum alias per prædeceſſores noſtros ęditum: Adijcientes hoc etiam ne quiſquam cuiuſcunq; generis uel conditionis exiſtat, audeat beneficium quodcunq; noſtri Iurispatronatus quoquomodo impetrare, uel oblatum a quouis ſuſcipere ſine noſtro conſenſu ſub incurſu pręfatæ pœnæ exilij & cõfiſcationis ſuorum bonorum, & parentum, ac propinquorum eius. Et quoniam quęſtio incidere de genere Nobilitatis quod diuerſo modo a quibuſdam interpretari ſolet, declaramus quantum ad præſens Statutum attinet eum tantummodo uocari Nobilem & capacem dictarum dignitatum & beneficiorum. Cuius uterq; parens Nobilis & ex familia Nobili ſit progenitus: Et quod tam ipſe quam parentes eius habitarunt & habitant in ſuis poſſeſsionibus, Caſtris, Oppidis uel Villis, iuxta morem patriæ & conſuetudinem Nobilitatis, uiuentes legibus, & Iuribus Regni noſtri Nobiliũ. In quo genere Nobilitatis eos quoq; Nobiles appellandos cenſemus, qui licet matre populari, patre tamen Nobili ſunt procreati quorum tamen parentes & ipſemet uiuant, & uixerint, ad inſtar aliorũ Nobilium in Regno ut ſupra: & non exercuerint uel exerceant eas artes & actiones, quas communiter Ciues & qui in Ciuitatibus morantur exercere ſolẽt, per contrariũ enim uſum Nobilitas ipſa in popularem & Plebeam conditionẽ tranſire ſolet.

In Epiſcopos ac in Cathedralibus in dignitarios, in collegiatis in primos poſt Põtificalẽ homines tantummodo de corpore Regni aſſumendi, ſub pœna exilij & confiſcationis.

Faciens cõtra ſtatutũ nec nõ eorum promotores, parentes, propinqui, adiutores publici & claudeſtini pœna eadem puniẽdi

Quod ad Canonicatus acceptandos priuilegium prædeceſſorum approbatur.

Impetrantes beneficia iuriſpatronatus Regij pœnæ ſupraſcriptæ ſubijciantur.

Nobilis ad beneficia habilis decernitur: cuius uterq; parens Nobilis ex familia Nobili genitus iuxta morem patriæ inter Nobiles uiuens.

Nobiles et habiles ad beneficia cenſendi etiam ex ſolo patre nobili et matre plebea, dummodo uiuant ad inſtar nobilium abſq; exercitio artificiorũ nobilitatẽ infamantiũ

De eodem

De eodẽ Sig. Aug. Petr. 1550. Lex xij.

Quando quidem in ordine Militari multum ſitum eſt Regno: uidetur nobis res eſſe competens & conueniens, ut ſpecialibus Priuilegijs ac prærogatiuis communiatur: Et quia hoc eſt Statutis anteceſſorum prouiſum, ut homines Plebei ordinis ad Primarias ſeu Cathedrales Eccleſias ne dentur, ſed tantum homines ex genere, alias ordine Nobilitatis, gentis Polonicæ. Quocirca mandabimus Capitulis ut ne illos inter ſe ſupra præſcriptum numerum ſuſcipiant.

Sig. quoq; cõfirmat priores leges cõtra Plebeios & Romaniſ. æditas. Lex xiij.

14. Ad tollendas murmurationes uniuerſæ Nobilitatis quæ plerumq; fiunt propter Plebeos, qui exquiſitis conatibus ſe ad Eccleſias Cathedrales recipi procurant: Decernimus Statuta quæ contra Plebeos & Cortiſanos a prædeceſſoribus noſtris ſancita ſunt, in ſuo robore obſeruanda: decernimuſq; & uolumus, ut eadẽ debitę exequutioni, quotiens oportunum fuerit, etiam per Officiales noſtros demandentur, ſub pœnis in Officiales inſtitutis. *ſigiſm. Crac. 1510.*

Quia Eccleſ. ſunt dotatæ propter cultũ Dei augen. & doctos viros fouẽ. Cortiſani, pẽſionarij, reſeruatores, & alij prædones gregis domini, puniã. Lex xiiij.

ſigiſm. Crac. 1532.

Cum magna pars Reipub. noſtræ in ordine & ſtatu Eccleſiaſtico cõſiſtat, Eccleſiæq; Regni noſtri per anteceſſores noſtros ſint ampliter dotatæ, cum ad diuinum cultum peragendum & manutenendum, tũ etiam ad uiros literatos & idoneos maxime uero Nobiles promoueñ. quorum pauci eſſent quibus uel animus uel facultas adeſſet literis incumbendi, & alia ſtudia, per quę emergitur ſectandi: niſi bona Eccleſiaſtica non ſolum facultatem uiuendi, ſed etiam opem multis ſe & ſuos ſubleuandi preſtarent. Vnde Nobilitas Regni quæ potiſsima eſt ipſius Regni portio, & cuius domus ac familiæ partim multiplicatiõe prolis, partim etiam alijs euentibus, plærũq; extenuari ſolent, præcipuum habeat ſtatus & prouectionis ſuæ ſubſidium & adiumentũ: ac cum ſucceſſu temporis multi indigni homines uarijs artibus, & præſertim Romanis impetrationibus, ſeſe ad Sacerdotia ingererent, ac illa uiris dignis & idoneis Iurapatronatus præriperent: Anteceſſores noſtri multiplicibus Statutis & pœnis grauiſsimis collationes ſuas &

ſubditorum ſuorum Secularium aſſeruerunt ac defenderunt. Sed cũ ordinarij Regni noſtri qui & magis debent ſtatui & dignitati Eccleſiaſticæ proſpicere, & melius ſciũt perſonas Spirituales Eccleſiæ & Reipub. idoneas eligere, hactenus nihil haberent præſidij, quo ſuas collationes & prouiſiones ſaltem in menſibus ſuis aduerſus Romanas multiplices reſeruationes, acceſſus, regreſſus, & coadiutorias, aliaq; id genus impedimenta tueri poſſent, unde lites & expilationes multarũ facultatum ſequebantur. Nos inter alia quæ toto tempore fœlicis noſtri regiminis in Regno noſtro reficienda curauimus, hanc indignitatem & incommodum tam Eccleſiarum quã etiam Reipu. conſiderañ. magna cura egimus apud Sanctiſs. in Chriſto patrem & Dñm Clemẽtem ſeptimum ſanctæ Romanæ ac uniuerſalis Eccleſiæ ſummũ Pontificem, ut quod nõnulla alia Regna & Prouinciæ pro magno & ſingulari haberent Priuilegio, ac diligentiſsime obſeruarent, eius ſanctitas nobis & Regno noſtro cum de ſede Apoſtolica, tum etiam de uniuerſa re Chriſtiana benemerito concedere dignaretur: ut uidelicet ordinarij, aliæq; perſonæ Eccleſiaſticæ perpetuis deinceps temporibus haberent uiciſsim cum ipſa ſede Apoſtolica ſex menſes liberos, in quibus nullæ qualeſcumq; reſeruationes, nulli acceſſus, regreſſus, ac coadiutoriæ, aliaq; impedimenta ex Curia Romana prouiſionibus & collationibus ipſorum obſiſtere aut illas impedire poſſent. Quod tandem Priuilegium de gratia ac benignitate eius ſanctitatis obtinuimus ampliſsimis quidem rationibus & clauſulis roboratum prout ex tenore ipſius clarius conſtat. Cuius exẽpla ad omnes Eccleſias Cathedrales ſub Sigillo noſtro tranſmiſimus. Quia tamẽ tanta eſt multorũ hominũ temeritas, tanta rerum et temporũ uarietas, ut nihil tã ſolidi obtueri ac ordinari poſsit, quod non turbetur & labefiat in poſterum, niſi ui & poteſtate Principum defendatur ac manuteneantur. De conſilio & conſenſu unanimi omnium tam Conſiliariorũ quam etiam Nunciorum Terrarũ Regni Statuimus & decernimus perpetuis temporibus obſeruandum quod quicũq; aduerſus Priuilegium hoc tam ſalubre, & tanto labore, & cura noſtra obtentum, per derogationes aut quoſcumq; alios modos quicquam cõmitere, per ſe, uel ſummiſſas perſonas, aut quouis alio prætextu ſeu colore, illud in parte, uel in toto infringendo, uel contra illud aliquid tentãdo auſu temerario præſumpſerit, uel contra illius diſpoſitionem beneficium quodcũq; Eccleſiaſticum acceptauerit, uel acceptare uoluerit, uel penſionem quamcumq; ſeu aliquam quod tam ex prouentibus beneficij per eum impetrati uel acceptati ſibi reſeruari procurauerit, cuiuſcumq; ſtatus, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtat: pœnis in Statutis Sereniſs. Iohannis Alberti & Alexandri Regum Poloniæ germanorum & anteceſſorum noſtrorũ contra Plebeos ad maiores Eccleſias ſe recipi procurãtes, & alios

Sex menſes locis ordinariorum liberi.

tes,& alios impetratores Cortiſanos æditis ſubiaceat ipſo facto: quippe omnium bonorum ſuorum communium & priuatorum mobiliũ & immobilium Sęcularium ęrario ſeu fiſco & menſæ noſtræ applicãdorum priuatione: Eccleſiaſticorum uero areſto, & confiſcatione: & præterea extra Regnum & dominia noſtra bannitione & proſcriptione puniendus. Ne autem extraneis perſonis contra hoc Priuilegium aliquid tentandi uia pateat ſi per ſubmiſſas perſonas illi contra ueniendi facultas relinquitur: Statuimus & decernimus ſimili pœnæ & mulctæ ſubiacere, & eo modo eſſe puniendos omnes & ſingulos Prælatos Spirituales, & Sęculares, ac Capitula, tam Sęcularia, quam regularia: Abbates, Canonicos, Plebanos, Vicarios, Beneficiatos, & quoſcumq; Presbyteros omnium Eccleſiarum. Nec non Tabelliones Notarios. & quaſuis alias Eccleſiaſticas & Sęculares perſonas Regni noſtri, & alias undecumq; exiſtentes. qui literas quaſcumq; ſupraſcripto Priuilegio Regni noſtri & præſenti ordinationi contrarias perſonas, externis ſiue indigenis, & alijs quibuſcumq; cuiuſcũq; gradus, conditionis & præeminentię exiſtant, & quacumq; prefulgeant dignitate, aliquas prouiſiones in uita, reſeruationes, cum penſionibus, ſurrogationes, & quoſcumq; proceſſus de ſuper obtentos in ſe continẽ. portarent, afferrent, & publicarent, palam & priuatim: aut qui penſiones huiuſmodi, celañ. illas ſummarie pecunijs redimerent, & ceſsiones, uel reſignationes beneficiorum, ſeu Iuris ad illa competentis ſuſciperent, uel acceptarent, ſeu qui monitaria, cenſuras, procurationes, & ſequeſtra, contra prouiſiones ordinariorum ob non ſolutionem penſionum etiam motu proprio reſeruatarum, in ſe continẽ. quacumq; auctoritate data admitterent, aut exequi præſumerent, uel talium fautores, executores, procuratores, aut quoſuis ſollicitatores promouere, fouere uel illis auxilium uel opem aliquam prębere auderent, uel talia fieri promouerent pœnis ſupra expreſsis ſubiaceant per locorum Capitaneos, ſub pœnis in negligentes Capitaneos conditis, contra tales temerarios tranſgreſſores irremiſsibiliter exequẽ. Datum in Conuentione generali Cracouieñ. die ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani Martiris. Anno 1532. Regni noſtri. 25.

Tertio Rex Sigiſm. cõtra Plebeios & Cortiſanos ſtatuit, quos etiam ex vrbe

Romana ad Sacerdotia, quæ tantopere uenantur ſub pœna proſcriptionis & infamię reuocat. LEX XV. Petricouia 1538.

Statuta de numero Plebeorum ad Eccleſias Cathedrales recipiendorum & de penſionibus ſubmouendis, ac de pœna contra Cortiſanos ędita, quotiens opus fuerit, exequemur & exequutioni debitæ demandari faciemus.

Cortiſanus poteſt in termino cedere liti. LEX XVI.

Idem ſigiſmundus Petricouiæ. 1538. Quod ſi aliquis contra diſpoſitionem Statutorum aliquid Iure Cortiſanico obtineret, proſcriptus ſeu bannitus ſit ipſo facto, & bona ipſius iuxta Statuta confiſcentur. Si uero metu pœnæ præfatæ cedit liti, Iuri, & cauſæ, nihilominus ad ſolutionem damnorum & impenſarū ei, contra quem Iure Cortiſanico egit, teneatur, & ſit adſtrictus: Damnum uero & expenſæ iuramento petentis probabuntur.

Cortiſani ſub pœna exilij ad Sacerdotia redeant. LEX XVII.

ſigiſm. Petr. 1538. Cæterum quia aliqui ex ſubditis noſtris iam a multis annis Romæ agunt, & in Regno noſtro non pauca Sacerdotia, curam etiam animarum habentia poſſident eaq; plurimum negligunt, & alios hic in Regno manentes quieti & diuinis obſequijs deditos, citationibus ad Romanam Curiam euocant, litibus inuoluunt, & uarie diuexant. Quorum licentia & libido non leuem in animis ſubditorum noſtrorum perturbationem excitauit. Ideo petitionibus Nunciorum Terrarum, & clamoribus aliorum ſubditorum noſtrorum permoti & pene coacti, Statuimus omnes huiuſmodi Cortiſanos ex urbe Romana ad Regnum noſtrum, & ad Sacerdotia quæ obtinent reuocandos eſſe, & ubi reuocati per nos infra præfinitum tempus non redierint, proſcripti & infames cenſeantur. Neq; illis reditus pateat deinceps ad patriam.

Iidem Cortiſani ſecundū ſtatutū anni 1538. ad Sacerdotia ſua reuocātur infra temp⁹ ſemeſtre ſub ammiſſione ipſorum ac proſcriptione. Lex XVIII.

ſigiſm. Cra. 1540. Ad petitionem frequentem ſubditorum noſtrorum querimonijs ipſorum pulſati quomodo nonnulli ſubditi Regni noſtri Eccleſiaſtici ordinis in Curia Romana agentes, ne dum ipſos fratres, filios, ſeruitores eorum, ſed etiam ſeruitoribus noſtris non parceñ. plæriſq; moleſtijs, & turbationibus, expenſis, & fatigijs inanibus afficiunt, præter Ius & æquitatem illos moleſtando: idq; potiſsimum fieri hac ratione: quia conſtitutiones Regni noſtri iampridem contra illos edite ad exequutionem debitam non deducerentur, & propterea petijſſent a nobis iterum uniuerſi ordines Regni noſtri ut Conſtitutiones Conuentus

Pyotrkouieñ.

Pyotrkouieñ. Anni 1538. de reuocandis ijſdem Cortiſanis exequutioni debitæ demandaremus, quod nos iuſtum & ęquum eſſe cenſemus nollemusq́ querelas ſubditorum noſtrorum ulterius ſuſtinere, eosq́ per inſolentias Cortiſanorum de cætero moleſtari, ipſosq́ Cortiſanos ad indignitatem noſtram & nationis Poloniæ ignominiam in Curia Romana huiuſmodi malis artibus incumbere de unanimi conſilio & aſſenſu uniuerſorum Conſiliariorũ & Nunciorum Terrarum Regni noſtri decreuimus & ſtatuimus ut ijſdem ipſi Cortiſani ſubditi noſtri in Regno & dominijs noſtris Sacerdotia obtineñ. qui ſubditis & ſeruitoribus noſtris temere moleſtias inferunt, illosq́ moleſtant, ad impenſas & ſumptus inanes deducunt, & Iura Regni noſtri, Priuilegia ſedis Apoſtolicæ nobis & Regno noſtro conceſſa, per nos iam iam reuocentur patentibus literis noſtris ad Eccleſias illorum mitteñ. ut infra tempus ſex menſium a tempore oblatarum in Eccleſijs literarum noſtrarum computañ. ad Regna & dominia noſtra Sacerdotiaq́ ſua redeant, iuxta conſtitutionem Pyotrkouieñ. præfatam. Et niſi redierint intra tempus prædictum eadem Conſtitutione Pyotrkouieñ. cõtra illos extendatur, & exequatur per locorum Capitaneos, quodq́ & Sacerdotia illorum diſtribuantur. & damna paſsis ex illis ſatisfactio impendatur, iuxta eam ipſam Conſtitutionẽ. Præterea de Regno banniantur, liceatq́ nobis & ſubditis noſtris ad illa Sacerdotia alios præſentare: Ordinarij uero huiuſmodi pręſentatos inſtituere teneantur. Nihilominus tamen nos, uel Capitanei noſtri iuxta Conſtitutionem Pyotrkouieñ. fructus huiuſmodi Sacerdotiorũ ſtatim poſt lapſum fatale reditus apprehendant, & illos percipiant, de illisq́ damna paſsis ſatisfaciant. & illos non dimittant, niſi alij ad ea præſententur, & inſtituantur. Per hanc autem Conſtitutionẽ noſtram nolumus pręcludere uiam probis ſubditis noſtris, qui cauſa ſtudij, uel negociorũ honeſtorum curandorum gratia ad Curiam Romanam ſe contulerint. Cum in arbitrio noſtro conſiſtat, qui reuocandi illinc fuerint, iuxta uniuſcuiuſque conſeruationem.

Roma malarum artium officina.

Vt nauis Naucleri, ita ouile præſentia paſtoris eget.

O ſi Annatæ ſimilibus pœnis ad Roma. Curiam efferri prohiberentur, tanta iactura pecuniæ, eſtimationis & animarum liberaremur.

ARTICVLVS II.

De Iurepatronatus REGIS & Regnicolarum.

Qui Sacerdotia Iuriſpa. Regij vel Regnicolar. impetrat, bona eius cõfiſcentur, & ipſe proſcribatur. LEX I.

Alber Petri. 1496.

30] Si quiſpiam beneficia Iuriſpatronatus noſtri Regij aut ſubditorum noſtrorum in præiudicium & derogationem Iuriſpatronatus noſtri, & ſubditorum eorundem noſtrorum, ex cauſa quacumq́ impetrauerit, Statui-

Idem ſupra Lege de numero Plebeorũ ad Eccleſ. Cathedr. ſuſcipiendorũ. Inibiq; pœ

na cōtra eos qui literas eiuſmodi exequerentur, & multa ibidem ad hunc articulum pertinentia.

rit. Statuimus, decernimus, & mandamus, omni bonorū ſuorum cōmunium & priuatorum mobilium & immobilium Secularium erario ſeu fiſco uel menſæ noſtræ applicandorum priuatione, Eccleſiaſticorum uero arreſto, confiſcatione, & extra Regnum noſtrum bannitione, immediate puniendos.

De eodem. LEX II.

Alexan. R. 1505.

Ne quiſquam cuiuſcumq; generis, uel conditionis exiſtat, audeat beneficium quodcumq; noſtri Iuriſpatronatus quoquomodo impetrare uel oblatum a quouis ſuſcipere ſine noſtro conſenſu, ſub incurſu præfatæ pœnæ exilij, & confiſcationis ſuorum bonorum, & parentum ac propinquorum eius. 117

Iidē Iuriumpa. impetratores in bonis ſuis, & amicorū ſuorū puniūt. Lex iij.

Alexan. R. 1505.

Fit nonnunquam quod Cortiſani & Curſores Romani beneficia per Terrigenas de bonis eorum ad conſolationem amicorum uiuentiū & mortuorum fundata impetrant: Sicq; non mediocribus iacturis pauperem Nobilitatem pro ſui defenſione Iuris impendentem afficere cōſueuerunt. Quapropter decernimus quod impetrantes beneficia apud ſedem Apoſtolicā Iuriſpatronatus noſtri, & dominorum, Nobiliūq; Secularium noſtri Regni, puniantur in perſona, & in bonis: Similiter amici, & conſanguinei impetrantium eorundem. 118

Iuſpatron. niſi expreſſe literis Regijs alicui inſcribitur Iuri Regio reſeruatum eſſe intelligitur. LEX IIII.

Sigiſm. Crac. 1510. repetetur lib. 2. cap. 1. artic. 4 de redimēdis bonis Regalibus.

Vbi ſpecialis mentio in Priuilegio uel Inſcriptione de Iurepatronatus facta non eſt, Iuri Regio reſeruatum eſſe cognoſcitur. 15

Iurapatro. a Spiritualib9 in certas perſonas obtenta caſſantur. LEX V.

Sigiſmundus Auguſtus Petric. 1550.

Iurapatronatus, quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent, deſtruximus & caſſauimus, ſic quod nullā uim habere debeant.

DE CVRTISANIS COMMENTARIVS.

Quantam calamitatem omnibus Regnis Romano Pontifici addictis Curtiſani eius dederint, facile ex omnium Gentium grauaminibus & querelis apparet, vt enim de animarum iactura ineſtimabili taceamus, reuera iſti præbendarum accipitres, aut verius auri & argenti Harpye, vel ſeruuli Giezi, dum ſuo vētri ſtudent, nū-

tri ſtudent, nundinationũ virus,plauſtraque abominationum in Eccleſiam Dei infundunt,idque diſpenſationibus, vnionibus, penſionibus,regreſsibus,coadiutoriis,aliiſque artibus mercatorum Babilonis. Quibus cum ſatis opum corradunt, in conductum Sacerdotum turbam animarum reiiciunt ſollicitudinem, ipſi autem vel aulicis negociis ſeſe mancipant,vel prouentibus decoquendis ſtudent,miniſterium Eccleſiæ ne digito quidem attingentes:Tantum videlicet veneni hauſit Eccleſia ex opulentia. Inde factum eſſe credimus,quod & Euangeliſtæ retium ab Apoſtolis relictorum celebrem faciant mentionem, & Chriſtus tanta diligentia Petri amorem erga ſe terna interrogatione elicuit, vt ſi ſe amaret,paſceret oues eius: ſciebat enim & Piſcatores vrbium pro Piſcatoribus hominum, & lupos pro Paſtoribus olim ſubintraturos, qui pro miniſtris dominos ſe facerent,& oues deglutere pro paſtione debebant. Et vt ait Petrus per auariciam factitus ſermonibus de animabus hominum mercari: quibus Iudicium iã olim non tardat: neque perditio illorum dormitat, quorum etiam vnus Baal videlicet dementiam Aſina humana voce loquuta redarguit, ne mercedem iniquitatis ex maledictione improbus Vates ſperaret. Recte itaque noſtri Legiſlatores,damnis,vinculis, publicatione bonorum,ac exilio iſtos ipſos Sacrilegos obedientiæ filios plectendos eſſe cenſuerunt, vt ſcilicet eos pœna Magiſtratus Secularis terreat,quos diuinæ vindictæ tarditas inuitabat ad peccandum.

ARTICVLVS III & IIII.

De Honorandis Archiepiſcopis, ac vitæ illorum, Paſtorumque Eccleſiæ tutela, ac cæde.

PRAEFATIO.

Si alter alterum honore præuenire iubemur, certe Paſtores Eccleſiæ multo magis honorare debemus: Etenim ipſi annunciatione Euangelii parentes ſunt animarum noſtrarum, Legationeque pro Deo funguntur in mundo: vt Paulus merito duplici honore dignos eſſe iudicet. QVI BENE PRAESINT IN VERBO: ſicut econtrario Malachias contemptibiles dicit fuiſſe factos Sacerdotes,quia receſſerant a Lege Dei viui, & ſecuti fuerant ſomnia capitis ſui. SI AVTEM IPSI SACERDOTES honorandi ſunt multo magis ſecuritas vitæ præſtetur eiſdem: vel ob hoc,quod Regnum illorum non ſit ex hoc mundo, gladioque,miniſtris,ac omni vi corporali exarmati ſint, & inſontes: ob eamque rem publica ſolum auctoritate & tutela moniri. Verum enimuero quamquã Deus poſt cædem Abelis non ſolum Caino, verumetiam Terræ maledixerit: Dauidque ſanctuarium pollutum fuiſſe a gentibus queratur: Nihilominus inſolens genus vindictæ eſſe putamus,ſi ab Eccleſiæ ingreſſu, & ſacrorum vſu omnibus interdicatur, hoc eſt, vt pius cũ impio perdatur, cum Sacerdos ob quamcumque cauſam occideretur, captiuaretur, vulneraretur, aut detineretur. Tantum enim reus ſceleris eſt plectendus, non omnibus templi ingreſſu, ac poſtremo cultu Dei ipſius, auditioneue verbi Dei & aliis ſacris,interdicendum: alioqui talibus dicit Chriſtus: Ve vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,qui clauditis Regnum cœlorũ ante homines, & neque vos intratis in illud, neque intrare volentes permittitis. Præterea politico Magiſtratui tradendus eſſe videtur homicida non Epiſcopo: qui non eſt rerum Iudex conſtitutus, multoque minus eidem licet occidere quemquam, aut proſcribere, honoreue priuare: quod hæc politicæ ſunt poteſtatis. Epiſcopus autẽ tantum ſcelera in præfractis excommunicatione vindicat,vt peccatoribus conuerſis veniam in Chriſto repoſitam predicat,etiam his qui huius vel illius criminis nomine a Magiſtratu fuerint damnati. Et vt hic taceatur, quod Chriſtus & Apoſtoli iuberant Magiſtratibus, quatenus prædicationem verbi Dei non impediebant: Illud hic non eſt prætereundum ſilentio,quod Paulus apud Corint.

Honorandi ſunt Paſtores.

Ac defendendi.

Si cæderetur ſacerdos quæ æquitas ſit ſequenda.

1. Corinthio. 5.

ſtupri reum iubet tradi Sathanæ ad interitum carnis quo Spiritus ſaluus fiat in
2. Corinthio. 2. die Domini Ieſu: Nihilominus poſtea de eodem ſcribit: ſufficit iſtiuſmodi homini increpatio hæc quæ facta eſt a pluribus, adeo vt ediuerſo magis condonare debeatis, & conſolari, ne quomodo fiat, vt immodico dolore abſorbeatur huiuſmodi. Quapropter obſecro vos, efficite, vt in illum valeat charitas. Nam & in hoc ſcripſeram, vt cognoſcerem probationem veſtri, an ad omnia obedientes ſitis. Ita ſcilicet Paulus ſeueritatem debitæ pœnæ, clementia Apoſtolo digna temperat: & ne peccator ſceleris veniam deſperet, omnibus modis cauet, vt merito etiam nos huius conſtitutionis emēdationem ad canonem Sacræ ſcripturæ deſideremus. Male enim ſe res habet ſi ipſi artifices religionis a ſuæ artis primis principiis diſſentiant, & pro Paſtoribus percuſſores, proque ſeruis Chriſti mitibus, incipiant eſſe Domini feroces.

Qui coram Archiepiſcopo turpia verba profert. LEX I.

Kazim. Viſli. 1368. Si quis turpia uerba coram Do. Archiepiſcopo protulerit, pœnam eidem D. Archiepiſcopo L. alias pyathnadzyeſta perſoluat. 39.

Si quis aliquem coram eodem vulnerat, vel gladium vibrat. LEX II.

Kazim. Viſl. 1368. Si quis uero coram D. Archiepiſcopo gladium uel cultellum extraxerit, ſiue aliquem uulnerauerit ſiue non: pœna ſyedmadzyeſta puniatur eidem D. Archiepiſcopo applicanda. 39.

Si Sacerdos occidatur, capiatur, vulneret, aut detineat, Iaroſſ. Arch. cōſtituit

Iaroſla. Gneſ. Archi. Præterea ubi Clericus ordinatus, uel Presbyter eſſet occiſus, captus, uulneratus, uel detentus: illius loci Eccleſia, uel Eccleſiæ ſi fuerint plures, a Iure ſint interdictæ. Et ideo in eiſdem diuinum officium non debet celebrari, quouſqꝫ malefactor Dn̄o Epiſcopo tradatur: Qui ſi cōprehendi non poterit, tunc habitatores eiuſdem loci præſtabunt iuramentum, quod malefactorem deprehendere non potuerunt, nec occaſionem effugiendi dederunt. Ex tunc Ordinarius tollet interdictum a Iure ſtatutum. Et nihilominus malefactor ſit proſcriptus, & per quē cūqꝫ rapi poterit, dn̄o Ordinario tradatur, & omnino excōmunicetur. 54.

De eodē Bodzāta Epiſ. Crac. ſimiliter.

1369. de eodē in conſtitutione Bonifa. Papæ ponitur infra & idem in Iohann. Bulla ponetur infra de libertate Eccleſiaſtica art. proxime ſequenti

Præterea ubi Clericus ordinatus uel Presbyter eſſet occiſus, uulneratus, captus, uel detentus: illius loci Eccleſia uel Eccleſiæ ſi ſint plures a Iure ſint interdictæ: Et ideo in eis diuinum officium non celebretur, quouſqꝫ malefactor Dn̄o Epiſcopo tradatur. Qui ſi deprehendi non poterit tunc habitatores illius loci præſtabunt iuramentum, quod malefactorem detinere nequiuerunt, nec occaſionem aufugiendi dederūt. 57.

Demum Ordi-

Demum Ordinarius tollet interdictum a Iure ſtatutum, cum tamen nihilominus malefactor ſit proſcriptus, & per quemcumq; rapi potuerit, domino Ordinario ipſemet tradatur, & excommunicetur.

De homicidijs enim & vulneribꝰ Spiritualib. ac violentijs templorum Iudex Spiritualis cognoſcit. LEX III.

ſigiſm. crac. 1543.

Eadẽ lex infra art. 8 de cauſis fori ſpiritualis, de ſacerdotibus aũt in tabernis percuſſis infra cap. 17. ar. 3 de Kmeton. eſt mẽtio.

Ad Iudicium Spiritualium pertinet iudicare pro Spiritualium homicidijs, & pro uulneribus ad miniſterium Eccleſiæ ordinatorum: nec non pro uiolentijs, quæ templis, templorumq; miniſterio perſonis deſtinatis inferrentur: exceptis illis templorum ſeu Eccleſiarum miniſtris, qui Eccleſiarum miniſtri atq; acolyti eſſent, & uxores poſtea ducerent: Nec non illis, qui exiſtentes miniſtri Eccleſiæ, non tamẽ Sacerdotes, ipſimet in tabernis lites quærerent, & nomine harum litium cõuicti eſſent: ij ad Iudicium Spirituale pertinere non debent.

Hæc lex, ut aliæ iſtiuſmõi, uniꝯ etiam uxoris maritus ad altare nõ admittit: ut me quoq; a miniſterio Cra. et Moſciſcẽ. eccleſ. excluſerit maritũ, quæ ut alios multos, cœlibẽ proh dolor, tolerabat mœchũ. Cũ omnes fere Patriarchæ, Prophetæ Apoſt. et puri oris Eccl. Epiſ. paſtores, ac diaco. fuerint irreprehẽſibiles, ac ſine crimine, quod uidelicet unius uxoris inculpati uiri exiſtentes facilius cæteras uirtutes, quas uult Paulus ineſſe Epiſ. citra omnem incõtinentiæ, aut concubinatus notam conſequebantur.

ARVICVLVS V.

De Libertate Eccleſiarum CHRISTI, Spiritualium, eorumque ſubditorum, ac poſſeſsionum.

PRAEFATIO.

.:. Libertas propria Eccleſiæ Chriſti, Spiritualis eſt illa nimirum ſpiritus noſtri perſuaſio certiſsima, qua nos credimus a maledicto Legis, ira diuina, morte æterna, ac pœnis inferni per Chriſtum mediatorem liberatos, fideque in eius promiſsiones iuſtificatos, adeoque cooptatos in filios Dei, & heredes Regni cœleſtis. Chriſtus enim factus eſt pro nobis homo, peccatum, maledictum, iræ Dei ac morti obnoxius, vt etiam ad inferna deſcenderit, quo iram Dei aduerſus peccata noſtra placaret, mortem morte ſolueret, noſque a Sathanæ dominio redimeret, vt iam liberi a peccato & morte, ſerui ſimus iuſticiæ ac vitæ, agenteſque gratias Deo, fructificemus opera bona ad quæ creati ſumus, quoad per fidem, & in bonis operibus pacientiam coronam vitæ ęternæ, & gloriam filiorum Dei immortalem adipiſcamur. De qua quidem libertate Prophetæ & Apoſtoli cõcionantur. .:. Verũ Conſtitutiones Regni noſtri agunt de Ciuili Eccleſiarum, ſeu templorum, & Sacerdotum Libertate: quæ eſt facultas agendi, quod quiſque velit, Iure tamen. Quæ quidem Libertas omnino debet illis præſtari integra. Ne ſcilicet domus Dei humanis ſubſint ſeruitutibus, vel miniſterium Euãgelii Sacerdotum curæ commiſſum hęreat, ac vi turbetur. Sacerdotes enim omnium miniſtri, ac ſalutis procuratores ſunt, quam ob cauſam pii Principes il orũ ordinem, primarium in Repub. ſemper eſſe voluerunt, a ſeruitutibuſque & tributis vna cum illorum fundis fecere exemptos. Qua in re tamen prouidendum eſt, ne ipſi Sacerdotes functione ſua & libertate abutantur, hoc eſt, ne clauibus ſuis tantum ad liganda vel ſoluenda peccata conceſsis, ad alienos fundos, & quid uis faciendum oſtium ſibi aperiant: famemque VERBI DEI refundãt pro ſaturitate panis: vt enim hoc taceamus, quod inter alias complures ſeruitutes populo impoſitas, ſtupris, adulteriis, ac fornicationibus, oppida & villas Regni municipum, prætextu iſtius Eccleſiaſticæ Libertatis, impune polluerint: certe hoc taceri nequit, quod neglecta, vel adulterata Sacrarum ſcripturarum

.:. Libertas ſpiritualis Eccleſiæ quæ eſt.

.:. Libertas politica ſpiritualibus eſt manutenenda.

Prouidẽdum ne Spir. pro libertate corporali ſeruitutem animę iniſciant: & clauibus ſuis ad alienos fundos oſtiũ ſibi aperiant.

veritate æterna, non raro aniles fabulas miſero vulgo, ex Biga, Goſcaldo, Vademecum, Dormiſecure, Baraleto, aliiſque ſordidiſsimis id genus ſcriptoribus obtrudunt: pro cultu vnius Dei, & mediatoris Chriſti inuocatione, recentes eoſque innumerabiles Deos, ac Deas, ſimulque mediatores iactant: elementis, locis, temporibus, perſonis, imaginibus, largitionibus, Monachorum cuculis, aliiſque creaturis ſine præcepto Dei excogitatis remiſsionem peccatorum alligant: aliaſque præſtigias, partim per impietatem quæ aufert, partim per ſuperſtitionem quæ addit, confingunt: vt iam prædicatio CRVCIS CHRISTI offendiculum ac ſtulticia, adeoque CALICIS DOMINI vſus, & MATRIMONIVM SACERDOTVM hæreſis haberi: precatio autem dominica, quaſi ſanctorum inuocationi aduerſa, ex Eccleſiis Præmiſlieñ. proſcribi cæperint. Adeo nihil tam plane præceptum fuit a Chriſto, quod partim nugaciſsimarum vulpecularum interpollatione non fuerit adulteratum, partim ferociſsimorum Aprorum dentibus non videatur eſſe demolitum ſed hos illorum dolos, & ſæuitiam pii orbi toti prodidere. vt iam facile relictis ciſternis aridis, ad ipſiſsimum omnis gratiæ fontem Chriſtũ Ieſum curramus ſitibundi, integris Sacramentis vtamur fragiles: & ipſum Deum ac mediatorem Chriſtum inuocemus afflicti: idque verbo Dei inſtructi, quod vt malleus petram, omne mendacium conterit, quaſſat, euertit.

Ne Eccleſ. Rectores a Sacramẽt. vel nomine Colũbatiõis pecun. exigãt. Lex I.

Quam in ſequenti proxime Articulo vide.

Quod ſub Interregno Nobil. Eccleſiarũ bona & fines Regni ab hoſtibus defendere teneantur. LEX II.

Quam vide Libr. I. Cap. I. Artic. 2. Lege 3. ſeu in confœderatiõe dicta Kaptur.

Bello tamen Turc. ingruent. Spirituales opem ferunt. LEX III.

Quam Libr. 6. Capitulo 2. Articul. I. & 2. de bello Turc.

Altoquin Eccleſiæ omnes in ſuis libertatib9 cõſeruentur. LEX IIII.

Iagel. in Iedl. 1433. Primo quidem uniuerſas ædes ſacras ſeu Eccleſias in omnibus eorũ uiribus, emunitatibus, & libertatibus, ac metis, & diſtinctionibus antiquis, quibus tempore Dñorum prædeceſſorum noſtrorum, Poloniæ Regum, & Ducum fruebantur, uolumus omnimode conſeruare. 50.

Super Sacerdotia etiã vt & ſuper dignitates Seculares uacatura, literæ expectatiuæ non ſunt dandæ, nec prouentus illorũ minuendi. LEX V.

Quam vide Cap. eodem Art. I. repetetur etiam Cap. 5. de Dignitat.

Priuilegia

Priuilegia Regum antiquorū Eccleſijs, Terrigenis, & Ciuitatibus cōceſſa, in omnibus ſuis articulis, & punctis inuiolabiliter ſunt tenēda. LEX VI.

Quam vide Libro 1. Capitul. 2. Articul. 1. de Iurium confirmatione.

Caſtra, oppida, villæ ac ſubditi Spiritualium eadem prorſus libertate, qua & Nobilium gaudent. LEX VII.

Inter Nobilium libertates, Libro 3. Capitul. 1. Articulo 1. videatur.

Præterea Spirituales, prout & Nobi-
104 les, habent libertatē Ceruiſiam, & alios liquores ad uillas unde/cumq; uelint recipere, ac propinare. LEX VIII.

De Nobilium libertatibus Libro 3. Capitul. 1. Articul. 5. videatur.

Præterea Rex, vt in Nobil. ita etiā in
41. bonis Spirit. ſtatiōes nō faciet. Lex IX

Quam ibidem de Fundorum libertatibus vide Libr. 3. Cap. 1. Articul. 1.

Quod Spirituales vna cum ſuis ſubditis, ab omnibus Teloneis, Foralibus, & id genus Exactionibus ſunt liberi. LEX X.

Quam Libro 2. Capitul. 4 Articulo 1. & 2. de Teloneis vide.

Attamē Spirit. villæ in ſoluēdis fumalibꝰ adæquant' villis Nobiliū. Lex xi.

Quam Libro 2. Capitulo 7. de Fumalibus vide.

Sed & Bonifacius Papa confirmat Carolinam Conſtitutionem pro Eccleſiaſtica libertate.

Bonifacius Papa inhærendo ueſtigijs Honorij tertij ſui prædeceſſoris cōfirmat.

BONIFACIVS EPISCOPVS SERVVS SER-
59. uorū Dei dilectis filijs beatæ Mariæ Erffordenſi, & S. Martini Hin-
60. gelſtadenſi, Maguntineñ. diœcæſis, ac beatæ Mariæ ad gradus Ma-
51. guntinenſis Eccleſiarum Decanis, Salutem &c. Iuſtis & honeſtis ſupplicum uotis libenter annuimus illacq; proſequimur fauoribus opportunis. Dudum ſi quidem fœlicis recordationis Honorius Papa Tertius prædeceſſor noſter attente cōſiderans: Quod claræ memoriæ Fredericus Imperator Romanorum ſemper Auguſtus, ad laudem Romanæ Eccleſiæ,

Honorius Papa tertius confirmat Frederici Imperatoris legē

næ Eccleſiæ, & ſacri decus Imperij, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus, iniquis ſtatutis penitus deſtitutis: De cætero Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ plena uigeant quiete, & ſecura libertate gauderēt. Ac pie et iuſte attendens quod quorundam peruerſorum iniquitas adeo abundaret, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam, & ſacros Canones ſtatuta ſua confingere aduerſus Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiaſticam libertatem ędita, tali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita nunciari. Et omnia ſtatuta & conſuetudines, quę Ciuitates & loca, poteſtates, uel Conſules, aut quæcumq; aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ, uel perſonas Eccleſiaſticas huiuſmodi ædere, aut obſeruare tentarent: Contra Canonicas uel Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitularibus, infra duos menſes, poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent: Et ſi de cætero talia attemptarent illa ipſo Iure decreuit eſſe nulla. Et eos ſua iuriſdictione priuatos. Nec non locū ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, Banno mille marcarum auri fiſco Imperiali præcepe-rat ſubiacere. Poteſtates uero Cōſules, ſtatutarij, et ſcriptores ſtatutorum prædictorum: Nec non Conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecūdum ſtatuta & conſuetudines memoratas iudicarent. Ex tunc eſſent ipſo Iure infames, quorum ſentencias, & actus legitimos ſtatuerint aliqualiter non tenere. Quodq; ſi per annū præfatarum conſtitutionum inuenti forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandauit impune ab omnibus occupari, Saluis nihilominus alijs pœnis contra tales in eiſdem generalibus Cōcilijs promulgatis. Et in ſuper uoluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas, uel perſona publica, ſeu priuata, collectas, ſeu exactiones, angarias, uel perangarias, Eccleſijs, uel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere, ſeu inuadere Eccleſiaſtica bona præſumāt. Quod ſi ſecus faceret, & requiſita ab Eccleſia uel Imperio huiuſmodi emendare contemneret, triplum refunderet. Et nihilominus banno Imperiali ſubiaceret, quod ſine ſatisfactiōe debita nulla tenus remitteretur. Statuerat inſuper, quod quæcumq; communitas, uel perſona, per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ uiolatā perſiſteret, ipſo Iure ſimiliter dicto banno Imperiali ſubiaceret, a quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtēto. Et inſuper ordinauerat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam, in Criminali quęſtione, uel Ciuili, ad Iudicium Sęculare trahere præſumat: Contra eaſdem Canonicas ſanctiones, & conſtitutiones Imperiales: quod ſi ſecusfaceret, actor a ſuo Iure caderet, & iudicatum non teneret. Et Iudex foret extūc iudicādi auctoritate priuatus. Quodque Iudices temporales qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis iuſticiam denegare præſumerent, tertio requiſiti, ſuam iuriſdictionem ammitterent, pro-

De his quæ contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones confingunt.

Ciuitates, loca, poteſtates, cōſules et aliæ perſonæ cōtra libertatē eccleſiæ ſtatuta facientes niſi infra duos menſes, poſt legis imperialis publicationē penitus abolita fuerit illa ipſo iure eſſe nulla decernūtur et irrita et ſtatutarij talium ſua iuriſdictiōe priuantur, hic uide, quam inſolenter ſeruus ſeruorū tollit omnem poteſtatem ciuilem, quæ ſuæ obſtat dominationi.

Loca ubi talia ſtatuta tenentur, banno mille marcarū auri fiſco imperiali ſubiace.

Cōſules, ſtatutar. ſcriptores taliū ſtatutorū et iudican. ſecundum ea ipſo iure infames efficiuntur.

Bona eorū qui imperialem cōſtitutionem contemnūt poſt annū ab omnibus impune occupantur pœnis alijs ſaluis.

Eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ non ſūt exactionibus nec collectis grauandæ.

Inuadens bona eccleſiæ, triplum refundat & banno imperiali ſubiaceat.

Communitas per annum in excommunicatione propter libertatem eccleſiæ uiolatam perſiſtens, banno imperiali ſubiaceat.

Nullus in cauſa criminali perſonam ecc-

mitterent,prout in dicta Imperiali conſtitutione plenius cõtinetur. Dictus inquam prædeceſſor conſtitutionem ipſam, etiam de conſilio fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant,auctoritate Apoſtolica approbans & confirmans ipſam mandauit inuiolabiliter obſeruari: Nec non ſtatutarios,& ſcriptores,ac uiolatores prædictos, excommunicatos eadem auctoritate nũciari. Et deinde ad audientiam, diuæ memoriæ Caroli quarti, etiam Romani Imperatoris,ſemper Auguſti deducto.Quod nõ nullæ Sæculares perſonæ,in poteſtatibus & officijs publicis conſtitutæ, uidelicet Duces, Marchiones,Comites,Barones, & alij Domini temporales: Nec non Conſules Ciuitatum,Villarum,& Oppidorum,& locorum Rectores in diuerſis prouincijs eiuſdem Imperij conſtituti, Dei timore poſtpoſito,ſtatuta ſingularia,& iniquas ordinationes,motu proprio,& de facto,contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſiarum libertates, ac eorum Priuilegia condiderant: illiſq; de facto & publice utebantur, contra Canonicas & legitimas ſanctiões. Vt pote,quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiarum transferretur. Et ne Clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in ciuilibus,& maxime in pijs cauſis aliquatenus admitterẽtur. Quodq; excommunicati laici,& publice denunciati,in Ciuili foro minime repelleretur. Et inſuper prędicti Domini temporales, Conſules, & Rectores, per Secularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent, arreſtarent,Et oblationes Chriſti fidelium minuerent,atq; reſtringerẽt. Exactiones,& tallias indebitas,de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent, & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earũdem deuaſtarent incendijs & rapinis. Contractus inter Clericos & laicos factos legitime ad libros Ciuitatum, Villarum, & locorum prædictorum inſcribere,& ſigillare recuſarẽt. Donataq; et legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras: Contra Prælatorum uoluntatem, & aliorum quorum intererat, contra iuſticiam tenere & uſurpare præſumerẽt, in fraudem & odium Clericorum. De bonis etiam & rebus eorundem Clericorum quæ non cauſa negociationum ſed proprijs eorundem uſibus,per eorum Terras ducebant,ſeu duci faciebant Teloneum exigere, & recipere non uerebãtur. Et confugientes ad Eccleſias,& earum cæmiteria inde extrahere,contra Canonicas & Imperiales ſanctiones huiuſmodi præſumpſerant, & pręſumebant,idem Carolus tanquam Imperator chriſtianiſsimuſq; Princeps. Volens in premiſsis prouidere remedio ſalutari: Etiam de Principũ, Ducum,Comitum,Baronum, fideliumq; aliorum Sacri Imperij conſilio & auctoritate Imperiali quęcunq; ſtatuta & conſuetudines prędictas,tanquam per Canonicas & Ciuiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſauit,irritauit,& annullauit;ac caſſaret,irrita,nulliuſq; eſſe roboris penitus

boris penitus

cleſiaſticam ad iudicium ſæculare trahere præſumat,alias actor ab agendo cadit, & iudex auctoritate iudicandi priuatur.

Iudex temporalis qui clericis iuſticiam denegat tertio requiſitus ſuam iuriſdictionem ammittit.

Honorius tertius prædeceſſor Bonif.de conſenſu cardinal.caroli. conſtitutionẽ approb.

Cõſtitutio carolina cõtra uiolatores emunitatis ſeu libertatis eccleſiaſticæ per quam reuocat ſeu irritat omnia ſtatuta cõtra perſonas eccleſ.facta, cõtra canonicas & legitimas ſanctiones.

Clerici ad agendũ & teſtificandũ in ciuilibus & pijs cauſis admittantur.

Laicus excõmunicatus in ciuili foro ab agendo repellitur.

Dominis temporalib. res eccleſiæ occupare & oblationes minuere non licet.

Idẽ habetur in cõſtitutione Frederici paulo ſuperius in eadem conſtitutione.

Contractus inter clericos & laicos factos ad libros ciuiles inſcribantur.

Legata ad fabricam eccleſiæ & pias cauſas non ſunt per aliquem retinenda ſeu uſurpanda.

Clerici de rebus quas non negociandi cauſa ſed pro eorum uſu p terras ducunt, teloneũ ſoluere non tenẽtur

Confugientes ad eccl. uel cæmiteria nulli licet extrahere.

Mandat Imperator ut ſtatuta in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ facta omnino reuocarentur.

boris penitus uoluit uel momenti. Pręcipiens ſub indignatione Imperialis banni uniuerſis & ſingulis Principibus, ac Dominis temporalibus, Conſulibus, poteſtatibus, & alijs in officijs publicis conſtitutis, quatinus extunc ipſorum ſtatuta, & ordinationes, quæ in pręiudicium Eccleſiaſticę libertatis ędita fuerant, omnino reuocarent, & de luce tollerent: quodq; ſecundum ea non iudicarent amplius, nec ſententias dictarent, aut eiſdem in iudicio uel extra iudicium quomodolibet pro ſe, & contra Eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronũciauit inſuper & eadem Imperiali decreuit auctoritate. Quod quicunq; laicus cuiuſcumq; ſtatus uel conditionis exiſteret, auſu ſacrilego, & proprię temeritatis audacia, Sacerdotem uel Clericum Sęcularem, uel religioſum diffidaret, proſcriberet, captiuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac huiuſmodi maleficia perpetrãtes ſcienter acceptaret, uel fauorem illis præſtaret, præter pœnas a Sacris Canonibus & legalibus ſanctionibus eis inflictas eo ipſo redderetur infamis, ac omni honore priuatus, nec ad placita uel conſilia Nobiliũ admitteretur quouiſmodo.

Laicus diffidans, ſeu captiuans, ſpolians, uulnerans uel occidẽs clericũ uel religioſum &c. præter pœnas a ſacris canonibus et legibus inflictas infamis efficitur & omni honore priuatur.

Hortans inſuper & requirens in domino Prælatos in illis partibus conſtitutos, ut legem Imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias, & Synodos publicarent, ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas ualerent malicias excuſare, prout in ędita tali lege prædicta plenius continetur.

Hortatur Carol. Prælatos ut legem imperialem per eccleſias & ſynodos publicarent.

Cum autẽ ſunt exibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti, Decani, & Capituli, ac Clericorum perpetuorum beneficiorum in Eccleſia ſancti Petri Figlarieñ. Maguntinenſis diœceſis, & Prælatorum, tam Sęcularium quam regularium, ac cleri conſiſtentium infra limites præpoſituræ eiuſdem Eccleſiæ petitio continebat, adeo quorundam laicorum & Dñorum temporalium in oppido Figlarieñ. dictæ diœcæſis infra eoſdem limites, ac etiam Figlarieñ. locis circumuicinis malicia inoleuerit. Quod huiuſmodi Imperiales ſanctiões tranſgredi non uerentur, & Eccleſiaſticas libertates uiolare præſumant, pro parte Præpoſiti, Decani, Capituli, Prælatorum, & cleri prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis prouidere ſuper pręmiſsis de opportuno remedio dignaremur.

Poſtulatio cleri Maguntinen. pro confirmatione conſtitutionis Carolinæ.

Nos igitur ueſtigijs præfati prædeceſſoris noſtri inhęrentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: Diſcretioni ueſtræ per Apoſtolica ſcripta, Mandamus, quatinus uos, uel duo, aut unus ueſtrum, per uos uel alium, ſeu alios, conſtitutiões prædictas, in dicto oppido, & in alijs locis circumuicinis auctoritate noſtra faciatis inuiolabiliter obſeruari, tranſgreſſores uero, ac uiolatores, & contemptores ac ſacrilegos predictos. Nec non contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatiõe poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc ſi fuerit opus, auxilio Brachij Sęcularis, non obſtãte ſi aliquibus communiter uel diuiſim, a ſede Apoſtolica ſit indultum

Papa mandat has cõſtitutiones Imperiales obſeruari inuiolabiliter ſub pœna excõmunicationis quamquam excommunicatio legem diuinam nõ humanam conſequi ſoleat.

quod inter-

quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non faciendo plenam & expreſſam, ac de uerbo ad uerbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Datum &c.

Similia Iohannes Papa Olomuncenſis Lutomiſſenſis, & Miſenenſis Epiſcopis ſcribit, inhærẽdo veſtigijs Honorij tertij ſui prædeceſſoris, inſtãte Epiſcopo, & Prælatis Eccleſiæ wratiſſauien.

62. IOHANNES EPISCOPVS SERVVS SERVOrum Dei Venerabilibus fratribus Olomunceñ. & Lutomiſleñ. ac Miſeneñ Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, iuſtis & honeſtis ſupplicum uotis libenter annuimus, illaq; fauoribus proſequimur opportunis, dudum ſiquidem Honorius Papa Tertius prædeceſſor noſter, attente conſiderans, quod claræ memoriæ Fredericus ſecundus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ad laudem Romanæ Eccleſiæ, & ſacri decus Imperij, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus, & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cetero Eccleſiæ, & Eccleſiaſticę perſonæ, plena quiete uigerent. & ſecura libertate gauderẽt, ac pie & iuſte attendens, quod quorundam peruerſorum iniquitates adeo abundauerant, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam, & ſacros Canones ſtatuta cõfingere, aduerſus Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiaſticam libertatem ędita tali lege huiuſmodi ſtatutã iniqua irritauerat, & præceperat irrita nunciari. Ac omnia ſtatuta, & conſuetudines, quæ Ciuitates, & loca. poteſtates, uel Conſules, aut quęcumq; aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ, uel perſonas Eccleſiaſticas edere, uel ſeruare temptarent, contra Canonicas uel Imperiales ſanctiones: de ipſorum Capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent: Et ſi de cætero ſimilia attemptarent, ipſo Iure decreuerat eſſe nulla. Et eos ſua iuriſditione priuandos, nec non locum ubi deinceps talia præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri præceperat ſubiacere: poteſtates uero, Conſules, Statutarios, et ſcriptores ſtatutorum prędictorum, nec non Conſiliarios locorum ipſorum, & qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata iudicarent: Extunc eſſent ipſo Iure infames, quorum ſentencias, & actus legitimos ſtatuerat aliquatenus non teneri. Quodq; ſi per annum pręfatę conſtitutionis inuenti fuiſſent contemptores. Bona eorum per totum ſuum Imperium mandauit impune ab omnibus occupari, ſaluis nihilominus alijs pœnis contra tales in concilio generali promulgatis.

Hæc confirmatio cõcordat per omnia cũ præcedenti. Ideo ſummarij hic non adſcribantur, ſolum hoc admonemus quod ij ſerui ſeruorum inſolenter ſe in libertatem aſſerunt, obuia quæq; proſternentes.

O

li promulgatis. Et inſuper uoluerat idem Imperator quod nulla communitas, uel perſona publica, ſeu priuata collectas, ſiue exactiones, angarias uel per angarias, Eccleſijs uel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponerent, aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumerent: Quod ſi ſecus facerent triplum refunderent: Et nihilominus banno Imperiali ſubiacerent, quod abſq; ſatisfactione debita nullatenus remitteretur: Statuerat inſuper, quod quæcumq; communitas, uel perſona, per annum in excommunicatione, propter libertatem Eccleſiæ uiolatam perſiſteret, ipſo Iure Imperiali banno ſubiaceret, a quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento: Et inſuper ordinauerat, quod nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione, uel Ciuili, trahere ad iudicium Seculare preſumeret contra Canonicas ſanctiones & conſtitutiões Imperiales: Quod ſi ſecus faceret, actor a Iure ſuo caderet, iudicatum non teneret, etiam Iudex foret extunc iudicandi auctoritate priuatus. Quodq; Iudices temporales qui Clericis uel Eccleſiaſticis perſonis iuſticiam denegare præſumerent, tertio requiſiti, ſuam iuriſdictionem ammitterent, prout in dicta Imperiali conſtitutione plenius continetur: Dictus inquam prædeceſſor conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Apoſtolica auctoritate approbans & confirmans, ipſam mandauit inuiolabiliter obſeruari: Nec nõ ſtatutarios, ſcriptores, & uiolatores prædictos excommunicatos auctoritate Apoſtolica prædicta publice nunciari: Et deinde ad audientiã diuæ memoriæ Caroli quarti etiam Rom. Imperator. ſemper Auguſti deducto, Quod nulli Seculares in poteſtatibus, & officijs publicis conſtituti, uidelicet Duces, Comites, Barones, & alij Dñi temporales, nec non Conſules Ciuitatum, Oppidorum, Villarum, & locorum Rectores in nonnullis prouincijs conſtituti, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia, & iniquas ordinationes motu proprio de facto contra perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum libertates, & earum Priuilegia condiderant, eiſq; de facto & publice inſiſtere præſumpſerant, contra Canonicas & legitimas ſanctiones: Vt pote quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur: Neue Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in Ciuilibus, & maxime in pijs cauſis aliquatenus admitterentur: Quodq; excommunicati laici, & publice denunciati, in Ciuili foro minime repellerentur: Et inſuper cum prędicti domini temporales, Conſules, & Rectores, per Secularem poteſtatem, res & bona Clericorum occuparent, & areſtarent, ac oblationes Chriſti fidelium diminuerent, & reſtringerent exactiones, & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent poſſeſsiones Eccleſiarum, & perſonarum earundem, deuaſtarent incendijs, & rapinis, contractus inter Clericos & laicos factos legitime

ctos legitime ad libros Ciuitatum Villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent: donata & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prelatorum uoluntatem & aliorum quorumcumq; intererat, contra iuſticiam uſurpare præſumerent: Et in fraudem ac odium Clericorum de bonis etiam & rebus Clericorum quæ non cauſa negociationis, ſed pro eorum uſibus proprijs, per eorũ terras ducebant, ſeu duci faciebant teloneum exigere, & recipere non uerebantur: Et confugientes ad Eccleſias, & eorum Cæmiteria inde extrahere, contra ſanctiones Imperiales preſumebant. Idem Carolus Imperator tanquam Chriſtianiſsimus Princeps uolens in præmiſsis prouidere remedio ſalutari, etiam de Principum, Ducum, Comitum, & Baronum, fideliumq; aliorum ſacri Imperij conſilio & auctoritate Imperiali, quecumq; ſtatuta, & conſuetudines prædicta, tanquam per Canonicas & Ciuiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſauit, irritauit, & annullauit, nulliuſq; eſſe roboris penitus uoluit uel momenti. Precipiens ſub indignatione Imperialis banni uniuerſis & ſingulis Principibus, & temporalibus Dominis, Conſulibus, poteſtatibus, & alijs in officijs publicis conſtitutis, quatinus extunc ipſorum ſtatuta, & ordinationes, quæ ſunt in præiudicium Eccleſiæ libertatis editæ, omnino reuocarent, & de luce tollerent: Quodq; ſecundum ea non iudicarent amplius: Nec ſentencias dictarent, aut eiſdem in iudicio uel extra iudicium quomodolibet pro ſe, contra Eccleſiaſticam libertatem potirentur, pronunciauit: Inſuper & eadem Imperiali decreuit auctoritate: Quod quicumq; laicus cuiuſcumq; ſtatus uel conditionis exiſtat, auſu ſacrilego & proprie temeritatis audacia Sacerdotem uel Clericum Secularem, uel religioſum diffidaret, proſcriberet, difamaret, captiuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret: ac huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, uel fauorem eis præſtaret, præter pœnas a ſacris Canonibus & legalibus ſanctionibus eis inflictas, eo ipſo redderetur infamis, & omni honore priuatus, nec ad placita uel conſilia Nobilium admitteretur: Quouis modo hortans inſuper & in Domino requirens Prælatos in illis partibus conſtitutos, ut legem Imperialem huiuſmodi per ipſorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas ualerent malicias excuſare, prout in ædita tali lege prædicta plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Vuratiſlauieñ. & dilectorum filiorum cleri, Ciuitatis & diœcæſis Vuratiſlauieñ. & alijs locis circumuicinis habitantium malicia inoleuerit, quod huiuſmodi Imperiales conſtitutiones tranſgredi non uerentur, & Eccleſiaſticas libertates uiolare præſumunt, pro parte eorundem Epiſcop. & cleri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prouidere eis ſuper præmiſsis oportuno remedio dignaremur.

remur: Nos igitur ueſtigijs dicti prædeceſſoris noſtri inhærentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati ueſtræ per Apoſtolica ſcripta Mandamus, quatinus uos duo, aut unus ueſtrum, per uos uel alium ſeu alias conſtitutiones prædictas in præfatis Ciuitate & diœcæſi Vuratiſlauien. & alijs locis circumuicinis auctoritate noſtra faciatis inuiolabiliter obſeruari: Nec non ſtatutarios ſcriptores, & uiolatores prædictos excommunicatos publice nunciari, & ab omnibus alijs arctius euitari Apoſtolica auctoritate faciatis, tranſgreſſores ac uiolatores & contemptores ac ſacrilegos prædictos. Nec non contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc etiam ſi opus fuerit auxilio brachij Secularis, non obſtante ſi aliquibus communiter uel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum xiij Kalendas Martij: Pontificatus noſtri Anno tertio.

Contributio etiam pro fabrica Eccleſiæ Cracouien. remittitur.

Bodzant. Epiſ. 1369

Quod etiam pro fabrica Eccleſiæ noſtræ Cathedralis medietas reddi- 57.
tuum primum a clericis exigi fuerat conſuetum, hoc eis tenore præſentium ex nunc ſit indultum, & remiſſum.

Propter libertatis Eccl. defenſionē introducti ſunt Nobil. Canonici. Lex xij

Quam vide ſupra Capitulo eodem Articulo 1.

Attamen incendiarij & exuſtores Iure

Kazim. Viſl. 1368.

Polonico non Theutonico etiam ſi ad illud profugierint, ſunt iudicandi: & ſi ad Eccleſiam effugiant patrocinium nullū inde ſentiant. LEX XIII.

Quam vide infra Libr. 1. Capi. 12. Art. 9. de Incendiariis & Lib. 3. Cap. 11. Art. 2.

Qui malefactores ex Eccleſijs ſeu Cænobijs capiendi ſunt. LEX XIIII.

Sigiſm. Crac. 1543. Idem infra art. 8. de cauſis fori ſpiritual.

Ius cōmune nō permittit defendi ab Eccleſijs ſeu templis nocturnos ſegetum, & fundorum, ſeu agrorum damnidatores, liberarumq; uiarum obſeſſores ſeu prædones.

De eiſdem. LEX XV.

Item fures

Item fures publice proclamati, uel ter in regeſtris conſcripti, incendiarij, & libertatis Eccleſiaſt. uiolatores debēt ex tēplis capi, neq; defendi.

Idem infra art. 8. de cauſis fori Spiritual. Idem libr. 3. capit. 12. articulo 3. de furtis.

Annatæ ne dentur Ro. Ponti. amplius ſed potius in defenſionem Reipubli. conuertantur. LEX XVI.

Sigiſm. Crac. 1443.

Satisfaciendo poſtulationibus Dominorum Conſiliariorum noſtrorum Secularium, & Nunciorum Terreſtrium, mittemus ad Patrem ſanctum Papam petitum Annatas, ut ne eas de Regno efferri permittamus: ſed ut remaneant pro defenſione Reipub. in Regno. Quod ſi eaſdem impetrare non poſſumus, tum iam exnunc renunciare illi debemus, eaſdem nos neq; daturos eſſe, neq; efferri ulla ratione permiſſuros.

De eiſdem Annatis.

Rex Sigiſm. Cracou. 1544 repetetur lib 6. ca. 2. de bello Tur.

Sacra Maieſtas Regia inter alias Legationū cauſas apud Ro. Pontificem contendet, ut Annatæ maneant in Regno ad Reip. tutelam.

COMMENTARIVS DE ANNATIS.

Roma ſemper ſpoliis uiuit.

Quamquam Roma fidem Chriſti acceperit, ſpoliis tamen omnium gentium, quibus ab initio creuerat, etiamnum viuit: ita hic Aethyops nunquam pellem mutat, quod enim quondam armis rapiebat, nunc prætextu ſummi Sacerdotii, poſt inaugurationem Epiſcoporum, primi anni fructus (vt dicunt) Annatos exigit: dubium num a Benedicto 13. num Iohanne 22. ſiue Bonifacio, circa annū 1400. Eccleſiis Regnorum nonnullorum impoſitos. Qui quidem annui fructus, quam nequiter dantur a noſtris Epiſcopis, iniquius etiam a Rom. Pontifice extorquentur, ex hoc Baſilienſis Concilii decreto liquet.

Annatæ & alij ſimoniaci quæſtus decreto concilij prohibentur dari & a Rom. Pontifice accipi.

SACROSANCTA GENERALIS SYNODVS Baſileenſis in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. In nomine Spiritusſancti paracleti ſtatuit: quod tam in Curia Romana, quam alibi, pro, ſeu in confirmatione electionū, admiſſione poſtulationum, præſentationum prouiſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione etiam a laicis facienda, inſtitutione, inſtallatione, & inveſtitura de Eccleſiis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiiſque Eccleſiaſticis quibuſcumque, nec non ordinibus, ſacra, & benedictione, ac pallio, de cætero nihil penitus ante vel poſt exigatur, ratione literarum Bullæ, Sigilli, Annatarum communium, & minutorum ſeruitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocumque alio titulo, colore, vel nomine, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, Priuilegii, vel Statuti, aut alia quauis cauſa, vel occaſione, directe vel indirecte ſolum ſcriptoribus, abbreuiatoribuſque & regiſtratoribus literarum, ſeu minutarum pro ipſorum labore competenti ſalario ſoluendo. Huic autem ſacro canoni ſi quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit pœnam incurrat aduerſus Simoniacos inflictam, & in ipſis dignitatibus ac beneficiis taliter obtentis nullum Ius ac titulum acquirat: Obligationes quoque, promiſſiones, & cenſuræ, ac mādata, & quit-

Quare ergo tam fœdum tributū damus, & Rom. Pont. illud accipit? cum hic nuncupetur ſimoniacum præſertim quod ipſi Simoniaci nullū Ius in ſacerdotijs aquirūt, ita quod ipſa neq; ille dare, neq; noſtri accipere poſſunt.

data,& quit quid in præiudicium decreti huius ſaluberrimi fieri continget,nullas obtinere vires, atque irrita cenſeantur. Et ſi (quod abſit) Romanus Pontifex qui præ cæteris vniuerſalium conciliorum exequi & cuſtodire canones debet,aduerſus hanc ſanctionem aliquid faciendo Eccleſiam ſcandalizet, generali concilio deferatur. Cæteri vero pro modo culpæ iuxta Canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores digna ultione puniantur.

Annatis neque pauperibus ſubuenitur, neque captiui redimūtur

Quod ſi ipſæ Annatæ prætextu alendorum pauperum, vel redimendorum captiuorum exiguntur: alat ſane Ro.ſuos pauperes,redimat etiam captiuos:hactenus nemo noſtrorum pauperum de tanto retulit quitquam theſauro, neminem etiam captiuum redemptum vidimus: ludus iocuſque Romanis harpiis ſunt tranſmontanorum miſeriæ:

Decimæ etiam decimarum dici nō poſſunt.

Decimæ autem decimarum dici non poſſunt, eæ ſi quidem vna cum Leuitico Sacerdotio,Euangelii miniſterio prolato ceſſauerunt: modicum autem fermenti veteris Sacerdotii, totam maſſam Euangelicæ diſciplinæ viciaret,redderetque monſtroſam: vt Iure optimo negari debeat, & depulſa tam fœda ſeruitute, in vſus Reipub.conuerti: ne & nos hanc noſtrā altricem ſuo præſidio defraudemus, & prædæ rapacium, ac ludibrio ſuperborū exponamur amplius,quid enim minus attinet emere,quam ſacra pauperis Chriſti?

Mercatura in Eccleſia Dei quam ſit ſacrilega.

qui quidem non ſolum gratis accepta, gratis dare iuſsit verum etiam ſe pro nobis nec dum genitis morti tradidit: vt inſigniter ſacrilegum eſſe oporteat,qui auro & argento illa vendat vel emat a ſucceſſore Petri,quæ & gratuita,& Eccleſiæ communia ſunt, niſi forte vendat ipſe, quæ emptor reuendat: mercaturaq;

De qua Babylone & eius meretrice Iohan. in Apocal.cap.14.15 16.17.18.19. multa horrenda prophetat, & 1.Petr.5. & Hieron. ſuper 47. cap. Eſaie, & in prologo ſuper Marc & Irene.con.Iudæos. et alij

Babylonicæ meretricis in Eccleſiam Dei iam ſit introducta,& de animabus noſtris in hypocriſi & mendacio negocientur. Quod ſi Epiſcopus Rom.Petri verus ſucceſſor eſt, increpet iſtos Simonas pecunia impoſitionem manuum emetes: & dicat vnicuique,pecunia tua tecum ſit in perditionem: non emitur Dei donum pecunia: Alioqui ſi illam ipſe Pontifex ab inuitis exiget,negandum eſt aurum huic Aaroni ex quo faciat vitulos conflatiles: vrbes diripiat, ditetque nepotes,dicendum eſt etiam illi, quod Chriſtus ſtatim poſt illam magnificam clauium promiſsionem dixit Petro,a cruce ſe dehortanti,vade retro poſt me Satana,neque enim ſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ carnis: Neque in veritate in negocio Euangelii incedis: paſce tibi dictum eſt, non ſpolia: dominantur Reges,

Quare Annatæ non ſunt dandæ Pontifici Romano etiam ſi eas exigat.

tu autem non ſic: ſeruum ſeruorum te appellas,ne ſis dominus dominorum: aurum etiam & argentum ne ſit tibi, ſed claudos in nomine Ieſu erige: & ſi gratis accepiſti,ne vendas auro & argento: Iudas enim venditor Chriſti ſuſpenſus crepuit medius, & Epiſcopatum eius accepit alter: quod ſi neque Angelis apoſtatis,neque mundo recenti, neque Sodomæ,ipſiſque Iudæ Apoſtolo ſuo pepercit Deus,ſed variis tormentis eos affecit,nec tibi parcet: & vrbis ſcoriam excoquet furibuſque, prædonibus, ac ſcortatoribus eam purgabit: ne tantum ſe efferat ſupra Deum,& ebria ſanguine Martyrum Ieſu bellum faciat agno:

optandū eſſet ut Roma ſit Chriſti Magiſtri diſcipula & repurgetur.

vincet enim illam agnus.Amen Domine Ieſu: vt te Magiſtrum aliquando audiat, & tua incipiat eſſe diſcipula: agnoſcatque ſe debere eſſe pediſſequam non dominam: omnes enim gentes vino iræ fornicationis ſuæ potauit, & rapit in præcipitium. Quod ſi infœlix Roma ſceleribus ſuis, atque iniquis conſtitutionibus repurgaretur: omnes gentes,quæ poteſtatem ſuam tradiderunt illi,facillimam correctionem acciperent: & a licentia ſerendorum dogmatum ſibi temperantes,in ſimplicitate preceptorum Chriſti,& Apoſtolicorum ſcriptorum,moribuſque antiquis Eccleſiarum conquieſcerent.Amen.

Idem in decretis diſtinctione 40.

Alioqui ſi Pontifex Rom. primatus ratione,& onera iniuſta Eccleſiis imponere, & centones abominationum in eaſdem inuehere deberet: meminerit quid inter alios Iohan. Chriſoſt.de eius faſtigii ambitione ſcribat,Quicūque deſiderauerit Primatū in Terra,inueniet cōfuſionē in cœlo: nec inter ſeruos Chriſti cōputabitur, qui de Primatu tractauerit:

Qui in terra deſiderat Primatum, inueniet confuſionem in cœlo.

nec vnus quiſque eorū feſtinet, quomodo aliis maior appareat,ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniā nō qui maior fuerit in honore inter homines ille eſt iuſtior,ſed qui fuerit iuſtior ille eſt maior.

Articu-

ARTICVLVS VI.

DE SPIRITVALIVM PROVENTIBVS.

PRAEFATIO.

Tametſi neque Iaroſlaus neque Bodzanta nomine decimarum aliquid oneris municipibus Regni inuitis imponere potuerant. Nihilominus quia miniſtris Eccleſiæ victus præſcripto Pauli debetur, præſtat eos decimis alere quam alio tributo: non ſolum quod ea res diuino præcepto conſentiat, verum etiam quod hæc conſuetudo, & receptiſsima ſit, & noſtris hominibus, ipſique regioni accommodata. Quod ſi ocium potius quam negocium ipſi Eccleſiarum miniſtri agant, compeſcantur ſane illo Pauli præſcripto, qui non laborant non manducent: perindeque ſi infideliter laborent, dematur eis de hordeo: quæ quidem regula extimulandorum illorum ſi obſeruaretur, certe & diligenter & fideliter ſuum facerent officium, & fame expergefierent ad opus, quod ſaturitate vel intermittunt, vel ſaltem in meritoriam turbam Sacerdotum reiiciūt, ipſi ſoli quiduis aliud agentes, quam vt ignaro populo prædicarent Euangelium Chriſti. Quia vero omnis alia plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur, inquit Chriſtus: operęprecium eſſet, vt omnes fundationes Sacerdotiorum ad analogiam fidei, factorum quoque ac præceptorum Chriſti, nec non primitiuæ Eccleſiæ imitationem, exigantur: Cui aureo Canoni niſi reſponderint, in meliores vſus, publica auctoritate conuertantur, omnis etiam idolatriæ ſemper fons fuit fundatorum veritatis diuinæ ignorantia, & quæſtuariorum auaricia Sacerdotum: qui reputare non ſolent, quid iubeantur facere, modo accipiant: ita ſpe mercedis incantatores Pharaoni, Balam Balaaco, obſecuti fuere: Caiaphas autem a Rom. ſibi timuit ne locum eius tollerent: & alii ab aliis hoc etiam tempore metuunt, ne a male cępto curſu pedem referant: nimirum quod timent eos qui occidunt corpus, & magis obediunt hominibus quā Deo.

Præſtat decimis alere ſacerdotes, quam alijs tributis.

Si non faciant uel infideliter faciant ſacerdotes ſuum officium.

Fundationes exigantur ad ſcripturarum canonem.

Et primo ne Eccleſiarū Rectores a Sacramentis pecunias exigant.

Bodzantæ Epiſcopi.

57. Rectores Eccleſiarum pro Sacramentis Eccleſiaſticis, quæ gratis miniſtranda ſunt, nihil exigant: alias ipſos grauiter puniemus.

De Columbatione. Seu strena columbar

Bodzantæ.

Inſuper uolumus quod Columbatio illibere per Rectores Eccleſiarū a ſuis Parochianis non exigatur de cætero: ſed quod quiſq; ſponte pe-
50. tenti dare uoluerit cum gratiarum actionibus tolli debet.

Arbitratio Iaroſlai Archiep. Gneſnē.

Anno 1 3 6 9.

Ad differentiam inter Kazimirum magnum, & Incolas Regni ex u-
53. na: & Bodzantam Epiſcopum Cracouieñ. partibus ex altera, ſuper decimatione, raptu decimarum, locatione decimarum, decimis extortis, decima canapi, Iaroſlaus Archiep. Gneſneñ. qui Boguria cognominatur, arbitratus eſt, & datum eſt Priuilegium per Regem & Archiepiſcopum infraſcriptum.

Rex vero aſſidens arbitranti Archie-

piſcopo Gne-

piſcopo Gneſneñ. ſecum una ſtatuit ſic, ut Archiepiſcopi ſcribuntur 53.
decreta infraſcripta.

Archiep. ergo ſcribit ſuum decretum.

Archiepiſcopus aggreditur prolationẽ ſui arbitramenti.

Nos itaq; Iaroslaus diuina prouidẽtia ſanctæ Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepiſcopus, in Cracouienſi diœcæſi in officio uiſitationis conſtitutus, uniuerſis ad quos præſentes peruenerint, uolumus fore notum: Quod per Sereniſs. Principem Dñm Kazimirum Dei gratia Regem Poloniæ, & patronum noſtrum ex una & Dominũ Bodzantam partibus ex altera fratrem noſtrum chariſsimũ Epiſcopum Cracouieñ. Quædam dubitatio ſuper decimis, & alijs articulis inferius contentis fuiſſet hinc inde ſuborta: Demum eædem partes uolentes ad calculum concordiæ ſine ſcrupulo conſcientiæ peruenire in nos uoluntariæ ex certa ſciencia, non per errorem, nec aliquo dolo, uel fraude circumuẽti, ſuper infraſcriptis articulis, pro ſe omnibusq; ſucceſſoribus ſuis concorditer conſentientes cõpromiſerunt, tanquã in arbitrium compromiſſariorum arbitratorem, & laudatorẽ, deffinitorem, ſeu amicabilem compoſitorem, dantes & concedentes nobis liberam & omnimodã poteſtatem & facultatem, ut poſsimus de plano & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij ſuper dictis articulis pronunciare, laudare, deffinire, arbitrari, & ordinare, etiam Iuris ordine conſeruato qualitercumq;, prout nobis melius uidebitur expedire. NOS ITAq; DEI NOmine inuocato & conſilio ſapientum communicato nobiſcum etiam habita deliberatiõe ſufficienti pro bono pacis & utilitate Eccleſiæ Cracouieñ. ex uigore compromiſsi prædicti laudamus, atq; ordinamus, & deffiniendo arbitramur, inter Dñm Regem & Epiſcopum prędictos.

Archiepiſcop. decernit arbitrando.

Eiuſdẽ eſt mentio lib. 3. cap. 6. de Iure dotium articulo 8.

De raptu decimæ prædialis ſiue per uirum, ſiue mulierem.

Raptor decimæ monitiõe præmiſſa excommunicetur.

Pro raptu decimæ prędialis alicuius Nobilis, uel pro cauſa qualicũq; 54.
rationabili, talis raptor uel malefactor monitione premiſſa excommunicetur. Si uero in excommunicatione per ſex menſes perſtiterit, extunc Incolæ in eadem uilla degentes, qui tunc tenebantur decimare excommunicentur cum raptore decimæ eiuſdem. Vbi autem uxor alicuius Nobilis uiro abſente decimam rapuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam huiuſmodi ad ſatisfactionem condignam contra ipſam procedatur, Si autem per ſex menſes in eadem excommunicatione perſtiterit animo indurato, tunc Kmetones in eadem uilla ubi decima fuit rapta cum eadem excommunicentur.

Excõmunicationem per ſex mẽſes raptore tolerante incolæ uillæ illius tametſi nil mali fecerint una cũ eo excommunicentur.

Vxor Nobilis abſente marito decimam rapiens cenſura Eccleſiaſtica ad ſatisfactionẽ eſt compellẽda

De tempore decimæ foriſandæ.

Decimam emere cupiens ante feſtũ S. Iaco. forũ faciat, alioquin

Item quicumq; Dominus uillæ in ipſa uilla ſua decimam emere uo- 54.
luerit, ante fe-

fuerit, ante feſtum beati Iacobi cum Dño decimæ foriſare procuret: Alioquin Dominus decimæ decimam uendet libere impedimento ceſſante Domini uillæ illius. *dominus decimæ illam libere cui uoluerit, uendet.*

De decimis ſeminatorum in hortis.

54. Vbicunq; aratro in hortis aratum uel in campis fuerit, decima plenarie exoluatur, exceptis rapis, papauere, caulibus, cepis, allio, & quæ ſunt his ſimilia. In hortis ſi quis ligoniſando plantauerit, decima ab eo nullatenus recipiatur. *Vbi aratro aratur, decima plenarie ſoluitur demptis rapis, caulib. & ſic de alijs Ligoniſando plantans non tenetur ad decimam.*

De decima Canapi.

Pro decima Canapi taliter ſtatuimus, quod quicunq; Kmeto arat
54. cum integro aratro, quotcunq; boues habuerit ſeu equos, det quatuor ligaturas Canapi parati, iuxta conſuetudinem Terræ antiquam. Quicunq; cum medio, duas ligaturas dare teneatur. Qui autem non arat a decima Canapi debet eſſe liber, & ſolutus. *Arans integro aratro quatuor ligaturas canapi parati dabit: medio aratro duas ligaturas.*

Super iiſdem etiam decimis Bodzanta Epiſcopus Cracouien. conſtituit.

Cum excitata erant odia multa & differentiæ inter Spirituales & Se-
55. culares perſonas Dños diœceſis Cracouieñ. tandem compactata erant congeſta inter eos in Conuentione per Regem Kazimirum Magnum & in Synodo per Bodzantam Epiſcopũ Cracouieñ. pro uno tempore Cracou. quarta menſis Iunij. Anno 1369. habitis: quibus intererat Iaroſlaus Gneſneñ. Archiep. Boguria dictus, tunc ex cauſa illius differẽtiæ auctoritate Metropolitica ac primatiali uiſitans diœcæſim Craco. Sunt autem compactata infraſcripta ſuper decimarum libertate, raptu, tempore decimandi, foriſandi per Dños locorum eas, emendi ex aratro percipieñ. noualium locatione, earum progreſsione, &c. Columbationibus, uiſitatione Archidiaconorũ, ſuper expeditione ad bellum Clericorum, Secularium ad Ius Spirituale citandorum: Fabrica Eccleſiæ, decima Canapi, ſuper interdicto triduano, & ſimplici: ſuper ceſſatione a diuinis, ſalarijs tabellionum: item de Eccleſijs in bonis Nobilium erigendis, ut infra ſequitur. *Idem proemium ſupra cap. 3. articulo 3 poſitum eſt.*

IN NOMIME DOMINI AMEN. No-
55. uerint uniuerſi præſentium noticiam habituri, Quod nos Bodzanta diuina & Apoſtolicę ſedis prouidentia, Epiſcopus Cracouieñ. Attendentes quod Terræ Lublinenſes, Syeczyechoueñ. & Lukoueñ. noſtræ diœcæſis per inſultum infidelium Tartarorum & Lituanorũ, peccatis exigentibus, ſint plurimum deſolatæ. Volentes itaq; ut ad poſsidendum eaſdem populus Chriſtianus feruentius inuitetur, ad petitionem inſtantem Sereniſs. Principis Domini noſtri: Dñi Kazimiri Dei gratia Regis *Terrarum Lublinē. & Lukouien. uaſtatarum meminit.* *Bodzanta Epiſcop. ad petitiones Regis de libertat. conſtituit*

Libertas decimarum Terris uaſtatis donata annis 30.

Conditiões libertatis

Excipiuntur decimæ aliorũ nõ Epiſcopal.

gratia Regis Poloniæ Illuſtris, de uoluntate & conſenſu fratrum noſtrorum Capituli Cracouieñ. Omnibus & ſingulis qui in Terris prędictis ſe locauerint, aut hactenus ſunt locati, in uillis prædictis & poſſeſsionibus, in quibus ad menſam noſtram Epiſcopalem decimæ pertinebant, a ſolutione decimæ triginta annorum ſpacio a data præſentium plenam & omnimodam concedimus libertatem. Ita tamẽ quod ſi libertate durante Dñs prefatus Rex aut procuratores ſui: uel Nobilis quomodocumq; in borris ſuis ſitis in Terris prædictis decimam a ſuis Colonis receperit, uel pro ſuis. uſibus uſurpare uoluerit: extunc libertate non obſtante decima bonorum eorundem ad menſam noſtrã ſine contradictione aliqua reuertatur. In alijs autem bonis in quibus decima recepta non fuerit, libertas permaneat ſicut conceſſa: per hanc autem libertatem noſtram, Monachis & Clericis etiam Sæcularibus quibuſcumq; qui in Terris prædictis, ratione ſuorum monaſteriorũ, ac aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorũ decimas poſsiderent, aut poſſident nullum uolumus præiudicium generari: Sed ipſorum quilibet circa Ius ſuum permaneat, ſicut prius.

Decimæ ſicut ex antiquo de quibuſuis locis dabantur, ſic dandæ ſunt perpetuo, & de decimis ſcultetorum. &c.

Vbicumq; in diœcæſi Cracou. decimæ manipulares tollebantur adhuc in poſterum tollantur.

Sculteti de quolibet manſo quattuor ſcotos groſſos Pragen. occaſiõe decimæ pro feſto ſancti Martini dare tenebuntur.

Si sculteti plures manſos coluerint decimam manipularem more uicinorum ſoluent.

Cæterum mandamus annuente Dño noſtro, Domino Rege prædicto & ubicumq; per totam noſtrã diœcæſim in Ciuitatibus, Caſtris, Oppidis, Villis, Predijs, & poſſeſsionibus decimæ manipulatim in campis hactenus tollebantur, ibi adhuc eodem modo eædem decimę in poſterum tolli debent contradictione cuiuſlibet non obſtante. Verum Sculteti uel Aduocati Ciuitatum, oppidorum ſeu uillarum in quibus decimæ manipulatim perſoluuntur, de quattuor manſis Aduocatiæ ſeu Sculteticæ ſuæ, quos coluerint, proprijs laboribus et expẽſis, de quolibet manſorum prædictorum in feſto beati Martini de menſe Nouẽbre quattuor ſcotos groſſorũ Prageñ. pro decima nobis ſoluent. Sed ſi plures manſos colere uoluerint quam quattuor, aut dictos quattuor uendiderint, locauerint, aut tradiderint ad colendum: de ipſis debent decimam manipularem dare in campo, prout alij Incolæ, quorum uicini ſunt, conſueuerunt ſoluere.

De tempore decimandi.

Decimatore tempeſtiue ad decimandum non uenien. homines ſuas ſegetes conducẽt relictis quinque manipulis de qualibet quinquagena in campo.

Et ne labores hominum propter decimatorum deſidiam retardentur: Decernimus ut quilibet in octaua beati Iacobi ad recolligendum ſuã decimam uel pro ſe uel per Nuncium idoneum ſit paratus: alias depoſitis & relictis in cãpo quinq; manipulis de qualibet quinquagena frumenta hominũ libere conducantur.

De deci-

De decimis Noualium.

In Noualibus autē exortis ultra Viſlam,& citra metas Ruſsiæ,Hun-
56. gariæ,progreſsiue uſq; ad limites Terræ,in quibus hucuſq; nobis manipulatim decima non dabatur, libertate expleta, de quolibet manſo paruo ſiue magno locato ſiue locando, ferto groſſorum Prageñ. in feſto ſancti Martini prædicto,annis ſingulis nobis pro decima ſolui debent prædiali. Aduocati uero & Sculteti Noualium prædictorum, de quatuor manſis aduocatiæ uel ſcultetiæ ſeu quos coluerint proprijs laboribus,ut præfertur,de quolibet manſorum prædictorum tres ſcotos groſ. ſoluatur illi Eccleſiæ pro decima ubi audiunt diuina ac percipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta. Sed ſi plures quam quatuor coluerunt,aut aliqui ipſorum aliquod alijs uendiderint,locauerint,ſeu tradiderint ad colendum. de quolibet ipſorum unum fertonem groſs. ſicut & ruſtici in feſto prænotato nobis pro decima ſoluant. Et inſuper pro gratia quam eis facimus in ſolutione decimæ ut præfertur idē Sculteti uel aduocati fertones noſtros decimales in feſto beati Martini ſuperius notato ſub iuramento fidelitatis ipſorum ruſticorum exigere,nobiſq; uel noſtro procuratori infra quindecim dies ante feſta immediate ſequentes præſentare fideliter & integraliter tenebuntur. Sed tamen ubi in prędictis Noualibus nobis ante decima manipulatim ſoluębatur,adhuc futuris temporibus perpetuo ſolui debet,nec ipſam propter hoc remittimus ad fertones.

Ferto groſi Pragen. pro feſto ſanct. Martini pro decima prædiali Epiſcopo dari debet.

Sculteti de quolibet manſo tres ſcotos Eccleſiæ ſuæ pro decima ſoluturi Quod ſi plures quam quatuor coluerunt unum fertonem groſ. dare ſunt aſtricti.

Sculteti fertones a Kmetonib. colligant & Epiſcopo uel ſuo procuratori infra 15 dies fideliter reportēt

Vbi decima manipulatim de Noualibus ſoluebatur ſemp ſoluenda eſt in futurū.

De decimis agrorū ſterilīū circa dlugiepole,& Czorſtin,verſ⁹ Myſlimice.

Verum quia in diſtinctionibus circa dlugyepole Czorſtin ſub ea li-
56. mitatiōe, uidelicet inter uiam quę currit ad Myſlimicze uerſus tuuardoſchino,& inter Slonagora,uerſus montem quę dicitur Obzdouu in Dunayecz, & ut intelleximus, quod ſunt agri ſteriles, & frigora grādia diutius Terram premunt.Ita quod pauco tempore anni inibi laboratur,uolentes gratioſius cum Incolis diſtrictuū prędictorum ordinare: Statuimus quod Incolæ prędicti,qui iam ibi locati ſunt,uel in poſterum locabuntur, in feſto S. Martini prædicti,pro decima prędiali, de manſo quolibet tres ſcotos groſſorū Prageñ. annis ſingulis nobis perſoluant. Quam pecuniā Sculteti locorum prædictorū colligent, nobiſq; uel procuratori noſtro pręſentabunt.prout in cauſa finali ſuperius eſt expreſſum: hanc autem ſolam ordinationē de ſolutione fertonum pro decima, in locis ſuperius ita expreſsis, totaliter cum Dño Kazimiro Rege prædicto ordinario permanere, quod deinceps ad Ciuitates,Villas,Oppida,Prædia, poſſeſsiones quaſcunq; totius noſtræ

Agrorum ſterilīū cultores occaſione decimæ tres ſcotos groſ. Pragen. pro feſto S. Martini Epiſcopo ſoluturi.

Quam pecuniam sculteti pro decimis colligunt & Epiſcopo aut procuratori ſuo repræſentent.

dioecæſis,ubi manipulatim decima ſoluitur ab antiquo,nunquam ul-
lo tempore extendatur.

De decimis per Nobiles cultis, aren-
datis, aut a kmetonibus habitis.

Eſt huius ſtatuti mẽtio infra cap. 15. de Nobilitate inculpata

Tenens bona alterius in obligatione decimam more ſolito ſoluat ſi dominus agros Kmetonũ ſeminat decimam de eis ſoluere tenetur.

Cauſa Nobilitatis nõ niſi iudicio ſæculari diffinitur qua cognita Eccleſia pro decimæ ſolutione procedat.

Item decreuimus,quod ubicumꝗ aliquis Nobilis alteri Nobili,ſibi e- 56.
quali, neceſsitate cogente, hereditatem ſuam obligauerit, & creditor
agros coluerit: in ea decimam frugũ de agris ſuis ſoluat illi Eccleſiæ
cui is qui obligauit ſoluere conſueuerat ab antiquo: ſed ſi forte labores
ſuos dictus creditor uoluerit ampliare, repellendo Kmetones, & exco-
leñ.agros eorum: de agris Kmetonũ quos colit,decimam in Gonituuã
ſoluere tenetur: etiam ſi Nobilis Kmetoni uel alteri,ſimiliter heredita-
tem obligauerit: idem ignobilis decimã illiberam,cui de Iure debuerit,
de agris quos colit,dare ſit aſtrictus. Præterea ne propter cauſam de-
cimalem Iudicem Eccleſiaſticũ de Nobilitate Nobilem iudicare cõtin-
gat, Statuimus,quod ubi quis clericus petens decimam illiberã ab ali-
quo qui ſe dicit Nobilem: ipſumꝗ propter hoc ad iudicium Eccleſiæ
reuocaret: uolumus ut cauſa Nobilitatis eius, uel nobis, uel officiali no
ſtro per ipſum propoſita, clypeoꝗ, & parentela nominatis per nos uel
officialem noſtrũ nullatenus iudicetur, ſed remittatur ad iudiciũ Secu
lare: ut ibi Nobilitatis queſtione primitus expedita, doceatur Eccleſia
quo Iure talis decima cõferri debet, circa ſolutionem decimæ predialis.

De decimis per progreſſum habendis.

De agris extirpatis totaliter decima ſoluenda eſt.

Demũ ſtatuimus & ordinauimus,uolũtate et conſenſu Dñi noſtri Re 56.
gis predicti ad hoc ſpecialiter accedente: Quod ubicumꝗ ab antiquis
agris progreſsiue quiſpiam ſyluas,rubeta, uel mericas extirpauit: ille
decimam percipiat de Noualibus a modo ad quem antiquorũ agro-
rum decima primitus pertinebat: uerũ ſi a dextris uel ſiniſtris ab an-
tiquis agris aliqui Incolæ fuerint collocati,extirpauerintꝗ ſyluas,ru-
beta,uel nemora,uel mericas: prædicti Incolę de agris ipſorum totali-
ter extirpatis, nobis & noſtris ſucceſſoribus decimã ſoluere tenentur.

De decima in horto aratris culto, &
quod plæraꝗ a decimatiõe libera ſunt.

Summatum eſt ſupra in conſtitutiõibus domini Archiepiſcopi in conſtitutione incipien. Vbicumque aratro ſupra.

Item ubicumꝗ aratro in hortis,uel in campis aratrum fuerit, decima 57.
plenarie exoluatur,exceptis rapis,papauere,caulibus,raphano,& allio,
& aliȷs ſimilibus quæ in hortis ſuis, ligoniſando aliquis plantat deci-
ma ab eo de prædictis nullo modo repetatur.

De decima Canapi.

De decima

57. De Decima uero Canapi ſtatuimus, quod quicumq; Kmeto arat cum integro aratro, quotcumq; equos ſiue boues habuerit, det quatuor ligaturas Canapi iuxta conſuetudinẽ Terræ antiquam: Qui autem cũ medio aratro arat, tunc duas ligaturas dare teneatur: qui autem non arat, a decima Canapi debet eſſe liber, & ſolutus.

De aratris decimatur canapũ. Et ſummatur ſupra in cõſtitutiõibus domini Archiepiſcopi in conſtitutione incipien. pro decima canapi.

De raptu decimæ.

Item circa præmiſſa, inter ſępedictum Dñm Regem & nos Statuimus & ordinamus: Quod pro raptu decimæ prędialis alicuius Nobilis, uel
56. pro cauſa qualicumq; rationabili, talis raptor uel malefactor monitione præmiſſa excommunicetur. * In qua excõmunicatione infra ſex menſes ſi perſtiterit, & tunc Incolæ in eadem uilla degentes cum decimare teneãtur, excommunicẽtur cum raptore decimæ eiuſdem. * Vbi autem uxor alicuius Nobilis uiro abſente decimam rapuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam uſq; ad ſatisfactionẽ condignam contra ipſam procędatur. Si uero infra ſex menſes in eadem excõmunicatione perſtiterit animo indurato, tunc Kmetones in eadem uilla, ubi decima ſit rapta, cum eadem Domina excommunicentur.

Hoc Capitul. ſuperius eſt ſummatũ in cõſtitutionibus domini Archiepi. in conſtitutione incipien. Pro raptu decimæ.

Quanta uero hæc eſt impietas, colonos pro domini delicto plectere nonne Deus ſoluet, quos iſti ſic ligabunt.

De decima in loco villæ Nobi. vẽdẽda

57. Item quicumq; Dñs uillæ in ipſa uilla ſuam decimam emere uoluerit octo diebus ante feſtum beati Iacobi, & octo diebus poſtea, cum Dño decimæ foriſare procuret: alioquin Dominus decimę libere decimam uendat, impedimento a Domino uillæ ceſſante.

Hoc Capitulum antea eſt ſummatũ ſupra in conſtitationibus domini Archiep. in conſtitutiõe incipien. Item quicumque dominus.

Quia pro decimis Spirituales Iudices cognoſcunt.

Vide infra Articulo 8. de cauſis fori Spiritualis.

Si Spiritualis pecuniam brachatã pro decimis recipere nollet, Regi debet.

Si Spiritualis, aut Prælatus, pro decimis pecuniam minutam recipere
37. noluerit, decimam pro qua foriſauit perdet, quę per Capitaneũ aut officiales noſtros pro bonis recipietur, & pro noſtra utilitate cõuertetur.

Hæc paragra, in Priuilegio Kazimiri tertij lib. 2. cap. 6. artic. 4. de moneta repeti.

Spiſne a decimis pecuniarijs nõ exigat

39. Itẽ ſtatuimus ut ſpiſne nõ exigatur in exactiõibus, & decimis pecuniarijs, & ſimiliter in exactione duorũ groſſorũ, quę vulgo Regalia, uocãt. *Sigiſm. Petr. 1511.*

Statutũ Lutkonis Epiſcopi Cracoui. ad tempora anni gratiæ.

Quid beneficiatus ſucceſſori relinquere debeat quocūq; tempore anni moriatur in prouentibus & beneficio.

Statutum Dñi Iohannis Lutkonis Epiſcopi Gracouieñ. eſt: Quod quilibet Prelatus, Canonicus, Altariſta, Plebanus, Vicarius, et ex quo 58.
cumq; titulo beneficiatus, curatus, & non curatus in uniuerſa diœceſi Cracouieñ. ſi moritur in tribus primis menſibus anni, incipieñ. a Circumciſione Dñi, habeat quartam partem omniū introituum iuxta uerum ualorem ſuorum beneficiorū: Sed ſucceſſori frumenta æſtiualia relinquat ad ſeminandum prædium: Si in tribus ſecundis menſibus, habet medietatem: Si in tertijs tribus menſibus, habet tertiam partem de frumentis hyemalibus, ad quantitatem prædij non ſeminati ſucceſſori relictis. Sed in reſiduis menſibus habet totum.

Porro inſcriptio cenſus in vim reemptionis, alias nauiderkouu perſonis Spiritualibus, non niſi cum conſenſu Regiæ Maieſtatis prius obtento fieri debet. 45.

Vide Libr. 3. Capitul. 7. de forma inſcriptionis in vim reemptionis.

Quod vero tales inſcriptiones ad forum Spirituale pertinent.

Vide infra in Statuto de Iudicio Spiritualium Articulo 8.

Omnia etiam Salaria & cenſus tam Eccleſiaſticis quā Secul. a Regibus inſcripti per Zupparios ſolui debent. 77.

Kazimirus Tertius.

Vide hanc Legem Lib. 4. Cap. 2. Articul. 1. de Salis fodinis mox a principio.

Quomodo autē Spirituales defendant a belligeris alijsq; perſonis bona ſua, & præſertim decimas. 77
Prætereaque rem iudicatam exequantur.

Vide infra eodem Capitulo Articulo 9. Iudicia Spiritualium ſequente. Præterea Libro 6. Capitulo 3. Articulo 7. de Bello.

ARTICVLVS VII.

De Officio ac poteſtate Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorumque Spiritualium, in Republica Regni Poloniæ, Regis ac Senatuſconſultu illis permiſſa.

Non a Cardinali, verum ab Archiepi. Gneſneñ. alijſq; Reg. Epiſcopis Rex electus, & Regina coronabūtur.

Vide ſupra Capitulo 1. Articulo 4. eandem Legem.

Ne Sæcularibus negotijs Spirituales ſeſe immiſceant niſi forte circa perſonam Regiam conſulijs.

Vide hanc Legem Libr. 1. Capitul. 2. Articul. 11. Lege 5. de Aſſeſſoribus Regiis, abſurdum etenim Clericis eſt, immo etiam obprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium. Iuſt. in cod. Lib. 36.

Prætereaq;

Prætereaq̧ ſpirit. Refer. fungūt officiō

Vt ſupra Libro 1. Capitulo 2. Artic. 12. de Referendariis extat ſcriptum.

Quod Epiſcopi debent intereſſe Cō-
uentibus, & Comitijs.

Vide Lib. 1. Cap. 3. de Senatoribus, & Cap. 15. Art. 7. de Nobilitatis Cōuentib.

Inſuper Epiſcopus Cracou. vt & Palatini Cracouieñ. & Sandomirieñ. profugis ſaluos conductus dant, & proteſtationem contra Regem & Capitaneum ſuſcipient.

Prout de eo infra inter officia Palatinorum Lib. 1. Cap. 6. Artic. 5. de Palat. & Capitu. 12. Artic. 21. de Capitaneis. Et tamen vſque Lib. 3. Capitulo 14. de Treugis pacis ponetur originaliter.

Item Spirituales cum Sæcularibus pari poteſtate funguntur in Cancellariorū ac Vicecancellariorū officio.

Prout Lib. 1. Cap. 5. de Dignitatibus cōferendis infra & Cap. 9. de Cancel. patet.

Quod mendicantes in villis abſq̧ ſigno Plebanorū, in Ciuitatibus uero abſq̧ ſigno Ciuiū captiuādi ſunt

Infra vide inter Ciuium Capit. 16. Item inter Kmetonū ſtatuta Cap. 17.

Par eſt libertas ſpiritualium in bonis
quæ & Nobilium.

Præterea domini locorum mendicaturis literas dabunt, quæ illis loco ſignorum erunt.

Vide hæc ſtatuta Libro 3. Capitul. 1. Articulo 6. de fundis Nobilium.

Anno 1540. Sigiſm. Rex ſtatuerat vt quo ad reuerteretur ex Lituania, Epiſcopi etiam diſtrictuum cum dignitarijs Terrarū Colloquijs intereſſent.

Vide hoc Statutum Libr. 4. Cap. 27. de Colloquiis Articulo vltimo.

Spiritualiū cum Lituanis, aut cū Pruthenis tractatus & pacta, communiter uel diuiſim facta.

Lib. 5. Cap. 1. & Cap. 2. de confæderatiōe Lituaniæ ac Pruſsiæ cū Regno vide.

Clerici qui bona Terreſtria poſſident prætereaq̧ Sculteti Spiritualiū ad expeditionē bellicam ſunt obligati.

Libro 6. Capitulo 1. de Bello ſcriptum eſt.

Quando omnes Spirituales ad expeditionem bellicam teneantur. Libr. vi. Capitul. ij. iiij. & v.

Item iniquos

Item iniquos Exactores iudicant.

Prout infra Libr. 6 Cap. 3. Artic. 3. patebit de mercenaria Regni defenſione.

ARTICVLVS VIII.

De Officio Regis, Epiſcoporum, Archidiaconorum, & Sacerdotum, nec non Capitaneorum, Nobilium, ac Fraternitatum in Eccleſia Dei: deque Iudiciis, & Inhibitionibus Spiritualium.

PRAEFATIO.

Tametſi omnis poteſtas a Deo ſit, vt inquit Apoſtolus: Nihilominus Epiſcoporum & Principum poteſtas neceſſario diſcernenda eſt: hi enim legem Diuinam in vtraque tabula conſcriptam, atque externam diſciplinam in cœtibus hominum neceſſariam cuſtodiant, violatores autem illius & contumaces legitimis corporum pœnis coercent: illi autem pænitentibus Euangelium prædicāt, Sacramentaque adminiſtrant, in quibus eſt Dominus efficax ad vitam æternā, contumaces autem excommunicant abſque vi corporali. Sed & multa exempla cogunt alteram ab altera ſeiungi: Saul enim Regnum amiſit quod tardante Samuele holocauſta obtulerat Domino: item Ozias lepra, Oza etiam morte puniti ſunt, quod munus Sacerdotum inuaſerant: Econtrario vero Chriſtus Spiritualis Iudex ac Rex, neque diuiſor inter fratres eſſe, neque Regnum oblatum accipere voluit, quia Regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo confeſſus eſt. Quæ quidem exempla militiæ Dei & huius mundi Magiſtratus diuerſos, alias etiam atque alias functiones illorum eſſe oſtendunt, & vtroſque confundi prohibent. Et quoniam ſatis fere diximus, quam late officium pateat Epiſcopi: dicendum ſane etiam eſt, quod Reges abuſus in religione tollere, cultum autem Dei verum pro rata parte debent propagare. Nam Abraham ſe ſuamq; domum circumcidit, promiſsiones accepit, filium immolauit. Moſe fuit Aaroni pro Deo, Aaron illi pro ore: ſed & ipſe Moſes vitulum ab Aarone conflatum combuſsit, ac multa millia vituli adoratorum crudeliſsime occidit: Ioſue populo Legem Dei legit, & ſeruandam præcepit: Aſa abſtulit effæminatos de Terra, vniuerſaſque ſordes idolorum quæ fecerunt patres eius. Inſuper & Maacham matrem amouit ne eſſet Princeps in ſacris Priapi: Iehu omnes ad vnum Prophetas & Sacerdotes Baal in eius idoli fanum ad ſacrificandum dolo conuocatos occidit, & in cōtumeliam idoli contriti extemplo fecit latrinas: Ioa Rex Ioiadæ Pontifici & Sacerdotibus interdixit pecunia ordinaria, & illam ad reſtaurandum ſartiendumque templum Domini conuerti iuſsit: Ezechias ſerpentem æneum a Moſe factum ne amplius adoraretur contriuit: Ioſias legit Deuteronomium coram populo, fœduſque percuſsit cum Domino, necnon vaſa dicata Baal, & vniuerſæ militiæ cœli, præterea excelſa Tephel, altaria idolorum euertit, concuſsit, comminuit, & omnes Sacerdotes Baal cum pythonibus, & arioliſ occidit: Sed & Nabuchadnaſar blaſphemare Deum prohibuit: item Sergius Paulum audiri iuſsit: aliique Reges aliis temporibus nutritores fuere veræ Eccleſiæ, & cultus Dei veri ab idolamania dæmoniorum, vel creaturarū vindices. Econtrario autem reprehenduntur decem Reges Terræ, qui cū meretrice Babilonica ſcortati ſunt: dictum eſt enim illis, Et nunc Reges intelligite, oſculamini filium, attollite portas veſtras, & introibit Rex gloriæ, item attendite a falſis prophetis, & glorificantes me glorificabo, vt Iure optimo IAGELLO noſter ſanctiſsimis Regibus adſcribi queat, qui Lituanos imitabili exēplo a cæcitate gentili ad lucem Euangelii facto ſuo & doctrina cōuertit. Reges ergo religionis cauſam curare debent quouſque hæc & ſimilia ſanctorum Principum exempla illos progredi ſinunt. Quo ſenſu etiam Illu. Albertus Dux Pruſsiæ, & Nobilitas Regni per ſuos legatos, SER. SIGISM. AVG. Regem noſtrum & Epiſ.

Principum & Epiſcoporum in Eccleſ. Dei officia diuerſa.

Periculoſum eſt alterum alterius inuadere functionem.

1. Regum 13.

Reges in religione repurganda quouſque poßunt progredi exemplis piorum Regum oſtenditur.

Exodi 4.
Exodi 32.
Ioſue 8. 23. 24
3. Regum 15.
4. Regum 12.
4. Regum 18.
4. Regum 23.
Danielis 3.
Apocal. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
1. Regum 7.

Iagello ſanctißimis Regibus confertur.

noſtrum & Epiſcop. Regni ad repurgandam religionem in Comitiis tranſactis hortabantur: quo ſcilicet in primis articulũ Iuſtificationis peccatorum, tot præſtigiis indulgentiarum, & purgatorii, aliiſque ſatisfactionum carnificinis adulteratum, ex ſcripturis recte definiant: ſcortationem Sacerdotum matrimonio corrigant: ſanguinem autem Chriſti pro aqua fornicaria populo miniſtrent: alioſque abuſus ad amuſsim ſcripturarum ſanctarum emendent. Nunquam enim Romanæ potenciæ architecti & cuſtodes permittent Chriſti dogmata valere in Eccleſia, quæ quidem illorum conſtitutiones & decretã contra agnum pugnantia euerterent.

Primo omniũ Rex, wlad. Iagel. exemplo piꝰ ſit, mediteturq́ vt ſubditis ſuis viã æternæ beatitud. demõſtret. Lex I.

125 Debitores ſumus Spiritualis alimonię ſalutaria illis pocula miniſtrare, quibus præſidentes temporalium cõmodorum præſtamus ſuffragia, ut quos ad corporis neceſsitatem ſuſtentamus, ſalutis etiam ipſis, quantum noſtra ſufficit facultas, miniſteria porrigamus, nedum temporalibus inſiſtimus profectibus uitæ commoda negligere uideamur. Et unde dona benedictionis & brauium expectamus ſempiternũ, inde uitæ detrimenta ſentiamus, & premijs deſtituti adoptatis nulla laboris noſtri cõmoda conſequamur. * Expedit perquirere, & debita attẽdere ratione: ut dum hominibus impartimur carnis beneficia, meditemur qualiter ipſis cœleſtia prebeamus alimenta, & quos in hoc ſęculo tranſitorijs rerum condimus copijs, illis uiam æternæ beatitudinis demonſtremus: quatinus & hic noſtrę munificentiæ cognoſcant præſidia, & tandem futurę gloriæ compendia per exercitia directionis noſtræ apprehendant in omniũ ſaluatore: Proinde nos Vuladiſlaus * Significamus * Quomodo Terras Lituanię & earum Incolas * feruẽti deſiderio cupientes in aſſumptæ fidei deuotione iugiter ſolidare & fundare: * Vt ipſos altiſsimus, quo præſtante lumen fidei per noſtrã operam receperunt, ad laudem & honorem ſui nominis & eiuſdem fidei Catholicę augmentum, gratię ſuę chariſmate confirmaret: * Cum eos ſæpe munificentiæ noſtrę donis refecimus, ſummopere affectamus Spiritualibus gratijs refouere: & per quæq́ legitima ſtudia & labores id feruentius mancipare: Qui ut ſe in fidei conſtantia commodius exerceant, & creſcant de uirtute in uirtutem, iugum ſeruitutis quo hactenus fuerunt compediti, & conſtricti de ceruice ipſorum deponimus, & ſoluimus.

Ex Prælator. Litua. Vilnæ 1401. dato, quod libr. 5. capit. 1. originaliter ponetur

O ſacroſanctũ boni Principis ſtudium.

Lituani ad fidem Catholicam ſunt opera Domini Regis Polonorum conuerſi.

Sed & omnes Lituan. Proceres ſe a Iagello. cõuerſos eſſe agnoſcunt. Lex ij.

Ex Prælat. Lituaniæ Vilnæ 1401 dato, quod etiam in Priuil. libro 5. originaliter repetetur.

128 Proinde nos Pręlati, Principes, Barones, Nobiles, Terrigenæ Terrarũ

Lituaniæ &

Lituaniæ & Ruſſię * Significamus. Quomodo eo tempore quo Prę-lati, Principes, Barones & Nobiles et cõmunitas Terrigenarum Regni Poloniæ diuina cooperante clementia Ser. Principem Dñm Vuladiſlaum Regem Polonię ſupremũ Ducem Lituanię heredem Ruſsiæ Dñm noſtrum gratioſiſsimũ de gentilitatis erroribus educẽtes in Regem & Dñm ſuum aſſumpſerunt. * Nos quoq; ipſius ueſtigia ſequẽtes almi Spiritus gratia eruditos ad ipſorum conſortiũ catholicum inuitantes de tenebris erroris uetuſti, per aſſumptionem ſacræ fidei orthodoxę receperunt. Cum quibus in fide facti unanimes & conſortes ad perfectionem catholicorum operum merito & opportune debemus per concordiam perpetue aſpirare.

Lituani fatentur ſe per Polonos eruditos & ad conſortiũ Catholicũ receptos fuiſſe:

Proinde templa per patronos dotata per Epiſcopos conſecrentur.

Bodzntæ.

Et ut diuinus cultus noſtris temporibus augeatur, promittimus quod ubicumq; Nobiles continuam ſuſtentationẽ Presbyteris aſsignare curauerint eidem Eccleſiam in bonis ſuis fundabimus indilate. 57.

Eccleſiarum vero Paſtores ne exigant pecunias a Sacramentis.

Bodzantæ.

Rectores quoq; Eccleſiarum pro Sacramentis Eccleſiaſticis quę gratis miniſtranda ſunt nihil exigant alias ipſos grauiter puniemus. 57.

COMMENTARIVS DE SACRAMENTIS.

Cauſa Sacramentorum inſtitutorum.

Quid eſt ſacramentũ

Quare Sacramenta elementis alligata.

Sacramenta pauca, facilia, ſancta.

Chriſtus vt ſeruiret infirmitati noſtræ, certa eaque externa Sacramenta in Eccleſia ſuorum fidelium inſtituit: per quæ beneuolentiæ ſuæ erga nos promiſsiones in conſcientiis noſtris obſignaret, ad ſuſtinendum fidei noſtræ imbecillitatem. Proinde Sacramentum dicitur viſibile ſignum, inuiſibilis gratiæ, fide appræhendendæ. Quod ſi fuiſſemus incorporei, vt ait Chryſoſt. nuda & incorporea nobis hæc ipſa dediſſet: Nunc quia corporibus inſertas habemus animas, ſub viſibilibus ſpiritualia tradidit, vt nobis ex corpore & anima conſtitutis ſub elementis corporeis ſpiritualia dona conſignaret, quo ſenſu Augu. ait, accedat verbum ad elementum, & fiet Sacramentum: Neceſsitas autem ipſorum externorum ſignorum eſt, teſte eodem Augu. ea eſt quod in nullum nomen religionis ſeu verum ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel Sacramentorum viſibilium conſortio colligentur. Sunt vero ipſa Sacramenta numero paucíſsima, obſeruatu facillima, effectu ſanctiſsima: quibus nouus Chriſti populus colligatur, ſanctificatur, & in fide ac generatione vitæ corroboratur: quatenus ex huius mundi peregrinatione ad cœleſtem Iheruſalem, Deique immortalis fruitionem, non peruenit. Et ne tam dantes quam accipientes hæc ſacroſancta ſymbola ſimonia polluantur, prudenter ac pie hac ipſa conſtitutione cautum eſſe videmus: vt ſcilicet gratis accepta, gratis populo Chriſti miniſtrentur, & ne pietatem populi Eccleſiarũ Paſtores in quęſtum conuertant.

Vſque miſſa

Vſqꝫ miſſa Regali pacta Referēd. que, relas audiāt ad horā vſqꝫ prādij. Lex iij

Quam vide de hoc Libr. j. Capitu. 2. Artic. 12. de Referendariorū officio.

COMMENTARIVS DE MISSA.

Ira Dei aduerſus peccatum.

Poſt peccatum Adæ, tanta fuit ira Dei aduerſus genus humanum, vt niſi in fide filii eius in gratiam non reciperetur. Qui quidē filius Dei ſtatim poſt peccatum noſtris parentibus, deinde Abrahæ fuit promiſſus: cui promiſsioni quod Abraham credidit, reputatum eſt ei ad iuſticiam: eiuſque iuſticiæ ſignaculum circumciſionem prępucii accepit: quam ceremoniam veniens Chriſtus baptiſmo commutauit: aptiore nimirum tam gentibus quā Iudæis, tam maſculis quā fœminis, tam infantibus quam adultis fædere ſeu Sacramento: per quod ſecūdum veterem hominem cōmorimur, atque conſepelimur: ſecundum autem nouum hominem conreſurgimus, atque conuiuificamur Chriſto Ieſu:

Circumciſio Signaculum fuit iuſticiæ ex fide.

Circūmciſio baptiſmo commutata.

Myſterium baptiſmi

Quo conſilio Chriſtus abiens ſacramētum corporis in pane, & ſanguinis ſui in uino nobis reliquit

qui quidē a nobis ad dextram patris abiturus, pro eo ac tenerrime nos dilexit, reliquit corporis & ſanguinis ſui pabulum ſpirituale: quod quidem nos per baptiſmum renatos paſceret, vegetaret, ipſius mortis noſtri cauſa perpeſſæ nunquam obliuiſci ſineret, & ſolatio eſſet veluti orphanis, illum nobis quoad fieri poteſt exhiberet, neque ſolum in animis verum etiam in ſenſibus noſtris reprçſentaret, vt ſcilicet viſis atque guſtatis ipſis exterioribus ſymbolis abſentis Domini recordaremur, deſolati conſolaremur, trepidantes in fiduciam erigeremur, ægri ſanaremur, & guſtum cœleſtis ac immortalis vitæ ſumeremus caduci, quoad illi vniremur in re, cui nunc militamus in fide ac ſpe.

Synaxis qua ratione dicitur.

Dicitur autem hoc Sacramentum Synaxis a Græcis, a Latinis communio: corpus enim Eccleſiæ ex nobis omnibus componitur, vt panis ex granis, vinum ex acinis, ſed contuſis prius & preſsis charitate, vt iam nullum exiſtat granum, nullus acinus appareat: ſic in communitate Eccleſiæ Chriſti, nemo eſt ſuus, ſed aliorum: nemo ſuum per ſe habet ſenſum & affectum, ſed aliorum, conuerſum ſcilicet in ſubſtantiam corporis communis.

Quatuor cauſæ huius Sacramenti.

Si quidem materia ſeu elementum huius Sacramenti eſt panis ex multis granis & vinum ex acinis: Forma quæ ex gratiarum actione ſeu benedictione conſequitur, eſt corpus Chriſti, traditum ſeu fractum pro nobis, & ſanguis Domini in remiſsionem peccatorum noſtrorum effuſus: Efficiens, verbum ſeu præceptum Domini, & miniſter Eccleſiæ: Finis autem, vt comedatur & bibatur in cōmemorationem mortis Dominicę, & in ſignum certiſsimum gratuitæ remiſsionis peccatorum noſtrorum, in ipſo Chriſto mediatore nobis pænitentibus & fidelibus oblatæ.

A tota Eccleſia integrum ſacramentum eſt ſumendum.

An ſemper ſumenda eſt cæna Dominica.

Quoniam autem hęc cæna Dominica pro omnibus Chriſti fidelibus eſt inſtituta, magnaque ex parte preces, laudes, gratiarumque actiones continet, non tam a queſtuario aliquo Sacerdote, quam a tota Eccleſia integra ſumenda eſt frequentiſsime: ne tanta myſteria per ſacrilegiū diuidamus, vel mercenariis potius obiicere, ipſi autem ea faſtidire videamur. Quia tamen Centurio ille qui indignum ſe confitebatur vt Chriſtus intraret ſub tectum eius, & Zacheus qui gaudens excepit illum in domum ſuam non iurgabantur: ſed alter ex abiectione ſui, alter ex gaudio parem gratiam repererunt: Nos quoque in vicio non erimus, ſi interdum vt indigni abſtinebimus, vel etiam quam frequentiſsime gaudentes hanc æſcam & potum ſpiritualem ſumamus, certe illud ſemper eſt neceſſarium, vt credamus Chriſtum ſic nobis coadunatum, ſic nos illi viciſsim inſertos eſſe, adeoque vnum corpus cum ipſo coaluiſſe, vt quicquid ipſius eſt noſtrum ſemper vocare liceat: hinc ſequitur, vt nobis ſpondere audeamus vitam æternam noſtram eſſe, cuius ipſe hęres eſt, nec Regnum cœlorum quo iam ingreſſus eſt poſ-

greſſus eſt poſſe magis excidere nobis quam ipſi, ruſus non poſſe peccatis noſtris nos (dico pænitentes & fideles) damnari quam diu ipſe non damnatur, cũ ea ſibi imputari voluit, ac ſi ſua eſſent: filius enim hominis nobiſcum factus, nos ſecum Dei filios fecit: ſuo deſcenſu in Terras, aſcenſum nobis in cœlum ſtrauit: accepta noſtra mortalitate, ſuam nobis immortalitatem contulit: ſuſcepta noſtra imbecillitate, virtutem ſuam dedit nobis: recepta noſtra paupertate, ad nos ſuam opulentiam tranſtulit: omni iniuſticia noſtra in ſe recepta, iuſticia ſua nos donauit: vt iam nihil reſtet, niſi vt in hac fide roborati, in nouitate vitæ operibuſque ſanctis ambulantes, gratias agamus ei qui redemit nos: & tum integrum nobis eſt, vt muniis Reipub. vel priuatæ ſecundum vocationem noſtram ſeruiamus. A Deo quippe immortali ſunt nobis agendi capienda primordia, quando quidem ab illo omnium rerum principia ducuntur, in iuſtum robur excreſcunt, ac in gloriam ipſius, noſtramque vtilitatem ordinantur.

Licet autem officiũ Caſtren. ſemper debet eſſe paratum, in feſtis tamen Solennib. & diebus Dominic. cauſæ officij non iudicentur: ijs enim diebus audiendo uerbo Dei, et orationibus in templo uacandũ eſt. LEX IIII.

Vſus dierum feſtorum legitimus.

Quam vide infra Libr. 3. Cap. 12. Artic. 14 de formula Iudicii officii Caſtreñ.

Cum Archidiac. veritatem doctrinæ Euangel. bonoſq; mores Paſtorum exploraturus viſitat, nihil exigat.

Bodzantæ 1369.

Prohibemus etiam Archidiaconis, Præpoſitis, & alijs Prælatis noſtræ diœcæſis iuriſdictionem habentibus, ut uiſitando non excedant euectionum numerum a Iure diutius inſtitutum: neq; in tempore uiſitationis pecuniam exigant a ſubiectis. 57.

Penſiõibus cult9 diuin9 minuit'. Lex V

Quam vide ſupra Cap. eodem Articul. 3. & 2. Lege, Quamuis.

Licet fraternitates abrogãtur officia tamen illorũ in Eccleſ. maneãt. Lex VI.

Sigiſm. Augu. Petricouiæ 1550. Idem capi. 16 articulo 10. de Ciuitatibus.

Quia fraternitates iamdudũ a prædeceſſoribus noſtris ſublatæ ſunt, & nos eaſdem etiamnum iuxta priora ſtatuta tullimus, & in nihilum conuertimus, præter ordinem & obſequia Eccleſiarum.

Si accuſans cum accuſante ſunt ſimul in una Villa, uel una Parochia audiunt diuina, tunc obiectio & annualis præſcriptio procedat & habeat locum contra agentem de furto. LEX VII.

Quam vide de Furtis Libro 3. Capitulo 12. Articulo 2.

De Iumentis indomitis paſcendis ſub

custodia a

cuſtodia a feſto ſancti Adalberti ad feſtum Michaelis. Lex viij.

Quam vide Libro 3. Capitulo 11. Articulo 5.

COMMENTARIVS.

Feſta hominum ſanctorum, quorum fidei in Chriſtum ac ſynceræ confeſſionis certa teſtimonia extant, merito celebrãtur in Eccleſia: non vt illos pro Diis colamus, aliquidue aliud illis præter analogiam fidei ſcripturæque fines tribuamus: ſed vt diuinas virtutes per Spiritum ſanctum in illis effectas recolamus, & Deum, vt ſimiles quoque virtutes ad gloriam nominis ſui & ſalutem noſtram operetur in nobis imploremus: hic enim vnicus modus eſt, quo ſancti volunt a nobis honorari: Sicut & virgo mater ait, Quia reſpexit ad humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ab hinc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius a progenie in progeniem timentibus eum. &cet.

De Iudicijs Spiritualium.

PRAEFATIO.

Scriptura miniſtris Eccleſiarum tribuit mandatum baptiſandi, docendi Euãgelii, remittendi, vel ligandi peccata, aliaque adminiſtrandi Sacramenta: præterea iuriſdictionem, videlicet excommunicandi eos, quorum manifeſta ſunt crimina, & reſipiſcentes rurſus abſoluendi: reliqua vel humano Iure conceſſa habent, vel vi, neceſſitateue extorta.

Sæcul. ad Iudiciũ Spirit. pro cauſis Ciuilibus per Clericos ne euocentur.

57. Præterea uolumus. Quod laici deinceps pro debitis & in alijs cauſis Ciuilibus per Clericos ad forum Eccleſiaſticũ non trahãtur: niſi forte ſit cauſa Spiritualis, uel Spirituali annexa, aut debitũ fuerit decimale.

Bodzantæ lib. 4. ca. 6. ne sæcul. ad forũ spiritual. euocẽtur, hoc ſtatutũ cum alijs ſui ſimilibus ponetur

Ipſorum tamen Spiritualiũ certæ cauſæ S. limitum, Knetonum fugitiuorum, Homicidiorum, vulnerum, Iure Sęculari definiantur. LEX IX.

Spirituales pro bonis ſiue iniurijs bonorum Iuri communi ſubiectorum Iure Terreſtri experiantur: Iniuriæ ſunt, ſuper limitibus, Kmetonibus fugitiuis, cęde, & vulneribus, alias iuxta Statuta Iohannis Alberti Regis, de ſingulis horum diſponeñ. 117

Alex. in Rad. 1505 Idẽ de offic. succam. libr. 1. cap. 14. art. 1. repetetur item lib. 1. cap 17. de Kmetonibus fugitiuis.

Proinde Inhibitiones Spiritualiũ ad Sæcularia Iudicia dandæ nõ ſunt, & datæ caſſantur, niſi cauſæ meræ Spirituales eſſent. LEX X.

108 Item uiam diſcordiarum inter ſtatum Spiritualem & Sęcularem, occaſione Inhibitionum quos Prælati Spirituales in Iure Sęculari ipſorum literis & interdictis facere conſueuerunt, feruentius exortarum, exoriunda-

Iohan. Albertus Petricouiæ 1496 Idẽ lib. 4 cap. 4 artic 1. de Inhibitionibus inter alias leges repet.

exoriundarumqꝫ, præcludere uolētes: Statuimus, Quod deinceps Prę-
lati Spirituales a talibus Inhibitionibus faciendis penitus ceſſent: prę-
ſertim pro cauſis ad Ius Sęculare pertinentibus: exceptis cauſis Iuri
Spirituali ſubiectis: de quibus ſe nullatenus Iudicium Terreſtre de-
beat ingerere.

Quas cauſas Iudices Spiritualium cognoſcent. LEX XI.

Differentias Iudiciorum inter Spirituales & Sęculares perſonas, ſic
Sigiſm. Cra. 1543. in præſentibus Comitijs cum Conſiliarijs noſtris utriuſqꝫ ſtatus &
Terrarum Nuncijs conſtituimus: ne amplius alteri alteros ad Ius in-
competens euocent. Vt itaqꝫ ſit definitum, quæ cauſæ ad Iudiciū Spi-
rituale & Sęculare pertinent, per hanc illarum deſcriptionē Significa-
mus, deſcribimus, & conſtituimus, cū conſenſu Dñorum et Prelatorū
Spiritualium: Nec non Dñorum ſtatus Sęcularis & Nunciorū Terre
ſtrium. Inprimis ad Spiritualiū Iudicium pertinet iudicare differētias
fidei ſanctę Chriſtianæ, hereſes, ſchiſmata, blaſphemias cōtra Deum, & apoſtaſias.
¶ Item pro decimis, ſeptem Sacramentis Eccleſię, bene-
ficijs, Sacrilegijs, Simonia, fenoribus, Spiritualiū homicidijs, percuſſi-
onibus, & vulneribus ordinatorum alias conſecratorū: Sacrorum nū-
dinatione, & pro his, qui cōfugiunt ſub tutelam templorū, uel Mona-
ſticorum Cęnobiorum. Exceptis tamē illis, quos Ius templis defende-
Videantur de his Leges ſingulę, ſingulis locis ſtatuti. re non permittit, ut ſunt nocturni damnidatores in ſegetibus, fundis,
uel agris: ſicarij alias diſpercuſſores libere iter facientiū, fures publice
proclamati, uel ter in Regeſtris conſcripti, incendiarij, & uiolatores li-
bertatum Eccleſiarū: iſti & tales debent ex tēplis recipi, neqꝫ defendi.
¶ Item ad Iudicium Spirituale iudicare pertinet Incantatiōes et Ma-
gias: Cēſus perpetuos Eccleſiaſticos, Terreſtres & tēporales: reemptio-
nes, Eccleſiarū dotationes alias poſuuyatne Nihilominus de ipſis fun-
De fundis Sacerdotiorum. dis Eccleſijs dotatis alias o poſuuyathnym ſic eſt conſtitutū: quia ſi ali
quis Spiritualis, uel uigore literarum uel poſſeſſionis diuturnę poſſi-
deret id quod aſſerit eſſe Eccleſię dotatū alias poſuuyathnym: & ex il-
lo Eccleſia uel Eccleſiaſtica perſona inofficioſe, & alicuius ui ſeu uiolē-
tia eſſet depulſa, & eo nomine citaret, is debet iudicari iuxta ueterē con
ſuetudinem Iure Spiritualiū: excepto hoc, ſi in termino perſona Sęcu-
laris citata aſſereret, quia hoc ipſum pro quo citatur, Eccleſiaſticū non
eſt, ſed tantum adiectum de eius proprio ad Eccleſiaſticū (fundum)
hoc eſt, quia hæc perſona Spiritualis, plus ſibi eius dotationis alias po-
ſuuyathnego appropriauit, latius, uel longius, quam debet habere iux-
ta literas fundationis & poſſeſſionis: Extunc Spiritualis Iudex adiu-
dicando actori hoc quod in literis fundatiōis habet, uel ab eo iuſte poſ-
ſideri Dñs agnoſceret, uel id ſuper quod legitime doceret, pro reliquo

fundi, illo iciii.

fundi, illo ſcilicet quod eidem non agnoſceret Dñs debet remitti ad Ius Terreſtre: In qua quidem cauſa pro proprietate (fundi) pro limitibus & pro meta, a decreto remiſsionis a Iudicio Spirituali ad Ius Terreſtre, ad ſuperius tribunal Iudicij Spiritualis, uel Romanum appellatio admitti non debet: ſub pœna infraſcripta.

¶ Sic etiam ad Iudicium Spirituale pertineat perſona miſera & derelicta quę manibus ſuis uictũ ſibi emereri neq; elaborare non poteſt.

¶ Item huic etiam Spirituali Iudicio pertinet quęrere, & iudicare de legitimi uel illegitimi tori liberis, ſeu natalibus.

¶ Item ad Iudicium Spirituale pertinent cauſæ eorum qui ſe ſponte ſua obligant & inſcribunt in Iure Spirituali, pręter inſcriptiones illas quas Kmetones & ſubditi Nobilium facerent inter ſe, corã Iudicio Spirituali, nam tales inſcriptiones inter Kmetones & ſubditos Nobilium a Spiritualibus ſuſcipi non debent. Quod ſi ſuſciperentur, extunc tales inſcriptiones nihil ualere debent.

¶ Sed inſcriptiones & uenditiones decimarũ, pro debito Eccleſiæ, uel Spirituali perſonæ facieñ. poſſunt ſuſcipere & iudicare Iudicio Spirituali. Sed hoc debet intelligi de Kmetonibus & ſubditis liberis nõ obligatis noſtris Regalibus: ſic etiã de Kmetonibus Spiritualiũ, quibus licebit tales facere, & in ſe ſuſcipere inſcriptiones: tantum a Kmetonibus & ſubditis Nobilium ſuſcipi non debent. *Ad artic. de decimis & cap. Kmeton. idẽ transfertur.*

¶ Etiam pro percuſsionibus & exceſsibus cõtra Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas conſecratas, præter quã illos Eccleſiæ miniſtros, qui Eccleſiaſtici & accolyti eſſent, & uxores poſtea ducerent, præter etiam illos qui exiſtentes miniſtri Eccleſiæ, non tamen Sacerdotes, ipſi ſoli in tabernis lites quęrerent, & in illis litibus conuicti fuerint, hi ad Iudicium Spirituale pertinere non debent.

¶ Etiam ad Iudicium Spirituale pertineant cauſæ Iurispatronatus Plebanatuũ, Altarium, Prębendarũ, & aliorum Sacerdotiorũ: adhęc diuortiorum & dotium inter perſonas per diuortiũ ſeparatas. Cognitio tamen ſeu Iudiciũ de dote perſonæ per diuortium ſeparatę, remitti debet ad tribunal Sacræ M. R. ſecundum ueterẽ conſuetudinem.

¶ Teſtamentorũ uero cauſa utriuſq; Iuris, tam Spiritualis quã Sęcularis debet eſſe: exceptis illis, quæ eſſent in Iure Sęculari facta: ea enim in eodem Iure cognoſci debent, niſi forte aliquid in eo Eccleſiæ uel in pios uſus & miſericordiæ opera legaretur: ſed nihil Iuri Terreſtri ſubiectum contra ſtatutum legari debet. Hoc eſt autem Teſtamentũ mixti fori, quod coram publico Notario fieret, uel qui illud propria manu ſcriberet, uel coram aliquibus Teſtibus præſertim Nobilibus factum eſſet: hoc tamen eſſe debet liberũ Nobilibus, non autem Ciuitatũ Incolis: & pro talibus poteſt citare qui uult ad forum Spirituale uel Sęculare ad quod aliquis pertinet, hoc in eis uoluntate ſtat. Sed Teſtamentum quod ali- *Teſtamentum mixti fori.*

tum quod aliquis coram nobis, uel coram quocumque alio Iudicio, aut Iure Sęculari Terreſtri, Caſtreñ. Ciuili, Villano, Aduocato, & iuratis faceret: tale omnino ad Ius Spirituale non pertinebit, neque nomine illius poteſt quis conueniri coram Iudicio Spirituali: excepto ſi aliquid Eccleſię, & quod contra Ius Terreſtre non eſſet, legaretur: hoc in eius uolũtate erit ad Spirituale ſcilicet uel Sęculare Ius citare: & ſi qua Spiritualis perſona aliquem Nobilem, uel Nobilis ſubditũ, ad Ius Spirituale pro alia re, ultra articulos ſuperius ſcriptos, ad Spirituale Ius extraheret uel citaret: Extunc ibidem eidem euocato pro pœna debet dare xiiij marcas pecuniæ, quæ debet in illo decerni in Spirituali Iure ſub cenſuris: a quo decreto pœnę, appellatio nõ debet admitti per Spiritualem Iudicem: alias autem omnes cauſas Iudicium Sęculare debet iudicare, ita quod ſi etiam Spirituales haberent aliquid cum Sęcularibus agere, uel cum illorũ ſubditis: debent in Iure Sęculari experiri. Similiter etiam ſi quis ſęcularis ſpiritualẽ ad Ius ſęculare Terreſtre pro his articulis iudicio ſpirituali pertinentibus euocaret, talis etiam debet condemnari in pœna xiiij marc. Nihilominus per hanc conſtitutionẽ noſtram nolumus, ut in aliquo derogetur Iuribus & Priuilegijs ſpiritualium in ſtatutis deſcriptis: hoc eſt, ne in illis hoc mutaretur uel deſtrueretur, quod eſt plus in illis ſcriptum, quam hęc conſtitutio habet, ita enim cum Conſiliarijs noſtris & Nuncijs Terrarũ conſtituimus, quia hoc debemus unicuique tam ſpirituali quam ſęculari ſubdito noſtro tenere & reformare iuxta conſtitutiones priores.

Conditio hæc totam legem ad priores conſtitutiones præſertim ſi ſint huic contrariæ limitat.

ARTICVLVS IX.

De Raptoribus Decimarum & bonorum Eccleſiæ, ac de his, qui Excommunicationum ſentencias vltra Annum ſuſtinent.

De Raptorib. decimarum & bonorum Eccleſiæ, ac ſuſtinẽtibus ſentẽcias excõmunicationum vltra annum. Lex 1.

Hoc eſt Priuil. a Iagellone Spiritualib. datum, & a Kazim. Tertio confirmatum

De militibus autẽ in bello ſpiritualiũ bonorũ raptoribus, uide lib. 6. cap. 1. art. 4. de militibus damna facientes.

Kazimirus Tertius exordiendo cõfirmationẽ, meminit conſtitutionẽ patris ſui Vla-

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos KAZIMIRVS Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ. &c. Ad perpetuam rei memoriã, Significamus per pręſentes. &c. Etſi Regni noſtri ſubditis clementię noſtrę, & Regalis prouiſionis, in augendis commodis, ac iuribus, immunitatibus, ac libertatibus cõſeruandis, ſinum extendimus: Quanto magis Eccleſijs (unde laus & honor altiſsimo Ieſu Chriſto omnium creatori ſalusque prouenit animarum, nec non perſonis, & membris Eccleſiaſticis) id facere & impendere conuenit: * Proinde fœlicis memorię Sereniſ. Princeps Dñs Vladiſlaus Rex Poloniæ, & progenitor noſter chariſsimus & prædeceſſor iniquitati 66. 67. 68.

ſor iniquitati hominum occurrendo, & Eccleſiaſticę libertati, eiuſq; menbris,& perſonis Eccleſiaſticis & Sęcularibus paci & indẽnitati ſui regiminis conſultius prouidendo, ſuas certas & patentes literas ſtatuti fecit & condidit huiuſmodi ſub tenore.

diſlai Iagel. pro libertate Eccleſ. & perſonis Eccle. æditarũ.

IN NOMINE DOMINI AMEN. VVLADISLAUS Dei gratia Rex Poloniæ nec nõ Terrarum Cracouię, Sandomirię, Siradię, Cuiauię, Lanciciæ, Lituanięq; Princeps ſupremus Pomeraniæ Ruſsiæq; Dñs & hęres. Ad perpetuam rei memoriã: Etſi ſubditorum noſtrorũ Sęcularium commodis de benignitate Regia libenter intendimus, Iuraq;, & libertates ipſorũ contra deteſtandam malignorum prauitatem ditionis noſtræ præſidio confouemus, multomagis tamen Regis pacifici, Dominatoris uniuerſorũ exemplo, per quem Reges regnant, & Principes dominantur, Eccleſiam ſuam ſanctam, & perſonas Spirituales & Sęculares ſibi ſubiectas, in Iuribus, & libertatibus, ac ſtatutis, a ſanctis patribus æditis, conſeruare & tueri conuenit: & ipſas ab omni impreſsionũ incurſu præſeruare. Noſcat igitur, tam præſens ętas quam poſteritas futurorũ: Quod quamquã ſacris canonibus ſalubriter ſancitum, & lege humana utiliter ſit prouiſum. Quod quicumq; Princeps ſeu Capitaneus, Baro, aut Nobilis, Miles, aut Vaſallus. Et generaliter quęuis alia perſona Spiritualis aut Sęcularis, cuiuſcumq; ſtatus, dignitatis, gradus, & conditionis exiſtat: * Decimas quas ſibi Deus in ſignum uniuerſalis Dominij, pro alimento ſeruientium reddi cenſuit: Nec non domos, tributa, Caſtra, Villas, munitiões, poſſeſsiones, & quæuis bona, ac alias res mobiles, & immobiles, ad Eccleſias, & pia opera, ac religioſa loca, perſonaſq; Eccleſiaſticas ſpectantes: ac etiam pauperum hominũ in ipſorum bonis degentium rapuerit inuaſerit, occupauerit, aut illicite detinuerit, exactionauerit, tallias ſeu collectas impoſuerit, ſeu iniuſte impignorauerit, aut occaſione pignoris aliquid extorſerit, uel quouis quęſito colore grauauerit, uel rapi, inuadi, occupari, detineri, impignorari ſeu exactionari mandauerit, ordinauerit, ſeu ratum habuerit, aut raptorem, inuaſorem, occupatorẽ, & detentorem illicitũ, cum re rapta, inuaſa, occupata, & detenta cõſeruauerit, ſeu in deffenſionẽ ſuſceperit, aut in bonis eiuſdem notoriũ damnum uel manifeſtam offenſam intulerit: * Niſi omnia & ſingula rapta, inuaſa, occupata, ſeu pignorata reſtituerit: Nec non de iniurijs, & damnis illatis, ac manifeſta offenſa, condignã emendam, & ſatisfactionem impenderit: cum ipſorũ complicibus, pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis debent ſubiacere. * Tamen quia nonnullarũ perſonarum Sęcularium Regni noſtri adeo irrepſit & inoleuit iniquitas: Quod pœnas & cenſuras in & contra tales tam a canone quam ab homine promulgatas, in ſenſum dati reprobum, ultra annum animo indurato, in cõtemptum clauium ſanctę matris Eccleſię, animarũq; ſuarum periculũ,

Vuladiſlaus Iagello Priuilegium originale de libertate Eccleſiæ & perſonis Eccleſiaſticis incipit.

Deus uelut uniuerſalis dominator decimas ſibi dari iuſsit.

Raptor, inuaſor, & occupator detentorque bonorum Eccleſiaſticorũ: & quilibet dans occaſionem talia exercendi, pœnis & cenſuris Eccleſiaſti. debet ſubiacere

De his qui ultra unũ annum cenſuras ſuſtinent Eccleſiaſticas

R ſtatutorumq;

Statutorumq́ prædictorũ uilipendium, & ſcandalum Chriſti fideliũ plurimorũ, ſuſtinere non formidant: propter quorum culpam diuinæ ultionis gladius ſæpius perimit innocentes, unde etiam pullulant hereſes, uariaq́ inſurgunt animarũ pericula: ✱ Nos igitur Vuladiſlaus, qui intenſis deſiderijs prædeceſſorũ noſtrorum exemplo, tanquã tutor & conſeruator Iurium, libertatũ, & Priuilegiorũ, in Eccleſia perſonarumq́ ſibi ſubiectarũ, propagationem libertatis Eccleſiaſticę, ex debito affectamus, ad executionẽ debitam ſtatutorũ huiuſmodi procedere cupientes. cum fruſtra conderentur leges niſi executioni debite demandarentur: ✱ Ex quo etiam quos timor Dei & mucro Spiritualis a malo non reuocat pœna temporalis debet cohercere, præſenti noſtro Regio decreto de conſilio & unanimi Prelatorũ & Baronum noſtrorũ uoto, ſcientia, & aſſenſu uolumus, decernimus, & firmiſsime ac irrefregabiliter perpetuo obſeruare pollicemur: Statuimuſq́ & ordinamus per præſentes, ut dum aliquis indigena Regni noſtri cuiuſcũq́ ſtatus & conditionis exiſtat, propter raptum decimarũ, uel aliarum rerum Eccleſiaſticarũ occupationem, aut ratione exceſſuum quorumcũq́, ſiue etiam in contumaciã de non parendo Iuri, & mandatis ſanctæ Eccleſię. ✱ Sentencia excõmunicationis IVSTE FVERIT innodatus ipſamq́ ultra annum legalẽ pertinaciter ſuſtinuerit nec curauerit ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redire, et pro exceſſu debitam emendã exibere. Extunc anno huiuſmodi elapſo omnia bona eiuſdem excõmunicati mobilia et immobilia quæ tunc poſſederit, debent recipi per locorum Capitaneos quibus ſubiacent & apprehendi, tenenda, & poſsidẽda tam diu per Capitaneos huiuſmodi quouſq́ per eoſdem excõmunicatos uel Capitaneos memoratos de huiuſmodi bonis damna, uel ualor rei, ipſis leſis uel iniuriã paſsis plenarie exoluantur. ✱ Quibus ſolutis bona prælibata prefatis excõmunicatis non niſi abſolutis, decernimus uiceuerſa reſtituenda per Capitaneos prænotatos. ✱ Mandamus igitur omnibus & ſingulis Regni noſtri Capitaneis & uiceſgerẽtibus eorundem quatinus ad compeſcendã talium excommunicatorũ pertinaciam, duriciã, & temeritatem, præmiſſa noſtra ſaluberrima decreta executioni debite debeant demandari perpetue & in æuum, totiens quotiens per Prælatos aliaſq́ perſonas tam Eccleſiaſticas quã Secolares ſuper hoc fuerint requiſiti & moniti. Quod ſi prefati Capitanei, Tenutarijq́ noſtri aut loca tenentes eorundẽ pro tempore exiſtentes in executione præmiſſorum tardi fuerint uel negligentes: Extunc ipſos omnes pro huiuſmodi negligentia per loci ordinarios iaculo anathematis indulgemus feriendos: harum quibus Sigillum noſtrũ eſt appenſum teſtimonio literarũ: Actum Cracouiæ ſabbato proximo ante feſtũ Purificationis Mariæ Virginis. Anno Dñi 1433. præſentibus Reuerend. in Chriſto patribus Dñis Sbigneo Cracou. & Iohanne Chelmeñ.

Meminit Vuladiſla. conſtitutionum per ſuos prædeceßo. pro libertate Eccleſiaſtica ſancitarum.

Quos mucro ſpiritualis a malo non reuocat pœna temporalis debet cohercere.

Cuiuſlibet excõmunicati ultra annum legalẽ excõmunicationem pro quocũq; exceßu ſuſtinentis omnia bona mobilia uel immobilia debẽt per loci Capitaneũ apprehendi, & tam diu teneri, quouſq; de eis p excõmunicatum, uel eundem Capitaneum ſatisfactio perſonæ læſæ impendatur.

Solutione facta iniurium paßis, & abſolutione obtenta, bona prædicta raptori per Capitaneum reſtituantur.

Mandatum Regis ad Capitaneos.

Capitanei remißi in executione præmiſſorum Eccleſiaſticis cẽſuris ſunt feriendi.

ne Chelmeñ. Epiſcopis. Nec nõ Magnificis et Nobilib. Nicolao de Michalouu Caſtel. Cracouieñ. Petro de Pyeskouaskala Palatino Cracouieñ. Iohanne Glouacz de Oleſznicza Marſchal. R. P. & Iohanne de Konyeczpole, ac alijs quam plurimis militibus noſtris dilectis. Datum per manus Venerab. Stanislai de Opporouu decret. Doctor. Decan. Cracouieñ. Sed. Apoſt. Protonot. Regni noſtri prædicti Vicecanc. nobis ſyncere dilecti, ad Relat. Magnifici Iohannis de Konyeczpole. Nos itaq; ueſtigia progenitoris & prædeceſſoris noſtri prælibati chariſsimi toto mentis noſtræ conatu inſequi & amplecti ſatagentes, literas huiuſmodi ſtatutum laudabile in ſe continentes, cum eorũ toto tenore, de conſenſu & uoluntate Prælatorũ, & Baronum, ac Conſiliariorum Regni noſtri approbamus, innouamus, ratificamus, & cõfirmamus tenore præſentium mediante. Quo circa omnibus & ſingulis præſentibus & futuris Regni noſtri Capitaneis, Tenutarijs, & eorum uiceſgerentibus mandamus, quatinus prędictas noſtri progenitoris ſtatuti literas in omnibus clauſulis, punctis, & conditiõibus teneant, et ad unguem perpetuo & inuiolabiliter obſeruent. Alioſq; in ſuis Capitaneatibus tenutis & diſtrictibus ipſis quomodolibet ſubiectos, ſuppoſitos cuiuſcũq; præeminentiæ, gradus aut conditionis exiſtant, arceant, & compellant iuxta uim & formam prædictarum progenitoris noſtri literarum quotiens tam per Prælatos quã alias perſonas Eccleſiaſticas & Seculares fuerint ſuper hoc requiſiti et poſtulati. Quod ſi ipſi Capitanei & Tenutarij ſeu ipſorum loca tenentes pro tempore exiſtentes in præmiſſorũ executione ſe remiſſos & negligentes, aut alias quomodocumq; difficiles reddiderint extunc ipſos & eorum quemlibet propter huiuſmodi incuriam & contemptũ mandatorum noſtrorum excommunicationũ ſentencijs & cenſuris Eccleſiaſticis in eos per locorũ ordinarios eorumq; uicarios & officiales generales fulminãdos & promulgandos ſubdimus, et ſubicimus, ac perpetuo ſubiacere decernimus & obligamus tamdiu procedendum quouſq; ad ipſarum executionẽ literarum curauerint procedere cum effectu. Harum quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum teſtimonio literarũ. Actum in Conuentiõe generali Pyotrkouieñ. pro feſto ſancti Adalberti celebrata, feria quarta poſt feſtum ſancti Georgij proxima, 26 menſis Aprilis. Anno Dñi 1458. præſentibus ibidem Reuerendiſs. Reuerendiſq; in Chriſto patrib. Dñis Iohanne S. Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepi. & Primate, Thoma Cracouieñ. Iohanne Vladiſl. & R. P. Cancel. ac Andrea Poſnanieñ. Eccleſiarum Epiſcopis. Venerabiliq; Iohanne Luthkonis de Brzezye, V. I. Doctoris Archidiac. Gneſneñ. & Vicecanc. R. P. Nec non Magnificis Generalib. Nobilib. & ſtrennuis Iohanne de Czyzouu Caſtel. Iohanne de Thanczyn Palatino Cracouieñ. Luca de Gorka Poſnani. Staniſlao de Oſtrorog Caliſs. Derſlao de Rythuany Sandomirieñ. Pe-

Kazimirus Tertius ſtatutum paternũ cõfirmans mandat omnibus Capitaneis & eorum uiceſgerentibus hanc conſtitutionem tenere in omnibus ſuis punctis alioſq; ſubiectos ad tenendum compellendos fore.

ſubijcit R. M. Capitaneos negligentes ſentencijs excommunicationum per loci ordinarios contra eos fulminandis.

tro de Opporouu Lancicień. Nicolao de Koſczyelecz Brzeſteń. Palatinis: Andrea Odrouaſz de Sproua Palat. & Capit. Leopolień. Iohanne de Pilcza, Hyncza de Rogouu Siradień. & R. P. Vicetheſaur. Petro de Thurouu Sandomirień. Petro de Striykouu Vuladiſl. Staniſlao de Schydlouyecz Zarnouień. Caſtellanis. Creſlao Voyſzyk de Voycza Cracouień. Sandiuogio de Lanczemcze Sandomir. Iohanne Kuropathua de Laczuchouu Lublineń Succamerarijs. Nicolao de Brzezye R. P. Marſchalco. Iohanne Kraſzka de Lubnicza Caliſs. Iohanne de Sczekocziny Dapifero Sandomirień. Nicolao Lublineń. Nicolao Pyenyazek de Vithuicze Cracouień. Capitaneo, Iohanne de Melſtyn Iohanne de Tharnouu, Iacobo de Dampno Pincerna, Nicolao de Chrzanſtouu Tribuno Cracouień. ac Venerabilibus Iacobo de Syenno Gneſneń. & Cracouień. Iacobo Loth de Dampno Decan. Cracou. Iohanne de Pnyouu decret. Doctor. Archidiac. Iohanne Voyſzyk de Voycza Cuſtode Cracou. Petro Spinek de Benthkouu Gneſneń. & Cracou. Canon. & alijs quam pluribus fidedignis circa premiſſa. Datum per manus præfatorum Reuerend. patris Dñi Iohanne Epiſcop. Vuladiſl. & Cancel. ac Venerabilis Iohannis Luthkonis de Brzezye V. I. Docto. Archidiac. Gneſneń. & Vicecanc. R. P. ſyncere nobis dilectorum ad relationem præfati Venerabilis Luthkonis de Brzezye Doctor. V. I. Archidiac. Gneſneń. Vicecancel.

ARTICVLVS X.

DE SPIRITVALIVM CENSVRIS.

PRAEFATIO.

Si Eccleſia eſt beatus ille cœtus hominum, qui verbum Dei audit & cuſtodit: profecto glorioſum eſt huius Ciuitatis municipem eſſe: e regione autē probroſum debet haberi ſocietate & conſortio illius excidere, quod tum demum fit, Si quis non audiuit verbum Dei, neque citra ſpem correctionis cuſtodiat illud. Itaque Petrus Ananiam nomine mendacii: Paulus ob inceſtum quendā Corinthium: & alii veri miniſtri Dei, alios neſarios ob alia crimina excōmunicauerunt. Præcipuus autem vſus excommunicatiōis debet eſſe, ne in Dei nomen, idolatria, Sacrilegia, blaſphemiæ aliæque offenſiones religionis publice emergāt ac ſpargantur in populum, vt ſcilicet inter Chriſtianos publica religionis a Deo inſtitutæ facies exiſtat, inter homines vero conſtet humanitas. Qui enim hec violant, eis vbique gentium ſacris interdicitur, vt ita publica lancinati infamia, ad ſocietatem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, redeant, ac reuertantur. Quia vero Chriſtus cœcum natum extra Synagogam Iudæorum poſitum illuminauit, argumento eſſe poteſt, multos a Sacerdotibus ſolere ligari, quos Chriſtus ſoluit: & econtra multos ſolutos eſſe ab illis, qui apud Deum ligati ſunt: ita vt nō propter humanarum quarundam traditionū, verum tantum propter Diuini verbi transgreſsionem ligatum vel ſolutum eſſe aliquem credere debeamus, eouſque enim Sacerdotes audiendi ſunt, quatenus ex Moſe hoc eſt verbo Dei, facienda vel vitanda præcipiunt: & peccatum oſtendunt, vel Euangelium anunciant: quod enim iubentibus Pontificibus Iudas Chriſtum vendidit: nouem autem leproſi ad Sacerdotes miſsi Chriſto gratiam non reddiderunt; ii ingratitudinis, ille perfidiæ horribili exemplo damnati ſunt.

Quando locus eſt excommunicationi.

Vſus excommunicationis.

Multi ſoluūtur a deo qui a sacerdotibus ligantur & econtra.

Quatenus ſacerdotibus eſt obediendū.

Iaroſlai Gneſ-

Iaroſl. Gneſ. Arch. de Interdicto ſeruā.

54. Super interdicto ſeruando, taliter decreuimus quod cum ex caſu qualicumq; euenerit in Ciuitate Cracouieñ. interdictum Eccleſiaſticū teneri, & obſeruari: Ciuitas Kazimiria iuxta flumen Viſla, eidem interdicto non debet ſubiacere, & econuerſo.

Cracouia interdicto ſuppoſita Kazimiriam excludit et econuerſo.

De eodem Bodzanta Epiſc. Cracou.

Kazimiria a Craco. tēpore interdicti diſcernitur.

58. Item ſuper interdicto ſeruando taliter decreuimus: Quod cum ex caſu qualicumq; euenerit, in Ciuitate Cracouieñ. interdictum Eccleſiaſticum teneri & obſeruari. Ciuitas Kazimiria quæ eſt quaſi contiqua ultra fluuium Viſla, eidē interdicto non debet ſubiacere & econuerſo.

De ceſſatiōe a diuin. ꝑpter excōmunic.

54. Statuimus inſuper quod ubicumque uel ad quamcūq; excommunicatus a Iure, uel Eccleſiam, ſeu Ciuitatem ingreſſus fuerit, tunc ceſſetur a Diuinis ipſo tamen de Eccleſia aut Cæmiterio recedente, Diuina licite reſeruentur, & reſumentur.

Excōmunicato præſente ceſſatur a Diuinis: ſed recedente Diuina reſumuntur.

De eodem Bodzanta Epiſc. Cracou.

58. Statuimus inſuper. Quod ubicumq; uel ad quemcūq; locum excōmunicatus a Iure, uel ab homine uenerit ad Eccleſiam, uel Ciuitatem ingreſſus fuerit, tunc ceſſetur a Diuinis, ipſo tamen de Eccleſia, uel Ciuitate iam recedente, Diuina licite reſumantur.

Exeunte excommunicato ſtatim fit continuatio Diuinorum.

De Interdicto triduano non tenendo Iaroſſa. Archiepiſco. Gneſnen.

Propter aduentum excommunicati Eccleſia triduano interdicto non eſt ſupponenda.

54. Inter cætera decernimus, & ſtatuimus expreſſe, quod interdictum triduanum, quod alias ſeruatur, per omnes Eccleſias, propter aduentum alicuius excōmunicati, extunc per quempiā, & exnunc nullatenus debeat teneri, & obſeruari, ne pluralitas plebis deuotę, propter crimen unius obſtinati, ſalutaribus Diuinis officijs priuetur, & ſua orbetur deuotione. Vbi autem ſentencia ſędis Apoſtolicæ fuit, cui nos legem dictare non poſſumus, uolumus quod forma mandati, in reſcripto poſita, diligenter ſeruetur, & exequatur clauſula de interdicto ſuperius triduano præmiſſo non obſtante.

Interdictum a ſæde Apoſtol. promulgatum iuxta formam reſcripti diligenter eſt ſeruandum.

De eodem Bodzanta Epiſ. Cracou.

58. Inter cætera decreuimus, & ſtatuimus expreſſe. Quod interdictum triduanum, quod alias ſeruabatur, per omnes Eccleſias propter aduentū alicuius excommunicati, exnunc per quempiā, nullatenus teneri debet nec obſeruari, ne pluralitas plebis deuotæ propter crimen unius obſtinati, ſalutaribus officijs Diuinis, & ſua deuotione orbetur.

Interdictum triduanum ſublatum.

De excommunicatis in Parochia.

Propter unum excõmunicatum Parochiani non ligantur.

Item etiam uolumus quod propter excõmunicatum unum, qui uenerit ad locum quemcumq;, Parochiani non debeant carere Diuinis: Papali duntaxat excommunicationis ſentencia, & interdicti obſtante. 58.

Si uero excõmunicatio poteſt obijci

Teſtibus in cauſa Seculari productis Lib. 4. Cap. 19. Art. 1. de Teſtibus ponetur.

De Salario Tabellionum.

Tabelliones pro Priuilegio libertatis ultra ſex großos Pragen. ab indigente nõ exigant, pro citationibus unum groſſum Pragen. pro cõtumacia duos groſſos, pro aggrauationibus nõ plus quam ſex groſ. Pragen. ſub pœna excommunicationis.

Item ſtatuimus, & præſentibus ſtatuendo ordinamus, ne quis Notarius publicus, aut priuatus, Curiæ noſtræ Epiſcopalis, aut diœcæſis Cracouien. prædictæ, pro libertate, ſuper quacumq; re cõficienda, ſeu Priuilegio ſuper ea conſcribenda, ultra ſex groſſos Pragenſes, exigendo non recipiat, ab indigente quocumq; colore quæſito: pro quibuſcũq; uero quietationibus unum groſſum Pragen. Iterum pro ſentencia cõtumaciæ, duos groſſos: Et pro agrauaminibus ſubſequendis, nullatenus ultra ſex groſſos, dictorum Pragen. ab indigen. & prædicta petentibus exigantur, ſub pœna excõmunicationis: quam ipſos qui præſenti ſtatuto, & ordinationibus præmiſsis contrariũ fecerint, ſubiacere uolumus ipſo facto. Vt autem prædicta noſtra conſtitutio, ordinatio ſeu decretum temporibus perpetuis inuiolabiliter perſeueret, ipſam cõſcribi iuſsimus. Noſtriq; ac Capituli ſupradicti Eccleſiæ noſtræ Cracouien. Sigillorum appenſione muniri. Actum & datum Cracouię 14. die menſis Iunij. Anno Dñi 1369. præſentibus & ordinantibus Venerabili in Chriſto patre & Dño: Domino Iaroſlao S. Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepiſ. Et Honorab. uiris Dñis Othone Præpoſito Gneſnenſi, Iohanne Decano, Floriano Præpoſito, Nicolao Cuſtode Cracouienſi, Gueſlao Viſlicieñ. & Nicolao Scarbimirieñ. Præpoſitis Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Cracouieñ. prædictæ. Nec non Viltrone Sandomirieñ. Iohanne Voyniceñ. Zaruiſcha Sandeceñ. Caſtellanis, Andrea Succamerario. Et Petro Tribuno Cracouieñ. & alijs fidedignis. 58.

ſed non portat filius iniquitatẽ patris, neque ſubditus domini ſui, niſi ſit facinoris illius particeps.

Coloni ſi ob delictũ Domini ſui in ſen

tencia excommunicationis per annum tenentur, etiam omnes poſſunt de villa abire quo voluerint: Lex videatur Lib. 1. Cap. 17. Artic. 5. de Kmetonibus.

Vt autem tollantur dubia de Interdictis & excommunicatis pro raptu & inuaſione bonorum & perſonarum Eccleſiæ, iuxta Statutum Prouinciæ Gneſnenſis.

NOS ALEXANder Rex ad informationẽ ſubditorum noſtrorum Spiritualiũ & Secularium Iura Diuina non callentiũ deciſionem 69.

de corpore

KOTFICZ DIFFINIT EXCOMM.

de corpore Iuris, et de libris Eccleſiæ Doctorum ſuper Statuto Prouinciali Gneſneñ. ſcriptam, per Venerabilem Nicolaū Kotficz Archidiaconum Poſnanieñ. & Canonicū Gneſneñ. Iuris Pontificij ac Legum Doctorem collectam congeſtis per nos Priuilegijs Regni communibus aſſcripſimus ſub ordine infraſcripto.

Statutum Prouinciæ Gneſnen. poſitū ſub tit. de Rapt. diſponit & ſtatuit, quod ij qui decimas, poſſeſsiones, tributa, ac bona mobilia ad Eccleſias perſonaſq; Eccleſiaſticas, ac eorū ſubditos ſpectantia, rapiunt, inuadunt, occupant, exactionant, iniuſte pignorant, extorquent, uel quouis ſumpto colore grauant, aut in bonis eiſdem notoriū damnum ſeu manifeſtā offenſam inferunt, poſt tres dies (niſi ſatisfecerint) excōmunicationis ſentenciā incurrunt ipſo facto.

Inuaſor bonorū Eccleſiæ eſt excommunicandus.

Circa quod Statutum, noto primo, id quod notat Panormitanus in Rubri. de Sagitt. Quod hic rubrum eſt generalius nigro: Rubrica enim loquitur ſolum de Raptoribus. Textus uero etiā de illis qui alioquin damnū, grauamen aut offenſam faciunt, abſq; eo quod aliquid rapiant, auferant & exportent.

Damnum proprie in rebus.

Pro clariori tamen Statuti intelligentia, præmitto primum quod hoc uerbum damnū proprie pertinet ad res, & eſt quędam deſtructio ſeu deteriatio rerum in bonis noſtris cōſiſtentium: ut in L. iij. ff. de damno infec. Vbi Iuriſconſultus damnū uocat patrimonij diminutionū. Verbum uero offenſa proprie pertinet ad perſonam, & eſt quędam iniuria facta perſonę ſeu in perſonam quæ hominem ad iuſtam turbationem inducit, ut dicit bar. in L. cū filium ff. de hęre. inſti. Tamen large ſumendo uocabula aliquando
70. offenſam perſonæ uocamus damnum. Vnde dicit Alex. in L. iuſiurādum P. de Iureiuran. per L. ſi in duobus P. de Reg. Iur. quod damnū famæ prefertur damno pecuniario. Et econtra damnum rerum uocamus offenſam perſonæ: Vnde dicit tex. inſti. de iureiur. quod ſi cuius bona quaſi debitoris, cum tamen nihil debeat, poſſeſſa ſint: iniuriā admitti manifeſtum eſt: & ſic large damnum & offenſa unum pro alio poſſunt poni. Hoc præmiſſo, quęro: qualiter in hoc Statuto capiantur hę dictiones damnū ſeu offenſa: utrum ſtricte & proprie, an uero large: ita quod unum capiatur pro alio, & unum intelligatur in alio. Et reſpondeo quod capiuntur ſtricte & proprie: non enim opus eſt, unum ſub alio intelligere, ubi ſingula ponuntur expreſſe: quia in certis non in incertis eſt locus ſubauditioni: L. continuamus P. de ver. oblig. facit regula in pœnis li. vi. ex quo enim ſtatutum eſt pœnale, debet fieri ſtricta interpretatio.

Offenſa pertinet ad perſonam proprie.

Large unum pro reliquo ponitur.

Hic tamen proprie ſunt accipienda.

In pœnis ſtricta interpretatio facienda.

Secundo præ-

Damnum & offenſa, ad rapinam, inuaſionem &c ſicut genus ad ſpeciem ſe habent.

Secundo prænoto, quod damnum ſeu offenſa habent ſe ad rapinam, inuaſionē, occupationem, & exactionem iniuſtam, pignorationē, uel extorſionem, ſicut genus ad ſpecies: prędicantur enim de quolibet ipſorū, & ualet conſequentia, rapina eſt, ergo damnum ſeu offenſa eſt, & non econtra, & ſic de ſingulis. Capio tamē hic genus, nō ita proprie, ut capitur a Dialecticis, ſed ſecundum Legiſtas: pro eo quod continet ſub ſe plura. Vt notat Panor. in c. paſtoralis par. quoniam de reſcriptis. Hoc præmiſſo quęro, an iſtud ſtatutum habeat locum in alijs caſibus ſub iſtis uerbis generalibus ſ. damnum ſeu offenſa tacite comprehenſis, ultra caſus, qui ſunt ſpecialiter enumerati, ſ. rapina. &c. Et reſpondeo quod ſic per ea, quæ notat Panorm. in c. Sedes de reſcriptis. In ſecundo notat, & in quinta columna, ubi dicitur, quod quotiens enumeratis ſpeciebus ſubiungitur genus ſub nomine adiectiuo, licet illud genus reſtringitur, ut non comprehēdat niſi ſpecies pares expreſsis: Non tamen reſtringitur ad ſpecies expreſſas tantum, ſed immo comprehendit omnes alias ſpecies tacite ſub eodem genere comprehenſas: quæ ſunt pares expreſsis. Cum autē hic enumeratis ſpeciebus, ſcilicet rapina inuaſione, &c. ſubiunguntur dictiones generales, ſcilicet damnū ſeu offenſa, quibus dictionibus generalibus adiungūtur nomina adiectiua. Nam huic dictioni damnum, adiungitur hoc adiectiuū notum: huic dictioni offenſa, adiungitur & hoc adiectiuum manifeſta. Dico quod hoc ſtatutū, habet locum etiam in alijs caſibus tacite ſub eiſdem uerbis generalibus comprehenſis. Sed quęro qui ſunt iſti caſus, tacite ſub eiſdē uerbis generalibus comprehēſi: Dico quod ſub uerbo damnū infertur, cōprehenduntur illi, qui incendunt ędificia, quæ ſunt in bonis Eccleſiæ: & qui mutilant, aut necant pecora & pecudes. Iſti enim licet nihil rapiant, nihil extorqueant &c. tamen quia dant damnum, incidunt in pœnam huius ſtatuti. Sub uerbo uero offenſam inferunt, comprehenduntur illi, qui in bona Eccleſiæ uenientes, percutiunt homines, familiam, aut ſubditos Eccleſiæ: Iſti enim quamuis nihil rapiunt & nullum damnū faciunt: quia tamē offendunt, incidunt in pœnam huius ſtatuti. Et quia dicitur in tex. quouis ſumpto colore grauent: quęro quomodo poſsint colorari grauamina, de quibus in tex. Reſpondeo & pono exemplum in rapina per c. clericos de immu. Eccle. li. vi. Si quis rapiendo proteſtatur ſe id nomine doni, mutui, aut commodati accipere: uel pono exemplum de illis qui ueniunt ad bona Eccleſiarum, & exigunt uictualia, & ſtatiōes ſub colore hoſpitalitatis, aſſerentes clericos pertinere ad hoſpitalitatē, ut ſupra de immu. Eccle. in ſtatuto quod incipit. Item cum ad aures. Clerici enim non tenentur ad hoſpitalitatē Nobilium, diuitum, aut ſtipendariorum glo. in l. i. & l. omnia c. de Epiſcopis, & cle. Sed ſolum ad illā quæ continet officium pietatis xlij. di. par. i. c. ij. de ſup. neg. prel. et per.

Genus comprehendit ſpecies ſuas.

Statutum prouinciale habet locum in caſibus ſub uerbis generalibus cōprehenſis.

Hoc notabile declarat præcedens.

Quomodo damna poſſunt colorari, uel grauamina.

Quomodo clerici ad hoſpitalitatem teneantur.

dec. in c. de Monachis de pręben. & per. bar. in c. i. de empt. & uendi. Et quia in tex. dictiones adiectiuę adiunctæ uerbis generalibus qualificant ipſa. Nam uerbo damnum adijcitur qualitas notorij, uerbo offenſa adijcitur qualitas manifeſti. * Quęro an iſtę qualitates notorij & manifeſti debeant referri ad caſus ſpecialiter enumeratos, et ita qualificent eaſdē ſpecies ſicut qualificant genus, uel an unū uerbū generale qualitatem ſuam conijceret alteri uerbo generali & econtra. Et reſpōdeo quod ſic. Moueor per ea quæ notat bar. in l. doli. ꝑ. de ſer. cor. ubi dicitur, quod quotiens in aliquo ſtatuto enumerantur plura delicta, ſi circa ultimū adijcitur aliqua qualitas, illa refertur etiam ad delicta prius enumerata etc. facit quod notat Panor. in c. inquiſitionem de appel. dicens quod qualitas in fi. diſpoſitionis poſita non reſtringetur, tantū ad immediate pręcedentia: ſed concernit omnia in diſpoſitione contēta maxime ut dicit Phil. in c. ij. requiris c. ti. ex quo non eſt dare differentiam, quare magis ad unum, quam ad alium referatur per leges ibidem allegatas. Facit quod non idem bar. in l. prętor. par. en. idcꝫ ꝑ. ui. bo. rap. in illa q. an dicta in pręcedentibus intelligātur repetita in ſequeñ. per quæ dico, quod iſta qualitas notorij, addita uerbo damnū, & qualitas manifeſti addita uerbo offenſa, referenda eſt ad ſingula tam ſpecialiter expreſſa, quā tacite in uerbis generalibus comprehenſa. * Deinde quęro, quomodo hęc dictio manifeſta poſita in ſtatuto debet accipi, & antequam reſpondeā, præmitto, quod hęc dictio manifeſtum in Iure, aliquando capitur improprie pro notorio, ut in c. manifeſta ij. q. i. & c. quoniā de filijs Presbiterorū & c. ex parte cum c. ſequen. de ver. 71. ſig. aliquando uero capitur proprie, prout eſt quędam ſpecies de per ſe, differens a notorio, & habens ſe in minus quam notorium, & eſt illud quod procedit ex certo autore, & poteſt probari xi. q. iij. eorum, & notatur in c. cum olim de verb. ſig. c. uenerabilibus ver. Senes autē de ſen. exco. li. vi. et in c. ueſtra de cohabitatiōe clericorū & mulierum per glo. & dec. * Hoc præmiſſo, reſpondeo ad quęſitum, quod dictio manifeſto hæc debet accipi proprie, pro non notorio. Moueor primo, quia uerba ſtatuti ſemper debent potius proprie, quam improprie exponi, et interpretari. Si talis interpretatio non eſt contraria Iuri communi, ſecundū bar. in l. prętor. ait, ut ꝑ. de dam. infect. & Panor. c. cum dilectus de conſue. Sed certum eſt quod hæc expoſitio propria, huius uerbi manifeſta, non eſt contraria: immo perſona Iuri communi: * Nam ſecūdum Ius commune ille qui transgreditur legem in occulto non minus incidit in pœnam legis, quā ille qui transgreditur in publico. Vnde dicit glo. not. in cle. de hęre. in ver. eoipſo: * Quod ille qui percutit clericum in occulto non minus cadit in ſentenciā canonis, quam ille qui percutit in publico. Et non minus debet declarari excōmunicatus dum modo huiuſmodi percuſsio occulta .i. non notoria, poſsit probari. * Secundo moueor per

Notorium & manifeſtum ad quid referenda ſunt.

Manifeſtum aliquando proprie, aliquando improprie accipitur.

Verba ſtatuti debent proprie interpretari

Transgreßor occultus non minus incidit pœnam legis quam publicus.

Percußor clerici in occulto incidit ſenteciam ſicut in publico.

do moueor per ea quæ notat Panor. in d. c. Cum olim de ver. ſig. ubi dicit quod ſemper hæc dictio manifeſta: debet accipi proprie, ſi materia ſubiecta hoc patitur. Quod autem materia ſubiecta huius noſtri ſtatuti hoc patiatur, immo requirat propter mentem ſtatuentiũ. * Probatur per argumentum ab abſurdo ſeu inconuenienti, quod eſt in Iure ualidum, ut dicit glo. in c. dudum de preben. li. vi. Si enim debẽt accipi pro notorio, & ſic per conſequens hoc ſtatutum deberet tantum in caſu notorio intelligi, ſequeretur hoc inconueniens, quod aliquando ille qui pauca raperet, eſſet excõmunicatus uigore huius ſtatuti: ille uero qui multa raperet, aliquando non eſſet excõmunicatus. * Exemplum, ille qui dum dies eſt, ueniret ad Villam, & uicinis cernentibus, raperet unum equum, eſſet excõmunicatus: Ille uero qui ueniret de nocte, & alijs uicinis dormiẽtibus aggrederetur unam domum (& fruſtra repugnãte hoſpite) reciperet multos equos, oues, boues &c. non eſſet excõmunicatus: propterea quia factum non eſſet notoriũ. Similiter ille qui ſolo paſtore præſente & repugnante gregem, totius Villæ, qui ibat in paſcuis abigeret, non eſſet excõmunicatus: quia non poſſet dici notoriũ, quod unus tantum uidit: Sed hoc eſſet inconueniens, & contra mentẽ ſtatuentium qui uoluerunt per hoc ſtatutum prouidere, ne bona Eccleſiarum & pauperum hominũ in eis degentium ſiue occulte ſiue notorie raperentur, & damnificarentur immo forte ex mente ſtatuentiũ poſſit argui, quod hæc uerba notorium damnũ, ſeu manifeſta offenſa non eſſent in hoc ſtatuto poſita, ad differentiam occulti damni ſeu offenſæ clandeſtinæ. Sed potius ad differentiam modici damni, & perſonæ offenſæ, ut ſit ſenſus, damnum notorium id eſt notabile, & offenſa manifeſta id eſt non paruula. Quia modicus exceſſus non eſſet curandus ſecundũ glo. in c. reuera de conſe. di. ij. ver. mortui & l. iij. pro hac expoſitione fac. tex. in c. ex parte Ade. de reſti. ubi raptores propter notorietatem famoſos uocat notabiles: tamen quia alibi non reperio huius expoſitionis fundamentum, non ſequor eum, ſed ſequor primã expoſitionem. et capio hoc uerbum manifeſta proprie pro non notorio quod probari poteſt: Et concludo quod hoc ſtatutum habet locum tã in raptu, damno, offenſa, notorijs quam in notorijs. Quamuis autẽ uigore huius ſtatuti tam notorius quam manifeſtus id eſt non notorius raptor incidit in excommunicationẽ, tamen aliter procedetur cõtra notorium, & aliter contra non notoriũ, ut infra ſubijciam. Oppono tandem contra iſtud ſtatutum, & arguo illud non eſſe ualidum, primum ex eo, quod in ipſo non præmiſſa monitione fertur excõmunicationis ſentencia ipſo facto, quod eſt contra c. ſacro. de ſen. exco. c. Romana par. ſed nec in ſpecie e. ti. li. vi. Reſpondeo primo quod ex diuerſis nõ infertur l. Popinianus P. de mino. ſed dictũ c. ſacro. in alio caſu loquitur ſ. de excõmunica. quæ fertur ab homine non niſi pro cõ-

tumacia, ut di-

Manifeſtum debet accipi proprie.

Argumentum ab inconuenienti eſt in Iure ualidum.

De raptore notorio et nõ notorio exẽplũ

Modicus exceſſus nõ eſt curandus.

Aliter procedit contra raptorem notorium aliter contra non notorium.

Oppoſitio contra iſtud ſtatutum.

ſolutio oppoſitionis duplex.

tumacia,ut dicit glo.xi.q.iij.c.Epiſ. A Iure tamē ſeu ſtatuto fertur etiā ex delicto ut in c.ſi quis xvij.q.iiij. Secundo reſpondeo,quod immo in hoc ſtatuto ſaltē tacite excōmunicationē pręcedit monitio. Nā ut dicit Io.an.in c.ij.ne cle.uel mo.in nouella.ſuper glo.ij. quandocūq; in Synodo aliquid mandatur uel prohibetur ſub pœna, illud mandatū ſeu prohibitio habet loco monitionis,ita quod contra faciens,incurrit pœnam,abſq; alia monitione quod dictum Io.an.allegat & ſequitur rota ſub ti.de dolo & com.in nouis deci.incipieñ.Item extra rotam.

Per ſynodale ſtatutū excommunicatio poteſt fieri pro delicto abſq; monitione.

Hoc idem uoluit Panor.in c.i.de rap.ij. not. dicens quod immo per Synodalem ſtatutum excōmunicatio poteſt fieri pro delicto abſq; monitiōe quod ſtatutum tacite admonet.

Dubitatur de ratione differentiæ.

Circa hanc ſecūdam ſolutionē poſſit dubitari,de ratione differentiæ, quare ſupra in ſtatuto Prouinciali ſub titulo de immu. Eccle.par. qui cum adminiſtrorū quaſi in eiſdem terminis fertur excōmunicationis ſententia ipſo facto & tamen ibi cauetur ut præmittatur monitio priuſq; incidat in eandem. In ſtatuto uero iſto nihil cauetur de huiuſmodi monitione præmitteñ.

Reſponſio ad dubiū.

Reſpōdetur quod licet cōditores legis,aut ſtatuti poſsint ferre excōmunicationis ſententiā ipſo facto, monitiōe non præmiſſa,non tamen tenentur immo poſſunt etiā præfigere terminum ad ſatisfaciendū.

Delinquens non incedit ſententiam niſi cū factus fuerit contumax.

Ita ut delinquens non incidat eandem ſentēciam niſi tunc factus fuerit contumax ut in c.iij.de rap.ij reſponſo.Quare tamē conditores legis aut ſtatuti hoc aliquando faciunt aliquando non,non ſemper poteſt dari ratio,l.non omnium ff.de legi. Verum quo ad hoc ſtatutum noſtrum & illud quod eſt poſitum ſub ti.de immu. Eccle.credo poſsit hæc dari ratio differentiæ.Cum illud de immu. Eccle. aliud habet fundamentum, quia enim in turba,uel exercitu, non facile poteſt ſciri priuata perſona quæ committit raptum Vnde ne propter hoc impune ſpoliarētur bona Eccleſiæ illud ſtatutum fecit prouiſionē, & uoluit puniri illum,qui eſt principalis in exercitu,& qui habet poteſtatem ducendi, & locandi exercitum,ubi uult,& ponunt non proprie pro damno, ſed ſecundū c. fi. de iniu. ideo quia dat occaſionem damni faciendo ſtationē in bonis
72. Eccleſiæ,quæ utiq; ſine damno fieri non poteſt. Vnde quia facere ſtationem non eſt culpa, quę ipſo ſuo genere eſſet peccatum: uoluit dictum ſtatutum non excedere terminos c.reprehenſibilis de appel.ſed uoluit eum prius moneri antequā incideret in huiuſmodi ſentenciam ipſo facto prolatam.

Raptus eſt peccatū ſuo genere grauiſsi.

Secus in hoc noſtro ſtatuto quia enim raptus eſt peccatum ipſo ſui genere grauiſsimū,& Iure Diuino per decalogū prohibitum, ergo merito in ipſo ſeuerius procedendū.

Secunda oppoſitio contra ſtatutum.

Oppono ſecundo contra hoc ſtatutum & arguo illud eſſe inſufficiens,ex eo,quod in ipſo nihil cauetur ut ſaltem Iudex præmittat citationē contra raptorem antequam ſentencialiter declaret eum incidiſſe in dictam excōmunicationū ſentenciā,quod uidetur eſſe contra c.caueant iij. q. ix. cōtra

l.i.par.item cum P. quæ ſen. ſiue appel.& inſti.de pen.temere liti.par.
Solutio ad prædicta. omnium autem. Pro ſolutione ſciendum eſt,quod Panor.in c.peruenit primo de appel.ponit hanc queſtionem,an ille qui pro aliquo delicto incidit in ſentenciam excõmunicationis a canone aut ſtatuto latū ipſo facto debeat neceſſario citari,ad uidendum declarari ſe incidiſſe in
In notorio nõ eſt citatio præmittenda. eandem. Et dat hanc diſtinctionem,quod autem delictū non eſt notorium & debet neceſſario citari,aut eſt notorium,& tunc non oportet
In nõ notorio citanda eſt pars & probatio recipienda. eum citari. Quo ad primam partem ſcilicet quando delictum nõ eſt notorium,dicit ibidem Panor.quod tunc citanda eſt pars,& recipiendæ ſunt probationes ſuper facto & deinde conſtito de facto, procedendum eſt ad declarationem pro hoc allegat c.cum ſecundū leges de here.li.vi.& tres glo.in hac materia ualde non uidelicet in cle.præſenti et de cenſi.in ver.conſtiterit,cle.i.de pen.in ver.cõmode,& in c.ſacro de ſen.excom.in ver.conſtiterit. Et in hac prima parte huius diſtinctionis puto fundatam deciſionem rotæ,ſub ti.de lit.conteſtatio.vij. in ordine in nouis deci,quę dicit quod priuſquam declaretur aliquis incidiſſe in canonem. Si quis ſuadente:debet prius uocari & debet cognitio ſummaria præmitti. Loquitur enim in caſu non notorio, prout ex Iuribus,&
Quando delictū eſt notorium fieri poteſt declaratio. glo.in ea allegatis poteſt cognoſci.* Quo ad ſecundam partem diſtinctionis ſcilicet quando delictum eſt notorium,dicit Panor.ubi ſ.quod poterit fieri declaratio. Non præmiſſa aliqua citatione allegat c.reprehenſibilis de appel. ubi hoc idem tenet hoſti. allegat etiā c. quoniam de filijs presbit.facit ca.bone.titu. de elec.c.cum ſit Romana de appel.c.euidentia de accu.cum ſi: hoc tamen debet intelligi de notorio,quod eſt notorium ita ut conſtet delinquenti nullam defenſionē competere.Nā dicit idem Pano.in c.cum olim de re iudi.poſt glo.& in c.ueſtra de coha.cle. prope finem. Quod Iura quæ dicunt quod in notorijs non eſt opus citatione debent intelligi de tali notorio in quo conſtat abſenti nullam defenſionē competere. Alioquin ubi eſſet dubium an abſenti competit aliqua defenſio uel excuſſatio , opus eſt præmittere citationē ut patet gloſa in c. quæ lotharius ij.q.i.allegans par.quando ea cau.&
Solutio ad argumētum. queſtione.* Soluendo ergo argumentū dico hoc ſtatutum non poſſe redargui de inſufficientia quod in eo nihil dicatur de præmittenda uel non præmittenda citatione. Expreſsio enim eorum quæ de Iure tacite inſunt nihil operatur l.non recte c.de fideiuſ.In hoc enim recipit tacite ſupplementum a Iure cõmuni ſecundum glo. in l. ſcimus par.in computatiõe ver.ſed hæc c.de Iure deli.ſuper qua glo.dicit Bal,quod ſi ſtatutum loquitur indefinite de hereditatibus non diſtinguendo , ſi fecit inuentarium uel non , aut ſi hereditas ſit ſoluendo, uel non: Tamen intelligetur & fiet diſtinctio ſecundū Ius commune. Sic ergo & ſtatutum noſtrum quamuis nihil dicat de citatione præmittenda,uel nõ diſtinguetur: tamē ſecundū Ius commune ita ut aliter in notorio & aliter in non no-

ter in non notorio procedatur ſecundũ præfatam diſtinctionẽ. * Vltimo quero, quis Iudex poſsit aut debeat adiri ſuper executione huius ſtatuti: Et qualiter hoc ſtatutum debeat practicari, ſi ille qui raptum commiſit non moratur in diœcæſi in qua deliquit. Et dico quod tam Iudex domicilij ſub quo moratur, quam Iudex delicti, ut in l.i. & in autẽ. qua in prouincia c. ubi de tri. agri. opor. Nam ratiõe delicti quis ſortitur forum, ſicut & ratione domicilij iij. q. vi. c. i. & de for. con. c. fi. Eſt ergo in optione damnum paſsi, utrum malit adire Iudicẽ ſub quo delictum eſt commiſſum, an uero Iudicem ad quem ſe delinquens trãſtulit. Sed ſi ergo accedit Iudicem delicti, & delictum eſt ita notoriũ ut appareat delinquenti nullam excuſationẽ ſeu defenſionem cõpetere ut ſi dictum eſt, tunc raptore non citato poterit coram Iudice delicti inducere teſtes de tali notorietate, uidelicet quod in Oppido aut Villa in qua raptus huiuſmodi eſt cõmiſſus uicinia tota ſcit, ut in c. cum delictis de pur. ca. uel illius uiciniæ ad minus decem homines ſecundũ Panor. in c. ueſtra de cohabi. cle. & mu. Et probatur hoc per teſtes fide dignos ad minus duos ſecundũ glo. in c. deus par. quando ij. q. i. Deinde probata notorietate raptore ſimiliter non citato poterit eum obtinere declarari incidiſſe, in excõmunicationũ ſententiam, a ſtatuto prolatã.

Mouetur queſtio.

Ratione delicti ſortitur quis forum, ſicut & ratione domicilij.

In notorijs raptore non citato poteſt ad declarationẽ procedi per Iudicẽ delicti.

Demum ſi uoluerit ut raptor in loco in quo agit domiciliũ habeatur pro excõmunicato ſummarie probabit (ut dicit textus ſtatuti) coram Iudice domicilij huiuſmodi declarationẽ. Hæc autẽ probatio ſummaria poterit fieri per literas declarationis emanatas a Iudice qui declarauit. Nam & ſi per teſtes etiam probari poſſet ſicut & alia ſententia. Tutius tamen & facilius probatur per literas ut pulchre decidit rota de re iudi. in nouis deci. incipieñ. Item fuit dubitatum, & eſt xix. eo ti. Et ſic probata huiuſmodi declaratione Iudex domicilij faciet raptorẽ denunciari & uitari ut in ſtatuto dicitur. Si uero delictum non eſt notorium, tunc aut raptorem prius quam ſe tranſtulit de loco delicti apprehendit citatio ſecundũ c. propoſuiſti de foro com. Tunc poſtea cõtra abſentem, poterit procedi, etiam ad excõmunicationẽ, ut notat Panor. in di. c. fi. de foro com. Tamen ad uidendũ iurare teſtes & ad a-
73. lios actus fiet citatio in audientia, alias per edictum. Nam ex quo ſemel fuit apprehenſus perſonaliter, ſufficit poſtea citare per edictum prout colligitur ex deci. rotæ de ſen. excõ. in no. incipieñ. Item ſi pronuncietur circa medium, aut citatio non præuenit raptorẽ in loco ſuo, in quo deliquit. Et tunc eſt queſtio inter doctores an Iudex delicti poſsit eum uerbaliter alias per literas citare in alia diœcæſi: Et quidam legiſtæ ſicut Ty tenet quod ſic quia executio citationis non eſt actus iuriſdictionalis, & ideo poteſt fieri ſecundum eum ubicũq;, & ad cle. paſtoralis de re iudi. quæ facit in contrarium. Reſpondet quod ibi errauerũt Caroniſtæ. Sed bar. in l. prima p. de requi. reis ſaluat illam cle. & dicit eã

Probatio ſummaria poteſt fieri per literas emanatas a Iudice qui declarauit.

Iudex domicilij poteſt raptorem denũciare probata declaratione.

Contra raptorem citatum & contumacem ad excõmunicationẽ eſt procedendũ

Apprehenſus ſemel perſonaliter poſtea per edictum citatur.

Errant interdum Canoniſtæ.

 habere lo-

habere locum in territorijs in quibus ſunt iuriſdictiões diſtinctę,quarum una non pendet ex alia:uel dato quod pendeat,nihilominus habet locũ ſi minor uult citari in territorio maioris cui ſubeſt:quia tunc non poteſt propter maioris reuerentiam quem debet potius requirere ut ipſe citet.Io.an.in addi.ſpecu.in ti.de com.iudi.ade.p.in verſi.Sed quomodo in glo.quæ incipit, an ratione delicti uidetur ſentire contra dictam cle.Quod uidelicet unus Iudex poſsit citare in territorio alterius ubi hoc per aliquod ſtatutum particulare non eſſet prohibitũ.Alij Canoniſtæ in dicta cle.& in dic.c.fi.de fo.com.Et ibi panor.tenent quod non poteſt citare, quo ad diſtringendũ ſeu excõmunicandũ perſonam quos ſequitur rota in ti.de iudi.in nouis deci.incipieñ. Si quęritur u-

Iudex delicti non poteſt citare delinquentem extra territoriũ ſed ſcribet ad Iudicẽ domicilij & illa citatio arctabit eum.

trum ubi determinat & declarat. * Quod etiam ſi crimẽ ſit leue in quo ſcilicet non habet locum remiſsio,tamen Iudex delicti non poterit citare delinquentem extra territorium conſtitutũ,ſed ſcribet ad Iudicẽ domicilij qui ad hanc requiſitionẽ citabit eum ut compareat coram Iudice delicti.Et illa citatio arctabit eum,ita quod poſtea ualebit ſentencia contra abſentem lata ſic ſ.dictum eſt. Itaqꝫ propter opiniones præmiſſas uideretur bene conſultum eſſe.Quod ex ſtatuto ſaltem prouinciali Epiſcopus qui habet iuriſdictionẽ delicti poſsit etiam citare in dioecæ-

Delinquens poteſt citari coram Iudice domicilij.

ſi alterius etiam comprouincialis. * Si uero damnum paſſus eliget adire potius Iudicem ſub quo delinquens habet domiciliũ, citabit corã ipſo delinquentẽ. Et eo negante delictum,quia Iudex domicilij nõ poteſt cogere teſtes qui ſunt in alia dioecæſi c.ut animarũ de conſti.li.vi. niſi hoc haberet conſuetudo li.iij.p.de teſti. Et item quia difficile foret, damnum paſſo teſtes ab eorum negocijs euocare,& ſumptuoſum in a-

Teſtes examinentur per Iudicem delicti preſente delinquente

liam dioecæſim deducere c. conſtitutus de fideiuſ. * Scribet ergo Iudex domicilij ad Iudicem delicti ut teſtes examinet,& depoſitiones eorum notet,denunciabitqꝫ delinquenti,ut uadat pro termino pro quo iurare debebunt & deponere, ut legitur & notatur in dicto c. conſtitutus de fideiuſ. Et apud ſpe.in ti. de teſti.p. qualiter ver. ſcribet autem. Et ibi ſi erit delictum notorium ſufficiet teſtes inducere ſuper notorio,ſi uero

De atteſtationibus mittendis ad Iudicem domicilij.

De ſentencia ferenda

In cauſis criminalibus requiritur præſentia teſtium.

non notorium oportet inducere ſuper facto. * Iudex ergo delicti receptis atteſtationibus tranſmittet eas Iudici domicilij: * Et Iudex domicilij receptis atteſtationibus ad ſentenciã declarationis procedet delinquente citato uel non citato, ſicut ſupra dictum eſt. Non obſtat lex Iudices & auteñ.apud eloquentiſsimũ C.de fi. inſtru.& glo.in c.teſtes iij.q.ix.in ver.præſentes ubi dicitur quod in cauſis criminalibus requiritur præſentia teſtium,nec poteſt Iudex eorum abſentiũ examinationem alteri committere.Hoc enim intelligitur in cauſis criminaliter intentatis,in quibus agitur ad poenam ordinariam pręſertim corporalẽ, in quam aliquando opus eſt teſtes torquere l. edictum ff.de quęſti.Et

In ciuilibus non facile itur ad quæſtiões

ideo opus eſt eorum præſentia. Sed in cauſis ciuilibus nõ facile itur ad quęſtiones,

queſtiones, ut in l. diuus ff. eo ti. & in l. i. C. eo ti. Cum autem per hoc ſtatutum agatur non ad pœnam ordinariã, ſed ad ſatisfactionẽ damni illati. Et ſi ſit cauſa criminalis, quia tamẽ ciuiliter intentatur, requiratur Ius ciuile, c. tuę de procu. & notat car. in cle. ij. Deniq; de reiudi. Præterea Bal in dicta auten. apud eloquentiſsimũ dicit quoſdam Doctores tenere, q; etiã in cauſa criminali, poſsit fieri cõmiſsio receptionis teſtiũ, propter neceſsitatem imminentẽ. Et exemplificat: Si teſtes ſunt forenſes, & nolunt uenire. Alioquin, ſi nec ſolus Iudex poſsit teſtes cogere, nec alteri committere eorum examinationẽ, adimeretur facultas puniendi nocentes. Et ſic publica utilitas negligeretur, in eo, quod crimina, remanerent impunita contra l. ita uulneratus, ff. ad l. aquil. Et c. ut fame, de ſentencia excommunicationis.

In cauſis criminalib9 Ciuiliter intẽtatis, requiritur Ius Ciuile.

Propter neceſsitatem imminentem in cauſa criminali, poteſt fieri commiſsio ad receptionem teſtium.

Crimina non debent manere impunita.

ARTICVLVS XI.

De ABBATIBVS, Monachis, ac Monaſteriis.

PRAEFATIO.

Quamquam homo ſit animal Ciuile, magiſque ſociabile quam Apes, vel Formicæ: vt alibi diximus: nulla tamen ſocietas arctior, neque ad bene beatæque viuendum aptior eſſe, ac excogitari poteſt, quam cum muliere, quam quidem vt Dominus Deus viro cõmendaret maxime, a ſolitudine autem deterreret illum maxime, omnem conditionẽ fœlicitatis ſolitariæ vitæ detraxit dicens, NON EST BONVM HOMINEM ESSE SOLVM, FACIAMVS EI ADIVtorium ipſi ſimile. Cum autem fecit mulierem, BENEDIXIT eis dicens, CRESCITE, ET MVLTIplicamini, & replete Terram. Quo ſenſu & Sapiens ſcripſit: VE HOMINI SOLI, quia cum ceciderit non habet qui ſe ſubleuet. Et ne non ſingulari Dei prouidentia viro vxor coniungi videatur, alibi dicit: gloria & diuitiæ a parentibus, VXOR autẽ eſt a Domino Deo. Cum vero ea cõiunctio viri & fœminæ propter genus humanum propagandum, vitandaſque vagas & illicitas libidines, mutuumque adiutorium ſeu indiuiduam ſocietatem vitæ, a Deo ſit inſtituta: omnes fere Patriarchæ, a primo parente generis humani incipiendo, item Reges, & Prophetæ, plærique Apoſtoli, & purioris Eccleſiæ Epiſcopi, in hac matrimonii lege vixerunt ſancti: vt etiam Chriſtus Ieſus, qui tantum ſolius mulieris ſemen erat, naſceretur in ea: & primo miraculo illam conſecrarit. Quin & Paulus tantus virginitatis laudator, deſcribens formam irreprehenſibilis & ſine crimine Epiſcopi, ac Diaconi, vnumquẽque illorum vnius vxoris virum oportere eſſe ſcripſit, ecõtrario autem ne quis prohibere audeat, vel prohibitum ſe eſſe queratur, dæmoniacam doctrinam prohibere nubere appellauit: non ſolum, quod maxime ſecundum naturam, omniſque honeſtæ vitæ fundamentũ ſit legitimum matrimonium, verum etiam quod magnum myſterium coniunctiõis Chriſti cũ Eccleſia adumbretur in illo: Quæ quidem exempla ſi pro eo ac oportet penſiculentur, nihil nimirum videri debeat, quod vnum Noah cum filiis eorumque vxoribus in arca ſeruarit Dominus a diluuio, vnum Lot a præcipitio ſubduxerit. Saramque Abrahæ defenderit ab Abimelech: Econtrario autẽ filios Dei coniugii prophanatores per diluuium horribili exemplo deleuerit, Sodomitas igne & ſulphure viuos ad infernum præcipitarit, omneſque ſcortatores, adulteros, & molles, niſi reſipiſcerent, a ſpe Regni cœlorum excluſerit, quippe quod Deus non mutetur vt homo, legeſque ſuas naturæ, ac membris hominum inſculpſit, ne violarentur. ET TAMEN, vt apud Iudæos, lege Dei traditionibus hominum obliterata,

Societas cum muliere omnium optima.

Vſus coniugij ſacroſanctus, et late patẽs.

Patriarchæ & Prophetæ uixerunt in cõiugio.

Epiſcopi & Diaconi coniuges eſſe oportet Apoſtoli præſcripto

Prohibere nubere eſt Dæmonior. doctrina

Coniuges caſtos Deus ſeruat.

Econtrario prophanatores coniugij horrendis plagis punit.

Eſſenorum, Pha-

Eſſenorum, Phariſæorum, ac Saducæorũ ſectæ ſubortæ fuerant: ita longe poſt Chriſti aſcenſionem in cœlos, Euangelii eius vſu, partim per impietatem, per ſuperſtitionem partim obliterato, aut pro libidine detorto, Benedictinorũ, Dominicanorum, Franciſcanorum, & aliæ ſexcentæ Monachorũ ſectæ, Chriſtum cõmunem diuidentes, ſunt introductæ: quæ quidem omnes ſolitariam præ ſociabili, & cœlibem vitam præ coniuncta elegerunt: neque ſolum ſe laudibus ornarunt, verum etiam præmiis adſcitis conſtabiliuerunt, inſuper ſe in eo genere vitæ mereri vitam æternam habent perſuaſum: tametſi obſeruationibus, cognominibus raſuris, & cucullis inter ſe diuerſæ ſint: Votis tamen caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ fere pares. Quæ quidem vota, quamquã has ſectas valde vulgo commendent, conuiciũque de non impleta lege in iuuenem illum iactabundum a Chriſto acute retortum in opinionem perfectionis conuertant: nihilominus quam magno ea in re ſeſe periculo exponant, naſutiores vident. Quod enim caſtitatis donum non omnes capere poſſunt, tot vſtiones & exempla viua iſtorum votariorum teſtantur: pro retibus autem, hoc eſt armis, ſtiuis, malleis, aut id genus Mæchanicorũ inſtrumentis relictis, Caſtra, Oppida, & Villas occuparunt indieſque præhenſitant: porro tantum humanis conſtitutionibus obedientiam debent: Nam verbo Dei omnes, ex æquo obedire tenemur. Quæ tria ſumma profeſsionis illorum ſymbola, cum eos quales ſint, abunde arguant, bona tamen opera, quæ ſibi ſupereſſe arbitrantur, aliis ſupererogant, communicant, ac vendunt, ii præſertim, qui omnino reliquiſſe mundum videri volunt: ac proinde mendicato viuunt, & paupertatis, minoritatis, ac obſeruantiæ titulo, tantũ æſtimationis ſibi conquiſiuerunt, vt paulo ante multi Reges & Principes non niſi cucullis illorum induti ſepelirentur, quaſi ita demum nihil iuris ſibi Satan in illos vſurparit, quod eo genere ſanctitatis aduerſus illum fuiſſent præmuniti: atque ita oppreſſa Chriſti Iuſticia, operum autẽ aut verius Monachatus Iuſticia erecta, hi pauperes opes mundi abſorpſerunt, quas tamen ſe propter Chriſtum reliquiſſe iactant. Cum omnibus iſtis a Chriſto Chriſtianorũ appellatio ſatis honorifica videri debuit, eiuſque ſolius voci obedire ſuffecerat ad ſalutem, præſertim quod fruſtra ſe coli mandatis hominum præmonuit, non ſitque apud illum Iudæus, aut Græcus, Liber, aut Seruus, proindeque cœlebs aut coniunx, diues aut pauper, politicus, vel Monachus, quod omnes ſint peccatores, & omnes egent gloria Dei: Porro omnes in ſua vocatione beati ſint, qui audiunt verbum Dei, & præ fabulationibus hominũ cuſtodiunt illud. Quocirca cauendum ne fuco Hypochriſeos decepti coniuges dimittamus, quas tanta cum auctoritate Deus & natura nobis vitæ ſocias adiunxerunt: aut proprias relinquamus, alienas autem captemus vel mendicemus facultates: quando quidem ſine illarum adminiculo in omni officio claudicare cogeremur: Verum enimuero iiſce creaturis Dei cum Noah, Loto, Abrahamo, Iobe & Dauide, vt bonis vtamur, in illiſque bona opera exerceamus, quatenus ſcilicet nos Chriſtus in lucta aduerſus hoſtes ſuę veritatis, tam caſtrari propter Regnum cœlorũ, quam omnia relinquere propter ſe, ac dare pauperibus ſuis non iubeat: Alioquin fœlix tunc coniugis, facultatũ atque adeo vitæ ipſius iactura fuerit: quę pro coniuge ammiſſa Deo nos coniũgat: pro facultatibus relictis, aut diſtributis, cœleſtes diuitias præbeat: pro vita vero mortali immortalem & ęternam donet. Quocirca Monaſteria ipſa, nõ prędą magnatum, non indoctorũ caueæ, non harum vel illarum ſectarum receptacula, ſed verarum virtutum, ac Euangelii Chriſti Scholæ, prætereaque inopum Hoſpitalia fuiſſe a principio veriſimile eſt: aut certe quidem eſſe debet, ex quibus tam Eccleſiis, quam politiis gubernandis iuuentus probe inſtituta, votorum autem, hoc eſt laqueorum conſcientiæ neſcia emittatur: ad illaque homines aliquibus calamitatibus attriti recipiantur. Qui quidem vſus Monaſteriorum ſi manſiſſet, aut etiamnum eſſet, certe neque multitudo illorũ nos offenderet, neq; facultatum illis contributarũ nos pœniteret, iuſteque capitis damnaretur Ananiæ, qui hos cœ-

Sectæ cœlibum quando ſubortæ.

Tria uota tanquam ſymbola omnibus ſolitariis cõmunia, caſtitatis, paupertatis & obedientiæ.

Caſtitas.

Paupertas.

Obedientia.

Neque uxor neque facultates dimittẽdæ niſi cauſa Chriſti poſtulet.

Monaſteriorum uſus qui eßet utiliſsimus.

niæ, qui hos cœtus ſubſtantia ſemel promiſſa defraudarent: acciperemus enim inde vtiles Eccleſiæ & politię viros, & viciſsim tanquam ad publicam dietam remitteremus, cladibus confectos: vt quantum Reipub. in his deceſsiſſet, tantū acceſsiſſet illorum ſuffectione: vtrobique autem plebs Domino pararetur perfecta, ſiue in his qui operantes ſalutem ſuam in fide adhuc vineam Domini excolerent, ſiue in illis qui mox hinc tam brabium accepturi, quam nos in tabernacula ſua recepturi emigrarent. Sed in his omnibus rebus Iudicium Epiſcoporum, ac Magiſtratus expectandū eſt, vt tanti omnium rerum abuſus, quam minimo tumultu corrigantur: & tanta ſectarum diuerſitas, ad analogiam Euangelicorum præceptorū, quoad fieri poterit optime, vniatur: reformeturque, ne alio qui vnicam proram & puppim ſalutis noſtræ Chriſtum ſuis factionibus, nuperrimeque natis deliriis reuocent in dubium: atque ea re hereticis, vel etiam infirmis, male ſuſpicandi de Chriſtiana veritate, quam vnam & ſimplicem eſſe oportet, tot ſectarum capita, occaſionem ſuppeditent.

Monaſticarum ſectarum diuerſitas eſſet unienda atque corrigenda.

Conuentus Lubien. Abbatem electū Regi præſentet. LEX I.

74. IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Albertus Abbas patientia diuina, Iohannes prior, Venceſlaus Præpoſitus in antiqua Goſtin. Martinus cuſtos, & Iohannes de Krobya: Fratres Conuētus Monaſterij in Lubin, Poſnanieñ. diœc. noſtro & totius dicti noſtri Conuentus nominibus, Significamus tenore præſentiū quibus expedit uniuerſis & ſingulis, tam preſentibus quā futuris, harum notitiam habituris. Quod quamquā de Iure & conſuetudine poſt ceſſum uel deceſſum Abbatis cuiuſlibet præfati Monaſterij noſtri Lubineñ. ad nos noſtrumq; Conuentū futuri Abbatis Canonica electio ſpectat & pertinet. Poſt uero Canonicam & legitimā electionem per nos noſtrūque Conuentū, in fratrem Cōuentus noſtri Canonice factum ante cōfirmationem prouiſioneue, & conſecrationē, prout ex debito tenemur, eundem fratrem electū per ſe, uel per alium fratrem, Conuētus noſtri. Sereniſs. Principi et Domino: Dño Kazimiro Dei gratia Regi Magno Duci Lithuanię, Ruſsię, Pruſsię Dño & heredi. &c. & eius ſucceſſoribus debitum honorē exhibentes tanquam patrono & Dño gratioſiſsimo repreſentare. Nec non huiuſmodi electionē Abbatis futuri intimare, & notificare ſpondemus, ac etiam a ſua Serenitate, & ſucceſſoribus legitimis, humiliter uotum petere, & conſenſum gratioſum poſtulare & impetrare, prout ad hoc de Iure, & cōſuetudine tenemur: in quē ſua Serenitas benigna pietate prębebit uotū gratioſum & conſenſum. Ad cuius quidem electi noſtri prouiſionē, confirmationemuē, & conſecrationem abſq; conſenſu præfati Sereniſsimi Dñi Regis, uel ſuorū ſucceſſorum nullo modo procedemus, nec procedere uolumus, donec prius deſuper conſenſus Regius fuerit nobis benigniter datus. In quorū omnium & ſingulorū fidem & teſtimoniū præmiſſorū, præſentes literas per Nuncium publicū ſcribi procurauimus. Sigilliſq; Abbatiatus

Abbas & Conuentus fratrum Monaſterij in Lubin polliceantur Abbatē Canonice electum præſentare Regi pro adipiſcēdo conſenſu Regio.

Muniuntur literæ Sigillo Abbatis & Cōuentus totius.

& Conuentus noſtri fecimus cōmuniri. Actum & datum Poſnan. die Mercurij, 9. menſis Iulij. Anno Dñi 1460. Indictione octaua, Pontificatus S. in Chriſto patris, Dñi noſtri pij P. ſecundi, anno ſecundo, in Caſtro in Sala ſuperiori Caſtri præfati Poſnanieñ. hora ueſperorum. Præſentibus ibidem Reuerend. Magnific. & Generoſis Dñis Andrea Dei gratia Epiſcopo Poſnanieñ. Iohāne de Brzezye utriuſq; Iuris Doctore, ſacri Pal. Apoſt. cauſarū auditore, Archidiac. Gneſneñ. & R. P. Vicecancel. Staniſlao de Oſtrorog Palat. Iohanne de Czarnkouu Gneſneñ. Petro de Gay, Caliſs. Caſtell. Stiborio de Ponyecz Succam. Poſnanieñ. & Capit. Maioris Polonię generali, Sandiuogio de Lazizanicze Succamer. Sandomirieñ. Nicolao Tomiczki Vexilifero Poſnaniē. & Petro Dunin de Praukouicze, Marſch. Curiæ Sereniſs. Dñi Kazimiri Regis Polonię, & alijs quāpluribus teſtibus circa pręmiſſa.

Nec Epiſcop. Poſnan. ad conſecrationē Abbatis Lubien. procedat, niſi R. M. ad idem conſentiat. LEX II.

Andreas Epiſcopus Poſnanieñ. Significamus tenore præſentiū, quibus expedit uniuerſis. Quomodo uolentes Regiā Maieſtatē, ad futura tempora, prout tenemur ex debito honorare, promittimus pręſentibus & ſpondemus quod exnunc et in antea ad nullius electi in futurū Abbatem Monaſterij Lubieneñ. dioec. noſtræ qui per fratres Conuentus illius Canonice electus fuerit prouiſionem, conſecrationē, ac etiam cōfirmationem procedemus, niſi prius per Capitulū Conuentus ſui poſt electionem Canonicam de eo factam, Sereniſs. noſtroq; gratioſiſsimo Dño Kazimiro, aut ſuo ſucceſſori Dei gratia Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq; Dño & hęredi præſentatus fuerit, & in ipſum Serenitas ſua conſenſerit. Harum quibus Sigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappenſum teſtimonio literarū. Datum Poſnaniç feria quinta poſt octauas glorioſiſsi. V. Mariç proxima. Anno Domini 1460. præſentibus ibidem Reuerendiſs. in Chriſto patre D. Iohāne Dei gratia Epiſcopo Vuladiſlauieñ. & R. P. Cancellario. Necnon Magnific. & Generoſis Dñis Luca de Gorka Poſnanieñ. Staniſlao de Oſtrorog Caliſsieñ. Palatinis Petro de Gay Caliſsieñ. Iohanne de Czarnkouu Gneſneñ. Caſtellanis. Et Petro de Ponyecz Succamerario Poſnani. Et Capitaneo Maioris Pol. generali teſtibus circa pręmiſſa. 75.

Poloni ad Monaſter. Reg. (niſi Priuil. Germanicor. obſtēt) ſuſcipiant. Lex iij.

Sigiſm. Petri. 1511. Item iniquam conſuetudinem quorundā in Regno noſtro Monaſteriorum tollere 19.

riorum tollere cupientes, ad quæ fratres gentis duntaxat Germanicæ ſuſcipi ſolent, in contemptum Polonicæ nationis. Statuimus, ut quiſq; Dñorum Epiſcoporum in ſua diœcæſi uideat Priuilegia talium Monaſteriorum. Et ſi eiſdem Priuilegijs id non ſit expreſſum ut ſoli Germani ad dicta Monaſteria ſuſcipiantur, prouideat, ut promiſcue Poloni & Almani deinceps recipiantur.

Abbates tamē & Præpoſiti Monaſte. ex Nobilib. aut ſi ij defuerint, ex Plebeis modo ſint Poloni, creentur. Lex iiij.

Frequentibus magniſq; petitionibus atq; clamoribus ſubditorū noſtrorum permoti, cerneñ. omnia Monaſteria ferme in Regno noſtro ex munificentia & liberalitate, non ſolum anteceſſorū noſtrorum Poloniæ Regum atq; Principum, ſed etiam Baronū, & Nobilium facultatibus, bene dotata eſſe, & nunc quoq; Nobilitatis fauore plurimū indigere. Cauentes etiam, ne noua dogmata ex Germania ad Regnum noſtrum, pręſertim uero ad quędā Monaſteria in ditionibus noſtris, per homines nationis illius inferātur: Et ne Monaſteria ipſa, quę iam magna ex parte deſolata cernuntur, ad interitū, ob defectum perſonarum, deueniant. Statuimus ut deinceps futuris perpetuis temporibus nemo in Abbatem cuiuſcumq; Monaſterij in Regno noſtro, aut etiā in Prępoſitum eligi debeat, aut poſſit, niſi qui ſit natione Polonus. Hac cautione adiecta, ut ſi in eodem Monaſterio aliquis ex Nobili genere procreatus & idoneus Monachus reperiatur, in Abbatem ante alios eligi & recipi debeat, atq; per nos loci ordinario præſentari. Vbi uero nullus Nobilis idoneus in eodem Monaſterio reperiretur, tū ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis & religionis uir Nobilis & idoneus erit deligendus, ſeu poſtulandus. In defectu autē Nobilis idonei, licitum erit et liberum, Plebeum idoneū natione Polonum in Abbatē eligere, de cuius idoneitate & natione loci ordinarius Epiſcopus nos per literas ſuas certiores reddet, ut ſciamus, quē et qualem ei pręſentare debeamus. Sigiſm. anno 1538.

Simile de Abbatibus, & quod in nonnullis Monaſterijs, nunc Germani, nūc Poloni, in Abbates eligantur. Præterea ut Polonis ad Monaſteria Germanicorum ingreſſus pateat. LEX V.

De Abbatibus decretū per nos factum in ſuperioribus Anni Comitijs ratum ſumus & firmū ſemper habituri. Neq; præſentabimus quēquam loci ordinariū, niſi quem Nobili loco natum, & ſecundū diſpoſitionem Statuti Pyotrkouieñ. Anni Dñi 1538. electum cōperiemus. Sigiſm. Cra. 1539.

 Fol

Quod ſi quis non legitime fuerit electus dabimus operã, ut Dñi Epiſcopi, electionem nullam huiuſmodi eſſe pronuncient. Ac de alio idoneo, ut Statutum diſponit, in locũ illius ſufficiendo ſint ſolliciti, certas tamen ob cauſas, uiſum eſt nobis, ut in his Monaſterijs, quæ partẽ bonorum ſuorum extra Regnum habent, quædam fieret uiciſsitudo: ut alternatim Abbates nunc Germani, nunc Poloni eligerẽtur. Dominis autem Epiſcopis curæ erit, ut in quæ Monaſteria ſoli Germani reciperentur, in ea quoq; Polonis pateretur aditus & ingreſſus.

Monachorũ Abbates ex Nobilib. ſint, quod vero neq; in Eccleſia, neque in Politia aliud habent officium, Scholas Nobil. puerorum inſtituant. LEX VI.

Sigiſm. Augu. Petricoviæ 1550.

Vt donatiões Monaſteriorũ conſeruari poſsint facilius, renouandoq; Statutum Anno 1538. conditum. Statuimus ut nemo in Abbatem eligatur, niſi Polonici, Nobilis, ex patre & matre, generis, & homo idoneus. Quod ſi in eo Monaſterio in quo Abbatia uacabit, non reperiretur profeſſus, idoneus, Nobilis, inibi aſsidue & antiquitus habitans, ut ex eadem diœcæſi, in qua eſt Monaſteriũ Nobilis idoneus, ſtatus Spiritualis eligatur & poſtuletur in Abbatẽ. Cumq; ſic eligetur inprofeſſus, debebit per nos loci ordinario præſentari, & poſtea per illum inſtitui uel confirmari in Abbatiam, & (Regulam) profiteri.

Quod etiam Abbates ex decreto ſynodi ſalariũ lectoribus debeant, uide capitulo eodem, articulo 12 de ſynodis.

¶ Et quoniam non eſt tantus numerus Monachorũ in Monaſterijs, quantus fuerat antea, tenebuntur Abbates certum numerũ Nobilium puerorum fouere in Monaſterijs, & illos inibi hominibus doctis artibus liberalibus dare inſtituendos, iuxta quod unicuiq; Abbati Domini Epiſcopi illorum locorum conſignabunt, & nominabunt.

Villæ Monaſteriorũ adæquantur villis Nobil. in ſoluẽdis fumalib. Lex vij.

Sigiſm. Petri. 1511.

Quam Libro 4. Capitulo 7. de Fumalibus Articulo 1. vide.

Quod malefactores, neq; templa, neq; Monaſter. defendere poſſunt. Lex viij

Sigiſm. Crac. 1543.

Quam vide ſupra Cap. eodẽ Art. 8. de Iudicio ſeu cauſis fori Spiritualis.

Porro de Monaſter. Polonicis in Terris Pruſsiæ bona ſua habentibus.

Videatur Lib. 5. Capit. 2. de Terrarũ Pruſsiæ cum Regno confæderatiõe.

Articulus

ARTICVLVS XII.

DE MONIALIBVS & earum bonis.

PRAEFATIO.

Si Paulus de Virginibus præceptum non habuit, ſed tantum conſuluit, certe Virginitas perpetua ſuaderi non præcipi debet, tantominus per votum a quali- bet Virgine exigi poteſt, caſum enim Icari & Phaetontis quærit, ſi quis vltra ſu- as vires aliquid præſumit: & tentat ille Deum qui proprium donum contemnit, alienum autem per præcipitia ſectatur. Illud tamen naturæ iucundū eſt ſpecta- culum, quod ita numero, menſura, ac pondere maſculum & fœminā creauit De- us, vt gregibus Monachorū cœtus etiam Monialiū vbiq; fere iuxta habitēt: qua- ſi vna quæque mulier ſuum maritum petat, & ſequatur: niſi lex naturæ contra- ria prohibeat. Quia vero infinitis fere regularum deliriis excarnificantur miſe- ræ, & conſcientias ſuas ſauciant: ſerio profecto eſſent in eam rem intendendi Epiſcoporum oculi, ne ob quamcūque humanarum præceptiuncularū tranſ- greſsionem diris deuoueantur: quas quidem voluit Chriſtus etiam ab omni ſer- uitute & maledicto legis Moſaicæ, in libertate ſpiritus, & tranquilitate conſci- entiæ ſibi ſeruire: ne aliquanto melior Iudæorum cauſa videretur, qui legi Dei ſubſunt, quam illarum, quæ ſæpe vaniſsimis hominum præceptis, cum fremitu cordis, & lachrymis, conſcientiæque ſcrupulo ſeruire coguntur.

Moniales in bona Paterna & Materna ſuccedunt, ea tamen alienare nequeūt,

ſed ex illis cenſuum pecuniariorum medietate a conſangui- neis quoad uiuant, potiantur. LEX I.

Sigiſm. Crac. 1527.

Eiuſdem mentio infra capitulo 12 articulo 17. de Capita. officijs.

Statuimus etiam, quod ſanctimoniales, ordinem aliquem a ſede Apo- ſtolica approbatum profeſſæ, tametſi mundo & bonis temporalibus renunctiauerint, nihilq; proprij habere poſsint: Quia tamen non ſunt ubiq; debito modo prouiſæ, & conceſſum ſit illis ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ, ut ſuccedere poſsint in bona Paterna & Materna ad ſe re- uoluta, de illiſq; libere, cum auctoritate ſuperiorū ſuorum diſponere, quia multæ querelæ ſubditorum noſtrorū ad nos deferebātur, qui in digne ferebant, quod ipſæ ſanctimoniales ſuccedere deberent in bonis ſuis paternis et maternis, ad eas poſt mortem parentum aut cōſangui neorum earum deuolutis, Iureq; illas, ab eiuſmodi ſucceſsionibus re pellere nitebantur: Volentes huiuſmodi querelas cohibere, & eaſdem ſanctimoniales in bona gratia & fauore conſanguineorū illarum con- ſeruare, illarumq; neceſsitatibus benigne proſpicere. Statuimus & or- dinamus de conſilio & conſenſu Conſiliariorū Regni noſtri, ſtatus u- triuſq;, & Nunciorū Terreſtriū quod Moniales ipſæ, ordinem regu- larem profeſſæ, & in Cænobijs ac clauſtris manentes, ſuccedere quidē poſsint ad bona paterna & materna quæ ad eas deuoluta legitime fu- erint, alienare tamen illa a conſanguineis, & propinquis, aut in alienas perſonas quoquomodo transferre, nullo modo ualeāt, ſed cum primū ad eas aut earum aliquā, ea ipſa bona deuoluta fuerint, Iure legitimæ

ſucceſsionis ac deuolutionis proximiores conſanguinei ſeu agnati & cognati earum illa tenere, earumq; poſſeſsionē adire debebunt, et ex illis medietatem omnium cenſuum & prouentuū pecuniariorū illis, & cuilibet illarum ſoluere erunt aſtricti, uita illarum durante. Reliquam uero medietatem prouentuum pecuniariorū, ſimul ac fructus omnes ex bonis illis prouenieñ. pro ſe retinebunt, & ex illis onera Reipublicæ Regni & Bellicæ expeditionis ſuſtinebunt.

Si ſint tantum prædia, & id genus alia Epiſcopus cum Capitaneo cōſtituit penſionem.

¶ Quod ſi bona ad Moniales ipſas deuoluta, nullos prouentus pecuniarios habuerint, eſſent tamen in illis prædia, ſeu piſcinæ, ſeu molendina, uel prata, uel ſyluæ cæduæ, aut mellificia, aut agri, qui locari poſſint, & aliæ id genus utilitates, quocūq; nomine cenſeantur, in eo caſu Epiſcopus & Ordinarius loci, ſeu eius in Spiritualibus Vicarius, cum Capitaneo Terræ ſeu diſtrictus illius, in quo bona eiuſmodi conſiſtūt, diſquirent diligenter, quantum ex eiuſmodi bonis prouenire in anno poſsit, illaq; & obuentiones ſeu utilitates, quæ ex illis, annis ſingulis prouenire poſſent, diligenter taxabunt ac ęſtimabūt, & ad quamcūq; ſummam illa taxauerint, conſanguinei prædictarū Monialiū, qui bona eiuſmodi tenebunt, ſoluere illis. & cuilibet earū reſpectiue, medietatem eiuſdē ſummæ quotannis, abſq; omni contradictiōe tenebuntur.

Propinquus Monialium per 3. menſes ſuſtinens excōmunicationem ob retentionē penſionis, cadit ab uſu bonorum: & relinquitur facultas moniali cui uellet bona ſua arendan.

¶ Et ſi ijdem conſanguinei in ſoluendo negligētes & remiſsi fuerint & moniti literis monitionis Dñi Epiſcopi ſeu loci ordinarij aut eius in Spiritualibus Vicarij ſeu Officialis, illis ſatisfacere de bonis illarū temere noluerint, ac demum propterea excōmunicati, tres menſes cenſuras Eccleſiaſticas ſuſtinuerint, extunc libertatem & facultatē habebūt Moniales prędictæ bona ſua huiuſmodi alteri cuipiā conſanguineo, aut etiam externo locandi ſeu arendandi, pro arbitrio ſuo ad uitam ſuam, poſt mortem uero illarū eadem ipſa bona earum, ad proximiores illarum conſanguineos rurſus deuoluentur, & deuolui debebunt.

Intra viginti annos Moniales bona hæreditaria repetant. LEX II.

Sigiſm. Petr. 1519 erit eiuſdem mentio libr. 2. cap. 6 arti. 8. de præſcriptionibus fœminarum.

Præſcriptio Virginibus Monialibus ad bona hereditaria repetenda; 26.
fiat a profeſsione religionis uiginti annorum. Aequum enim uidebatur fauore religionis, ut cum illis præſcriptio ſtatui debuit, & nuptæ decennium habeant, ipſæ ut ſponſæ Chriſti, & quæ in clauſtris cōcluſæ & educatæ, tam cito rerum ſuarum cognitionem habere non poſſunt, duplum habeant.

ARTICVLVS XIII.

DE SINODIS.

PRAEFATIO.

Si ſemini bono, hoc eſt verbo Dei, inimicus homo non superſeminaret ſua Zizania, mi-

Zizania, minus impoſturarum, minus etiam diſsidiorum haberemus in religione Chriſtiana: centuplum autem fructum, agricolæ cœleſti, pro ſimplis granis, vt Terra bona, refunderemus, & fœneraremur. Nūc quia Satan cum ſuis membris lucida Dei præcepta obfuſcat, caſta adulterat, ſancta execratur, omnes autē vt Euam tentat, & mendacisſimis perſuaſionibus ad transgreſsionem illorū impellit: nihil mirum videri debet, quod tantum bellorū in vitam mortalium inuectum ſit, vt Iudæi, ac Turcę Chriſtum ſaluatorem promiſſum ac datum, etiamnū execrentur: ferroque, igne, ac vaſtitate eius diſcipulos occidant. Quin etiam ea Chriſtiani populi fragilitas eſt, vt ſit ſciſſus inter ſe, neque pari ſynceritate Euāgelium illius amplectatur: adeo, vt multi etiamnum ad vocem inſtigatoriæ Ancillæ cū Petro ter negēt ſe illū noſſe: cum Thoma nō credāt reſurrexiſſe, niſi videant: cū duobus illis diſcipulis dicūt falſo ſe putaſſe, quod ille redempturus erat Iſrael: Non pauci cum Saulo zelo traditionum ſuarū illum perſequantur, ne dicā cum Herode rideant: cum Iudæis autem ſecundū legem, decreta, ac ſtatuta ſua crucifigant: bona pars cum Caiapha a tumultu, & a Romanis: neque minor cū Pilato a Cæſare ſibi metuunt. Quia vero diſcipuli ac Zelatores veri ipſius Chriſti ſemper ducuntur ad Reges & Præſides propter nomen eius, qui Sapientiores videri volunt, cum Nicodemo nocte ad illum veniunt, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, metuunt enim animæ ſuæ a Iudæis, quam ita perdunt: Porro qui ſapientiſsimi ſunt, propter charitatem & Politiæ tranquillitatem retinendam melius eſſe arbitrantur, vt nonnulla Chriſti dogmata reticeātur, alia etiam per contrarias abrogentur conſtitutiōes: quaſi Regno mundi inimica: ſic ploratus & fletus piorum, mundi autem gaudia & turbarum metus electos etiam concutiunt, ac ſæpenumero abducunt a veritate. Sed & multis iam inde ſæculis & ipſimet diſcipuli contendunt quis eorum eſſet maior: per parenteſque ſuos ac Principum gratiam cum filiis Zebedæi ad dextram & ſiniſtram Chriſti obrepunt, non deſunt proh dolor qui Iudæ ſacculos ac prebendas captātes vendant Chriſtum triginta argenteis, & cum crucifixoribus veſtimenta eius diuidant inter ſe, aut ſortiantur de illis: vt hic pręteream ſuperſtitionū myriadas vel gentilium, vel Iudæorum imitatione praua inuectas: vt etiam omittam magnum prouentum omnibus ſæculis hæreticorum, in morem prothæi in omnes formas ſe mutantium, quotidieque orientiū & occidentium, qui tametſi alliſi fuerint ad petram, ſemper tamen reliquias dimittunt paruulis ſuis, cum itaq; Chriſtus ipſiſmet diſcipulis etiamnum ſit lapis offenſionis, nihilque reliquum faciat ille ſerpens, vt omni genere doli atque fraudis inſidietur calcaneo illius, probanda ſane eſt conſuetudo, quod Epiſcopi Ecleſię Chriſti annis ſingulis cōueniant, & conuellendis tot zizaniis, offendiculis auariciæ & ambitionis morbis hęreſibus, iniquis conſtitutionibus, & mendacisſimis fabulis, a Satana in Eccleſiam Chriſti ſparſis, iuſtam dent operam: vt ſcilicet omnes Principes, apertis portis, Euangelium Regis gloriæ, in ſanctis ſcripturis reuelatum, fide amplectantur: veris Sacramentis in populum Chriſti inautorentur. Cætera autē quæ veram religionem eiuſque Politiam, concordiam, ac morum ſanctitatē adiuuarent: iuxta analogiam præceptorū Dei præſcribant, decenter enim omnia, & ſecundum ordinem debent eſſe in Eccleſia, morumque diuerſitas, atque ingeniorum, & Iudiciorum pugnæ, in ſtatam quandam formā, legibus adhibitis, ſunt redigenda: quas quidem leges ſi demas, ſtatim ſuis neruis Eccleſias deformari, ac diſsipari: communitatemque ipſam, laxatis & humanitatis & moderationis vinculis contra ſe verti neceſſe eſt. Et tamen tanta pœna obſeruare ſuas traditiones adigant, vt intra ſuos fines conſiſtant: neque quitquam Iuris in ſauciendas hominū conſcientias vſurpent: præceptorum enim Dei transgreſsio, in eaque induratio, excommunicatione lancinetur: ſtatutorum autē Politicorum damno, aut potius obiurgatione amica multetur contemptus: ne ſcilicet cum auſteritate ipſi paſtores ouibus imperare, & grauia onera illis alligare, videantur. Quod enim hoc tēpore ita fit,

Eccleſia Diaboli nata ex zizanijs uerbō Dei ſuperſeminatis.

Et Chriſtiani ſciſsi ſunt inter ſe, quin alij alijs uicijs peccant.

Conditio perpetua Chriſti diſcipulorū.

Lapſus diſcipulorū etiam ſunt proprij.

Quæ materia in Synodis eſset tractan.

ſtudium Epiſcoporū hoc eſſe debet.

Diuinorum, non autē humanorum præceptorum tranſgreſsio, excōmunicatione eſt plectenda.

Dei præceptorum tranſgreßio hoc tempore leuiter, hominũ autem conſtitutiones uiolatæ grauißime uindicantur.

Hoc tempore contra fieri quotidianis exẽplis oſtenditur.

pore ita fit, reticere non poſſumus: Scortatio ſiquidem ſeu concubinatus Sacerdotum, isque non niſi ædita prole deprehenſus, tribus tantum marcis redimitur, vt teſtantur acta vitę. Coniugium autem legitimũ ac honorabile, quo tot ſcortationes excludendæ erant, & quod tantum exautoratione recentiora concilia & Iura Ciuilia in Sacerdotibus puniunt, proh dolor, excõmunicatione, infamia, exautoratione, bonorũ publicatione, exilio, carcere, ac ipſa etiam morte plectitur: Imaguncula ligneæ fractor cæde, calicis argentei ſur igne, dant ſupplicium: occiſor autem hominis ad imaginem Dei creati, decem marcis numeratis, profeſſaque certa pœnitentia in vtroque foro abſoluitur. Porro fures ſanguinis Ieſu Chriſti cuius vſu Noui teſtamenti gratia obſignatur in nobis, in ſummo ſunt honore ac precio: ipſius autem ſanguinis ne mentio quidem haberi præcipitur, ita vt hoc zelo motus quidam Epiſcopi (quem quidem ego hic honoris cauſa non nomino) ad quendam Commendariũ ſcripſerit, Commendarie fœdaſti, & ſtercoriſaſti, & ſicut canis latraſti de vtraque ſpecie populo danda: prætereaque orationе Dominica pro impetranda gratia Spiritusſancti populo interdixit, aſſerens inde hereſeos occaſiones naſci, & ſalutationẽ Virginis Mariæ, ac inuocationem ſanctorum frigeſcere: Cum autem ad triginta Plebanos concubinarios ei quidam deſcripſerit admonens, vt tantam abominationẽ tollat ex Eccleſia: reſcripſit, Hon. veſtra taxat alios, vtinam ſit ipſa Deifica, faueremus ei, ſed melius eſſet, vt ſe reſpiceret, quod eadem etiam ſit circumdata infirmitate, prætereo hic multa eius generis, ne ſtudio nocendi non corrigendi illa recenſere videar. Neq; tamen hoc pręteribo, quod Decreto Concilii Baſilieñ. & Epiſcopi qui dant Põtificibus Roma. Annatas, & illi qui eas accipiunt, Simoniaci atque Anathema eſſe pronunciantur, nullumque Ius in Sacerdotio empto hos dare, illos autẽ accipere decretum eſt. Et tamen hanc ſeruitutem ſeruimus, vt non niſi multo auro Romam miſſo inſtituros habeamus, feramuſque Epiſcopos. O tempora, o mores quibus etiam Euangelii ſcripturam, & Petri factum contra afferre piaculum ſit capitale, canonibus neſcio vnde natis, omnia deuaſtantibus, illudque ad comparandam potentiam a miniſterio tranſlatum, tantum crepantibus: Quitquid ligaueris, vel ſolueris: & illud, non obſtantibus Apoſtolicis conſtitutionibus: atque illud Tyrannidis compendiũ, appellatione poſtpoſita: adeo vt ſi ipſe Chriſtus cum Apoſtolis veniret, & ſua ipſe dogmata contra aſſereret: atrociore forſan ſupplicio pœnas daret, quã dedit Iudicibus, Anna, Caiapha, Herode, ac Pilato: tantus zelus omnium eſt pro religione, ſiue vera ſiue falſa.

Magis probandꝰ eſt amicus, qui uitioſas Reipu. partes exprobratione ſanare cupit quam qui adulatione excæcaret.

Et quamquã ſentio quanto cum periculo hæc ſcribo, ſcribo tamen, prætereaque lachrymis chartas rigantibus obteſtor Eccleſiæ noſtræ Epiſcopos, vt in Synodis ſuis, non tam de auctoritate, dignitate, decimis, aliiſque ventris ſui prouentibus retinendis ſint ſolliciti: hæc enim ſponte adiicientur, ſi quod cardo negocii eſt, Regno, hoc eſt Euangelio Ieſu Chriſti, factis, dictis, ac ſcriptis quærendo, & propagando eſſent intenti: idque verbi Dei magiſterio:

Auctoritas ſeu regula uerbi Dei eſt obſeruanda.

quod quidem omnes hominũ inuentiones, vt lucerna tenebras diſpellit: Omnes munitiones Satanæ vt malleus petras conterit: omnes controuerſias de religione ſuſcitatas, vt gladius anceps carnem diuidit a ſpiritu: omninoque, vt nota certiſsima, Eccleſiam Dei a Synagoga Diaboli ſecernit: cui verbo Dei aliquid addere vel demere eſt plane Deum prouocare, vt nos arguat præuaricationis, inueniatque mendaces. Et tamen hoc de traditionibus, ſecundum analogiã verbi Dei receptis, ſentiendũ eſt, quod

Quid ſentiendum eſt de traditionibus, in toto orbe receptis.

Auguſt. ſcripſit: Quæ toto (inquit) Terrarum orbe ſeruantur, vel ab ipſis Apoſtolis, vel Conciliis generalibus, quorum eſt ſaluberrima in Eccleſia auctoritas, ſtatuta eſſe, intelligere licet: ſicuti, quod Domini Paſsio, & Reſurrectio & in cœlũ Aſcenſio & aduentus Spiritusſancti anniuerſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid tale occurrerit, quod ſeruatur ab vniuerſa, quacũque ſe diffundit, Eccleſia.

De particularibus traditionibus.

Quo loco cauendum eſt, ne nuperrima inuenta, in aliquo orbis angulo recepta, vel nomine Catholicarum traditionũ cenſeantur, vel referantur ad ipſos Apoſtolos: ita tamẽ

ſtolos: ita tamen boni, vel mali illis appellatio conueniet, ſi ad ædificationem, vel quod abſit, ad deſtructionē, ex verbo Dei introductę eſſe iudicabuntur. Non eſt enim oneranda Eccleſia nouis traditionibus, quinimmo retinenda eſt eius LIBERTAS, quæ quidem eſt perſuaſio certiſsima, qua nos credimus, a iugo, ſeruitute, & maledicto legis, per Ieſum Chriſtum Legis impletorē, & pro nobis execrationem, atque adeo peccatum factum, liberatos: gratiſque per fidem in illum iuſtificatos, & pacatos: ita vt iam, neque lex terrens, neque peccatum damnans, neque mors peccatores abſorbens dominetur nobis: quin liberi a lege, (pædagogia tamen eius eſt neceſſaria) & a peccato, quod lex oſtendit: ſerui autem gratiæ & iuſticiæ, quam nobis communicat Chriſtus: in ſanctitate & iuſticia ſeruiamus ei, qui redemit nos: tantum abeſt, vt decretis hominū, de adiaphoris æditis, contemptu ſcandaloſo excepto, obſtringamur: ita vt peccari nō putemus mortaliter, ſi illis ſatisfacere nequeamus, vel nos non debere teneri illis affirmemus. Si enim circumciſionē, ac legem, periculoſe quis tanquā ad ſalutē neceſſaria adſerat, iuxta Paulum ad Rom. & Gal. 2. 3. & 5. periculoſius etiam ſuas inuentiones tanquā neceſſarias ad ſalutem putet eſſe obſeruandas: illis conſtitutionibus quæ Politiam, concordiam, & ordinem Eccleſiæ confirmaret, ſemper exceptis; quæ quidem quamquā adiaphororū etiam titulo cōmendari debeant, ad humanitatis tamen, & charitatis regulam, ſi exigantur: magnopere neceſſariæ ſunt, & ædificandæ Eccleſiæ perutiles, ac proinde ſine piaculo violari non poſſunt.

Eccleſia non eſt oneranda nouis ſubinde conſtitutionibus, ſed libertas eius retinēda Liberi enim ſumus a Lege.

Liberi ab hominum decretis.

Quæ tamē conſtitutiones ſunt utiles, ac proinde obſeruandæ.

Leges autem Synodales, quæ huic operi ſeruire videbantur cum alibi, tum Artic. proxime ſequenti ſunt poſitæ.

ARTICVLVS XIIII.

De SCHOLA ſeu Gymnaſio Cracouieñ.

PRAEFATIO.

Si ita, vt cōſtamus ex animo & corpore, animi ęque ac corporis curam haberemus: omneſque morbos huius atque illius, ſentiremus: profecto ſanandę menti æque ac cuticulæ curandę daremus operam. Quod ſi tales natura nos genuiſſet, vt ipſa animę incommoda intueri, ac perſpicere, eademque optima duce curſum vitæ conficere poſſemus: haud erat ſane (teſte Tullio) quod quiſquā rationem ac doctrinam requireret, quum natura ſufficeret: nunc vero paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibuſque deprauatis, ſic reſtinguimus, vt nuſquā naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitā natura perduceret. Nunc autem ſimul atque æditi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate, & in ſumma opinionū peruerſitate verſamur, vt pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. Quum vero parentibus redditi, deinde Magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cędat. Accedunt etiā Poetæ, qui quum magnam ſpeciem doctrinæ, ſapientiæꝗ præ ſe tulerint, audiuntur, leguntur, ediſcūtur, & inhæreſcunt penitus in mentibus. Quum vero accedit eodem quaſi maximus quidam Magiſter, populus, atque omnis vndique ad vicia conſentiens multitudo, tum plane inficimur opinionū prauitate, a naturaque ipſa deſciſcimus, vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præſtantius honoribus, imperiis, populi gloria iudicauerunt, ad quam fertur optimus quiſque, veramꝗ illam honeſtatem expetens, quā vna natura maxime inquirit, in ſumma inanitate verſatur, conſectaturque nullā eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. Quum autem

Non ita ſentimus animi morbos, ac corporis.

Paruulos naturæ igniculos ſtatim reſtinguimus.

Malis opinionibus, quas quidē trahimus

A Nutricibus.

A Parentibus.

A Magiſtris.

A Poetis.

A populo & multitudine.

Ab ambitione.

ipſa Iuuentus

Iuuentus Reipub. ſeminarium, quibus artibus ſit inſtituēda.

Omnes homines natura ſcire deſiderant.

Sine Magiſtris bonæ artes diſci nō poßunt

Iagello ſcholam Cracouien. erexit quod fecit boni Regis inter ſſe ut ſapientes Ciues efficeret.

Vſus ſcholæ ipſius.

Magiſtrorum Cracouien. dotationes.

ipſa Iuuentus Reipub. ſeminarium ſit, talemque ſperemus Rempub. fore qualē ei Iuuentutem parauerimus, certe nullum munus Reipub. afferri maius, meliusue poſsit, quam ſi ipſa deuitatis tot ingenii ſui peſtibus, quas enumerauimus: bonas protinus, & conſeruandæ Reipu. vtiles opiniones teneris adhuc & ſequacibus animis imbibat, quæ viros per totam vitam comitentur, magnamque ad tuendum Reipub. ſtatum adferant vtilitatem. Et quamquā omnes, teſte eodem Cicerone, trahimur ad ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrū putamus, neſcire autem & malum, & turpe ducimus: nulla tamen eſt facultas adeo captui humano expoſita & peruia, quæ quidem citra Magiſtrorū, quaſi Ducū, operam ediſci queat, tantum abeſt, vt orbis ille diſciplinarū Diuina quaſi virgula nobis quiduis aliud agentibus contingat, atque infundatur. Quocirca pie ſane, & prudenter IAGELLO REX Scholam atque Gymnaſium Cracouieñ. tanquam emporiū ſeu officinam quandam bonarū literarum erigendam curauit, in quo Iuuentus noſtra culturam ingenii ſui accipiens, tam Eccleſiis quam Politiis regendis domi ac foris, pace ac bello, dignos ſe viros faceret. Et ne pii Regis ſacroſanctū inſtitutum inopia Magiſtrorum intercideret, eiſdem Sacerdotia, Villas, cenſus, domos, vna cum libertatibus, prærogatiuiſque multis vt tum poterat munifice largitus eſt. vt huius inprimis Principis Neophiti beneficio, religio Chriſtiana, in Regno Poloniæ conſtabilita: Muſæ autem Solymis Hebraicæ, Athenis Græce, & Roma Latinæ euocatæ, hoſpicioque a noſtra gente exceptæ fuiſſe videantur. Cum autem noſtræ Iuuentuti a Regibus ſatis abunde ſuppeditata ſint omnia, quæ quidem ad culturam ingenii facere videbantur: ſupereſt, vt ipſi Iuuenes ſibi proponant, quod nullus aliter ſeſe extollere. & Diuina mortalis attingere poteſt, niſi ſepoſitis corporis gaudiis, excolendo ingenio iuſtam dederit operam: tam diu autem quiſque dare debet, quam diu laborum ſuorū fructus immortales, vt ipſe animus eſt immortalis, nō referat, fieri enim nō poteſt vt animus ocio atque libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus literis operam dare poſsit. Quas quidem peſtes ſi lubrica illa ætas deuitarit: tum non aſtra, non fortunam, non fata, non denique dæmones malos accuſabit, ſed ipſam induſtriam vel ſocordiam virtutē vel vicia, quæ a teneris annis inſtillantur, tam bonorū quam malorum omniū fontes eſſe diſcet, atque confitebitur. Sed vt Quintil. talem vult ſibi dari puerū qui uictus fleat, victor gaudeat: ita nemo magnus, neque ſatis doctus, ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit: optimus autem & grauiſsimus quiſque confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam atque etiā eſſe diſcenda: ac proinde nullam ætatem ad diſcendum ſeram eſſe putabit: vt ſcilicet omnis vitæ noſtræ ratio ita tranſmittatur, quo magnam ſtudiorum noſtrorum vtilitatem, e maximis in Religionē & Politiam meritis collatis, poſteritati reliquiſſe iudicemur. Quia vero Simon Maricius Pilzneñ. ſatis erudite, copioſe, & vtiliter de Scholis ſeu Gymnaſiis inſtituendis earumque in Repub. magna vtilitate hoc tempore ſcripſit, de iiſdem plura ſcribere hic neque opus eſt, neque vacat.

Iuuenes literarū ſtudioſi quid ſibi proponere debēt uel cauere.

Iuuenes facti uiri educationi ſuæ bona uel mala accepta ferant.

Qualem puerum literis a[illegible] oporteat.

Quales Viros.

Quales ſenes.

Quo ſtudia noſtra ſunt dirigenda.

Vladiſl. Iagello Rex Scholā ſeu Gymnaſiū Literariū Craco. erigit. LEX I.

Ex bibliotheca Gymnaſij Cracouien. deſumptum eſt hoc Priuilegium.

Vuladiſlaus Rex Poloniæ, &c. Significamus quod cum ſupernæ diſpenſationis prouiſione, de gentilitatis erroribus ac tenebris ad lucem & ſui nominis agnitionē eduxit miſericorditer: & tandem ad Regale dignitatis faſtigium exaltauit: ad hoc curam noſtram diligentiæ pręſtantius extendimus, ut quos olim in erroris uetuſta caligine conſtituti ſocios tenebrarum habuimus, ſignanter Indigenas Terrę noſtrę Lithuaniæ, per

thuaniæ, per aſſuefactionem & exercitiū piorum operum, ſine quibus ipſa fides uacua fore noſcitur, eo magis in filios lucis conuertamus: id tamen horum ope pariter & opera. quorum animos in fundamentis ſcripturarū peritos eſſe noſcimus. & artibus uirtuoſis Reipub. ſtabilitas ſemper ſalubribus proficit incrementis. Videmus equidem, & certo certius experimur, qualiter Pariſia per conuocationē & congregationem peritorum & prudentū Franciam irradiat: Patauium cum Bononia totam Italiam clarificant: Praga Bohemiam illuminat: Almaniam Vxonia illuſtrat: profecto ad hoc ſummi diſpoſitione preſidij plurimarum gentium & diuerſarū regionum obtinuimus Principatum, & Regni Poloniæ prædicti recepimus Diadema, ut ipſum Regnū doctarum perſonarū ſtudijs illuſtremus: Quorum doctrinis ignorantiæ cecitate ſublata de medio, Regnum ipſum in tempore noſtri regiminis fœlicis, cæteris regionibus poſſumus coequare: non dubitantes id ipſum Regni noſtri ſubditis ſalubriter profuturum, in Ciuitate noſtra Cracouieñ. in qua ſtudium uigeat generale, in qualibet licita facultate, ut pote in THEOLOGICA, Iuris Canonici, Phiſicæ, Legū, & artium liberalium facultatibus, nominandū, eligendum, conſtituendū ponendum, ordinandum, & erigendum dignum duximus: & tenore preſentium facimus, & inſtituimus, temporibus perpetuis duraturum Sitq; ibi ſcientiarum præualentiū Margarita, ut uiros producat conſilij maturitate conſpicuos, uirtutum ornatibus redimitos, & uariæ facultatis doctrinis eruditos: fiatq; illic fons doctrinarū irriguus, de cuius plenitudine hauriāt uniuerſi, literarū cupientes imbui ornamētis.

Scopus ſtudiorū magno & excellētiPrincipe dignorum.

Rex præſcribit artes in ſchola Cracouienſi prælegendas.

Finalis cauſa ſcholæ Cracouienſis.

Hāc Gymnaſij erectionē Papa cōfirmat Sed in eo Theol. prælegi vetat. Lex ij.

Vrbanus Epiſcopus Vladiſlao Regi Poloniæ: Cum nuper tu ad utilitatem Incolarum Regni tui Poloniæ, & aliarum partiū uicinarum, laudabiliter intendens, in Ciuitate tua Cracouieñ. ſtudium generale in qualibet licita facultate duxeris ordinandū, ac omnibus & ſingulis Rectoribus uniuerſitatis, Doctoribus, Magiſtris, Scriptoribus, Stationarijs, & eorum familiaribus, ad Ciuitatē predictam cauſa ſtudij huiuſmodi ſe transferentibus, & ibidē morantibus nonnulla certa Priuilegia duxeris liberaliter concedenda: Quæ dilecti filij Conſules, Scabini, Iurati dictæ Ciuitatis, perpetue tenere & inuiolabiliter obſeruare promiſerunt: Prout tam in tuis quam dictorū Conſulum, Scabinorum, & Iuratorum, patentibus literis hinc inde confectis, tuoq; magno & ipſorum Sigillis pendentibus munitis plenius cōtinetur: Noſq; tuis in hac parte ſupplicatiōibus inclinati, de fratrum noſtrorū conſilio, per alias noſtras literas duxerimus ſtatuendū, ac etiam ordinandū, ut in dicta Ciuitate huiuſmodi ſtudiū exiſtat generale: Illudq; perpetuis

 temporibus inibi

temporibus inibi uigeat, tam in Iuris Canonici, & Ciuilis, quam alia qualibet licita, præterquã in THEOLOGICA FACVLtate: & quod legentes, & ſtudentes ibidem, omnibus Priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus conceſsis Doctoribus legentibus, & ſtudentibus commorantibus in ſtudio generali, gaudeant: & utantur.

COMMENTARIVS.

Optandum ſane eſt, vt tota Eccleſia fidelium quacumque ſe diffundit dicat ore Petri ſucceſſoris, Tu es Chriſtus, filius Dei viui: omneſque mortales vno ore glorificent Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: Sed ſi Vrbanus iſte Theologiã diſcere vetat, quam ex Cathedra Petri inculcare debebat: ergo Nabuchodonoſor Babilonicus Rex ſanctius egit, qui Deum Danielis, Zizdrac, Miſac, & Abdenago, cognoſcendum atque colendum præcepit: Sergius etiam gentilis Paulum audiri iuſsit: ſed & Iob in media cruce Dei cognitionẽ obiurgatoribus ſui inculcauit: Quum autem ſummus Pontifex tantopere cauit, ne ex Theologiæ tractatione ignarus populus Deum cognoſceret, & Chriſti beneficia in Regno Poloniæ propalarentur (quod fortaſſe eius potentiæ ac decretis videbantur aduerſa) mirum non eſt, ſi etiam hoc tempore, crucis Chriſti aduerſarii, tantas tenebras luci Euangelicę offundant, vt neglectis canonicis ſcripturis quæ Hebraice, Græce, & Latine in Scholis prælegi debebant: repudiatis etiã purioris notæ Theologis, ſoli Scotiſtæ, Tomiſtæ, Albertiſtæ, Occamiſtæ, itẽ Olcot, Bricot, Tartaretus, Biga, Goſcaldus, Dormiſecure, Pomerius, Vademecum, Trumbeta, hiſtoria Lombardica, Conformitates, Alanus, Paratus, Floretus, Baraletus, & id genus impuriſsimorũ ſcriptorum legantur in Scholis, regnẽt in Eccleſia: decretalibus autem & Ethnicorum ſcriptis nempe Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis & Senecæ, quinimo Luciani, Eſopi, & Ouidii, Plauti & Terentii preceptis vita humana formetur. Itaque longo tempore fuit altum ſilentium, quæ ſit vis ac differentia legis Moſaicæ & Euangelii Chriſti: omiſſaque prædicatiõe pænitentiæ ex lege, fideique in Chriſtum mediatorẽ, & regenerationis noſtræ ad bona opera, tot rationes remittendorum peccatorũ repertæ ſunt, vt etiam locis, temporibus, ſtatuis, aquæ luſtrati, perſonis, votis, venalibus operibus, & cucullis Monachorum, cultui diuorum atque diuarũ, aliiſque monſtroſis mediis alligarentur: Item pro Sacrati Cruoris calice, aqua ignaris populis: pro vxoribus autem ſcorta data ſint miſeris Sacerdotibus: pro Dominica autẽ precatione, & Pſalmis, precatiunculæ monſtroſæ ſint obiectæ: totque aliæ abominationes deſolationis, & fabulę in Eccleſiæ Dei, pro ſancta & canonica diſciplina irrepſerint: potentia ne dicam Tyrannide impiorum peſsima quæque ſtabiliente, optima autem extinguente. Quod cum ego homo adoleſcens vidiſſem, parum abfuit, quin dementatus fabulis iſtorum Theologaſtrorũ ad Iudæos profugerim: ſatius ducens legi Dei ſolius cum Iudæis niti, quam fabuloſa religione ſtultiſsimorum ſacrificorum teneri: donec ex Moſe, Prophetis, Pſalmis, Euangeliis, & purioris notæ Theologis, promiſsiones de Chriſto Ieſu didici: & beneficia ipſius guſtaui: reque ipſa edoctus ſum, quod Pſaltes ait, quam dulcia ſunt labiis meis eloquia tua Domine, ſuper mel ori meo. Iniqui autem narrauerunt mihi fabulationes, ſed non vt lex tua, ac ſtatim inter Ciuitatem Dei, & Ciuitatem Diaboli diſcrimen ille Pſalmus me docuit: Beatus vir eſt, qui impiis, peccatoribus, ac deriſoribus miſsis: in lege Domini meditatur die ac nocte, & ne erremus in doctore, Spiritus ſanctus dixit de filio Dei IPSVM AVDITE: qui quidem rediturus ad Patrem, Apoſtolis ſuis mandauit, vt prædicent Euangelium, non vni certe genti, ſed omni creaturæ: Itaque non illi beati ſunt, qui Ius Canonicũ Paparum, aut Ius Ciuile Imperatorum diſcunt, ac ſeruant: ſed qui audiunt verbum Dei, et cuſtodiunt illud: animæque famem, illius paſtu propellunt: hoc inquam verbũ

traditionibus

traditionibus hominum obrui nequit, ſemper enim conſurgit obrutum, reſuſcitatur ſepultum,& poſt crucem maiore cum gloria reſurgit, manetque in æternũ: idque per confeſsionem & miniſterium contemptarũ in ſpeciem perſonarum: nempe infantium, Piſcatorum, Publicanorum, Mulierum peccatricũ, Latronũ, & vt ita dicam, Meretricum: vt inimicus & vltor deſtruantur: & ſit totus mundus Deo ſubiectus.

Itaque Bonifacius Theologiam per Vrbanũ excluſam reuocat. LEX III.

Exhibita nobis nuper pro parte Regis Vuladiſlai & Reginæ petitio continebat, ut in eorum Ciuitate Cracou. ex ſtatuto ac ordinatione ſedis Apoſtol. ab olim fuerit, & ſit in utroq; Iure, & alia qualibet licita facultate, ſtudium generale: itaq; pro parte ipſius Regis ac Reginę prędictorum nobis iterum fuit ſupplicatũ: ut in Ciuitate prędicta ſtatueremus, & ordinaremus huiuſmodi ſtudium generale, etiã in ipſa Theologia: Idcirco ſtatuimus, & ordinamus, quod in ipſa exnunc, & ſemper, perpetuis futuris temporibus, ſit, ac eſſe ualeat, etiam in eadẽ Theologia huiuſmodi ſtudiũ generale. Et nihilominus de uberioris dono gratiæ concedimus: quod Studentes, & Legentes pro tempore, in ipſo ſtudio, in eadem Theologia, Baccalaureatus, licentiæ, uel Doctoratus gradum ibidem ſuſcipientes, omnibus Priuilegijs, libertatibus, prerogatiuis, & indulgentijs gaudeant, & utantur, quibus in eadem Theologia ſtudentes, legentes, & ſimiles gradus Pariſijs ſuſcipientes gaudent: ac etiam quomodolibet potiuntur. *Permittitur legi Theologia.*

Quod autem præter varia Sacerdotia, ac prærogatiuas, varijs in locis Magiſtris conceſſas: alicubi tres, alicubi quinq; Doctores etiam Plebeio ordine nati, ad Eccleſias Primas in Regno Cathedrales recipiendi ſunt. LEX IIII.

Quam vide ſupra Capitulo eodem Articulo 1. Lege 9.

Nam Eccle. dotatæ ſunt propter cultũ diuinũ, & ꝑpter doctos retinẽd. Lex V.

Cum magna pars Reipub. noſtrę in ordine & ſtatu Eccleſiaſtico conſiſtat, Eccleſięq; Regni noſtri per anteceſſores noſtros ſint ampliter dotatæ, cum ad diuinum cultum peragendũ & manutenendũ, tum etiã ad uiros literatos & idoneos, promoueñ. quorum pauci eſſent, quibus uel animus, uel facultas adeſſet literis incumbendi: & alia ſtudia, per quæ emergitur, ſectandi: niſi bona Eccleſiaſtica non ſolum facultatem uniendi, ſed etiam opem multis, ſe, & ſuos ſubleuandi pręſtarent. *Sigiſm. Crac. 1532. idem ſupra capi. eodem arti. 1. lege 14.*

Itaq; Synodi Petricou. Decretū de Lectorib. Salariis Epiſcop. & Abbatum fouendis, tale eſt. LEX VI.

Tempore Petri Gamrati Archiepiſcopi.

Pro reformanda uniuerſitate Cracouień. matre noſtra, & prouētibus Lectorum augendis, & aliunde uocandis: Legiſtę, & duobus literarū humanarum Profeſſoribus Reuerendiſsi. Dn̄s Archiepiſcopus Gneſneń. inhęrendo deliberationi in proxima pręterita Synodo factæ, promiſit in hac ſacra Synodo ſe daturū centum ducatos auri in auro, ratione Eccleſiæ Gneſneń. Ratione uero Eccleſiæ Cracouień ſimiliter centum auri in auro ducatos: Kuiauień. centū florenos in moneta per mediam ſexagenam: Et Plocen. ſimiliter etiam centū: Poſnanień. ſimiliter centum per mediam ſexagenā, ex decreto & ordinatione Synodi. Reuerendiſs. Dn̄o Poſnanień. & reliquorū Dn̄orum Epiſcoporū Nunciis conſentientibus, dare & ſoluere debebūt: Ad quod capitula Eccleſiarum prędictarū conſenſus ſuos pręſtare polliciti ſunt: attento, quod hoc ſanctum propoſitū in totius Regni utilitatē publicam uergere dinoſcatur: & quod abſentes Dn̄i Epiſcopi admoneantur uigore pręſeń. Synodi, ut decretum præſens exequatur, & capitulorū conſenſus obtineant, ſub pœna centum aureorū Vngaricaliū per Synodum, ſeu alias Reuerēdiſ. Dn̄m Archi. a ſingulis exigēda, ad unius anni decurſum.

Abbat. quoq; Magiſt. ſalar. dēt. Lex vii.

Domini uero Abbates in eodem Synodo præſentes propter abſentiā aliorum Abbatum, & Religioſorū, & quod ea de re cum fratribus ſuis tractatus & conſilia non habuerunt, diſtulerunt hoc negocium in aliam deliberationem, & reſponſionem.

Petetur Regia M. vt Lectoribus aliquem cenſum conſignare vellet.

Debent autem Dn̄i Archiepiſcopus, & Epiſcopus precibus ſupplicibus diligenter inſtare apud Sacr. Regiam Maieſtatē, ut & eius Maieſtas ad tam ſanctum & laudabile ac neceſſariū opus de ſuis prouentibus aliquem cenſum perpetuū prædictæ uniuerſitati conſtituat.

Ergo in Magiſtros & Baccalaur. inautorandi non expilentur. LEX VIII.

Iohan. de Lasko Arch. 1523.

Quoniā uniuerſitas ſeu Schola generalis Cracou. famatiſsima in amplitudine nominis ſui, propter nonnullas nouas, & ægre tolerandas

conſuetudines

conſuetudines, promouendorūq; ad aliquos gradus inſolitas depactiones, quæ in ipſa hac noſtra tempeſtate, per incuriam temporū pedetentim decreſcere uidetur, cum magno dedecore & iacturaReipublicę: Placuit Synodo, ut Reuerendiſs. in Chriſto patres, Dn̄i Archiepiſcopus Gneſneñ. ac Cracouieñ. & Pręmiſlieñ. Epiſcopi moderni Cracouiam deſcendentes, reformationē faciant, uigore breuis Apoſtolici ad hoc habiti. Omneſq; illas ineptias in ea natas tollant, et depellant, faciantq; in omnibus ita bonam reformationē. Quo Schola ipſa priſtinæ claritudinis reſtituatur, & Scholares promouendi releuentur ab excogitatis & ſuperuacaneis impenſis circa promotiōes ſuas: Et pręſertim, ut ordinatio fieret noua ad collegiaturas & lecturas, talis ſcilicet, quæ in eruditiōe faceret conditionē meliorem. Quod ſi forſan omnes eo deſcendere non poſsint, duo uel unus eorum id faceret. Aut ſi forſan nullus, ipſorum eo deſcendere poſſet: Deputarent aliquos uiros dignos & doctos antiquarum conſuetudinū illius Scholę gnaros ad hoc faciendum, & quicquid facient, tota illa uniuerſitas æquo animo ſuſcipere debeat, & teneatur.

Scholis maioribus Magiſtri & Baccalaurei præficiantur. LEX IX.

Quoniam Eccleſia Dei ſicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus qui parentum opibus iuuari non poſſunt: ſtudendi & proficiendi oportunitas ſubtrahatur, ut ſic Reſpub. & Eccleſia doctrinis illuminetur, & uirorum eruditorū ingenijs decoretur: Hoc ſacro approbante Concilio decernimus, ut locorū ordinarij, non ſolum in Metropolitanarum, Cathedraliū, & Collegiatarum Eccleſiarū Scholis, Rectores, Magiſtros in artibus ſeruēt & foueant, fouerīq; et ſeruari faciant. Verumetiam in Oppidis maioribus, & minoribus Oppidis Baccalarios ubi Magiſtri ſuſtētari nō poſſunt. In alijs uero locis inferioribus Scholares maturos idoneos & doctos, prouidentes ut Rectores Scholarum ſeruent in Scholis idoneos bene morigeratos, & minime licentioſos diſcipulos, quos dirigant bono regimine & laudabili diſciplina. Si autem aliqui eſſent ex eis incorrigibiles, eoſdem Ordinarijs uel eorum Officialibus deferant puniendos.

Scholaſtici uero uagi ex Scholis pellantur. LEX X.

Scholares uagos, eos uidelicet qui Scholam derelinquerint, remiſſeq; et licētioſe uixerint, ex Ciuitatib. & Oppidis eſſe propellendos ſtatuimus.

Porro & filij kmetonum, ſi plures fuerint, ad ſerui-

rint, ad ſeruitia & præſertim ad ſtudia literarum, uel artificiorum, ſub literis Teſtimonialibus Capitanei, ſeu ſui Domini mittantur. LEX XI.

Quam & alias huiuſmodi vide infra Libro 3. Capitulo 16. Articulo 6. de Filiis, Filiabus, ac Viduis Kmetonum.

Liberum etiam ſit vnicuiq; ex Regno proficiſci diſcendarum literarum, ab Eccleſia permiſſarum, cauſa. LEX XII.

Quam vide infra Capitulo eodem Articulo 15. de Hæreticis.

De libertate Scholaſticorum.

Cracouiæ 1401. VVLADISLA. IAGEL. REX POLONIAE &c. Vniuerſis & ſingulis Clericis, Laicis, & Scholaribus cuiuſq; ordinis, conditionis & ſtatus exiſtant, & ſignanter Rectoribus uniuerſitatis, Doctoribus, Magiſtris graduatis, Baccalaureis, Studētibus, Scriptoribus, Stationarijs, & Bedellis, ac eorū familiaribus, quibuſcumq;, qui ſe gratia ſtudij in Ciuitatē prędictam Cracouieñ. contulerint, & ibidem moram traxerint, Articulos ſubſcriptos in præſenti Cyrographo cōtentos, irrefragabiliter tenere promittimus & ſeruare. Quos etiam fauoribus gratioſis proſequi uolumus, ipſosq; & eorum quēlibet in ſuis Iuribus, Priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, Statutis, gratijs, & cōſuetudinibus ſingulis, quæ in ſtudijs generalibus tenentur & ſeruantur, ſeruare, tenere, defendereq; uolumus ac teneri. Omneſq; & ſingulos Clericos, Scholares, Studentes, Laicos, &c. ad præfatam Ciuitatem Cracouieñ. cauſa ſtudiorū ut præmittitur tēporibus futuris acceden. in acceſſu ad eam & receſſu ab ipſa, cum omnibus eorū rebus, ſcilicet, Equis, Libris, Veſtimētis, Lectiſternijs, Vtenſibilibus, Pecunijs, et Suppellectilibus, ab omnibus damnationibus, ſolutionibus, paſsibilibus, Pontialibus, Caſtris, cuſtodijs, Gabellis, pedagijs pedalibus, Decimis et oneribus, quocumq; nomine cenſeantur, ex certa noſtra ſcientia eximimus, ac Auctoritate Regia liberamus. Voleñ. quod a prędictis Scholaribus, ſeu Studentibus, qui ſibi per ſeipſos, per amicos, aut per quaſcumq; perſonas promiſiones facere uoluerint, in eſculentis, ac poculentis, ac uictualibus ad uſum uitæ ſpectantibus, in bladis frumentis, Farina, Braſeo, Ceruiſia, Terciali, & quacūq; alia, Vino & alijs potionibus, lignis & alijs neceſſarijs per aliquas Terras, quas Regni & Dominiorum noſtrorū complectitur amplitudo nulla penitus Telonea, & dationes requirantur, ſeu decimę. Nec eos Carnifices, Piſtores, & Molendinatores aggrauent, & perturbent. Ab ipſis Scholaribus, & Studētibus, pro maccellis emolimentis, & Piſtrinis, pluſquā a Ciuibus, & Incolis Ciuitatis Cracouieñ. exigere, & extorquere pręſumeñ. Ne autē ſub habitu, uel nomine Studentiū a Mercatoribus uel alijs fraus in pręmiſsis ualeāt exerceri. Volumus in hac parte, ut iuxta qualitatem

perſonarum iuramento ipſarū credatur. Si aducentibus prouiſiões huiuſmodi merito uiſum fuerit exigendū, ut teſtimonia literalia Rectoris uniuerſitatis, Studij ſupradicti, ab ipſis recipiantur, quibus in hoc caſu fidem ab omnibus uolumus plenariā adhiberi. Preterea, ſi aliquis Studentum, aut Scholariū, ad Ciuitatem Cracouieñ. ratione ſtudij proficiſcens, in Terris Regni noſtri, per prædones uel maleficos, ſpoliatus, prædatus, aut damnificatus fuerit in rebus & bonis ſuis quibuſcumq; publice uel occulte, cum plena, & totali diligentia operam apponemus & apponi faciemus, ut prædicti malefici & prędones, per Officiales Regni noſtri inquirantur. Et ablata eorundem Scholariū, ſeu Studentū ab eis repetantur, per ipſoſq; Officiales noſtros tales maleíici pro poſſibilitate corrigantur. Et ut ordo debitus & rigor ordinatus in Studio generali prædicto Cracouieñ. per Scholares iugiter obſeruetur. Volumus, ut omnes Scholares, & Studentes, Cracouiā acceden. ibidē cauſa Studiorum moraturi, proprium Rectorem habeant, qui in Ciuilibus cauſis ipſos doceat, iudicet, habeatq; Iuriſdictionē ordinariam ſuper omnes. Cui ſub onere Iuramenti debitam obedientiā præſtare, & honorem exhibere teneantur. Nec ullus unquā in eiſdem Ciuilibus cauſis Studentes, & Scholares uniuerſitatis Cracouieñ. cuiuſcūq; ſtatus, et cōditionis fuerint alibi coram Iudice alieno Eccleſiaſtico, uel Seculari audeat conuenire. A ſentētia autē Rectoris prædicti nullus appellare ualeat uel ſupplicare, aut reſtiſtutionē, in integrum petere. Et ſi appellatum fuerit ipſius appellatio non recipiatur, nec appellans per aliquem Iudicem Eccleſiaſticum, uel Secularem audiatur. Sed Rectoris ſententia in ſuis clauſulis inuiolabiliter obſeruetur. Verum tamen, ſe de nullitate, uel iniuſticia argueretur eadem Rectoris ſententia, per Conſiliarios uniuerſitatis, de ipſius Iuribus et iuſticia cognoſcatur. Et quod Iuridicum fuerit, per ipſos in ea decernatur. Inſuper Rector prædictus, Scholares, & Studentes ſuos, in cauſis & criminalibus leuioribus, ut poſte pro capillatione, offenſioneq; cum palmo, uel pugno ad effuſionem ſanguinis, ac contentione qualibet non enormi habeat iudicare. Nec ob hoc ipſi Scholares & Studentes, uel eorum familiares, atq; ſerui, ad extranea Iudicia euocentur & trahantur. Si autē quod Deus auferat Studens, Scholaris, uel alius prædictorū in furto, adulterio, ſtupro, homicidio, aut aliquo crimine Capitali, & ignominioſo notum ac fuerit deprehenſus: illorum cognitio non debet ad Rectorē pertinere, ſed ſtatim criminaliter deprehenſus Scholaris, ſi Clericus fuerit, ad Epiſcopale Iudicium remittatur: Si uero Laicus, noſtro Iudicio ſubiacebit: Etiā quilibet Scholaris, Laicus, Bedellus, Stationarius, aut ipſorū familiaris Si de crimine homicidij, incendij, adulterij, membrorū mutilationis, aut letali uulnere, uel quocūq; nefario exceſſu fuerit accuſatus: Extunc non ſecundum conſuetudinē patriæ aut Regni noſtri, nec ſecundum

sententia Rectoris.

X ſtatuta ipſius.

ſtatuta ipſius. Sed iuxta leges per nos ad Iudicem deputatum criminaliter accuſatus, debebit iudicari. Quinimo per proborũ hominum atteſtationes ad expurgationem illati criminis admittatur. Porro ſi aliquis Scholaris uel Studens, aut quicũq; prædictorum, pro quocũq; crimine exceſſiue magno ſiue paruo fuerit inculpatus, nullus ipſum capere, uel retinere audeat, niſi cum Rectoris familia, & de ipſius requiſitione ſpeciali. Item ſi Rector contra aliquẽ de ſua Iuriſditione iuſte proceſſerit, & ſecundum formam ſtatutorũ ipſum de uniuerſitate excluſerit, Studiorumq; commodis priuauerit, ad requiſitionẽ ipſius Rectoris talis priuatus de Ciuitate utraq;, tam Cracouieñ. quam Kazimirieñ. & alijs de nouo locandis. Et Cracouię ac Kazimirię in poſterum adiungendis, per Aduocatos, Ciues, & Incolas earundẽ protinus expellatur: Nulluſq; talem in ſuo hoſpicio, aut manſione, ſeu domicilio audeat colligere, & fouere, uel neceſſarijs uitæ in uictu, & amictu aliquid miniſtrare. Si autem Scholaris, uel Studens, uel alius de prædictis ſententiæ uel mandato Rectoris non paruerit, & Rectori ſuo contumax fuerit, & rebellis ad requiſitionẽ eiuſdem Rectoris, teneãtur Aduocati, & Cõſules Ciuitatum prædictarũ eorum familiam mittere ad dicti rebellis pertinaciam compeſcendam. Hæc autẽ ſtatuta in præſeñ. literis contẽta, ſub pœna decem Marcar. groſſorum Prageñ. quæ fiſco Scholariũ debent aplicari, ſtatuimus firmiter obſeruanda, Qua pœna ſtatutorũ pręſcriptorum, & ſubſcriptorũ punire uolumus tranſgreſſores. Statuimus etiam, ut quotieſcũq; aliquos ſcholares in qualibet facultate, per Doctores ſeu Magiſtros, ad priuatum examen more conſueto poni cõtingerit, ſuper illos Cancellarius noſter, qui tempore fuerit tanquam ſupremus approbandi ipſum examen omnimodã poteſtatem habebit.

Iudæus Campſor ſcholaſticorum.

Item ordinabimus prędictis ſcholaribus unum Campſorem uel Iudęum in Ciuitate Cracouieñ. qui habebit ſufficientẽ pecuniam ad mutuandum ipſis ſuper bonis oppignorañ. qui de uſura non plus exiget niſi unum groſſum de Marca qualibet infra menſem. Demum ſtatuta per Doctores & Magiſtros uniuerſitatis prędictæ Cracouieñ condenda, quæ hic non poterunt contineri quæ in aliorum ſtudiorũ uniuerſitatibus, iuxta poſsibilitatẽ ſeruari poterint. Volumus pro ipſorum ſtudio confirmare. ET VT DOCTOres Magiſtri licentiati Baccalaurei, ſtudenteſq; uniuerſitatis Cracouieñ. prędictę eorum lecturas exercitia, & actus doctrinarũ liberius, & magis commode ualeãt & poterint exerceri, pro habitatione Magiſtrorũ, & pro quotidiano, ac cõmuni congreſſu ſtudentium, & ſcholariũ uniuerſitatis ſtudij prædicti Cracouieñ. domum noſtram, quæ Stephani Panczyrz fuerat, & uocabatur, quam & Gerſdoff olim Ciuis Cracouieñ. habebat in platea s. Annæ ſitam, prout in eius latitudine, longitudineq;, & amplitudine eſt limitata, & diſtincta. Decreuimus aſsignandam ipſam ab omnibus

Domus Collegio erigendo confertur.

ſolutionibus.

ſolutionibus, tributis, Exactionibus, Iudicijs, Iuribus, et conſuetudinibus, impoſitione onerum, & angariarum, liberaſi. quam uniuerſitati prædictæ appropriamus, incorporamus, adiungimus perpetue & in euum, nihil Iuris in ea & dominij pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruantes, quam eiſdem Iuris, libertatibus, & gratijs. Et ſignanter in libertate fugitiuorũ, & alijs quibus Deo dicatę fruitur Eccleſiæ uti, frui uolumus, & gaudere per ipſos Doctores, Magiſtros, & Collegiatos, tenendam, habendam, & perpetuis temporibus poſsidendam.

Frederici autem Imperatoris ea eſt de Prærogatiua Schol. conſtitutio.

Omnibus qui cauſa ſtudiorũ peregrinantur Scholaribus, & maxime diuinarum atq; ſacrarum legum profeſſoribus, hoc noſtrę pietatis beneficium indulgemus: ut ad loca, in quibus literarũ exercentur ſtudia, tam ipſi, quam eorum nuncij ueniant: & in eis ſecure habitent. Dignũ namq; exiſtimamus, ut cum omnes bona facientes, noſtram laudẽ & protectionem omnimodo mereantur, quorũ ſcientia totus illuminatus mundus, & ad obediendum Deo, & nobis eius miniſtris, uita ſubiectorum informatur, quadam ſpeciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus: Quis enim eorũ non miſereatur: qui amore ſcientię exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, uitam ſuã multis periculis exponunt, & a uiliſsimis ſæpe hominibus (quod grauiter ferundum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt: Hac igitur generali & in perpetuum ualitura lege decernimus, ut nullus de cętero tam audax inueniatur, qui aliquã Sclolaribus iniuriam inferre pręſumat, nec ob alterius cuiuſcumq; prouinciæ delictum, ſiue debitũ (quod aliquando ex peruerſa conſuetudine factum audiuimus) aliquod dãnum eis inferat: ſciturus huiuſmodi ſacrę conſtitutionis temeratoribus & etiam ipſis locorum Rectoribus qui hoc uindicare neglexerint, reſtitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendã in quadruplum: no taq; infamiæ eis ipſo Iure irroganda, dignitate ſua ſe carituros in perpetuum: Verumtamen ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negocio mouere uoluerit: huius rei optione data Scholaribus, eos coram Dño uel Magiſtro ſuo, uel ipſius Ciuitatis Epiſcopo, quibus hanc Iuriſdictionẽ dedimus conueniat. Qui uero ad alium Iudicem eos trahere tentauerit: etiam ſi cauſa iuſtiſsima fuerit a tali conamine cadat.

In Codice Capitu. 4. Folio 1 4 3.

Hæc conſtitutio hic ponitur non ut teneatur, ſed ut ſciatur.

ARTICVLVS XV.

De HAERETICIS, Schiſmaticis, & Apoſtatis.

PRAEFATIO.

Credimus Satanæ verſutia primos noſtros parentes ita lapſos fuiſſe, vt omnis natura eorum corrupta fuerit, noſque omnes qui ex illis ducimus originem, non

 ſolum corpus

ſolum corpus morbis, ſenio, atque morti obnoxium trahamus: Verumetiam in anima ignorantiam pro ſcientia, Dei contemptum pro cultu, proque zelo verorum bonorum ad omne genus malorum propenſionem, fere cum lacte materno ſugamus: inde fit, vt præualente ſemine ſerpentis, omnibus ſæculis tot Caim quot Abeles, tot Iſmaeles quot Iſaaci, tot Eſau quot Iacobi, tot Pharaones quot Moyſi, tot Saules quot Dauides, tot Iudæ quot Petri, tot Siniſtri quot dextri latrones fuerint: ita Eccleſia Dei eſſe nequit, quin Synagoga Diaboli ibidem ſit: ex hominibus quidem ambæ conflatæ, & paribus fere paſsibus ſemper ambulantes, ſed dis dia paſon inter ſe pietate diuerſæ: hæc enim commentitiam, falſam, verboque Dei aduerſam habet religionem: a Caim incipiens, per omnium ſæculorum Idolatras, Iudeos, Gentes, Turcas, Infideles, Hæreticos, & Apoſtatas, impioſque Chriſtianos, ſub iugo Satanæ militat: Illa reiectis omnibus hominum fabulis, verbum Dei purum audit, & cuſtodit: hoc eſt omnes promiſsiones de Chriſto credit, venientis doctrinam amplectitur, venturi pręmia expectat ab Abel ſumens exordium, per Patriarchas, Prophetas, Pios, Reges, & Apoſtolos, ad hec vſque tempora decurrit, regnatque in medio inimicorum, donec reliquiæ Iſrael conuertantur, denturque omnes gentes in hęreditatem, & poſſeſsionem Chriſto: qui caput atque artifex ſalutis illius eſt. Quia vero harum Eccleſiarum, dum in hoc ſæculo peregrinantur, tam lucta eſt perpetua quam infirmitas propria: fit vt & iuſti frequenter cadant, & impii ad Dominũ conuertantur: vt nihil mirum ſit, quod hi recipiant correctionẽ interdum, impiorum vero Eccleſia oporteat hęreſes eſſe, vt ii qui electi ſunt fiant probati. Eſt autẽ Hæreticus qui impios errores contra auctoritatem verbi Dei, & promiſsiones de Chriſto agnitas, ſemel, vel bis admonitus, defendere non ceſſat: & blaſphemas voces in ipſam religionem verbo Dei tanquam baſi ſuperædificatam iactare non veretur. Schiſmaticus autem, qui tantum a ritibus Eccleſiæ hominũ traditione conſtitutis recedit, ab illiſque variat. Apoſtata vero qui fidem in Chriſtum Ieſum Catholicam ſemper profeſſus eſt, poſt ea tamen ab ipſa diſcedit, & verbi Dei doctrinam tanquam ſtultam deridet, & inſectatur. Et Schiſmatici quidem hoc tempore a Canoniſtis contra primitiuæ Eccleſiæ morem nucupantur, qui a traditionibus Rom. Eccleſiæ diſſentiunt: vt Græci, Alexandrini, & Antiocæni: quod enim fidem in Chriſtum Ieſum retinuerunt inconuulſam, merito religioſe de illis ſentire debemus: tantum abeſt vt ob leues rituum mutationes, ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ præcidantur, putemuſque illos contra nos eſſe, cum nobiſcum ſint: idemque quod & nos retineant fundamentũ: Porro Hæreticos, & Apoſtatas, temeritatis ſuæ, ac perfidiæ pœnas tuliſſe grauiſsimas videmus: Primo enim omnium Satan auerſus a Deo carceribus perpetuis alligatus eſt: Adam præcepti præuaricator paradiſo pulſus: recens mundus ob idolatriam, vt filii Dei ob vetitas nuptias diluuio abſorpti: Sodoma coniugii prophanatrix incendio exuſta: Vituli adoratores a fratribus cæſi: Nadab & Abihu alienum ignem offereñ. cœleſti igne exuſti: falſi Prophetæ a veris, & a Regibus piis ſępe crudeliter percuſſi ſunt: Sed & Saul exautoratione, Ozias lepra, Oza vero morte, puniti fuerunt: quod munus Sacerdotii inuaſerant: poſtea Iudæi reſpuentes Chriſtum, horrẽdo exemplo, omnibus gentibus in ſeruitutem dati videntur: Quin & Petrus cũ non ſaperet ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ carnis, audiit, vade retro poſt me Satana, offendiculo mihi es: Arrius autem Diuinitatẽ Chriſto demendo, Sabellius hypoſtaſeos Diuinæ Triados confundendo, Machometus autẽ Chriſtum paſſum negando: præterea alii omnes Hæretici, & Apoſtatæ, ob ſuos errores circa fidẽ naufragauerunt, iuſtamque damnationẽ ſibi aquiſiuerunt: veritatem enim Dei in ſuo detinuerunt mendacio: Secundũ quod & Paulus ſcripſit hominem peccatorem, filium perditum, Dei aduerſarium, elaturum ſe aliquando ſupra omnem qui dicitur Deus, adeo VT IN TEMPLO DEI ſedeat oſtẽtans ſeipſum Deum, mutabitque tempora & leges, reuelandum tamen ſuo tempore, & a Dño conficiendum

Ab initio fuit Dei & Diaboli Eccleſia, & quæ ſit differentia utriusque.

Impiorum Eccleſia hæreſes eſſe oportet.

Hæreticus quis?

Schiſmaticus.

Apoſtata.

ſchiſmatici impune a ritibus diſcedunt.

Hæreticorum & Apoſtatarũ uariæ pœnæ.

Antichriſti in Eccleſia Dei ſeſſuri notæ 2. Theſſa. 2. deſcriptæ

conficiendum ſpiritu ſeu verbo oris ſui: perindeque etiam BABYLON fornicaria habitatio dæmoniorũ facta, nomine bellicum agno ſuſcepti, iuſto ſupplicio damnatur. Tam immane ſcilicet flagiciũ eſt ad vocem Dei obdurare cor, per ſuperſtitionemue addere, vel per impietatẽ auferre aliquid ipſi verbo Dei, aut ab eo præuaricari perfide. Scelus enim ariolandi eſt, & quaſi Idolatria ſimplici verbo Dei nulla tropologia deflexo, aut difficultate implicito obedire nolle, neque apprehendere filium, de quo dixit Spiritus ſanctus, IPSVM AVDITE: nimirum fidelem Magiſtrũ ignari diſcipuli, liberalem Dominũ ſerui venundati, ſollicitum paſtorẽ oues errantes. * Quocirca & Chriſtus ipſe, leuius quiddam Sodomæ & Gomorræ futurum dicit, quã Tyro & Sydoni verbum ſalutis non recipientibus. Inſuper & pœnam in homines ceruicoſos conſtituit dicens: Si quis non audierit, talium ſcilicet diſcipulorum, ſeruorũ, & ouium Chriſti Eccleſiam: ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus: hoc eſt vitetur, vt palmes a communione fideliũ præfractus, incendioque deſtinatus æterno, quo ſenſu etiã Paulus dicit, Hæreticum poſt vnam atque alteram admonitionẽ deuita, vt pote ſubuerſum. Quippe, quod neque præcepto Chriſti obedit, neque facto eius mouetur, neque primitiuæ Eccleſiæ exemplum, ac veſtigia ſequi dignũ putat. Sed quia placuit, vt Hæretici læſæ quoque Maieſtatis rei ſint, ac propterea honoris, ac corporis pœna, tum bonorũ publicatione plectantur, vt in mandato Iagellonis ſcriptum extat: merito non vnius Epiſcopi, eiuſue Officialis qui ratione clauium, honoris, corporum, ac facultatum Iudices competentes eſſe non poſſunt, verum multomagis Regiæ, ac totius Senatus cognitioni ſubſunt: qui tam grandem multiplicemque cauſam diiudicare queant, pro eo, ac ex officio tenentur: religioniſque curam habere debent: vt ſupra in præfatione ſuper Artic. 8. probauimus copioſe. Quemadmodũ etiam ipſe Iagello de hac ipſa Regis in Hæreticos auctoritate teſtatur, in confœderatione inquiens: Iura tamen noſtra Ducalia, & Terreſtria in nullo per hoc violando, nec ab eiſdem recedendo: ita vt grauati Iudicio loci ordinariorũ Epiſcoporũ, ad Regem, & Regni Conuentum appellare queant, tanquã in cauſa mixti fori. CVM AVTEM cor humanum ſponte ſua ad malum ſit propenſum, nec animales homines intelligant quæ Dei ſunt, ſed quæ carnis; apparet, quia fons omnis impietatis, hæreſeos, ſeu Apoſtaſeos, eſt incredulitas verbo Dei: pertinacia in male intellecto: & per cõtemptum ab illius vero ſenſu diſceſsio. Sed neque eſt diſsimulandũ, quod ſicut fons ſeditionis in Ciuitate eſt Magiſtratuum contemptus: ita hæreſeos etiã origo ſuperbia eſt, quæ non vult obedire Sacerdoti: vt Ro. Tribuni plebis Senatũ contemnendo, cum patribus certaſſe, & ſeditiones multas excitaſſe leguntur: In Eccleſia vero Iudaici populi Aaronem ſpernendo Nadab, & Abihu alienum ignem obtulerunt Domino; Saul, Ozias, & Oza Ius Sacerdotii ſibi vſurparunt: porro Maria murmurauit. Sed tamen abſit, vt e contrario, vel Magiſtratui leges violanti aſſentiamur, vel Sacerdotibus ſcripturas peruertentibus credamus: alioqui ſancta hic erit ſuperbia, beata etiam infidelitas: ſiquidem & Tribuni plebis Imperium Senatus ab extrema auſteritate prohibebant, nec non reliquum libertatis populo tuebantur, multaque cõmoda Reipub. periculo capitis ſui aſſerebant: Et verbi Dei ſtrenui Zelatores, ſuperpiã Sacerdotum frangendo, ignorantiam erudiendo, & abuſus, tum fabulas introductas, ac mendacia, prætereaq; turpitudinem vitæ obiurgando: quitquid reliquum verbi Dei in Eccleſia eſt, ab internitione conſeruarunt: Sacerdotes enim interdum pro verbo Dei narrant ſomnia capitis ſui, proque Euangelio Chriſti ritus nouos viuendi, orandi, ac traditiones hominũ introducunt: quibus ſimplicem religionem Chriſti in tot ſectas ſcindunt: non raro quippe egreditur Satan, & eſt ſpiritus mendax in ore Prophetarum: vt prophetent mendacia, Sacerdotes applaudant manibus, populus autẽ faciat ſic, teſte Iere. vt merito Chriſtus hoc genus Sacerdotum appellet, Sal infatuatum, Duces cæcos, adeoque lupos ouiũ veſtimentis contectos: ſcilicet, vt eii-

Roma ſecundum Petrum 1. Petri 5. ſecũdum Ireneũ cõtra Iudæos: Ihero. ſuper ca. 47. Eſai. & in prologo ſuper Marc. & ſecundũ Primaſium in cõment. ſuper Apoc.

Hæretici & Apoſtatæ merito pũniũtur, quia uerbo Dei non credunt, addunt, uel demũt illi aliquid: ab eoue præuaricantur.

*

Auctoritas ueræ Eccleſiæ in Hæreticos.

Cur puniẽdi ſunt Hæretici aureus Canon examinandorum dogmatum oſtendit.

Hæretici Regiæ quoque cognitioni ſunt ſubiecti.

Fontes impietatis hæreſeos & apoſtaſeos ex pte uerbi Dei treb. Ex parte ſacerdotum quartus.

Vt Magiſtratui ita ſacerdotibus obediendum eſt, ſed usque ad aras.

Quare non ſemper credendum ac obſequendum eſt Sacerdotibus.

ciantur, vitentur, & detecta fraude a caulis ouium abigantur. Ii enim omnes pugnant contra ea principia, & artes: quibus Eccleſiam aquiſiuit ſibi Chriſtus. Et tamen hęc omnia plærumque potentia, non vitæ innocentia: præſtigiis non puritate doctrinæ retinere, ac nouis decretis, & Tyrannide os orbi claudere volunt. Si autem Chriſtus & Apoſtoli vitæ ſanctimonia, & doctrinæ puritate hoc Regnum aquiſiuerunt: certe ſucceſſores illorum ſi pugnant cum illorū principiis, diu ſtare, & amplius Chriſto illudere non poterint. PROINDE VIDEANT Epiſcopi ac Magiſtratus ne ſpecie recti decepti, aut piorum vili ſpecie, vel paucitate offenſi, illos nomine impietatis, hæreſeos, aut apoſtaſeos temere impetant: Lot enim vt Hæreticus a Sodomitis inuaſus eſt: Ioſeph vt falſus vates a fratribus venditus: Daniel in lacum Leonum ob cultum vnius Dei, vt inobediens, & læſæ Maieſtatis reus, a Babiloniis coniectus: Iob in media cruce, vt impius ab amicis obiurgatus: Dauid cum Goliath conflixurus vt contemptus irriſus: Eſaias, Ieremias, & omnes fere Prophetæ a Regibus, vel a Pontificibus, vt Hæretici, & Reipub. turbatores cæſi ſunt: Chriſtus autem mox natus ab Herode inuſitatis puerorum cædibus ad mortem quæſitus: poſt ea a Scribis & Phariſæis, Principibus Sacerdotū & Præſidibus populi, vt dæmoniacus, & affectati Regni reus tanta fuit grauatus inuidia, vt Pilato Ethnico mitius cum eo agere volenti metum ſuperioris poteſtatis incuterent, dicentes, ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris: Nec diſsimili errore in Apoſtolorū & Martyrum proſcriptiōe, imo etiam occidione putabant ſe obſequium præſtare Deo: Sic illa fœtida ſepulchra religionis candore dealbata, fucum religionis prætexendo, religionem veram euertebant, & vt traditiones ſuas conſtabilirent, mandatum Dei tam ceci quam audaces & ſuperbi tranſgrediebantur: vt nihil mirum ſit, quod etiamnū veris Chriſti miniſtris a Pſeudoepiſcopis ac Magiſtratibus impiis obiiciantur ſæpe illa, filii fabri ſunt, filios tamen Dei ſe faciunt, cum ſint vini potores, cum publicanis comedunt, nec ieiunant, ſabbata contaminant, dæmonium habent, cōmouent gentem, contradicunt Cæſari, templa deſtruunt: ſic loquuntur Pontifici, blaſphemant, quid adhuc teſtibus egemus? rei ſunt mortis, crucifigantur, etenim ſecundum ſtatuta noſtra debent mori, ſed non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo: expedit enim vnum mori, ne forte veniant Romani & tollant gentem, & locum noſtrum: & huiuſmodi alia, adeo Chriſtianæ aſſertores doctrinæ inferorum portis ſemper fuere, & erunt ſcandalum, mors, ruina: hæredibus autem Regni cœleſtis, pax, reſurrectio, & vita: ſiquidem & ipſe Chriſtus offenſionis & ſalutis petra eſt, & ſignum cui omnibus ſæculis, omnes Herodes, Annæ, Caiaphæ, Pilati, & Phariſæorum omnis fex contradicunt, & vt Pharao præſtigiis mandato Dei, ita hi Chriſti Euangelio gladiis, fuſtibus, ac lanceis, regumque edictis, exterminium parant: adeo ſcilicet Diabolus, vt fortis armatus, cuſtodit atrium ſuum, ne perdantur opera eius. Talibus præſidibus cum ſe decē leproſi mundati, iuſſu Chriſti oſtenderent, tantum vnus Samaritanus ad Chriſtū reuerſus eſt ab illis: de talibus etiam cum Iudas putaret dictum eſſe a Chriſto, quæcumque vobis dixerint facite, Chriſtum eis prodidit, vt ſcilicet illorum Politiam conſeruaret, & dignitatem, ac prouentus tueretur: cum ita demum & Sacerdotibus leproſi, & Iudas Pontificibus obedire debuerant, ſi eis ex Moſe aliquid præcepiſſent: & quod Chriſtus eos iuſſerat facere, mandaſſent faciundum: alioquin ab illis, vt a lupis attendere debuit vterque: pluſque eos obedire oportuit Deo quam hominibus: quod iis proprium eſt labi & errare, quia mendaces ſunt: Deus autem in verbo ſuo verax eſt, nec falli poteſt, quia ſapiens: nec fallere ſolet, quia ęterna veritas eſt. Hoc itaque errore deuitato, iam facile inter leprā & lepram, veram vel falſam doctrinam, Chriſti Eccleſiam & Antichriſti Synagogam, Ciuitatem Dei & mancipia Diaboli, diſcrimen haberi poteſt: hæc enim habent (vt toties repetamus) adulterinam, humano cerebro inuentam, ac falſam doctrinam: perindeque Sacramenta humanis traditionibus, augmentis vel

Epiſcopi & Magiſtratus habeant zelū pietatis ſed ſecūdum ſcientiam: Ne S. decepti ſpecie recti, pios pro impiis perſequantur.

Quæ probra & tormenta etiamnum membra Chriſti perferant

Conditio piorum.

Epiſcopis & Magiſtratibus aperte impia iubentibus nō eſt obediendum: Quod enim nouem leproſi & Iudas plus obediuerūt Eccleſiæ, quam Deo: male multati ſūt

Qua cautela obediendum eſt Eccleſiæ. Iterum diſcrimen ueræ & falſæ Eccleſiæ deſcribitur.

detrimento conſtuprata: ſemper autem timent, ne ſcilicet Romani venientes, & tollant gentem, & locum eius: Illa meditatur in lege Domini, vnumque hoc neceſſarium putat, vt audiat verbum Dei, & cuſtodiat illud: Etiam ſi ipſa Roma veniat, diripiat gentem, & locum eius tollat: adeoque ipſe Satan, tum preſentem intentent omnia mortem. Et quamquã poſt Petrum Romæ, velut in arce omnium gentium munitiſsima, ſiue Dei conſilio, ſiue totius fere orbis conſenſu, propter prærogatiuam Petri, in remedium Schiſmatum, & boni ordinis cauſa, ſupremus Epiſcopus eſt conſtitutus: abſit tamen, vt Eccleſiæ ſanctæ poſſeſsionẽ hæreditate, ac ſanguine, obuenire Romæ, aut in eius multitudinis conſenſu arbitrario conſiſtere, præſcriptioneue in illa perhennare, credamus: aut illud iactemus Eccleſia Eccleſia Romana, vt olim templum templum Domini: Si enim neque Satanæ cœlum, neque Adamo paradiſus, ſed neque Cain, Iſmaheli, Eſau, ſanctis patribus naſci profuit: Heli Aaroniue ſummi Sacerdotii, aut Saulo Regia, vel Iudæ Apoſtolatus dignitas, aut gentibus multitudo ad electionem ſuffragata eſt. Sed reprobationis aleam, prætereaque infidelitatis, & operum malorum mercedem tulerunt omnes: certe neque hoc tempore alicui loco Eccleſia vera ex neceſſitate alligari poteſt: neque etiam caro & ſanguis Regnum Dei poſsidebunt, tantominus ſucceſsio, poſſeſsio, præſcriptio, vlliuſue prærogatiua Principatus, vineam Domini ſibi vſurpabit: quin malis omnibus repudiatis, aut etiã male perditis ad agricolas facientes fructum dignum illius pertineat, ita vt quotquot Chriſtum vere anunciauerint, eiuſque præcepta ſeruauerint, illius diſcipuli ſint: Sanctuarium autem, portamue auream, item Romam, Papam, Cardinalem, Epiſcopumue, aut ipſam vniuerſam quæ apparet Eccleſiam cum ſuis bullis, decretis, Iuribus, Priuilegiis, immunitatibus, ac prouentibus errori prætexere, aut illis obſequi profuerit nihil, ſi cum illis repudiemur, aut etiam electi, quod abſit, pro VERBI DEI tritico paleis inuentionum: cum prodigoque filio a patre diſcedentes ſiliquis porcorum paſcamur, vt Iure optimo apoſtaticum potius, quam Apoſtolicum dici deberet, quod Apoſtolorum doctrinæ non congruat: nõ Chriſti vicarii, ſed potius aduerſarii putandum eſſet, ſi quid Chriſto cõtrarium, quocumque prætextu ſtabiliat. Neque hic pecudes paſtoribus inſultaremus, niſi dictum eſſet nobis, ATTENDITE a falſis Prophetis, lupis rapacibus, & cæcis Ducibus: quo conſilio, & ipſi Petro ſtatim poſt magnificam illam clauium promiſsionem in exemplum omnibus paſtoribus, a Deo deſciſcẽtibus Chriſtus dixiſſe videtur, vade retro poſt me Satana, neque enim ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ carnis: & Paulus illi reſtitit in faciem, cum non in veritate Euangelii incedere viſus erat. Quod ſi quem tantus amor illius vrbis teneat, & Rom. Eccleſiæ moueat auctoritas, tenet & me, mouet & me, age ſane abundet hic vnuſquiſq; ſuo ſenſu: at ſaltem in proſpectu habeamus quod maior eſt vrbe, orbis, & Dei, quam hominum, & Angelorum auctoritas: præſertim quod Babylon, Roma ſcilicet, vt ſupra docuimus, iuxta vaticinium Iohannis in Apoc. caſura erat: quia a vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes, & Reges Terrę ſcortati ſint cum illa: ac proinde grauiſsimo illic Epiphonemate clamatur, HIC PACIENTIA SANCTORVM EST, QVI CVSTODIVNT MANDATA DEI, ET FIDEM IESV. Quæ duo, ſi Roma hodie ſeruat: omnino diſcipulam Chriſti, & eius pręceptorũ ſeruatricem imitemur: ſin minus, procul a fornicatricis exterminio fugiamus: Alioqui cauſa non eſt, cur ipſa Babylon male audiat: ſi abſque ſcelere pro mandatis Dei, & fide Chriſti, mandata hominum ſufficit: aliiue cuiquam creaturæ præter Chriſtum confidat. QVIN ETIAM ſi non verbi Dei auctoritas & cuſtodia, ſed ſucceſsio, præſcriptio, multitudoue, atque ipſa, ſi diis placet, fœlicitas hominum Eccleſiã Dei in hominibus conſtituunt: Quid vetat quo minus Gygantes diluuio abſorpti, nomine filiorum Dei commendati: vel poſt illos ipſi Iudæi, nomine tot Patriarcharum, Prophetarum, immo & Chriſti Ieſu affinitate, ipſiuſque templi, & Ciuitatis ſanctæ

Romæ ſummus Epiſcopus eſt.

Sed tamen neque hæreditate, neque ſanguine, neque multitudine, neque præſcriptione poſſeßionem veræ Eccleſiæ obuenire putemus.

14. 15. 16. 17. 18. 19. Apocal.

Qua conditione Romam imitemur.

Si non uerbum Dei conſtituit Eccleſiam, quæ ſequerentur abſurda.

uitatis ſanctæ celebratiſsima poſſeſsione præ omnibus gentibus illuſtres: Turcæ autem nomine Semichriſtianiſmi, tantæque potentiæ, & tot ſucceſsibus formidandi, titulum ipſius Eccleſiæ, ac electionis vendicare poſſent: velut & ii vendicant, qui Chriſtum profeſsi, præceptorum Chriſti hoſtes ſunt: comedentesq; panem eius, cum Iuda magnificant ſupplantationẽ ſuper eum: cum omnes, omnes inquam maledicti ſint, quicumque declinant a mandatis Dei, mercantur de animabus noſtris in hypocriſi & mendacio, lupi pro paſtoribus ſunt, narrantque ſibi fabulationes. * Sed non vt lex Dei, & Euangeliũ Chriſti: Quæ duæ res vt ſunt diuinitus proditæ, perpetuo in Eccleſia vera Chriſtifideliũ ſonare, ac recte ſecari debent: quippe quod Lex ſancta ſit, conuertat animas, ſapientiam pręſtet paruulis, peccatum oſtendat, ducatque nos, vt Pædagogus, ad Chriſtum: vnicum mediatorem Dei & hominum. Euangelium autẽ conuerſis præbet veniam, paruulos in filios Dei inauctorat, peccatum abolet, iuſticiam donat, idque ex fide in Chriſtum gratis, ſine operibus legis, donum enim Dei eſt, ne quis glorietur: ſed vt totus mundus fiat Deo ſubiectus: & ad bona opera renatus, gratias agat ei qui redemit illum de poteſtate tenebrarum, & de manu exactoris: vt iam omnes per fidem in Chriſtum ſimus filii lucis, liberi a pœna peccatorum noſtrorum, in ſalutem Sacramentis a Chriſto inſtitutis, velut militię Chriſtianæ ſacroſanctis ſymbolis, inautorati, conſignati, & ſanctificati: ita vt amplius non ſit Iudæus neque Græcus, non ſit Antiocænus neque Romanus, tantominus autem Papiſta aut Luteranus, neque enim hic aut ille pro nobis mortuus eſt, ſed vnuſquiſque ſuũ Epiſcopum ſeu Paſtorem candide recognoſcens de Ieſu Chriſto appellationem Ieſuanorum atque Chriſtianorũ, a ſuſceptione autem Euangelii illius Euangelicorum nomen capiamus & portemus, vt ea ratione tot ſectas vnientes, aut ſaltem per charitatem conciliantes, tam titulum quã rem Eccleſiæ Catholicæ conſeruemus, in fundamento verbi Dei, ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu, in corpus & vnitatẽ ſanctæ Eccleſiæ ſuperædificati. Quæ quidem vnitas in tanta diſsimilitudine morum ac Iudiciorũ facilius ſeruabitur, ſi referantur omnia ad regulam charitatis, quæ quidem & reprehenſionem iuſtam fert, & infert: prætereaque vicia nonnulla, & abuſus, aliquouſque tolerat: & vtriuſque correctionem ad amuſsim verbi Dei, optat. ∴ ∴ ∴

Cum diſtinguere debeamus inter hominẽ & ordinem, non agimus hic de operibus Sacerdotũ bonis uel malis, quibus quamquam cõtaminatur, nõ tamẽ euertitur miniſteriũ sed tantum de uera uel falſa doctrina quæ a Sacerdotibꝰ d ffunditur in populum.

** Lex & Euangelium ſonare debent in Eccleſia & quæ ſit differentia utrique obiter adnotatur.*

Qua ratione rem & titulum Catholicæ Eccleſiæ conſequi poterimus.

Diſsimilitudinẽ morũ & iudiciorum ad regulam charitatis exigere oportet, quouſque ad am ßm uerbi Dei corrigantur.

VIS VERBI DEI MAGNA.

Magna ſi quidem VIS IPSIVS VERBI DEI EST: hoc etenim per contemptos in ſpeciem homines plantatum, adhuc contra ſumma hæreticorum ingenia, & dialecticorum calliditatẽ, nec non Tyrannorũ ſæuiciem ſeipſum defendit: ita vt neque ſapientia eleuari, neque dicendi vi euerti, neque igne ac ferro aboleri potuerit: Sed velut petra maneat immotum, oppreſſum vt palma conſurgat, victorque regnet in medio inimicorũ in æternum: illorum ſapientiã infatuans, ſubtilitatem irridens, vim autem frangens: omnem altitudinẽ in præceps deiicit: vt nihil humanis viribus fieri, ſed omnia verbo Domini conſiſtere, viuere, ac cœlo & Terra diutius perhennare: ei vero aduerſa concidere, & extabeſcere, neque ſecus ac Ephimera animaila, vno die naſci & mori credantur.

Verbum Dei relictis nugis eſt amplectẽdũ.

Quocirca cauſa nõ eſt, vt ex mortuis aliquem venturũ expectemus: relictiſue fontibus verbi Dei de ciſternis Hæreticorũ aridis bibamus: aut a præcepto Dei propter hominum traditiones & mandata diſcedamus: quibus non tantum fruſtra Deus colitur, ſed & illa vt pannos menſtruatæ, vel vt aquam vino mixtam, ſcoriamue argento additam abominatur: quippe quod dixit Dominus, non quęres ex mortuis veritatem: neque facies quod tibi bonum videtur, ſed quod mihi: Et non declinabis ad dexteram vel ad ſiniſtram: ſed Regia via incedes: auferẽdaque ſunt argumenta, vbi de fide tractatur: piſcatoribus ſiquidem creditur, non dialecticis: inquit Ambroſius, ita vt quitquid (Euſebio teſte,) non ſit ſecundũ verbum Dei, per illos mundo anunciatum, prophanum, ac abominabile eſſe, neque ad religionis rationem, neque ad vitæ æternæ ſpem, neque etiam ad iuſtificationis, aut expiationis verum vſum attinere, ſed ludicrum quoddam ſpectaculum cenſeri

culum cenſeri debeat. Quo ſenſu & Cyprianus epiſtola octaua, inquit: adulterũ eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quodcumque humano furore inſtituitur, vt diſpoſitio Diuina violetur: Procul ab huiuſmodi hominum contagione diſcedite, & ſermones eorum veluti cancer & peſtem fugiendo vitate, pręmonente Domino, atque dicente: Cæci ſunt, & duces cæcorum. Quin etiam Angelorum prædicationem cum Paulo anathema putemus, ſi vel aliam legem conſtabiliant, vel Euãgelium aliud quam quod in ſcripturis ſanctis recepimus, prædicare non dubitẽt: tentat enim nos Dominus Deus, num credamus, & faciamus ea, quæ ille præcipit, & num diligamus ſe: quod tum demum ei probauerimus, cum ſermones eius ſeruabimus: Et ne putemus nos deſolatum iri, idem dicit Chriſtus, & pater meus vnum quemque talem diliget, & ad eum veniemus, & mãſionem faciemus apud eum: vt ſcilicet tutela, atque præſentia ſanctæ Trinitatis quiſque noſtrum confirmatus, portis inferorum bellum dicere non dubitet: & tanquam malleo conterente petras, verbo Dei, omnes munitiones illarum demoliatur, ac præcipitet: tantum abeſt, vt ad horam illis cędat, & ſigna tanti Imperatoris ad falſam teſtiũ criminationem, vel Ancillæ oſtiariæ inquiſitionẽ transfuga deſerat: Nemo ſiquidem coronabitur, niſi qui legitime certauerit, & quam fidelis fuerit Magiſtri ſui diſcipulus, coram Regibus, & Præſidibus, contraque eorũ ædicta, ſi Deo aduerſarentur, viuens & moriens reipſa fecerit teſtatum. Deus autem omnis ſolatii & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti apud Eſai. dicit: Ego ego is ſum, qui vos cõſolor: Tu vero quis es vt hominem mortalem, aut filium hominis, qui reddetur vt fenum, timeas: obliuiſcare autem Domini factoris tui, qui cælos extendit, & Terræ fundamenta iecit: ita vt nihil dubium ſit, quin nos ex omnibus perſecutionibus, etiam in medio Sodomę vt Lotum educat: de ventre cæti vt Ionam exaudiat: & in medio leonum vt Danielem ſeruet: & de manu perſequentiũ nos vt Dauidem ſubducat: vt neque capillus capitis noſtri abſque voluntate illius, a millibus etiam populi frementis, meditantis inania, & conuenientis in vnum aduerſum Dominum, & Chriſtum eius, decidat in Terram: quippe quod ille ſit vir bellator, & Dominus omnipotens nomen eius: viri autem doloſi, & impii, nõ dimidient dies ſuos: ſed in momento oculi aut diluuio vt Gigantes abſorbeãtur: aut igne ſulphureo vt Sodoma conflagrent: aut ab Angelo percutiente vt exercitus Sennacherib in cinerem conuertantur: VERBVM autem Domini manet in æternum, cœloque & Terra diutius conſiſtat: cui qui credit & cuſtodit illud, habet vitã ęternam, qui vero nõ credit nec ſeruat, iã iudicatus eſt.

Fugere debemus docentes cõtra dominũ.

Cur uerbo Deo inhæreſcendum.

In media cruce Chriſtus adeſt ſuis.

Cõſtantia in ſeruis Ieſu Chriſti requiritur.

Animat Dominus ſuos ad ferẽdam crucẽ

Impios pœnæ certiſſimæ manent.

Aeternitas atque utilitas uerbi Dei.

Quod Pontifex Gregorius, reprobat
172
173 certos Articulos Iuris Saxonici, & Maideburgẽ. tanquã Iuri Diuino contrarios. LEX I.

Quam vide infra Capitulo 16. de Ciuitatibus Articulo 3.

wlad. Iag. contra Hæreticos & fautores eorũ in Vyelun cõſtituit. LEX II.

Eiuſdem mentio infra cap. 12. de Capit. Officijs articulo 17.

75. Vuladiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ: Nec non Terrarum Cracouię, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ: Princeps ſupremus Lithuaniæ, Pomeranię, Ruſsięque: Dñs, & hęres. &c. Significamus tenore pręſentium quibus expedit uniuerſis, præſentibus, & futuris, harum noticiam habituris: Quod cum ſub diſsimulatione pręterire non debemus, immo arcemur Diuinę legis perpetuis inſtitutis peſtiferos Hæreticorum errores,

Hoc mandatũ pij Regis utile eſt religioni cõſeruandæ, quæ quidem non ſolum uerbo Dei, uerumetiam Magiſtratus gladio tuenda eſt ab audacibus: ſi modo Magiſtratus caueat, ne zę

lo traditionum humanarũ, ueram Chriſti doctrinam fuſtibus, gladijs, et lanceis obruat.

rum errores, quos in Dei contemptum, & in Chriſtianę fidei detrimẽtum, & eneruationem, Politięqꝫ iacturam, iniqua peruerſorum corda conflauerũt: etiã quæcũqꝫ oporteret nos ſubire pericula, a finibus noſtris propulſare, & in gladio deijcere: ut qui cenſura Eccleſiæ non terrentur, humana ſeueritate mulctetur: maturo conſilio Prælatorũ, Principum, & Baronum noſtrorũ habito, & conſenſu & etiam de certa ipſorum & noſtra ſcientia, pręſentibus decernimus, & pro firmo conſtãti, atqꝫ irrefregabili edicto teneri præcepimus.

Hæreticus uerbo Dei in ſenſu Catholicæ Eccleſiæ intellecto, ac Iure conuictus hæreſeos, & de hæreſi ſuſpectus, ac fautor hæreticorum capiatur, ac puniatur.

Qui de Bohemia ueniũt per inquiſitores hæreticæ prauitatis debent examinari.

✳ Vt quicũqꝫ in Regno noſtro Poloniæ, & Terris nobis ſubiectis, Hęreticus, aut hęreſi infectus uel ſuſpectus de eadem, fautor eorum, uel director repertus fuerit, per noſtros Capitaneos, Conſules Ciuitatũ, et alios Officiales, ac quoſlibet ſubditos noſtros, ſiue in officijs ſiue extra uiuentes, uelut Regiæ Maieſtatis offenſor capiatur, & iuxta exigentiam exceſſus ſui puniatur. Et quicumqꝫ uenerint de Bohemia, & intrant Regnum noſtrum ordinariorum ſuorum examini, aut Magiſtrorũ hæreticę prauitatis ad hoc a ſęde Apoſtolica deputatorũ, uel deputandorũ ſubdentur: comprehenſi. ✳ Si quis autem Incolarum Regni noſtri, cuiuſcũqꝫ ſtatus, dignitatis gradus, aut conditionis fuerit: hinc ad feſtum Aſcenſionis Dñi proximum redire de Bohemia neglexerit, noluerit, uel contempſerit, pro conuicto Hæretico cenſeatur, & pœnis ſubiaceat, quæ Hæreticis infligi conſueuerunt: Nec amplius ad Regnũ noſtrum reuertatur moraturus.

Omnia bona Hæretici theſauro Regio confiſcantur.

Proles Hæreticorum perpetuo infamis efficitur.

✳ Et nihilominus omnia bona ipſorum mobilia, & immobilia, in quibuſcumqꝫ rebus conſiſtentia publicentur, theſauro noſtro confiſcanda, prolesque eorum tam maſculina quam fœminea omni careat ſucceſsione perpetuo & honore: nec unquã ad aliquas aſſumatur Dignitates, uel honores, ſed cum patribus & progenitoribus ſuis ſemper maneat infamis: Nec de cætero gaudeat aliquo Priuilegio Nobilitatis, uel decore.

Non debent mercatores ad Bohemiam ducere res uenales.

✳ Inhibemus etiam ſub eiſdem pœnis omnibus mercatoribus, & alijs hominibus cuiuſcũqꝫ conditionis fuerint, ut a modo et in poſterum nullas res uenales, pręſertim plumbum, arma, eſculenta, & poculenta, ad Bohemiam ducere pręſumant, uel portare. ✳ Quo circa uobis omnibus, & ſingulis Capitaneis, Burgrabijs, Procuratoribus, Magiſtris Ciuium, Conſulibus, & alijs Regni noſtri Officialibus, & ſubditis quibuſlibet ad quos præſentes peruenerint, Mandamus, quatinus præſens edictum noſtrum cuſtodire fideliter, & firmiter debeatis & ubilibet in Ciuitatibus, Villis, & alijs quibuſlibet locis publicis, & priuatis: & ſpecialiter ubi tractabuntur Iudicia, & ubicumqꝫ contigerit aliquam multitudinem hominũ confluere, palam uocibus Preconũ faciatis proclamare, ut nullus ualeat prætendere ignorantiam pręmiſſorum. Harum quibus Sigillum noſtrum appenſum eſt teſtimonio literarum. Datum in Vyelun, die Dominica Iudica me Deus. Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, uigeſimo quarto.

Confœdera-

Confœderatio Principum tam Spiritualium, quam Sæcularium, Baronum, Procerum, Militum, & Nobilium. &c. Regni Poloniæ, contra Regnicolas inobedientes Iuri, contumaces, & Hęreticos, eorumq; fautores. LEX III.

76: Nos Principes Spirituales & Sęculares, Barones, & Comites, Proceres, Milites, Nobiles, Ciuitates, totaq; cōmunitas Regni Poloniæ ſingulariter ſinguli, & uniuerſaliter uniuerſi, eodem animo, eadē uoluntate, ſcientia, conſenſu, & ratihabitione, omnes unanimiter Significamus tenore præſentium quibus expedit uniuerſis, præſentibus, & futuris, noticiam pręſentiam habituris: Quomodo conſideratis nonnullis diſordinationibus, quæ in ipſo Regno Poloniæ ſuboriri inceperant. Viſis literis prædeceſſorū noſtrorum Poſnaniæ, Petrikouię, & in Gedlna factis, circa eaſdem literas & earū Articulos (ſub quacūq; forma uerborum extant confecti) remanere uolumus uſq; quaq;, & ſpondemus, & pręcipue circa hunc Articulū. * Quod quicumq; exiſtens indigena Regni Polonię, habens in ipſo Regno Polonię bona, uellet aliquas inobedientias contra Ius Terreſtre cōmune, aut etiā guerras, nobis & eidem Regno Poloniæ damnoſas alicui mouere, ſine licentia Dñi noſtri Regis gratioſiſsimi, & conſilij ſui, & in Iure Terreſtri cōmuni nollet contentari: * Aut etiam Hęreticales errores facere, uel promouere uellet, contra talem ſeu tales cuiuſcūq; ſtatus, gradus, conditionis, & pręeminentiæ fuerint, ſiue Spirituales, ſiue Sęculares, & in eorum deſtructionem conſurgere uolumus, & promittimus, ſub fide & honore noſtris, abſq; dolo & fraude nec ipſis auxilio, conſilio, uel fauore patrocinari uolumus, ſub fide & honore noſtris, etiam ſi ſanguine, affinitate, & quacumq; propinquitate forent nobis, aut alicui noſtrum coniūcti, nec pro eis loqui uolumus aliquod uerbum, ſed eos & eorū talem quēlibet punire uolumus, & promittimus. * Iura tamē noſtra Ducalia & Terreſtria in nullo per hoc uiolando, nec ab eiſdem recedeñ. Harum quibus Sigilla noſtra cum ſubſcriptione nominatim nominū noſtrorum in pendulis Sigillorum ſunt appenſa teſtimonio literarū. Scriptū & datum in noua Ciuitate Korczyn, feria ſexta ipſo die ſancti Marci Apoſto. & Euang. generali tūc parlamēto celebrato. Anno Dñi 1438.

Eſt mentio eiuſdē cōfœderatiōis ſupra capit. 2. artic. 7 lege 10 de Iuribus defendēd.

De his qui nolunt in Iure Terreſtri contentari ſed uiolenter procedere.

De Hæreticis uel eorū fautoribus puniendis

Proteſtatio qđ propter inflictionē pœnarum nolunt a Iuribus Ducatuum & Terreſtriū recedere & illa uiolare.

Vt liberū ſit vnicuiq; ex Regno proficiſci, bonarum literarū, uidendi, ſeruiendi, aut exercendi ſe cauſa, in artibus ab Eccleſia admiſsis: Qui tamē in Articulis ueræ doctrinæ, & religionis Chriſtianę, in fundamēto ſcripturarum ædificatę, propter nouas, & Diuinis pręceptis cōtrarias doctrinas diſcederēt, animaduerſiōi ſubſint. Lex iiij.

Sigiſm. Crac. 1543. Idem ſupra art. 5. de libertate ſacerdotum & Scholaſticorum.

In eo cum Conſiliarijs noſtris & Nuncijs Terreſtribus conuenit nobis, ut liberum ſit unicuiqꝫ noſtrorum ſubditorū de Regno noſtro exire ad quamcumqꝫ regionem uellet, uidendi, ſeruiendi, & ſe in bonis moribus, ac honeſtis diſciplinis exercendi cauſa: & propter bonas literas ab Eccleſia admiſſas: Alioqui ſi quis rediens ex aliena prouincia, qualeſcumqꝫ nouas doctrinas, aut libros propagare, ſubminiſtrare, & uti illis uellet: Is iuxta antiqua Iura, & Priuilegia Regni debet ſe iuſtificare.

Spirituales autem, vt miniſtri Eccleſiæ in verbo Dei, pro differentijs religionis, Hæreſi, Blaſphemijs, Apoſtaſia, alijſqꝫ huiuſmodi, iudicent. LEX V.

Sigiſm. Crac. 1542. Eadem Lex habetur ſupra eodem cap. 4. articul. 8. de articulis ſpiritualis fori.

Inprimis ad Spirituale Iudicium pertinet iudicare differentias religionis ſanctæ Chriſtianæ, Hæreſes uidelicet, Schiſmata, Blaſphemias cōtra Deum, & Apoſtaſias: pro decimis, ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, Beneficijs, Sacrilegijs, & Symonia.

CAPITVLVM V.

De creandis Magiſtratibus ſeu Dignitatibus Regni Poloniæ Politicis, Palatinis & Caſtellanis.

Nec non de Officialibus Regni, Marſchalcis, Theſaurarijs, Cancellarijs, Secretarijs, ac Referendarijs.

Item de Terrarum Officialibus, Capitaneis, Succamerarijs, Iudicibus, Tribunis, Vexilliferis, Pincernis, Dapiferis, Venatorib. & alijs huiuſmōi.

PRAEFATIO.

Quando quidē illud Ius in cōfeſſo eſt, vt vxor viro, malus bono, liberiqꝫ patri ſubſint poteſtati: non difficile colligimus, eodem Iure, a Sapientioribus, Iuſtioribus, Fortioribus

bus, Fortioribus, inferiores: ipſaſque Reſpub. debere gubernari: quod ſcilicet alios aliis perfectiores natura generet: alterique ad ſeruiendum, alteri ad imperandum, a natura ipſa procreati eſſe videantur. Quin & ordinis ratio requirit, ne in Repub. omnes ſint æquali poteſtate, ſed vnus tantum ſit Princeps: aut certe quidem pauci ſumma rerum potiantur: quorum eminentiæ qui reſiſtit, ordinationi Diuinæ reſiſtit: vt inquit Paulus: De quo etiam Petrus ait: ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi tanquam præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Quos quidem Principes, pro eo, ac gladium gerunt: eſſe & Dominos, & beneficos, denique iniuſtos deſuper poteſtatem habere, Chriſtus teſtatur: immo dii, ratione Diuini officii appellantur: Melchiſedech ergo, Dauid, Ioſias, & Ezechias Regnis: Iozeph, & Daniel Satrapiis: Moſe, Ioſue, ac Iudices libero populo, approbante Deo præfuere: ita vt furioſi homines amplius dubitare deſinant, num Magiſtratus gerere & ſubiici: iudicare, ac bellare homini Chriſtiano liceat. ET QVONIAM genti noſtræ, poſt Ariſtocratiam Palatinorum, ſub Interregno infœliciter tentatam, Monarchia placuit maxime: Itaque priſci Reges, vt dominationem ſuam redderent auguſtiorem, ex ſententiaque populi regnaſſe viderētur, inprimis autem omnibus Reipub. muniis ſatisfacerent, retinuerunt veteres Magiſtratus, ex Sapientiſsimis, Iuſtiſsimis, ac Fortiſsimis viris creari, ac ſuffici ſolitos: Qui quidem ſecundum Regem pro rata parte eſſent publicę innocentiæ, modeſtiæ, honeſtatis, ac tranquilitatis, protectores, ac vindices: parique ſtudio, communi ſaluti, ac paci proſpicerent: cauſas fratrum̄ ſuorum, magnorum & paruorum, Ciuium & peregrinorum audirent, & iudicarent: vt ſcilicet homines in ſocietate viuant, ne alter alterius vitæ inſidietur, ſed vt ad Iuſticiam ſe componāt omnes, proprio ſint contenti, ab alieno abſtineant, illudque Ius naturæ valeat inter eos, quod tibi vis alteri fac: interque homines ipſos conſtet humanitas. Atque ii Magiſtratus apud nos communi appellatione Dignitarii vocantur, quod tantum hominibus dignis pateant, indignis negentur: Senatores vero ab ætate: patres ab amore, & cura: Porro Conſiliarii ab officio de Repub. conſultandi: alii autem Magiſtratus inferiores, itidem ab officiis ſuis quibus funguntur denominationes ſuas acceperunt. Et quoniam ſuperius in præfatione ſuper Tertiū Caput attigimus, quodnam Senatorum ſit circa Regem officium: Hoc Capite de creandis illis agetur. Quo loco illud dicendum eſſe arbitror, quod inprimis comparat auctoritatem Magiſtratui apud populum, ſi oblatus ſcilicet non ambitione quæſitus honos illi obuenerit. Etſi enim ſacroſancta res ſit fungi Magiſtratu: miſerrima tamen eſt ambitio, honorumque contentio: ita vt probus vir, non niſi oblatos accipiat, quod ſi etiam negentur, non exigat acerbe. Si tamen verum fateri volumus, putamus nequaquā fieri poſſe, quin virtus ſęuiat ſi honores illius proprii deterioribus & indignis conferantur: Neſcio enim quomodo ipſa virtus tenebras fugit, illiuſque benefacta in luce ſe collocari volunt, & quaſi proprium præmium ac pabulum, honorem & gloriam expetant: quæ duo ſi demas ipſi virtuti quaſi corpus ſubtracto cibo marceſcit, deſperationeque præmiorum frangitur, & malis inuidendo indignatur, furſit, & extabeſcit. Quanto enim honeſtiſsima quæque matrona fuerit, ſi præ impudico ſcorto negligeretur, tanto vehementiores iras concipit, & neglectus, vel interitu ſui pœnas expetit: vt nihil mirum ſit, quod ſapientiſsimi ac fortiſsimi quique ſeditioſiſsimi fuerint, proindeque Reſpub. ſuas ſecum euerterint, in qua nullos honores benefactis ſuis ſperabant. Quæ pericula vt in Repub. noſtra deuitentur, conſtitutum eſt, ne domeſticę virtutis honores proprios aligenigenis largiantur: Nullius etiam domicilii homines in indigenas ne ſumant imperium: ſed neque Duces dominationem ſibi affectent: tantoque minus inferioris ordinis, & qui defenduntur, Magiſtratus Militum proprios captent: vt ea ratione ſcilicet, Iuſticia honorum ac Magiſtratuū diſtributiua a Rege tanquam præmiorum ac pœnarum fideli diſpenſatore adſeruetur: Sed vt

In Repub. alios aliis preeſſe oportet.

Ordinis ratio exigit ut in Repub. ſit primus & ultimus.

Deus approbat Magiſtratuum ſuperioritatem.

Omnes formas Politiarum Deus approbat Tyrannide excepta.

Magiſtratus noſtri ex qualibus uiris, & propter quid creētur

Dignitarii quare uocentur uel Senatores, Patres Conſiliarii.

Ambitio Magiſtratuum miſerrima.

Valde ſæuit neglecta uirtus ac ſeditioſa eſt

Quibus dantur uel non dantur honores apud nos.

ſeruetur: Sed vt ipſos Milites qui Rempub. tuentur, ad munia capeſſenda hono ribus excitet: præſertim quod apud Reges heroaſque Polonorum peregrinæ etiam, atque adeo reliquorum omnium virtuti, alia, eaque iuſta præmia proponi ſoleant: ita vt indecorum eſſe videatur, ſi per ambitionem, ipſorum Municipum proprios honores occupent: ne alioqui Rempub. deſerant, aut quod abſit, euer tant: in qua ſuæ virtuti præmia nulla, nullos etiam honores paratos eſſe, ſed v traque ambitioni illorum proſtare videant. Cum vero Iuſticia ſit humanæ ſoci etatis vinculum, porro Iuſticiæ fundamentum fides: non eſt hic prætereundum, quod ipſam fidem tria Magiſtratui ad populum comparant: nempe Prudentia, Iuſticia, & Beneuolentia: Et Prudenti enim Magiſtratui inſipiens populus cre dit: & Iuſto adflictus confidit: & Beneuolo libenter ſe committit. Vt autē Ma giſtratus ipſe omne penſum ſuum tanta fide, atque diligentia abſoluere debet, vt is ordo omni vicio vacet, cæteriſque ſpecimen ſit: Ita e contrario Ciuibus ob temperandi, atque imitandi recte facta illorum, neceſsitas incumbit. Nam & qui bene imperarit, teſte Cicerone paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſte paret, videtur qui aliquando imperet, dignus eſſe: oportet enim & eum qui pa ret, ſperare ſe aliquo tempore imperaturum: & illum qui imperat, cogitare bre ui tempore ſibi eſſe parendum. Nec vero ſolum vt obtemperent obediantque Ciues Magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant, diligantque, æquiſsimum eſt: pro indeque Plato Titannum e genere putat eos ducere originem, qui quidem, vt il li cœleſtibus, ſic hi aduerſentur Magiſtratibus adeo ex modeſto imperio, & fide li obſequio, ſeu ex præfectis & ſubditis, vt ex fidibus intentis & remiſsis harmo nia, omnis Reipub. laudabilis conſtat moderatio, & diuturnitas ſperatur. Quod ſi quis non pareat Magiſtratui legitime imperanti, ita ſane manſuetudo atque clementia in ipſo Magiſtratu probanda erit, vt adhibeatur Reipub. cauſa ſeueri tas, ſine qua nullus Magiſtratus geri, nulla etiam prouincia adminiſtrari bene po teſt. Sed omnis animaduerſio atque caſtigatio contumelia vacet: cauendumq; eſt ne ſumendæ vindictæ potius, quam Reipub. cauſa, is qui deliquit caſtigatus fuiſſe videatur: neue maior ſit pœna quam culpa: nec vna de cauſa alii plectan tur, alii nō appellentur quidem: ſed omnis pœna, vt & præmium, inter nimium & paruum conſiſtat: ſemperque Magiſtratus leges imitari debent, quæ quidem cum iraſci nequeant, ſola æquitate ad irrogandas pœnas ducuntur, hac ratione quippe Magiſtratus ſuperbia, faſtidio, arrogantiaque vacare: eundem autē vul tum, ac frontem retine iudicabitur: nihilque licenter, nihil crudeliter, libidino ſe nihil, ſed ad æquitatis trutinam omnia facere: quantoque fuerit ſuperior, tā to ſe ſubmiſsius gerere dicetur. Quippe quod fugienda eſt Magiſtratui inuidia populi, tametſi vel nullo commerito contracta, vel ad nocendum inefficax vide ri poſsit: quod ſcilicet maximorum hominum ingenia fatiget, ſeminaque om nium turbarum, quaſi virus, in Rempublicam infundat.

Non ſolum Magiſtratus bene imperare, uerumetiam Ciues bene parere debent.

Cōtra cōtumaces adhibēda eſt ſeueritas.

Omnis animaduerſio uacet contumelia, & qualis illa eſſe debeat

Fugiendā eſt inuidia populi.

ARTICVLVS I.

Dignitates & Officia quibus danda, quibus non: Noui Tribunatus abrogantur: Dignitarii iurent: Nec plures vel pauciores creentur illiſque Iuſticionarii non ſurrogentur.

Ex Priuil. Reg. Ludou. Caſſouiæ Anno 1374 dato.

Magiſtrat⁹, ſeu Dignitat. & Officia, nulli extraneo hoſpiti, ſed Indigenis Nobilibus ſunt danda. LEX I.

De Ludouici decreto Dignitates & officia, nulli extraneo hoſpiti danda.

Item promittimus, quod tales Honores, & Dignitates, ut pote Palatinatus, Ca- 41.

natus, Caſtellanatus, Iudicia, & Succamerariatus Officia, & his ſimilia, qui uel quæ, uſq; ad uitam conſeruari conſueuerunt, alijs quibuſpiam hominibus extraneis, hoſpitibus, non conferemus: niſi talibus qui ſint Regnicolę Terrarum eiuſdem Regni, in quibus huiuſmodi Dignitates, uel Honores conſiſtunt: Quas etiam Dignitates, & omnia Officia, ac ſingula uolumus in eorũ Iuribus, prout fuerunt, tempore Sereniſſi. Principum Dñorum Vuladiſlai aui, & Kazimiri auunculi noſtrorũ, Regum Polonię conſeruare plenarie. * Promittimus quod nullũ Baronem, Militem, ſeu Nobilem, uel alium quemcũq; cuiuſcumq; conditionis exiſtat, extraneum hoſpitẽ, ſeu alienigenam, pręterquã natione Polonum in Capitaneũ præficere debemus, niſi talem qui ſub eadem corona de gente Polonica ſit oriundus: dũmodo non deſcendat de ſtirpe Ducali. * Cæterum promittimus, quod nullum Caſtrũ ſeu fortalicium Regni Polonię alicui Duci, uel Principi, aut deſcendenti de genere Ducali regendum, & tenendũ committemus, pro tempore, uel in æuum: * Deinde ſpondemus Caſtra & Ciuitates ſæpe dicti Regni, de quibus Honores & Iudiciales ſedes procedunt, hęc uidelicet, Cracouia, Byecz, Sandecz, Viſlicza, Voynicz in Terra Cracouieñ. Sandomiria, Zauichoſth, Lublin, Syeczyechouu, Lukouu, Radom: In Terra Sandomirieñ. ac Caſtrum Lancicieñ. in Terra Lancicieñ. in Terra Siradieñ. Pyotrkouu: Item in Terra Cuiauię Brzeſczye, Kruſzuicza, Vuladiſlauia: Item in Polonia Maiore Poſnania, Myedzyrzecz, Sbanſſyn, Caliſz, Nakyel, Konin, & Pyzdry nucupata, nulli alteri niſi Terrigenis ſeu Capitaneis in eodem Regno conſiſtẽtibus conferemus. * Alia autẽ Caſtra quęcũq;. hoſpitibus uel alijs quibuſcũq; uoluerimus nos & noſtri ſucceſſores habebimus, & habebũt liberã cõferendi facultatẽ.

Lodouici decreto nullus niſi natione Polonus in Capitaneũ eligendus, non tamẽ de ſtirpe Ducali.

Lodouici decreto nulli Duci Caſtra Regis committantur.

Lodouicus enumerat loca Capitaneatuum non niſi Terrigenis Regni conferenda.

Lod. Caſtra non enumerata cum iam dictis conferenda conſtituit quibus uellet.

Dignitates circa Iura cõſeruantur, quæ Nobilib. Indigenis dentur. LEX II.

Ex Priuilegio Iagel. in Gedlna 1433.

Dignitates autẽ Eccleſiaſticas & Seculares Regni Poloniæ ęquo modo circa Iura, & Conſuetudines, ac Libertates ipſarũ, quę et quas
50 temporibus Sereniſs. Principũ Dñorum Kazimiri, Ludouici, & aliorũ Regum, ac Ducum hęredum Regni Poloniæ obtinebãt, dimittimus perſiſtere, & permanere. * Quas quidem Dignitates, cum eas uacare contigerit, nulli extraneo Terrigenæ niſi Nobili bene merito, & in fama laudabiliter conſeruato, illius Terræ in qua Dignitas huiuſmodi uel Honor uacauerit: Terrę uidelicet Cracouieñ. Terrigenam Cracouieñ. Sandomirieñ. Terrigenã Sandomirieñ. & in Maiori Polonia, Terrigenam Polonię Maioris: & ſic de ſingulis Terris Regni Poloniæ dabimus, uel quomodolibet conferremus. * Super quibus etiam Dignitatibus Eccleſiaſticis & Secularibus literas expectatiuas nulli perſonæ dabimus in futurum, & quod prædictas Dignitates tam Eccleſiaſticas,

Dignitates in aliqua Terra uacan. non niſi Nobilibus, & Terrigenis illius Terræ bene meritis ſunt conferendæ.

Super beneficijs & Dignitatibus ſecularibus uacaturis literæ expectatiuæ nõ ſunt dandæ, nec prouentus minuendi.

quam Secula-

quam Seculares non debemus minuere, nec etiã ſuffocare, & poſſeſſiones, cenſus, aut ſalaria ad eas pertinentia, abſq; Iuris debito examine non auferre. ✱ Item quia per Tenutarios Caſtrorũ & fortaliciorũ alienæ gentis & extraneæ nationis Regnum in ſe & in ſuis partibus crebrius periclitari contingit, pro eo, & ex eo, nulli Ducum, & de Ducali genere deſcendenti, ſeu extraneo alienigenæ cuipiam, aliquod Caſtrũ, fortalicium, aut Ciuitatem ad regendũ pro tempore, uel in æuum dabimus, aſsignabimus, aut quomodolibet conferemus, nec etiam aliquẽ talium in Capitaneum, aut Tenutariũ Terrę alicuius aut Terrarũ Regni noſtri prędicti præficere uolumus, nec etiam ſurrogare.

Nulli alienigenæ ſeu extraneo Caſtra uel Ciuitates ad regendũ committantur.

Dignitatates & Officia Indigenis, hæreditaria bona habentib9, benemeritis, ætate, intellectu, ac prudentia, bene vigentibus, danda ſunt. LEX III.

Kazimir. Tertius in Nyeſſoua. 1454.

Item cum Indigenæ pro ſuis meritis, & uirtutibus forenſibus, ſint merito præferendi: pollicemur per præſentes quod Dignitates, Caſtellanatus, & Officia in Terris uniuerſis Regni noſtri, perſonis benemeritis, ætate, intellectu, & prudentia bene uigentibus, & Indigenis, distribuemus, dabimuſq; Dignitatẽ illi perſonæ, quæ illius Terræ Indigena fuerit, in qua Dignitas ipſa uacabit, habueritq; hęreditaria ibidem bona, ut uiam murmuri & diſplicentijs præcludamus. 92.

Dignitates et officia indigenis & hæreditaria bona habentibus in Terris danda.

Dignita. & Officia Incol. Terrar. poſſeſſionatis cõferant, alioq nõ pareat inueſtito, & Rex cõtra Iuram. facer. Lex iiij.

Prælat. Petr. 1503.

Vnanimi Dñorum Spiritualiũ & Sęculariũ ac Nunctiorũ Terreſtrium in hac Conuentiõe Pyotrkouieñ. congregatorũ decreto communi conſtitutum eſt, antiquo ſtatuto innitendo, Quod Dignitates & Officia Terreſtria per Maieſtatem Regiam Incolis tantũmodo Terrarum poſſeſsionatis & idoneis cõferantur: ſecus factũ non ſeruetur, nec ille cui Dignitas uel Officium contra præmiſſa collata fuerint, eadem Dignitate ſeu Officio uti permittatur, neq; ei ulla præſtetur obedientia: Regia autem Maieſtas tanquã contra Iuramentũ præſtitum ſecus faciens rei & Priuilegio communi iniuriam intuliſſe cenſeatur. 118

Dignitates et Officia Incolis Terrarũ poſſeſsionatis conferantur, alioquin non pareatur inueſtito, & Rex cõtra Iuramentum faceret.

Dignitates & Officia non dabũtur, niſi in Terra poſſeſsionatis. LEX V.

Alexa. Rad. 1505.

Innitentes Sta

Innitentes Statuto Nyeſſouieñ.& alijs prędeceſſorũ noſtrorum decre/
118 tis rationabilibus, præſenti noſtro ſancimus Priuilegio, & promitti-
mus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris: Quia nos, ſucceſſoreſq; noſtri,
Dignitates & Officia Terreſtria, non dabimus, niſi poſſeſsionatis in
Regno, Terriſq; illis, in quibus ſunt huiuſmodi Dignitates & Officia,
ſub pœna in Statuto per Prælatos Pyotrkouiæ ſupraſcripta.

Dignitates & Officia non dabuntur niſi in Terra poſſeßionatis.

Dignitar. & Officiales impoſſeſsionati ad ſatiſfaciendum Officijs ſtringuntur priuationis pœna. LEX VI.

Alex. in Rad. 1505

Cum eſſent nonnulli per fauorē Officia præſertim Capitaneatuũ Di
119 gnitatumq; aliarum in Terris ab eorum domicilio remotioribus aſſe-
cuti: obtinenteſq; illa propter ſuam abſentiã occaſiones pariunt ſcan-
dalorum in eorum Iuriſdictionibus cõmitti ſolitorũ, nemine cohercen
te prauam adoleſcentũ & aliorum hominum licentiã. Qua propter ſta
tuimus quod in ſingulis Regni noſtri Terris & Diſtrictibus Capita-
nei, Officiales, Dignitarij locorum ſint poſſeſsionati: auiſandi noſtris
literis ut ſatiſfaciãt Officijs ſuis. Quod ſi trina uice auiſati Officijs ſu-
is intendere non curauerint, priuentur Officijs & Dignitatibus, ſintq;
ipſo facto priuati, ideo admonendi ut poſſeſsionati ſint, ut frequentius
uiſitent loca, in quibus Dignitates habent, & Officia.

Dignitarij & Officiales impoſſeßionati ad ſatisfaciendũ Officijs aſtringũtur priuationis pœna.

Dignit. & Official. ſint poſſeſ. Lex vij.

Sigiſm. Cra. 1507.

6. Nouæ & antiquæ Conſtitutiões decernunt Dignitarios & Officiales
Terrarum illic poſſeſsionatos eſſe debere, ubi Dignitates ipſas & Of-
ficia obtinent.

Si impoſſeſsionato ob meritũ Dignitas data fuerit, infra medium annum poſſeſsionem quærat. LEX VIII.

Sigiſm. Crac. 1510.

10. Aequitatem circa uetuſtas Conſtitutiones ſeruando, demandabimus
deinceps illud Statutũ debitæ exequutioni, ut quibus Dignitates &
Officia Terreſtria conferremus, poſſeſsionati ſint. Et ſi cui impoſſeſsi-
onato ob aliquod inſigne meritum Dignitatē uel Officium dederimus
idē teneatur eſſe poſſeſsionatus ab accepto Officio in medio anno ſub
ammiſsione Dignitatis uel Officij: Eos autem qui nunc impoſſeſsio-
nati eſſent, & Dignitates uel Officia tenerent, ſi ſe hinc ad medium an-
num poſſeſsionatos non fecerint Dignitate uel Officio priuabimus.

Iterū pœnæ cōtra impoſſeſ. Capitan. & eorū Officiales ſtatuūtur. LEX IX.

ſigiſm. Petr. 1519.

Capitanei & eorum Officiales ſint in Terris ubi ipſa Officia gerunt 26.
poſſeſsionati, iuxta antiquum Statutum. Alioquin ſuis Officijs per nos priuari debebunt.

Nullus etiā Iudex poteſt effici Capit. illi⁹ Terræ cuius eſt Iudex. LEX X.

Iagello in Czeruyenſko 1422. Eadem lex lib. 4. ca. 1. de Iudice repetetur

Item cum ex hoc non modica ſubditis noſtris contingant diſpendia,
ſi Iudices in Terris in quibus præſunt Iudicijs, in Capitaneos prɇfici- 48.
amus, propterea exnunc & in antea, nolumus aliquem Iudicem ullum Terrɇ illi in Capitaneum præponere, in qua Iudicio præſidet, & Iudicij obtinet poteſtatem.

Palat. etiam & Caſtel. in Capit. nō ſunt cōſtituēdi, præter Capit. Crac. Lex XI.

Kazimir. Tertius in Nyeſzoua & in Opoczi. 1454.

Item cum ſingula Officia ſuis ſint actibus deputata, pollicemur, quod 92.
in nullis Terris Regni noſtri Palatinum aut Caſtellanum in Capitaneum præficiemus, præter Capitaneum Cracouienſem.

Dignitates cū Capitaneatib⁹ eiuſdem loci compati ſe nequeunt: Præterea[que] Extraneis conferri non debent, ſed Indigenis, ueram ac hæreditariam inibi poſſeſsionem habentibus, alioqui talis monitus in Conuentione generali, uel Particulari, nec Officium reſignans, infamis erit. LEX XII.

ſigiſm. Petr. 1538

In collatione Dignitatum & Officiorū Statuta Regni deinceps obſeruabimus, ita quod Dignitarios in Capitaneos loci illius non prɇficiemus, præſertim cum Iuribus Regni prouiſum ſit, ut nullus Caſtellanus uel Palatinus illius Terræ Capitaneatū in quo Iudicia celebrantur, obtineat: Proinde quicum[que] auſus fuerit aliquid accipere contra præſentem ordinationē, & antiquam Regni conſtitutionē, ubi monitus in Conuentione generali, aut Particulari, huiuſmodi Dignitatem aut Officium reſignare neglexerit, infamis ſit ipſo facto.

¶ Præterea pollicemur, quod iuxta Priuilegiū Vladiſlai Iagellonis Folio 51. quando Dignitates uacare contigerit, nulli extraneo Terrigenæ, niſi Nobili illius Terrɇ, in qua Dignitas huiuſmodi uel Honor uacauerit, Terræ uidelicet Cracouieñ. Terrigenɇ Cracouieñ. Sandomirieñ. Terrɇ, Sandomirieñ. & in Maiori Polonia Terrigenæ Poloniæ

Maioris: & ſic in ſingulis Terris Regni Poloniæ, deinceps dabimus, & cõferemus.

¶ Ad euitandas uero fictiones, quæ de poſſeſsione habenda euenire ſolent, Statuimus deinceps obſeruandũ, quod Dignitates, Capitaneatus, & alia omnia Officia Terrarũ, non alijs cõferri poſſint, & debeant, niſi illis qui antehac haberent, non fictam aut coloratã ſed realem ueramq; bonorum hereditariorũ poſſeſsionẽ, in illa Terra in qua Dignitas uel Capitaneatus uacauerit, ſi ad illa aſſequenda habilis eſſe uoluerit.

Iterũ ſub pœna cõfiſcat. bonorũ ac infamiæ alienige. a Dignit. exclud. Lex xiij

Nulli deinceps æuiterno tempore alienigenæ, aliqua Caſtra & Dignitates Regni concedemus, neq; ſucceſſores noſtri concedent, & quicũq; contra præſentem conſtitutionẽ aliquod Officium ſeu Dignitatẽ obtineret, & monitus quæ obtinet non reſignauerit, bona ipſius confiſcari, & ipſe infamis effici debet. Sigiſm. Petr. 1538.

Iuxta ea Statuta deinceps Dignitates & Officia conferentur. LEX XIIII.

Quia Dignitates & Officia poſt Conuentũ proxime præteritũ, iuxta antiquam conſuetudinẽ, per nos collata, nõ licet nobis abrogare. & ab eis quib9 collata ſunt amouere, & auferre: q; talis deturbatio & degradatio perſonarũ inſigniũ, nomini eorum notam inureret, eſſetq; inteſtini odij & diſsidij non leue incentiuũ. Ideo in futurum dum uacabunt, per ceſſum uel deceſſum preſentiũ poſſeſſorum ſecundũ Statuta Regni noſtri futuris temporibus illa perſonis idoneis conferemus. Sigiſm. Petr. 1538.

Ergo de Dignitatibus & Officijs Nobilib. Poſſeſsionatis iuxta Statutũ anni 1538. in Comitiorum initio dandis. Et ſi impoſſeſsionati, uel negligentes fuerint in ſuis Officijs, quæ incumbunt illis, & quæ hic præſcribuntur, per Nuncios Terreſtres in Comitijs deferẽdis ultimo ſtatuit. LEX XV.

Sigiſm. Petr. 1543. Eſt euſdẽ ſta uti mẽtio, lib. 1. cap. 6. de Palat. cap. 7. de Caſtel. cap. 12 de Capitane. artic. 1 & cap. 14. de ſuccamer. Item lib. 4 cap 27. de Colloqui. & lib. 1. cap. 2. de Comit. Item lib. 2. cap. 1. artic. 6. de Commiſ. ut ij omnes ſint poſſeſsionati, & ſua exequantur Officia.

Satisfaciendo poſtulationibus Nunciorũ Terreſtriũ ſubditorum noſtrorum, relinquimus in robore Statutũ noſtrum Piotrkouieñ. in Cõuentu generali conditũ, Anno 1538. illudq; tenere et exequi uolumus & ne negocia Terreſtria negligerentur, tenebimur deinceps huiuſmõi Officia & Dignitates in principio Conuentus, priuſquã ipſe Conuẽtus generalis inchoabitur, hominibus idoneis, poſſeſsionatis. Indigenis illarum Terrarũ, iuxta Priuilegia & Statuta diſtribuere, hi uero Palatini, Caſtella-

tini, Caſtellani, Dignitarij, & alij Officiales Terreſtres per nos dati, ſufficientem poſſeſsionē hereditariam & non fictam habere debent: & in ipſis Palatinatibus et diſtrictibus proprijs Cōmiſsiones, Colloquia, & alia Iudicia, & debita Officiorū ſuorum explere & exequi debent: niſi fortaſſe Legatione, ſeruicio Reipub. uel noſtræ Maieſtatis Regiæ fuerint impediti: quod ſi negligeñ. & impoſſeſsionati fuerint: iuxta Priuilegia & Statuta tū in Conuentu futuro debent priuari ipſis Officijs ex delatione Nunciorū Terreſtriū illius ſui Palatinatus, uel diſtrictus: qui quidem Nuncij tenebuntur inſtigare in Conuentu contra talem Officialem & Dignitariū: qui quidem talis fuerit: & hoc Statutum iam debet eſſe & ualere contra talem pro monitione.

Rex neq; Caſtra, neq; Tenutas vllas niſi Pol. Nobilib. poſſeſ. credet. Lex xvi.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quandoquidem ſumus Rex Poloniæ, neq; Caſtra neq; Tenutas ullas concredere uolumus: niſi Polonis, Nobili Genealogia ortis, ijſdemq; que poſſeſsionatis, & hoc iuxta Priuilegium R. Ludouici.

Sed Expectatiuas Iurapatron. & ſolida caſſat, neque ea dabit. LEX XVII.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Eandem etiam legem uide capi. 4. art. 1. de Epiſcopati. & cap. 10. de Cancellar.

Et quia multum Expectatiuarū Iuri communi contrariarū uiuente ſanctæ memoriæ Sereniſs. parente noſtro, tum etiā nobis ad gubernacula Regni ſedentibus datum eſt: aſſentientes poſtulationibus Nunciorum Regni, & conſilio Conſiliariorū noſtrorum, omnes Expectatiuas tam tempore ipſius Sereniſ. parentis noſtri, quā tempore Regni noſtri quacūq; ratione, et reſpectu contra Ius cōmune datas: Similiter etiā & ſolida, alias cōmunes poſſeſsiones: præterea & Iurapatronatus quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent, deſtruximus & caſſauimus ſic quod nullam uim habere debeant, quæ quidem neq; nos neque ſucceſſores noſtri dare debemus.

Omnes tamen Aduitalitates ſunt ſeruandæ. LEX XVIII.

Sigiſm. Petr. 1538.

Aduitalitatum literæ a nobis conceſſæ per omnia ſecundum earum tenorem per nos ſeruabuntur.

Eædem Aduitalitates & conſenſus rata eſſe debent. LEX XIX.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Attamen Aduitalitates et conſenſus omnes iuxta Statutum in robore relinquimus, & quæ Iuri communi non ſunt contraria.

De Officialib.

Marſchalcatus, Cancellariatus, & Vicecancellariat. de quibuſcumq; Terris hominibus ſunt dandi. LEX XX.

Item pollicemur quod Cancellariatū, Vicecancellariatū, Marſchalcatum, & alia Officia Curiæ diſtribuemus indiſtinctæ uiris idoneis, ſiue fuerint de Terris Maioris Poloniȩ, ſiue Craco. (alias) Minoris Pol.

Kazim. Tertius in Nyeſzoua & Opoki 1454.

In Cācellariatu & Vicecanc. Regni alter ſit Spiritual. alter Sæcul. Lex xxi.

Petitionibus Baronū & Nobilium Regni noſtri annuentes perpetuo decreuimus Statuto, ut in futurū in Cancellariatus & Vicecancellariatus Officijs cum aliquod eorum uacare contigerit, nos & ſucceſſores noſtri ad unum ex illis Spiritualem perſonā, & ad aliud Sȩcularē prȩficere debeamus, propter actiones quȩ interdū tales eueniunt, quod Spirituali perſonȩ earum executionē committi non conuenit.

Sigiſm. Cra. 1507. Eiuſdem eſt mentio lib. 1. cap. 4. artic. 7. de ſpiritual. offic. in Republica Regni.

Cancellar. & Vicecance. expectan. ſint Archiepiſcopatuū & Dignit. Lex xxij.

Qui Cancellarij & Vicecancellarij expectañ. erunt primi Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuū, Prælaturarum, & aliarum Dignitatum & Beneficiorum quæ proxime ac primo uacabunt.

Alex. Petr. 1504. cap. 4. de spiritual. ſtatuta hæc recenſentur.

Sed ea ipſa Officia Cancellariæ cū Epiſcopatib. & pari modo Officia Sæcularia copulatiue nō teneant. Lex xxiij.

Item Cancellarius, & Vicecancellar. poſt pacificam aſſecutionē cuiuſcumq; Gneſnen. Cracouień. Vuladiſlauień. Poſnanień. Varmień. aut Ploceń. Eccleſiarum Epiſcopatuū tenebitur Officium reſignare. Et pari modo de Sȩcularibus iſtud Officialibus intelligatur: ut & ipſi Palatinatu aut Caſtellanatu aſſecuto, Officio cȩdant. * Illudq; Rex de cȩtero cōferre debeat, cū conſilio Conſiliariorū in Cōuentione generali.

Alex. Petr. 1540. Idē ſupra cap. 4. ar. 1. de Epiſco. electiōe. quod uidelicet Gneſ. Cracouiē. Vuladiſl. Poſnan. Varmien. & Plocen. Eccleſiæ cum officijs sigillorū ſunt incompatibiles.

officia sigillorum et alia in Conuentione generali ſunt de cætero conferenda. Idē infra lib. 3. capi. 30. de Conuentio. art. 5.

De Maiori Secretario, qui in benefic. Cancel. & Vicec. ſuccedat. Lex xxiiij.

Propter multiplicationē Secretariorū cum quilibet Notariorū, ac etiā Cubiculariorū intrans Regis cameram, Secretarij nomine ſe appellet:

Alex. Petr. 1504.

Statutum eſt

Statutum eſt communi Maieſtatis Regiæ Prælatorũ, & Baronũ conſenſu, quod unus ſit ſemper Secretarius, ſciens ſecretas expeditiões publicas: Qui etiam ad ea intromittetur ſecreta quæ Cancellario & Vicecancellario Regni pandentur: Qui etiam ſit expectans primus Prælaturarum, Dignitatum, Beneficiorumq́ immediate Cancellario Regni & Vicecancellario in talibus & Officijs ſucceſſurus.

Promotio tamen Cancellarij, & Vicec. & Secretarij Maioris pro meritis uirtuteque cuiuſuis: & ut Reipublicæ expedierit in Regia poteſtate relinquitur. LEX XXV.

Sigiſm. Cra. 1507. ſupra de Electiõe Epiſ. cap. 4. arti. 1. hæc duo ſtatuta ſunt poſita.

Item in Statuto Regis Alexandri quod eſt de Cancellario & Vicecan- 2,
cellario Regni de Prælaturis & Dignitatibus uacantibus prouidendo uolumus & decernimus ut habeatur per nos & ſucceſſores noſtros debita ratio laborum & ſeruitutis eorũ: in noſtro tamen arbitrio & ſucceſſorum noſtrorũ reponimus, ut pro meritis & uirtute uniuſcuiuſq́ liberum ſit nobis offerente ſe opportunitate: prout uidebitur Reipu. expedire unumquẽq́ ad ſtatum & conditionem altiorem promouere. Quam moderationem etiam ad Statutum de Secretario primo ſeu Maiore referimus.

Itaque eadem Cancellar. Officia ſecũdum Statutũ diſtribuant. Lex XXVI.

Sigiſm. Petr. 1538.

Officia Cancellariæ noſtrę ſecundum Statuta Regni noſtri de hoc ædita futuris temporibus deinceps diſtribuemus.

Num Officiales Cancellar. ad Dignitates aliquas ſint promouẽdi. Lex XXVII.

Sigiſm. Cra. 1540. ſtatuit ad futura Comitia.

Cum delatum eſſet ad nos, & Conſiliarios noſtros per Terrarũ Nuncios indecorum eſſe, ut Officiales Cancellarię noſtræ Regiæ qui rationes actionum & expeditionũ noſtrarũ & negocia Reipub. habent curæ, infima loca in ordine Senatorio retinerent: eo quod quadã conſtitutione noſtra cautum eſſet, quominus Dignitatibus & Honoribus quibuſdam cum Sigillis ſimul pro eorũ meritis & arbitrio noſtro augerentur: Eſſetq́ a nobis petitũ de Cancellario ad aliquã Dignitatem prouehendo, nos & Conſiliarij Regni noſtri æquum cenſeñ. ut uterq́ Officialium Cancellarię noſtræ pro eorum meritis, & arbitrio noſtro, Honoribus & Dignitatibus augeantur, conſtitutiõe prædicta contraria non obſtañ. poſtulationi illorum non grauatim acquieuimus una cum Conſiliarijs noſtris quia tamen nonnulli Nuncij Terrarũ aſſerebant negocium hoc delatum eſſe ad nos, Conſiliarioſq́ noſtros abſq́

unanimi omni

unanimi omni Nunciorum conſenſu :propterea petierunt,ut hac de re abſq; illorum conſenſu nihil perpetui ſtatueretur. Nos uero attenta temporis anguſtia alijs negocijs arduis diſtenti, noluimus ſuper ea re cũ ipſis Nũcijs diſceptare, uerũ illã ad futurũ Reg. conuentũ reiecim9

Noui Tribunatus abrogantur, veteres autẽ benemeritis Militibus ſunt conferendi. LEX XXVIII.

Decernimus ut noui Tribunatus, quicumq; ſunt a nobis, ubilibet inſtituti, non diutius quam ad mortem modernorũ poſſeſſorum durent: *Sigiſm. Petr. 1538* quibus ex hac uita ſublatis, Tribunatus quoq; ipſi extincti cenſeãtur: Nouos uero deinceps nullos conſtituemus, & antiquos benemeritis, aut emeritis Militibus conferemus.

Dignitat. etiã & Officia, neq; plura, neque pauciora ſint. LEX XXIX.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Dignitates & Officia nulla omnino multiplicabimus, neq; reddemus pauciora, niſi quam ſunt Iure inſtituta & conſcripta.

Iuramẽt. Dignitar. Reg. LEX XXX

Quam vide Capitulo 3. Articulo 1. Lege 3. de Senatoribus.

Itaque Iuſticionari9 tanquã ſupraſcriptis Dignitatibus & Officialibus cõtrarius, in nulla Terra Regni Poloniæ eſt inſtituendus, ſeu per Regem ſurrogãdus. LEX XXXI.

51. Item ſpondemus quod in nulla Terra totius Regni Poloniæ Iuſticionarium conſtituere uolumus, uel quomodolibet ſurrogare. *Iagello in Priuilegio Iedlnen. 1433.*

ARTICVLVS II.

De Prouentibus omnium Dignitatum, & Officiorum per Regem conſeruandis.

PRAEFATIO.

Si Reſpublica eſt vtilitas omnium, omnino inciuile videri debet, ne dicã abſurdum, ſi curatores illius egeant: nihilque aliud quam cura atque pericuũ ex omni functione redeant ad illos. Quum oneri honor, labori etiam merces reſpõdere debeant. Alioqui quiſque promptior eſſet ad rem priuatim faciendam, quã ad munia publica obeunda: quod omnes malunt ſibi eſſe bene, quam alteri: frigeatque omne opus, in quo nec induſtriæ præmium, nec ignauiæ pœna ſunt propoſita. Quod ſi Lex operis permitteret, recenſeremus profecto hic, quod munera & onera in Repub. noſtra inæqualiter diſtincta ſunt, quale eſt, quod aliqui Abbates ocioſi, vel Præpoſiti per centum fere Villas poſſident: Imperator autẽ exercitus, vel Senator, neſcio quo merent, ac Reipub. tantilo ſeruiunt ſtipendio: *Inciuile eſt & abſurdum Reipub. miniſtros egere.* *Iuſticia diſtributiua non omnino bene apud nos conſtituta.*

Nibilominus Magiſtratus Remp. quæſtui ſibi nō proponat

vtcumque tandem Iuſticia diſtributiua negligitur: certe Magiſtratus pro eo ac gerunt perſonam ſuarum Prouinciarū, ita vtilitatem Ciuium tueantur, vt quitquid agant ad eam referant, obliti commodorū ſuorum: nec vnam quandā partem Reipub. ita curent vt reliquas deſerere videantur: vt enim tutela, ſic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum qui commiſsi ſunt, non ad eorum quibus committitur, gerenda eſt. Quocirca vt caput eſt in omni procuratione negocii & muneris publici, vt cupiditatis pellatur vel minima ſuſpicio: ita nullum viciū tetrius eſt, quam auaricia, præſertim in Principibus, quorum fidei Reſpub. credita eſt: habere enim quæſtui Rempub. eſt populi damnis diteſcere: quod quidem non modo turpe, verum etiam periculoſum, ſceleratum, ac nefarium eſt: Neque aliter id eſt intelligendum, quam ſi quis in medio foro, quod in latebris Syluarum præ pigricia fortaſſe non potuit, ipſius populi agat prædonem.

Habere quæſtui Rēpublicam turpe.

Iura ac libertat. & Prouētus omniū Dignita. & Officior. Rex cōſeruat. Lex j.

Ex Priuilegio Iagellon. Iedlen. Eadē lex ſupra de libert. ſpiritualium cap. 4. art. 5.

Dignitates autē Eccleſiaſticas & Seculares Regni Poloniæ ęquo modo circa Iura & conſuetudines ac libertates ipſarum, quæ & quas temporibus Sereniſs. Principum Dñorum Kazimiri, Ludouici, & aliorū Regum, & Ducum heredum Regni Poloniæ obtinebant permittimus perſiſtere, atque permanere. 50.

Prouentus Dignita. nō minuāt. Lex ij.

Ex eodem Iagellonis Priuilegio.

Prædictas Dignitates tam Eccleſiaſticas quā Seculares non debemus minuere, nec ſuffocare, & poſſeſsiones, cenſus, aut ſalaria ad eas pertinentia, abſq; Iuris debito examine non auferre. 50.

Omnia etiam Salaria & cenſus tam Eccleſiaſticis quam Secularibus perſonis per Reges inſcripti a Zuppario ſolui debent. LEX III. 77.

Cuius eſt mentio Libro 1. Capitul. 4. Articulo 6 de Decimis Spiritual. ſed tamen videatur Libro 2. Capitul. 2. Articul. 1: de Salinis mox a principio.

Ibidēque quod nullus Dominorū habiturus eſt Cenſum in Zuppis præterquā in Regeſtris ſcripti, alias collo, & bonis priuādus eſt. 81.

Vide Lib. 2. Cap. 2. titulo ſequuntur Iura Dñorum in Zuppis.

ARTICVLVS III.

Omnes Magiſtratus ſciant, & exequantur ſua Officia: literis tamen ad id hortabuntur, a Rege conciliabuntur, nec alter alterius Prouinciam inuadat.

1503. Præla. Petr. & de Officio Palat. in conſtituendis rerū precÿs cap. 16. art 3 ponetur idem & libro 6. cap. 1. de Bello articulo 5.

Omnibus Magiſtratib. cōmuniter præcipit, vt ſua ſciant Officia, & ea tam pace quam bello exerceant in utilitatem Regnicolarū, alioqui ignari a Regia M. doceantur. LEX I. 111

Dignitarÿ &

Dignitarij & Officiales ſua noſcant Officia, ſi uero quibus incognita ſunt, a Regia Maieſtate & Dominis doceantur: Eademq; tam domi quam bello debite exerceant: Ne per quempiam commodo ſuo fraudentur Regnicolæ, defectu ordinis.

Et nihilominus Rex dabit literas ad Palatinos & Capita, aliosq; Official. vt ſua ipſa exequant' officia. LEX II.

In petitione facta de exequendis Officijs Palatinorum, Capitaneorũ, & aliorum Officialium Terreſtrium: Etſi ſciamus expreſſe eſſe ſuper eo ſcripta Statuta, pœnaſq; in illis contra negligentes ſua Officia eſſe adhibitas, nihilominus tamen Nunciorũ & Nobilitatis Regni noſtri petitioni ſatisfacien̄. dabimus ea de re literas noſtras ad prædictos Palatinos, Capitaneos, & alios Dignitarios, ſeu Officiales, quibus ad ſatisfaciendum debito ſuo illos commonebimus.

sigiſm. Crac. 1532. Eiuſdem fit mentio infra cap. 12. art. 27.

De conciliandis autem a Rege, in Comitijs Senatoribus Spiritual. & Secul. & qua ratione futuris inimicicijs præciditur occaſio. LEX III.

Quam vide ſupra Capitulo 3. Articulo 3. de Senatoribus.

Neue Spirituales Iudicijs Sæcularib. ſeſe immiſceant. LEX IIII.

sigiſm. Petr. 1538.

Quã vide Lib. 1. Cap. 4. Art. 7. de Officiis Epiſcopor. in Rep. & alibi ſępius.

CAPITVLVM VI.

De Palatinis eorumque Officio ac poteſtate.

PRAEFATIO.

In Politia ergo, ſecundum Regem & Religionis Antiſtites, primus ordo Caſtellani Cracouien̄. & Palatinorum eſt: qui quidem Palatini, olim Officiales & Aelici Imperatorii dicebantur: apud nos vero ſunt Senatores Regni, ex Equeſtri ordine ad conſulendum de pacis & belli muniis, per Regem creati, atque in publicum conſilium cooptati: de quorum quidem circa Regem Officio & auctoritate quod in Præfatione paulo altius ſuper Capitul. Tertiũ diſſeruimus, hoc loco plura dicere non oportet, niſi fortaſſe hoc, quoniam reſtituta Reipub. Monarchia Palatinorum poteſtas diminuta eſt: & tantum ad certa Officia redacta. Quæ ergo ſit Palatinorum poteſtas in Equeſtrem ordinem, in collegas Iudicii Terreſtris, in ipſiſque Iudiciis Terreſtribus, & Caſtrenſibus, Colloquiis, nec non

Qui ſunt Palatini.

in Prouincialibus ac generalibus Regni Comitiis: Inſuper in bonis Regalibus diſlimitandis, ſeu eorum adnexis cognoſcendis: Prætereaque in bello, cuius Duces ſunt. Item in cenſendis mercatorum mercimoniis, & Opificum operibus: Iudicandiſque Iudæis infra Sigillatim patebit.

ARTICVLVS I.

Quæ Palat. ſint Officia in Senatu. Quæque ſuit olim in Iudiciis.

Generalia Palatinorũ Officia inquantum ſunt Conſiliarii Regi circumpoſiti ſupra Capitul. 3. videantur.

De Iudicibus Palatinorũ. LEX I.

Kazi. Viſlic. 1368. Palatini Terrarũ ſuos Iudices Terreſtres ſunt habituri.

Item ut Palatini certo numero ſuorum Iudicum ſint contenti, Statuimus, quod ſecundum tempora antiquiora Palatinus Sandomirieñ. 11.
uno & Palatinus Cracouieñ. pariter uno, ſuis Iudicibus contẽtentur.

Kazim. Tertius Viſliciæ, 1368.

Sed Iudex in præſentia Regia Palatini uel Capitanei, uel in Terminis generalibus, non poteſt redargui. LEX II. 32.

Quam vide Libro 4. Capitulo 27. de Colloquiis Articulo 6.

Duo Camer. Palatini, & Succamer. Iudiciis particul. olim præſidebãt. Lex iij.

Iagello Cracouiæ & Vartæ. 1423. Idẽ lib. 4. cap. 2. art. de Terminis particularibus, & cap. 5. de Procuratoribus ar. 2 Inprimiſq; lib. 1 cap. 14. de ſuccamer. eiuſdem eſt mentio.

In Terminis Particularibus Camerarij Iudicum & Subiudicũ. Item 45.
alij duo Camerarij uidelicet Palatini, & Succamerarij eligẽdi, per eoſdem ad illos adiungendi, ſine quibus Iudex & Subiudex & Camerarij eorum non habeant iudicandi facultatem, prædicti etiam Camerarij ſeu Officiales Iudicij ſic locandi: non debebunt alias cauſas niſi proprias procurare, uel ad procurandum ſe de Iudicio leuare.

Palatinis eiuſue Camerarijs redargutis quid debetur. LEX IIII.

Cazimir. Viſliciæ.

Cum aliquis arguit alias Nagani ſententiam Palatini * cuilibet Pa- 28.
latino pelliceas Muſtellinas * Camerarijs autẽ iſtorũ & aliorum omnium noſtrorum Dignitariorũ per ſex ſcotos * abſq; omni contradictione, & antequam ad aliquam audientiam admittatur dare, & ſatiſfacere teneatur. ∴ ∴ ∴

Sed Alber. Rex poſtea ſtatuit, vt Iudex cum Subiudice ac Notario Terminos iudicent: aliorum qui intereſſe debuerant: ſimiliter Camerarij ſui, & Camerariorũ eorũdem, abſentia non obſtante. LEX V.

Petricouiæ 1496.

Iudiciorum

Iudiciorum Terminis interſint, & illis præſideant illi qui ad Iudicia
96. celebranda ratione Dignitatis aut Officij pertinent. * Si uero non intereſſent, nec alium a ſe ſubſtituerent, nihilominus Iudex cum Subiudice Terminos & Iudicia iudicabunt, non obſtante abſentia illius, & illorum, qui intereſſe debuit, & debuerant: & ſimiliter Camerarij ſui Camerariorumue eorundem.

Eadem lex lib 4. de Collegis Iudicij Terreſtris repetitur.

ARTICVLVS II.

De Officio ac Poteſtate Palat. in Iudiciis poſterius ipſis iniuncto, tum in Iure condendo atque Comitiis.

Quod in Palatinatib. Poſnan. caliſsien. reſignationes coram Capitan. Maioris Poloniæ perpetuę ſunt, atq; in Sirad. Lancicien. & Goſtinen. Diſtrictibus corā actis Caſtren. factę. LEX I.

Quam vide Libro 1. Capitulo 12. Articulo 4. de Capitaneis.

Palatini Officia ſua exerceāt, & ne Iudicia eorū incuria temporibus debitis negligantur. LEX II.

Sigiſm. Crac. 1510.

Querelis communiter omniū ſubditorum noſtrorū finem imponere
9. uolentes, decernimus & auctoritate noſtra mandamus, ut Palatini Officia ſua exerceant * & ne Iudicia ipſis non curantibus, cum detrimento communis Iuſticiæ, temporibus debitis negligātur. * Vbi uero Palatinus deliquerit, & Officium ſuum qualecūq; neglexerit, promittimus ipſum puniendum centum marcis fiſco noſtro applicandis: quoties de hoc compertum fuerit.

Hæc lex repet lib 4. de Iudicij Terreſtr. formula cap. 2. ar. 1.

Porro neq; Palatinus, neq; Iudex, neq;
74. alius Officialis Iudicia per Præconem indicta tranſponet ſub pœna centum Marcarum. LEX III.

Quam vide Libro 4. Capitulo 2. Articulo 2. de Iudicio Terreſtri.

Iudices autem & Subiudices, ac Notarij Terreſtres a Rege electi, coram Palatino, aut Caſtellano illius Terræ iurant. LEX IIII.

87. Iudices Terreſtres * Subiudices, Notarij ſint iurati & in primis Terminis Terreſtribus Iuramentum præſtent ſub pœna priuationis Officij * & hoc coram Palatinis ſuis aut Caſtellanis illius Terræ.

Sigiſm. Petr. 1519. Idem tamen ponetur lib. 4. cap. 1. art. 1.

Notarij ſoli per ſe Iudicijs aſſideāt, nō

 per ſuffectos

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

per ſuffectos Vicarios: alioquin Palatini Conuentum Nobilitati ad eligendum nouum edicant: niſi Reipublicæ negocio uel infirmitate excuſentur. LEX V.

Quæ Libro 4. Capitulo 1. Articulo 1. videatur.

Notarij Terrarum etiam circa poſitionem Librorum præſentes eſſe debẽt: alioqui electio ad Palat. & Nobilitatẽ de more deuoluitur. LEX VI.

ſigiſm. Petr. 1519. Eiuſdem mentio lib. 4. cap. 1. art. 1. ſed repetetur lib. 4. cap. 22 de Actorum poſitione articulo 1.

Notarij Terreſtres ſint præſentes circa Poſitionem Librorum Terreſtrium, & moniti ſecus facieñ. pœna Statuti puniantur. Et Electio de more ad Palatinum & Nobilitatem deuoluitur. 25.

ſigiſm. Petric. 1511.

De Proceſſu Iudiciario in vnã formulam redigendo, & ad locorum Palatinos, per Regem tranſmittendo. LEX VII. 16.

Quam vide Libro 4. Capitulo 3. Articulo 1. & alias huiuſmodi.

ſigiſm. Bidg. 1520.

Sed de eiſdem Iuribus & conſuetud. 21.

Regni a Iuriſperitis Palatinatuum neceſſario conferendis Sigiſmund. hoc Statuit. Etiam videatur Libro 4. Capitulo 3.

ſigiſm. Cra. 1543.

In reſciſcendo homicidij autore, ac in Colloquijs iudicando, quid Palatini cum Caſtellanis ac Dignitarijs agere debẽt. LEX VIII.

Quam vide Libro 1. Capitulo 15. Articulo 6. de Homicidiis Nobilium.

Itẽ quod Palatini Colloqalib. ſeu General. Iudicijs intereſſe debẽt. Lex ix.

Quam vide Libro 4 Capitulo 27. de Colloquiis.

Itẽ Conuẽtionib. Particularib. Lex x.

Quam Libro 1 Capitulo 15. vide.

Item Comitijs Regni. LEX XI.

Quam vide Libro 1. Capitulo 2. Articulo 1. de Comitiis.

ARTICVLVS III.

De Officio Palat. in pignoratione, & pœnis.

Kazi. Viſli. 1368.

Iudex, Palatinus, Caſtellanus, ipſorum Officiales, aut maleficiorũ Iudex, qui 9.

Oprauuc za dicitur, cum pro pœnis Iudicialibus, per eos latis aut pro alijs exceſsibus aliquem Nobilẽ pignorant, quãto tempore pignora ſeruare debẽt. LEX I.

Cuius fiet

Cuius fiet mentio inter Officia Caſtellani Capitul. 7. Attamen Libro 4 Capitulo 10. Articulo 2. de antiquo Iuris proceſſu ab Alexandro conſcripto, vna cum aliis eiuſdem generis ponetur.

De eiſdē pignorib. & q̄ ad Curiā Palatini vel Caſtellan. pelli poſſunt. Lex ij.

Kazi. Viſlic. 1368. Alia ſtatuta de foreſta Regia infra de Offic. Capita. cap. 12. artic. 26. generaliter: ſed uſq; lib. 3 cap. 11. art. 5. de Termino facionato, & foreſta Regia art. 6. ponetur itē de antiq. pignor. antiquum Iuris proceßum ſubſequen. lib. 4. cap. 10. alia ſtatuta huiuſmodi uide.

32. Item ubi Curię noſtrę ſunt remotæ, Terrigenæ noſtri poſſunt pignora recepta, ad Curiam Caſtellani aut Palatini in Terra illā commorantis propellere. ⁖ ⁖ ⁖

52. Sed lite pendente concordiam tentantes a pœnis quibuſuis abſoluūtur. Palatinorū, Caſtellan. Iudicum & Subiudicum. LEX III.

Quam vide de Caſtellanis Capitul. 7. Articulo 2. idem Libro 4 Cap. 21. Artic. 1. de lite pendente. & Lib. 1. Cap. 12. Artic. 27. de executiōe rei iudicatę ponetur.

Ex Priuilegio Iagellonis Iedln.

ARTICVLVS IIII.

De Palat. Officio ac poteſtate in Miniſteriales.

Palatini tamē ſoli habent Ius creandorum Miniſterialium. LEX I.

32. Hoc etiam ſpecialiter declaramus, quod Officiales uel Miniſteriales alias Sluzebniki, nullus niſi Palatini inſtituere, & eos iudicare, procꝫ afflictione, aut uulneribus, uel capite eorundem pœnas exigendi, uel leuandi: omnimodam habeant poteſtatem. Kazi. Viſlic. 1368.

Iuramentū Miniſterial. quādo tondūtur per Palatinum. LEX II.

163 Ego B. Iuro, quia exnunc & in antea fidelis ero Sereniſ. Domino meo Regi. &c. negocia Iudiciorū mihi commiſſa, & credita, & citationes fideliter faciam: ſuper quibuſcumcꝫ negocijs poſtquā in teſtimonio requiſitus fuero, fideliter recognoſcam: non amore, odio, precio, uel fauore, ſed pro Deo & Iuſticia: nec ero conſentiens cuiquam maliciæ, quæ poſſet quoquo modo opprimere ueritatem, obediens etiam ero Iudicio Regali, omnia mihi commiſſa per Dn̄os Palatinos, & alios Officiales Iudicij Terreſtris fideliter recognoſcam: nec promouebo falſam cauſam, & omnia mihi commiſſa fideliter, abſcꝫ dolo, & fraude, promouebo. Ita me Deus adiuuet, & omnes Sancti.

De Offic. tamen Miniſter. infra uide lib. 4. cap. 12. artic. 1. & alibi ſparſim: neque enim hic poni, & illinc ſuo loco moueri poterant.

Rex, Palatinus, Capitaneus, Iudex, ac Miniſterialis, & Subiudex, uel Officialis, habēt poteſtatē dandi Miniſterialem ad citandum. LEX III.

Decernimus etiam declarando, quod nos, uel Capitaneus noſter, uel 37.

Kazi.Viſlic.1368. Huius legis crebra fit et mẽtio nempe quod eſt multis cõmunis.

Palatinus, uel Iudex, uel Subiudex, uel Officialis, qui dicitur Vozny, habeant facultatem dandi Miniſterialem ad citandum.

ARTICVLVS V.

De Officio Palat. erga Profugos.

Kazi.Viſlic.1368.

Vt Epiſcop9, ſic Palatin9 Cracou. aut Sandomirieñ. dabit Profugis ſaluos Conductus duorum menſiũ, ipſos ſeruabit, & gratiam Regis illis quæret: uel alioqui proteſtationẽ contra Regẽ, & Capit. ſuſcipiet. LEX I. 35.

Quam infra Lib.3.Cap.14 Artic.1.de Treugis pacis, ſeu ſal. conduc. dandis, de Regno fugientibus vide. Et crebro alibi eiuſdem fiet mentio Lib. 1.Cap.4 Art. 7.de Offic.Epiſcop.in Repub. Item de Offic. Capit.Cap.12.Artic.21.

ARTICVLVS VI.

De Officio Palat. circa Acta Caſtreñ. vacañ. Capitaneatibus.

Alber.Petr.1496.

Vacantibus Capitaneatib. libri Caſtrẽ. Iudiciorum in Prætorijs, ſub clauibus Palatini, Iudicis Terreſtris, & Capitaneorum ſeruandi. LEX I. 109

Quam vide de ſeruandis libris Caſtreñ. Cap.12.Artic.5.de Capit.Offic.

ARTICVLVS VII.

De Officio ac poteſtate Palat. in bonis Regalibus.

Alber.Petr.1504.

Qui literas ſuper bona Regalia amittit corã Capitaneo, & Palatino ſuæ Terræ, de amiſsis proteſtabitur infra annũ: quo decurſo, niſi proteſtabitur, carebit innouatione. LEX I. 115

Quæ ſub Officio Capitanei repetetur: Attamẽ Libro 2. Capitulo 1. Articulo 4 ponetur de bonis fiſci Regal.

Quod autem & Palatinus cum alijs Dignitarijs bona Regalia a bonis Regnicolar. diſlimitãt. LEX II.

Quam vide Libro 2.Capitulo 1.Articulo 6.de Commiſſariali iudicio.

ARTICVLVS VIII.

De Officio ac poteſtate Palat. in Ciues, Mercatores ac Opifices, tum in bello.

Palatinus cracou. conſules craco. eligit ex Iure & conſuetudine antiqua.

TAMETSI Palatini cum Capitaneis precia, formã, menſuram ac pondus rebus venalibus conſtituunt, vt de eo omnia Statuta ſcribentur infra Cap. 16. de Ciuibus:

de Ciuibus: A T T A M E N præſente alicubi Rege Marſchalcus, vt infra habetur Capitulo 8. de Officio Marſchalci: I N B E L L O vero cum Capitaneo exercituum precia rebus imponunt: vt apparebit Libro 6. Capitulo 1. Arti. 5. Q V O D quidē Palatini inſtante belli neceſsitate faciūt maxime.

Sed quæ ſint Palatinorū in Bello Officia Libro Sexto patebit. ⁂ ⁂ ⁂

ARTICVLVS IX.

De Officio ac poteſtate Palat. in Ciues & Plebeios bonorum Terreſtrium emptores.

Rex cum Palat. pœnam ſtatuit in Ciuem & Plebeium qui bona Iuris Terre- Iohan. Albertus Petricouiæ. 1496.
105
106 **ſtris poſsidens, intra iuſtum ſpacium temporis ea non uenderet: & quod Iudices Terreſtres & Caſtreñ. non ſuſcipiant Inſcriptiones illis faciendas. Et ſi ſecus fecerint huiuſmodi Inſcriptiões erunt irritę. &c. L E X I.**

Cuius & aliorum ſimilium fit mentio Libro 1. Capitulo 12. Articulo 4. de Iudicio Caſtreñ. Attamē de libertate Nobiliū fundorū ponetur Lib. 3. Ca. 1. Ar. 3.

ARTICVLVS X.

De Officio ac poteſtatę Palat. in Exactores iniquos, & Monetæ exportatores.

Corā Epiſc. Palat. aut Caſtel. exactores
17. **iniq contributionū reſpōdebūt. Lex I** sigiſm. Petri. 1511.

Cuius fuit mentio Capitulo 4. de Epiſcopis, & fiet Capitulo 7. de Caſtellanis ſed Libro 6. Capitulo 3. Articulo 3. de Contributionibus ponetur.

Palat. cū Capit. Monetarijſq; cuſtodiāt ne Moneta de Reg. exportet. Lex ij.

Quam vide Libro 2. Capitulo 6. Articulo 6. de Moneta.

ARTICVLVS XI.

De Officio ac poteſtate Palat. in Salem Regni.

102 **Areſtatores Salis ſi excederēt cōtra Sta-** Albert. Petr. 1496.
103 **tutum areſtando: per Palatinos Terræ illius ſi ſunt poſſeſsionati, iudicabuntur: ſi impoſſeſsionati detinebuntur uſq; ad pœnæ ſolutionē. &c. L E X I.**

Quæ vna cū aliis omnibus de Salinis factis Lib. 2. Cap. 2. Art. 2. ponetur.

Palatini prouidebūt, vt Sal nauib⁹ ad- sigiſm. Petri. 1511.

uectum iuſto precio uendatur a Mercatoribus. LEX II.

Quæ etiam Libro 2. Capitulo 2. Articulo 2. de Salinis ponetur.

ARTICVLVS XII.

Palatini liberi a Fumalibus, dotes moderatas Filiabus dent, Iudæos iudicent.

Palatini & aliqui Caſtellani, præſertim in Mazouia liberi ſunt a ſolutiõe Exactiõis duorũ groſ. LEX I 6.

Sigiſm. Cra. 1507.

Quæ Capitulo 7. de Caſtellanis, & Libr. 2. Capitul. 7. Articul. 1. de Fumalibus ponetur. Eiuſdem tamen fiet mentio Lib. 5. Capit. 4. Artic. 3. de Mazouitis.

De dotanda filia Palatini. LEX II. 33.

Quam Libro 2. Capitulo 6. Articulo 1. de Virginum dotatione vide. 34.

De poteſtate Palat. in Iudæos. Lex iij.

Quam vide in huius Libri vltimo Capitulo de Iudæis.

CAPITVLVM VII.

De Caſtellanis.

PRAEFATIO.

Caſtellani vſitata magis noſtris hominibus, quam proprii & latina ſignificatione, dicuntur Præfecti ſeu primi Caſtellanorum hoc eſt Nobilitatis, quæ in Caſtellis, id eſt, Oppidis, aut vicis ſuis habitat, & in Militia præſertim obeunda ipſis ſuis Caſtellanis iuxta præſcriptum legum obſequitur. Et Grammaticis quidem ſua conſtet ratio vocis, nos hac parte vſum Magiſtrum, & receptum vocis ſignificatum ſequimur, intelligimusque Caſtellanos eſſe in Regno Poloniæ Senatores ex Equeſtri ordine creatos, qui proximum a Palatinis honorem obtinẽt habentque pace ac bello pro rata parte circumſcripta Officia: qua de re Caput Tertium de Senatoribus ſupra videatur. Quia vero in vno quoque Palatinatu Caſtellani plures ſunt, factum eſſe ea cauſa veriſimile eſt, vt ita Rex quam plurimos Equeſtris ordinis Primates honeſtet, ſibique deuinciat, ii vero econtra Regem conſilio itidem ſuo, ac opera, exequendisque Officiis legitime imperatis adiuuent, ornent, fulciant. Inde vero arguitur Regum Poloniæ clemens, moderatum, & iuſtum ſemper fuiſſe Imperium. Quod ſuorummet Ciuium conſilio pacis: belli vero tempeſtate armis vtuntur in externos: cum Tyranni contra faciant. Etenim cum externis conſilia captant, iiſdemque armantur contra ſuos. Quæ itaque ipſis Caſtellanis Officia pace, belloque incumbunt, infra Sigillatim adnumerantur.

Regum Poloniæ clemens moderatum iuſtumque ſemper fuit Imperium.

ARTICVLVS I.

De Officio ac poteſtate Caſtellanorum in Comitiis & Iudiciis.

Quod ſit Officium Caſtellan. circa Regem in Senatu. LEX I.

Quæ Libro 1. Capitulo 3. de Senatoribus videatur.

Caſtellani

Caſtellani Crac. Sand. aliorūq; Iudicia quib9 in locis debebāt celebrari. Lex ij.

Quia plærumq; habentes Iuriſdictionē, a caſu, & pro libito ſuæ uo-
12. luntatis conſueuerunt ad Iudicium acceptare uel eligere ſibi loca quę-
libet indeterminate, & ideo ut quiſq; ſuis Terminis ſit contentus. Statuimus quod Cracouień. Caſtellanus in tribus duntaxat locis, uidelicet in Cracouia, in Andrzeiouu, & in Vyeliczka ſua debet, & tenetur Iudicia pertractare: alias tanquam a non ſuo Iudice quitquid factum fuerit, uel iudicatum nullam habeat facultatem. Idem de Caſtellano Sandomirień. & alijs fieri ſtatuimus.

Prohibētur Caſtel. & Iudices ac Subiudices, ne decernant, aut dent citationes ſine certo Actore. LEX III.

14. Prohibētes nihilominus Caſtellanis, & quibuſlibet Iudicibus, & Subiudicibus: Quod deinceps ſine certo Actore, & cauſa expreſſa non debent decernere, nec dare aliquas citationes. *Kazi. Viſlic. Idem 4. cap. 5. de Procuratoribus.*

Qui arguit ſententiā Crac. Sand. & Lublin. Caſtel. aut ipſorū Iudicū, vel Camerar. qd vnicuiq; ſoluet. LEX IIII.

28. Cum aliquis arguit alias Nagani ſententiam Caſtellani Cracouień. tunc pelliceam Hermellinam alias Gronoſtaiouy. Caſtellanis autem Sandomirień. & Lublineń. pelliceas Muſtellinas alias Popyelicze. Camerarijs autem iſtorū & aliorum omniū noſtrorum Dignitariorū per ſex ſcotos. Iudicibus uero Caſtellanorū, per mediam Marcam. * Alijs uero Caſtellanis per ſex ſcotos Marc. abſq; omni contradictiōe. Et antequā ad aliquam audientiā admittatur, dare & ſatisfacere teneatur. *Kazi. Viſlic. 1368.*

Item de redargutiōe ſentēciæ a Caſtellano, vel ab eius Iudice, vel Subiudice Terreſtri latæ. LEX V.

Kazim. Viſlic. infra lib. 4. cap. 24. art. 25. de redargutis ſubiudicibus eadem Lex ponetur.

32. Vt redarguens ſentenciam Subiudicis non debet audiri, niſi prius illi tres fertones, uel pelles Vulpinas, curauerit aſsignare: quæ eidem Subiudici cedunt, ſi ſe iuſte comprobauerit iudicaſſe. Si uero Iudicibus Caſtellanorum obijciet aliquis falſitatem ſentenciæ, audiri minime teneatur donec

Redarguens ſentenciam ſubiudicis non eſt audiēdus niſi tres fertones aut tres pelles Vulpinas ſubiudici reponat. Et idem intelligi debet de Ca-

atur donec eis pelles Agnellinæ fuerint præſentatę, quas pro ſe obtinebunt. Si ſimiliter ſuum Iudiciũ oſtenderint fuiſſe iuſtũ. Et id quod de Iudice præmiſimus, & de Caſtellano etiam cenſuimus ſentieñ.

ſtellanis & de Iudicibus eorum ualore pœnarum ſeruato.

Caſtellanorum Iudices pro capite iudicabant. LEX VI.

Kazim. Mag. Viſlic. 1368.

Decernimus quod pro capite quolibet Caſtellanorum Iudices quilibet in ſua Caſtellania iudicandi & cognoſcendi habeant facultatẽ. 11.

De homicidio incerto Caſtellania non agat. LEX VII.

Kazim. Viſl. 1368. Idem statut. repetetur infra lib. 1. ca. 15 art 6. de Homicidijs Nobilium.

Si ignoratur homicida: Officium, pro capite neminem culpabit, ſed conſanguinei inquirent, & culpent, ſed dum ignoratur quis commiſit homicidij immanitatem, decernimus, quod Caſtellania de hoc aliquã non moueat quæſtionem, ſed conſanguinei & proximiores culpabilẽ inquirentes cauſam dum poterint, perſequantur iuxta Iuris formã. 22.

In reſciſcendo vero homicidij autore, ac in Colloquijs iudicando, quid Palatinus cũ Caſtellanis ac Dignitarijs agere debent. LEX VIII.

Sigiſm. Crac. 1543.

Quam vide Libro 1. Capitulo 15. Articulo 6. de Homicidiis Nobiliũ.

Quod kmeto occidens kmetonẽ pro pœna homicidij Caſtellaniæ in qua homicidium fuerit commiſſum, uel ei in cuius Iuriſdictione delictum & homicidium hoc eſt perpetratum, quatuor Marcas: conſanguineis uero ſiue amicis proximioribus interfecti ſex Marcas perſoluat. Qui ſi non fuerit ſoluendo & captus fuerit pœna Capitali puniatur. LEX IX. 22.

Quam Libro 1. Capitulo 17. Articulo 2. de Kmetonibus vide.

Itẽ quod Caſtella. etiã colloqalib. ſeu generalib. Iudic. intereſſe debẽt. Lex x

Quam vide Libro 4. Capitulo 27. de Colloquiis.

Item Conuentionibus Particularibus vt interſint. LEX XI.

Quam vide Libro 1. Capitulo 15. Articulo 7. de Nobil. Conuentibus.

Item diſſimitandis bonis Nobilium,

& Regalium

DE CASTELLANIS.

& Regalium intendant. LEX XII.

Quam Libro 2. Capitulo 1. Articulo 6. vide.

Quod autem Iudices, Subiudices, Notarij Terreſt. electi corã Palat. aut Caſtel. illius iurãt. LEX XIII.

27. sigiſm. Petr. 1519.

Quam vide ſupra inter Officia Palatini Libro 1. Capitulo 6. Articulo 1. ſed tamen infra Libro 4. Capitulo 1. ponetur iterum.

ARTICVLVS II.

De Officio Caſtellan. in Pignorationibus.

Iudex, Palatinus, Caſtellanus ipſorum Officiales aut maleficiorũ Iudex qui dicitur Oprauucza cum pro pœnis Iudicialibus, per eoſdem latis, aut pro alijs exceſsibus aliquem Nobilem pignorant, quanto tempore pignora ſeruare debent. LEX I.

9. Kazimirus Viſliciæ.

Quam Libro 4 Capitulo 10. Articulo 2. poſt antiquum proceſſum Iuris vide, & fuit eiuſdem mentio ſupra de Officiis Palatini Capitulo 6 Articulo 3.

Præterea qđ ad Curiã Palatini, aut Caſtel. pignora pelli poſſunt. LEX II.

32. Kazi. Viſlic. 1368.

Quam ſupra etiam vide inter Officia Palatini Capitul. 6 Artic. 3. & Libro 3. Capitulo 11. Articulo 4. de vſu Syluarum & Artic. 5. de Pecoribus & damnis datis, ac foreſta Regia, & Libro 4 Capitul. 10. poſt antiquum Iuris proceſſum.

Sed lite pendẽte concordiã tentantes a pœnis quibuſuis Palatinorum & Caſtellanorum aliorumque Iudicum abſoluuntur. LEX III.

52. Ex Priuilegio Iagellonis Iedlnen.

Quam ſupra de Palat. Et Lib. 4. Cap. 21. Artic. de lite pendente ponemus.

ARTICVLVS III.

Item quod coram Epiſcopo, Palatino, uel Caſtel. Exactores iniqui contributionũ reſpondebũt. LEX I.

17. Supra inter Offi. Epiſcop & Palat. fuit mentio eiuſdem, at tamen libr. 5. capi. 3. art 3 de contributionibus ponetur.

Quam Libro Sexto Capitulo Secundo vide.

Quod ſit Officium & quæ poteſtas Caſtellani in bello. LEX II.

Quam Libro 6. de Bello vide Articulo 3.

ARTICVLVS IIII.

Vt Palatini, ita aliqui Caſtellani præ-

sigiſm. Crac. 1507.

ſertim in Ma/

ſertim in Mazouia, liberi ſunt a ſolutione Exactionis duorum groſſorum.

LEX I.

Cuius mentio fuit ſupra Capitulo de Palat. ſed Libro 2. Capitul. 7. Artic. 1. de Cōtribu. fumal. ponetur: & fiet eiuſdē mentio Li. 5 Ca 4. Ar. 3. de Mazouitis.

CAPITVLVM VIII.

De Officialibus Regni, ac inprimis de Marſchalcis Regni & Curiæ.

PRAEFATIO.

Regiæ Maieſtatis amplitudo, Senatus populiſque tanta corona, omniaq; Reipublicæ munia Iure ſuo exigebant: vt poſt ordinem Senatorium eſſent ſingulares Magiſtratus, quibus quidem Regia Maieſtas veluti ſupremis Magiſtris ad ſpecimen ipſius Regni quodam modo amplificandum, ſuæ perſonæ Dignitatē auguſtiorem faciendam, Curiamque gubernandam vteretur. Atque ii ſunt Regni & Curiæ Marſchalci: Qui quidē vt omnes ad Reuerentiam Regiæ perſonæ flecterentur, Regem cum Scipionibus antecedunt: Imperata ſtatim domi foriſque, pace ac bello faciunt, ne forte mora peccaretur: Negociorum item, ac litium in Curia incidentium Iudices, ſeu arbitri ſunt: Duelliique iuſſu Regis cōmittendi, aut dirimendi habent facultatem: Præterea in Comitiis Senatoribus dicendæ de re propoſita ſentenciæ vices diſtribuunt: Aliaque pace ac bello faciunt, quæ loci, ac temporis alicuius ratio, ad Dignitatem Regni & Regiam fieri poſtulat, ſecundum quod de his omnibus Conſtitutiones infraſcriptæ docent liquidius.

ARTICVLVS I.

De Officijs Regni & Curiæ Marſchalcorum. LEX I.

Officia Regni & Curiæ, præſertim autē Marſchalcorum, hactenus teuta erant ex conſuetudine quadam, licet enim quodlibet eorum ſuū 112
ſingulare ſciat onus ac debitum. Tamen quia uel propter concurren̄ 113
in uno duos Officiales, uel quia deſcriptum non fuerat quid eorū quilibet attentare debuit, committebantur errores, & negligentiæ in his, quæ Officialibus illis uidenda, agendaq; incumbunt, ac inter eos ipſos diſſenſiones mutuæ: quapropter rationabiliter cenſendum eſt, Quod Officium Marſchalci Regni, & Marſchalci Curiæ, ſiue uterq;, ſiue alter eorum eſſet in Curia, debet eſſe omniū Ceremoniarū, & Curien̄. Magiſter: quorum & utriuſq; iſtorum hoc erit Officium, ut Curien̄. conſcribant, ſoluant, Regeſtra teneant: & ſciant diligentes & negligētes: malos & bonos: & non obſequentes, non ſinant in Curia foueri: ſed permoneant, ut tales a Curiæ ſeruitio alienentur: Semper hoſpites & Conſiliarios Regni excipiant, & attendant ut debitus cuiq; honor ex parte Ma.

Inter Marſchalcos diſcordia tollutur.

Marſchalci Cerem. & Aulæ Magiſtri.

Hoſpites & Cōſiliarios excipiant. Idem lib. 1. ca. 3. de ſenato.

ex parte Maieſtatis Regiæ iuxta meritum perſonæ impendatur. Vtq; ſcandala & exceſſus aut moderentur, aut eliminent, aut emendent animaduerſione iuxta meritum, aut demeritum adhibita: Sicq; omnia cōſtituant, prouideant, & dirigant, tam in Aula, Curia, Domibus, Cameris, & menſis Regijs, quam alijs Officijs, & Officialibus ad Equeſtrem ordinem Maieſtatis Regiæ pertinentibus ad quod tribuitur ei facultas plena, inſtituendi, deſtituendi, & omnia cum meliori conditione, ac cum conſenſu & auctoritate Maieſtatis Regiæ faciendi. ET licet Marſchalcus Regni eam habere auctoritatē conſueuerit, ut eo preſente Marſchalcus Curiæ de nulla adminiſtratione incumbentis Officij ſe intromittat.

Marſchalci ſcandala moderentur, eliminēt aut emendent, animaduerſione iuſta. Domus, Aulæ, Cameræ, menſæ, & ordinis Equeſtris Magiſtri ſunt.

* Tamen quia Marſchalcus Regni ſæpius abeſſe conſueuit a Curia: Vt igitur abſente eo ſciret Marſchalcus Curię proſequi aut exequi, id quod bono ordine per Marſchalcū Regni rectum erat in Curia: Conſtituimus, quod iſta Officia, aut inuicem debito Officij indifferētia: Sic uidelicet, quotiens Marſchalcus Regni eſſet in Curia, ſemper ad omne Officij exercitium, & actionem uocare debet Marſchalcum Curiæ: eo ſciente omnia facturus Officio Marſchalcatus incumbentia.

Abſente Marſchalco Regni adminiſtrabit Marſchalcus Curiæ.

* Recedens uero de Curia tradet Regeſtra, & adminiſtrationem Officij Marſchalco Curię: in quo Marſchalco Regni auctoritas ſumma ſit ad omnia ſupraſcripta: Eo uero abſente, in perſona minoris ſit eadem, nec minor auctoritas, quā eam Regni Marſchalcus in Curia perſonaliter exiſtens habere conſueuit. Cui quidem Marſchalco Magiſtratum Curiæ dirigeñ. & in ea perſonaliter exiſtente, ratione adminiſtrationis (ſui Officij) adſcribitur perceptio foralium, & auctoritas imponendi precij rebus uenalibus ad neceſsitatem Curiæ importatis.

Recedens de Curia Marſchalcus Regni tradat Officiū Marſchalco Curiæ.

Salaria Marſchalci.

* Ea autem foralia percipiat moderatius quam facere cōſueuit: & non aliter quam communi Iure & conſuetudine in Ciuitatibus, & Oppidis illis ad quæ uentum eſſet, percipi conſueuerunt. * De foro tamen Campeſtri reſeruatur hæc facultas ad Campiductorē generalē, ut communi conſilio precium rebus tribueretur, & tam domi quā foris agente Rege, quitquid uel Marſchalcus uel Campiductor ad precia rerum, aut communē ordinationem ſeruandam conſtituet, debebit conſtitutionē per publicationem intimare.

Foralia Marſchalcus habiturus talia qualia in Oppidis ſunt ſolita dari.

Imperator exercitus foro Campeſtri imperabit.

* Si uero Marſchalcus in precio rerum & foralium excederent modum, habeant facultatem Conſiliarij in Curia præſentes illud moderandi, ſibi quoq; præcipiendi: quibus ſi Marſchalcus parere noluerit, extunc tanquam inobediens ad communē auctoritatē conſilij generalis proxime futurā deferatur.

In precio rerum & foralibus excedente Marſchalco: Conſiliarij præſentes diſſiuitores conſtituti.

CAPITVLVM IX.

De Theſaurarijs ſeu Quæſtorib. Regni

PRAEFATIO.

Bene conſulta, iuſteque imperata, inopia impediuntur.

Cum fruſtra quid bene conſuleretur, ſine auctoritate etiam imperaretur, ſi optime conſulta ac iuſtiſsime etiam imperata inopia Principis impediri contingat: Itaque vt in æconomia ſunt Condi ac Promi: ita in Regno noſtro Quæſtores ac Theſaurarii ſunt inſtituti: Illorum enim Officium in conquirendis cõdendiſque rebus ac pecuniis fiſci, horum in diſpenſandis promendiſque verſatur & conſiſtit.

Decorum Quęſtorũ.

Et in conquirendis quidem iuſticia ac decorum illud obſeruatur, & vnde oportet, quid a quibus oportet, item quantum, quando, & qualiter ad fiſcũ, velut ad communem omnium ventrem accipere oportet, accipiatur:

Diſpenſatorũ decorũ

In diſpenſandis vero is modus retineatur, vt in quid oportet, in quos oportet, quantum etiam, quando, & qualiter, vt membris corporis dare oportet, detur: vtrobique enim in extremis facile, periculoſe tamen, erratur. Et ea quidem quaquauerſum videre, fuerit Regię prouidentiæ proprium: Certe ne ſegnius prouideat, vel hoc vnum admonet, quod inique accepti vindex eſt Dominus, quæ autem iuſte accipiuntur, vt in vſus Regni ſeruentur, opus eſt.

Theſauri A. & O. potentiæ Regiæ.

Theſauri enim ſecundum beneuolentiam ſubditorum, ſunt inſtrumenta ac nerui, adeoque Alpha & O. potentiæ Regiæ: Nam Rex, niſi ſit priuatis ditior: neque amicis beneficus eſſe poterit. Nec hoſtibus Regni formidabilis. Nec item præmia virtuti dabit, nec pœnas ſceleri, quin ob inopiam, perindeque ob contemptum Regiam eius Dignitatem atque auctoritatem in omni Officio ac functione claudicare oportet. Reſpublica vero quamuis erga illum bene adfecta ſit, Attamen ex tempore ad illa veluti mendicanti ſuppeditare nequit, & eam ob rem quæ ad emendanda delicta, aut ad vitanda ſtatim pericula requirunt, dare non poteſt: Ira vero Principis in hoſtem, quantumuis contumelioſum, ſine viribus vana eſt. Militaris etiam peritia in eodem, ſine repentino Milite, vt ars Muſica ſine Organo: Miles autem ſine ſtipendio, vt corpus ſine anima inutilia ſunt. Ne itaque in alterutram partem Regius fiſcus inclinet ac peccet: prudenter ab antiquis Regibus Officia Quæſtorum & Theſaurariorum præſcripta ſunt.

ARTICVLVS I.

De Officio Theſaurariorũ. LEX I.

Antiquis Regni conſtitutionibus introductum eſt rationabiliter, & neceſſario: ut Theſaurarius Regni & Vicetheſaurarius Curię ſemper eſſent: prout hac tempeſtate uſq; in præſens iſtud fieri conſueuit. Verum quia nulla fuit unquam conſtitutiõe ordinatũ, quod cuilibet incumbere debeat ex Officio.

Theſaurarius Regni Coronas & Theſauros Regni conſeruat.

Itaq; ſtatutum eſt, quod Theſaurarius Regni quemadmodũ Coronas & Theſauros Regni, quę ſumma ſunt omnium rerum maximarũ, conſeruat: ſic fungi debeat Conſulari auctoritate.

Conſul ſit, accepti et expenſi ratiõe teneat

Ipſe quoq; Theſaurarius ex ſua tanquã Priuilegiata auctoritate expeditiones, condictamina, et rationes faciet ſtipendiariorũ, Curienſium, & omnium quibus ratione ſeruitutis, aut Reipub. aut Maieſtatis Regię aliquid debebitur.

Theſau. magiſter Monetarũ ſit, & quod eius ſit ſalarium.

* Ipſe autẽ Theſaurarius Regni ſit unus Ma

giſter Monetarum

giſter Monetarum pro tempore cudendarũ, qui ſatis ſuperq; eſt dotatus cenſibus Zupparum: Ipſe habeat omnem Monetæ curam: habeat quoq; probatores, ſculptores ſuos, quos ipſe ſalariet, & ipſe ſalarietur quattuor Marcis ſeptimanatim: quod ſalarium ex medio floreni incuſſione accreſcenti percipiat, & ex eodem medio floreno reliquis Monetariæ Officinæ operarijs, & uniuerſa alia neceſſaria ad Monetariam pertinentia ſoluet & comparabit. Et quicquid ex eodem medio floreno reſultauerit ſolutis ſalarijs & impenſis procudendis Monetis, id totum ad utilitatem Regiæ Maieſtatis ac Reipub. tribuatur. * In Curia uero Vicetheſaurarius tanquã Theſaurorũ Curię Secretarius, ſit uir, probus, modeſtus, & diſcretus, qui per Maieſtatem Regiam pro tempore conſtituetur, & tenebitur: a Curia nũquã remouendus: qui abſente Regni Theſaurario, omnes pecunias reddituum Regaliũ, & alias undecumq; ad Maieſtatem Regiam datas in Theſaurũ recipiat: & illas cũ conſilio Officialium & Conſiliariorũ Curiæ diſpenſabit, mandãte Maieſtate Regia. Et omnia alia faciet cum Curienſibus, & ſtipendiarijs, quæ Theſaurario Regni incumbunt. * Eo tamen Theſaurario Regni pręſente, Vicetheſaurarius Curię nihil eorũ attentabit quod ad Theſaurariũ Regni pertinet. Sed cum ſcientia & conſilio Theſaurarij Regni diſpenſabit: & faciet quicquid debet. * Sit autẽ iuratus & idoneus ad rationes publicas tam Terreſtres quã priuatas Regias: ſic ut omnibus rationibus abſente Regni Theſaurario, ac etiam præſente intereſſet: & earum Regeſtra ſeruaret, Diſpenſatores inſtitueret, utiles & inutiles deſtrueret, faceretq; cum illis rationes, ut Maieſtas Regia, & quilibet eum intelligat diligenter attendiſſe, ne pecuniæ Maieſtatis Regię inaniter, infideliter, aut prodige diſpenſetur.

Vicetheſaurarius abſente Theſaurario ſurrogatur ad Theſaurarij Officia.

Præſente Theſaurario Regni Vicetheſaurarius ſuperſedebit ab executione officij. Vicetheſaurarius ſit iuratus.

Sub Interregno nihil etiã a quoquã eſt rapiendũ de Theſauro. LEX II.

3. Ex Theſauro ſi quis aliquid ſuſtulerit, rapueritue aut quouis modo in uſus proprios conuerterit, præſertim ſub Interregno, fraudis & peculatus reus iudicetur.

Sigiſm. Crac. 1507 Idem lib. 1. cap. 1 ar. 3. de Interregno.

Palatini cum Capitaneis, Monetæque Præfectis cuſtodiant, ne Moneta de Regno exportetur. LEX III.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quam vide vna cum aliis ſui ſimilibus Libro 2. Cap. 6. de Moneta Art. 6.

De bonis autem & prouentibus fiſci Regalis, Liber Secundus tractat.

Capitulum

CAPITVLVM X.

De Cancellariorum Officijs.

PRAEFATIO.

Neceſsitas inuenit Scribas ſeu Cancellarios.

Si iniuſta a Principibus petuntur, quod Cancell. eſt Officium

Cancellarius quid ſit & quod eius eſt Officium.

Si vocem Principis omnes & vbique, & ſemper, exaudire poſſent: mortaliaque ab interitu ſatis tuta fierent; neque decreta ſignificare, neque momentanea geſta Principum, literis fidis memoriæ cuſtodibus commendare opus eſſet. Vt ergo alia omnia neceſsitas inuenit, ita vſum Scribarum, ſeu vt hoc tempore dicũt Cancellariorum, introduxit. Qui quidem Principis imperata vel vetita omnibus ſignificarent, & acta Officio ſtyli vindicarent ab obliuione. Sed quia ſæpe præter mentem Legum multa a multis vt fiant, vel ne fiant, apud Principem petuntur: Non ſemper etiam Princeps iis quibus oportet, quid, pro quo oportet, quãtum oportet, qualiter & quando oportet, largitur, adimereue ſtudet. Idcirco inter alia Cancellariorum Officia legibus cautum eſt, ne Cancellarii Literas vlli dent, quæ quidem Conſtitutionibus Regni omnino aduerſarẽtur: Decreta quoque non ſecus niſi quam legitime lata fuerint, adnotent: generaliterque videant ne quaquauerſum in Sigilli vſu ſepta Legum tranſilientes, in Rempub. cũ Principe peccent. Quod quidem ſi ipſi Cancellarii bene cauerint, tum vero iuſte Cãcellarii, ſeu quod huic nomini æquipollet Conciſores, Dilaniatores, Diſpunctores, Eraſores, Deletoreſque rerum malarum nuncupabuntur: Econtrario vero Sartores, Tectores, Conſeruatoreſque in Repub. Iuſticiæ: Item oculi, mens, lingua, ac manus Principis, iuſte ac merito appellabuntur, de quibus omnibus & ſingulis illorum Officiis infraſcriptæ Conſtitutiones docent abunde.

ARTICVLVS I.

De Cancel. ac Vicecanc. Reg. ac maiori Secretario creãdis, & pmouẽdis. Lex 1.

Quam vide ſupra Libro 1. Capitulo 5. Artic. 1. de Dignitatib. conferendis.

ARTICVLVS II.

Cancellar. Officiales exæquantur: Literas literis ac Iuri contrarias ne dent: Cauſas Theuto. audiant, & referant: quibus etiam Secretarius in Officiis ſuccedat.

Cancellar. ac Vicecanc. Officia pari auctoritate ſint, & copulentur. LEX I.

Alex. Petric. 1504.

Cancellarij autem & Vicecancellarij Officia a modo Officij auctoritate, executione, expeditione, & conſuetudine ſic ordinabuntur quod cenſeantur inuicem copulata eſſe. 115

Porro literis literas cõtrarias, & contra Ius cõmune, ac cõſtitut. ne dẽt. Lex ij.

Idem Alexander Petrico 1504. Idem lib. 2. de bonis Regal. cap. 1 & lib. 3. ca. 4. art. 2. de acquiſitione rerũ ex cõtractibus.

Ipſique literis

113 Ipſicꝙ literis literas contrarias alter contra alterum, ac contra Ius Regni commune, non extradant.

Quæ literæ Iuri contrariæ, ſunt intelligendæ. LEX III.

Idẽ Alex. P. 1504.

113 Cancellar. & Vicecancellar. literas ſuper donationibus & Inſcriptionibus bonorum nemini dent, aliter quam Conſtitutiones Regni continent. Literæ etiam Iuri contrariæ intelligantur, Inhibitiones ad Iudicia, quæ emanant abſcꝙ neceſsitate Reipub. Item Commiſsiones inter perſonas, niſi Granicierum, Diuiſionis, uel de conſenſu partium eſſent: Item Liberationes ab expeditione bellica.

Libr. 4. cap. 8. de Inhibitionibus uide. De Commiſsionib. uide libr. 2. artic. 6. Quæ tamen perſonæ liberantur ab exped. bellica libr. 6. cap. 1. articulo 3. uide.

Expectatiuæ Iurapa. & ſolida caſſantur necꝙ in Cancellar. dabuntur, præter cõſenſus & aduitalitates. LEX IIII.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Et quia multum expectatiuarũ Iuri communi contrariarũ, uiuente ſanctæ memoriȩ Sereniſsi. parente noſtro, tum etiã nobis ad gubernacula Regni ſedentibus, datum eſt: aſſentientes poſtulationibus Nunciorum Regni, & conſilio Conſiliariorũ noſtrorum, omnes Expectatiuas, tam tempore ipſius Sereniſs. parentis noſtri, quam tẽpore Regni noſtri quacũcꝙ ratione & reſpectu contra Ius cõmune datas, ſimiliter etiam & ſolida, alias communes poſſeſsiones, preterea & Iurapatronatus quæ ſibi Spirituales in certas perſonas expedire ſolent deſtruximus, & caſſauimus, ſic quod nullam uim habere debeant: quæ quidem necꝙ nos, necꝙ ſucceſſores noſtri dare debemus. Attamen aduitalitates & conſenſus omnes iuxta Statutum in robore relinquimus, & quȩ Iuri communi non ſunt contraria.

Eadem lex ſupra ca. 4. art. 1. de ſpirit. & cap. 5. de Dignitatibus politicis.

In Curia Regia duo ſint Iuriſperiti,

Sigiſm. Crac. 1507.

5. alter Spiritualis, alter Secularis qui audiãt & Cancellariæ Officialibus referant querelas hominũ. LEX V.

Quam vide ſupra Capitul. 2. Articulo 12. de Referendariis.

Cauſas Theut. Cancellarij & Referendarij quocꝙ audient, quas ſimul etiam Regi referant. LEX VI.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Lib. 1 cap. 2. art. 12. de Referendarijs eadem lex.

Quia in Iudicijs Theutonicalibus multas cauſas Nobilitas habere ſolet. Cum ergo tales cauſæ obuenient, tum eas cũ Conſiliarijs qui circa nos tunc præſentes fuerint, iudicabimus, atcꝙ abſoluemus: Cancellariæ uero Of-

riæ uero Officiales, cum Referendarijs audient eaſdem, & partibus præſentibus nobis referent.

Secretarius maior etiam intromittetur ad ea ſecreta, quę Cancellar. & Vicecanc. pandentur, eisqꝫ in Officio ſuccedet. LEX VII.

Quam vide ſupra Cap. 5. de Dignitatib. conferen. & Secretario maiori.

ARTICVLVS III.

De Libris & Literis Cancellariæ.

Libri ſeu Regeſtra Cancell. ad probatione ſup bona nihil valeāt. LEX I.

Sigiſm. Petr. 1538. Horum 4. statut. eſt mentio libr. 2. cap. 1. art. 4. de literis ſuper bona Regalia.

Quoniam magno detrimento afficerētur permulti Regni noſtri ſubditi, ubi Libri ſeu Regeſtra Cancellarię, quibus magni momenti Priuilegia, & alia hominū Iura, & munimenta fideliter inſcripta ſunt, ſuſpecta, aut fide carentia cenſeri debeant, ſicuti hactenus pro uarietate opinionum putatum eſt, & ab aliquibus deſideratū, ut abolerentur & caſſarentur: Nos itaqꝫ uolentes quoſdam metu non admodū neceſſario liberare, in pręſenti Conuentu decreuimus, neminē ex ſubditis noſtris debere, aut poſſe inquietari, moleſtari, aut etiam periclitari ſuper bonis quibuſcūqꝫ, quæ per Literas ex Libris Cancellarię noſtrę ſumptas & deſcriptas, quod fuerint Regalia probari poſſent: tales enim Literas, quo ad eum effectum moleſtandi aliquē ex ſubditis noſtris, nullius roboris & momenti eſſe uolumus, & decernimus.

Libris vero Cancellariæ quid eſt inſcribendum. LEX II.

Sigiſm. Petr. 1538.

Cæterum ut deinceps futuris temporibus Libri ipſi Cancellarię noſtræ tanto diligentius & ſcribantur, & ſeruentur: Volumus & firmiter decernimus, ut Cancellarius & Vicecancel. Regni noſtri ipſi ſoli Libros eoſdem in ſua cuſtodia diligenter adſeruent, habeantqꝫ ſemper unum, uel duos Notarios, uel Scribas Iuratos, qui omnia Priuilegia, Decreta, Recognitiones, & alia quę ad neceſſitates, & ſecuritates hominum coram nobis fiunt, & ſub Sigillis noſtris conceduntur ſyncere, & fideliter, in Libros huiuſmodi ſeu Regeſtra deinceps inſcribant.

Omnes actiōes Iudicij Terreſtris corā Rege ventilatæ in Libr. Terreſt. inſcribant, aliæ in Canc. abſoluāt. LEX III

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Eadem lib. 1. cap. 2. artic. 8. Lege 10.

Quia etiam

Quia etiam Iure communi, diuerſis Officialibus diuerſa ſunt negocia adſcripta, quitquid ad Terreſtria negocia, cauſaſue Iudiciales pertinet, quę in præſentia noſtra peragi ſolent, hoc totum in Librum Actorum Terreſtriū inſcribi debet. Alias uero cauſas & negocia ad Cācellariam noſtrā iuxta ueterē cōſuetudinē & Statut. An. 1538. (remitti uolum9)

Dabuntur Nobilitati literæ ex Libris Cancellariæ. LEX IIII.

Quod ſi aliquis ſubditorū noſtrorum caſu aliquo aduerſo, aut fortuito literas a nobis emanatas, & Libris Cancellariæ noſtræ inſcriptas, perdiderit, amiſerit, aut alioquin uiciatas habuerit, Officiales Cancellariæ noſtræ tenebuntur & debebunt, omnibus talibus, cum petierint, ſine ulla difficultate, et renitentia, alias literas ex Libris noſtris, nō mutato priori tenore deſcriptas, ſub Sigillo noſtro dare & extradere. Sigiſm. Petr. 1538.

Si literæ in Libris Cancel. nō ſint, vel ſuſpectæ allegarentur. LEX V.

Verum ubi literæ ex Libris Cancellariæ extractæ, allegarentur ſuſpectæ, Regeſtriſq; ſeu Libris Cancellariæ comprobari propter antiquitatē nō poſſent, tū Iuramento producētis, ut moris eſt, cōprobari debēt. Sigiſm. Petr. 1538.

Literæ Cōmiſſar. poſſunt Libris Cancel. inſcribi, ex eiſdēq; deſcribi. Lex VI

Liberum erit etiam unicuiq; literas Cōmiſſariorum ſuper limitibus ad Libros Cancellariæ noſtræ inducere, quas caſu uel neceſſitate poſtulante, Cancellarij noſtri, ſine ulla difficultate, ſicut inſcribere, ita etiam deſcribere, & literas petentibus eiuſdem tenoris ſub Sigillo noſtro, una tantum ſexagena pecuniæ pro eis accepta, ſine ulla difficultate dare debebunt & tenebuntur. Sigiſm. Petr. 1538. Hoc ſtatut. lib. 2. ca. 1 art. 6. de Commiſſ. Iudicio repetetur.

8. Cancellaria informabitur de temporibus determinatis, quibus Conuentus Particulares ſe ſequi debeant. LEX VII.

Quam Libro 1. Capitulo 15. de Nobilium Conuentibus vide. Sigiſm. Crac. 1510.

Literæ ex Cance. Nūcijs dādæ. Lex viij

Dabuntur Nuncijs in Cancellaria noſtræ literę, qui eas popoſcerint. Sigiſm. Crac. 1539.

Sculteti, Aduocati, & Molendinatores

15\. Regij, Sculteſias, Aduocatias, & Molendina ſua, abſq; conſenſu Regis ſeu Dominorum ſuorū, alienare, & obligare non debent, nec Sigiſmundus 1510.

 poſſunt; a

poſſunt: a quo quidem conſenſu Regio quid Cancellaria accipere debet. LEX IX.

Quam infra Capitul. 17. Artic. 3. de Scultetis vide, & Libro 2. Capitulo 1. Artic. 4. de Literis ſuper Regalia bona fit mentio eiuſdem.

Taxa Literarū Cācellariæ. LEX X.

Sigiſm. Petr. 1511. Partes huius ſtatuti ſuis locis etiam ſunt accommodatæ.

Item, ne prædicti noſtri ſubditi in Cācellaria noſtra a Notarijs plus iuſto grauētur, decernimus, ꝙ deinceps a Citatiōibus nihil accipiat̃, a Procuratorio tres groſſi: A literis Cōmiſsionis cū Mandato x. groſſi: A literis Cōſenſus ſuper bona noſtra Regia duo floreni, ab alijs uero Inſcriptiōibus cōmunibus duæ ſexagenæ. Itē a quibuſlibet Literis clauſis ſex groſſi: A literis ꝑpetuis in Pargameno cum Serico ſexagenę quinq; ſoluātur: Prædictā aūt taxā Literarū noſtrarum obſeruandā decreuimus fauore Nobilitatis Regni noſtri, quam in hoc ſpeciali prærogatiua cōdonare uolumus. Ciues uero, Iudæi, & homines Externi ſoluent Literas iuxta arbitrium & uoluntatem Cancellariæ noſtræ. 16.

Idem de Ciuibus & Iudæis uide.

Cancel. taxā Liter. ne excedat. Lex XI.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ, 1550.

Cauendo, ne Nobilitas grauaretur circa receptionē et ſcriptionē quarumcunq; Literarum, Renouamus Statutū, ut Cancellaria conſeruet ſe iuxta hoc ipſum Statut. Seren. olim parentis noſtri, de eo conditū.

Officia Cancellariæ de Reſtibus Bellicis uide Libro Sexto Capitulo primo.

CAPITVLVM XI.

De reliquis Curiæ Officialibus.

COMMENTARIVS.

Præter Senatores, & tam Regni quam Regis Officiales ſupra deſcriptos, eſt in Curia Maieſtatis Regiæ magnus aliorum Officialium numerus: vt ſunt Secretarii, quaſi conſilii publici auditores, & diſcipuli: Gladifer poteſtatis Regiæ demonſtrator: Necnon Dapiferi, Inciſores, ac Pincernæ, Menſæ & Culinæ Regiæ Magiſtri: Succamerarii, & Cubicularii, Regii Cubiculi cuſtodes: Preterea, Præfectus, Vexillifer, Tribunus, item Equiſones, & Agazones, Regii Equitatus Magiſtri: Item Pedites ad cuſtodiam Regii corporis ſemper expediti: multaque inſuper alia Officialium, & Aulicorum caterua: de quibus hic tacemus, quod Leges publicæ de illis nihil agunt, ſed arbitrio Regis inſtituuntur ac multiplicantur: vel pro ratione loci, temporum, & neceſsitatum deſtituuntur ac diminuuntur.

* * *

CAPITV-

CAPITVLVM XII.

De Capitaneis.

PRAEFATIO.

Quæ de Quæſtoribus Regni ſupra diximus, eadem fere de Capitaneis, vel de Præfectis Arcium, ac Prouinciarū putemus eſſe dicta. Capitanei enim præcipui ſunt illi Quæſtores ſeu Exactores pecuniarum, quæ fiſco Regni, ex Prouinciis inferuntur: Theſaurarii autem adſeruatores, ac diſpenſatores illatarū, iuxta rationem vniuſcuiusque Officii inibi vtriſque compendio præſcriptam ac demonſtratā. Sed quia Reipub. quoque intererat, vt quædam Crimina, quæ hominum pacem turbant, & diſſoluunt ſocietatem, repentino, ſeueriore, & quaſi in militia Caſtrenſi Iudicio cohibeantur: Conſenſu totius Regni, ipſis Capitaneis nempe Officialibus, & veluti Brachiis Regalibus, illa ipſa crimina, iudicādi atque corrigendi poteſtas data eſt. Ne ſi ob Iudiciorum Terreſtrium longa interualla protelarentur, impunitate ſibi promiſſa, amplius etiam radices agerent, in bonorumque perniciem graſſarentur, cum nemo ab iniuria tueretur, iuſta etiam cum auctoritate vindicaret nemo. Itaque ex vniuerſo Iuris corpore adnumerauimus Articulos Capitanealis ſeu Caſtreñ. Officii, & quoad fieri potuit optimo digeſsimus ordine, tam eos qui ad Iudicium eorum (Caſtreñ. nuncupatum) ſpectāt: quā eos qui ad Officii illorū cognitionem pertinēt: & ſimiliter illos, quos abſoluta quodā modo poteſtate, ſeu citra Actionū Ceremonias ac proceſſum, Iure tamen, ex hac, vel illa cauſa faciunt ac exequuntur. Ne ſcilicet ipſi Capitanei & quos non oportet, vel plura, aut alibi, ſecuſue quam oportet, iudicent, ac præter Ius atque fas ſuæ ſubiiciant poteſtati: poſtremo vero omnium rem Iudicatam exequuntur, & quæ Iure Actorum ſunt, tradunt.

Capitanei certas cauſas iudicant.

ARTICVLVS I.

Capitanei ex quibus hominibus ſint, Iurent, Iuri ſubſint, a vi tamen ipſi, & ipſorum præſentia ſint tuta, ſed non pœna violatæ Maieſtatis.

Quibus hominib⁹ dandi ſint Capitaneatus, & quibus nō dandi. LEX I.

Quæ vna cū aliis huiuſmōi ſupra Cap. 5. Art. 1. 2. & 3. de Dignitat. videatur.

Iuramentū Capitaneorū. LEX II.

Ego B. Iuro quia fidelis ero in Caſtro A. B. illudq; ſeruabo fideliter
163 Sereniſs. Principi & Domino, Dño Regi Sigiſmundo Poloniæ, & ſucceſſoribus ſuis legitimis Regibus Poloniæ: tranquilitatem & ſecuritatem uiarum, ac Iuſticiam tuebor, aliaq; munia mihi ſeu Capitaneali Officio incumbētia ſine dolo & fraude exequar: Sic me Deus adiuuet, & Chriſti Ieſu ſancta Crux.

Hoc Iuramentū Capitaneis quidem Terrarum Pruſsiæ ſeruit Attamen & Capitaneis Caſtrorum Regni accōmodari poſſe uidetur, præſertim cum Iuramentū illorum nō extet ſcriptum in ſtatutò.

Capit. & bon. Reg. Tenutarij corā Rege vel Iudice Terr. cōueniāt. Lex iij.

Quā vide Lib. 2. Cap. 1. Art. 5. de bonis fiſci Reg.

Kazim. Viſl. 1368 **Si quis tamē aliquē corā Capitan. vulnerauerit, ęque punitur, ac ſi hoc corā Rege faceret. LEX IIII.**

Hoc statutum ſupra lib. 1. cap. 1. art. 5. de ſecurita. uitæ, ac honorand. Rege etiam poſitum eſt.

Inſuper ſtatuimus, ſi quiſpiam coram nobis gladium uel cultellū extraxerit, & aliquem uulnerauerit, ſine gratia puniatur: Si uero extraxerit & non uulnerauerit, in gratia noſtra conſiſtat: Et idem ſi corā Capitaneo noſtro hoc factum fuerit decernimus obſeruandum. 39.

Capit. n. ſedi Regali præſidet Lex V. 3.

Alexander in ſuo Iuris proceſſu.

Capitaneus ſedi Regali in Officio Capitaneatus præſidet.

Nihilomin⁹ crimē læſæ Maieſtat. tantū in pſona Regia locū habet. Lex VI.

Quam Libro 1. Capitulo 1. Articulo 4. Lege 4. vide.

ARTICVLVS II.

Capitanei ſint poſſeſſionati, viſitent Capitaneatus, & in illis Officia exerceant ſub pœna, Rex de Capitan. Iuſticiam faciet, Iudex in præſentia Capitanei non redarguitur: Vicecapitan. quidam a bello liberi, Sed ſint cum Iudice Caſtreñ. poſſeſſionati, Attamen Iudex & Notar. Caſtreñ. ac Vicecapit. ex Notar. Terr. eſſe nequeunt.

Porro vt Dignitarij alij, ita Capita. ſint poſſeſſionati, & viſitēt loca ſuarū Iuriſdiction. in eiſq; officia ſua exerc. Lex I.

Alex. in Rad. 1505 Idem ſupra de Dignitatib. conferend. cap. 5. attamen poſteriora Statuta partim eandem, partim aliam pœnam irrogant Capitan. negligentibus ſua facere Offic. ut apparet, libro 1. capitulo 5. articulo 1.

Cum eſſent nonnulli per fauorem Officia præſertim Capitaneatuum Dignitatūq; aliarum in Terris ab eorum domicilio remotioribus aſſecuti, obtinenteſq; illa, propter ſuam abſentiā occaſiones pariūt ſcandalorum, in eorum Iuriſdictionibus cōmitti ſolitorū, nemine cohercente prauam adoleſcentū, & aliorū hominum licentiā: Quapropter ſtatuimus, quod in ſingulis Regni noſtri Terris & Diſtrictibus, Capitanei, Officiales, Dignitarijq; locorū ſint poſſeſſionati, auiſandi noſtris literis, ut ſatisfaciant Officijs ſuis: Quod ſi trina uice auiſati Officijs ſuis intendere nō curauerint, priuentur Officijs, & Dignitatibus, ſintque ipſo facto priuati: ideo admonendi ſunt, ut poſſeſſionati ſint, ut frequentius uiſitent loca in quibus Dignitates habent, & Officia. 119

Sigiſm. Cra. 1507. ſunt tamen & aliæ alibi pœnæ in Capit. iuxta delicti qualitatem ſancitæ.

De pœna Capit. negligentiū exequi, ea quæ ad eorū officiū pertinent. Lex II.

Vt Officiales & Dignitarij diligentius intendant exequutioni & Iudiciorum, & adminiſtrationū eis incumbentiū: innitendo prioribus conſtitutio- 3.

Conſtitutionibus, Decreuimus, ut quotiens Capitanei in exequendis ijs quę ad ipſorũ Officium pertinent negligẽtes reperti fuerint, ſi in obligatione bona Capitaneatuũ ſuorum teneant, puniantur pœna Centum Marcarũ de eorum ſumma eis defalcandarũ: Si autem in liberis bonis Capitanei extiterint, priuatione Officij Capitaneatus uolumus eſſe puniendos.

Rex Terras & quęlibet Diſtric. ingrediẽs Iuſticiã cũ Capit. faciet. Lex iij.

Kazim. in Nyeſſoua 1454.

93. Item pollicemur. Quod ſemper in aduentu noſtro in Terras quaſcũq; noſtras, in quolibet Diſtrictu, quem fœliciter ingreſsi fuerimus, omnibus petentibus Iuſticiam fieri cum Capitaneis noſtris, ipſam expedite faciemus.

Iudex in præſentia Regis Palatin. vel Capitanei vel in Terminis generalibus non redarguitur. LEX IIII.

Quam vide Lib. 1. Cap. 7. de Palat. & Lib. 4 Cap. 27. de Colloquiis Ar. 6.

Vicecapitanei locorum Iudicialium a bello ſint liberi. LEX V.

Sigiſm. Cra. 1538.

De Bellica expeditione Libro 6. Capitulo 1. Articulo 3. ponetur.

Burgrabij, & Iudices Capitaneorũ ſint etiam poſſeſsionati. LEX VI.

Sigiſm. Cra. 1507.

Cum nouæ & antiquæ Conſtitutiões decernant Dignitarios & Offi-
6. ciales Terrarum illic poſſeſsionatos eſſe debere, ubi Dignitates ipſas, & Officia obtinent: de Iudicibus tamen & Burgrabijs Capitaneorum nõ uidetur quitquã hactenus eſſe conſtitutũ. Quapropter decernimus quod Iudices & Burgrabij ſint poſſeſsionati in illis Terris in quibus a ſuis Capitaneis conſtituti Officia exercent.

Capitan. Vicecapit. & Iudices ſint poſſeſsionati, alioqui Nuncij Terreſt. inſtigabunt contra eos. LEX VII.

Sigiſm Crac. 1543. Idem libr. 1. cap. 15. art. 7. de Offic. Nunciorum Terreſ.

Capita. Vicecap. & Iudices Caſtreñ. ubiq; debẽt eſſe poſſeſsionati ſub pœna amiſsionis Officiorum Capitaneaiiũ: contra quos Capitaneos,

Vicecapita.

Vicecapitan. & Iudices, Similiter etiam Nuncij illius Terræ inſtigare debent, ac tenebuntur.

Iudex & Notar. Caſtren. & Vicecapit. ex Iudice uel Notar. Terreſt. ne ſint: Sed tamen ipſe Iudex Caſtren. & Vicecapit. ſint poſſeſsionati. LEX VIII.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Idem lib. 4. ca. 1. ar. 1.

Quia quodlibet Officium habet ſua negocia amplius non debēt tenere Iudices & Notarij Terreſtres, Caſtren. Iudicia, uel Notariatus, una cum Terreſtribus: Sed tamen Iudex Caſtreñ. & Vicecapita. poſſeſsionati eſſe debent.

ARTICVLVS III.

Etiam de Iudice & Notario Caſtrenſi.

Iudex Caſtr. elect⁹ corā Capit. aut Vicec. in primis Term. Caſt. iurēt. Lex I.

Iudices * Caſtreñ. ſint Iurati. & in primis Terminis Iuramentū præſtent ſub pœna priuationis Officij coram Capitaneis, ſeu Vicecapitaneis locorum.

De eodem. LEX II.

Sigiſm. Crac. 1532.

Iudices Caſtrenſes ſint Iurati iuxta tenorem Statuti ſuper eo conditi, & Officia illis incūbentia diligenter curent, & per ſemetipſos expleāt.

Porro Notar. Caſtren. poſſunt eſſe ex Spiritualibus quod Capitanei pro eorundem exceſsibus reſpondent. LEX III.

Sigiſm. Petr. 1538. Idem libr. 1. cap. 4. artic. 7. de Spiritual. in Republ. Offic.

Verūtamen Capitaneis licebit habere Notarios Spirituales, quādoquidem ipſi pro exceſsibus Notariorū reſpōdere tenebūtur et erūt aſtricti.

Sed Notarius Caſtren. ex Iudice vel Notar. Terre. eſſe nequit. LEX IIII.

Sigiſm. Petri. 1538. Idem libr. 1. cap. 4. artic. 7. de Spiritual. in Republica Offic.

Quam vide ſupra Articulo 2. Lege 8.

ARTICVLVS IIII.

Iudex Caſtrenſis conſideret ætatem, diſcretionem, & valetudinem, item fidem, & ſtatum perſonarum recognoſcentium: Recognitiones tamen Caſtreñ. tantum Anno durant: præterquā in quatuor Palatinatibus & Goſtynin.

Capit. & Iudi. caſtr. cōſiderēt ætatē, diſcretionē, & valetud. recognoſc. Lex I.

Notandum

44 Notandum, quod Iudicio præſidentes debent diligenter intendere & conſiderare perſonam recognoſcentē aliquam Inſcriptionem, ſi habeat debitam ætatem, aut diſcretionē bonam: quod ſi aliter, non ſuſcipiatur Inſcriptio: Etiā debent conſiderare ſi eſt ſanus corpore, tunc poteſt ſcribi ſanus mente & corpore: ſed ſi æger corpore exiſtat, compos tamē rationis: prout eſt in re ſcribatur, ita uidelicet æger & languēs corpore, tamen ſanus mente & compos rationis. Repetetur idem ſtatut. li. 2. cap. 7. de cō tractib. & lib. 3. de Iudice Terreſt.

Nam nulli Officiales, ſed tantū Rex ad ægrotos mittere, & recognitionē ab illis ſuſcipere poterit. Lex ij.

Quam vide Libro 4. Capitulo 3. de Iudicio Terreſtri.

Si Falſator, & Colluſor ſub alieno nomine falſo aliquid cuipiam recognoſcat, uel in fraudē partis cauſas procuret, pœna Inuaſiōis domeſticę puniaē. Lex iij. sigiſm. Petr. 1538.

Quam vide Libro 3. Capitul. 7. Articu. 3. de Inſcriptionibus in fraudem factis: eſt tamen mentio eiuſdem Libro 1. Capitul. eodem Articulo 10. de pœna Inuaſionis domeſticæ. Et Libro 4 Capitulo 3. Articulo 1. de Officio Iudicij in ſuſcipiendis recognitionibus, & Libro 4 Capitulo 5. de Procuratoribus.

Rex cum Palatin. ſtatuit pœnas in Ciuem & Plebeium, qui bona Iuris Terreſtris poſſidens, intra iuſtum ſpacium temporis ea non uenderet, & quod Iudices Terreſtres & Caſtreñ. non ſuſcipiant Inſcriptiones illis faciendas. Et ſi ſecus fecerint huiuſmodi Inſcriptiones erunt nullæ. Lex iiij. Alber. Petr. 1405.

105 106

Quam Libro 1. Capitulo 6. Arti 9. de Palat. & Libro 4 Cap. 1. de Iudicio Terreſtri: ſed Libro 3. Cap. 1. de Libertate Fundorum Nobiliū ponetur Art. 3.

Sed Inſcriptiōes Caſtr. euaneſcant, niſi infra annū ad Ter. Libr. trāſfer. Lex v. Albertus 1496.

97. In Libris & Iudicijs Caſtreñ. ſi quæ inſcribentur Inſcriptiones, aut ex cauſa, aut neceſsitate hominum: illę ad Librum Terreſtrem transferātur ante Anni decurſum unius, quo decurſo nullius roboris cenſeantur eſſe, in Libro Caſtreñ. ſine tranſlatione relictæ.

De qua quidē præſcriptiōe Actor. Caſtren. iterū Rex Albe. ſtatuit. Lex vi. Albertus 1496.

109 De Caſtreñ. uero Librorum præſcriptione meminimus ſatis ſupra

 dictum circa

dictum circa Tribunalia Capitaneorũ loca, ſic ut ibidem ſpecialiter colligitur, quam diu Inſcriptiones in eis contentę ſint ualituræ.

De eodem Rex Sigiſmũd. innitendo Statuto Alberti. Lex vij.

Sigiſm. Crac. 1507.

Inprimis Statutum Iohannis Alberti quod hactenus non fuit in exe- 1.
quutione poſitum de Inſcriptiõibus in Librũ Caſtreñ. inductis, ut infra unius Anni decurſum ad Librum Terreſtrẽ transferantur. Alioquin nullius roboris eſſe cenſeantur, approbamus & in futurũ ab omnibus obſeruandũ decernimus: uolentes ut ſi quæ deinceps Inſcriptiones ſeu Reſignationes corã Capitaneo factę fuerint, niſi infra unũ Annum in Librũ Terreſtrẽ transferãtur, ſint nullius roboris & momẽti.

Pœna tamen trium Marcar. irrogatur Inſcriptionẽ Caſtren. ad tempus præfixum non transferenti. Lex viij.

In conſuetud. Terr. Cracouien. sed tantum carũ Inſcriptionum fieri debet transportat. quæ ſunt mere Terreſtris iudicij.

Item cum aliquis inſcribit alicui in Iudicio Caſtreñ. Inſcriptionem, et
promiſerit ſeu obligauerit ſe eam Inſcriptionẽ inducere in Librũ Ter- 120
reſtrem, aut Regalem, & nõ compleuerit ad tempus, prout ſe inſcripſit: Succumbens pœnam Iudicio trium Marcarũ, & totidem parti, iſtud facere teneatur ſub uadio, ſeu ſub pœnis in obligatiõe contentis, quod in Iudicio Caſtrenſi ſe facturum inſcripſit.

Sed reſignatiões ac Inſcriptiones quæ corã Capit. Maior. Pol. in Palat. Poſna. & Caliſsi. fiunt, perpetuæ ſunt. Lex ix.

Sigiſm. Crac. 1510.

Decernimus ad petitiones Nunciorũ Maioris Poloniæ, ut Reſignati-
ones, & Inſcriptiones, Reformationesq; corã Capitaneo Maioris Po- 11.
loniæ generali more antiquo fiant in Palatinatibus Poſnanieñ. & Caliſsieñ. duntaxat.

Etiam Inſcriptiões coram Officio Caſtri Sirad. & Lãc. factæ ſint ppet. Lex x.

Sigiſm. Crac. 1519.

Inſcriptiones & Reſignatiões bonorum in Terra Siradieñ. & Lanci-
cieñ. coram Iudicio & Officio Caſtr. factæ, ſint firmæ, & ualidæ, ac 28.
robur perpetuæ firmitatis obtineant, ſine quauis introductione in Librum Terreſtrem, quemadmodũ in Capitaneatu Maioris Poloniæ obſeruatur.

In Terra quo-

In Terra quoqꝫ Goſtin. tam Libri Caſtren. quã Terreſt. ꝑpetui ſunt. Lex xi.

Sigiſm. Crac. 1540.

In Terra Goſtineñ. rationabili quadã perſuaſione adducti de conſilio Senatorum & Nunciorũ Regni aſſenſu Conſtituimus & decreuimus ut non ſecus Caſtreñ. quam Terreſtres Libri & Inſcriptiones in illis factæ ſint autenticæ, & robur habeant perpetuæ firmitatis, quemadmodum id antiquitus fuit obſeruatum.

ARTICVLVS V.

Acta Caſtreñ. antiqua vbi ſeruentur vacante Capitaneatu: Relationes illis inſcribantur: & quid generaliter Capitanei Iudicent.

Libri Caſtr. in Prætor. ſub clauib9 Pal. Iudic. Ter. & Capit. ſeruãdi ſunt. Lex i.

Eiuſdem fuit mentio ſupra inter Officia Palat. cap. 6 artic. 6. & lib. 4. cap. 3. art. 3. de ſeruandis Libris Terreſtribus & Caſtren. fiet.

Verum quia in nonnullis Capitaneorũ noſtrorum locis, & pręſertim
109 Capitaneatu Maioris Poloniæ conſueuerũt inferri Libris Caſtreñ. Inſcriptiones indifferenter uniuerſæ. Hi quoqꝫ Libri per ſucceſſores Capitaneorũ in priuata loca deferri, quibus ſubditi noſtri Inſcriptiones & Literas non niſi cum difficultatibus, & nonnunquã grandi precio coguntur extrahere: nõnunquã uero propter nimiam depactationẽ nõn obtinere: quod fit contra omnem Iuris, iuſticiæ, & æquitatis communis rationem Quapropter ſtatuimus perpetuo obſeruandũ, ut in omnibus Terris Regni noſtri uacationibus Capitaneatuũ generaliũ & Particulariũ per ceſſum aut deceſſum cõtingentibus, Libri Caſtreñ. eorundem cędentiũ & decędentiũ Capitaneorum de locis Capitaneatuum uacantiũ quoquam minime deferantur, ſed ſub teſtimonio reponantur in Prætorijs in Ciſtis ad hoc ſpecialiter deputandis, quę clauibus Palatini & Iudicis Terræ illius in qua Capitaneatus conſiſtit, & Capitanei pro tempore exiſtentis claudi & aperiri debeant.

Rex antiquos Libr. Caſtrẽ. cõquiret & in Prætorijs reponet ſub clauibus Palatin. Iudic. & Capitan. Lex ij.

Alber. Petr. 1496. Etiam huius fit mentio inter Officia Pal. lib. 1 cap. 6. art. 6. & lib. 4. cap. 3. art 3. de ſeruandis Libr. Terreſtr. & Caſtren.

Quoniam autẽ ad hanc ipſam Conſtitutionẽ mouebamur iacturis et
109 iniurijs ſubditis noſtris ob carentiã Librorum eorundẽ Annis ſuperioribus contingentibus. Idcirco licet omnis Conſtitutio cõmuniter ad futura referatur, tamen quia Libri Capitaneorũ præteritorũ contineñt, ut uериſimile eſt, non priuatam ſucceſſorum Capitaneorũ illorum pręteritorum,

teritorum, ſed cõmunem neceſsitatẽ: Idcirco promittimus, uolumus, & debemus omnes & ſingulos Libros etiã uetuſtiores, quoſcũꝗ, ubicũque, apud quoſlibet ſubditos noſtros Spirituales, & Seculares, cuiuſcũque ſtatus & cõditionis exiſtentes, intellexerimus eſſe, auctoritate Regia noſtra rehabere, mandareꝗ, & efficere eoſdem præteritorũ Capitaneorum tam cedentiũ & decedentiũ, quam aliorũ uiuentium reponi in Ciſta uel Ciſtis ſpecialibus, quę cum eiſdẽ Libris in Prætorijs Ciuitatum obſeruabuntur fideliter, ſub tribus clauibus prædictis, uidelicet Palatini, & Iudicis Terræ illius, ac Capitanei pro tempore exiſtentis. Quæ tandẽ Ciſtæ & Libri aperiantur in Terminis Iudiciorũ Terreſtrium & literæ ex eiſdem ſub titulo & Sigillo eiuſdem pro tempore

Capitanei ſalaria a Literis prædeceſſorũ Capitaneorũ exigant conſueta, nõ oneran tia cõmunẽ populũ. Statuta Alberti Regis ſcribuntur & referuntur ad futura.

exiſtentis Capitanei quibuſlibet petentibus extradantur. * Pro quibus præteritorũ Capitaneorũ literis ipſi pro tempore exiſtentes non aliter ſalaria preſumant exigere, quã exigi conſueuerunt pro Actibus coram eis geſtis, atꝗ ſcriptis. * Id autem, & quicquid præſentibus, & alijs his inſertis, & non inſertis Regni Statutis, ſancitum eſt, ad futuros uolumus euentus referri.

Libri Capitan. Maioris Polon. ſiue cũ moriuntur, ſiue immutãtur Capitanei Generales, in Prætorio Ciuitatis Poſnanieñ. ponantur ſub pœna Centum Marcarum. Lex iij.

Sigiſm. Crac. 1510.

Errores uetuſtos abolere uolentes, & Statuta ob id condita approbãtes, decernimus, ut Capitanei Maioris Poloniæ Generales, ſiue poſt 11.
mortem ſiue per immutationẽ, Libros Actorum Officij ſui, ſuos, & quoſcumꝗ alios prædeceſſorũ ſuorum, iuxta Conſtitutionẽ uetuſtã in Prætorio Poſnanieñ in conclaui reponãt & reſtituant: & Mandamus ſub pœna Centum Marcarũ, ut omnes quicũꝗ Libros quorũcumꝗ Capitaneorũ, eorum qui Capitaneatũ Maioris Poloniæ quondam adminiſtrarunt, infra hinc ad feſtum S. Iohannis Baptiſtæ proxime futurum reſtituant, & in Prætorio reponant, ut præmiſſum eſt, Capitaneus autẽ modernus ſit obligatus facere diligentiã in exquirẽdis Libris huiuſmodi. Quos quidem ſi qui reſtituere noluerint, totiẽs quotiens moniti fuerint, pœnam Centũ Marcar. fiſco noſtro applicãdam ſoluere irremiſsibiliter teneantur: Si uero quis eiuſmodi Libros ſe non habere contenderit iureiurando id probare tenebitur, quod eos non habeat neque de eis ſcit.

In conſuetud. Terr. Cra. 1505. Hoc Statut. repet. lib. 4. cap. 12. art. 1. de Miniſterialib. & eorum Recognitionibus.

Etiã teſtimonia Miniſterialiũ Libris Actor. Caſtren. inſcribantur. Lex iiij.

Si alicui neceſſe fuerit Miniſterialẽ producere ex alia Terra in aliam 123
Terram, &

Terram, & non poterit Miniſterialem educere, tunc illũ debet ducere ad Iudicium Caſtreñ. illius Diſtrictus ubi eſt Miniſterialis, ibiq; idẽ Miniſterialis facere debet Recognitionẽ, & ille cui debet Recognitio eſſe, Literas accipiat a Iudicio illo, ubi fit Recognitio, ad aliud Iudiciũ ad quod ducendus erat Miniſterialis: Quæ Literę ſint ſub Sigillo Iudicij illius uel Capitanei, ubi recognouit, & tandẽ talibus Literis credendũ erit, uti Miniſterialis perſonaliter ſtetiſſet, & recognouiſſet.

Egens teſtimonio Miniſterialis alterius Diſtrictus, ducat Miniſterialem ad Iudiciũ Caſtren. cuius eſt Miniſterialis, & quitquid recognouerit, remittatur ſub Sigillo ad aliũ Diſtrictum et adhibebitur fides.

Capitanei Iudicant

1. Quatuor, aliosque omnes Articulos in Statuto Sigillatim infra expreſſos, & collectos.
2. Querelas.
3. Facionatos Terminos, de quibus Libro 3. Capitulo 11. Articulo 5. videatur.
4. Cortiſanos de quibus Libro 1. Capitul. 4. Artic. 1. & 2. Item Spiritual. in quibuſdam cauſis Capitul. eodem.
5. Stipendiatos Milites de quibus Lib. 6 Cap. 3. Artic. 7. & Lib. 1. Ca. 4. Art. 8. & 9. de Spirit. Iudicio ac bonis.
6. Ciues, de quibus Libro 1. Capitulo 16.
7. Iudicata exequuntur, de quo infra Capitulo eodem Articulo 27. 28. 29. 30.

Vtuntur vero ordinaria poteſtate, & fere circa Iudicii ſtrepitum: in Tuendis bonis Regalibus. Violatores, Monialiũ bona, Colonos, Vagos, Profugos, Mendicos, Maleficos, Bannitos, Fures, Latrones, & Incendiarios, & alios. Qua tamen Lege, & præſcripto vnũ quodque pręmiſſorum faciant, infra Sigillatim patebit.

ARTICVLVS VI.

De quatuor Articulis a Capitaneo Iudicañ.

Quatuor Articulos Capitaneus ſeu eius Iudex Iudicabit. Lex 1.

Relatum eſt nobis, Quod Capitanei noſtrarum Terrarũ cõmuniter Cauſas quaſcũq; quæ minime ad eos dinoſcuntur pertinere Iudicãt, ſententiant, & diſcernunt: Volentes igitur imponere eis modũ Iudicandi, Decernimus, Quod Capitanei Terrarum noſtrarũ, non debeãt alias Cauſas præter infraſcriptos Articulos Iudicare: ſcilicet pro Violentia Fœminarũ, Pro Deprædatione ſtratæ publicæ, Pro Incendio, & Immiſsione ignis, pro uiolenta inuaſione Domicilij alicuius: aliarum autẽ Cauſarum minime Iudicandi habeant facultatem. *Iagel. Crac. 1423.*

45.

De eodem, quod quatuor Articulos Capiteneus Iudicat. Lex ij.

93. Item Statuimus quod Capitanei noſtri nõ Iudicent indiſtincte, pręterquã quatuor Articulos: pro Concuſsione uiæ Regiæ, ubi Mercatoribus violentia *Kazimirus in Nyeſzoua. 1454.*

ribus uiolentia infertur: pro Incendio: pro Inuaſione domus uiolenta manu: & Oppreſsione Fœminarum.

De eiſdẽ quatuor Articulis iuxta Statutũ Nyeſſou. Iudicandis. Lex iij.

Alber. Petr. 1496. Item ad tollendos nonnullorũ Capitaneorum abuſus * decreuimus ut ipſi Capitanei * Iudicent Articulos quatuor duntaxat, in Priuilegio præinſerto deſcriptos. 97.

Alioquin nullitas ſit Iudicij Capita. ſi qd ultra 4. Artic. Iudicauerit. Lex iiij.

Alber. Petr. 1496. Et nihilominus ſi quid ultra Articulos quatuor Iudicarent * id irritum & inane eſſe uolumus & decernimus. 97.

In Cauſis a Iudicio Capi. alienis impune nõ paret᷑ vel Term. progat᷑. Lex v.

Sigiſm. Crac. 1532. Attamen plures iam Artic. Iudicio Capitaneali ſunt ſubiecti ut infra patebit.

Volumus & Statuimus ut Capitanei preter Articulos in Statuto expreſſos nullas alias Cauſas Iudicent. Quod ſi etiam quis uel non cõparuerit, uel ex ignorantia Iuriſdictionis Capitanei prorogauerit. Et ſi quid in contrarium fecerint eorum Iudiciũ nullitatis uicio caſſetur.

ARTICVLVS VII.

Primo omnium Capitaneus de Violationibus Mulierum Iudicat.

Capitan. ergo de violationibus Virginũ, & Oppreſsione Viduarum, & Maritarum Iudicet. Lex 1.

Kazim. Viſl. 1368. Huius fiet mentio lib. 3. cap. 6. arti. 2. & 3. de Raptu Mulierum pro qua non Capit. ſed Rex iudicat.

Virgines & Mulieres opprimentiũ uita in gratia Princ. pis erit, ſed Mulier aut Virgo iſtud calumnioſe aſſerens puniatur.

Quicumq; itaq; Virgini, ſeu Viduæ, uel Coniugatæ, in Campo, Sylua, Domo, aut ubicũq; opprimendo uiolentiã fecerit, & Virgo ſeu Mulier euadens uiolentiã oppreſſoris, ſi infra triduũ ad Villam uiciniorẽ ueniens, ſeu in Villa exiſtens ad Villanos clamauerit, plorando, uel lachrymando, narrandoq; ſibi uiolentiã eſſe illatam, & ſigna oppreſsiõis in ea apparuerint manifeſta, et ſubſequenter iurauerit, in gratia noſtra amicorumq; eius idem oppreſſor exiſtat. Et hoc ſi de eius clamore dicti Villani fuerint proteſtati: Si uero Virgo de oppreſsione aliquẽ accuſauerit calumnioſe, & in ea ſigna nõ apparuerint oppreſsionis, Extũc ſi is quem accuſauit cum ſex ſuæ conditiõis hominibus ſe expurgabit, ipſa calumniatrix, cuiuſcũq; ſtatus & cõditionis exiſtat, pœna debita caſtigetur. 34.

Hoc Statu-

Hoc Statutum non obſtat illi quod Libro 3. Capitulo 4. Articulo 5. ponitur, Titulo. Quodſi Virgines nubiles Tutor neglexerit maritare. &c. quamquam ad iſtud reſpicere videatur. vt ex illo ipſo Statuto apparet.

kmetones alibi ſe de Villa transferāt, ſi Domin⁹ vxorē aut fili. vni⁹ oppri. L. ij

Infra Lib 1. Cap. 17. Artic. 5. de Kmetonib. duo Statuta de eo ſimilia videātur.

ARTICVLVS VIII.

Item Capitaneus Iudicat pro deprædatione Stratæ publicæ (vt Vuladi. Iagel. paulo ſupra ſcribit) vel alias pro concuſsione viæ Regiæ vbi Mercatoribus violentia infertur (vt Kazimirus in Nyeſſoua itidem paulo ſupra Articulo 6. conſtituit).

Nam & Iudices & Burgrabij itineran. defendunt. Lex i. Sigiſm. Crac. 1507.

6. * Decreuimus * quod Iudices & Burgrabij ipſos Terrigenas, & ſubditos noſtros, itinerumq; ac itinerantium ſecuritatem, iuxta Iuris formam a uiolentijs iniuriantium defendant. Similis quoq; Lex extat in Iuramento Capitan. artic. 1. lege 2.

Quæ itaq; pœna eſt ſpolii, aut furti in Strata publica commiſsi. Lex ij. Kazim. Viſl. 1368.

Quam vide inter alia Statuta Libro 3. Capitulo 12. Articulo 1. & 2. de Violentiis & Furtis ordine congeſta.

Palatini cū Caſtellanis reſcire debent de autore homicidii, an nō in defenſione ſui, vel in via ſit cōmiſſum. Lex iii. Sigiſm. Crac. 1543.

Quæ videatur Libr. 1. Capitul. 15. Artic. 6. de Homicidiis Nobilium.

Quia deprædatores quoq; hominum in liberis uijs debent ex Eccleſijs & Cœnobijs Monaſteriorum accipi. Lex iiij.

Quam vide Libro 1. Capitulo 4. Articulo 8 de Cauſis Iudicii Spiritualis.

ARTICVLVS IX.

Capitaneus pro Incendio Iudicat.

Pœna Septuaginta, hoc eſt, xiiij. Marcar. pro Incendio eſt decernēda. Lex i. Decernenda eſt pœna ſeptuaginta pro Incendio.

15. Vt itaq; certa menſura & regula de pœna quę conſueuit noſtro fiſco, ſiue noſtræ

ſiue noſtrę Cameræ applicari, quæ Syedmdzyeſyath dicitur habeatur. Statuimus, quod in quatuor Caſibus (alias in Statuto) infraſcriptis & non in pluribus noſtræ Cameræ applicetur. Primus Caſus eſt pro Incendio, ut dum aliquis de Incendio accuſatus iuxta formam Iuris legitime ſe non poterit expurgare.

Fit eiuſdem mẽtio ſupra lib. 1. cap. 4. ar. 5 de libertat. Eccleſia. & fiet adhuc libr. 1 cap. 16. de Ciuib. & lib. 1 cap. 17. artĩ 9. de Kmetonũ delic. & poſtea lib. 3. cap. 11. art. 7. de Incendiar.

Incendiarij & Exuſtores Iure Poloni. nõ Ciuili etiã ſi ad illud profugierint ſunt Iudicandi: & ſi ad Eccleſiam effugiant, patrocinium nullum ſentiant. Lex ij.

Ex Lege Imperiali clara luce nobis conſtat: Quod Incẽdiarij & Exuſtores domorũ, horreorum, aut quorũ uis bonorum uoluntarij, morte crudeli & turpiſsima puniantur. Quibus etiã inuentis, ſi ad Eccleſiam effugiant, patrociniũ ex hoc nullum debeant obtinere, propter criminis damnati ſeuiciem: Conſueuerũt enim hactenus huiuſmodi malefactores, ut manus Iudicum iuſticiã exequi uolentiũ effugiant, ut plurimum, in Ciuitatibus uel Villis Theuthonicalibus permanere, ut actionem contra illos propoſitã elidant per Iuris Theuthonici defenſionẽ. Et ſic ſepius talium malefactorũ crimina remanent impunita: Proinde nos de noſtrorũ Baronum & Procerũ conſilio, Statuimus quod accuſati de crimine Incendij ſiue Exuſtionis etiã inuenti in Ciuitatibus aut Villis Theutonicalibus, extra forum ipſorũ trahantur, & in Iure Polonico corã Iudice competenti tenebuntur reſpondere, ac ſententiari, ſeu puniri pœna digna iuxta cõmiſsi criminis commeritum. 23.

Cum Ius Pol. Terreſtre, a Domino de Kmetone ex decreto Iudicij dicitur, locatur ex Nobilibus Iudex, Subiudex, ac Notarius, coram quibus proceditur a partibus more iudicij. Vſu autem obſeruatur, quod Incendij accuſatus 18. nominatis, 7. autem iuratis teſtibus ſeſe expurgat de obiecto crimine.

De Aruipirio & Incẽdio Syluar. Lex iij

Frequenter euenire ſolet. Quod Nobiles ſeu Plebei Borram, Syluam, aut Gayum dictum zapuſtha cuiuſcũq;, ex induſtria intrantes, aut caſu Caumathæ alias pozarem ſuccendũt Si de hoc per Dñm Villæ fuerint inculpati, Tales non alio Iure niſi Iure Polonico ſicut Incendiarij debent Iudicari. Et licet honori ipſorũ per hoc minime derogetur, nihilominus tamen conuicti, ſi fuerit Kmetho & non habet unde ſoluat, redimat ſaltem uitam decem Marcis, ſicut pro Capite Plebei dari eſt conſuetum. 47.

Incendiarij Borræ, ſyluarum, & Gayorum, quamuis infames non efficiũtur tamẽ Iure Polonico cõuicti uitam redimant

Nullus Terrigena poſſeſsionatus pro aliquo exceſſu, niſi Iure conuictus captiuandus eſt, excepto in Incendio comprehenſus. Lex iiij.

Iagel. Crac. 1423.

Quam vide Libro 1. Capitulo 15. de Nobilium perſonis Articulo 3. Attamen fiet eiuſdem mentio Libro 3. Capitulo 11. Articulo 2. de Incendiariis.

Quia Incen-

sigiſm. Crac. 1543.

Quia Incendiarij etiam ex Eccleſijs & Monaſterijs accipiẽdi ſunt. Lex v.

Quam vide Libro 1. Capitulo 4. Artic. 11. de Abbatibus, & Monaſteriis.

ARTICVLVS X.

Pro Inuaſione Domus Capitaneus Iudicat.

Qui inuadit Domum alterius manu violenta, & vulneratur, & alios vulnerat in Domo. Lex 1.

Kazimirus Viſlicia.

17. Petrus depoſuit contra Iohannem, quod ſibi quatuor inflixiſſet uulnera, Iohannes uero fatetur, hoc ſe feciſſe ex eo, quia manu armata Domum ipſius inuaſiſſet, & in eadem inuaſione matrẽ, aut ſororem, uel uxorem, ſeu filiam ſibi uulneraſſet. Quod uulnus refert per Miniſterialem conſpectũ uel uiſum fuiſſe, obtulitq; ſe probaturũ: Tamen Miniſterialis interrogatus per Iudicem negauit ſe prædictũ uulnus uidiſſe, uel conſpexiſſe, & quia poſt negationẽ ipſius Miniſterialis, idem Iohãnes mox prædictum uulnus matri ſuę illatum per alios idoneos teſtes, qui dictum uulnus uiderunt, & conſpexerũt, ſe offerebat probaturũ: Nos in tali & ſimili caſu decernimus, eundem Iohannem ad producẽdum teſtes de calumnia fore admittendum.

Accuſans aliquẽ pro uulnere, ſi accuſatus fatetur ſe feciſſe circa Domus Inuaſionẽ, in qua accuſans nonnullos in Domo uulnerat: ſi Miniſterialis non fatebitur uiſa uulnera uulneratorũ in Domo, accuſato teſtes ad probandum Iure dantur.

De Domus violatione, & in ea violẽta vulneratione, ac Homicidio, & violatoris Complicibus. Lex ij.

Alber. Petr. 1496.

ſi uero Nobilis facit uiolentiam in Ciuitate uide infra libr. 1. cap. 15. de Nobilib.

106 Item cum frequentius uiolatores Domorũ ſuas defenſiones Iudiciarias deponerent in multitudine cautelarũ, per quas nonnũquã Rei abſoluebantur ab Inſtantijs Actorũ: unde Statuimus, Quod ſi quis intrans Domum alicuius manu uiolenta hoſpitem, aut uxorem, uel filiũ aut familiarẽ ipſius interfecerit: aut etiã enormiter uulnerauerit: talis ſi citatus fuerit ad Iudicium Gaſtreñ. non aliter conuinci debeat niſi teſtibus decemocto nominatis: e quibus electis ſex Nobilibus, bonæ famæ, & poſſeſsionatis illius Diſtrictus, aut Palatinatus, ubi tale crimen fuerit patratum: Actor cum eiſdẽ præſtito Iuramento Actionem obtinebit: & Reus uti uiolator ſecuritatis domeſticę uita priuabitur * Cõplices uero antiquam retineant Conſtitutiõis Iuriſdictionẽ, animaduerſionemq;. Ne tamen quiſpiã perſonam iuſtam & innocentẽ pro tali, aut alio crimine calumnioſe culparet, Exindeq; culpatus deputetur

Violator libertatis, et quietis domeſticæ uita priuandus: ſi ſex teſtium & Actoris Iuramento fuerit conuictus.

Complices uiolatiõis domeſticæ antiquo Iure uincendi.

Calumnioſe pro uiolatione domeſtica citans, infamis & cauteriſandus pronunciandus eſt.

turri recludendus in tali caſu nos & ſucceſſores noſtri (priuſquã Iuramentum præſtabitur ab Actore) & citatũ ad deputandum in turrim feſtinauerimus, Scrutabimur & ſcrutabuntur: ſcirecꝫ debebimus & debebunt ueram poſitionẽ rei, culpę, & calumniatoris: quo in calumnia comperto, Nos ut talem ex debito auctoritatis noſtræ infamem pronunciabimus: & inſuper in facie cauteriſari mandabimus. * Sed ſi uiolator ipſe patrato crimine de Regno fugierit, ipſo facto infamis pronuncietur, & habeatur: in Collo ſi eius copia eſſet puniendus.

Violator domeſticæ libertatis extra Regnum fugiens infamis eſt, & occidẽdus

Quod ſcrutiniũ præmittatur Iuramento, & Statutũ Mazouię, & ratio ipſa indicat: finis enim omnis Litis eſt Iuramentũ. Itacꝫ Statutũ Conradi Ducis tale eſt. Capitaneus debet dare ex Officio & mittere Pręconẽ cum duobus Nobilibus ad videndũ damnũ, et violentiã domeſticã: & ad inquirendũ ſi culpatus, vel culpati laborant publica infamia de accuſato & patrato ſcelere: eo pręmiſſo facto & examinato, denũcians & accuſans & damnũ paſſus citato Inuaſore ad Iudiciũ Capit. cũ teſtibus integris honeſtis, & bonę famæ Iurare debebit, quod talis inculpatus fecit hãc violentiã domui ſuæ, & damnũ intulit, & talis taliter cõuictus perdit. &c.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Scrutinium Regi reſeruatur, Scrutatores autem Iurati ſint. Lex iij.

Scrutinia Statuto Regis Iohannis Alberti perſonæ tantũ Regiæ ſunt credita: circa quę ita nos cõſeruabimus, ſicut Statnto deſcribitur: Scrutatores autẽ Iurati eſſe debent, ſub quo Iuramento ſcrutari debent diligenter ab hominibus Iuramento obligatis, ueritatẽ rei ſeu facti.

Iohan. Albertus Petric. 1496. Huius et duorũ ſequent. statutorũ fiet mentio lib. 1 capi. 18. de Seruis.

Si vero quis culpatur, quod familiaris ſuus Domum violauerit. Lex iiij. 107

Cum uero aliquis homo cuiuſcumcꝫ ſtatus exiſtens culpatus fuerit, Quod ipſius familiaris uiolentiam domeſticã fecerit, ut ſcilicet deſcriptum eſt, hoſpitem uxorem, filios, aut familiarẽ eius inuadens manu uiolenta in Domo eadem interfecerit: in eo caſu illum uiolatorẽ apud ſuum Dñm per Nobiles & Miniſterialẽ arreſtari decernimus: cum quo taliter culpato Dominus ſuus Ius miniſtrare tenebitur, & ſi perſonaliter requiſitus Ius miniſtrare denegauerit: extunc pro eo reſpondebit Dominus ſecundum Iuris ordinem.

ſeruitor cuiuſpiam uiolans Domũ, arreſtandus apud Dominũ decernitur: & Dominus Iuſticiam miniſtrabit de eo, uel pro eo ſolus ipſe reſpondeat.

Iohan. Albertus Petricouiæ 1496.

Si ſeruitor violator Domus fugierit, quid cũ Domino eſt faciendũ. Lex v.

107 Talis autem familiaris ſi aufugerit per Nobileſcꝫ arreſtatus non fuerit, Dominus ſuus pro ipſo citatus non aliter ſe innoxiũ de crimine tali expurgabit, niſi Iuramento per eum cum duobus teſtibus ſimul preſtito, quod ui-

Dominus ſeruitoris poſt uiolationẽ commiſſam Domus fugientis, cum teſtisbus duobus tertius Iuramẽto ſe purgabit, de nõ præſtita occiſione.

ſtito, quod uidelicet nec ſuo ſcitu, nec conſenſu, neq; mandato, aut uolũtate crimẽ id eſt cõmiſſum: neq; dedit aufugiẽdi occaſionẽ ſeruitori.

Quomodo contra ſeruos poſſeſsionatos uel impoſſeſsionatos Inuaſiõis domeſticæ, Necis, aut uulnerum, aliorumue Criminum Reos ſit procedendum. Lex vi.

Crebro iam experti Conſtitutionẽ ſeu Decretum quod Oſtrogi nomine inſcribitur ſubditorũ noſtrorũ ratiões grauare: ne deinceps querelis & offenſionibus mutuis aliqua ſubſit occaſio: & ut per æque diuiti ac pauperi iuſticia miniſtretur, Statuimus, ut ſi quiſpiã aliquẽ Dominorum uel Nobiliũ ſubditorum noſtrorũ citauerit, quod ſcitu, mãdato, & uoluntate ſua, quidpiam per ſeruos, miniſtroſq; eius ad iniuriam ſibi factum fuerit, Dominus ſeu Nobilis Iuſticiã cum eiuſmodi ſeruis ſuis miniſtrare tenebitur: cum apud eum fuerint arreſtati per Miniſterialem & Nobiles. In defectu uero Iuſticiæ is ipſe Nobilis ſeu Dominus citatus pro his duntaxat reſpondere, & ſe purgare debebit. Quæ attinent uiolentiã Domus & perſonæ Inuaſionẽ, uel Nobilis alicuius necem, ſeu uulnerationem, iuxta tenorem Statuti per Regem Albertum ſuper hac re conditi.

Sigiſm. Crac. 1532. Facien. eſt eius mentio libr. 1. capi. 15. de Vulneri. Nobili. Sed uſque libr 1. cap. 18. de ſeruis repetetur.

Palatini cum Caſtel. ac Dignitarÿs reſcire debẽt de autore homicidÿ, ſimulque rationem & modum eiuſdem, nempe, an non in defenſione ſui, in uia, in hoſpicio, uel circa Inuaſionẽ domeſticã commiſſum ſit. Et ſi ſolus Dñs fuit circa eandem Inuaſionẽ. Lex vij.

Sigiſm. Crac. 1543.

Quam vide Lib. 1. Capitul. 15. Articul. 6 de Homicidÿs Nobilium.

Si quis uero falſator & colluſor ſub alieno nomine falſas Recognitiones fecerit aut procurauerit pœna Inuaſionis domeſticæ puniatur. Lex viij.

Sigiſm. Petr. 1538.

Quam inter Formas Contractuum Libro 3. Capitulo 7. Articulo 3. vide: Pretereaque Lib. 4 Capitul. 5. Articul. 3. de Procuratoribus eiuſdẽ fit mentio.

46. De Inuaſione Nobilium in Domo aliena Statutũ Ducatus Mazou. tale eſt.

1536.

Quicumque Nobilis aliquem aliũ Nobilem violenter inuaſerit in Domo Kmetonis, ſeu in aliquo alio hoſpicio, in Ciuitate, aut Villa, eo perſonaliter tunc exiſtente: & ibidem eum percuſſerit, aut occiderit, Inuaſor talis debet Iudicari tanquam pro Inuaſione Domus propriæ, iuxta Statutum Ducis Conradi. Si vero talis Inuaſio fuerit in Domibus Nobilium perſonarũ, extunc Actio pro huiuſmodi Inuaſione competit illi cuius eſt Domus: Ille autem qui per dictum Inuaſorẽ percuſſus eſt, pro vulneribus ſuis, aut amicis eius pro capite ſuo Actio cõcernit, iuxta Statut. Duc. Conradi.

Hoc ſtatutum paulo ſupra Statuto Regis Alberti Artic. eodẽ Leg: 2, eſt adſcriptũ.

ARTICVLVS XI.

Farrago aliorum Articulorum Capitaneali Iudicio poſterius ſubiectorum.

Kazimir. Tertius in Opatouyecz.

Qui infert Spiritu. damnū, corā Rege, vel Capit. cui ſubeſt, cōueniat. Lex I. 68.

Quam vide ſupra Capitulo 4. Articulo 8. & 9.

Sigiſm. Cra. 1543.

Iudicium item Caſtren. decernit pœnam xxviij. Marcarum pecun. in eos, qui euocant Sæculares, pro re mere Seculari ad forum Spirituale. Lex ij. 24.

Quam vide Libro 4. Capitulo 6. Articulo I. de Euocationibus.

Quod autem hæc pœna 28. Marca. poſteriore Statuto, Anni videlicet 1543. ſit ad pœnam 14. Marcar. coarctata in foro Spirituali definienda: vide ſupra Cap. 4. Ar. 8. de Cauſis Spirit. fori.

De Impoſſeſs. & eorū foro multiplici.

Circa exēptionem bonorum Regaliū

Impoſſeſsionatis etiam uades pro ſe ſtatuentibus pecuniæ ne arreſtentur. Lex iij.

Quam vide Lib. 2. Cap. I. Artic. 4. de exemeñ. bonis Regalibus.

Impoſ. etiā poſſunt eſſe Procur. L. iiij.

Quam vide Libro 4. Capitulo 5. de Procuratoribus Articulo 4.

De Impoſſeſsionatis Homicidis de Regno profugis. Lex v.

Quam vide Libro I. Capitulo 15. de Nobilitate Articulo 6.

Iagello. Idem infra de Nobilit. inculpata cap. 15. repetetur.

Nobiles qui Ciuitates incolunt increpati a kmeton. expurgent ſe. Lex VI. 45.

Nobiles qui in Ciuitatibus reſideñ. Ceruiſiam propinant, aut forte alij uagi in Terra nihil habentes, ſi forte etiam per Kmetones increpātur tales teneantur ſe expurgare. &c.

Ex conſuetud. Terræ Cracouien.

Sed mere Impoſſeſsi. & qui nō ſubſunt Iuriſdictioni Ciuili, vel alicui alteri, Capitaneus etiam Iudicat. Lex vij. 122

Si Impoſſeſ-

Si Impoſſeſsionatus ſeu Odardus alias Golotha cuipiam reus eſſet in aliquo, reſpondebit cuilibet in Iudicio Caſtreñ. pro re qualibet. Item ſi aliquis culpabilem in aliqua ſua re Impoſſeſsionatũ hominem arreſtiuerit apud poſſeſsionatũ, quam arreſtationẽ facere debet cum Miniſteriali ueniens: tunc ille poſſeſsionatus citatus tenetur in una ſeptimana illum Impoſſeſsionatũ coram Capitaneo ſtatuere. Qui Impoſſeſsionatus ſtatutus coram Capitaneo fideiuſſores pro ſe daturus, ſeu ſeſſurus eſt: quia parebit Iuri. Etſi idem poſſeſsionatus illum Impoſſeſsionatum non ſtatuet, tunc ſolus ipſe poſſeſsionatus reſpondebit Actori pro re, pro qua Impoſſeſsionatus eſt culpatus.

Perſona uaga generaliter reſpõdebit unicuique in Iudicio Caſtrenſi.

Poſſeßionatus apud quem eſt arreſtatus impoſſeßionatus per Miniſterialem: ſi nõ ſtatuerit ipſum impoßeßionatũ: reſpondebit pro eo ſolus Actori.

Contra vero Impoſſeſsio. qui non poteſt arreſtari, ponendæ ſunt citatiões

in Parochia, ubi erat prius poſſeſsionatus, nihil tamen bonorum hæredi noceant. Lex viij.

122 Item ſi homo impoſſeſsionatus non poſſet arreſtari in aliquo loco, tũc in qua Parochia aliquando erat poſſeſsionatus, in illa contra eum debent poni Citatiões ibiq; Miniſterialis clamabit quod cõtra talẽ A. B. impoſſeſsionatũ Citationes ponũtur, quæ talium Citationũ in Parochijs poſitio heredi bonorũ illorũ ubi eſt Parochia, nihil nocere debet.

Contra Impoſſeßionatum qui non poteſt arreſtari ponendæ ſunt Citationes in Parochia ubi erat prius poſſeßionatus.

Quod uero Palatini Iudicãt Impoſſe. qui arreſtã. Sal. in Statu. peccãt. Lex ix.

Quam vide Libro 2. Capitulo 2. Articulo 2. de Salinis, fuit eiuſdem mentio ſupra Capitulo 6. de Palatinis.

9.

Porro Impoſſeſsionati, & nomine cri-

minũ aut aliquarũ iniuriarum uicti aut cõdemnati in Iudicio ſi illico nõ ſatisfecerint, & receſſerint capiant. Lex x.

Quam vide inferius Articulo ſequenti.

Præterea ſi quis obligauerit ſe Iudicio alieno, ſeu Caſtrenſi ſiſti, ſiſtat. Lex xi.

Ex conſ. Ter. Crac. Infra cap. eodẽ art. 27. de Executione iudicati, & iterũ inter ſtatut. de nõ euocan. hominib. extra Diſtrictum lib. 4. cap. 7. artic. 1. idem.

123 Item ſi quis renunciabit Terræ & proprio Diſtrictui, debet reſpondere ubi renunciañ. ſe inſcripſit: & cum ſuper tali res obtinebitur Iudicata, alias perlucrabitur: Idem qui Ius perduxit, remittetur & equitabit ad Capitaneum illum, ſub quo manet Victus: Capitaneus tandem ille executionem faciat rei Iudicatæ, alias illorum Perlucrorum in alio Diſtrictu Iure obtentorum.

Qui renũciat Terræ proprioq; Diſtrictui cogitur reſpõdere in Diſtrictu, ubi renũciatio eſt inſcripta: tandẽ obtenta re iudicata Capitane. ſub quo manet Victus faciet executionem huiuſmodi Perlucrorũ.

Quin etiam Capitanei locorum Iudi-

 cent ac exe-

cent ac exequantur Statuta & pœnas in illos ſtatutas, qui Aggeribus, Obſtaculis, uel Molendinis, liberam in Fluminibus Regni impediunt nauigationem. Lex xij.

Quę infra Art. 18. repetetur. ſed vſq; Li. 2. Ca. 3. Ar. 1. de Fluminib. Reg ponetur.

Sigiſm. Petr. 1538. Item vt alij Iudices, ita etiam Iudex Caſtrenſis Iudicare poteſt Teloneatores iniquos præter Ius & Libertatem aliquid exigeñ. Lex xiij.

Eius fiet mentio infra Capitulo eodem Articulo 13. de Officio Capitanei, ſed ponetur Libro 2. Capitulo 4. Articulo 2. de Teloneis.

Alber. Petr. 1496. kmetones pro debitis in Ciuitatibus Contract. non arreſtentur in Ciuitatibus: ſed in loco Domicilij, ſeu in Villis Iuſticia de illis petatur: quam Iuſticiam ſi Dominus loci de eo Kmetone miniſtrare nollet, Iure impetendus eſt: alioquin pœna ſex Marcar. in Ciues ſecus facietes decernitur per Capit. uti pro iiij. Artic. Iudic. Lex xiiij. 99.

Quæ infra Capitulo 16. Articulo 9. de Ciuibus ponetur. Inter Artic. vero Kmetonales eiuſdem fiet mentio Libro 3. Capitulo 17. Articulo 4.

Sigiſm. Petr. 1523. Vt Terreſt. ita etiã Caſtr. Iudiciũ pro fugitiuo kmetone Iudicat. Lex xv. 34.

Quã Li. 1. Ca. 17. Art. 8. vide, ſimulque omnia Statut. de repeteñ profugis.

Sigiſm. Cra. 1540. In Maiori Polonia Tenutarius bonorum coram Iudicio uel Officio Caſtrenſi Conuentus pecuniam recipit. Lex xvi.

Quam Libro 2. Capitulo 9. Articulo 7. de bonis exemendis vide, & Libro 4. Capit. 23. de Actorum Poſitione eiuſdem fiet mentio Articulo 1.

Caſtrenſe Iudiciũ Iudicat pro pœna ſi quis pecus de damno abactum ad fideiuſſoriam cautionem non dimiſerit. Lex xvij.

Quæ ſimul & aliæ omnes Lib. 3. Capitul. 11. Articulo 4. de vſu Syluarum: Itẽ Articulo 5. de Pecoribus, & per illa damnis datis, ad Foreſtamque Regiam depellendis, vel per Fideiuſſoriam cautionem eliberandis videantur.

Quod ſi aliquis ex quacũq; cauſa Iudic. Caſtrenſi ſubiectus in Termino concitato nõ paruerit (ut in omnibus Artic. Caſtreñ. Iudicij fit) recte Vadia Triplicata interponãtur contra eũ, & ulterius procedatur. Lex xviij.

Quæ Articulo ſequenti de Concitatione videatur.

Item Iudex Caſtren. Iudicat ob nõ paritionẽ rei Iudicatæ pſcribẽd. Lex xix

Quę infra Ca. eodẽ Ar. 27. 28. 29. & 30. de Executiõe rei Iudic. videatur.

DE CAPITANEIS. ARTICVLVS XII.

Sequitur formula Capitanealis Iudicii propria: Nam eas obſeruationes Proceſſus Iudiciarii, quas in aliquo Iuris gradu cum Terreſtri Iudicio habet communes, ex Libro 4. facile quiſque petet, ac mutuabitur.

93. **Primo itaq; Capitanei Iudicēt Terminos in ſex hebdomadis ante vnā hebdomadam publice prædicen. Lex I.** *Kazimirus in Nyeſſoua. 1454.*

Item Statuimus quod Capitanei noſtri Iudicia ſua non Iudicent in arctiori tempore, niſi in ſex hebdomadis: Quodq; ante hac ipſorum Iudicia huiuſmodi ante unam ſeptimanam præconiſentur, & proclamentur: locusq; huiuſmodi Iudicio taliſmodi proclamatione publice deſignetur.

97. **De eodem, quod Capitan. in ſex hebdomadis Iudicent Iudicia: & ſi illos abeſſe ex iuſta cauſa contigerit, poſſeſsionatos Iudices ſubſtituant pro ſe, ſub priuatione Officij. Lex ij.** *Albert. Petr. 1496.*

Hæc autem Iudicia celebrabunt (Capitanei) in ſex ſeptimanis quibus perſonaliter interſint, & quotiens non intereſſent, conſtituent Iudicem Nobilem, poſſeſsionatum, in eodem Capitaneatu Domiciliū habentem, cauſasq; & Iudicia diſcernere ſcientem: quod faciant ſub priuatione Capitaneatus: Cui pœnæ ſubijcientur, quotieſcumq; cauſa quacūq; priuata impediti Iudicijs non intereſſent: excepto, quod propter neceſsitates, aut Actiōes Reip. uel noſtras, intereſſe nō ualerent.

97. **Capitanei etiam non in priuatis, ſed in conſuetis ac publicis locis Iudicabunt: ſub pœna nullitatis. Lex iij.** *Albertus Rex Petrikouiæ, 1496.*

Item ad tollendum nonnullorū Capitaneorū abuſus, dum uidelicet relictis Capitaneatuū locis conſuetis in quibus Iudicia exercere conſueuerunt nonnunquā Tribunalia Iudiciorū ſuorum in locis ab Officio ipſorum alienis conſtituunt: decreuimus & Statuimus, ut ipſi Capitanei Terrarum ac Diſtrictuum non in alijs Iudicent locis quā Capitaneatuum proprijs, alias in quibus Iudicia eſſe conſueuerunt: Articulos tamen * duntaxat in Priuilegio Iuris cōmunis deſcriptos.

Alioquin nullitas eſt Iudicij Capitanealis, ſi quid

nealis, ſi quid vel non in tempore, vel non in loco Iudicauerit. Lex iiij. 97.

Albertus 1496.

Et nihilominus ſi quid in alijs temporibus, & locis inconſuetis, Iudicarent: id irritum & inane eſſe uolumus, & decernimus.

Cũ aũt Criminal. fere cauſas Capit. Iudicet, quiſq; pro recẽti crimine intra annũ & 6. hebdom. Action. intẽtet. L. v.

Alex. Rad. 1505.

Querebantur ſubditi noſtri Maioris Poloniæ, præſertim de Capita- 116
neatu Poſnanieñ. Citationibus Capitanei ſe uehemẽter grauari: Quã obrem decreuimus, quod ad Capitaneũ citari nemo debet niſi pro recẽti Crimine. Tẽpus aũt recẽtis Criminis, ſit annus & ſex hebdomadę.

Cauſæ vero Officij non debent differri ad Terminos Caſtren. ſed ſine celebratione illorum Iudicentur. Lex vi.

Sigiſm. Petr. 1523. Eiuſdem mentio ſupra lib. 1. cap. 4. ar. 8 de Officio Epiſcop. & de diebus Domin. & idem infra artic. 14. repetetur.

Debebit autẽ Officium Caſtreñ. unicuiq; ſemper paratũ eſſe, in recẽ- 37.
ti crimine, in miniſtranda Iuſticia, & exequenda re Iudicata: exceptis duntaxat feſtis Solennioribus, & diebus Dominicis: nõ expectatis Terminis Caſtreñ. quæ cauſæ non debent differri ad Terminos Caſtreñ. ſed ſine celebratione Terminorum debent exequi.

Vt Rex, ita Capitaneus poteſt Miniſterialem dare ad citandum. Lex vij.

Kazim. Viſl. 1368. Eiuſdẽ statuti fit mẽtio etiam cap. 6. de Pal. Offic. & libr. 4. cap. 12. de Miniſtr.

Decernimus etiam declarando quod Nos, uel Capitaneus noſter, uel 37.
Palatinus, uel Iudex, uel Subiudex, uel Officialis qui dicitur Vozny habeant facultatem dandi Miniſterialem ad citandum.

Sed deinceps Citatiões Caſtr. Titulo & Sigillo Capita. cõſignabũt. Lex viij.

Alex. in Rad. 1505. Repetetur libro 4. de Actionibus.

Conformare cupientes Terras Capitaneatus Maioris Poloniæ Ter- 116
ris aliorum Capitaneatuũ Regni noſtri, Statuimus quod in Maiori Polonia Citationes Iudicij Terreſtris deinceps non emanabũt ſub Titulo Capitanei, ſed ſub Titulo noſtro, & ſucceſſorũ noſtrorũ, & Sigillo Terreſtri: Super autem Iudicijs Capitaneatus ſub Titulo & Sigillo Capitanei emanare, & dari debebunt.

Quod ſi pen-

Quod ſi pendente cauſa Capitaneus moritur, vel mutatur, ex conſuetudine obſeruatur, vt noui vel ſuffecti Capitanei Titulo, & Sigillo Rei ab Actoribus adcitentur ad illum punctum, in quo ceſſarunt eorumdem cauſæ.

Qui Inhibitionis Literas producit, & Iudex Terreſtris aut Caſtrenſis eas

ſuſcipit, pœnis xiiij. Marcar. feriantur, niſi forte Reipub. cauſa abſentem ac illas producentem excuſet. Lex ix.

Volumus, ut nullæ in poſterum Inhibitiones ad Iudicia dentur, fiatq; in hoc executio Statutorũ Regni noſtri, & his qui huiuſmodi Literas in Iudicium produxerit, pœna quatuordecim Marcar. parti aduerſæ puniatur, Similiter Iudices tam Terreſtres quã Caſtreñ. huiuſmodi Literis Inhibitionum, in præiudiciũ Partium parentes, & locum dantes, quatuordecim Marcar. pœna plectantur. Exceptis cauſis eorũ qui in ſeruitijs Reipub, puta Legationis, aut ubi aliquis per nos Exercitui cõtra hoſtem noſtrũ, etiam extra Regnum præfectus fuerit, quorum cauſæ ad unius Anni ſpacium, ſi tanto tempore fuerint in ſeruitio noſtro, ſuſpẽdi poterũt, iuſſu aut declaratiõe noſtra, p Literas Iudicio faciẽda.

Sigiſm. Petr. 1538. Aliæ Leges de non ſuſcipien. Inhibitionib. lib. 4. cap. 8. ar. 1. de Inhibitionibus omnes ponentur.

Idẽ lib. 6. de re Milit.

Vt Rex, ita etiam Capitaneus de cauſis Criminalibus in abſentia Actoris cognoſcere non debet, nec niſi confeſſus, aut conuictus de Crimine in Iudicio eſt condemnandus. Lex x.

Kazim. Viſl. 1368. Idem lib. 1. cap. art. de Iudicijs Regalib.

37. Statuimus, quod in Cauſis Criminalibus in abſentia Accuſantis ſeu Actoris cuius intereſt, Nos uel noſtri ſucceſſores, aut Capitanei noſtri cognoſcere non debemus: nec aliquem hominem condemnare niſi cõuictum Iudicio & confeſſum.

Quod tamẽ uerba Criminalia in Citatiõe etiã Caſtr. ponen. nõ ſunt. Lex xi.

Quæ videatur Libro 4 Capitulo 16. Articulo 4.

Quilibet tamẽ Citatus exiſtẽs pro de

13. lictis aut Criminibus quibuſcumq; reſpondere per ſe debet, non referendo ſe ad præceptorẽ cuius iuſſu id fecerit, neq; ſe etiã Priuilegijs defendẽdo. Lex xij.

Quæ Libro 3. Capitulo 13. Articulo 1. de Crimine falſi, & Libro 4. Capitulo 16. Articulo 4. de Exceptionibus videatur.

Sed ſi quis citatum euincat in aliquo

Crimine, pro illo reſpondebit: alias Principalis ipſe reſpondere compellitur. Lex xiij.

Quæ Libro 4. Capitulo 16. Articulo 4. videatur.

Alex. in Rad. 1505 Idem lib 1. cap. 2. ar. de Iudicijs Reg.

Neq; corā Rege, neq; corā Capit. ullus Terminus peremptorius eſt, niſi quis ſponte ſe ad hoc ſubmittat. Lex xiij.

In Maiori Polonia ad uota illarū Terrarū Incolarum ſubditorū noſtrorum, decernimus & Statuimus ut coram quolibet Capitaneo non ſit Terminus peremptorius in primo Termino: ne maioris auctoritatis eſſe putetur Capitaneus, quā Rex: coram quo non eſt Terminus peremptorius in primo Termino, niſi quis ad hoc ſe ſponte ſubmittat. 116

Sigiſm. Petr. 1538.

Pro Teloneis tamen inique exactis, tā in Caſtrenſibus, quam in omnibus Iudicijs, Terminus eſt peremptorius. Lex xv.

Quæ Libro 2. Capit. 4. Articul. 2. de Teloneis condito videatur.

Idem uide infra lib. 4. cap. 5. de Procuratoribus articulo 3. surrepticium & inſufficiens mandatum Procuratiōis producēs, luet pœnas quas per ſe ſoluet, & non Principalis ſuus.

Si quis malum Procuratoriū corā Capit. oſtēderet, ſex ſcotos luet. Lex xvi.

Item aliquis manifeſtans ſe cum Procuratione in Iudicio ſi malū Procuratorium ſeu Procurationē habuerit, Luit pœnam in Iure Terreſtri trium Marcar. In Iure uero Caſtrenſi ſex ſcotos: quam ſolus ipſe Procurator ſoluet, non Principalis ſuus, alias nō ille a quo cauſam dicit. 121

De primo, & ſecundo Termino: Item de Dilationibus, Exceptionibus omnibus, & Controuertendi modis in eiſdem Iudiciis fieri ſolitis Libro 4. Capitulo 14. 15. 16. 17. aliaque alibi ibidem etiam Iudicio Caſtrenſi cum Terreſtri communia videantur.

Quod ſi Coadiutores citati per Principalem non interceduntur. Lex xvij.

Quæ Lib. 4. Cap. 16 Art. 3. & 4. de Actionibus ponetur, ſed tamen abrogantur hæ pœnæ a Coadiutoribus ſolui ſolitæ ibidem.

Kazimirus Tertius.

Coram Capitan. æque, ac coram Iudicio Terreſt. Cōtrouerſiæ, ante reſpōſionē admittūtur: & quod altercatio in Iudicijs ſuperflua eſt ꝓhibita. Lex xviij.

94.

Quæ inter Iudicia Terreſtria Lib. 4. Cap. 17. Artic. 3. videatur.

Repoſitio ſeu ſuſpenſio Terminorum Terreſtrium & Caſtreñ. non debet fieri, alioqui Nuncij Terrarum in Comitijs hoc nomine negligentiæ Iudices accuſabunt. Lex xix.

Quæ infra Capitulo eodem Artic. 4. de Officii Caſtreñ. Iudicio: & Libro 4. Capitu. 18. Articul. 2. de Suſpenſionibus Terminorum ponetur.

Iudex Ter-

Iudex Terreſtris in tertiis Terminis,

Caſtreñ. uero in Sedecim ſeptiman. debebat enũciare, ſeu expedire interrogationem: cui nulla partiũ debet intereſſe. Lex xx.

Quę Lib. 4. Capi. 18. Articulo 1. de Deliberationibus ponetur.

Sed deinceps ſemel controuertãt partes, ſemel etiã Iudex deliber. Lex xxi. Sigiſm. Crac. 1543. Idem libr. 4. cap. 18. articulo 1. de Deliberationibus.

Statuimus, ut non niſi ſemel Iudex Terreſtris, uel Caſtrenſis, uel Succamerarius deliberet: Similiter & Capitaneus, uel Vicecapitaneus, ſemel etiam ad duas ſeptimanas in cauſa Officij & Caſtreñ. ad alios Terminos Caſtreñ. deliberet: ſub pœna trium Marcar. pecuniæ parti ſuccumbeñ. pro qua Capitaneus tenebitur iuſticiam facere parti uel corã nobis, uel coram Iudicio Terreſtri: alias ubi parti libuerit pœnam ipſam perſequi. Poſt quam quidẽ Deliberationẽ Iudicis, Capitanei, uel eius Officij iam nulla pars poterit ſuam Controuerſiam meliorare, uel locupletare tantum Decretum audiet ex illa Controuerſia ſuper quam deliberatum eſt. Sed quia Statuto nouo cautũ extat, Quia ante prolationem ſentenciæ, hoc eſt ante Decretum, poteſt Pars ſuam Controuerſiam uel Cauſam meliorare, hoc debet intelligi, quia hæc melioratio Controuerſiæ debet fieri ſemel in Termino peremptorio, hoc eſt tum, quando iam Iudex recipit ſibi ad deliberandũ ſeu ad interrogandum. Nam ſi Pars deberet cauſam ſuam aliquoties meliorare, Iudex uero itidem ſuper eadem aliquoties deliberare: tunc magna Iuſticiæ compendinatio fieret & admitteretur. Controuerſia ſemel facta, neque meliorari, neque locupletari debet.

122 Actores vero vſq; in fine Terminorũ Terreſtrium vel Caſtren. condemnẽtur.

Alioqui condẽnatis ante tẽpus condemnatiõi ſtatutũ, talis condemnatio nihil nocebi. Lex xxij.

Quæ Libro 4 Capitulo 15. Articulo 3. videatur.

De Impoſſeſ. vel criminũ victis, aut cõdemnatis in Iudicio, niſi illico ſatisfecerint, & receſſerint, capiẽdis. Lex xxiij. Kazim. Viſl. 1368.

9. Quia Victus tenetur Victori ſatiſfacere de euictiõe condemnatis, neque de Iudicio prius recedat, niſi ſatisfaciat pro eo, in quo eſt condemnatus. Quidam tamen rebellione

Victi aut condemnati in Iudicio illico ſatisfaciant: ſi recedunt, capiantur victoribus dandi. A quibus ſi fugiunt libertati dantur, niſi furtũ eſſet iudicatum, quod ſemper ſoluendũ eſt collo. Quippe quod in criminalibus cauſis

aut inobediētia ducti, neſcitur quo animo de Iudicio recedunt condēnati, pro debito nullam ſatisfactionem aduerſarijs impendentes. Quapropter uolumus quod tales inobediētes de malicia ipſorum cōmodum non reportent, Quin poſt quam conuicti fuerint in Iudicio ad manus ſuorum aduerſariorum ligati tradantur: Et ſi in captiuitate manentes effugerint, a poteſtate ipſorum ſint liberi, & abſoluti ipſo facto, & omni debito quod tenētur & obligantur: præter debitum furti, quod ſemper cōdemnati ſoluere tenebuntur.

Libro 3. cap. 12. art. 2. de Furtis idem.

quarū exitus eſt mors, mutilatio mēbri, ſtatus, vel honoris diminutio, exilium ſeu bannitio, bonorū confiſcatio & pœnę alię huiuſmodi, ſi Reus in ſecundo Termino non cōparet, in Lucro condēnatur: poſtea concitatur ad ſatisfaciendū illi pœnę in qua eſt cōdemnatus: & ſi cōparet, ſeruit illi defenſio in Termino cōcitatorio fieri ſolita: ſi vero Criminis cōuincitur, fit in inſtāti executio. Quod ſi neq; in Termino cōcitator. ſiſtit ſe, mox Iudex remittit Iure victorē ad loci Capitaneos pro executiōe reali facienda. Quos etiam Rex literis ſuis iubebit hoc ipſum facere. Si aūt in Termino ſecundę Citationis perēptorio paret, & Criminis cōuincitur, nec appellat: fit ſtatim executio realis abſque vlla concitatione. Si autē Impoſſeſsionatus ſit, & appellat, Fideiuſſores ſtatuat de lite proſequenda, ſi natura cauſæ appellationem tolerat. Nam & in Ciuilibus cauſis Victus ſi comparet, ne ſatisfacit iudicato pœna 14. Marcar. punitur, vel ſi reſpondet, & ſuccumbit in cauſa, temereq; a Iudicio recedit in pœna 14. Marcis condemnatur, & iam recta tam in ſumma Principali, quam in damnis, ac pœnis, itur ad executionem: In Criminalibus autem Cauſis multo magis idem fit. Quarum nomine ſi Rei conuincuntur, capiendi ſunt illico iuxta hoc Statutum Kazimiri.

In Articul. Caſtr. ex Termino cōcitato aſtito recte vadia interponūt. L. xxiiij. 37.

Sigiſm. Petr. 1523. Idem infra art. 14. de Iudicio Officij Caſtr.

Progreſſus in Iudicio Caſtreñ. talis debet obſeruari ſecundū materiā ſubiectam in Articulis duntaxat Caſtrenſibus ubi ſtatim ex Termino concitato ad ſatisfacieñ. aſtito, addatur Miniſterialis ad intromittendum cum Triplicatis uadijs.

Nihilominꝰ a ſentēcia Iudicis Caſtrē. vel Terreſtris licet vnicuiq; verbo ad Colloquia generalia, vel ad Conuentum Regni appellare. Lex xxv.

Sigiſm. Petr. 1523. Idem lib. 4 cap. 25. art. 1. de Motionibus uideatur.

Caſu uero quo aliquis Iure Victus exiſtens ſentenciā Iudicis ſuſcipere noluerit, Volumus id pro Iure obſeruari, ut liceat unicuiq; a ſentēcia Iudicij Terreſtris uel Caſtreñ. non per uiam motionis Iudicis, ſed ſimpliciter uerbo appellare ad Terminos Generales, tempore Quadrageſimæ annis ſingulis, totiens quotiens in locis ad id deputatis celebrādos: Quibus Terminis Barones Regni uidelicet Palatinus, Caſtellanus, & cæteri 37.

nus, & cæteri

nus, & cæteri Dignitarij, & Officiales Terræ illius intereſſe tenebuntur ſub pœnis in Statuto contentis. Et in deffectu Terminorũ Generalium Pars Appellans contra Appellatã in Conuentiõe Generali Regni, extunc in proximo celebranda cauſam hanc ſuã uigore Appellationis ſuæ huiuſmodi poterit proſequi, & iuſticiam ſuam experiri, Iudice a quo prouocatũ ſeu Appellatum fuit, ſine quauis reprehenſione remanente. Nihilominus Iudiciũ a quo appellatur, tenebitur Partibus litigantibus dare in ſcripto Propoſitiones, & Reſponſiões, & eorũ Cõtrouerſias ex Actis ſuis, Terminũq; præfigere, in Terminis Generalibus uel in defectu Terminorũ, coram Regia Maieſtate prout ſupra.

Vt eadẽ Appellatio ſeu Motio Iudicis Caſtrenſis, omiſſo Capitaneo ad Regni Comitia fiat. Lex xxvi.

Sigiſm. Petr. 1538. Porro formulam mouendi Capit. aut Iudicis eius, ſiue p Procurat. ſiue per Principal. id fiat, uide lib. 4. cap. 25. art. 1. de mouẽdo Iudice Terr.

Quia uero non infrequenter accidere ſolet, quod ob longam Capitanei abſentiam a Capitaneatu, uel alias ob cauſas homines in Iudicio Caſtreñ. grauati in aſſecutione iuſticiæ negliguntur, aut retardantur: decernimus, ut deinceps in Cauſis Iudicij a Iudice Caſtreñ. omiſſo Capitaneo ad Conuentionẽ Generalẽ iuxta priora Statuta Motio fiat.

Si retractabit ſentẽcia Iudicis Caſtre. 27. honori Iudic. nihil noceat. Lex xxvij.

Sigiſm. Petri. 1519. Idem ſtatut. repetetur lib. 4. cap. 25. de Redargutiõibus ſeu Motionibus Iudicum Terreſtrium.

Et nihilominus ut Terreſtriũ, ita Caſtrenſiũ Iudicum ſentẽcia: ſi quãdo retractata fuerit, Honori & bonę exiſtimatiõi illorũ nihil nocebit.

Sed Rex Sigiſmund. ob ſuum in Lithuaniam diſceſſum, in unũ annum ſtatuerat, ut a Caſtreñ. Iudicij decreto, ad Colloquia Motio fieret. Lex xxviij.

Cracouiæ 1540.

Quam vide Libro 4. Capitulo 27. de Colloquiis Articulo 7.

Literas Caſtren. Capitanei vel eorum Iudices ſubſcribant. Lex xxix.

1532. Libro 3. cap. 8. art. 1. de Literis ac priuil. & lib. 4 cap. 17. ar. 3. idem repetetur.

Ad obuiandum uero futuris falſitatibus, uolumus & decernimus, ut
27. ſicut Notarij Terreſtres omnes Literas Iudicij Terreſtris manibus proprijs ſubſcribunt: Ita Caſtreñ. Literas ſubſcribant uel ſoli Capitanei, uel eorum Iudices Caſtrenſes.

Quæ vero ſunt Salaria Iudicis, prætereaque Notarii Caſtrenſis, pro Nembranis, Decretis, Inſcriptionibus, ac Literis Pargameneis, & Papiraceis: & quod Notarii pro Labore quærendi nihil accipere debent, vide Libro 4. Capit. 26. de Officio Collegarũ Iudicii, ac Partiũ peracto Iudicio, ac de Salariis per omnes Cap. Artic.

ARTICVLVS XIII.

Qui Capitanei etiam Querelas Iudicant.

PRAEFATIO.

Quia de Iure poſſeſſorio Lites promptam definitionem deſiderant. Idcirco data eſt poteſtas Prouinciarum Capitaneis, qui eas citius etiam diiudicent, quã eas, quæ ad Iudicium Caſtreñ. ſpectant, appellantur autem noſtro more Officii Cauſæ. Quod Capitanei proprium ſit Officium reſtituere ſpoliatos vel quibus extra Controuerſiam hęreditas debetur, mittere in poſſeſsionem. Quas itaque Cauſas ſeu vt ita dicam materias Capitanei Officia Iudicãt, vel a quibus, & qua forma, aut quo fine introducantur Sigillatim patebit.

Capitaneus pro expulſione e Dotalicio, & pro recenti crimine, tantũmodo

per modũ Querelæ Iudicet, & quod tempus recentis criminis Annus ſit, & ſex dierum Hebdomadæ. Lex i.

Alex. in Rad. 1505

Querebantur ſubditi noſtri Maioris Poloniæ, præſertim de Capitaneatu Poſnanieñ. Citatiõibus Capitanei ſe uehementer grauari: Quã obrem decernimus quod Capitaneus citare non debet ad Querelã niſi pro Expulſione Dominę Dotalicialis, & pro Recenti crimine. Tempus autem Recentis criminis ſit Annus & ſex Hebdomadæ. 116

De eiſdẽ Literis per Capitan. in trib⁹ caſibus ad Querelã dandis. Lex ij.

Ex conſuetudinibus.

Pro diuiſione bonorũ inter par Ius ſuccedendi habentes, etiam coram Cõmiſſarijs diſceptatur, de quibus libr. 2. cap. 1. art. 6. uide: & eiuſdem fit mentio lib. 3. cap. 5. art. 1. de bonorum diuiſione inter fratres.

Primo cum aliquis Dominã Dotem habentem expellit ex Reformatione: Secundo cum frater fratri diuiſionẽ conſentire non uult. * Tertio cum aliquis aliquem expellit ex pacifica Tenuta. 121

Sed de Dominab. Dotalicion. & de alijs pſonis, e poſſe. bonor. pacifica violẽter expulſis, hæc lex intell. debet. Lex iij.

Sigiſm. Crac. 1507.

Hoc Statutum de Citationibus Capitaneorũ ad Querelã dandis uolumus intelligi de Dominabus Dotalicionatis, ut ſcilicet pro ipſarum, & aliarum perſonarum de pacificis poſſeſsionibus expulſione uiolẽta liceat Capitan. Citationẽ dare. Reliquũ eiuſdẽ Capituli ap.pbamus. 2.

Quod autem Dotes non inſcriptæ ſunt

nullæ: quodque ſolum Crinile debetur his Mulieribus, quæ non habent Dotem reformatam. Lex iiij.

Quę ponetur Li. 3. Ca. 6. de Iure Dotiũ Ar. 4 vna cũ aliis omnib. generis eiuſdẽ.

Alex. Petr. 1505.

Si Mulier poſt mortem Mariti exiſtit

in poſſeſsione

in poſſeſſione reformatorum bonorum, ac moritur: datur intromiſſio ipſa per loci Capitaneos Conſanguineis eiuſdem mortuæ Mulieris. Lex v. 119

Quã Lib.3.Cap.6.Art.5.de Iure Dotium poſt mortem viri vide.

Capit. tamẽ pro expulſiõe e particula fundi nõ iudic. ſed Iudex Terr. Lex vj

sigiſm.Crac.1538

Quam etiã vide Lib.3.Cap.6.Art.5. de Iure Dotium poſt mortem viri.

Cum violenter aliquis expellitur de bonis, quid ipſe, uel Officium Caſtrenſe facere debent, Item ſi Tutores bona puerorum uenderent, aut ſi citatus pro uiolenta expulſiõe ad munimẽta ſibi Dilationẽ reciperet. Lex vij.

sigiſm.Crac.1543.

Quam etiam Libro 3. Capitul.6. de Iure Dotium Artic.25. vide.

In Maiori Polonia Tenutarius bonorum coram Iudicio uel Officio Caſtrenſi conuentus pecuniam tollit. Lex viij.

Sigiſm.Crac.1540

Cuius Capitulo eodem Artic. 11. fuit mentio: ſed ponetur Libro 3. Capitulo 9. Articulo 7. de exemendis bonis.

Quod etiã Officiũ Capitaneale Iudicat pro Telon. præter Ius extortis. Lex ix

sigiſm.Crac.1538.

Cuius fuit mentio ſupra de Iudicio Caſtreñ. Articulo 11. ponetur autem Libro 2. Capitulo 4. de Teloneis Articulo 2.

ARTICVLVS XIIII.

De Formula Iudicii coram Officio.

Officiũ Caſtr. debet ſemp eſſe paratũ.

sigiſm.petr.1523.

87. Debebit autem Officium Caſtreñ. unicuiq; ſemper paratũ eſſe in Recenti crimine, in miniſtranda Iuſticia, & exequenda re Iudicata: Exceptis duntaxat Feſtis Solennioribus, & diebus Dominicis, non expectatis Terminis Caſtreñ. quæ Cauſæ non debent differri ad Terminos Caſtreñ. ſed ſine celebratione Terminorũ debent exequi.

Idem fuit ſupra cap. 12. art. 12. de formula Iudicij Caſtren. & iterum infra art. 27. de Executione rei Iudicatæ ponetur.

Forma Citatiõis ſeu Innoteſcẽtiæ Caſtren. ad querelam talis eſt. Lex 1.

N. de N. Capitaneus, N. tibi Nobili N. de N. Innoteſcimus Nobilẽ N. de N. contra te corã nobis in querela depoſuiſſe, quomodo tu * ipſum de pacifica poſſeſſione bonorum (hoc uel illo Iuris Titulo habiturum & poſſeſſurum) expuliſti, & uiolenter eieciſti. Quare uigore Regio & no- 55.

** uel, ad diuiſionem bonorũ A.B illi tecũ cõmunium & pari Iure ſucceſſionis ſpectan. cõſentire nõ uis*

Quæ ſunt huic Iudicio cũ Caſtr, atq; Terę

Regio & noſtri Officij Capitaneatus mandamus quatinus coram nobis aut Officio noſtro Caſtreñ. N. feria ſecuuda poſt feſtum N. in Caſtro N. (ad Inſtantiam & inſtigationem eiuſdem N.) compareas querelis præfati N. & ad alia pro tunc tibi obijcienda (& declaranda) reſponſurus. Quod ſiue comparueris ſiue non, Nos ad ea quæ ad Officium noſtrum ſpectant procedemus pro damnis uero exinde ſecutis: Nec nõ pro uulneribus ſibi per te tũc tẽporis illatis (ſi illata ſunt) ſpeciales ſibi cõtra te reſeruat Actiões in foro cõpetenti. Datũ in Caſtro N.

Termini querelarũ Caſtr. nõ tranſponantur, ſed in duab9 ſeptim. Iudicẽtur, & de Dilationib. in eiſdem. Lex ij.

Termini ad Querelam uigore mandati facti, non tranſponantur ſimul cum alijs Terminis, ſed ſemper in duabus ſeptimanis Iudicentur: & non habeant Dilationes niſi unam: hoc eſt, in ſecundo Termino tanquam peremptorio Iudicari poſſunt, hæc tamen Conſtitutio moderabitur & concordabitur per Commiſſarios ſupradictos, in omnibus deinceps Terris obſeruanda. 25.

Officium ſemel etiam deliberat poſtea decernit. Lex iij.

Quam vide ſupra in Formula Caſtreñ. Iudicii Cap. 12. Art. 12. Prætereaque infra de Formula Executionis Art. 27. Item Cap. 14. de Officiis Succamerarii.

Vt Terreſtrium vel Caſtren. ita etiam Officiorum Termini neq; reponi, neque ſuſpendi debent. Lex iiij.

Repoſitio & ſuſpenſio Terminorũ Terreſtriũ, & Caſtreñ. eſſe non debet: ita quod Citationes & Cauſæ hominũ nullo modo, neq; etiam generaliter debent ſuſpendi per Iudices ad alios Terminos. Quicũq; aũt Iudices, & Capitanei, uel Vicecapitanei, tales ſuſpenſiões Iudiciorũ ſua ſponte fecerint, iuxta Statutũ debent puniri: excepto ſi tales Repoſitiones ex conſenſu partiũ fecerint, & propterea Vicecapitanei & Iudices Caſtreñ. ubiq; debent eſſe poſſeſsionati ſub pœna ammiſsiõis Officiorum Capitanealiũ: Contra quos Capitaneos, Vicecapitan. & Iudices Similiter etiam Nuncij illius Terræ inſtigare aſtringuntur.

Poſt aſtitum Termin. Concitat. triplicata interponuntur. Lex v.

reſt. cõmunia: ut ſcilicet ſint cõcordes Interciſæ: Sigillũ ppriũ: Importatiões Citationum tẽpeſtiuæ: Miniſterial. recognitiones Dilationes: modi controuertẽdi, pbandi, teſtificandi, condemnandi, ſeu ut in hoc Iudicio dicitur, aſtitandi, uel euadẽdi, decernẽdi, a Decr. mouẽdi et cætera huiuſmodi uide ſupra ar. 12. & lib. 4. Neq; enim huc adferri poterant omnia compendio.

ſigiſm. Petr. 1519.

Quæ dilatiões citatis uel Actorib. concedantur, uide infra li. 4. ca. 15 ar. 1. 2. & 3. de Dilationib. Alia etiam quæ ſunt communia Iudic. Terre. uel Caſtr. ex illis locis petes, et huic Iudicio accommodab. in hoc tamẽ illa ab iſtis differũt qđ hic tantũ ad 4 ſeptim dantur Dilationes, illic longiores. Quod ſi munimenta intra 4. hebdo. pars nanciſci non poterit, adferat Literas Iudic. uel Capi. ex cuius Actis munimenta debebat adferre, ad Officiũ: qđ ſcilicet neque Term. celebrati, neq; Acta fuerint repoſita, et obtinebit ulteriorem dilationem ad producenda munimenta ſibi præfixam.

ſigiſm. Petr. 1543.

37. Talis autem progreſſus debet obſeruari in Iudicio Caſtreñ. ſecundũ materiam ſubiectam in Articulis duntaxat Gaſtreñ. nempe quod ſtatim ex Termino Concitato aſtito, addatur Miniſterialis ad intromittendum cum Triplicatis Vadijs. sigiſm. Petr. 1523. Idem ſupra artic. 12. de Concitatiõe Caſtr. ad ſatisfacien. Vſus tamen alicubi iam obtinuit, ut primo interponatur uadium Centũ uiginti Marc. poſtea triplicatum.

Motio vero Officij, quæ etiã libera eſt vnicuiq; grauato, ad Regiam Maieſt. ſit ſimpliciter. Lex vi.

Ab Officio in Cauſis Officij ſimpliciter ad nos Iudex Caſtr. moueat. sigiſm. Petr. 1538. Formula Motiõis lib. 4 cap. 25. de Motionibus Iudicis præſcripta eſt.

Cauſæ Officij ad Regem per motionem deuolutæ, cito expediantur: neque cum Terminis Regalibus ſuſpendantur. Lex vij.

sigiſm. Crac. 1540

Quam Libro j. Capitulo 2. Articulo 13. Lege 2. vide.

Sed idem Rex Sigiſm. ob ſuũ in Lituaniam diſceſſum in unũ annũ ſtatuerat, ut ab Officij decreto ad Colloquia Motio fieret. Lex viij.

sigiſm. Cra. 1540.

Quam Libro 4 Capitulo 27. de Colloquiis Articulo 7. vide.

De eodem. Lex ix.

Rex Sigiſm. 1543.

Cauſæ Officij debent in ſuis conſuetudinibus conſeruari, & Motio ad nos in illis fieri: Quod ſi tum a Regno abfuerimus ad Colloquia cum negocio principali fiat.

ARTICVLVS XV.

Alia Capitanei Officia in vulneratos, & homicidas: Iudiciorũ & Conuentuũ turbatores, & pixidiferos: Quæ omnia citra Iuris ſolitum ſtrepitũ ex Iuris tamen præſcripto Capit. facere ac exequi ſolent.

Quod vulnera Iudicio Terreſt. uel Capitan. Officio oſtendantur. Lex j.

Sigiſm. Crac. 1510.

Quam vide infra Cap. 15. Artic. 5. & 6. de Nobil. vulner. ac homicidiis.

12. An etiã Capit. homic. Regi deferat, & ut homic. in fũdo Tur. ſedeãt priũd. L. ij

Sigiſm. Crac. 1510.

Quam infra Li. j. Ca. 15. Ar. 6. de homicid. vide, & omnia Stat. ad idẽ facietia.

Quod Capita. puniet turbatores Iudiciorum & Conuentuum, armaq; tollet, & quæ pœna ſit, ſi ipſe ſolus pacificator exiſtens turbas cieret. Lex iij.

Quæ Libro

Quæ Libro 4. Capitulo 9 Articulo 1. de Securitate Iudiciorum, & Conuentuum ponetur, attamē ſit etiā mentio illius Lib. 1. Cap. 15. de Conuentiōib. Ar. 7.

Capitan. prouidebit, ne uel Equites, uel Pedites Pixides deferant, præterquam in Terris Rusſiæ. Lex iiij.

sigiſm. Petr. 1519. Idem lib. 6 capitu. 1 articul. 1. de Bello.

Nemo deinceps tempore pacis ſiue Eques ſiue Pedes Pixides breues quas Ruccznicze uocant deferre audeat: ab hac tamen Conſtitutione Terras Ruſsiæ liberas eſſe uolumus, quę parata arma contra inſultus hoſtium habere ſemper ſolent, & debent. 27.

ARTICVLVS XVI.

De poteſtate Capitanei in Cortiſanos, Decimatores, Excommunicatos, Monachorum bona, & Hereticos.

Cortiſan. Roman. quaten9 capita. Iudicat, & audaciā illor. cohib. pſcrip. Lex i

Quam ſupra Lib. 1. Cap. 4. Art. 2. & 3. de Cortiſanis, & Clericis vide.

Quas Decimas capita. tollunt. Lex ij.

Idē lib. 1. cap. 4. art. 6. de Prouētib Cler. & Decimis & repetetur lib. 2. cap. 6. articulo 4. de Moneta.

Si Spiritualis aut Prælatus pro Decimis minutam pecuniam recipere noluerit, Decimam pro qua foriſauit, perdet: quæ per Capitaneos aut Official. noſtros pro nobis recipietur, & pro noſtra utilitate cōuertetˉ. 86.

Capitan. ſuſtinen. cenſuras vltra annū cogit ſatisfacere Iudicato. Lex iij.

Quam Libro 1. Capitulo 4. Articulo 9. & 10. de Spiritualib. Iudiciis vide.

Capitaneus cum Epiſcopo, eiuſue Vicario Monialibus ex fructibus fundi illarum hæreditarij, penſionem annuam conſtituit. Lex iiij. 67.

Quam vide ſupra Libro 1. Capitulo 4 Articulo 12. de Monialibus Lege 1.

Hæretici & fautores eorum qualiter p Capitan. in uita & bonis ipſorum puniendi ſunt. Lex v.

Quam ſupra Libro 1. Capitulo 4. Articulo 15. de Hereticis vide.

ARTICVLVS XVII.

De Officio ac poteſtate Capitaneorum in Ciues, Mercatores, & Opifices.

sigiſm. Crac. 1527.

De Nobilibus in ciuitate captis Capitaneus etiam cognoſcit. Lex I.

Quam infra Cap.15. Art.4. vide. Attamen inter Leges Ciuiũ fiet mẽtio eiuſdẽ.

Capitaneus etiam Bidgoſtien. Oppi-

Alex.Petric.in Rad.

danos cohercet, ne Nobiles uendere frumenta prohibeant,

119 ſub pœna quatuordecim Marcar. Lex ij.

Quæ ponetur Libro 3.Capit.1.de Libertatibus Nobiliũ Art.4 ſed Lib.1.Ca. 16.de Ciuib.attingitur.& iterum Lib.5.Cap.2.Artic.6. de Ciuitatib.Pruſsiæ.

Ergo neq; Capitanei, neq; ciuitatum

Officiales prohibebũt,quominus Nobiles, aut extra Regnũ euehant ſua frumenta,aut aduenientib. aduenis uendãt. Lex iij. sigiſm.Crac. 1531.

Quæ Capitulo 16. de Ciuibus Art.11. attingetur, ſed inter Nobilium fundorum Libertates Libro 3. Capitulo 1. Articulo 4. ponetur.

Quod vlnatim,aut talentis non mercẽ

Sigiſm.Crac.1507

tur in Villis, Capitaneus prouidebit: exceptis tamen pecoribus & pecudibus ac frumentis. Lex iiij.

Quam infra Capit. 16. de Ciuibus vide Artic. 9. & fit etiam mentio eiuſdem Capitulo 16 de Kmetonibus Capitulo 17. Articulo 4.

Quod autẽ neq; Iudæis iſtuc ipſum facere licet. Lex v.

sigiſm.Petr.1539.

Quæ videatur Libro 1.Capitulo vltimo de Iudæorum Mercimoniis.

Sed in foro ciuitatũ publico ne ſint

Kazimir.Tertius in Nyeſſoua.

95. prohibitiones Capitaneus uideat: Alioqui idem Capitaneus pœnam trium Marcar. Ciuibus irrogabit. Lex vi.

Quæ Capitulo 16. de Ciuibus Articulo 10. ponetur.

Vt in Nundinis ciuitatũ Leopolien.

sigiſm.Petr.1538.

Lublineñ. Poſnanieñ. & Varſſouieñ. aliorumq; Oppidorum libera ſit uenditio rerum per ulnas & talenta, pœna Centum Marcar. Rex cogit. Lex vij.

Quam infra Capitulo 16. de Ciuibus Articulo 10. vide.

Etiam capitan.cum Palatino & alijs Di-

gnitarijs,mẽſuras,pondus,formas et precia rebus Mercatũ expoſitis, uel Mechanicis imponit. Lex viij.

Quam Capitulo 16. Articulo 10. de Ciuibus vide.

Quodq; Capitan. Palatini conſtitutio

nes exequi debet, ſub pœna Exautorationis,uel Centũ Marc. Lex ix. Prælati Petricouiæ.

Quæ etiam Capitulo 16. Articulo 10. videatur.

De viarum uero publicarũ latitudine

emetienda. Item de frequentatione, ſecuritate, ac occluſione cuſtodiēda, per locorū Capit. & eorū Notar. Lex x.

Quam vide infra Capit. eodem Artic. 20. ſed latius Lib. 2. Cap. 5. omnia Statuta ſimul. ſuper his rebus congeſta & Teloneis coniuncta ponuntur.

ARTICVLVS XVIII.

De Officio ac poteſtate Capitaneorum in Colonos e bonis Regalibus dimittendos, Iudicandos, vel Captiuandos. Item de filiis Kmetonum Vagis, Profugis, Mendicis, Furibus, ac Malefactoribus.

Kazimir. Tertius in Nyeſſoua 1406. Capitan. Tenutarii, Ciues Regni, Terrigenæ ac Spirituales profugos, ſub pœna triū Marc. reſtituāt. Lex i. 95.

Quam vide infra Capitulo 17. Articulo 4 de Profugis.

Alber. Petr. 1496. Kmeto fugitiuus tā de Regalibus, quā non Regalibus bonis in peremptorio Termino repetitur, & quod Capitanei non mittantur a loco Iudicij, niſi prius pro pœnis cauerint, alioqui pœna xiiij. Marc. percellantur. Lex ij. 108

Quam vide Capitulo 17. Articulo 5. de ſeruitutibus Kmetonum.

Sigiſm. Crac. 1505 Itaque Coloni fugitiui tam per Capitaneos quam per Officiales Ciuitatum, propter concordiam ſeruandam reſtituantur, præter Inquilinos. Lex iij. Quę ibidem uideatur. 6.

Pro kmetonibus fugitiuis in Iudicio Terreſtri vel Caſtr. agitur. Lex iiij.

Quam vide & omnia huiuſmodi Statuta Capitulo 17. Articulo 8. & Libro 4. Capitulo 11. Articulo 3. formam Citationis pro Kmetone Profugo.

Alber. Petr. 1496. Filij kmetonū ſi plures fuerint, ad ſtudia Literarū ſeu Artificiorū, uel ad ſeruitia mittantur, ſub Literis teſtimonialibus Capitanei, ſeu Nobilis. Alioqui ſi unus ſit filius, uel huius Violator Statuti, undecumq; extradatur. Lex v. 66.

Quæ infra Capitulo 16. Articulo 6. ponetur.

Sigiſm Crac. 1532. Kmetones, Hortulani, & eorū filij, a Dominis ſuis profugi, per Capitaneos, uel per Officium Ciuile captiuentur, Dñs aūt eoſdē repetens xij. groſ. ſoluat. Lex vi.

Quam vide Libro 1. Capitulo 16. Articulo 7. de Vagis.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496. Laicos meſſis tēpore de Regno in Sileſiam uel Pruſsiam exire Capitanei, locorumue Domini prohibeant. Lex vij. 103

Quæ Libro 1. Capitulo 17. Articulo 7. de Vagis videatur.

Ruſticos extra

Ruſticos extra Regnum laboratum, Capitaneus non mittet. Lex viij. Prælator.Pet.1503

112

Quæ Capitulo 17. Articulo 7. de Vagis videatur.

De fugitiuis ad Sileſ.a Cap.arcẽd.L.ix ſigiſm. Petr. 1538.

Quæ Capitulo 17. Articulo 7. de Vagis ponetur.

Porro Ruſticos vagos Caſtren. vel Ci ſigiſm. Petr. 1519.

uile Officium detineat & foſsis Ciuitatũ aut Arciũ mancipent. Lex x.

Quæ infra Capitulo 16. Articulo 7. de Laicis vagis videatur.

Simile quod Ocioſos, Vagabũdos, nul

29. liſq; ſeruitijs aut artibus addictos Capitanei locorum perquirent, & eoſdẽ Nobil. in ſuis bonis coherceri permittãt alioqui citati, illos ſtatuent. Lex xi. ſigiſm. Petr. 1523.

Quæ ponetur Capit. 17. Artic. 7. & Libro 2. Capit. 11. Art 6. de Furtis.

Rex ad Capitan. dabit literas, vt Statuta de Golothis, Inquilinis & vagabũdis condita exequantur. Lex xij.

Hac ratione, in petitione de Golothis & Inquilinis uagabundis facta conſtituimus, & decernimus, ut Statuta ſuper his iam dudum condita per Capitaneos locorum diligenter exequantur: ad quos etiam admonitionis cauſa literas dari faciemus. ſigiſm. Crac. 1532 idẽ cap. 17. de Kmetonibus repetetur.

Mendici certo numero vbiq; fouendi

103 ſunt, & ſub ſignis Ciuium, in Ciuitatibus: Plebanorum uero in Villis mendicent: alioqui in manus Capitaneorum uel Dominorum tradantur. Lex xiij. Alber. Petr. 1496.

Quæ Capitulo 16. Articulo 7. de Ciuitatibus videatur.

ARTICVLVS XIX.

De Officio ac poteſtate Capitan. in bona Regalia.

115 **Qui literas ſuper bona Regalia amittit,** coram Capitaneo, & Palatino ſuæ Terræ de amiſsis proteſtabitur, infra annum, quo lapſo niſi proteſtabitur carebit innouatiõe. Lex i.

Quam vide ſupra Capitulo 6. de Palat. Officiis Articulo 7. attamen Libro 2. Capitulo 1. Articulo 4. & 5. repetetur.

Item qua ratione defendant Capitan. Regalia bona & quod ſit illius in Iudicio Cõmiſsar. Officiũ. Lex ij.

Quã vide Lib. 2. Cap. 1. Artic. 4. & 6.

ARTICVLVS XX.

Officia Capit. circa Salinas, Flumina, Telonea, ac Vias.

Capitaneorū omnia Officia circa Salinarios prouentus. Lex i.

Quæ Libro 2. Capitul. 2. Artic. 2. de Salinariis prouentibus videatur.

Circa Flumina Regni. Lex ij.

Quæ Libro 2. Capitulo 3. videatur.

Circa Telonea aquatica & Terreſtr. noua & vetera & foralia. Lex iij.

Quæ Libro Secundo Capitulo Quarto videatur.

Item in ſecuran. dilatan. ineun. ac occluden. Regni uijs, atq; Corio, Equireis, & Bobus extra Regnum non pellendis: Lex iiij.

Quæ Libro Secundo Capitulo Quinto videatur.

ARTICVLVS XXI.

Officia Capitanei circa Monetam.

Capitan. monetā Swidnicen. atq; aliam falſam, e Regno excludant, Brachatā accipere cogant, & ualorem Aurei Hungaricalis cuſtodiant. Lex i.

Quæ Libro 2. Capitulo 6. Articulis omnibus videatur.

ARTICVLVS XXII.

Quod Capitanei exigant pœnas fiſco debitas, vide Libro 2. Capitulo 8. de Pœnis.

ARTICVLVS XXIII.

De rebus male vſurpatis auctoritate Capitan. repeteñ.

De facionato Termino corā Capitan. in una ſeptimana præfigi ſolito, & hoc ſi Res aliquę areſtatæ non extraduntur. Lex i. 123

Quæ Capitulo 11. Articulo 5. videatur vna cum aliis ad id facientibus.

De foreſta Regia, & de Pignoribus acceptis, et general. omnia Offic. Capit. eiuſue Offic. Caſtr. de eo collec. L. ij

Quam vide infra Libro 3. Capitulo 11. Artic. 4. de vſu Syluarum & Pomeriorum: Item Articulo 5. de Pecoribus, & per illa damnis datis, & ad foreſtam Regiam depellendis, vel per fideiuſſoriam cautionem eliberandis.

ARTICVLVS XXIIII.

De Treugis pacis ſeu ſaluo conductu Kazi. in Viſl. 1368.
35. 36. ab Epiſcopo Cracouieñ. ſeu Cracouieñ. Sandomirieñ. ue Palatinis dandis de Regno ob aliquod crimen, metu Regis aut Capitanei fugientibus. Lex i.

Cuius Libro 1. Capitulo 4. de Epiſcopis, Articulo 7. fit mentio. Item Capitulo 6. de Palatin. Attamen Libro 3. Capitulo 14. de Treugis pacis ponetur.

Porro Capitan. ſaluos conductus Ter- Alex. 1505. in Rad
116 rigenarum Oppidan. Kmeton. aut Seruis, non dabunt: ſed tamen cuique conquerenti patrocinium Iuris debetur. Lex ij.

Quæ Libro 3. Capitulo 14 de Treugis pacis videatur.

ARTICVLVS XXV.

Omnis Capitaneor. poteſtas in tuēdis Finibus Regni ab externis, Libro 5. ſingulis Capitulis deſcripta habetur.

ARTICVLVS XXVI.

Omnis capitaneorū poteſtas in Nobiles ex debito Terreſtri merentes, Libro 6. Capitulo 1. 2. & 3. videatur.

ARTICVLVS XXVII.

De vltima Executione Rei Iudicatæ per Capitan. facieñ.

Qui renunciat Terræ, proprioq; Diſtrictui, cogitur reſpondere in Diſtrictu in quo ſe reſponſurum obligauit: tandem obtenta re Iudicata Capitaneus ſub quo manet, uel alioqui bona Perlucris obnoxia habet Victus, faciet Executionem huiuſmodi Perlucrorum, que ſub Sigillis Iudicij Capitan. Officio oſtendi debent. Lex i.

Ex conſuetud. Terræ Cracouien. Idem ſupra cap. eodem artic 11. de Art. Caſtr. & lib. 4. cap. 7 ar. 1 de Euocationibus extra proprium Diſtrictum.

123 Item ſi quis renunciabit Terræ & proprio Diſtrictui, debet reſpondere ibi, ubi renunciañ. ſe inſcripſit: & cum ſuper tali Res obtinebitur Iudicata, alias Perlucrabitur: Idem qui Ius perduxit, equitabit ad Capitaneum illum ſub quo manet Victus: Capitaneus tandem ille Executionem faciat Rei Iudicatæ: alias illorum Perlucrorum in alio Diſtrictu Iure obtentorum.

Ne aūt capitanei, & eorū Burgrabij, cū Alber. Pety. 1496.
109 ſint a Regia Maieſtate dotati, ubiq; ab Intromiſsione in bona, uel ſolutiones, uel munera recipere audeant, Miniſteriales uero dūtaxat ſalarijs gaudebunt, arca id dari cōſuetis. Lex ij.

Item quoniam

Item quoniam ſubditis noſtris, uel ex Re Iudicata ſiue alias Perlucris uti Iudicialiter dici conſueuit: ſiue per Emptionem, aut Reſignationē, Donationem, Deuolutionē, aut alia ratione bonorū Intromiſsiōes petentibus Officiales noſtri uidelicet locorū Capitanei Vicecapitanei, & Burgrabij eorundem conſueuerant a qualibet Intromiſsione ſolutiōes extorquere inſolitas: Cum uidelicet pro parte Capitanei decem Marcæ, & pro parte Burgrabij una ſexagena Polonicalis, per eos qui intromittebantur iuſſu Capitaneorū dari conſueuerant. Nos cernen. iſtud introductum eſſe ſine Iure, quinimmo cū grauamine ſubditorū noſtrorum, decreuimus, & Statuimus, ut cū Capitanei noſtri ſalarijs & introitibus ſpecialibus ac in certis locis de Menſa noſtra prouentibus Regalibus fuerint, prout ſunt, dotati ubiq: quorū ratione, ſicut ad exercenda debita eis annexa Officia, ſic ad omne Iuſticiæ miniſteriū eis incūbens, & dandas eas Intromiſsiōes obligantur: propter quod a modo in perpetuum, prædicti Capitanei & Burgrabij eorundē, in uniuerſis Regni noſtri Terris, pro tempore exiſtentes, aut prædicta, aut alia forſan exquiſita, uel exquirēda ſalaria, uel munera, pro Intromiſsiōib. a ſubditis noſtris exigere, extorquereq non debeant: a quorū ſolutione eoſdem ſubditos noſtros in hac parte, de ſpeciali noſtræ benignitatis gratia abſoluimus euiternæ. Tamen uolumus ut circa eaſdem Intromiſsiones debita Miniſterialiū ſalaria ſoluantur iuxta morem ſolitum.

Capitanei & Burgrabij ab Intromiſsionib. ſalariū habebunt, iuxta Statutum ſuperius Regis Alberti. Lex iij.

Alex. in Rad. 1505 Capitanei introligantes quemquā in bona de Brachio Regali non recipiant decem Marcas. Similiter Burgrabij ſexagenam: alias iuxta Statutū Iohannis Alberti Regis, quo iſtud prohibetur, ſe conſeruent. 116

Quin omnes Capitanei ſuorū Diſtrictuum Perlucra exequantur, ſub pœna centum Marcarum. Lex iiij.

Alex. Rad. 1505.

Propter differentias inter Capitaneos Terreſtres & Particulares Diſtrictuum pro Executione Perlucrorū nonnūquā excitatas, cum eorū alter in alterū Executionē differret, conſueuerant negligi ſubditi noſtri in effectu habendo Iuſticię, iam pridem decretę: Iccirco Statuimus quod Capitanei Diſtrictuū tenentur & debent exequi omnia Perlucra, contra omnes ſui Diſtrictus ſubditos ſub pœna Centū Marc. 119

Similiter Rex Sigiſm. centū Marcarū,

vel alioqui

uel alioqui Exautorationis pœnam ſtatuit, contra Capitaneos negligentes exequi ea quæ ad eorum Officium, & generaliter ad alias pertinent adminiſtrationes. Lex v.

Vt Officiales & Dignitarij diligentius intendant executiōi Iudiciorū sigiſm. Crac. 1507
3. & adminiſtrationū eis incumbentiū, innitendo prioribus Conſtitutionibus, decreuimus, ut quotiens Capitanei in exequendis hijs, quæ ad ipſorum Officiū pertinent negligentes reperti fuerint, ſi in obligatione bona Capitaneatuū ſuorum teneant, puniantur pœna Centū Marcarum, de eorum ſumma eis defalcandarū: Si autē in liberis bonis Capitanei extiterint, priuatiōe Officij Capitaneal. uolumus eſſe puniēdos. Supra etiam idē poſitum eſt cap. eodem.

Deinde Rex Sigiſm. pœnam 100. Marcarum inter Victorē & inter Reg. Ca. meram diuidendam ſtatuit in Capitaneum, qui neglexerit exequi rem Iudicatam. Lex vi.

36. Quod ſi aliquis Capitaneus in facienda huiuſmodi executiōe negligēs 1523.
37. eſſet, aut remiſſus: extunc Victori totiens quotiens ſuccūbet pœnam quinquaginta Marcarū pecuniæ uſualis, & aliam ſimilē pœnam noſtræ Regiæ Maieſtati: pro quibus pœnis in præſentiā noſtræ Regiæ Maieſtatis citatus in primo Termino tanquā perēptorio parere, ac pro pœnis præmiſsis parti, & fiſco noſtro Regio luitis ſatisfacere ſimiliter totiens quotiens tenebitur, & debebit: Et nihilominus ſub eiſdem pœnis exequutioni ſatisfacere teneatur, ad maximum in duabus ſeptimanis gradus ſuperius expreſſos explendo.

Sed idē Capit. neglige. executionē iam parti totā pœnā 100. marc. ſuccūb. L. vij

sigiſm. Petr. 1538.

Quia Capitanei in executiōe rei Iudicatæ ſolent eſſe negligentiores in detrimentū eorum, qui Iuſticiam habent, & ſentenciā obtinent, quibus prouidere uolentes, decernimus ut pœnā Statuti ab huiuſmodi Capitaneo executionem negligente nobis debitam, Pars Actorea totam aſſequatur, & habeat.

De eodem. Lex viij.

De eodem sigiſm. Augustus Petr. 1550.

Volentes cauere ne grauetur Nobilitas renouamus Statutum, ne Officium Caſtreñ. aliquid accipiat ab Intromiſsione.

Rex tamē dabit literas tā ad Dignitarios quā ad Capitaneos, quibus ad ſatiſfacien. debito ſuo admoneant, Lex ix.

sigiſm. Crac. 1532. Idem etiam ſupra ca. 5 art. 3. de Dignitatibus conferendis.

In petitione facta de exequeñ. Officijs Palatinorũ, Capitaneorũ, & aliorum Officialium Terreſtriũ: & ſi ſciamus expreſſe ſuper eo eſſe ſcripta Statuta, pœnaſq; in illis contra negligeñ. ſua Officia eſſe adhibitas. Nihilominus tamẽ Nunciorum & Nobilitatis Regni noſtri petitioni ſatisfacieñ. dabimus ea de re literas noſtras ad prædictos Palatinos, Capitaneos, & alios Dignitarios, ſeu Officiales: quibus ad ſatiſfaciendum debito ſuo illos commonebimus.

Nam Officium ſemper debet eſſe paratum, in recenti crimine, in miniſtranda Iuſticia, & in Exequenda re Iudicata, præter feſta ſolenniora, & dies Dominicos, idq; nõ expectatis Terminis Caſtreñ. Lex x.

Idem lib. 1. ca. 4. art. 8. de Offic. Epiſcop. in Eccleſ. Chriſti. Itẽ lib. 1 cap. 2. artic. 12. de formula Iudicij Caſtr. & art. 14. de forma Iudicij coram Offic. Capitanei.

Debebit autẽ Officium Caſtreñ. unicuiq; ſemper paratũ eſſe in recenti crimine, in miniſtranda Iuſticia, & exequenda re Iudicata: exceptis duntaxat feſtis ſolennioribus, & diebus Dominicis, non expectatis Terminis Caſtreñ. quæ Cauſæ non debẽt differri ad Terminos Caſtreñ. ſed ſine celebratione Terminorum debent exequi. 37.

Sed lite pendẽte concordiã tentantes a pœnis quibuſuis abſoluunt. Lex xi.

Ex Priuil. Iagell. Iedlnen. Idem lib. 1 ca. 6. de Palat. art. 3. & lib. 1. cap. 7. articul. 2. de Caſtellanis.

Item ſi qui Terrigenæ, aut quiuis alij Incolæ Regni Poloniæ prædicti, pendente lite in Iudicijs, pro quibuſcũq; Cauſis, concordare uoluerint: a pœnis noſtris ac Iudicum & Subiudicũ, Palatinorum, & Caſtellanorum eoſdem liberos facimus, & ſolutos. 52.

Nã Capit. Terrigen. tantũ Iure victos ad ſolutionẽ pœnar. cõpellãt. Lex xij.

Sigiſm. Crac. 1507. Item etiam lib. 4. ca. 21. art. 1. de lite pendente ac Iudicata.

Capitanei, ipſorumq; Iudices, & Burgrabij ad ſolutionem pœnarũ, quæ ex Iudicato debentur, Terrigenas compellant. 6.

Nihilominus pœnas Iudicialiter decretas ſubditis ſuis Rex nemini debet conferre. Lex xiij.

Ex Priuil. Iagell prope Czer. eſt eiuſdem mentio libr. 3. cap. 1. art. 1. de libertatib. fundorũ Nobilitatis.

Præterea ut inter Nobiles Regni noſtri & alios ſubditos iurgia, contentiones, diſſidia, ſtrages, & homicidia ſubmoueãtur: quæ poſſent uериſimiliter ſuboriri, cum pœnas noſtras, quæ nobis de Iudicijs noſtris proueniunt familiaribus uel alijs ſubditis noſtris ad eorũ importunas petitiones ab illis concederemus exigendas, qui ad illas nobis cõdemnantur: Proinde præſenti ſcripto pollicemur, nunquã alicui huiuſmodi pœnas in 48.

di pœnas in ſubditis noſtris dare, aſsignare, & deputare, ex quacunq; cauſa uel ratione, ſed eas per Officiales noſtros pro nobis faciemus exigere: aut eas illis qui nobis ad eas ſunt obnoxij pia manſuetudine indulgere, uel alias de exactis diſponere iuxta noſtrã Regiam uoluntatẽ.

Pro pœna autẽ, obligatiõe, aut fideiuſsione Dñi, ſubditus Villanus pignorari nõ debet, ſed Dñs. Lex xiiij. Kazimir. Magnus Viſlic. 1368.

Quam vide Libro 1. Capitulo 17. Articulo 3. de Kmetonibus.

82. Sed pœnæ ob literæ dictionis vni⁹ aliſq; huiuſmodi defectus, & a Coadiutoribus ſolui ſolitæ caſſantur: Exceptis pœnis poſt Decretum negocij Principalis fieri ac decerni ſolitis. Lex xv. Sigiſm. Petr. 1523.

Quam vide de Exceptionibus Libro 4. Capitulo 16. Articulo 3. & eſt eiuſdẽ mentio etiam Libro 4. Capitulo 21. Articulo 1. de Lite pendẽte ac Iudicata.

ARTICVLVS XXVIII.

Qualiter Capitanei locorũ procedant Brachium Regale extenſuri in executione Rei Iudicatæ ſeu Perlucrorum, Alexander Rex ordine infraſcripto docet. Lex i.

Hæc ratio exequendæ rei iudicatæ in Polonia Maiore obſeruatur.

In primo proceſſu Regalis Brachij, loci Capitaneus ſub cuius Iuriſdi-
3. ctione Pars Victa eſſet, pro prima uice, cum parte Victore rem Iudica-
4. tam ſeu Perlucra in ſcripto ſibi repræſentata, aut cũ ſuo Procuratore Miniſterialem cum duobus Nobilibus ad bona partis Iure conuictæ diriget, & preſertim ad talia bona ſuper quibus Perlucra cenſentur eſſe Iure obtenta: ſed ut in ſtylo Iuris noſtri dici conſueuit, perducta: & ſuper quibus Proceſſus Iudiciarius uidelicet Pignoris, & Intromiſsionis continuabatur: Qui quidẽ Miniſterialis ueniens ad bona huiuſmodi, ſi in eiſdem fuerit preſens Dominus loci, uidelicet Iure cõuictus, aut ſuus Officialis, uel Vuladarius illorũ bonorũ, & coram Kmetonibus iuxta continentiã & exigentiã Perlucrorũ Victorem in ipſius Perlucris de Brachio Regali auctoritate Capitanei loci corã Nobilibus intromittet, dabitq; ei Intromiſsionẽ realem, & obedientiã Kmetonũ cõſignabit: inhibendo Iure conuicto, quod non audeat Victorẽ de cætero in poſſeſsione & Intromiſsione iſto modo ſibi data impetere, & inuadere quouiſmodo, ſub Vadio M. M. quod Vadiũ ſit literale, ſub titulo loci Capitanei ſummã fere ſimilem Perlucrorũ non excedens, in quibus Intromiſsis bonis Victorem intromiſsũ iuxta conſuetudinẽ relinquet, aut ſaltem eam ipſam poſſeſsionẽ ſibi tradet. Quæ de Brachio Regali Intromiſsio pro prima uice facta, & Vadij interpoſitio ex recognitione Miniſterialis & Nobiliũ in Actis Caſtreñ. debet modo & ordi-

Vadium interpoſitũ nõ excedat ſummam Perlucrorum.

h ij ne Iuris re-

Primum & ſecūdū Vadium Actori debetur, nō Capitaneo.

ne Iuris recognoſci, alias reponi & acticari ſufficienter. Vadium tandē illud etiam ſi pro ſecunda uice interpoſitū eſſet, ubi Capitaneo nullam facit fatigam, parti debetur, non Iudicio necꝫ Regiæ Maieſtati: ea ratione, quia Pars ipſa Miniſterialē & Nobiles in ſuffragium Brachij Regalis impenſis conducit priuatis.

Si Intromiſſio iſto modo data eſſet, aut adēpta, aut impedita violenter, Victus pro Vadio cōdemnatur. Lex ij.

Poſteaquā Victor intromittitur de Brachio Regali, ſi caſu quocumcꝫ uiolento eius Intromiſsio ſeu poſſeſsio uiolatur uel irritatur: neceſſario Victus ille ſeu Conuictus contra quē proceſſum erat, ad Iudicium Caſtreñ. citandus erit pro Vadio: & in uno ac primo Termino ſiue cōparuerit, ſiue non, in Vadio condemnetur, omnibus Dilationibus & ſubterfugijs prætermiſsis.

Pro ſecunda vice Intromiſſio de Brachio Regali. Lex iij.

Si poſſeſsio ſeu Intromiſsio, ſic ut ſupra ſcriptum eſt, Vadio non obſtante irritabitur ſeu uiolabitur: tunc præmiſſa iſta citatiōe & condēnatione pro Vadio prædicto, de quo ſupra, iterū Miniſterialis ſecunda ſeu altera uice cum Nobilibus & Actore aut ſuo Procuratore per Capitan. debet ad talia bona modo priori pro ſecunda uice mitti, & omnia prout in prima Intromiſsione fuerunt, ſecunda uice faciet, hac ipſa ſecunda uice de Brachio Regali tam in Perlucris quā in Vadio Intromiſsionem dando, iuxta continentiā Vadij & Perlucrorū: datacꝫ Intromiſsione duplicabit Vadiū, ut ſcilicet Vadium literale maiorem dupliciter ſummam continens daret, & relinqueret interpoſitum inter intromiſſum Victorem & Victum.

Si Intromiſſio pro ſecunda vice data irritaretur. Lex iiij.

In quantum ipſe Iure conuictus adeo rebellis proteruus & uiolator Iuris communis Regni eſſet, Sic quod Intromiſsionē pro prima & ſecunda uicibus, de Brachio Regali datam contēnendo uiolare præſumeret: extunc prout prius pro Vadio ad Caſtrum citetur. Et ſimiliter præmiſsis præmittendis ut ſupra ſcriptum eſt abſcꝫ omni indulto Dilationum, excuſationumcꝫ, in primo Termino ſiue comparuerit ſiue non, in Vadio peremptorie & Iudicialiter condemnetur.

Pro tercia uice

Pro tercia vice perſonaliter Capit. exe cutionē finalem ita facit. Lex V.

Demum poſt primam & ſecundā uices prædictas ſi iterum Victus ageret rebelliter ſe manu ſeu Brachio opponendo Regali, mouebitur Capitaneus perſonaliter de ſede Regali (cui in Officio Capitaneatus præſidet armatus & prouiſus) ſic ut temeritatē uiolatoris uinceret: ibiq́ cum Miniſteriali, & cum Victore ad bona huiuſmodi cum Perlucris: ſicq́ Victorem auctoritate Brachij Regalis, & ſui Officij accitis ut præſentes eſſent: hi ſcilicet, Victor, aut factor, aut Villicus prout ſupra coram quibus modo ſupradicto Miniſterialis primis uicibus intromittebat, pro tercia uice realiter intromittet Victorē in Perlucris & in Vadijs pro omnibus uicibus interpoſitis, eiecto abinde manu potenti Victo. Præterea ne Capitaneus fruſtretur impenſis per id ad eum factis, immediate dabit & relinquet Vadium literale inter partes Triplicatū: Quod quidē ibidem relinquet ſaltē Kmetonibus illud dando, pro quo Vadio ſi expediet Proceſſus fit, ſic ut ſupra ad condemnationē. Executionem aūt eam ultimam, Capitaneus æque bene per alium, ut per ſe, faciet, ſi commode poteſt: ſin aliter, tunc ibit ſolus ipſe Officij debito ſatisfacturus: habebit tamen ſecum Miniſterialē, & Nobiles Capitaneus ſiue per ſe ſiue per alium iſtā facere executionē Perlucrorū, in bonis, in quibus Perlucra ſunt obtenta ſeu perducta faciendo. Cumq́ daturus eſt Intromiſſionē huiuſmodi in Perlucris, & in Vadijs, ſi bona ualorē Vadiorū et Perlucrorū ferre poſſunt, faciet Intromiſſionē, dando unū Laneum poſſeſſionatū, de quo una Marca annuatim proueniret, in quibuſlibet decem Marcis: Si aūt Lanei non ſunt poſſeſſionati ſeu Cenſuales, tunc Intromiſſio detur, in agros in quibus duodecim Cori Siliginis ſeminari conſueuerunt, aut ſeminari uериſimiliter poſſent, agros uidelicet intelligendo, pro Marca Cenſus annui. Etſi tam poſſeſſiones, quā agri, & alia huiuſmōi, in quibus bona ſunt (intelligēda) & in quibus executio Perlucrorū facienda eſſet, deficiunt: eaq́ Victus non haberet: tunc ipſo Iure conuictus, propterea quod Iuris proceſſum ad hæc ultima Iuris puncta temere ſuſtinuit, capiatur in perſona, ſitq́ eius captiuatio relaxanda uel non relaxanda, in uoluntate Victoris, uſq́ ad ſatisfactionem, pro Perlucris & pro Vadijs faciendam.

Capitaneus tenet ſedem Regalē, & qua auctoritate pro tercia uice Iure Victorē intromittit.

Capitan. per uiceſgerentem poteſt exequī iudicatum.

Laneus agri datur in decem Marc. Perlucrorum.

Si Lanei agrorum non ſint.

Si Victus nulla bona haberet, captiuatur.

Inſtructio ad finalem poſſeſſionis aſsignationem. Lex VI.

4. Cum hæc fiunt in prima, ſecunda, & tercia uicibus, ut ſunt abunde ſupraſcripta: Eam quiſq́ loci Capitaneus ſeruabit inſtructionē, circa ſuā ipſius, aut ſui uices gerentis, uel alterius nomine ſuo de Brachio Regali

miſsi executionem, in loco hęreditatis, ſeu Villæ, uel bonorū Perlucratorum conſtitutus ipſe Brachij Regalis Executor, uocabit Conuictū, ſi eſt præſens, uocabit etiam Kmetones: pręſertim illos in quos eſt Intromiſsio danda, quibus declarabit ſeu declarari faciet Perlucra & Vadia, alias notificabit ea: Simul etiā literas Perlucrorū ſeu Executoriales coram Miniſteriali & Nobilibus eis oſtendet, intimabit, & publicabit. Sic quoq; Capitaneus per ſe, aut alius nomine Capitanei dicet, audi ea, & attende Miniſterialis: Ego Capitaneus iuxta Officiū, aut alius ſic. Ego iuxta Officiū Dñi M. Capitanei, de Brachio Regali, Nobili P. de G. in eius Perlucris & Vadijs trado Intromiſsionē in iſtam Villā D. uel iſta bona P. aut in iſtum Kmetonē, ſeu Laneum, uel in iſtum, aut iſtos agros, dicetq; Capitaneus (ſi per ſe intromittit) & interpono Vadium C. Marcarū per iſtas literas, aut alius nomine Capitanei Vadiū ſiue Regium, ſiue Capitanei tenens dicit. Et iſtud Vadiū Centū Marc. per Maieſtatem Regiā, uel per Dñm Capitaneū interpoſitum, in hijs literis ſcriptum, tibi Miniſterialis do, & tu tandē iuxta Officium tuū iſtud Vadiū Conuicto notifices, & ei ſibi iuxta conſuetudinē Iuris illud des uel in domo hic ſua relinquas, quod tamen Vadiū ſit Triplicatum, ut ſupra ſcriptum eſt. Dices uero quod ipſe Cōuictus ſe in bona iſta, ad quę Victorē intromiſi, nec per ſe, nec per ſubmiſſas perſonas intromittere debeat, neq; intromittat, in eiſq; Victorē nullis moleſtationibus ſeu turbatiōibus uel impedimētis aggrediatur: Vobis autem Kmetonibus uniuerſis iſtorū bonorū Incolis mando, ut ipſum Dñm P. de G. pro ueſtro Dño habeatis, ſibiq; obediatis, tanquā ueſtro Dño ſubditiq; eius ſitis, uſq; ad totalem ſolutionē & ſatisfactionē omnium Perlucrorū & Vadiorum: & hæc omnia coram te Miniſterialis & corā uobis omnibus, qui eſtis præſentes teſtificor. Ejciatq; Conuictū de bonis, & pace facta Victori in bonis Perlucratis, exeat de bonis Capit.

Qua uerborum formula Capitaneus Victores in bona Victi intromittit.

Si Victus ſe, ac bona ſua defenderet: non kmetones, ſed ipſe proſcribatur, & capiatur. Lex vij.

Nihilominus, ſi non obſtante iſto Proceſſu, & Intromiſsione tot uicibus data, ac Vadijs tot uicibus interpoſitis, Iuri & Brachio Regali Victus non pareret, aut ſe defenderet, & Intromiſsionē, & pacificam poſſeſsionē non admittendo: Tunc Capitaneus ſeu Viceſgerens eius in hac parte, non inferat ullā Victi Kmetonibus uel ſeruitoribus eius uiolentiam, nec ſinat quenquā uerberari, aut uulnerari: Sed ipſe Victus, cum familia, & coadiutoribus ſuis tanquā Iuris paciſq; cōmunis Violator, atq; deſtructor capiātur, ſuntq; captiuandi, infamiſq; et infames reputentur, & cenſeantur, etiā in corpore, iuxta Maieſtatis Regiæ uotum per Ma-

tum per Maieſtatem Regiam puniendi: Et ſi capiuntur, teneantur uſque quo ſatiſfactio Victori detur pro Perlucris & Vadijs.

Ad idem. Lex viij.

Si idem Iure Conuictus, & alij eius Complices nõ poſſent capi, detinerique: tunc Conuictus de bonis illis citandus erit, in quæ in Perlucris non eſt data Intromiſsio, pro Vadio ultimo, & finali, quod Vadiũ plenarie cedit pro Capitaneo, & ad uidendũ & decernendũ illum proſcribi, & proſcriptum tanquã rebellẽ, & Iuris Regni tranſgreſſorẽ & uiolatorem banniri. Præmiſſa uero bannitione, & ipſe, & familiares Cõplicesque ſui capiantur per Capitaneũ, uel per alium eius nomine: Quãobrem dabit Maieſtas Regia cõtra tales literas patentes, uniuerſis quibus expedit, bannitionẽ publicando, & quibuſlibet ſubditis mandando, ut tales bannitos capiant, & locorum Capitaneis dent.

Vltimum Vadiũ Capitaneo cedit.

Proſcribuntur Iuri inobedientes, una cũ ſuis familiarib. & Complicibus.

Rex proſcriptos literis ſuis capi ab omnibus iubet.

Ad idem. Lex ix.

Si uero non eſt poſſeſsionatus, alijs bonis: tunc ipſa Citatio, per edictũ contra ipſum & contra ſuos Complices poſsit expediri.

Impoſſeſsionati per edictum citandi.

Ad idem. Lex x.

Et ſi comparuerit in Termino primo, qui ſibi & omnibus talibus debet eſſe peremptorius, & finalis, nullam habens Dilationẽ: Extunc in Vadio ſententietur. Et ſi habuerit bona aliqua, in eodem Vadio recipiantur, & pro rebellione teneantur: Captiuẽtur aũt ſi non cõparuerit ſeu non cõparuerint, tunc ipſe & ſui Complices tanquã rebellis Iuriſque Regni uiolator decernatur, de Regno banniendus, proſcribẽdus, & capiendus. Et ſolus ipſe Iudex proſcribat ſui decreti prolatiõe mediante. Et ibidem ſtatim proclametur bannitus, & proſcriptus capiendus. Et non ſolum ipſe, ſed etiam ſui familiares, ac alij dantes ei auxilium, conſilium, & fauorẽ: & præſertim in domibus eum cõſeruantes: tales omnes ſunt proſcripti, captiuandi, & infames, ideoque capiendi: cõtra quos literæ dabuntur uniuerſales, patentes, antedictæ, per Territoria, & ad alios Capitaneos Regni porrigendæ.

Omnibus Iure Victis Terminus debet eſſe peremptorius.

Proſcriptorum omnes fautores ſunt proſcripti & infames.

ARTICVLVS XXIX.

In aliquibus Terris ſic fit ex cõſuetudine Executio Rei Iudicatæ. Lex I.

ſ. Si in Lucro condemnatus Rei Iudicatæ non curat ſatiſfacere, tũc concitatur ad ſatiſfactionẽ Perlucris & pœnis, & ſi in Termino non comparuerit & nullam per Actorem in proceſſu cauſæ cõmiſſam allegauerit nullitatem, tunc datur Miniſterialis de Iure ad intromittendum in

bona, in Per-

bona, in Perlucris, & pœnis ad Actorem pertinētibus. Et Iudiciū mittit ad pignorandū pro medietate pœnarū ad Iudicium pertinentiū. Et ſi non admittit Intromiſsionē Reus, tunc Burgrabius uadit, & intromittit receptis ſecum duobus Nobilibus & Miniſteriali: ſi uero Reus non admittit poſſeſsionē bonorum, ex Intromiſsione, tunc Capitaneus ſua in perſona uadit, & dat Intromiſsionē Actori, in bona, & imponit Vadium mandans Reo, ut Actorē in poſſeſsione per eum aſsignata non impediat ſub Vadio per eum impoſito. Et totiens quotiens Actor petit Intromiſsionē, totiens oſtendit literas adiudicatorias ſibi per Iudicem, & Subiudicem datas, & Capitaneus intromiſſum in poſſeſsione tueri tenetur. Si uero id non exequetur, tunc in eodem Vadio per eum in Reo impoſito, & M. R. & Actori ſuccumbet.

ARTICVLVS XXX.

In Minore vero Poloñia & Ruſsia Executio Rei Iudicatæ, ex præſcripto Sigiſmundi Regis ita fit.

Si citatus Iure victus admittit Actori ſeu Iure victori Intromiſsionē. Lex j.

Sigiſm. Petr. 1523.

Si citatus Iure uictus (cum ex remiſsione a Iudicio per Miniſterialē requiretur) conſentiet Actori ſiue Victori Intromiſsionē, & admittet pacificam poſſeſsionē in bona ſuper quibus Perlucra perducta ſunt: dando ſibi in loco bonorū, in præſentia Incolarū poſſeſsionem, & eorū obedientiam: extunc Miniſterialis poſt factam Intromiſsionē, faciet Recognitionem cum Nobilibus ad Acta Caſtreñ. Diſtrictus illius, quod Victus talis admiſit Intromiſsionem & poſſeſsionem in bona præfata, ſic ut præmiſſum eſt, perlucrata. Quam poſſeſsionē ſi deinde Victor impedire quouis modo niteretur, huius poſſeſsiōis defenſio ad loci Capitaneum pertinebit, tanquā uiolenter expulſi & ſpoliati. 34. 35.

Si victus tam poſt decretū quam poſt Aſtitionē Termini Cōcitati Intromiſſionem negat. Lex ij.

Sigiſm. Petr. 1523.

si Victus tam poſt decretum, quam poſt Aſtitionem Termini Concitati negat Intromiſsionem: literis Innoteſcentiæ citabitur per Officium ad uiden. Victorem auctoritate Brachij Regalis intromitti.

Si uero Victus Intromiſsionē Victori denegauerit, tam poſt tale ut præmiſſum eſt decretum, quā etiam poſt Aſtitionē Termini Concitati contra non cōparentem, extunc idem Miniſterialis qui fuit Victori de Iure ad Intromittendū additus cū Nobilibus ſibi adiunctis, corā loci Capitaneo aut eius Officio Caſtreñ. facere debebit perſonalē relationem, præfatum ſcilicet N. Iure conuictū parti ſe uincenti Intromiſsionem Iure decretam temere denegaſſe. Extunc idem Capitaneus loci, & eo abſente ſuus Vicegerens, uigore præfatæ remiſsionis de Iudicio Terreſtri fa- 35.

Terreſtri factæ, citabit Victum literis ſuæ Innoteſcentię, ad uidendũ & audiendum ſe Victorẽ pręfatum, in bona talia, ex ui Perlucrorum Iure Terreſtri obtentorũ, & in ſumma ſiue ſummis ibidẽ expreſsis auctoritate Brachij Regalis intromitti ſub hac forma.

Forma Innoteſcẽtiæ Capitane. Lex iij

35. Tibi Nobili N. Innoteſcimus Prouidũ N. Miniſterialem Terreſtrẽ N. cum certis Nobilibus ſecum cõparentibus corã Officio noſtro Caſtreñ. perſonalem feciſſe relationẽ. Quomodo dum nuper additus fuiſſet a Iudicio Terreſtri N. Nobili N. Actori Iure uincenti ad intromittendũ ipſum uigore ſuorum Perlucrorũ in Iudicio A. B. ex cauſa hac, uel illa, legitime obtentorũ, in bona tua hęreditaria N. quorum Perlucrorum literas ſub Sigillis eiuſdem Iudicij Terreſtris coram nobis & Officio noſtro obtulit & produxit, prout hoc ipſum Iudiciũ Terreſtre illum ad nos & Officium noſtrũ, tanquam Brachiũ Regale, remiſit: & tu exiſtens Iure conuictus tanquã rebellis Intromiſsionem in dicta bona temere ſibi denegaſti, quo facto executio ipſorum Perlucrorum ad Brachium noſtrum Capitaneale, quin potius Regale cuius uice fungimur in hac parte, eſt deuoluta, propter quod tibi mandamus uigore Regio & noſtro ex Officio, ut coram nobis, aut noſtro Vicegerente, ſiue Officio Caſtreñ. feria tali & tali, N. in Caſtro N. legitime compareas ad uidendum & audiendũ Nos auctoritate Brachij Regalis in uim executionis pręfatam partem Iure uincentem in bona tua prædicta, iuxta Perlucrorum eius continentiã potenter intromitti, tuerique, prout ad noſtrum pertinet Officium: alias contumacia tua non obſtãte, nos ad ea quę nobis ex Officio noſtro incumbunt procedemus. Datum in Caſtro N. feria N. proxima. Añ.

Sigiſm. Petr. 1523.

Perlucra quæ per decretũ Iudicis aquirũtur fortiſsima ſunt: Si aũt per cõtumaciam Citati obtinentur, & in aliquo Iuris gradu, in materiali, formali, efficiente uel finali cauſa claudicant: etiam ſi Victor bona illo Iure quæſita obtineat: Nihilominus intra annũ et ſex hebdomad. pro illis Perlucris male obtẽtis Citari & iniuſticiæ cõuinci poterit. Quin etiam in Executione rei Iudicatæ, nõ proſequutio Actionis infra fatalia hoc eſt 3. annos & 6 menſes, exceptio de non petendo, ſoluti, ſi plus petatur quam ſit iudicatum, præterea ſi formula executionis non obſeruaretur cõtra Actorem opponi poſsunt, ſed tamẽ Actor quamq̃ a Term. abſit, euadi non põt: Nam in Executiõe rei Iudicatæ Officiũ ſummi, aut potius iuuat partes Actoris cõtra Reũ, quoad illi det Iudicatũ, & tamẽ bona Iure Perlucrorum poſſeſſa, nulla præſcriptione alienantur ab hærede.

Quod ſi vict⁹ in Termino Innoteſc. admittit Intromiſsi. nihilomin⁹ Vadijs Tripli. onerat ne Introm. irritet. L. iiij

35. 36. Quod ſi talis Victus, ad talem auiſationẽ loci Capitanei, in Termino ſibi præfixo coram Officio Caſtreñ. cõparuerit, & metu pœnarũ, ſiue Vadiorum interponendorũ, Victori Intromiſsionẽ, & poſſeſsionẽ in talia bona ſe daturum obtulerit: Extunc loci Capitaneus Miniſterialem addet, & ibidem Vadia Triplicata ſuper Victũ imponet, ut in inſtanti ipſe Victus Victori in bona præfata, in quibus talia Perlucra perducta ſunt Intromiſsionẽ de facto daret, & pacificam poſſeſsionem re ipſa quoque admitteret, nec eum in ipſa poſſeſsione quouis modo inquietaret, per ſe, uel ſummiſſas perſonas, ſub eodẽ Vadio Triplicato.

Sigiſm. Petr. 1523.

i Idem fit, ſi ui-

Idem fit, ſi victus in Termino Innoteſcentiæ non comparet. Lex V.

Et idem faciet Capitaneus ſi Victus in Termino Innoteſcentiæ non comparuerit, quod uidelicet cum Triplicato Vadio Victorem intro mittet: Cuius Vadij medietas pro Victore, & reliqua medietas pro Capitaneo loci cedere debebit. Et propter hoc Officialis Caſtrẽ. ab Intromiſsione huiuſmodi nihil recipiet a Victore. 36.

Si victus nõ admittit Intromiſsi intra duas hebdom. Term. obſeruat᷑. Lex VI.

sigiſm. Petr. 1523.

Capiteneus ſub iam expreſsis pœnis executioni ſatisfacere teneatur, ad maximum in duabus ſeptimanis gradus ſuperius & inferius expreſſos explendo. 37.

Officium exequendo rem Iudicatam ſemel deliberat. Lex vij.

Quam vide ſupra Articulo 12. de Formula Iudicii Caſtrenſis.

In cauſis vero Iudicij Caſtr. ex aſtito Termino Concitato, cum Triplicatis Vadijs intromittitur Actor. Lex viij.

sigiſm. Petr. 1523. ſupra idem de formula Iudicij Caſtr. articul. 12. & 14.

Similis etiã progreſſus debebit obſeruari in Iudicio Caſtreñ ſecundũ materiã ſubiectã in Articulis dũtaxat Caſtreñ. ubi ſtatim ex Term. Cõcitato aſtito addit᷑ Miniſterialis ad intromitteñ. cum Triplic. Vadijs. 37.

Si autẽ victus Victori Triplicata Vadia inferenti Intromiſsionẽ negat, aut datam impedit, Triplicata Vadia Officium in eo decernit, & eundem de bonis ui eijcit. Lex ix.

Quod ſi talis Victus Victori poſſeſsionem non admiſerit, uel quouis modo præpediuerit: extunc loci Capitaneus (audita de eo relatione Miniſterialis & Nobilium) & Vadia Triplicata ſuper eodẽ decernet. Poſtea mouebitur manu forti & armata, & tenebitur ipſum Victorem in bona partis Victæ intromittere, eundem Victum de bonis præfatis potenter eijciendo. 36.

Attamen bona dotalicio Vxoris aut al-

terius per-

terius perſonæ legitimo Iuri ſubiecta a Perlucris libera ſunt. Lex x.

Idem de Iure dotium lib. 3. cap. 6. artic. 4.

38 Si uero quis in aliquo alio bona quæcunq; Iuris decreto fuerit aſſecutus, in quibus ſcilicet bonis, Vxor eiuſdem Victi habuit Reformationem ſuam dotalicialem, talem Reformationē uolumus illęſam permanere. Et talis conuictus pro Golotha debebit reputari Iure Golotharū deinceps conueniēdus: caſu quo executioni rei iudicatę cōtraueniret.

Si victus poſt decreta Vadia Triplicata non permittit ſe de bonis eijci, extunc ad Inſtigationem Actoris per Officium ad Iudicium Caſtrenſe ad Banniendum citatur. Lex xi.

Sigiſm. Petr. 1523.

Quod ſi Victus eſſet adeo fortis, quod per Capitaneū ſua temeritas nō
36. poterit prohiberi: quod uidelicet Brachio Regali contrauenire niteretur: extunc in inſtanti debebit citari per Officiū illud Capitaneale ad Iudicium Caſtreñ. peremptorie, ad audiendum ſe, uti rebellem, & Iuri communi Regni contrauenientem, de Regno ac dominijs ſibi ſubiectis banniri, & proſcriptum pronunciari.

Si metu bannitiōis victus cædit bonis, ſimilibus Vadijs onerat'. Lex xij.

Quod ſi in tali Termino comparuerit metu bannitionis & proſcriptionis, debet ſatisfacere pro Vadijs interpoſitis, & Capitaneo, & parti: & poſſeſsionem pacificam ſub Vadijs ſimilibus nō præpedire Victori.

Sed in cauſa bannitiōis vt pote Criminali Actor quoq; ſtet pſonaliter. L. xiij

Quam vide Capitulo eodem Artic. 12. de Formula Iudicii Caſtrē. Crac.

Complices etiam omnes Victo patrocinantes proſcribuntur. Lex xiiij.

36. Similiter & omnes Complices eidem Victo palam patrocinantes, citari debebunt ad banniendum, & de Regno una cum ipſorum pręfato Principali Iure conuicto proſcribeñ. ſe decerni: contra quos prout eorum Principalem Officium Capitaneale procedere debet.

Impoſſeſs. uero cōprehēdē. ſunt. L. xv.

36. Qui uero eſſent impoſſeſsionati per Officium illud Caſtreñ. comprehendantur,

Qui præter Iure Victum aliquod Ius poſſoriū habet in bonis quæ poſterioribus p. lucris poſtea onerantur, uel etiam ſi quis par Ius, uel etiam poſterius tēpore habeat bona fide quæſitū: uel Iudicialiter obtētum, poſſeſsioneq; firmatum: ſecundo Iure Victori cōplex cēſeri non poteſt. ſi aūt

hendantur, & in turrim conicIantur, quorum punitio in arbitrio & gratia noſtra conſiſtat.

bona Victi non ſuffi- ciunt ferendis Perlu- cris utriusq; Victoris a poſteriore uictore perſona iure uicti o- neratur: si aūt bona quo ad ualorē hære- ditatis ſuffciūt, æqui tas hoc ſua dat, ut prior poſſeſſor ſecū- do uictori debitū ſol uat: aut ipſe debitam ſibi pecuniam ab il- lo recipiat, ut ita u- nuſquisque quod ſuū eſt, a debitore ferat.

Si bannitus defenderet ſua bona, Nobilitas contra illum tanquā violatorē Iuris communis, & Magiſtratuū contemptorē cum Capitaneo moueatur, & de bonis eijciatur, captiueturq; cum Cōplicibus in turrim conijciēdus. Lex xvi.

Et ſtatim poſt factam bannitionem, in quantū idem Victus bona ſua Iure amiſſa defenderet, executioni Brachij Regalis ſe opponeñ. Extunc 26.
iuxta Regni Statutū uniuerſa Nobilitas Terræ Diſtrictus eiuſdem in quibus bona Victi conſiſtunt, una cum Capitaneo loci mouebitur, cū apparatu bellico contra Victū rebellem, ita quod poterit de bonis ſuis (repelli & reijci. ¶ Et ſi talis rebellis poterit in perſona ſua cōprehendi, talis cum Complicibus ſuis comprehendatur, & mancipatus turri includatur, & ipſius uita in gratia noſtra conſiſtat.

Porro de literis ſalui cōductus per Epiſcop. Cracouien. vel Palatinū Craco. aut Sandomirieñ. dandis ob aliquod crimen metu Regis aut Capitanei fugientibus, & proteſtationē contra Regem & Capitaneū ſuſcipiendis, & quod bona malicioſe de Regno fugientis, & facientis damna cōfiſcantur, dotalicio Vxoris ſaluo. Lex xvij.

Quam vide Lib. 3. Cap. 14. de ſaluo conductu, ſeu Literis publicę fidei.

CAPITVLVM XIII.

De Succamerariorum Officio ac poteſtate.

PRAEFATIO.

ſuccamerariorū priſca & recentiora officia.

Cum olim Reges quotannis Prouincias Regni obibant, veriſimile eſt Prouinciales Succamerarios Cubiculi Regii fuiſſe cuſtodes. Certe hoc tēpore Succamerarii inter alia pacis bellique munia de finibus regundis ex Lege iudicant, & cognoſcunt: vt ita cupiditas humana ſuo contenta ſit, alieno abſtineat: neq; de communi diuidundo ſerat certamina. Quo ſenſu & gentilitas nugax, multiplicandorumque Deorū & Dearum ſtudioſa, Termino nihil animatum, ſed tantum libo, farina, fruge, & mola ſalſa ſacrificabat: quia is Deus pacificus & pacis cuſtos haberetur, a cædeque immunis eſſet: ob idque incruentum ſacrum ei cōſtituit, ac lege ſanxit, vt is qui Terminum exaraſſet, ipſe & boues Deo ſacri fierent: apud nos vero Termini exarator damni dati reus ex lege diſſipatorum Terminorum tenetur.

Termino, quæ olim ſacra fuere.

DE SVCCAMERARIIS. ARTICVLVS I.

Ex quo hominū ſtatu Succamerar. cre, entur, Et ſi Impoſſeſs. vel negligen. fu erint in ſuis Officijs, quę illis incūbunt, & pręſcribunt. Lex i.

Quam vide Libro 1. Capitulo 5. Articulo 1. de Dignitatibus conferen.

De ſecuritate autē Iudiciorum etiam Succameralium. Lex ij.

Quam vide Libro 4. Capitulo 9. de ſecuritate Iudiciorum.

De differētia limitū inter bona Rega- lia, & Nobilium Terreſtria : non Terreſtre Iudicium, necꝫ ſolus Succamerarius : ſed Commiſſarij Regij cognoſcunt. Lex iij.

Quam Libro 2. Capitulo 1. Articulo 6. de bonis fiſci Regal. vide.

Sed cauſæ Spiritualiū ſcilicet Limitū Kmetonum fugientium, homicidiorū, ac uulnerum Iure Terreſtri ſeu Sęculari definiantur. Lex iiij.

117 Spirituales pro bonis ſiue iniurijs bonorum Iuri communi ſubiecto- rum, Iure Terreſtri experiantur : Iniuriæ autē ſunt ſuper Limitibus, Kmetonibus fugitiuis, Cæde & uulneribus, alias iuxta Statutum Iohannis Alberti. Alex. in Rad. 1505 De ſpiritualibus lib. 1 cap. 4 art. 7 Item de uulneribus Kmetonum cap. 17 art. 2. eadē lex poſita eſt.

Pro Limitibus fundorū Spiritual. etiā Iudiciū Terreſtre Iudicat. Lex v. Sigiſm. Petr. 1543.

Quam vide Libro 1. Capitulo 4. Articulo 8. de Iudicio Spiritualium.

Tutor aūt vt nihil ꝑpetuū de hæred. puero. diſponet, ſic necꝫ illā limit. L. vi Kazim. Viſl. 1358. idem lib 3 de Tutoria poteſtate repet.

33. Cum pater deceſſerit pueris relictis ipſis ad annos legitimos nondum educatis, Tutor ipſorum non poteſt hęreditatē ipſorum uendere, nec gades limitare, nec ipſam hęreditatē aliquo modo perdere: quia ſi ſecus fieret, pueri ad annos diſcretionis peruenientes, hęreditatē ſuam a poſſeſſore uiceuerſa habere, & lucrari poſsint: nec ipſis aliqua pręſcriptio allegari poſsit. Sed neq; Tenutarius aut Domina dotalitialis bona ſua iuri ſubiecta limitare poſſunt.

Hic ergo Proceſſus in cauſa limitādorum bonorum obſeruetur. Lex vii.

Sigiſm. Petr. 1523.

Et licet uarij fuere quocꝫ modi in bonorum utrincꝫ hęreditariorū limitatione hucuſcꝫ in Terris noſtris Cracou. Sandomirieñ. Lublineñ. Ruſsiæ, Belzeñ. ac Podoliæ, Territorijſcꝫ earundē Terrarū pro Iure obſeruati: tamen nos conformem deinde limitationē bonorū eiuſmodi hęreditariorū fieri, ac in omnibus Terris prædictis pro conſuetudine obſeruari cupientes, de unanimi Baronum noſtrorū conſilio pariter & aſſenſu Nunciorū Terrarū prædictarū, ſtatuimus, & ordinamus ut quilibet citans in Ius Terreſtre pro graniciebus faciendis taxam pecuniariā non ponat, ſed ſimpliciter Actor citabit Reum pro actoratu alias opouoczſtuo ſub hac forma. 39.

Sigiſm. Petr. 1523.

Vſu obſeruatur, ut Actio Limitū prius definiatur quam iniuriæ, ſi quæ ſunt occaſione regundorum finium ultro citroq; illatæ, niſi enim prius appareat cuius ſit fūdus iſte uel ille, de iniuria cognoſci nequit ſecus eſt de iniurijs, quæ a Limitum negocio nō dependēt.

Forma Citatiōis Terreſtris cōtra principalem ad facien. limites. Lex viij.

Qui te citat ad faciendum granicies ſeu limites inter bona ſua N. hęreditaria Villæ N. ab una, & tua etiam hęreditaria Villæ N. partibus ab altera: & attentandū ſibi N. decerni actoratum uigore præſentis Citationis Iudicialiter reſponſurus. Datum. 53.

Contra uicinos uero ſeu collaterales, ſi ſint ſimul cum Citato, neceſſario tam ad Terreſtre quam ad Campeſtre Iudicium citandis ſic eſt procedendum, ne in campo Limitationem impediant. Lex ix.

Sigiſm. Petr. 1523.

Si uero eſſent alij Nobiles habentes uicinas hęreditates, quarum parietes adiacerent, & eſſent contigui hęreditatibus inter quas tales granicies fieri deberent, putarentcꝫ ſe habere intereſſe ex ui contiguitatis ad tales granicies, tales etiam uicini collaterales etiam per Actorē pro uno & eodem Termino cum Principali ad Iudiciū Terreſtre adcitentur, & ſimiliter prout cum Principali ita & cum eis per Actorem procedetur ne in Termino Campeſtri granicies poſſent impedire. 41.

Talis eſt ergo forma Citatiōis ad Iudiciū Terreſt. cōtra uicinos haben. cōtiguos pariet. cū hæred. ſeu bon. limitā. L. x.

Sigiſm. Petr. 1523.

Citat uos ad aſpiciendum parietem ueſtrum ſi quem uos habere prætenditis Villæ ſeu hęreditati ipſius N. contiguum, quæ bona ſua hæreditaria præfatus N. uult diſtinguere, & diſlimitare graniciebus, ſigniſcꝫ metallibus, cum bonis N. Nobilis N. hęreditarijs: pro quibus graniciebus citauit præfatum N. tanquā Principalem, & uos adcitat tanquā collaterales, ut ſtaretis & Actoratum ſibi N. Actori agnoſceretis, uel eundē 42.

tis, uel eundem Actoratũ attentaretis ſibi decerni per Iudicium contra præfatum N. Principalem, & uos tanquam collaterales: ad præmiſſa Iudicialiter reſponſuri. ∴ ∴ ∴

Si Citatꝰ nec in primo, nec in ſecũdo Term. cõparuerit, tũc Actor cũ adiudicatiõe Actorat. ad cãpũ remit. Lex xi.

40. *Si uero Citatus in primo Termino non paruerit, in pœna contumaciæ* (condemnetur. sigiſm. Petr. 1523.

SI AVTEM in ſecundo & peremptorio Termino idem Citatus nõ paruerit, in Lucro Actoratus, per Actorẽ condemnetur: per quam condemnationẽ iam obtinebit Actoratũ contra Citatum decreto Iudiciali accedente. ∴ ∴ ∴

FACTA IGitur tali condemnatiõe in Lucro Iudiciũ remittet Actorem cum obtentione Actoratus ad campũ, ad Succamerariũ Terreſtrẽ, ſiue eius Officiũ ueluti exequutorẽ proſequẽdæ huius limitatiõis.

ARTICVLVS II.

Itaq; poſt Citati cõdemnationẽ, Actoris uero Iure uincentis a Iudicio Terreſtri ad Campeſtre remiſsionem, ſequitur Proceſſus in Campo. Lex i.

40. Poſt hoc aũt Succamerarius per ſuam literalẽ Innoteſcentiã ſeu Citationem, debet Citare partes ad ſui, ſiue Officij præſentiã, ad locum Limitum ſiue differentiæ, pro certo Termino, peremptorie Terminũ aſſignando: mandando Reo cõdemnato, ut compareat ad inſtantiã Actoris, ad uidendũ & attentandũ ipſum Actorem iurare cum Teſtibus ſuper iuſta ductione, & ſipatione granicierum. sigiſm. Petr. 1523.

Talis aũt eſt Citatio ex Offic. Succam. ad cãpum pꝰ cõdemnati. Citati in Lucro in Iudicio Terreſt. obtẽto. Lex ij.

54 N. N. Succamerarius N. N. tibi Nobili N. heredi de N. Mandamus quatinus coram nobis, aut Camerario noſtro, feria ſecũda poſt feſtũ ſancti N. nunc inſtans proxima, in loco Campeſtri inter bona hereditaria Nobilis N. dicta N. & tua etiam hereditaria dicta N. ubi uidelicet præfatus N. Actor Nos, ſeu noſtrũ Camerariũ locabit, compareas ad attentandum & uidendũ ipſum ducere nos ſiue Officium noſtrũ, ducereq; & ſipare granicies, ſcopulos de Terra erigendo, & alia ſigna metalia ſiue granicialia faciendo, attentareſq; & aſpiceres ipſum cum Teſtibus preſtare Iuramentũ tanquam Actorẽ ſuper uera & iuſta ductione & ſipa- sigiſm. Petr. 1523.

ctione & ſipatione præfatarũ granicierũ, prout præfatum Actoratum contra te obtinuit condemnãdo te in Lucro Actoratus in Iudicio Terreſtri N. in Terminis iam pręteritis, cum quo Actoratu ad Nos, ſiue noſtrũ Offic. ad campũ eſt remiſſus, pręmiſſa Iudiciali. attẽtatur. Dat.

Sed forma adcitatiõis Succamerarialis contra eoſdem collaterales, ſiue habentes parietes contiguos & uicinos poſt remiſsionem fieri ſolitæ talis eſt. Lex iij. 42.

N. Succamerar. uobis Nobilibus N. & N. &c hęredibus de N. Mandamus quatinus coram nobis, aut Officio noſtro Succamerariali, in loco Campeſtri, inter hęreditates N. Nobilis N. Actoris ex una, & N. Nobilis de N. Citati partibus ex altera, ubi uidelicet pręfatus Actor N. Nos ſeu Officium noſtrũ locabit feria tali & tali. &c. ad inſtantiam præfati N. Actoris cõpareatis, qui uos adcitat alias przypozyua ad aſpiciendum parietem ueſtrũ, & ad uidendum attentandũq; ipſum uigore Actoratus contra præfatũ N. Principalẽ & contra uos tanquam collaterales in Iudicio Terreſtri N. obtenti ducere Officiũ, & proſequi granicies ſeu limites, faciendo ſcopulos, & alia ſigna metalia circa talia fieri conſueta: & attentandum ipſum iurare cũ Teſtibus ſuper iuſta ſippatione granicierũ. Ideo ut ſtaretis & præmiſſa Iudicialiter attentaretis: quia nos non obſtante ueſtra abſentia ſiue cõtumacia ad præfatam limitationem ex Officio noſtro procedemus. Datum.

Condemnatus in Iudicio Terreſtri, in campo ad cõtrouertendũ non admittitur, quin imo non obſtantibus quibuſuis etiã documentis Literatorijs uel Signis euidentioribus, ſi quæ Reus pro tunc oſtenderit, Actoris tamen arbitrio, ductiõi ac Iuramẽto cũ Teſtibus ſtandũ eſt. Lex iiij.

Sigiſm. Petr. 1523. In quo quidem Termino Campeſtri nõ licebit Citato aliquas controuerſias facere corã Succamerario, uel eius Officio, ſuper Actoratu: quẽ iam in Iudicio Terreſtri amiſit, ſed Actor ducet Officium iuxta ſuã uoluntatem, & ſuam conſcientiã, facietq; granicies ſcopulos ſipando, & alia ſigna metalia faciendo, non obſtante quauis contradictiõe Citati, nec quibuſuis documentis Literatorijs, uel ſignis euidẽtioribus, ſi quæ pro tunc oſtenderit: Quibus finitis circa finalem & acialẽ ſcopulum iurabit Actor cum ſex Teſtibus ſibi in genere ſimilibus ſuper uera & iuſta limitatione, ita uidelicet, quod nihil Terræ & hæreditatis Citato ademit, & ab eo alienauit. 40.

Porro ſi condemnatus etiã in campo

non paruerit,

non paruerit, idem fit: quin ubi Actor præſtiterit Iuramentum cum Teſtibus, Succamerar. decernit Limites ꝑpetuo duraturos. Lex v. Quod ſi in tali Termino Campeſtri Citatus non cõparuerit, ſed contumax extiterit: Nihilominus Succamerar. uel eius Officiũ tenebitur Actorem ſequi & facere granicies iuxta ductionẽ ipſius: nihilominus circa ultimum & acialẽ ſcopulum Actor iurabit cum Teſtibus, nõ obſtante abſentia Citati, tantũmodo in præſentia Officij Succamerarij. Quas granicies, ſic ut præmiſſum eſt, factas, & Iuramento Actoris cõprobatas, Succamerarius aut eius Officium decernet perpetuo duraturas, & tenendas. sigiſm. Petr. 1523.

40.

ARTICVLVS III.

Si vero ex conſenſu, vel etiam ex controuerſia partium fit Remiſsio ad campum, Citatio Succamerarij talis eſſe ſolet.

P. de N. Succamerarius T. C. Tibi Nobili N. hęredi de N. Regio et noſtri Officij uigore Mandamus quatenus corã nobis, ſeu Officio, aut Camerario noſtro, in loco Campeſtri graniciali inter bona hęreditaria N. Nobilis N. de N. tanquã Actoris ex una, & tua etiam hęreditaria N. partibus ex altera, feria M. poſt feſtum M. ad inſtantiã præfati N. Actoris perſonaliter & peremptorie cõpareas, qui te citat ad campũ, & Ius noſtrum Succamerariale, prout es remiſſus ad Ius noſtrũ Succamerariale Campeſtre graniciale per Iudiciũ Terreſtre C. pro facieñ. Limitibus, inter bona N. ipſius Actoris hæreditaria & C. bona tua etiã hæreditaria, & ad uidendũ alteri ueſtrum, aut alioqui ipſi Actori decerni Actoratũ: alias iuxta Citationẽ ipſius Actoris literalẽ, & remiſsionem Iudicij Terreſtris C. latius caneñ. Iudicialiter limitationem bonorum præfatorum ſis attentaturus. Datum.

Similis etiã Citatio cõtra collaterales.

Qui uos citat ad campum, & Ius noſtrum Succamerariale prout es remiſſus de Iudicio Terreſtri C. ad Ius noſtrũ Succamerariale Campeſtre graniciale, ad attentandũ & aſpiciendum parietẽ tuum, ſi quem te hæreditati N. ipſius Actoris prætẽdis habere contiguũ: Quæ bona ſua hæreditaria ipſe N. Actor uult diſtinguere & diſlimitare Limitibus ſigniſq; metalibus a bonis C. Nobilis C. N. hæreditarijs, ex Citatiõe literali Terreſtri, qua te citauerat & præſenti Citatione adcitat, ad aſpiciendum parietẽ tuum, ſi quem te hæreditati ipſius Actoris prætendis habere contiguũ. Quæ bona ipſe uult Limitibus ſigniſq; metalibus diſtinguere & diſlimitare a bonis N. Nobilis N. hęreditarijs, alias iuxta eandem Citationẽ originalem ipſius Actoris, remiſsionẽq; Iudicij Terreſtris C. latius caneñ. Iudicialiter parietẽ tuum ſis attẽtaturus. Dat.

Quod autem Iudicia Succamerar. vt & Capitanealis Officij (cum utraque ſint Rei Iudicatæ Executoria) intra duas hebdomadas fiunt, uſu obſeruatur.

Quæ Dilationes ad campum Citato admittuntur. Lex 1. 40.

Sigiſm. Petr. 1523. De Dilationib. uide lib. 4. cap. 15. de ſecundo Termino.

Poterit autem Citatus Terminum talem Campeſtrē uera infirmitate differre, ſimiliter & pro Maiori & non aliter.

Primo aūt omnium Succamerar. in negocio Limitatiōis naturalem Limitē ſpectet, nempe riuolum, aut fluuium interfluentem, ſeu Alueum nouū, & antiquum, alias Rzeczysko hereditates limitantē. Lex ij. 8.

Kazimir. Magnus Viſlic. 1368.

Fluuio inter Villas ſeu hæreditates exiſtente, ſi granicies nō ſunt de Iure facti, fluuius limitabit: idem fluuius naturaliter in nouum alueum auerſus, idem facit: ſed ſi quiſpiam in ſuū Rus eum cōuertit, ſua iactura erit, ut uicinus loci Dominus in Rure iſtius, & rippam habeat, & in rippa ac in fluuio limitem.

Crebra altercatione inter noſtros ſubditos ſuper Limitibus in hereditatibus ipſorum diſtinguendis graues ſuſcitātur quæſtiones, ex quibus augentur expenſæ, & labori nimio interdū ſupponuntur diſcordantes. Et quia fluuij & fluuiorū Aluei, ut plurimū inter hæreditates, poſſeſsiones, & Villas fluunt, & habentur: Vnde ſi quæ Villæ, aut hereditates inuicem conueniūt, aliquo fluuio uel Riuo mediante. Si inter eaſdem hæreditates non ſunt Limites de Iure facti, tunc illa quælibet hereditas ſuam teneat rippam illius fluminis ſeu Riui ad ipſam hereditatem protenſam: Et idem fluuius ſeu Riuus pro Limite ſemper ſit habendus. Qui fluuius ſeu Riuus ſi etiam obmiſſo primeuo Alueo per alia loca ſuum diuertit meatum ſeu defluxū, ſine miniſterio hominis, ſed propria uirtute naturali, Nihilominus eiuſdē fluuij primeuus Alueus, ubi ante decurſus aque fuit, uerus Limes hereditatū illarum erit: In quo antiquo fluuio, ſeu Riuo, alias antiqui fluuij Alueo, homines utramque Villam ſeu hæreditatē illam inhabitantes, licite ſuas facient piſcaturas, prout faciebant tunc, cū aqua ſuum primeuum, ſeu antiquū curſum in eodē antiquo Alueo habuit. Sed ſi fluuius ſeu Riuus huiuſmodi per hominis induſtriā auerſus eſſet ab antiquo curſu & alueo, ut in alium nouum influeret alueū, tunc ille nouus alueus hereditates limitabit: dabit quoque ſic ut antiquus ille alueus dare conſueuit unam rippam uni hereditati, alteram alteri quam alluit. Quo caſu dum per hominis induſtriam fit fluminis auerſio una hereditatū ipſarum, illa uidelicet in qua remanet antiquus alueus, omnem & integram habeat proprietatem in alueo, & rippis antiqui fluminis ſeu Riui.

Præterea, eū qui notabiliora ſigna Limitum oſtēdit, Succamerarius ſub ho-

nore & conſci-

nore & conſcientia admittat ad probandū: deficientibus autē ſignis ex utraq; parte, Actori cū Teſtibus probatio deferatur. Lex iij.

De Limitib. aūt noſtrorū Nobiliū taliter duximus prouidendū, quod Iagell. Craco. 1423.
41. ſi contigerit aliquem litigantē pro Limitibus docere, uel oſtendere ſcopulos dictos Kopcze ad minus tres, aut alia ſigna notabilia in campis uulgariter vviazdy. In ſyluis uero ſigna ad inſtar crucis facta, ut eſt moris: Extunc Succamerarius noſter illum qui meliora & notabiliora ſigna ſeu ſcopulos oſtenderit, diſcernens, ſub honore & conſcientia debebit & tenebitur mittere ad probandū. Vbi aūt utraq; Pars ſignis notabilibus inter hæreditates careat, extunc Actor ad probationem Limitum cum Teſtibus, prout de Iure eſt, admittatur.

Item poſſeſſiōis Præſcriptio animaduertenda eſt. Lex iiij.

Iagell. Craco. 1423. Hoc statutū li. 3. cap. 7 ar. 2. fol. 500. de uenditiōe ac obligatione hæreditatum repetetur.

44. Ex conſuetudine & Iure antiquo ſeruabatur. Quod uendens hæreditatem, emptorem per tres annos & tres menſes ab impetitione quacūque ad interueniendū & liberandū eundem ſit aſtrictus: Sed quia multotiens contingit, Quod uicini illius uenditæ hæreditatis quorū Limites etiam ipſam cōtingunt infra prefatos tres annos, & tres menſes emptorem uexare poſtponunt, donec Venditor & interceſſor preſcriptione emptionis euadat, qua elapſa primo emptorē pro Limitibus inquietare non formidant, licet uenditioni præſentes extiterint. Ea propter uolumus, & Statuimus, Quod cum aliqua hæreditas emptori per Vēditorem oſtenditur, uicini illius hæreditatis per emptorē cum Miniſteriali euocentur, ut illi oſtenſioni interſint. Qui ſi uenire noluerint, ſic per Miniſterialem uocati, & infra tres annos & tres menſes poſſeſſori quæſtionem pro Limitibus non mouerint, tunc poſſeſſor ad probationem ſuæ emptionis cum Teſtibus admittatur, præſcriptioneque tanti temporis iuuabitur.

Qui uendit hæreditatē debet uicinos per Miniſterialē uocare, ad oſtendendā illius hæreditatis Limites Emptori, qui ſi uenire noluerint, & triennio ac tribus menſibus Poſſeſſori pro Limitibus quæſtionē nō mouerint, Poſſeſſor ad probationem ſuæ emptionis cum Teſtibus admittatur.

Porro cuiuſmōi Literæ locū habēt, vel non habent, in negotio Limitatiōis bonorū, & de Succamer. Literis in diſlimitatione bonorum Regaliū ualituris, exceptis ſcopulis & crucibus de Iure factis. Lex v.

Quæ uideatur Libro 2. Capitulo 1. Articulo 7. de Commiſſariali Iudicio.

Succame. Terminū Partibus nō trāſponat niſi cōſentiāt, aut cauſa ſubſit. L. 6.

Cum aūt plærūq; Succamerarij aut eorū Camerarij tranſponerēt Li-
108 mitationes granicierū, aut fauore quodā, aut Partis unius neceſſitate accedente, altera nolente, exindeq; cū negligentia per Dilationes fauorabiles in Limitatione granicierū cōmitteretur. Nos huic errori prouidentes dé-

Quod ſi horū quatuor ſignorum nihil ſit, cacumina, uel tract9 perpetui montiū, aut ualles, et paludes, uel alioqui uolūtariæ priorum hæredū diſtinctiones aut uſusfructus, aliaq; huiuſmōi ſigna a ſuccamer. uideantur, ut id quod proximū ſit iuſticiæ ex æquo bono utrinque de Limitibus ſtatuat, ſed tamē & illud hic nō erat omittendum, quod ex Iuriſconſ. cōmuni ſenſu, ligo, ac ſecuris bonis uicini illata Limites non efficiant.

uidentes decreuimus & decernimus perpetuo obſeruañ. Quod a modo Succamerarij omniũ Terrarũ totius Regni Terminos graniciales per ſemetipſos pro ſuo uelle, contra Iuris ordinẽ trãſponere nõ debeant ſub pœna xiiij. Marc. in eo qui aliter fecerit per nos exigenda: excepto, qđ accederet ad id cõſenſus Partiũ, aut cauſa interueniret legitima.

Iohann. Albertus Petrikouiæ 1496.

Si Teſti ignobilitas obijciatur. Lex vij

Si uero Citatus aut Victus aliquẽ Teſtiũ inductorũ in Termino Cãpeſtri ſuper Nobilitate culpauerit, uolens per hoc Limitationẽ ipſam Actori impugnare uel præpedire, extunc pro tali culpato dabunt teſtimonium alij Teſtes, uidelicet illi quinq;, ſimplici uerbo, quod eſt poſ- 41.
ſeſſionatus, habet uidelicet bona Terreſtria, & habetur pro Nobili inter uicinos, & ſeruicia bellica cũ Nobilitate obit: Ac tale teſtimonium ſufficiet ſibi pro tunc, quod uidelicet debet admitti ad Iuramentum cũ Actore præſtandũ: Tamen Succamerarius reſeruabit ſibi cũ inculpatore Iuridicam Actionem in foro competenti proſequendam.

Sigiſm. Petric. 1523. Eiuſdẽ fit mentio lib. 4. cap. 19. de Teſtib. Et iterum lib. 6. cap. 1. artic. 7. de præmijs Militum.

Si Miniſterialis mutet formã Iuramẽ:

At ſi Officialis alias Vozny aliter formam Iuramenti (ti. Lex viij. Teſtibus dixerit, quam eſt mandatum, & de hoc conuictus Iudicio fu- 37.
erit, perpetuo de Officio deponatur.

Kazim. Viſlic. Idem libr. 4. capitul. 19. de Teſtibus.

ARTICVLVS IIII.

Poſtremo Succamerar. decreti ſui ſerie ſiue cõtumace Citato, ſiue p Litiſcõteſtationẽ facti, p patentes Literas Iudicio Terr. ſignificabit. Lex I.

Cuius quidem decreti, & totius Proceſſus talium granicierũ ſeriẽ Succamerarius per ſuas patentes Literas referet Iudici Terreſtri in Termi- 40.
nis Terreſtribus extunc immediate celebrandis, Quas Literas Succamerarij per Actorem præſentatas, Iudicium Terreſtre ad Acta Terreſtria acticabit ad perpetuam rei memoriam.

Sigiſm. Petric. 1523.

ARTICVLVS V.

Succamerario vel eius Camerario iniq; moto quid debetur. Lex I.

Cum aliquis iniuſte arguit, alias Nagani, ſenteciam Succamerarij: ſex Marcar. pœna illi ſoluitur. Camerario uero illorũ, ut aliorũ om- 28.
nium Dignitariorũ per ſex ſcotos abſq; omni contradictione. & anteq̃uã ad aliquã audientiam admittatur dare, & ſatisfacere teneatur.

Forma uero redarguendorum Iudicum lib. 4. cap. 25. ar. 1.

Moueri poteſt Succamerarius ad Regem, ſi inique decernat Actoratum, vel Literas interpretetur, vel in formula ſuæ Executiõis, in aliquoue alio euidenter peccet.

ſerpeccet. cui Miniſterialis, vt & Officio Caſtrenſi, intra duas ſeptimanas Terminum præfigit. Similiterq; ex iiſdem Cauſis Camerarius moueri poteſt ad Succamerarium ſuum: cui quidem Terminus in eodem differentiarũ loco, intra duas ſeptimanas præſtituitur. Qui quidem Succamerarius ſi ob grandem aliquam cauſam ad locum differentiarũ (ſui nimirum Iudicii proprium) pro eodem tempore venire nequeat, & ob ſui abſentiã Terminum Partibus præterlabi patiatur, Actor Reum In abſceſcentia Succamerarii ad Terminum lapſum intra annum & ſex hebdomadas adcitet, & Cauſam Limitũ regundorũ proſequaẽ, donec finiat. SI AVTEM SVCCAMERAR. REDARGVITVR, ET eiuſdem ſentencia per Regem retractetur: ad ſimilitudinẽ Iudicum Terreſtrium & Caſtrenſium redargutorũ, eius quoq; famæ & bonæ exiſtimatiõi nihil nocebit. Quod Statut. Sigiſmund. vide Lib. 4. Cap. 25. Artic. 4. de Motiõe Iudicũ.

ARTICVLVS VI.

Olĩ Succam. p vna die duas, vel tres hæreditates limitãs, mediã Marc. Si vero pluribus diebus, unam uel plures limitauerat, tres Marcas, duas ſecures, & duo foſſoria tollebat. Lex I.

37. Pro Limitatione hæreditatũ etiam ſi pro una die duas, uel tres hæreditates inter eoſdem Dominos Succamerarios limitauerit, & conſumauerit, recipiat mediã Marcam: Sed a pluribus diebus, ſiue plures limitauerit hæreditates, ſiue unam limitauerit, tres Marcas & duas ſecures cũ duobus foſſorijs Iure ſuo tollat. Kazim. Viſlic. 1368

Sed iam Succamer. vel eorũ Camerarij, 5. Marc. a ſingulis Limit. recipiãt. L. 2.

103 Item de ſalarijs Camerariorũ Terreſtrium unam atq; cõmunem Terris omnibus Conſtitutionẽ faciendam decreuimus & Statuimus, ut in omnibus Terris Regni noſtri Succamerarij Terrarũ, una cum Camerarijs ipſorum, non plus quam trium Marcarũ arram ſeu notam, pro graniciebus Limitatis accipiant ubique. Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

ARTICVLVS VII.

Ne ergo aliquis ſigna finium regundorum legitime poſita temere diſiiciat, vel alioqui in alieno fundo erigat. Et minorenni quidem cohæredi Citato Actio reſeruatur pro eius rata parte: At Kmeto ne Limites factos ex quacumque cauſa tranſcendendo, vel ſecurim in alienas ſyluas inferat, vel porcos impellat: Ac proinde & ipſi vicini in feris agitandis, & de allutionibus vſurpãdis, intra fines ſui Iuris ac fundi vtrinque ſeſe continere tenentur.

Ne quis erectos ſcopulos temere diſiiciat; alioquin a quolibet ſcopulo A:

ciali tres Marc. pecuniæ luet, ab alijs uero ſcopulis & ſignis metalibus diſiectis per ſex ſcotos. Et tamē tenebitur Officiū Succamerarij intra octo ſeptimanas educere, ad reſtaurandū illos ſub pœna xiiij. Marcarū Parti & totidem Iudicio ſoluenda. Lex ij.

Sigiſm. Petric. 1523. Si quis autem ſcopulos erectos, uel alia ſigna metalia, uel in parte uel in toto diſiecerit, annihilaueritque uiolenter, talis Violator a quolibet ſcopulo Aciali luet Parti contra ſe agenti per tres Marcas pecunię uſualis: Ab alijs uero ſcopulis diſiectis & ſignis quibuſcumque metalibus deſtructis & annihilatis luet per ſex ſcotos. 41.

¶ Et nihilominus teneatur idem Violator Officiū Succamerarij ad locum granicierū uiolatarū ſumptibus ſuis educere, & eoſdem Limites a ſe diſiectos reſtaurare, & de nouo erigere, quod facere tenebitur poſt auiſationem per Miniſterialē & Nobiles ex parte talem iniuriā paſsi infra octo ſeptimanas, ſub pœna xiiij. Marcarū Parti & totidem Iudicio ſuccumbenda, qua pœna ſoluta in alijs octo ſeptimanis tenebitur granicies, ita ut præmiſſum eſt reſtaurare: & ſic totiēs quotiens ipſas granicies reſtaurare renuerit, & noluerit totiens xiiij. Marcas præfatas Parti & totidem Iudicio ſuccumbet ad ſoluendum, in quibuslibet octo ſeptimanis. ∴ ∴ ∴

Neue quis e cōtrario ſigna Limitū ſua priuata auctoritate in alieno fundo eri

gat, alioqui, a quolibet ſcopulo Aciali per tres Marcas, ab alijs uero per ſex ſcotos ſoluet. Et tamē Officioſe eoſdem intra octo ſeptimanas demolietū ſub pœna xiiij. Marc. Parti & Iudicio totidē. Lex iij.

Sigiſm. Petric. 1523. Et ſi quis in ſolo alieno ſiue in hæreditate aliena ſine Succamerario & eius Officio ſigna granicialia ſuapte ſponte & temere erexerit, & fecerit: talis etiam pari modo a quolibet ſcopulo Aciali tres Marcas, & ab alijs per ſex ſcotos prout ſupra ſuccumbet ad ſoluendū: Et nihilominus ſcopulos & ſigna omnia metalia taliter inofficioſe facta, officioſe per Officium uidelicet Camerarij deſtruet, diſsipabit, & annihilabit, ita ut in poſterū nullū pręiudiciū Parti iniuriam paſſæ ex eorū ueſtigijs euenire poſſet: quod facere tenebitur ſub pœna xiiij. Marcar. Parti & Iudicio totidem. Et ſimiliter contra talem procedetur in octo ſeptimanis prout & contra uiolentum deſtructorem granicierum, ut ſupra deſcriptum eſt. ∴ ∴ ∴ 41.

Si Citati cohæredes eſſent minorēnes, Limitū cauſa nihilominus procedit: at=

Sigiſm. Petric. 1523. Eius statuti mentio lib. 3. cap. 4. art. 1. de Tutoria & fratris ſenioris poteſtate.

tamē reſeruatur minorennibus illis Actio a Succamer. pro portione illorū, ſi ſe grauatos iniuria olim exiſtimabūt. Lex iiij.

Si uero plu-

41. Si uero plures eſſent participes ſeu conſortes unius & eiuſdem hęredi-
42. tatis Citati per quępiam alium pro faciendis graniciebus, & inter tales Citatos eſſent aliqui cohęredes minorennes æque Citati: extunc cōtra tales Iudicium procedet tam Terreſtre quā Officiū Succamerarij, non obſtante ipſorū minorennitate: ad quā quidem Limitationē Iudiciū et Officiū Succamerarij procedet. Nihilominus Succamerar. uel eius Officium reſeruabit eis Actionē pro eorū intereſſe cum Actore graniclerum, cum uidelicet annos diſcretiōis aſſequentur: tunc licebit illis Iure agere cū illis a quibus putarent ſibi præiudicatū: tamē nō niſi pro ſorte & intereſſe ipſos concernente agent.

Si kmeto in aliena Sylua Limites vel

Terminos tranſgrediendo ligna uel utenſilia in alicuius Sylua uel Gayo inciderit. Lex v.

Quam vide Lib. 3. Cap. 9. Artic. 3. de quarumcūque arborum exciſione.

Sed ſi quis porcos alienos intra ſuorū

bonor. Limit. inuenerit, quoties eos mactare uel abigere debeat. Lex vi

Quā vide Lib. 3. Cap. 9. Artic. 4 de vſu Syluarū ex conducto vel violēto.

Ibidem de feris, alluuionibus, & id ge-

nus rebus in controuerſiam inter uicinos frequenter uenientibus.

ARTICVLVS VIII.

Quæ autē ſint Officia Succamer. in di-

ſlimitandis bonis Regalibus, a bonis Nobiliū Lib. 2. Cap. 3. Artic. 6. vide.

Porro, quæ in Salis fodinis Bochnenſi-

bus & Vieliceñ. etiam Libro 2. Capitulo 2. videantur.

ARTICVLVS IX.

Quæ item ſunt, aut potius fuerunt Of-

ficia Succamerariorum, aut Camerariorum in Iudiciis Terreſtribus vide Libro Quarto, Capitulo Secundo, Articulo Primo.

Quæ vero Officia illorum ſunt in Col-

loquiis Dignitariorum Libro 4. Capitulo 27. vide.

ARTICVLVS X.

Quæ denique ſunt Succamerar. Officia

in Bello, Libro vi. Capitulo i. Articulo vi. uideatur.

CAPITV-

CAPITVLVM XIIII.

De Venatorib. Dapiferis, ac pincernis: Item de Equiſonibus, Tribunis, ac Vexilliferis.

De Venatorib. Dapiferis, ac Pincernis. Nulla Lex ſcripta extat, uſu tamen obſeruatur, Quod preter Officiũ quod debent Regi in aliquam Prouinciã, quam ipſi incolũt ingreſſo.

Bona Regalia cum aliȷs Dignitatȷs diſſimitant: de quo Libro 2. Capitulo 1. Articulo 6. & 7. videatur.

Et Colloquȷs præſunt, de quibus vide Libro quarto, Capitulo ſeptimo.

Quod autem noui Tribunatus abrogantur, vide Libro 1. Capitulo 6. de Dignitatibus.

Tribuni etiam, Diſſimitationi & Colloquȷs memoratis interſunt.

Item Vexilliferi pace, itidẽ ipſis Diſſimitationi & Colloquiis præſunt: Bello vero Vexilla exercitibus præferunt, de quo Libro 6. Capitulo 1. Articulo 3. & 4. de re Militari vide.

CAPITVLVM XV.

De Nobilib. ſeu Equitib⁹ Regni.

PRAEFATIO.

In hominum genere nulla differentia.

QVamquam in hominũ genere tanta ſit cognatio, & conſanguinitas, vt in eo nulla differentia queat aſsignari, quod omnes homines vna et eadem definitio contineat, omnes quippe ſummus ille Iupiter Optim. Max. Deus ad imaginem ſuam fecit rationales, Diuinitatisque ſuæ ſcintilla impertiit, ac proinde omnia probra alteri ab altero dicta in Deum autorẽ generis humani recidant. Quia tamen alii aliis ingenio, doctrina, ac virtute præſtant: ſitque his natura mater, illis nouerca: atque adeo Nobilitate & ignobilitate inter ſe differant animæ: eo fit, vt homines ſibi ipſis inuicem præſint, atque ſubſint: alterique ad imperandũ, ad ſeruiendum alteri, a natura, inſtituto, & mentis dignitate varia facti eſſe videantur: ob idque appellentur alii Nobiles, ſiue liberi, qui aliis imperare poſsint: alii ignobiles, ſeu ſerui, qui imperata faciant. Cum vero Nobilitas ſit Dignitas

Ingenium tamen doctrina ac uirtus differentiam constituunt in illo.

ſeu celebritas

ſeu celebritas nominis, maiorum vel propriis in Rempub. meritis acquiſita: hoc ſenſu inter alios Rerumpub. conditores, Romulus quoque in duos Ordines populum Rom. diuiſerat Plebeium videlicet & Senatoriũ: illorũque progeniem Patricios ſeu Optimates, humiliorũ vero & inopum Plebeios appellauit: hiſque agriculturam, mercaturã, & opificia: illis artes bonas, Magiſtratus, & Ius gerendi belli iniunxit: & ne confunderentur, Eoſdẽ, Equi, veſtium, ac Iure annullorum, aliiſque inſigniis diſtinxit. Ita hæc ipſa Nobilitatis prærogatiua, aut Nataliũ, aut proprię virtutis beneficio, Principis Diplomate inſignitæ, quæritur. Natura enim nos docet, plurimũ intereſſe, a quibus parẽtibus quiſque genitus ſit. Nam

Nobilitas quid ſit, & qu'uniuſcuiusq; in Rẽpub. meritis paratur.

Naturalis Nobilitas.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Principes etiam, vt pote præmiorum ac pœnarũ in Repub. arbitri, illos qui Diuinarum & humanarũ rerum prudentia, Iuſticia, fortitudine, liberalitateue eximia Rempub. adiuuant, generique humano proſunt, Natalibus reſtituunt, ad gradumque Nobilitatis inautorant: Natalibus ſcilicet alicuius adſcribentes ipſos, vel eiſdem ſtemmata conferentes noua, vt ſuam ipſorũ incipiant familiam, ſintque Plebeiorũ ordine exempti. Et quamquã Iudicio omniũ ſapientum pręclari ſint theſauri maiorũ virtutes: Genus tamẽ, & proauos, & quæ nõ fecimus ipſi, vix ea noſtra putant ipſimet ſapientes: Quapropter quicquid ineſt boni in ipſis maiorum virtutibus, hoc præcipuũ eſt, quod illas, quaſi facem domi accenſam, poſteritas in omni Officio virtutum habeat, quam ſequatur. Cum quorum quidem geſtis ac gloria, ſi ſua geſta atque gloriã conferre, atque etiam præferre illis poterit, id vero magnæ & excellentis fœlicitatis inſtar eſſe iudicamus: quemadmodum Stheneus gloriari ſolebat,

Nobilitas, quæ ob virtutẽ a Principibus ſtẽmate inſignitur.

Maiorũ uirtutes quo loco habendæ ſunt.

Maiores ſuperat uirtutis gloria noſtræ:

Alioqui quicũque Nepotes, ſint tantũ Tyrſigeri, non Bacchi: degenerarintque a ſuorũ parentũ virtute, & gloria: Talibus inquit Poeta grauiſsimus Iuuenal.

Tota licet ueteres exornent undique cæræ
Atria: Nobilitas ſola eſt atque unica uirtus.

Ac vt vnuſquiſq; propria, non aũt aliena virtute laudẽ quærat, idem Poeta ait.

Ergo, ut miremur te, non tua: primum aliquid da
Quod poſſem titulis incidere præter honores:
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes:
Te ſi quidem tantum cenſeri laude tuorum
Pontice noluerim, ſic ut nihil ipſe futuræ
Laudis agas: miſerum eſt alienæ incumbere famæ:
Ne collapſa ruant ſubductis tecta columnis:
Stratus humi palmes uiduas deſyderat ulmos.

Quod ſi etiam ipſi Nepotes prauis facinoribus ſeſe contaminent,

Incipit ipſorum contra ſe ſtare parentum
Nobilitas, claramque facem præferre pudendis.

Vt autem infimæ ſortis hominum vicia cum autoribus latent, ita

Omne animi uicium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Quia vero ita comparatum eſt, vt generoſiſsimus quiſque ſemper Nobilitati faueat, & quia vtile eſt Reipub. Nobiles homines eſſe dignos maioribus ſuis, &

quia valet apud nos illuſtriū virorum Senex de Repub. meritorum memoria: Ita certe nemo niſi malignus inuidet, ſi quis humili loco ortus virtute duce, fortuna etiam comite, præclariſque in Rempub. meritis iter ſibi ad Nobilitatis decus aperiat, & palmam in medio poſitam, quæ vincenti debetur, tanquā brauiū virtutis & laborum ſuorum, ignauis præripiat. Proindeque Themiſtocles cum ei generis humilitatem quidam obiiceret, confidenter reſpondit: Ego poſteris meis lucem excito, & meum genus incipiam, tuum vero in te deſinit: Similiterque Marius aduerſis vulneribus ac cicatricibus contra Nobilitatē ſolas imagines maiorum & ſtemmata iactantem ſeſe gloriabatur: Quo ſenſu & Anacharſis Scyta barbariem patriæ ſuæ defendendo, cuidā dixit: Patria mihi dedecori eſt, tu vero patriæ. Ipſe quoque Cicero de ſe dicit, Satius eſt me meis geſtis florere, quā maiorum opinione niti: & ita viuere, vt ego ſim poſteris meis Nobilitatis initiū & virtutis exemplum. Quapropter & Iuuenal. de eodem ita ſcribit.

Hic nouus Arpinas ignobilis (quem) Roma parentem
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Et ne quis gloriam maiorum labore partam, in ſe, exemplo Terentiani Thraſonis verbis tranſmoueat,

Sit miſer inflatus, plenuſque Nerone propinquo:

Audiat eiuſdem Poetæ cenſuram grauiſsimam,

Malo pater tibi ſit Therſites, dum modo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſsas:
Quam te Therſite ſimilem producat Achilles.

Porro ne quenquā vaniſsima Nobilitatis opinio, ſi virtute careat, adeo reddat inſolentem atque inflatum, vt etiam putet ſe non obſcuram cum omnibus mortalibus natiuitatis ſuæ habere originem. Hic idem Poeta ſub nomine Nobilitatis Rom. omnes ſimili tumoris & arrogantiæ morbo laborātes perſtringit.

Et tamen ut longe repetas, longeque reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis aſylo:
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Cum itaque Nobiles partim generentur, partim fiant: vtrique ſi poſſunt virtute ſeſe Plebeiis anteferant, non faſtu: propriis factis, non alienis: præclaris in Repub. meritis, non nudis ſtemmatibus: ne ſcilicet nomen ſine re portent, & titulos operum vacuos, cum nihil aliud habeant, ſtultis, vt fumos ſine luce caligantiū oculis obſpargant. Sed vt omiſsis peregrinis exemplis, iam tandem de Statu noſtræ Nobilitatis agamus: certe, & vix vſquam alias gentiū Natales Nobilitatis diligentius a culpatis exiguntur, & Plebeiis etiam, ſi merita ſua in Rempub. oſtendant, expeditius ad Nobilitatis honorem iter patet. Atque eo factum eſſe videmus, quod Reſpub. noſtra non ab originum antiquitate, non auri, argenti, gemmarumque prouentu, non etiam munitionū robore, verum Nobilitatis vigilia, copiis, ac virtute, eſt, habeturque illuſtris, opulenta & inuicta: Si quidē & conſilio, quod ei cum Rege ac Senatu in Comitiis eſt commune, omnes caſus ſubitos auertit: & armis contra vim hoſtiū adhuc Rempub. fœliciter defendit: erga ſocios autē ſummam innocentiā & æquitatem retinuit. Quam quidem operam vt ipſi Reipub. probet, turpe habetur Nobili & Patricio viro apud nos, vel non vacaſſe literis, vel domi, foriſue non militaſſe; tantum abeſt vt artibus quæſtuariis, quod circa virtutem non verſentur, citra diminutionē capitis ei vacare liceat. Nec iniuria, inertiſsimi ſiquidem Nobiles ſunt, quibus præter nomen nihil videtur eſſe additamenti: Et ſi tantum ſuperbia, opibus, aut nudis ſtemmatibus, non rerū geſtarum gloria Plebeios anteeant. Vt aūt Nobilitas alacrius ſudet virtutis ergo, ampliſsimę prerogatiuæ eidem ſunt in noſtra Repub. propoſitę, quarū paucæ ex multis infra Artic. 6. attingūtur.

De Nobilitate Regni Poloniæ.

Reſpub. Regni Poloniæ Nobilitatis ſuæ uirtute cōmendatur.

ſtudia Nobilitatis Polonæ.

ARTICVLVS I.

De Nobilitatis Dignitate, Qui ſint Nobiles, & quod filii Sigilla patrum dum viuunt, non portent.

Nobilit. potiſsima pars eſt Reg. Lex j

Sigiſm. Crac. 1532.

Nobilitas Regni, potiſsima eſt ipſius Regni portio.

Nobilitatē probare volens, ſex Teſtes producat, duos de ſua genealogia, & quatuor ab auis & matre. Lex ij.

Kazim. Viſl. 1368.

16. Nobilitatis ſtirpes ex progenitoribus eorū ducunt originem ſemper, Quorū nati progreſſum de genealogia ſua appprobare fideli teſtimonio conſueuerūt. Si quis itaq; dicat & aſſerat ſe Nobilē aut Illuſtrem, cæteris Nobilibus hoc negantibus: ad probandā ſuæ genealogiæ Nobilitatē debet inducere ſex Nobiles uiros, ſeniores duos de ſua ſtirpe genitos, ut hi duo iurati dicant, quod ſit eorū frater, & de domo ac ſtirpe eorum paterna procreatus: de ſecunda & tercia genealogia etiam per duos Teſtes producendo.

Itaque Nobilis eſt, cuius vterq; parens Nobilis ex familia Nobili genit⁹, iux-

taque morem patriæ inter Nobiles uiuit: Vel etiam qui ex patre Nobili & matre Plebeia naſcitur, dum modo uiuat ad inſtar Nobilium abſq; exercitio artificiorū mechanicorū Nobilit. infamātiū. Lex iij.

Alex. in Rad. 1505
Idem ſupra fol. 90.

117 Et quoniā quæſtio incidit de genere Nobilitatis quæ diuerſo modo a quibuſdā interpretari ſolet: declaramus ergo quantū ad præſens Statutum attinet, eum tantūmodo uocari Nobilē, & capacem Dignitatū & Beneficiorū, cuius uterq; parens Nobilis, & ex familia Nobili ſit progenitus: & quod tam ipſe quā parentes eius habitarūt & habitāt in ſuis poſſeſsionibus, Caſtris, Oppidis, uel Villis, iuxta morem patriæ & conſuetudinē Nobilitatis uiuentes legibus & Iuribus Regni noſtri Nobilium. In quo genere Nobilitatis eos quoq; Nobiles appellandos cenſemus, qui licet matre populari, patre tamē Nobili ſunt procreati: quorum tamē parentes, & ipſimet uiuant, & uixerint ad inſtar aliorū Nobilium in Regno, ut ſupra, & non exercuerint, uel exerceāt eas artes & actiones quas cōmuniter Ciues, & qui in Ciuitatibus morātur exercere ſolent: per contrariū enim uſum Nobilitas ipſa in popularē & Plebeam conditionem tranſire ſolet.

Ciuiū ad Militarem ordinē inautora-

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

tio quomō rata eſſe debet vel nō. L. iiij

Ciues qui Terreſtria bona habent, cū pro illis citabūtur ab aliquo, cōſeruabimus nos iuxta Ius: Quorū alij etiam Nobilitate ſe defendere nō poſſunt, Qui literas ſuper Nobilitationē ſui obtinentes, ſuſcipiūt in ſe negocia, quæ ad ſtatum Militarē non pertinent: Quæ quidē ſunt Statuto deſcripta: quorū nullus ſe talibus liter. in Iudic. defendere poterit.

Porro quod Sculteti & kmetones etiā in Militarem ordinem per Regem inautorentur, & Milites atque Scartabelli appellantur. Lex v.

Quam vide ſupra inter vulnera Nobilium Articulo 5. & 6. ibique obiter tractatur de hac Nobilitatis differentia σκαρθμόσ, id eſt Scartmos Græce, Latinis ſignificat agilitatem, pedem, ſaltationē motum, curſum, hinc apud nos Scartabelli ex Græca & Latina voce (vti putamus) dicti ſunt vel pedites, vel agiliores Equites, in bello ad omnē vſum currendi vel recurrēdi celeres, atq; expediti.

Kazi. Viſlic. 1368.

Vſus tamē excipit cōmunis ab hac lege filios Magiſtratu aliquo inſignitos, uel per coniugiū, e patria poteſtate emancipatos.

Filij dū viuūt patres propriū Sigillū non habeāt, nec portent, vna enim perſona eſſe Iurisfictione cēſent. Lex vi. 9.

Quia filij cum patribus una perſona Iurisfictione cenſentur. Ideoq; Statuimus, quod uiuentibus patribus filij duntaxat Sigillo paterno utantur, & aliud portare, uel habere non præſumant.

ARTICVLVS II.

De NOBILIVM infamatione.

Kazim. Viſl. 1368. si Nobilis Nobilē infamia affecerit, neq; mox reuocauerit, neque probauerit, ſoluat uituperato pœnam ſexaginta marcarū: ſimiliq; pœna ē puniēdus, aßeuerans, alicuius matrem meretricem et cogendus eſt ad reuocationem.

Qui paratus eſt in aliū dicere, illū omni uicio uacuū eße decet quod ſi quis dicat ea quæ uelit, audiet quæ nolit. Nam & ratione uti atq; oratiōe prudenter, & agere qđ agas conſiderate, omniq; in re quid ſit uerū uidere, dicere, & tueri bonū uirum decet.

Si Improperauit Nobilis Nobili aſſerēdo illum eſſe filiū meretricis. Lex 1. 27.

Cum omnis ſcurrilitas uerborū & turpiloquiū homines ad rixas prouocans apud uirtuoſos homines non immerito debeat euitari, atq; niſi metu pœnæ (quamquā aliqui prohibētur a talibus & refrenātur) nequeunt alias prohiberi: Vnde uolumus, ut ſi quiſpiā linguam ſuam nō refrenans, Nobilis Nobili improperauerit, aſſerens eum eſſe filiū meretricis, & ſtatim non reuocat, aut negat quod dixit, nec probat eū eſſe talem, ut aſſerebat: pro uituperio illius, quem ſic uituperauit, ratione pœnæ ſoluat ſexaginta Marcas groſſorū, ueluti ipſum occidiſſet: Idem dicimus ſi matrem ipſius meretricē nominauerit nec probauerit, quod aſſeruit: in ſimilem pœnam ipſum decernimus incidiſſe, & reuocando debet dicere, id quod ſum locutus, mentitus ſum ſicut canis.

Qui vituperat Nobilē, & poſtea negat,

iurabit ſe

iurabit ſe non dixiſſe. Lex ij.

Iagel. Crac. 14[illegible]3.

Si quis Nobilis, aut aſſerens ſe de Nobili genere procreatū, dicat, quod
46. aliquis ſibi impar exiſtens in generatione, uituperoſa uerba intuliſſet: tunc ille reus eidē (Nobili) ęqualis non exiſtens, & negans ſe improperationem feciſſe, proprio Iuramento ab increpatiōe eius abſoluatur.

Sed kmeto non poteſt nocere vituperio Nobilitati alicuius, qui Expeditionem bellicam ſeruit, ac Iudicijs Terreſtribus ſubeſt niſi cum ſimili increpatione audiſſet aliquē æque Nobilem eum uituperaſſe, & non expurgatum, ſed Nobiles in Ciuitate reſidentes expurgent ſe de obiectis. Lex iij.

Infra de Nobil. in Ciuit. manentibus cap. 16. huius etiam ſtatuti fiet mentio cap. 17. de Kmetonib. & poſtea li. 6, ca, 2. de Bello

Kmeto uero non poterit aliquē Nobilem, uel pro Nobili ſe gerente ra-
46. tione Nobilitatis ſuæ increpare, niſi forte idem Kmeto audierit per alium Nobilem ipſum increpatū eſſe. Et ipſe ſe de huiuſmodi improperio minime expurgauit. Hoc tamē uolumus intelligi, de illis Nobilib. qui in Expeditione belli ſeruiunt, & Iudicijs Terreſtribus ſubſunt: nō autē de illis Nobilibus qui in Ciuitatibus reſidentes Ceruiſiam propinant, aut forte alij ſunt uagi, in Terra nihil habentes: tales enim teneantur ſe expurgare. ⁂ ⁂ ⁂

41.
Si Nobilis in probatiōe Limitum nomine Nobilitatis culpatur. Lex iiij.

Quā vide ſupra Capitulo 13. Articulo 4. de Offic. Succamerarii: & fiet eiuſdem mentio Libro 4. Capitulo 19. de Teſtibus.

Si Nobili occiſo poſt mortem ignobilitas obijcitur. Lex v.

Quæ infra Sexto Articulo videatur.

Cauſa Nobilitatis non niſi Iudicio Sæ
56. culari deffinitur: qua cognita, Eccleſiarū Miniſtri i. Sacerdotes pro decimæ ſolutione procedant. Vide Bodzantæ Epiſc. Conſtitutionem Libro 1. Capitulo 4. Articulo 6. de Prouentibus Cleri Fol. 116.

De legitimis tamen Natalibus Spirituales Iudicant. Lex vi.

Spirituali tamen Iudicio pertinet quærere & Iudicare de legitimi uel illegitimi tori liberis, ſeu Natalibus.

Sigiſm. Crac. 154[illegible]. Idem libr. 1. capitu. 4. artic. 8. Lege [illegible].

Propter hæc ſcelera Nobilitas infamat

1. Propter crimen læſæ Maieſtatis de quo ſupra Capitulo 1. Articulo 4.
2. Qui Iuri parere nollet Libro 1. Capitulo 2. Artic. 7. de Tutorib. Iuris.
3. Propter Præsbytericidium de quo Capitulo 4. Articulo 4.
4. Propter hæreſim de qua Capitulo eodem Articulo 15.
5. Propter domeſticā Inuaſionē & rei Iudic. nō paritionē de qua Li. 1. Cap. 12.
6. Propter parricidium de quo infra Articulo 6.
7. Propter furta & prædationes de quibus Libro 3. Capitulo 12.
8. Propter incendia, calūnias, & alia huiuſmōi in Statuto ſuis locis deſcripta.

ARTICVLVS III & IIII.

De Nobilium legitimis Iudiciis, libertate omniū commigrandi, necnon captiuandis Nobilibus bonæ famæ, vel alioqui niſi Iure victis, aut publice criminoſis.

Kazim. Viſl. 1368.

Vt aūt Rex, ita etiā Capitaneus de cauſis criminalibus in abſentia Accuſatoris ſeu Actoris cognoſcere nō debent: nec niſi confeſſus, aut conuictus de crimine, in Iudicio condēnandus eſt. Lex i. Quā uide ſupra Fol. 49.

Ex Priuil. Iagell. Iedlnen. 1433.

Nullꝰ etiam Terrigena poſſeſſionatus, pro aliquo exceſſu, niſi ſit Iure cōuictus, captiuandus eſt. Lex ij.

Leg. 12. tab. cauetur, ut VIS ABSIT, nihil enim teſte Cice. exitioſius ē Rebuſp. nihil tam contrarium Iuri & legib. nihil minus Ciuile & humanū, quam cōpoſita et cōſtituta Rep. quicquam agi per uim: et priusq̄ de cauſa legitime cognoſcatur rapi aliquē captiuū: niſi forte magnitudinem alicuius ſceleris leges repente obruere permittant.

Cæterum promittimus & ſpondemus, Quod nullum Terrigenā poſſeſſionatum pro aliquo exceſſu ſeu culpa capiemus, ſeu capi mandabimus, nec aliquam uindictā in ipſo faciemus, niſi Iudicio rationabiliter fuerit cōuictus, & ad manus noſtras uel noſtrorū Capitaneorū per Iudices eiuſdē Terræ in qua idem Terrigena reſidet præſentatus. 51.

Similis, quod Rex nō captiuabit quēquam, niſi Iure conuictum.

Kaz. in Nyeſſ. 1454

Inprimis igitur pollicemur uerbo noſtro Regio, omnibus Regni noſtri Incol. qđ nullū captiuari faciemus niſi fuerit prius Iure cōuictꝰ. 92.

Similis.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Captiuari etiā nullus Nobilium debet niſi Iure conuictus iuxta Statuta & Priuilegia.

Attamen ter in Regeſtris maleficorū deſcriptus capi poterit. Lex iij.

Quam vide Libro 3. Capitulo 12. Articulo 2. & 3. de Furtis & ſpoliis vna cum aliis Legibus eandem limitantibus.

Fur autem

Fur autē, Latro, Incendiarius, homicida, Raptor Virginū, Villarum depopulator, & prædo ubiq; detinentur: Similiter qui de ſe debitā cautionē facere nollēt, iuxta delicti quātitatē. Lex iiij.

Vuladiſl. Iagello in Iedlna 1433.

51. 52. Illo tamen homine qui in furto, uel in publico maleficio, ut pote, Incēdio, homicidio uoluntario, raptu Virginum, & Mulierū, Villarū depulationibus, & ſpolijs, deprehenderetur: Similiter illi qui de ſe nollent debitam facere cautionem, uel dare, iuxta quantitatem exceſſus, uel delicti duntaxat exceptis.

Supra Libro 1. Capitul. 12. Artic. 9. de Incendiis fit eiuſdem mentio. Et infra Lib. 1. Capitul. 15. Artic. 6. de homicidiis, & iterum Lib. 1. Capitul. 16. de Ciuibus: & iterum Lib. 1. Capitul. 17. Artic. 3. de Kmetonibus. & Lib. 3. Cap. 6. Artic. 3. de Raptu Virginum, & Lib. 3. Cap. 10. Artic. 2. de Fideiuſsionibus, & Lib. 3. Capitul. 12. de Violentiis, de furtis vero eodem Capitul. Artic. 2.

Qui ſint etiam ex Templis & Cænobijs capiendi. Lex v.

Sigiſm. Crac. 1543. Idē lib. 1. cap. 4. art. 8. de cauſis ſpiritualis fori, & alibi fit mentio partium eiuſdem ſtatuti.

Ius commune non permittit defendi ab Eccleſijs ſeu Templis nocturnos ſegetum, & fundorū, ſeu agrorū damnidatores, liberarūq; uiarū obſeſſores, ſeu prædones. Item fures publice proclamatos, uel ter in Regeſtris conſcriptos, incendiarios, & libertatis Eccleſiaſticæ uiolatores: tales enim debent ex Templis capi, neque defendi.

Nobilis obligari etiā ſponſiōe fidei neqt, niſi ſit Iure victus, aut militet, ſeruiat, ſubditꝰ ſit, vel Reip. cauſa poſc. L. VI

Sigiſm. Crac. 1540 Idem ſupra fol 52. & eiuſdem fit mentio cap. 18. de ſeruis, & lib 6 cap. 1. art. 7. de Bello, & iterū lib 6. cap. 3. artic. 8. de mercenario Milit.

Ita poſtulantibus ſubditorū noſtrorū rationibus, Decreuimus, ut nullus Nobilis ſubditus noſter ſponſione fidei per nos obſtringatur, niſi Iure uictus: Secus erit in exercitio rei Militaris, & ubi nobis, uel alicui ſubditorum noſtrorū Actio interuenerit cū ſeruitore, factore, adminiſtratore, aut ſubdito ſuo. Et ubi Reipublicæ cauſa aliquid ſit contra quemuis agendum.

De eodem.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Sponſione fidei nullus Nobilis poſſeſſionatus obligari debet a nobis neque ab ullis Officialibus noſtris tantum iuxta deſcriptionem Statuti Anno 1540. conditi.

Kaz. Viſlic. 1368.

35. 36. **De Treugis pacis ſiue ſaluo conductu** per Epiſcopum Cracouień. aut Cracouień. uel Sandomirień. Palatinum dan-

latinum dandis de Regno ob aliquod crimen metu Regis, aut Capitanei fugientibus: & proteſtationē contra Regē ſuſcipient. Lex vij. Quæ videatur Libro 3. Capitul. 14. Articulo 1. de Treugis.

Sigiſm. Crac. 1527.

Nobilis circa violentiā in Ciuitate captus, abſq; Capitan. iudicari nō debet: & quod pœna 60. Marc. pecun. a Ciuibus iniuſte capto debetur. Lex viij.

Idem cap. 12. de Capitan. præterea que inter Ciuitatū leges cap 16. art. 5. erit, hic tamen cōmodius ponitur.

Quoad uiolentias quæ in Ciuitatibus & Oppidis Regni noſtri committuntur attinet, ſi quiſpiam Nobilis uiolentiā ipſam perpetrauerit, et in Ciuitate, ſeu Oppido, Ciuem, uel hominē aliquem uerberauerit: aut iniuriā aliquam per uiolentiā cuipiam intulerit, detineri quidē ſeu cōprehendi ab Officio Ciuitatis poterit, ſed iudicari & ad pœnā condēnari, non niſi ſub præſentia Officij Caſtreñ. debebit.

Sigiſm. Petr. 1538.

De eadē captiuatiōe Nobiliū in Ciuitatibus ob violentiā perpetratam.

Statuimus ut Nobiles, ſecundū Statutū Thorunij editum, pro admiſſis criminibus in Ciuitatibus & Oppidis captiuētur, & qui Officio Capitaneali digni pœna uidebūtur, in Ciuiū poteſtate relinquātur: Qui uero iudicabūtur ab Officio Capitaneali, utcumq; Ciuibus diſſentientibus, pœnā non promeruiſſe: in cuſtodiā Officij Caſtreñ. tradi debēt, uſq; ad cognitionē noſtram ſuper eiuſmodi detentorū exceſſibus faciendam. Quod ſi nos decreuerimus aliquē iniuſte detentū eſſe, eūq; per ſentenciā noſtram liberū fecerimus, Ciues pro huiuſmodi iniuſta detentione pœnam detento ſexaginta Marcarum pecuniæ ſoluere tenebuntur, ſintque aſtricti.

Statuti aūt formula Thoruniæ per nos ann. M. D. XX. æditi in hæc uerb. ſeqt.

Quia Nobiliū & Ciuitatū Regni noſtri damnoſa fuit exorta differētia, ſuper his Nobilibus, qui in recenti crimine pro uiolentia in Ciuitatibus & Oppidis capiebātur. Proinde nos tam graui negocio ad præſens propter Pruſsię bellicam occupationē pro perpetua ordinatiōe intendere nō ualentes, nihilominus prouidētes tranquillitati ſubditorū noſtrorū, de unanimi conſilio Conſiliariorū noſtrorū omniū & Nunciorum Terreſtriū Regni Statuimus, & ordinamus, Quod dū aliquis Nobilis in Ciuitate noſtra uel Oppido noſtro, aut aliquorū Spiritualium & Seculariū ſubditorū Regni noſtri, pro crimine uiolentiæ. per

Officium Ci-

Officium Ciuile captus fuerit, extūc talis Nobilis pro uiolētia captus detineri debet in Prætorio Ciuitatis, uel Oppidi, ubi capietur: Quo facto Officiū Ciuitatis, uel Oppidi illius, ubi talis uiolator captus fuerit nullum penitus Iudiciū faciet, nec aliquā pœnam exiget de eodē Nobili, niſi prius ad eorū requiſitionē Capitaneus uel Vicecapitaneus Caſtreñ. illius Iurisditiōis noſtræ Regalis, ſub quo talis Ciuitas uel Oppidum ſitum fuerit, preſens interfuerit eidē Ciuili Iudicio: quod miniſtrari & fieri debet pro uiolētia contra dictū Nobilē: & ubi Capitaneus uel Vicecapitaneus noſter ad unam ſentenciā cum Officio illius Ciuitatis uel Oppidi, ubi talis Nobilis detētus fuerit, concordati fuerint: extunc præfatus Nobilis iuxta huiuſmodi ſentenciā Capitanei noſtri aut eius Vicecapitanei, ex Officio Ciuilis condēnari & puniri debet. Si uero talis Capitaneus noſter uel eius Vicecapitan. non poterit ſe concordare ſuper ſentenciā cum Officio Ciuili, contra talem Nobilē: extūc ipſe captiuus interea tēporis in decenti captiuitate Ciuili detineri debet, tam diu donec a Maieſtate noſtra Regia informationē Capitaneus noſter & illa Ciuitas uel Oppidū habuerit, quomodo talis Nobilis captiuus ſentēciari & puniri deberet, prçſcriptiōe tanti tēporis non obſtante, qua ſe prædictus captiuus tueri nō ualebit. Si uero in aliqua Ciuitate uel Oppido Officiū Ciuile contra præmiſſa aliquid attētauerit, extunc per Capitaneū noſtrū Caſtreñ. ſub cuius Iurisdictione & Diſtrictu talis Ciuitas uel Oppidū conſiſtit, Proconſul pro tēpore exiſtēs cum uno Conſule capi, & decollari, & capite priuari debent.

De eodem.

In Statuto Thoruneñ. Anno 1538. conditi eſt ſufficienter deſcriptū, Quomodo ſe debent conſeruare Ciues circa captiuationē Nobilium. Quod in omnibus teneri debet. *Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.*

Statutum Regis Alberti ſupra Capitul. 12. Artic. 10. poſitum declarat, quod tantum ob vulneratione alicuius in domo Nobiliū crimen Inuaſionis domeſticæ cōmittitur. Vel etiam ob violentiā Mulierum de qua Libro 3. Capitulo 6. Articulo Secundo & Tercio vide.

Liberum eſt Nobilibus cū eorum ſeruitoribus exire de Regno, ſed non collecto exercitu, neque hereſeos diſcendæ cauſa. Lex ix.

Quæ Capitul. 4. Articul. 15. de Hereticis poſita eſt, & iterum Libro 6. Capitulo 1. de re Militari ponetur.

ARTICVLVS V.

De Vulneribus NOBILIVM.

Vulnera aūt quomodo olim per Miniſterialē conſpiciebātur, & per teſtes to-

tales probabantur, & quod uulneratus luet pœnam, ſi uulnera non probauerit pro quibus citat. Lex i.

Kazi. in Nyeſ. 1454

Item Statuimus, Quod ſi quis citabit ſeu euocabit aliquē ad Iudicium pro uulneribus, Miniſterialis ad inſtantiā uulnerati uulnera conſpiciat debite, qui ſuper Miniſterialis recognitionē uulnerū ſuorum coram Iudicio, debet docere teſtibus totalibus ſuper uulnera ſua. * Qui ſi docere non poterit, extunc idem uulneratus luet Iudicio Regalē pœnam dictam ſeptuaginta alias ſyedmnadzyeſcza, & parti aduerſæ pœnā dictam quinquaginta alias pyatnadzyeſczya. 94.

Sed iam non Miniſteriali uerum Officio Capitaneali, aut Iudicio Terreſtri

Eiuſdem Stat. mentio libr. 1. cap. 12. artic. 15. de alijs Officijs Capitanei.

uulnera oſtenduntur, quorum Actorū Reſcripto, atq; cū duobus Teſtibus Actoris Iuramento uulnera probentur. Lex ij.

Sigiſm. Petr. 1538.

Præterea accidere frequentius ſolet: ut citati pro capite, aut uulneribus, ad euitandā pœnam pro capite aut uulneribus debitā uiciſſim Actores multis Citatiōibus pro uulneribus citare ſolent. Ad extirpandā igitur, hanc impediendæ Iuſticię artē: Statuimus ut uulneratus cruentis uel liuidis uulneribus, uulnera in recenti quamprimū potuerit Officio Capitaneali quodcūq; proximius percuſſo fuerit, aut Iudicio Terreſtri illius Diſtrictus, oſtendat, & teſtata per ſe faciat, quæ ſic oſtenſa, & eorū qualitas in Acta Caſtreñ. aut Terreſtria in Terminis Terreſtribus illius Diſtrictus inſcribātur: & eo teſtimonio, uelut authentico & ſufficienti Actor Reū, tuto & citra calumniā in foro Iudicij Terreſtris mettertius, cū ſibi ſimilib. iurans more antiquo cōuincere poterit.

De Nobilibus aut kmetonibus Spiritualiū uel Nobiliū occiſis uel uulneratis in Ciuitatibus, Ius Polonicum eſt dicendum. Lex iij.

Kazimirus in Nyeſsoua 1454.

Horum duorū ſtatutorum fiet mentio inter Ciuiū art. cap. 16. art. 5. & inter Kmeton. cap. 17. artic. 2.

Item Statuimus, quod Ciues Ciuitatū noſtrarū Nobilium & Spiritualium, pro uulneribus, & homicidio, Ius Polonicū hominibus Villarum noſtrarū Spiritualiū & Nobilium miniſtrare tenebuntur. 95.

De eodem.

Sigiſm. Petri. 1538.

Decernimus ut deinceps ſecundū antiquas Regni noſtri Conſtitutiones de occiſis ſeu uulneratis Nobilibus, aut eorū Kmetonibus, in omnibus Ciuitatibus & Oppidis noſtris Regijs Spiritualiūq; & Secularium Dñorum, non Iudiciū Ciuile ſed Terreſtre & Polonicū ſeruetur & locetur: Vbi uero Ius Ciuile fuerit a Ciuibus in hac re ſeruatū pœna quatuordecim Marcarū pecuniæ Ciues ipſi parti ſolueñ. puniātur, Iure Terreſtri totiens quotiens opus fuerit perēptorie exigenda.

Actori itaq;

Actori itaque pro membrorũ mutilatione incumbit cum duobus Teſtibus probatio, licet anno integro tacuerit. Lex iiij.

20. Petrus conqueſtus eſt de Iohanne,quod ipſum quatuor digitis in manu mutilaſſet: Quod Iohannes ſe feciſſe negauit: Et quia idem Petrus pro eadem mutilatiõe poſt annũ elapſum ſatisfactionẽ habere petebat, Nos itaq; in tali caſu eundẽ Petrũ mettercium pronũciamus iuraturum,qđ prędictam mutilationẽ digitorũ quatuor habuit a Iohanne.

Kazim. Mag. Viſlic.

Mutilato petenti Iuſticiam pro mutilatione, ſi mutilator negat,et mutilatus poſt anni decurſum petebat,decernitur Iuramentũ cum duobus mettertio præſtandũ, qđ ab illo accuſato mutilationẽ haberet.

Qui vulnerat aliquem vitam ſuam defendendo. Lex v.

Kazim. Mag. Viſlic.

17. Accepimus, quod Petrus inſequẽdo Mathiam grauiter in platea uulnerauit: Quod cũ Mathias in Iudiciũ deduxiſſet, Petrus licet cõfiteatur ſe Mathiã uulneraſſe, tamen aſſerebat ſe hoc feciſſe neceſsitate cõpulſum, per ipſum Mathiã, qui ab initio & antea ipſum Petrũ uulnerauerat. Quod idẽ Petrus offerebat ſe probaturũ. Nos itaq; in tali caſu decernimus ipſius Mathię probationẽ eſſe admittendã ſuper eo, quod dũ in platea Petrus ipſum Mathiã inſequeretur uulnerauerit, cum dictus Petrus non uitam defendendo ſed iniuriã ſibi alias illatam ulciſcendo Mathiam noſcitur uulneraſſe.

Qui uero occidit infra artic. 6. uide par uerum quia &c.

Qui ex initio alterius uulnerat uitam defendendo, hoc ſi poterit probabit. Alias uulneratus proprio Iuramento uulnera obtinebit.

Eſtimatio mutilationũ ac vulnerũ Nobilibus inflictorum. Lex VI.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

22. Militem mutilans in pede, manu, uel naſo, quindecim Marcas: In pollice uero mutilans octo Marcas: Digitũ uero quẽlibet alium amputãs tres Marcas groſ. ipſi mutilato, uel in digito læſo ut ſupra dicitur ſoluere teneatur: Pro qualibet aũt uulneratiõe prædictorum membrorũ uulnerato pœna, quæ dicitur pyathnadzyeſta perſoluatur.

Mutilatio in pede uel naſo 15 in pollice 8. Marc. In digito alio 3. Marc. cum pœna pyatnadzyeſta ſoluenda eſt.

De eadem mutilatione, vulnerumque æſtimatione maiori.

Idem Rex Kazimir.

22. Vt uiolentorũ audacia refrenetur, Statuimus quod dum Miles parem ſibi Militem ⁊ mutilauerit, pro mutilatiõe membri cuiuſlibet xxx: & pro ſimplici uulnere xv. Marcas ſoluere teneatur.

De percuſsiõibus Militum ac Nobilium ſine ſanguinis effuſione. Lex vij.

Kazim. Mag. Viſlic.

27. In percuſsionibus Militũ & aliorũ noſtrorũ ſubditorũ iſtum in pœ-

nis modum exigendis uolumus obſeruari, ſi Miles Militi, aut Nobilis Nobili plagam uel ictum dederit abſq; ſanguinis effuſione, Nobili cui illata fuerit talis percuſſio pœna quæ dicitur pyathnadzyeſta per inferentem & lædentẽ debet aſsignari: Si autẽ illi inferatur qui non habet Ius Militare tũc Marca groſsorum pro tali uulnere debet ſolui

De Villano Militi aut Nobili plagam inferente, & quæ ſit Nobilitatis differentia, atque ob merita in Rempub. inauctoratio. Lex viij.

Kazimirus Viſliciæ.

Militi pro una plaga uel pluribus a Kmetone facta uel factis pœna quindecim alias pyathnadzyeſta percuſſo. Et Iudicio alia ſimul pœna perſolui teneatur. Si uero fuerit baculo cruentatũ uulnus, illatũ ſicut pro gladiali uulnere declaramus ſatisfaciendum. 29.

De eodem.

Kazimirus Viſliciæ.

Itẽ Militi Slachczye pro uulnere decem Marcę, Scartabello uero quinque Marcæ. Sculteto uel Kmetoni factis Militibus tres Marcas Statuimus pro uulneribus eſſe perſoluendas. 29.

Si Plebeus occiderit aut uulnerauerit Nobilem, qui dederit, uel nõ dederit illi occaſionẽ inuadendi ſe. Lex IX.

Hoc Statut. ſigiſmũ. Crac. 1532. factum fuit ad trienniũ. fiet eiuſdem mentio arti. de homicidijs Nobil. & capitulo 17. de Kmetonibus.

Plebeus Nobilẽ occidens cui nullã cauſam uel occaſionẽ ſe inuadeñ. Nobilis præſtiterit, nec initiũ contentiõis uel percuſsionis cũ eo fecerit, pœna capitis puniatur: Vulnerans uero Plebeus Nobilẽ cui ſimiliter occaſionẽ ſe uulnerandi Nobilis nõ prębuit, pœna capitis puniatur: hoc tamẽ intelligi debet de uulnere graui, ex quo ſequitur mutilatio uel inualiditas alicuius mẽbri Nobilis uulnerati. Quod ſi nulla ex huiuſmodi uulnere mutilatio & inualiditas mẽbri conſequetur, pœna pecuniaria ſecundũ antiquũ Statutũ Plebeus puniatur. At ubi Nobilis cauſam & occaſionẽ occiſiõis uel uulneratiõis ſuæ Plebeo præbuerit, punietur Plebeus ſecundũ antiqua Statuta de uulnerato uel occiſo Nobili cõdita. Vt aũt conſtare Iudici poſsit data, nec ne fuerit Plebeo cauſa uel occaſio uulnerandi Nobilẽ: quilibet Nobilis Plebeiũ de uulnere aut nece accuſans probare teneatur ſuo & duorũ ſibi ſimiliũ Nobilium corporali iuramẽto, id quod aſſerit uerũ eſſe, expreſſe hoc uerbis nuncupans, quod nõ ex initio a ſe facto, neq; cauſa aut occaſione per ſe data Plebeus illũ uulnere ſeu nece affecerit: alioquin Nobilis in huiuſmodi probatiõe deficiens nõ poterit Plebeũ in pœnã ſuperius expreſſam conijcere, Nihilominus tamẽ Plebeus uulnerãs quomodocũq; aut occidens No-

occidens Nobilem pœna in antiquis Statutis præſcripta punietur, hoc autem Statutũ cum ſit pœnale, ad tres duntaxat annos ualere, & obſeruari debere decernimus.

Licet uero amicus amicũ iocando ſeu ludendo vulnerauerit, læſo pro vulnere ſatisfaciat. Lex x.

Kazimirus Viſliciæ.

Genus iocandi non profuſum nec immodeſtum, ſed ingenuũ & facetũ eſſe debet: in ipſoq; ludo & ioco aliquid probi ingenij lumen eluceat, tantum abeſt, ut in hijs ad aliquam turpitudinem uel damnum prolabamur.

Item Bartholdus depoſuit cõtra Andreã, quod ipſum uulneraſſet, An-
29. dreas cõfeſſus eſt ipſum Bartholdũ uulneraſſe, dicẽs ſe inuitũ & nolentem feciſſe, ſolatijq; cauſa prout amici plerũq; aſſolent facere iocando. Nos igitur audita ipſius Andreę cõfeſsione, attẽdentes q̃ ludus nõ debet ſe extẽdere ad aliquã lęſionẽ ſeu uulneris offenſionẽ, ipſum Andreã in tali caſu decernimus Bartholdo ad uulneris ſatisfacti. condẽnandũ.

De morſu canis ex incitati. alicui9. L. xi

Kazim. Mag. Viſli.

Cane alicuius lædente aliquem in deffectu probationis læſi ſtari debet Iuramento Domino canis ſe expurgantis.

Egidius cõqueſtus eſt, quod canis Falconis ex incitatiõe ſeu impulſiõe
24. ipſius Falconis taliter illũ læſit et momordit, q̃ ex illo morſu oſtẽdebat & aſſerebat ſe claudicare, Falco uero eandẽ incitationẽ ſeu canis impulſionẽ negabat. Et quia Egidius Actor hoc nõ poterat cõprobare. Nos in tali caſu declaramus, q̃ Falco p iuramentũ ꝓpriũ debet ſe expurgare.

De extĩctiõe cãdel. & vulne. incuſ. L. xij

Kazim. Mag. Viſlic.

Querelam Egidius propoſuit cõtra Falconẽ, quod dum in domo ipſi-
24. us Egidij facta fuiſſet in ſero cõtentio quedã, ipſe Falco ſuperueniens candelã ſuffocauit & extinxit, qua extincta Egidius neſcit, nec ſcire poteſt, per quẽ in illa contentiõe & diſcordia fuerit uulneratus: Licet Falco extinctionẽ candelæ cõfitetur, tamẽ ipſum Egidium uulneraſſe negat. Nos itaq; a prædicto Egidio Actore iuramẽto recepto, q̃ in prædicta candelæ extinctione neſcit per quẽ uulneratus ſit, ideo Falconem prædictum, quia extinctiõe candelæ uulneri præſtitit occaſionem, in uulnere duximus condemnandum.

Vulnerat9 in diſcordia admittet ad Iuramentũ eum quẽ acuſat, & hoc ſi ille

Citatus ipſum Actorem ſemet uulneraſſe aſſereret, alioqui Actori probatio eſſet decernenda. Lex xiij.

Kazim Mag. Viſlic.

si Citatus aſſerat Actorem ſe ipſum uulneraſſe, datur ei probatio, ſed extra diſcordiam uulnus allegatum, Iuramẽto uulnerantis probabitur.

17. Querelam Petrus depoſuit de Iohãne, Quod ipſum uulneraſſet, Iohãnes uero cõſtanter aſſerebat, q̃ Petrus ſeipſum uulneraſſet, quod offerebat ſe legitime probaturũ. Nos aũt in tali caſu duximus diſtinguendum; Quod ſi in contentiõe & diſcordia Iohannes aſſerit Petrũ ſe ip-

 ſum uul-

ſum uulneraſſe, tũc Iohannis probatiões ſunt admittendæ: Si aũt extra omnem contentionẽ & diſcordiã Petrus eſſet uulneratus, tunc ut eſt moris, dicimus Petri Iuramentũ fore & eſſe admittendum.

Famulus aliquẽ pro domino in cõtentiõe uulnerãs, nõ eſt culpãd9. Lex xiiij. 38.

Kazimir. Magnus.

De eodem in ſtatuto 1543. infra poſito articulo ſequenti de homicidijs.

Item Statuimus ꝙ quotieſcũꝗ aliquos cuiuſcũꝗ conditiõis uel ſtatus exiſtant contẽdere contingerit, & famulus Dñm ſuum iuuando, exempto gladio, uel cultello aliquẽ uulnerauerit, pro eo indignationem uulnerati uel amicorum ipſius nullatenus incurrat.

De amputatiõe membri Tyrannica.

Ex Statuto Maz. anni 1536. conditi.

Obſeruatur ab antiquo in iſto Ducatu, Si Nobilis alteri Nobili manum, aut pe- 58.
dem, vel aliquod membrũ more Tyrannico extendẽdo amputauerit: talis Iure conuictus in Iudicio Terreſtri, aut Caſtreñ. & per partẽ læſam plenis Teſtibus coniuratus, duplicatũ valorem membri abſciſi parti læſæ ſoluere debebit: & in pœna przeſz myloſna quæ valet ſexaginta Marcas Polonicales pro fiſco Principis Terre cõdemnari debebit: Si aũt Kmetoni id factum fuerit per aliquẽ Nobilem, talis ſi Teſtibus plenis ſe non expurgauerit, ſimili pœna ſexaginta Marcarum puniri debet, & Kmetoni pro manu, aut pede, & alio membro principali eo modo abſciſo, decem Marcas Polonicales ſoluere tenebitur.

Frumẽtorũ nocturni Fures deprehenſi in crimine, equos, & omnia quæ ſecũ

uexerint perdẽt, & ſi in reſiſtentia occidãtur, nullã pœnã occiſor incurrit, et ſi uulnerauerint uel occiderint defenſorẽ ſoluant. Lex xv.

Kaz. Viſlic. Idem infra artic. 6. de homicidijs & alibi.

Et licet Canonica ſanctio depopulatiões agrorũ magno odio habeat.
Tamẽ temerarios a malo nõ reuocat niſi addatur torques collo ipſorũ, 27.
& temporali diſciplina impie puniãtur. propter quod Statuimus, ut ſi alicuius Militis, Prælati, Ciuis, aut alterius hominis ſimplicis familiaris frumẽta de nocte Kmetonũ, uel quorumcũꝗ receperit, licitũ ſit Dño frumenti, aut ſuis ſeruis, uel amicis, ipſa defenſare: & equos rapientiũ, uel alias res pro ſe libere tollere. Et ſi tũc quempiã occiderint, impunite uolumus hoc ipſum pertranſire, Dñm uero illum de cuius Dominio tales exiuerũt depopulatores in pœnas nobis pyathnadzyeſcza decernimus incidiſſe. Et ſi uulnerauerint, uel occiderint frumentorũ defenſorẽ, ſoluãt uulnera lęſo, uel caput pueris, aut amicis, cũ pœnis ꝑnotatis.

Qui coram Maieſtate Regia, Capitaneo,

Archiepiſcopo aliquẽ uulnerauerit, gladium extraxerit, turpibus 39.
affecerit uerbis, aut aliquid furaretur. Lex xvi.

Quam vide Folio 22. & 98.

Sed uulnerãs in præſentia Militis, ma-

nus perforatione puniatur. Lex xvij. Kazimirus Magnus

39. Vbi uero coram Milite quis gladiū uel cultellū extraxerit, neminē tamen uulnerãdo, ſit in gratia Militis: Si aūt uulnus intulerit, decernimus quod manus ſua perforari poterit, & debeat.

Qui corā Iudicio gladium extraxerit uel quempiam uulnerauerit, aut uiolauerit Iudiciū. Lex xviij.

Quæ Libro 4. Capit. 9. de Securitate Iudiciorum videatur.

41. **Ludouici Regis Decreto Caſtror. Tenutarij corā Capitaneis & Iudicibus reſpōdeant, attamē Rex reſeruat ſibi Actionē ſanguinis de Capitaneis ſeu Tenutarijs. Lex xix.** Ludouicus in Priuil.

Quam vide Libro 2. Cap. 1. Arti. 5. de Tenutariis iniurias inferentibus.

Forma Citatiōis ꝑ vulnerib. Lex xx.

51. Pro eo, quia tu feciſti ſuper ipſo initiū litis, & intuliſti ſibi uiolenter tria uulnera cruenta, & duo liuida: Quæ Officiū Caſtrenſe, uel Terreſtre Iudiciū, in tempore uidit, quę uulnera penſat ſibi ad quadraginta Marcas pecuniæ, uel prout Ius decernet: pro quibus uult te conuincere, Iudicialiter reſponſurus. Datum feria A. B. poſt, uel ante, feſtum S. A. B. proxima. Anno Domini. Sigiſm. Petr. 1523.

ARTICVLVS VI.

De Homicidis NOBILIVM.

PRAEFATIO.

Etſi maioribus noſtris mitiores pœnæ ſemper fere placuerint, ita vt ob atrociſsima etiam delicta vitæ humanæ pepercerint: magnitudo tamē ſceleris, quod in homicidiis voluntariis admittitur, niſi pœna capitis nequit ſatis elui. Si enim Cain tā horrendo ſupplicio propter cæſum fratrē fuit damnatus, quamquā tum præter cōſcientiæ Iudiciū nulla ſcripta lex ſe occidere vetabat: quāto maius huius tēporis homicidis debetur, qui tot diuina & humana Iura trāſgreſsi, exempla etiā pœnarū memorabilia contēnentes, innocentē ſanguinem, quoties libitū eſt effundunt, atque proterunt. Nihilominus quia leges noſtræ exigua pecunia, & carceris annua pœna, vitā redimere homicidæ permittūt: quando reprehendere eas nobis nō licet, iniquitas tamē earū vtcūque excuſatur, quod partim Regiis partim Capitaneorū vadiis interpoſitis, vita vniuſcuiuſq; Nobilis munitur aduerſus audaces. Nec deſtituūtur noſtri Legiſlatores exēplo in illuſtri loco poſito, Romani enim ex Legibus 12. tabularū iniurias, ac etiā cædes cōſtituta pecunia redimi ſtatuerant, donec L. Neratius quidā improbus atque immani vecordia vir, pro oblectamēto habere cæpit os hominū liberorū manus ſuæ palma verberare, quemcūque aūt depalmauerat, ei ſtatim ſecundū 12. tabul. quinque & viginti aſſes numerabat: & ne cuiquā læſo in numerando tardus ac negligens eſſe videretur, ſeruū cum crumena aſsiū plena in hos vſus circūducere ſolebat: cuius memorabilis inſolentia effecit, vt iſtius legis iniquitas antiquaretur, iniuriiſque ac cædibus æſtimandis Senatus edicto Cenſores ac recuperatores darentur. Sic itaque Rom. Legū ſuarum prauitatē ſtatim correxerūt, ſimulq; ſuppeditarunt, nobis etiā occaſionē ſtatuendi, vt huiuſmodi in noſtra gente quoque verbe- L. Neratij petulantia

rones, Neratii

rones, Neratii ſeueriore aliquanto animaduerſione, quã ea quæ eſt Legibus deſcripta, plecterentur: vix enim eſt tam inops quiſquã, quem quidẽ a Coloni decem, a Nobiliſsimi aũt cuiuſque viri cæde centũ viginti pecun. Marcæ, & annuus carcer deterreãt: ſi hunc vel illum obſtare ſuæ cupiditati putauerit.

Miniſterialis ad uidendũ occiſum uocatus uno groſſo contentus ſit, ſed Exuuias ne tollat. Lex I.

Kazimirus Viſliciæ.

Conſuetudine iniquiſsima Miniſterialiũ extitit obſeruatũ, quod dũ ad aliquẽ in uia, uel alias occiſum uocabãtur, ipſum ueſtibus in quibꝰ fuerat occiſus, Iure ipſorũ ꝙ ipſi kruaune nominabãt, expoliabant: unde cũ afflictis non ſit addenda afflictio, eiſdẽ Miniſterialibus prohibemus, ne de cætero quoſlibet occiſos ſpoliare ſeu exuere præſumãt: Sed tantũmodo unico groſſo contẽtentur, quẽ decernimus eis dandũ pro labore, per eũ, qui ad aliquẽ occiſum procurauerit eoſdẽ uocari, donec eadem homicidij quæſtio totaliter fuerit diffinita. 23.

Vnus de homicidio accuſetur, Cõplices uero expurgẽt ſe de obiect. Lex ij.

Kazi. in Viſl. 1368.

De homicidio accuſatus Iuramento Actoris uincitur: reliqui Complices Teſtibus expurgabũtur.

Item ſi plures, puta duo, uel tres, aut quatuor de homicidio accuſentur, Licet antiquitus per Iuramentũ accuſatoris omnes pœna homicidij puniebantur: Nos tamẽ huiuſmodi Iuramentũ reſtringentes, Statuimus, quod unus tantũmodo per Iuramentũ Actoris de homicidio cõdemnetur & puniatur. Cõſortes uero eiuſdẽ accuſati per probos & idoneos Teſtes de homicidio & uulneribus ſe tenẽatur expurgare: alias in expurgatione deficientes puniantur.

Caſtel. olim Iudic. ꝑ capit. iudic. L. iij. 11.

Kazimirus Viſliciæ. Idem libr. 1. cap. 7. art. 1. de Caſtellanis.

Statuimus * declarãtes, Quod pro quolibet capite Caſtellanorũ Iudices, quilibet in ſua Caſtellania, Iudicãdi & cognoſcẽdi habeãt facultatẽ.

Sed de illis qui fortuito, aut ignoto caſu, aut ab incerto autore mortẽ incidũt

Officium pro capite neminem culpabit, ſed conſanguinei Reum inquirent, & culpent. Lex iiij.

Kazimirus Viſliciæ. Idem ſupra lib. 1. ca. 7. artic. 1. de Caſtell. Paulo infra hæc duo Statuta a Rege Sigiſ. explicantur Lege Quamuis &c.

Item quacũqꝫ morte caſuali, uel inopinata cõtigerit aliquẽ de hac migrare luce, puta de arbore cadẽdo, uel in aqua mergẽdo, aut quouis alio modo: Statuimus qđ pro tali homine ſic decedẽte penitus nulla quæſtio moueatur. Item dũ ignoratur quis cõmiſit homicidij immanitatẽ, Decernimus quod Caſtellania de hoc aliquã non moueat quæſtionẽ 22.

ſed conſan-

ſed cõſanguinei & proximiores culpabilem inquirentes, cauſam dum poterint, proſequantur iuxta Iurisformam.

Filio etiã illegitimo matris vagabundæ caput eſt ſoluendum. Lex v.

Kaz. Ma. Viſ. 1368

22. Laurẽtius cõqueritur de Martino, qđ ſibi matrẽ interfecit, Martinus reſpondit, quia Laurẽtius non fuit de legitimo patre ſiue toro procreatus: & aſſerebat eum eſſe filiũ uagabundæ mulieris: Nos in tali, & ſimili caſu, caput matris exoluendum filio, & obtinendũ decernimus.

Fratricidæ, parricidæ, ſororicidæ nõ ſucced. in bona occiſor. & infam. iudi. L. VI

Kazimirus Viſliciæ. Fiet eiuſdẽ mentio li. 2. cap 2. articu. 2.

22. Et licet Lex tam Noui quã Veteris Teſtamẽti Fratricidiũ, & alia ſæua crimina grauiter puniat & damnet: Tamẽ quidam uelut hoſtes proprij ſanguinis & honoris, Legis pœnam minus formidãtes, Fratricidiũ committunt, Sorores etiã uel proximos occidunt, ut ex eorũ morte bona hæreditaria lucrẽtur: Volumus itaq;, ut unde bona hereditaria & lucra habere cupiũt, inde damnis afficiantur aut puniãtur in quo peccauerint Ideo omnes Regnicolæ & Nobiles Regni noſtri Fratres aut ipſos conſanguineos interimẽtes, in hereditaria ſuccedere poſſeſſiõe non ualebũt nec ullũ ad eã acceſſum obtinebũt: quinimo ſentẽciamus ipſos, & ipſorum filios & priuamus omni legitima taliũ hereditatũ portiõe. in quibus bonis ſeu hereditatib. alij cõſanguinei, licet remotiores in linea obtinebũt ſucceſsionẽ: quos etiã (in aggrauationẽ culpę ipſorũ, propter immanitatẽ criminis) omnes Fratricidas & Parricidas infames pronũciamus, & inhabiles ad aliquos honores promouendos.

Leges non ſolũ eos parricidii reos iudicant, qui parẽtes, aut liberos occiderint: Verũ etiam qui fratrẽ, ſororẽ, maritũ, vxorem, generũ, nurum & ſimiles perſonas, quæ cognationis aut beneficii neceſsitudine ita nobis deuincti ſint, vt merito eas parentũ aut liberorũ loco habeamus, interfecerint: ferunt aũt Romulũ ideo nullam pœnã in parricidã conſtituiſſe, quia exiſtimauit fieri nõ poſſe, vt qs tam immane admitteret flagiciũ: neque ſexcentis quidẽ annis poſt eum Romę tam dirũ nefas quiſquã perpetrauit: ſed ſicut alię omnes res tẽpore fiũt deteriores, ita poſteriorib. ſęculis nullũ ſcelus tam fœdũ, tamq; immane fuit, ꝙ homines prius perpetrare auſi non fuerint, quã Legiſlatores illi pœnã prouiderint. Iubent itaq; leges parricidã primo cędi virgis donec ſanguis e corpore defluat, deinde culeo inſui cũ cane, gallo gallinaceo, vipera, et ſimia, atq; ita in mare, aut in flumen proiici. Cicero aũt ita rationẽ huius pœnæ explicat, qd eſt tã cõmune quã ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuãtibus, littus eiectis: ita viunt tamen parricidę dũ poſſunt, vt ducere animã de cœlo nõ queant: ita moriũtur, vt eorũ oſſa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquã alluantur: ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant: omninoque nullum elementorum viui ac mortui attingunt, ne rerum parentem naturam contactu ſui polluiſſe videantur.

Iure ſancitum eſt, & ſeruari cõſueuit, ut occidens conſanguineum licet iure eſſet ſibi ſucceſſurus, ſi nõ ipſe occidiſſet illũ: tamen cũ ſolus ipſe caſu quocumq; occidit, ſucceſsionis iure priuetur.

Pro Milite vero occiſo olim tantũ triginta Marcæ dabantur. Lex vij.

Kazim.Mag.Viſlic.

Quamuis occidens hominẽ ſecundũ Dei & Legum ſanctiões eſſet Ca 22.
pitali pœna plectendus, Nos tamẽ rigorum illũ temperañ. Statuimus
q occidens Militẽ xxx. Marc. parẽtib. pueris, uel amicis occiſi pſoluat.

Mox abrogata hac æſtimatiõe tanq̃ iniqua caput Milit. 60. marc. redim. L. viij

Kazim.Mag.Viſlic.

Vt uiolentorũ audacia refrenetur. Statuimus quod dũ Miles parẽ ſibi
Militem occiderit, pro capite ſexaginta Marcas ſoluere teneatur. 22.

Tantundẽ dabatur, ſi Villanus Militẽ occidebat, & quanti æſtimabatur caput

Scartabelli, uel Militis ex Sculteto aut ex Kmetone creati. Lex ix.

Eſt & eiuſdem mentio cap. eodẽ art. 1.

Pro Capite Militi famoſo alias Slachczye ſexaginta Marcas : Scartabello triginta Marcas : Militi aũt creato de Sculteto uel de Kmetone 29.
quindecim Marcas, a Villano occiſore Statuimus eſſe perſoluẽdas.

Licet nullus Terrigena poſſeſsionat9 51. 52.

Ex Priuil. Iagellonis 1 4 3 3.

pro aliquo exceſſu, niſi ſit Iure cõuictus, captiuãdus eſt. Attamẽ *
homicida * ſi deprehenderetur, ab hac lege excipitur. Lex x.
Quam vide ſupra Articulo Quarto.

Frumẽtor. nocturni Fures deprehenſi

Kazim.Viſl.1368.

in crimine equos & omnia, quæ ſecũ uexerint perdẽt, & ſi in reſiſtentia 27.
occidantur, nullã pœnam occiſor incurrit, & ſi uulnerauerint, uel occiderint deffenſorem, ſoluant. Lex xi.

Quam vide ſupra Artic. 5. de vulneribus Nobiliũ. Idem Capit. 36. Artic. 5. de Ciuibus, & Capitulo 37. de Kmetonibus Artic. 2. & poſtea Libro 3. Capit. 12. Articulo 1. & 2. de Violentia & Furtis.

Porro Rex Albert. Petrico. 1 4 0 6. Maiorẽ hoc eſt duplicẽ pœnã homicidis

Hoc stat. hodie eſt in uſu, & aliud infra poſitũ 1543. cõditũ

irrogat : prætereaque in Carcere ſeſsionem decernit. Lex xij.

Homicida Nobiliũ cẽtum uiginti Marcas det : & per annũ ac ſex hebdom. in turri ſedeat, etiam ſi concordiam ineat.

si homicida fugiat infamis ſit.

Item de homicidio Nobiliũ caſuali q̃ a diuerſis diuerſimode refertur 107.
caſualiter perpetratũ, Statuimus, quod homicidę huiuſmõi pro Capite
ſoluant centũ uiginti Marcas, & per unum annũ & ſex ſeptimanas cõuicti Iure in turrim deputẽtur: Nec turris correctionẽ ullo modo euadant, etiã ſi cũ amicis occiſi concordiã inierint. * Si uero talis homicida timens turris correctionẽ de Regno fugierit, ſiue poſſeſsionatus ſiue non, in-

ue non, infamis ipſo facto perpetuo pronuncietur, per Miniſteriales proclamationibus mediantibus publicandus.

De homicidio in ſui defenſione caſu præſertim in via commiſſo. Lex xiij.

Alber. Petr. 1496.

Viæ præpeditorē aut inſidiatorē interimēs ſex Teſtibus ſe purgabit. Conuictus uero pro capite, Marc. ſoluet ſexaginta abſque turri.

Verum quia cõtingit ſepenumero caſualē homicidā minime eſſe reum
107 homicidij, ꝙ uim ui repellēdo euenit, Idcirco ſpecialiter declaramus ſtatuentes, ad eos ipſos Nobiles & Nobiliū homicidas, ut cū quiſpiā aut uiam aut tranſitū alterius obſidēs occideretur per illū cuius tranſitum uoluit præpedire, aut euntē moleſtare. In tali homicidio, Citato homicidæ ſex teſtes ſufficiāt ſe expurgāti: & conuictus nō plus quā ſexaginta Marcas communes pro Capite ſoluet ſine turri.

De homic. in via publ. facto. Lex xiiij.

Alber. Petr. 1496.

In uia publica interimens Nobilem, & ſolutionem & turrim ſuſtinebit.

107 Sed idē aut uiæ aut trāſitus, publici prępeditor aliū ſub tutela cõmunis ſecuritatis uiæ euntē temere interficiens, centū & uiginti Marcas cõmuniter curreñ. exoluet: punitionēꝗ turris ſuſtinebit ordine ꝑtacto

De homicidio in defenſiōe bonorū aut ſubditorum commiſſo. Lex xv.

Alber. Petr. 1496.

Qui bona aut ſuos defendens Nobilē interimit ſolutionem nihilominus non turris pœnas debeat.

Prętereá tametſi de caſuali homicida in itinere ſe tuēti, ſic ut ſupra dif-
107 finiuimus. Tamen inſuper Statuimus, ut alius homicida caſualis, aut bona, aut ſuos defendens, ſi cõmittet homicidiū, licet non uoluntariū: Nihilominus uictus Iure, pœna carceris nō perpeſſa, centū & uiginti Marcas communes pro occiſo exoluere teneatur.

Spirituales etiam Iure Terreſtri agunt pro cæde, & vulneribus. Lex xvj.

Alex. in Rad. 1505.

Quæ videatur ſupra de Spiritualib. Libr. j. Cap. 4. Artic. 8. Item de Officio Succamerar. Cap. 14. Artic. j. Itē repetetur Cap. 17. de Kmetonib. fugitiuis.

Sed pœna cõtra homicid. a Capit. deſferendos eſt Statuta, ſiue ſit poſſeſsion.

ſiue non, attamen duntaxat ad quinquenniū durabit. Lex xvij.

Sigiſm. Crac. 1510.

12. Homicidia uolūtaria & notoria, quę poſtpoſito Dei timore, ac cū noſtro dedecore in Regno noſtro inoleuerūt, ut a temerarijs omni Iuſticia atꝗ publica honeſtate procul pulſa, diuerſis modis in diuerſi ac cuiuſlibet ſtatus ordinis ac dignitatis homines crebris uicibus, impune, prout hoc triēnio hactenus a tēpore noſtrę fœlicis Coronatiōis patrata ſunt, petiti a Cõſiliarijs Regni noſtri ſtatus utriuſꝗ uniuerſis, & a Nuncijs

hic ex omnibus Terris cõgregatis, cõpeſcere, punire, & remouere uolen. De omniũ pręfatorũ Conſiliariorũ noſtrorũ conſenſu & approbatiõe ad quinqꝫ annos hinc duraturũ tale Statutũ cõdidimus, in omnes noxios irremiſsibiliter exercendũ, uidelicet, cũ contigerit ꝙ aliquis homo Nobilis hominẽ Nobilẽ in domo, ſiue in ſtrata publica, aut in loco aliquo, data opera interfecerit: promittimus & ſpõdemus ueteri Statuto de ſimili homicidio tantiſper quãdiu iſtud ut pręmiſſum eſt durare debet, abrogato, talẽ homicidã cum primũ a Capitaneo, in cuius Capitaneatu ſcelus patratũ fuerit, cũ Caſtellano uel Iudice uel Succamerario eiuſdẽ Terræ nobis nunciatũ fuerit, ſiue aliũde ad noſtrã cognitionẽ uenerit, ad noſtrã pręſentiã ubicũqꝫ cum Curia noſtra tunc fœliciter conſtituti fuerimus, literali Citatiõe aduocare: Citatio uero ab oblatiõe per duos Nobiles & Miniſterialẽ continebit in ſe Terminũ ſex hebdomadarũ: Cũqꝫ talis homicida corã nobis cõparuerit, & de eius facinore nobis ut pręmiſſũ eſt cõſtiterit, eundẽ irremiſsibiliter carcere turris anno & ſex hebdomadarũ ſpacio puniemus & punire promittimus: in primo Termino tanquã peremptorio cõtra ipſum ſentẽcia promulgata, a quo Termino nequaquã eidẽ ad Terrã ſeu Diſtrictũ appellare licebit. Et cũ homicida ut pręmiſſũ eſt carceris pœnã expleuerit, tenebitur proximis interfecti centũ uiginti Marcas pecuniarũ pro Capite incontinenti ſoluere, aut in bona ęquiualẽtia realẽ dare intromiſsionẽ, aut tã diu in carcere ſedere, quã diu nõ ſoluerit. Et ſi cõtingeret ꝙ homicida Citatus corã nobis non cõpareret, ſi idẽ extiterit poſſeſsionatus bonis ſuis omnibus per nos FiſcoRegio applicãdis priuabitur, & denique erit obligatus ad ſubeundã pœnã pręfatã cum in manus inciderit & cũ punitus per nos ſufficiẽter fuerit & Capitis preciũ perſoluerit, bona ſibi per nos recepta reſtitui debẽt. Similiter ſi homicida impoſſeſſionatus, & Citatus pro crimine huiuſmõi per literas noſtras in Parochia ad quã pertinet cotumaciter corã nobis non cõparuerit, debet publico edicto infamis pronũciari & hoſtis patrię iudicari: & quicũqꝫ tali fauores præſtiterit ipſum apud ſe ſeruãdo, & ſecũ cõſeruationẽ habẽdo, infamis habendus eſt tã diu quã diu ſe nõ expurgauerit, et ea pœna puniendus quã ille ferre debuit. Si uero talis homicida carcere incluſus ibidẽ moreretur, nõ tenebitur ſucceſſoribus ſolutionẽ pro Capite impendere: Capitanei aũt ſiue oppignoratos ſiue liberos Capitaneatus habentes ſi nobis tales homicidas tẽpeſtiue nõ detulerint a nobis pœna irremiſsibili puniẽtur, uidelicet cogẽtur illi qui oppignoratos Capitaneatus habent ſoluere nobis centũ Marcas pecuniarũ totiẽs quotiens ante ſex menſes nobis eiuſmõi homicidas nõ patefecerint, facinuſqꝫ ipſum ſubticuerint: Liberos aũt Capitaneatu priuabimus: Capitaneo uero ſe expurgãdi proprio Iuramẽto ꝙ ei de tali homicidio nõ conſtiterit concedemus, ubi id opus eſſet, facultatẽ: Super homicidio aũt ꝙ alicui ſe defendendo dũ inuaditur per aliquẽ cõmittere acciderit, talem pro-

Homicidium caſuale quomodo iudicandũ.

greſſum ſeruabimus uidelicet Citabimus homicidã ad præſentiã noſtram ubicũq; tunc fuerimus, eundẽq; cum cõparuerit iuxta qualitatem homicidij cõmiſſi ex arbitrio noſtro iudicabimus, ſeu expurgationem eidẽ decernemus. Si uero Citatus nõ cõparuerit, ita puniendũ declarabimus, ut eſt in articulo homicidij uolũtarij, & notorij p̃miſſum.

De homicid. ante cõmiſſis, ſuperiore Statuto quinquennali uindicandis.

Sigiſm. Cra. 1510.

13. Decreuimus etiã omniũ Conſiliariorũ & Nunciorũ cõſenſu & conſilio, a tẽpore fœlicis noſtræ Coronatiõis uſq; hactenus omnes homicidas eiuſmodi, ut præmiſſum eſt, modo prædicto aggrediendos, & puniendos, ne maledictis temperaſſe uideamur.

Hoc ipſũ superi⁹ Statu. cõtra homic. anno 1523. ad 4. annos renouat. Lex xviij

Sigiſm. Petr. 1523.

30. Quia poſt intermiſſũ Statutũ noſtrũ de homicidijs in magnã audaciam & inſolentiã ſubditi noſtri acti, paſſim homicidia abſq; ulla Dei & humanitatis ratione cõmittũt, nec iam quiſq; etiã in Tẽplis, ne dum domibus tutus eſſe poſſit. Voleñ. hanc enormẽ licentiã cohercere, Statutũ ipſum noſtrũ in Conuẽtu Petricouieñ. de anno Dñi 1510. cõtra homicidas ęditũ, ſed poſtea intermiſſũ, in omnibus punctis & toto eius tenore uigori & autoritati priſtinæ reſtituimus, illudq; ad quatuor annos proximę ſequentes debitę executioni demãdari uolumus.

Rurſus ann. 1538. iſtud etiã Statutũ, & delatio in eo cõtenta a Sigiſ. Rege reaſſumitur, intra annũ exequendũ, adiuncto eo, ut homicidæ in fundo turris ſedeant. Lex xix.

Sigiſm. Petr. 1538.

Ad refrenandã licentioſorũ hominũ audaciã ad necãdos homines plus nimio promptã, de conſenſu Senatorũ Regni & Nunciorũ Terrarum Statutũ ſuper delatiõe homicidarũ reaſſumendũ, & innouandũ duximus, illudq; exequemur ad decurſum unius anni: eo adiuncto q̃ homicidæ delati, & per nos ad pœnã carceris condẽnati, pœnã huiuſmõi in fundo turris ſuſtineãt ad unius anni & ſex ſeptimanarũ decurſum integre: a qua per nos abſolui & liberari non debent, neq; poterint, & Capitanei locorũ diligenter prouidebũt, ut homicidæ nõ aliter quã in fundo turris pænitentiã peragant: Concordia etiã cum Actore inita nihil eos iuuante. Contrafaciẽtes pœna Centũ Marcarũ parti Actoreæ ſoluenda mulctari, atq; Capitaneatu ipſo priuari per nos debebunt.

Poſtremo uero Rex Sigiſm. Crac. An-

no 1529. Statutū ſuum Anni 1538. proxime poſitū cōtra homicidas latū abolet: & Statutū Reg. Alb. ſupra poſitū in uſum reſtituit. L.xx. Petierūt a nobis Nuncij Terrarū noſtrarū ut occidendorū hominum pœna non ſit eius aſperitatis, quę præterito Petricouień. Statuto circumſcripta eſt, Nos eorū precibus uicti, quādo hoc illis ut peterēt ęquū uiſum eſt, decretū Anno proxime ſuperiori Petricouię de homicidijs de noſtra Senatorūq; & Conſiliariorū Regni noſtri ſentēcia factū interdicimus, & abrogamus: atq; id ualere uolumus, q eadē de re a Sereniſs. Iohanne Alber. fratre noſtro olim Rege fuit conſtitutum.

Sigiſm. Crac. 1539.

Crimē aūt læſæ Maieſtatis ſolū in perſonam Regiā cōmittitur,

ſupra videatur Libr. 1. Cap. 1. Artic. 4. vt tuto Rex regnet: & repetetur idē Lib. 2. Cap. 1. Artic. 6. de Cōmiſſariorū ſecuritate.

Sigiſm. Cra. 1543.

Eiuſdem fiet mentio de Tutoria poteſtate & de pupillis libr. 3. cap. 4. artic. 1. Eiuſdem mentio li. 1. ca. 6. de Palat. Itē cap. 7: de Caſtell. & ca. 12 ar. 10. de Inuaſione domus. Item lib. 4 cap. 27. de Colloquijs.

Quod homicidia Statuto R. Io. Alb. plectātur, Tutores pro capite agāt. Palatinus tamē cū Dignitarijs in Colloquijs ſcrutabūtur, Si in uia, hoſpicio, domo, uel in Templo cędes facta ſit. Lex xxi.

Tametſi hortatu Senatorū noſtrorū inter Nuncios Terreſtres hęc fuit diſceptatio orta, ut aliter homicidia uolūtaria & caſualia preterea in Templis, in domibuſue cōmiſſa expenderētur: Nihilominus poſtremo in hoc ſtetit, ut Statutū Regis Io. Alberti de eo conditū in robore cōſeruaretur, hoc eidē adiecto. Quia cū aliquis occideretur pater minorēnium puerorū, tunc Tutor tam inſcriptus, quā cōſanguineus, aut cognatus, pro Capite occiſo agere iuxta Iuris formā, & probationē quæcumq; pueris cū haberēt annos diſcretiōis ſeruiret, talē quoq; pro Capite eodē facere debet: & poſtea pueris illis de eadē pecunia Capitis rationē reddere cū ad annos diſcretiōis perueniēt, tenebitur. Quod ſi etiā ille homicida poſt facinus homicidij perpetratū moreretur, priuſquā ad Iudiciū attraheretur: tū pueri & alij ſucceſſores eiuſdē homicidę tātum euadūt ſeſſionē in turri, ſed non recipień. ſibi dilationē ad annos diſcretiōis, in primo Termino tanquā perēptorio citati pro mercede Capitis, illi Tutori, uel illis quibus pater, uel cōſanguineus fuerit occiſus, reſpondere tenebūtur. Pro alijs uero cauſis, cum pater Citatiōe occupatus moreretur, tunc pueri minorēnitate etiā ſeſe tueri nō poterint. Sed ſi pater nō fuiſſet Citatus, pueri obtinebūt dilationē ad annos diſcretiōis iuxta Statutū. Quod ſi etiā homicida uiueret, & Iure cōuinceretur, talis in fundo turris ſedere debet nemine excepto, ſine aliqua indulgentia illius (Capitanei) apud quē ille homicida pœnā huiuſmōi ſuſtineret: Et ne poſtea reus in hac cōuictione euaderet pœnam, innocens aūt patiatur: cōmuniter enim ditior cōuincitur, paupere dimiſſo: in hoc caſu Palatinus illius Terræ, in qua huiuſmodi homicidiū perpetratum fu-

Tutor agere poteſt pro Capite.

Pueri & ſucceſſores homicidæ reſpondent pro Capite.

Pueri occiſoris relicti tenētur proſequi Actionē paternam, huius legis integræ eſt mentio lib. 3. cap. 4. de Tutoria poteſtate artic. 1. lege ultima.

Cauſa homicidij ob quas circūſtantias remittenda eſt ad Coll.

petratũ fuerit cũ Caſtellanis & alijs Dignitarijs ac Officialibus Terreſtribus illius Terrę, in Colloquijs ſcrutiniũ facere debet de culpa, uel innocẽtia illius homicidæ: ut ea cautella innocẽs pro ſonte non patiatur. Sic etiã Palatinus cũ Caſtellanis Dignitarijs & Officialibus Terreſtribus ſcrutari debet de tali homicidio, ſi ꝙ accideret cum quis defendeñ. uitã ſuam occideret quemquã in uia, in hoſpicio, uel in domo, de nocentia uel innocẽtia eius ſecundũ Inuaſionẽ uel inequitationem iſtius occiſi: & ſi circa occiſionẽ Dñs ſolus fuit, uel nõ fuit: & ibidẽ poſteaquã cognouerit Palatinus cũ alijs Dignitarijs & Honorarijs Terreſtribus homicidã condemnabũt ad id ꝙ eius culpę Iure debetur: hoc eſt, iuxta decretũ probatiõis per Iudicẽ factum condẽnabunt illum ad turrim. Etenim Iudex decerneñ. probationẽ Actori, cũ cõtrouerſia partem, quæ ſe ad hoc, & tale ſcrutiniũ traheret, ad Iudiciũ Colloquij remittere tenebitur. Quod ſi aliquando circa litem Dñi ſui famulus aliquẽ occiderit, tum iuxta Statutũ Dñs debet culpari & non ſeruus. [*Si famulus circa litẽ Domini ſui occiderit aliquem.*]

De eodem. Lex xxij.

[*Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.*]

Quia in Regno noſtro multa homicidia inualuerũt, propterea renouañ. Statutũ Regum Io. Alberti patrui, & Sigiſm. patris noſtri Statuimus, quia unuſquiſꝗ homicida poſteaquã cõuictus fuerit annũ & ſex hebdomadas in fundo turris ſedere debet, & nos huiuſmõi ſeſſionẽ nulli remittere debemus: Quibus aũt homicidis Capitanei de ea pœna aliquid remitterẽt, alias ſzfolgoualiby, ut ex illis pœna iuxta Statutũ Sereniſs. parentis noſtri Anno 1540. conditũ recipiatur. Quod quidẽ non ſolum de his qui tẽpore noſtri Regni homicidia cõmiſerũt, uerũ etiam & de illis qui hoc ipſum facinus tẽpore Sereniſs. parentis noſtri commiſerunt intelligi debet, tantum ut Iure ſint conuicti. [*Fortaßis legen. eſt 1510. huius enim anni ſtatutũ eſt paulo ante poſitũ Lege 17. ſtatutũ aũt 1540. de eodem nõ extat.*]

Si vero aliquis circa domus Inuaſionẽ

vulneratur, aut occiditur, vulneratue, aut occidit: Supra videatur Capitulo 12. de Officiis Capitanei Articulo 10. de Inuaſione domeſtica.

Cum Nobili occiſo poſt mortẽ ignobilitas obiicitur,

Actor mettertius illius Nobilitatẽ confirmat, & ita tandem pœnam lucratur, vt inter Vaglenski & R. M. decreuit.

Si Plebeus vulnerauerit aut occiderit

Nobilem, qui non dederit vel dederit occaſionem inuadendi ſe. Vide ſuperiori Articulo de vulneribus Nobilium Statutum Triennale.

Quod ſi e cõtrario ſeruitor alicui⁹ Nobilis

Plebeũ percuſſerit, aut vulnerauerit, vide Cap. 17. Art. 2. de homic. Kmet. [*Sigiſm. Crac. 1532*]

51. Forma Citatiõis pro capite. Lex xxiij

Pro eo, quia tu occidiſti patrẽ ipſius Nobilẽ N. de N. quã occiſionem Miniſteriali

Miniſteriali Terreſtri N. de N. & Nobilibus obduxit, & ſuper te proteſtatus eſt: quod caput patris ſui præfati penſat ſibi ad Centũ uiginti Marcas, & ad pœnã carceris, aut prout Iudiciũ decernet, & uult te pro eodem conuincere, Iudicialiter reſponſurus. Datum.

Præſcriptio vero agẽdi pro capite trium annorum eſt. Lex xxiiij.

Kazim. Viſl. 1368.

Vt calumnijs malorũ hominũ uia præcludatur, cõſueuerũt enim quidam homines litigioſi calũnioſe uiros innocentes de crimine homicidij 31. cõmiſsi ante multos annos queruloſe accuſare, cuius probatio uel expurgatio propter facti uetuſtatẽ haberi nõ poteſt. Vnde ſtatuimus, ut ſi quis de crimine homicidij uult accuſare, uel agere cõtra aliquẽ, pœnã pro capite ſibi cupiens uendicare & obtinere, antequã tres anni elabentur a die criminis cõmiſsi, hoc in Iudiciũ deducat Alias tribus annis elapſis petenti & agenti pro pœna capitis obſtabit præſcriptio, & exceptio præſcriptionis.

De eadem præſcriptione.

Sigiſm. Auguſtus Petriconiæ 1550.

Præſcriptio currere debet pro capite iuxta Statuta.

ARTICVLVS VII.

De Conuentibus ac Officio Nobilitatis.

PRAEFATIO.

Quæ fuerit occaſio indicendorum Nobilitati Conuentuum.

Quia in libera Repub. non facile volẽti populo reſiſtitur, ſi nihil Iuris aut parum ei impertias: populuſque ſit belua centũ capitũ, ſi eius cui maxime confidit, caret Magiſterio. Idcirco Reges Polo. quibus ſemper mite Imperiũ placuit, ex ſentencia quoq; populi Rempub. gubernant, vt Cõuenticulis cõſpirationibuſq; omnem præcluderent occaſionẽ, antequã Comitia magna celebrent, Prouincialibus Dignitariis & Nobilitati prouinciatim preſtituũt Conuẽtus: in quibus de vtilitatibus vel damnis, acceſsiõibus vel detrimentis, adeoq; ſalute vel occaſu Reipub. vndecũq; imminentibus ad eos per Legatos referãt: eoſdẽ pro Officio atque auctoritate hortãtes, vt ſcilicet Nuncios ſuos ad Comitia mittãt, ea de re vna cum Rege & Senatu cõſultaturos: viciſsimque ſignificẽt, ſi ipſa Reipub. Symmetria qua parte ſui in illa Prouincia luxata ſit: QVO SACRA quidẽ ad regulam verbi Dei, & veteris Eccleſiæ vſum: POLITICA VERO AD Legum, & rationis trutinã, ſuffragiis cõmunibus ad vtilitatẽ publicã corrigantur. Quod itaq; apud Lacedæmones Ephori, apud Cretenſes Coſmi, apud Athenienſes Demarchi, apud Rom. Tribuni Plebis fuerũt: hoc in noſtra Repub. ſunt Equitum Legati. Et merito certe Nobilitas id habet prærogatiuę, & plebi enim præeſt, & onus belli in ſe ſuſtinet, mediũque obtinens ordinẽ, neque plebem ad ſeditionẽ, neq; Magiſtratus ad Tyrannidẽ aſpirare permittit: quin omnes Reip. motus ad Regulã Iuſti & æqui cũ Rege ac Senatu redigit. Quod ſi aliquibus nõ probatur tãta Equeſtris ordinis Legatorũ poteſtas, is cogitet ſulmen eſſe vbi regnant ira & poteſtas: & multa licere ſibi velle illum, qui multa poteſt, ſi nemo ſit qui eius libidini ſeſe opponat: Cogitet etiã e regione vim populi multo ſæuiorẽ eſſe, multoque vehementiorẽ, qui quidẽ quod Ducẽ habet interdum lenior eſt, quam ſi nullũ haberet. Dux enim ſuo periculo progredi cogitat, populi impe-

Vſus Legatorum Nobilitatis multiplex.

tus periculi ſui

tus periculi ſui rationem non habet: Quod eſt aũt tam deſperatũ Collegium, in quo nemo e decem ſana mente ſit? vt inquit Tullius: Conceſſa itaq; Legatis parte publici conſilii, reſtinguitur omnis ſeditio: HABETVR SIQVIDEM TEMPERAMENTVM QVO TENVIORES Cum PRINCIPIB. AEQVARI SE PVTANT. IN QVO VNO REIPVB. EST SALVS.

ARTICVLVS VII.

Cancellaria informabit de præſtituẽdis Conuentionũ temporibus, & quod ſunt tẽpora determinata intra

8. quæ, Conuentus Particulares ſeſe ſequi debent. Lex i. Sigiſm. Cra 1507. Idem ſupra lib. 1. ca. 10: de Cancellaria articulo 1. lege 7.

Prouidentes ut Cõuentus Particulares debito modo celebrari, dũ op9 eſt, ualeant: Promittimus dare Cãcellariæ informationẽ, ut eos oportunis locis & debitis tẽporibus literis prẽſcribãt, & prẽſertim ut Conuentum Srzedeñ. duabus ſeptimanis ante Colenſem, & ſubinde Petricouieñ. octo diebus conſtituere meminerint.

Cõuent. in Radzietow Brzeſt. & Iunowlad. Terris deinceps ẽ indicẽd. L. ij.

9. Petitioni Terrarũ Brzeſteñ. & Iunouladiſlauieñ. conſentiẽtes, Conſtituimus, ut utriq; Terræ unum Conuentũ Terreſtrẽ in Radzyciou celebrandum deinceps inſtituamus. Sigiſm. Crac. 1510

Vnus Particular. Cõuentus in Terra Sandomir. eſt celebrandus. Lex iij.

26. Vnus dũtaxat Particularis Conuẽtus in Terra Sandomir. iuxta antiquã cõſuetudinẽ celebretur. Conuẽtu Skrzynneñ. qui ex ſpeciali cõceſſione noſtra annis ſuperiorib. agebatur, abolito penitus & ſublato. Sigiſm. Petr. 1519.

De eodem Sigiſm. Auguſt. Lex iiij.

Idem lib. 1. capitul. 2. articulo 1. lege 4.

Vt tẽpore fœlicis noſtri Principatus negocia publica ordinate procedant Comitia Generalia & Particularia iuxta tempus & loca Statuto deſcripta edicemus.

Qui, quales, & quot Nuncii Nobilitatis ad Conuentũ ſint eligendi. Lex v. Quam uide Folio 24.

Ciuitatũ etiã Nuncij propter quid ad Conuentionem Regni mittendi ſunt. Lex vi.

Quam vide ſupra Folio 41. & 42. Lege Octaua.

Pœna ſtatuitur cõtra Epiſcop. & Palat. atq; Caſtellanos ad Conuẽtus Terreſtres non uenieñ. Lex vij.

Sigiſm. Cra. 1510. Eiuſdem mẽtio lib. 1. cap. 4. de Epiſc. art. 7 eodem lib°. 1 cap. 6 artic. 2. de Palat. et cap 7. de Caſtellanis

Decreuimus etiã quod Epiſcopi, Palatini, Caſtellani & cęteri Officia-
les teneãtur intereſſe Cõuentibus Terreſtrib. & in Maiori Polonia Co 8.
leñ. & in Terris Cracouieñ. Noue Ciuitatis Korczyn, ſub pœnis: Epi-
ſcopi nãq; ſoluturi ſunt pro pœna Marcas quadraginta, ſi ſe legitima
excuſatiõe in eodẽ Conuẽtu non excuſauerint: Palatini uero & Pri-
marij Caſtellani ſoluere tenebũtur, ſi ſe temerarie abſentauerint, & le-
gitima excuſatiõe ſe ibidẽ in Conuẽtu nõ excuſauerint Marcas uigin-
ti: Similiter Caſtellani minores ſoluẽt pro abſentia decẽ Marcas Fiſco
Regio applicandas, ſi ſe nõ excuſauerint, non uaga, ſed legitimi impe-
dimenti excuſatiõe: & pœnæ præfatæ Fiſco noſtro Regio irremiſsibi-
liter applicabuntur. ⁂ ⁂ ⁂

Hæc tria ſigiſm. ſtatuta uide libr. 4. cap. 9. art. 9. de ſecuritate Iudiciorũ & Conuentuum.

Capitan. aũt puniat turbatores Iudici- 5.

orum & Conuentuũ, armaq; tollat, & quæ pœna ſit ſi ſolus ipſe pacificator exiſtens turbas cieret. Lex viij. Quamuis &c.

Idem Rex ſtatuit pœnã contra viola-

tores Conſiliariorũ & Nunciorũ ad Conuẽtus publicos, ſiue ex illis
proficiſcentiũ, aut in eiſdem cõmorantiũ, quod & de uiolatoribus Iu- 14.
diciorũ ordinariorũ ſiue cõmiſſar. eſt intellig. Lex ix. Itẽ cõtra eos.

Tercio idem etiã Rex pœnas ſtatuit cõ

tra eos qui turbant Cõuentus. Lex x. Statuto hoc pręſenti &c. 22.

Inter alia, hæc quoque mandantur Nũciis a Nobilitate.

Vt ſub Interregno cum Senatu Regem eligant, de quo ſupra Libro 1. Capitulo Primo, Articulo Secundo & Tercio per totum.

Electum coronẽt, omniaq; alia quę circa perſonã Regis ab illis quoq; gerenda ſunt, faciant, vt Capitulo 1. Articulo 4. deſcribitur.

Iurium confirmationẽ poſtulent, vt patet Capit. 2. Artic. 2. & 6.

Et ſi quid cõtra leges, & libertatẽ, honeſtatẽq; publicã, ac bonũ Regni ordinẽ tã a ſuperiore poteſtate quã ab inferiorib. ordinib. publicę fit, ex ęq̃ bono agẽt.

Generalis Senatorię auctoritatis ſupra fol. 79. deſcriptę, ꝓ rata parte ſint participes.

Annatæ, tanquã Simoniaca mercatura ne dentur, prouideant, de quibus Folio Centeſimo.

Dignitates & Officia Regni vt his tantum dentur Nobilibus quibus Iure debentur, cuſtodiant.

Negligentes aũt Magiſtratus, aut in Leges peccantes, Iudiciaue ſua ſuſpendentes, R. M. deferant. ⁂ ⁂ ⁂

Præterea bona Fiſci vt Principi conſtent, nempe poſſeſsiones, & Salis fodinę: flumina vt ad nauigandum pateant.

Telonea vt iuſta ſint, viæ Regni occludendæ aut aperiundæ ſint, ac Moneta num ſit cudenda, &c. pro rata parte videant.

De vnione Ducatuum & finibus Regni regundis cum Rege agant.

De Pace ac Bello tractent.

In primis aũt Nobilitatis Legati inter ſe diſpiciant, ne ii qui ſe primos omniũ

rerum eſſe

rerum eſſe volunt, in publico negocio ſuum agant: malignitateue bene conſul-
ta reſcindant, aut cõtra male conſulta cõſtabiliant: multos enim ambitio vexat,
plærosque auaricia, nonnullos ſuperbia atq; oſtẽtatio, bonam partẽ ira, alioque
tempore vlciſcendi difficultas: Nec deſunt quos omniũ rerum nouatio delectet,
quique faciant mala, vt quæ ſibi ſperant, eueniant bona: ita vt Nuncios acres, &
ſui, & collegarũ ſuorum Iudices eſſe oporteat, ſi in Officio ſuſcepto
claudicare nollent, & Reipub. bene conſultũ eſſe cupiant.

CAPITVLVM XVI.

De Ciuitatibus.

PRAEFATIO.

Origo Ciuitatum.

Hactenus de Rege, Magiſtratibus, ac Militibus Reipub. egimus: ſupereſt vt
de his hominibus qui Reipub. quæſtũ faciunt, degũtque in Ciuitatibus, tracte-
mus: de quarũ quidem Ciuitatũ origine, ac conditiõe, hic meminiſſe nõ fuerit
præter inſtitutũ. Nam aliquanto tẽpore mares vxoribus ac liberis ſuis imperitaſ
ſe contenti, ſolitariã vitam ducebant, ex quorũ propagatiõe pagi coaluerunt, ex
his aũt Ciuitates bene viuendi gratia cõflatæ ſunt: quod enim hominibus data

Ratio, & oratio, homines ad ciuilem ſocietatem impellunt.

ſit ratio, & oratio, facile coibant in vnam ſocietatẽ: in qua quidẽ ſocietate ipſa ra-
tione, & oratione, in explicanda mutua voluntate, iuſto vel iniuſto, vtili ac dam-
no, iucundo aut triſti, horũq; cognatis inter ſe ipſos vtebãtur, & tam conſenſione

Ciuitatis appellatiõe Reſpubl. a Philoſophis intelligitur.

animorũ quã coniunctiõe domorũ Ciuitates effecerunt. Et Ciuitatis quidẽ ap-
pellatione, Philoſophi, non aliquẽ certũ locum vallo, aut męniis ſeptũ, verum in-
tegras Reſpub. quã longe lateq; patent, intelligunt. Quia tamẽ verba rebus, Le-
ges etiã Rebuspub. omnem præterea diſputationẽ antiquorũ moribus noſtris

Ciuitatis appellatiõe qd hic intelligimus?

accõmodari oportet, non e cõtra, Ciuitatẽ in Repub. noſtra intelligimus eſſe, Cę-
tum hominũ Iuris, ac vtilitatũ, tutelæq; cõmunione ſociatũ. In quo quidẽ cætu

Ciuitatis partes qui homines conſtituant.

quia neceſſarius eſt Sacerdos, qui Sacra miniſtret: Miles, qui defendat: Agricola,
qui ex elemẽtis atque animalibus victũ paret: Mercator, qui res vtiles adferat,
ſuperfluas efferat: Opifex, qui res vſibus hominũ neceſſarias transformet: appa-
ret, quia tot partes erunt Ciuitatis, quæ quidẽ ſufficiens eſſe debet. Cuius quidẽ
Ciuitatis qui particeps eſſe nolit propter ſufficientiã, Deus eſt: qui vero propter
mores, belua. Et Sacerdos quidẽ, ac Miles, ſpecialibus prærogatiuis gaudent, de

Ciuitatis uinculum Iuſticia.

quibus ſupra egimus: omnibus tamẽ Ciuitatis Incolis propriũ eſt, vt ex æquo,
alias ſecundũ dignitatem, ac merita, omnes liberi ſint, ac ſibi ipſis ſerui: vtilitati-
bus aut dãnis cõmunibus participent: libera etiã & nõ ſollicita ſuæ rei cuſtodia

Quæ Ciuitas nequit eſſe beata.

quiſque gaudeat. Itaq; Ciuitas nequit eſſe beata, ſi ſeditiõe inteſtina laboret, qui-
buſdam vtilis quibuſdã damnoſa ſit, vel Leges ac Iudicia iaceãt in illa, aut prędę

Iuſticia Ciuilis in æqualitate poſita eſt.

hoſtium exponatur: Sic enim de pace, diuitiis, poteſtate repetundorũ bonorum,
poſtremo de libertate, ac de vita ſua periclitaretur. Ciuis aũt is habeatur, qui Ma-

Ciuis qui?

giſtratus gerere poteſt in Ciuitate: Ciuis vero bonus ille eſt, qui patriã ſuam di-

Ciuis bonus qui?

ligit, æquo Iure cũ Ciuibus viuit, ſapienter præeſt, aut ęquanimiter ſubeſt, ſem-
per aũt publice ſaluti cõſulit, periculumq; atque adeo mortẽ pro Repu. adire nõ

Reſpub. Ciuitatis quid eſt?

reformidat. Reſpub. ſi quidem eſt nomen vniuerſæ Ciuitatis, qua vniuerſa Ci-
uium bona cõtinentur, quę etiã vna omnes charitates cõplexa eſt, cui etiã vitam
ſuam vltro donare potius, quã naturæ inuitus reddere bonus Ciuis debet. Quo-
circa extra dubitationẽ eſt, quia neque mulieres propter imbecillitatẽ ſexus, ne-
que decrepiti propter exoletã, neque pueri propter imperfectã ætatem, neq; ſer-
ui propter abiectã conditionem, neq; vagi propter incertũ domiciliũ, Ciues eſſe
poſſunt: Sed Ciuiũ adiutrices, exempla, ac ſeminaria, tum fœlicis vitæ inſtru-

menta,& fex Ciuitatis ſunt habendi:Ciuitatis enim,vt & corporis,partes homogeneas eſſe oportet.

Magiſtratus in Ciuitatib. democratici,et in quos habeant poteſtatem.

Quia vero in Ciuitatib.noſtris popularis hominũ ſtatus eſt, Agricolæ,Mercatores,& Opifices Magiſtratus gerunt in illis: qui in Ariſtocratia,propter viles artes quas exercent , Ciues eſſe nõ poſſent : ſolũ tamen in ſuos Ciues merã,in Nobiles aũt,& eorum ſubditos,nullã,vel ſaltem propter violentiã cõmiſſam cum Capitaneis ſuis mixtam habent poteſtatem.

Populi in Magiſtratus poteſtas.

Et vt vulgo etiã tolerabilis ſit illorũ poteſtas, non ſolum Ciuibus ab illorũ ſentencia ſuperius tribunal appellare,diẽque illis dicere,fas eſt : verum etiã rationem publicarũ cõtributionum exigere,ac male geſtarũ rerum reos peragere licet : præterea, tam ipſi

Rerum uenaliũ et mæchanicarũ Cenſores.

Ciues quã eorum Magiſtratus rerũ venalium & mechanicarũ ſuperiores Cenſores recognoſcunt,ne cæteri ſcilicet Regni Ordines,a Mercatoribus quidẽ calliditate circũueniãtur,ab Opificibus aũt grauentur rerum,quas faciunt,caritate: de quibus omnibus partim Leges infraſcriptę diſponunt,partim mores Ciuitatũ ſolennes ſunt. E T Q V A N quã non muri,ſed viri Ciuitatẽ cõſtituant : vt tamẽ Ciues facilius cõmoda conſequãtur,quibus carere non poſſunt: incõmoda vero declinent,quibus cõfici ſolent: de ſitu Ciuitatis, atque ædificiis, aliiſque id

Qualis locus Ciuitati ſit eligẽdus,ut omnibus rebus abundet,et ſit fortis.

genus,vt pauca dicamus locus hic exigit. Optimus ergo Ciuitatis ſitus eſt in ſolo fertili , ſalubri tamẽ: quique nõ procul a mari,aut a flumine nauigabili abſit, per quæ neceſſaria aduehãtur,ſuperflua efferãtur: talis enim Ciuitas difficilius obſidetur,cum & Terreſtrib. & naualibus copiis ad obſidionẽ illius eſſet opus.

An mænijs Vrbes cingendæ ſint.

Nam quod Plato aiebat, Vrbes nõ debere męniis cingi,ꝙ ſecuros ac imbelles viros eares efficiat,hoc perinde eſt,ac ſi melius dirutis,aut etiã nullis parietibus habitari, & potius ſcutorum quã murorũ obiecta ſemper cõfligi exiſtimet,quamquã Martis aleam dubiã eſſe intelligat.

Editus locus Ciuitati eſt quærendus. Muri quanti.

Editus aũt locus,humili,vel plano pręſtat : hic enĩ multo,ille nullo,aut paruo ſumptu muniendus eſt : humiles etiã muri Ciuitatis, ſcalis admotis,facile hoſti victoriã tradunt : alti niſi ſint lati,machinis deiiciũtur: ad quos quidem muros,ſi propter loci ſiccitatẽ,acceſſus pateat,aggeres illis anteponãtur,qui ab arietibus,machinis,& ſuffoſsiõibus,defendãt : nõ aũt inepta collocatione ſui prodãt muros Ciuitatis. Turres vero ſint rotundę,aut multorũ angulorum,ꝙ non facile poſsint lædi : cum quadratas machinę celerius diſsipent, quod angulos arietes tundendo paruo negocio frangant.

Portæ quales.

Portæ quoque Vrbis ne ſint directæ,ſed flexæ,& tortuoſæ,quæꝗ fraudes ſuorum tegãt,hoſtium detegant :

Arcium cõmoda uel incommoda.

Arces aũt vrbibus impoſitę,aut libertatem tuentur,ſi iuſtis præſidibus dẽtur: aut ſeruitutem imponunt,ſi iniuſtos habeãt Dominos: ſemper denique hoſtibus ad Vrbem iter aperiunt,niſi ſint natura loci,opere,& copiis munitæ.

Aedes priuatorũ & publicas quales eſſe oporteat.

Porro ſi priuatorũ ædes augent Vrbis dignitatẽ,certe publica ędificia,portus ſcilicet fora,porticus,balnea,theatra,inambulatiões,& quæ ſupra enumerauimus, ad rationem firmitatis,vtilitatis,ac honeſtatis facta: inprimiſque Templa,quaſi orandi & audiendi verbi Dei domus,auguſtam reddunt Ciuitatem.

Paleſtræ ac Theatra, ſcholæ & Bibliothecæ in Ciuitate ſint:ne in Officio prudentiæ claudicet.

Et ſi in Ciuitate ſunt Paleſtræ,& Theatra,in quibus corpora iuuentutis ad militiã, ac ludi ad vitandam intemperantiã & ocium exercerentur : multo magis Scholæ ac Bibliothecæ vt omnium ſcientiarũ ac virtutũ fomenta,& ingeniorũ pabula inſtitui debent : vt ſcilicet ex æquo Muſica cum Gymnaſtica ſemper in Ciuitate diſcãtur, arteſque liberales cõiungantur militiæ. Quia vero harum omniũ rerum neruus eſt pecunia,ſinguli Ciues Symbolũ ſuum , aut operã ad publica opera annis ſingulis cõferant: vtque boni Ciues bonis ſufficiãtur,plus Iuris Reſpub.in educandis filiis habeat,quã habent parentes : quos etiã ſenio,vel clade aliqua confectos alere,Athenieñ. Iure non teneãtur,ſi ſe nõ liberaliter dederint inſtituendos: qui quidem ꝙ ex ebriis ſæpe naſcantur,nihil mirũ eſt,ſi aureis patribus ænei filii (vt inquit Plato)aut potius ex feculẽtis lutei ſuccedãt.

Ciues pulchris nominibus appellentur.

Neque illud negligendũ eſt, vt Ciues pulchris nominibus appellentur,turpia enim cognomina ita detrahunt vt pulchra multum addunt Ciuium honeſtati :

Cœlibes in Ciuitate ne ſunto, ut ſit caſta.

Nam quod in Ciuitatibus Cælibes olim lege 12. tabul. manere non permittebãtur,hęc lex hodie exoleuit:mul-

ti enim hoc

ti enim hoc tempore Cælibes in Ciuitatibus viuunt: proindeque nomine ſcortationis, & cōcubinatus, ne dicā adulterii quemq̃ appellare ioco, magnæ vrbanitatis: ſerio, multis Ciuibus fuit capitale. Quæ quidem ſcortādi licentia vbicūque graſſatur impune, medietatem Reipub. male conſtitutā eſſe fateamur oportet: quippe quod in ea coniugiis & pudicitiæ mulierū non perinde bene proſpectū eſt: tota enim Reſpub. diuiditur in viros & fœminas: vt ſcilicet naturæ quoque ſentencia cōpellamur, quo vnuſquiſque vir habeat ſuam coniugem. & vnaquęque mulier ſuum virum: quippe quod neutri ipſorū eſt bonum ſolum eſſe, abſq; communis vitę adiutore, caſtitatis cuſtode, & ad propagationem ſobolis ſuffragatore neceſſario.

ARTICVLVS I.

De Libertatibus Ciuitatum.

De libertatib. omniū Ciuitatum a Rege electo confirmandis. Lex I.

Quam vide ſupra Folio 20. & 26. vſque ad Fol. 32. & 36.

6. **Ciuiū etiā Nūcij ad Cōuēt. mittūt. L. ij**

7. Vide Folio 41. Lege 8. &c.

Ciuis in ciuitate reſidens non tenetur ad fumaliū ſolutionem. Lex iij.

Ex Priuilegio Vladi. Iagellonis.

Quam vide Libro Secundo Capitulo Septimo de Fumalibus.

Ciues ac mercatores omniū vel aliqua rum Ciuitatum quas libertates ac cōmoda habeant, uel ſeruitutes ac incōmoda, in Salinis Bochneñ. & Vieliceñ. uel in depoſitorijs Salis per ferant. Vide Libro ij. Capitulo ij. de Salinis.

ARTICVLVS II.

De inſtituendis Magiſtratibus Ciuitatum.

Palatinus Cracouien. in ciuitate Crac.

Succamerarius vero Cracouieñ. in Vieliczka, & in Bochnia, vt habetur in Officiis Salinarū Succamerariū cōcernentibus, in aliis vero Ciuitatibus partim Capitanei, partim hæredes, alicubi Ciues, Conſules creant, & eligunt.

Pleriſq; in Ciuitatib. Cōſules iurant, ſe Regi fideles futuros, tutaturos honorē atq; cōmodū Reg. neq; pmiſſuros diſſenſiōes fieri in Ciuit. Ciues uero iurant ſe Regi fideles futuros, cōſulatui obſecuturos, circa Iura, Priuil. et plebiſcita ſtatur. (ſi uero mercat. ſin) cōmercia quoq; cum extraneis mercatori. in fraudē et damnū teloneorū, Iurū, & depoſitoriorū non habituros.

Forma Iuramenti a Conſulibus Ciuitatum præſtandi. Lex 1.

163 Ego N. Iuro quia Sereniſs. Principi & Domino Dño A. Regi Poloniæ &c. & ſuis legitimis ſucceſſoribus, Regibus, primoq; Coronatis, fidelis ero, ſuæq; Serenitatis honorē, ſtatum Regiū, & cōmodum Reip. Coronæ, & Ciuitatis N. pro poſſe meo procurabo: ſuam Serenitatem de omnibus dānis, quę ſciuero, aniſabo, & ea manifeſtabo fideliter. Sic me Deus adiuuet. &c.

ARTICVLVS III.

De IVRE Ciuitatum Polonicarum Theutonico.

Kazi. in Viſl. 1368

De Iure Ciuium ſeu Thetoni. remiſſio debet eſſe ad Iudicē cōpetentem in reconuētione. Ius aūt Theuton. continetur in libro communiter ſpeculum ſaxonum nūcupatum.

Si Actor Iure Theutonico agit, nō eodē, ſed ſuo Iure recōueniatur. Lex I.

Cum Actor forū Rei undiqꝫ ſequi debeat, uolumus ꝙ ſi quis in Iudicio Iuris Theutonici cōtra Reum ſuā dirigat actionē, & uiceuerſa proponat cōtra eundē Reus: ibidē ille Actor ſuper aliqua queſtiōe ſimili, uel inequali re recōueniri non poterit. Sed ipſe Reus ſuā litē aut cauſam corā Iudice competenti cum uoluerit, agitabit. 23.

Priuilegiū Iuris Theut. Prouincial. ſupremi Caſtri Craco. per kazimir. Magnum conſtitutū quod Vlad. Iagello, & Vladiſlaus Iagellonis Reges confirmarūt, cuius Tribunal in Caſtro Cracouieñ. ad quod in cauſis tam magnis quā paruis Iuris Ciuilis prouocat, & appellat. Lex ij.

Confirmatio prima Vladiſlai tertij Hungariæ & Pol. Regis.

IN NOMINE DOMINI AMEN, Nos Vladi- 167
ſlaus Dei gratia Rex Polonię, Hūgarię, Dalmatię, Croacię, Raſcię, Ser 168
nię, Necnō Terrarū Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cu- 169
iauiæ, Lithuaniæqꝫ Princeps ſupremus, Pomeraniæ, Ruſsiæqꝫ Dñs, 170
& heres. &c. Ad perpetuā rei memoriā, Significamus tenore preſentiū 171
quibus expedit uniuerſis, præſentibus, & futuris præſentiū noticiā habituris. Quomodo pro parte Famatorū Aduocati, & Iuratorū Iuris noſtri ſupremi Theutonici Prouincialis Caſtri Cracouieñ. oblata petitio cōtinebat in effectu, quatinus exinnata noſtræ benignitatis clemētia, diuę memorię Sereniſs. Principis Dñi Vladiſlai Regis Poloniæ noſtri immediati predeceſſoris & genitoris chariſs. Literā Pargameneam, ratificatiōis Priuilegij Illuſtris Principis & Dñi Kazimiri Regis Poloniæ. &c. de & ſuper inſtitutiōe Iuris ſupremi Theutonicalis Prouincialis in Caſtro noſtro Crac. uice & loco Iuris Maydēburgeñ. æditi, & cōceſſi, factā & donatā, Sigillo ſancti genitoris noſtri mediocri in cordula Sericea impendeñ. ſigillatā, ſanam, ſaluā, & integrā, non uiciatā, nō cancellatā, nec in aliqua ſui parte ſuſpectā, ſed omni prorſus uicio & ſuſpectiōe carentē, & pro parte eorundē Aduocati & Iuratorum corā nobis præſentatā cōfirmare, apꝓbare, ratificare, & innouare dignaremur. Cuius quidē Literæ una cum cōtentis in eadem tenor de uerbo ad uerbum ſequitur, & eſt talis.

Alia Vlad. Iag confirmatio Priuilegij ſuper Iure Theutonico per Kazimirum Magnum dato.

IN NOMINE DOMINI AMEN, Ad perpetuā rei memoriā, Non cōuenit, ut inſperatis ſortis caſibus profectus rerum ſubijcerētur, & pia uota cū cadente fortuna deputarētur, quorū uiuax eſſe debet

eſſe debet aſſertio, & cōſtitutio perpetuo ſubſiſtere robore firmitatis. Proinde nos Vladiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ, nec nō Terrarū Cracouię, Sandomirię, Siradię, Cuiauię, Lancicię, Lithuanięq; Princeps ſupremus, Pomeraniæq; Dn̄s & hęres. &c. Significamus tenore præſentiū quibus expedit uniuerſis, pręſentibus, & futuris, præſentiū noticiā habituris. Quomodo licet dudū diuę memorię Dn̄s Kazimirus Rex Poloniæ prędeceſſor noſter Regali prouiſiōe, & cōmuni utilitate ſuadēte, in Regno Polonię Ius Theutonicū ſupremū inſtituiſſet, & ordinaſſet, ut omnibus oppreſsis & grauamē corā Iudicibus Secularibus Iudicij eiuſdē Theutonicalis patiētibus, tutū ad illud appellādi, & euocandi patuiſſet refugiū: Ne ſubditi Regni noſtri: ob defectū Iuris ſupremi ad Terras alienas per loca incognita, nō ſine grauibus periculis, damnis, & expēſis pro Iuſticia recurrere cogerētur. Queādmodū ante huiuſmōi Cōſtitutiōis decretū, & hęc taliſmōi Cōſtitutio, tēpore fœlicis noſtri regiminis, ſub rati habitiōe noſtra, & hactenus tēta fuiſſet, cuſtodita, & ſeruata, in & ſub forma, per certa capitalia tradita, & literis autēticis ſub appendētibus Sigillis Maieſtatis eiuſdē Regis Kazimiri confirmata. ¶ Tandē huiuſmōi Literę apud Iudices & Cōſeruatores præfati Iuris, neſcitur qua ſorte, & utiq; infauſta perierūt, dignū itaq; arbitrātes hāc conceſsionē, & Cōſtitutionē ex toto ut antea uiribus debere ſubſiſtere, prefatas Literas, & Priuilegia, quarū tenor de copijs ſumptus originalibus, in certis codicib. dictorū Iudicū remāſit integer cōſeruatus, Renouamus, innouamus, ac robur ipſis in uigore perpetuo adijcimus: Volentes, ut in omnibus ſuis capitulis, ſentēcijs, pūctis, cōditiōibus, & articulis, iugem ſemper & irrefregabilē obtineāt firmitatē. Prouidētes ſpecialiter, ut quotieſcūq; Ciuitates in hac Priuilegij copia deſcriptæ, & cōtentæ, uel eorū aliqua in huiuſmōi ſupremi Iuris Iudicio cauſam, uel cauſas proprias, uel ſuorū coincolarū, & conciuium corā Iudicio prefati Iuris per appellationē introductas habuerīt, illis amotis & excluſis, aliæ Ciuitates pro eis ad Iudiciū cū alijs remanentibus ſurrogētur. Tenor aūt prędictarū Literarū & forma ſiue copia ſumpta ex originali, ut præfertur, ſequitur & eſt talis.

Priuilegiū quod Magnus Kazimir. ſuper Ius Maydemburgen. pro Tribunali Crac. ſub Maieſtatis Sigillo conceſſerat, perierat, ſed illud de originalibus copijs Vladiſl. Iagell. innouat.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quia humana cōditio dominātis ſibi iugo libēter caruiſſet, & homines libertatem minime abdicaſſent, ſi nō impunita uicia graui pernicie ſcelerū redūdaſſent: Ideo diuina ſentēcia dati ſunt Reges populo, & Dn̄i ſubiectis, ut neceſſario Iuſticiæ & Iudicio ac Imperio Regū ſubeſſent uniuerſi, ut cuilibet æquo libramine ſtatera lance appēſa ipſi Reges iuſticiā miniſtrent: Et proinde Nos KAZIMIrus Dei gratia Rex Poloniæ. Nec non Terrarū Cracouię, Sandomirię, Siradię, Lancicię, Cuiauię, Pomeranięq; Dn̄s, & heres Ruſsiæ: ad extollēda iuſtorū præconia, & tranſgreſſorū inſolētias reprimēdas, animaduerten̄, in noſtro Regno, contra

decorem &

decorē & honorē eiuſdem Regni noſtri, prætereꝗ ſcientiā noſtrę Regię
Maieſtatis uerſari corruptelas: Quod cū Aduocati, Sculteti, Scabini, Iu
rati Iudiciorū bannitorū Iuris Theutonici, litigantibus in Iudicijs eo-
rum bannitis cōtendentibus, ſentēcias interlocutorias, & diffinitiuas,
in cauſis quā pluribus promulgāt. ¶ Dicti contēdeñ. ad partes remo-
tas Rineñ. uidelicet in Maydemburg Ciuitatē, cui nullo Iure ſubſunt,
& ultra fines Regni noſtri appellatiōes, & prouocatiōes interponunt,
noſtræ Maieſtatis proprio Solio & Tribunali, nec nō proprij Principis
& Dñi Iure & iuriſditiōe omiſsis, & contēptis, & in detrimentū Reg.
noſtri, damnū, & Regnicolarū noſtrorū grauamē. ¶ Aduocati uero
Sculteti, & alij Scabini Iurati prædicti noſtri Regni a cōtendentibus e-
iſdem, pro emēdis ſentēcijs, & Scultetis in Maydemburg per nouē fer-
tones latorū groſſorū Pragenſiū, & nōnullas ſummas pecuniarū pro
expenſis exigāt, & extra Regnū noſtrū in Maydemburg pro prædictis
ſentēcijs emēdis tranſmittūt, per quę honori, decori, iuriſditiōi, Solio,
Tribunali illibatis noſtris prædictis, detrahatur, & turpitudini reſer-
uatur, & ꝙ deterius eſt, dicti Aduocati, Sculteti, Scabini, Iurati iuriſdi-
tionem Theutonicaliū, cū more litigātes iuſticiæ reddere deberēt com-
plementū, difficiles ſe in hoc reddētes, ad Ciuitatū nōnullarū dicti Re
gni noſtri Cōſules, Aduocatos, Scabinos, Iuratos. ¶ Quibus nulla a
nobis ſuper Iure ſupremo, & dandis ſentencijs Iuris Maydēburgeñ. a
noſtra Regali Maieſtate nulla prorſus fuit, uel eſt, eis ſpecialis ad talia
loca ipſorū extra eorū loca cōſtituta ultra terminos iuriſditiōis eorū
attributa poteſtas ad uendendū Ius ſupremū noſtro Solio & Tribuna
li de Iure duntaxat annexū, & ſentēcias aliquas dandū extra fines eorū
iuriſditiōis ad alias Ciuitates, Villas, & loca, nulla eis a noſtra Regia
Maieſtate autoritas eſt cōceſſa, ſed ex quadā temeritate contendeñ. corā
eis, in cauſis tā magnis quā paruis, pecunias ponere cōpulerunt nō pau
cas: pro quibus ſentēcijs a dictis Ciuitatū Regni noſtri Cōſulib. Aduo
catis, Scabinis, Iuratis, nulla prorſus ad hoc autoritate fruētibus ſentē-
cias extraxerūt, & Ius emerūt, ꝙ uiribus caruit, & nō ſubſiſtebat, inſon
teſꝗ cōtendentes deludebāt ſumptibus, laboribus, impēſis, & expenſis
fatigando, minus iuſte: cōtra quæ in Regno noſtro clamor aſcēdit, &
inſinuatio manifeſtauit, ꝙ quidē Maieſtas noſtra fama deferēte, & cla
more incitāte, ſine periculo pertrāſire, & ſine ſcādalo tolerare oculis cō-
niuentibus nō potuerat. ¶ Cum Reuerend. in Chriſto patrib. Iaro-
ſlao Archiep. Gneſneñ. Bodzanta Crac. Sbilutho Vlad. Iohāne Poſna.
Nicolao Ploceñ. Iohāne Lubuceñ. Epiſcopis. Nec nō Abbatibus, Præ-
poſitis, Decanis, Archidiac. cęteriſꝗ; Prelatis & Canonicis tā Cathedra
lium, quā Collegiatarū & aliarū Eccleſiarū capitulis, & beneficiatis tā
Sęcularibus, quā Regularib. exēptis & nō exemptis: Nec nō Magnific.
Caſtellanis, Palatinis, Camerarijs, Succamerarijs, Iudicibus, Subiudi-
cib. Baronib. Militib. & Nobilib. Cōſulib. Aduocatis, Scabinis, Iuratis

Ciuitatum

Olim de Regno in Iure Theutonico appellabatur in Renum ad Maydemburg.

Per nouē fertones latorū groſſorū ab ortilogio in Maydemburg olim dabatur ultra expenſas.

Non eſt conceſſa autoritas a Regia Maieſtate appellandi extra fines Regni Polo.

Rex Kazimir. Mag. celebrans ſynodū & Cōuentionē cū Archiepiſ. Epiſcop. quorū nomina hic deſcripta ſunt: Itē cū Abbatib. omnibuſꝗ; alijs tam ſpiritualib. q̄ ſæcularib. Prælatis, Cōſiliarijs, Dignitarijs, & Officialib. Ciuib. & Villanis Reg. ſui ſta.

Ciuitatũ Sculteti, & Officialibus Villarũ, & locorũ ſingulorũ uniuerſis, Synodũ, Conuentionẽ, & Conciliũ celebrauimus: De quorũ omnium & ſingulorũ conſilio, appellatiões, prouocatiões, in dictis Iudicijs faciẽdas, a litigãtibus prædictis, pro pecunijs prędictis emẽdas, exigẽdas admittendũ: ſentẽciaſqꝫ & Ius in Maydemburg emendũ: & ad Ciuitatẽ aliquarũ dicti Regni Iudicibus, Aduocatis, Scabinis Iuratis, Ius aliquod abſqꝫ noſtra ſpeciali autoritate per quoſpiã Iudices, Aduocatos, Scabinos, Iuratos litigãtes emendũ, & recipiendũ ſentẽcias, aut Ius aliquod, & receptis aliqualiter ſtandũ, aut ea pro Iure habendum, ſub pœna amiſsiõis omniũ bonorũ ſuorũ, autoritate noſtra Maieſtatis Regiæ inhibemus.

tuit ut nullus Regnicola ſub ammiſsione omnium bonorũ ſuorum alibi appellet, q̃ ubi conſtitutũ eſt, uidelicet Cracou.

¶ Volẽteſqꝫ prędictis noſtris Regnicolis dãna, grauamina, fatigas, & ſumptus remouere: profectũ quoqꝫ & utilitatẽ eis noſtro quoqꝫ Regio, & Regię Maieſtatis honorẽ, & decorẽ ampliare, Libros Iuris Maydemburgeñ. ordinauimus, & in Theſauro noſtro Cracouieñ. depoſuimus, in eodẽqꝫ Caſtro noſtro Cracouieñ. cõſtituimus Ius ſupremũ Theutonicale, Prouinciale, uice & loco Iuris Maydẽburgeñ. de libris eiuſdẽ promulgari debere ſentẽcias, & Iura per Aduocatũ noſtrũ, & ſeptẽ Scultetos, ſeu Aduocatos, & Iurati dicti Iuris Prouincialis peritos Iuris prędicti.

Liber Iuris Maydẽburgen. cũ literis eiuſdem Iuris repoſitus eſt in Theſauro Regio Cracouien.

¶ Quos noſtrę Maieſtatis Procurator generalis, qui pro tẽpore fuerit, dicti Caſtri Terrę noſtrę Cracoui. una cũ Aduocato noſtro & locis infraſcriptis inter Aduocatos, & Scultetos, ſeu alios Iuriſperitos potiores duxerit recipiẽdos, nominãdos, eligendos, & ad loca, tẽpore uitæ eorũ, pro Iudicio noſtro ſupremo Prouinciali Caſtri Cracouieñ. banniẽdo, more conſueto.

Procurator generalis Crac. una cũ Aduocato eliget Iuriſperitos de locis infraſcriptis ad Ius prædictũ Tribunalis Cracouien.

¶ Tẽporibus cõpetẽtibus, & locis, uidelicet de Bochnya, & Vyeliczka, de Robczycze, et Lipnicza, de Myſlimicze, de Ilkuſz, de Volbram Ciuitatib.

De quibus locis debẽt eligi Iudices Iuris ſupremi de Bochnya uidelicet, Vyeliczka, Robczycze, Lipnicza Ciuitates, Myſlimicze, Ilkuſz, Volbram.

¶ Aduocatis de Lipnik, de Suloſſoua, de Irzmanouicze, de Przecinya, de Sãdrman, de Balyn, de Czubrouicze, Scultetis Maieſtatis noſtræ Regiæ de Bodzanou, de Igolomia, de Lapſycze, de Skauina, de Rybna, de Lyſzki, Tiniceñ. de Brzeſzko, de Gonou Brzeſeñ. Abbatũ, de Lubocza, de Pobyednik, de Tubicze, Suerineñ, Prępoſiti monaſteriorũ, Aduocatis, & Scultetis, nec nõ alijs locis.

¶ Scabinis, & alijs honeſtis & circũſpectis perſonis in dicto Iure Maydẽburgeñ. peritis, & qui ſede Scabinali fuerint digni, ꝙ ſint ſeptẽ in numero ſemꝑ præſidẽtes perpetui, & qđ ſeptenarius numerus nõ excedatur: ad ꝙ quidẽ Iudiciũ noſtrũ ſupremũ Prouinciale, Theutonicale, Caſtri noſtri Cracouieñ. & Aduocatũ noſtrũ, necnõ Aduocatos, Scultetos & alios ſeptẽ pręſideñ. eidẽ noſtro Iudicio loco prędictarũ prouocationũ, & appellationũ in Maydẽburg prorũpi cõſueuerũt, licitũ erit eis ab omnibus Iudicib. Aduocatis, Scultetis, Scabinis Iuratis, tã Ciuitatũ quã Villarũ quibuſcũqꝫ cõtendentibus & litigãtibus, appellare & prouocare & corã eiſdẽ proſequi, finire & decidere ſuã appellationẽ, ſeu ſuper eiſdẽ, & alias per ſimplices propoſitiões, ſiue appellatiões, Ius & ſentẽcias poſtulare, de Libris noſtris

ſeptem ſcabini perpetui præſidentes in Iudicio.

Tam Iure q̃ moribus obſeruatur, ut a ſentẽcia Conſulũ directe ad R. M. appelletur: A Iudic. uero ſcabinali Ciuit. appell. ad Ius ſupremum Caſtr. Cra. inde aũt ad Iud. Cõmiſſariale Regale ſex Ciuit. ultimo prouocatur. Quod quidem Iudic. ſex ciuitat. 1 post feſto s. ſtaniſl. in Maio, 2. p f. s. Michal. 3.

pro ſ. Pur. Vir Mar. fieri ſolet quotannis. Nihilom. liberū eſt appellanti a Scabin. tam Iuris ſupr. q̃ ſex ciuitat. Iud. declinare, ſi literas inhibitiōis Regiæ adferat, potiuſq; coram Rege, uel eius M. cōmiſsarijs de lite uelit experiri.

De Iure ſupremo Caſtren. licet appellare ad Tribunal Regiæ Maieſtatis.

Commiſſarij eligendi de Ciuitatibus per duos in numero.

prędictis IurisMaydemburgeñ. quibus ſentēcijs, & Iuri per eoſdē promulgatis, auctoritate noſtrę R. M. decernimus, uel ut legi ſtandū, uel tanquã legē obſeruandū. ¶ Niſi aliqui cōtendentiū prędictorū duxerint ſuper ſuis quęſtiōibus, & cauſis, Ius melius & ſentēcias meliores, in oppoſitū ipſorū promulgatorū Iuris & ſentenciarū proponendū, extūc eiſdē ab ipſis ad Tribunal & Soliū noſtrę Maieſtatis licebit appellare, & infra tēpus, dicti Iuris Maydēburgeñ. librorū noſtrorum. ¶ A nobis ſuper eorū prouocatiōe obtinere certos Cōmiſſarios, quos uolumus & decernimus fore Cōſules Ciuitatū, unde ipſi appellātes nominauerint, alteri parti nō ſuſpectos, de qualibet Ciuitate per duos Cōſules, uidelicet de Cracouia, & Sandecz: de Bochnya, & Vyeliczka: de Kazimiria & Ilkuſz: qui ex noſtra ſpeciali cōmiſsiōe decidēt appellationē, & finem negocij, appellatiōes & ipſi cauſæ imponēt. Et ne præfati Aduocatus noſter, & alij Aduocati, Sculteti, Scabini ſeptē prędicti perpetui, pręſideñ. circa Iudiciū noſtrū, & Iura prędicta dāda, & laborādo dies ſuos in uanū exponāt, & litigātes prędicti laboribus, fatigis & expenſis more priſtino grauētur. ¶ Cōſtituimus obſeruandū in antea, pro qualibet ſentēcia danda, dūtaxat per ſeptē ſcotos, uidelicet pro Fiſco noſtro medietatē, aliã prędictis præſidētibus ſeptē Scabinis: Inter ipſos pro labore ipſorū diuidēdos, pręter Notarij Salariū, memorialia, & Priuilegiorū literas eorū dandas, de quibus iuxta eorū moderationem diſponere debebūt, ratiōe onerū leuandas. ¶ De pœnis aūt dicti Iudicij noſtri, pro nobis Aduocatus noſter quatuor pœnas, & quintã pro Scabinis prædictis exigere debebit: & ut præfati Aduocatus noſter & ſeptē Scabini dicti Iudicij noſtri ſupremi, eo fortius, & cū exacta diligētia Iudicio ſupremo prædicto, & ſentēcijs promulgādis diligētius inſiſtāt & cōtinuent. ¶ Ipſos Aduocatū, & Scabinos, Maieſtas noſtra extollere uolēs prerogatiua fauoris & gratiæ ſpecialis, eximimus & liberamus, ab omnibus exactiōibus, tributis, cōtributiōibus, & alijs collectis laboribus, ſeruitijs, expeditiōibus, ad quaſcūq; partes per nos & per noſtros ſucceſſores fiēdis, & obedientijs quibuſcūq; tã noſtris, quã ipſorū Dñorum, nec nō a Iudicijs & Iuriſditiōibus ipſorū Dñorū Caſtellanorū, Palatinorū, Iudicū, Subiudicū, Camerariorū, cęterorumq; Officialiū Terreſtriū, nec nō Aduocatorū, Cōſulū, Scabinorū, & quarumcūq; poteſtatū, quibus nulla ratiōe obediāt, neq; citati in magnis uel paruis cauſis corã ipſis cōparere & reſpōdere tenebūtur. ¶ Sed dūtaxat cum ad pręſentiã noſtrã, & per ſpeciale Sigillū noſtrū citati fuerint, tūc corã nobis, aut corã ſpeciali Cōmiſſario noſtro ad hoc deputando, reſpōdere tenebūtur Iure ſuo Maydemburgeñ. & quilibet eorū reſpondebit. ¶ Vt aūt præmiſſa omnia robur obtineāt perpetuæ firmitatis, præſens Priuilegiū de cōſilio & conſenſu prędictorū omnium aſſeſſorū noſtrorū ſcribi & Sigilli noſtri Maieſtatis Regalis maioris appenſiōe fecimus cōmuniri. Actū & datū Craco. Anno Dñi 1 3 5 6.

ſeptem Scoti pro ſentencia dandi, pro Fiſco medium, & pro præſiden. medium.

De pœnis Iudicij.

Prærogatiua Aduocato & ſcabinis per Regem conceſſa.

De Aduocato & Scabinis ſigillo Regio citandis ad præſentiam eiuſdē R. Maieſtat.

Nomina teſtium nūc præſentium.

in craſtino

in craſtino ſancti Franciſci. Pręſentib. præfatis Archiepiſcopo & Epiſcopis: Nec nō Magnificis uiris Dn̄is Iura Caſtellano, Imramo Palatino, Andrea Iudice Craco. Vilczkone Sandomir. Raphaele Viſlicien̄. Petro Sandecen̄. Caſtellanis, & alijs quā pluribus teſtibus fidedignis. ❡ Petitiōibus itaq; pręfatorū Iudicū & cōſeruatorū pręfati Iuris Theuton. ſupremi benigniter acclinati, & ſubditorū noſtrorū cōmodis & profectibus cōmoniti, huiuſmōi Literas, cōſtitutionē, gratiā, & conceſſionē, grata & rata haben̄. atq; firma auctoritate noſtra Regali robur ipſis apponimus, & Sigilli noſtri maioris cōmunitiōe firmamus. Harū tenore mediante. Actū feria quinta poſt conductū Paſchæ Anno Dn̄i 1 4 2 1. præſentibus Reuerēdiſs. in Chriſto patrib. Dn̄is Nicolao dictę Gneſnen̄. Eccleſiæ Archiep. & Primate: Alberto Cracou. Andrea Poſnan. Iacobo Plocen̄. Iohāne Chelmen̄. Eccleſiarū Epiſcopis: nec nō Magnificis ualidiſq; uiris Criſtino de Oſtrou Caſtellano Craco. Sandiuogio de Oſtrorog Poſnan. Iohāne de Tarnou Crac. Nicolao de Michalou Sandomir. Mathia de Vanſſoſye Caliſsien̄. Nicolao de Opporou Lancicien̄. Iacobo de Konyeczpole Siradien̄. Mathia de Labiſſyn Brzeſten̄. Iohāne de Koſczyelecz Gneueonien̄. Palatinis: Michaele de Czyzou Sandomir. Miſtino poſnan. Martino de Denou, Criſtino de Kozyeglouy Sandecen̄. Floriano de Korythnicza Viſlicien̄. Iohanne de Sczekoczyn Lublinen̄. Caſtellanis. Sbigneo de Brzezye Reg. Poloniæ Marſchalco: Petro Szaffranyecz Succamera. Cracou. Andrea Cyolek de Zelechou Dapifero Sandomir. & alijs quā pluribus fidedignis noſtris fidelibus dilectis. Datū per manus Reuerēd. in Chriſto patris Dn̄i Alberti Epiſcopi Crac. ſupremi Cācellarij, & Iohannis Decani Craco. & Vicecācellarij Regni Poloniæ ſyncere nobis dilectorū. ❡ Nos uero Vladiſlaus Dei gratia Rex pręfatus de cōſilio Conſiliariorū noſtrorum ad latus noſtrū tunc aſsiſten̄. petitiōibus taliter corā noſtra Maieſtate oblatis, tanquā iuſtis, rationabilibus & rationi cōſonis acclinati huiuſmōi Literā ratificatiōe, innouatiōe Priuilegij præſcripti, cū contentis in eodē, cōfirmamus, ratificamus, approbamus & innouamus, decernētes ipſam in omnibus ſuis pūctis, clauſulis, cōditiōibus & articulis, robur obtinere perpetuæ firmitatis, per præſentes. Harū quibus eſt appenſum Sigillū noſtrū teſtimonio Literarū. Actum in Inſula Cyepel, Oppido Konin, alias Racze, die Dn̄ico poſt feſtū ſancti Staniſlai, tempore Maij proximo. Anno Dn̄i 1 4 4 4. pręſentib. ibidē Venerabili, Magnificis, Strēnuis & Generoſis Laurētio de Ederuar Regni Hūgariæ, Nicolao de Layſſoki, Luca de Gorka Poſnan. Hinkone de Pomorzany Terræ Podoliæ Palatinis: Nicolao de Zakrzou Marſchalco Creſlao de Voyſſek de Voycza Dapifero Curię noſtrę: Petro de Szamotuly: Paulo de Syenno: Nicolao Czeſlau: & Hinkone de Balicze familiaribus noſtris, & alijs fidedignis teſtibus circa præmiſſa. Datum

Vladiſlaus Rex confirmat Priuilegium ſupra ſcriptum.

p ij. per manus

per manus Magnificorũ, Iohannis de Konyeczpole Cancellarij, & Petri de Szekocziny Vicecancel. Reg. Poloniȩ ſyncere nobis dilectorũ.

Cauſas Theut. Referēd. quoq; audiāt, quas cũ Cancel. Regi referēt. Lex iij.

Quam vide ſupra Folio 58.

Gregorius aũt Roman. Pontifex reprobat certos articulos Iuris Saxonici & Maydemburgeñ. tanquã Iuri Diuino (alias Canonico) cõtrarios. 172 173

Executio iuſticiæ ac Iuris Diuini exaltat catholicam fidem.

GREgorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Venerabilibus fratribꝰ Archiepiſcopo Rigēſi, eiuſq; ſuffraganeis, ſalutē & Apoſtolicã benedictionem. ¶ Ad Reuerentiã Dei, extirpationē errorũ, & exaltationem catholicæ fidei atq; iuſticiæ, & animarũ ſalutē. ¶ Quædã execrabilia ſcripta, leges ſeu ſpeculũ ſaxonũ appellata, multa examinatiōe & maturitate, in hac parte præhabita autoritate Apoſtolica reprobamus, dãnamus & decernimus irrita, & innania, & carere omni robore firmitatis, prout cõtinetur in noſtris Literis eo nomine cõfectis. Quarũ tenor eſt talis.

In quadam parte ſeu certis artic. ſummus Pontifex damnat leges ſaxonum.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuã rei memoriam, Saluator humani generis Dñs noſter Iheſus Chriſtus, cuius licet indigne uicesgerimus. ¶ Cernēs ipſum genus humanũ, q̄ ad delicias paradiſi creauerat, ex lapſu prothoplaſti Diabolica fraude deceptũ, per peccatũ innobedientiæ corruiſſe:

Corruit genus humanũ, quia Adam uerbo Dei nõ obediuit.

¶ Et quia futurorũ præſcius prȩuidebat inter ſtatutũ puriſsimũ triticum, hoſtē inuidũ ſeminaturũ Zizania, & inter Sacra prophana, inter ſyncera fermentũ, et inter recta iniqua, hoſtilibus callidiſq; machinationibus & aſtutijs poſiturũ: cultores agri ſui uidelicet beati Petri Principis Apoſtolorũ.

Diabol. hoſtis inuidꝰ inter puriſs. triticũ zizania, inter ſacra pphana, inter ſyncera fermentũ, inter recta iniqua ſeminat.

¶ Cui & ſucceſſoribus ſuis per eundē tradidit pleniſsimã poteſtatē aliorũ Apoſtolor. & diſcipulorũ ſucceſſores ſcilicet Eccleſiarũ Præſules, qui ſuper natũ euellerēt loliũ, ne inficeret ſemen bonũ: Ideoq; ad noſtrũ principaliter aliorũq; Prelatorũ Eccleſiæ ſanctȩ Dei ſpectat Officiũ, ut animarũ ſaluti ſolerti ſollicitudine intendētes, & agrũ huiuſmodi prout expedit ſȩpius expurgãtes: * Ea quæ nouerimus humanȩ ſaluti cõtraria, ſtudio paſtoralis ſollicitudinis euellamus, ſane fide digna, & ad modum moleſta, plurieſq; inculcata, relatio plurimorũ ad noſtrũ perduxit auditũ. Quod in Saxonia, & nõnullis alijs partibus quædã deteſtabilia ſcripta, leges ſeu ſpeculũ ſaxonũ uulgariter nucupata.

Præſules & præſertim ſucceſſores S. Petri debēt euellere loliũ, & ſeminata Diabo. uerb. Dei aduerſa

Humanæ ſaluti cõtraria paſtor euellere, et irrita reddere debet.

¶ Et inferius annotata, apud nõnullos Nobiles atque Plebeios reperiũtur, quæ Iudices & incolæ partiũ earundē, omiſsis Canonibus, alijſq; ſcripturis Sacris cõtemptis, quæ naturȩ legibus, ac Ciuilibus & bonis moribus procul pulſis, & longis retroactis tēporibus obſerua-

Inferius notantur artic. Iuris Theut. canonib. legib. ac ſcripturis ſacris contrarij.

bus obſerua-

bus obſeruarũt, & obſeruant etiã de præſenti. ¶ Ex quorũ quidẽ obſeruãtia, Deus offenditur, proximus grauatur, uera iuſticia & ęquitas diſſipãtur, Canones & leges cõtemnuntur. Etenim Iudiciũ enormiter ſubuertitur, ueritas impugnatur, cõtra bonos mores & legẽ naturę agitur, dehoneſtatur honeſtas, libertaſqꝫ Eccleſiaſtica cõculcatur, & ꝙ eſt deterius, Apoſtolica denegatur poteſtas, & ueritati Catholicæ fidei derogatur. Nos igitur de his tanto dolẽtes amarius, quãto exinde illa ſeruantiũ animæ longioribus tẽporibus ſtrictioribus laqueis fuerũt alligati. Et propterea paternis deſiderãtes affectibus, tot & tãtis malis periculis obuiare. ¶ Ne nobis prædicta diſſimulãtib. ſanguis per ipſa peccantiũ de noſtris manibus a Dño requiratur, ipſa ſcripta ſeu leges, quæ nos mature uidimus, & per nõnullos ex fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & alios in ſacra pagina magiſtros, ac utriuſque Iuris doctores diligẽter examinari fecimus. ¶ Habita ſuper eis deliberatiõe matura, tanquã falſa, temeraria, iniqua & iniuſta, & in quibuſdã hæretica & ſchiſmatica, & cõtra bonos mores exiſtẽtia, periculoſaqꝫ animabus, de ipſorũ fratrũ noſtrorũ cõſilio, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ reprobamus, dãnamus & decernimus irrita, et inania, & carere omni robore firmitatis, nec non proceſſus & ſentencias ſi quas forſan ipſarũ reprobatarũ ſcriptarũ legũ prætextu fieri cõtingit, in poſterũ penitus nõ ualere. ¶ Vniuerſis Chriſti fidelibus per Apoſtolica ſcripta Mãdamus, quatinus ipſis ſcriptis, & legibus reprobatis, de cætero non utãtur: Sed Dñi Terrarũ tam Eccleſiaſtici, quã Sæculares, ſuos uti ſubditos non permittãt: alioquin contrariũ prẹſumẽtes, cuiuſcũqꝫ præeminẽtiæ, dignitatis, ſtatus, uel cõditionis exiſtãt, etiam ſi Pontificali, uel Imperiali, aut Regali, uel alia qualibet prẹfulgeãt dignitate excõmunicationis ſentenciã incurrere uolumus ipſo facto. ¶ Et ut reprobatio, dãnatio, & mandatũ noſtrũ huiuſmodi tam ſalubrẽ effectum irrefregabiliter cõſequatur, uniuerſos & ſingulos Dños temporales, tã Eccleſiaſticos quã etiã Sæculares per præſentes requirimus, & rogamus, ut per eorũ conſtitutiões, & ſtatuta perpetua, ordinẽt & mandent ſub grauioribus tẽporalibus poenis. Quod nullus ſubditorũ ſuorum deinceps utatur his reprobatis ſcriptis, ſeu legibus memoratis, ipſaſqꝫ in contrariũ facientes taliter exequantur quod eorũ ſcriptorũ ſeu legum deteſtãda iniquitas de Terris eorũ totaliter extirpetur. ¶ Nulli ergo hominũ omnino liceat hãc paginã noſtræ dãnatiõis, prohibitionis, cõſtitutionis, mandati, uolũtatis, & requiſitionis infringere uel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ Dei omnipotentis & BEATORVM PETri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Aumion Sexto Idus Aprilis. Pontificat. noſtri Anno Tercio.

Deus obſeruantia cõſtitution. ſeu conſuetud. uerbo Dei cõtrariarũ offenditur, ꝓximus grauatur, & totus perit ꝑuertiturqꝫ ordo bonus.

De manu paſtorũ requitur ſanguis pecca.

Bene recẽſitos et mature digeſtos artic. Iuris Saxon. alias Theut. Papa autorit. uerbi Dei reprobat, damnat et irritos decernit

Mandat Pont. uniuerſis Chriſti. fidelib. ut de cætero dictis legibus reprobatis nõ utantur ſub anathematis uinculo.

Adhortatur Põt. Spiritual. et sæcul. ut ꝑ ſua ſtatuta perpetua mandẽt ſub pœnis corporalib. qđ nullus utatur reprobatis legibus saxonici Iuris.

Indignationẽ Dei omnip. incurret, ſi quis præſenti Apoſt. cõſtitut. cõtrauenerit: qđ quidem etiam de alijs cõſtitutionib. uerũ eſt ſi ex cathedra Moſi, uerboqꝫ Dei depromptæ ſint: ſed indignat. Pet. & Paul. indignationi Dei addere, tam ſuꝑfluũ eſt, q̃ ſuperſtitioſum: ſi enim dũ uixerũt, inter manus carnificũ nulla indignatione ſuccẽſi fuiſſe legũtur, multo minus poſt mortẽ toties quoties uult Rom. Pont. indignantur, atqꝫ ſerociũt, ita ut præſtitiße arbitrer, ſi populũ ad Limina ipſorũ Pet. & Pau. ſpe indulgẽtiar. etiamnum alliceret, q̃ indignatione eorundẽ Apoſtol. metu pœnarum ab illis abigeret, adeo nihil ſimulatum, diuturnum eſſe poteſt, quin qđ Limina quæſtum, terriculamẽta indignationis potentiam oleant, a naſutis deprehendantur.

Ad idem.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVOrum Dei, chariſsimo in Chriſto filio Carolo Romanorũ Imperatori, & ſemper Auguſto, Salutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Fili chariſsime, iã longũ tempus eſt, & præteritũ, ꝙ de erroribus & de execrabilitate quorundã ſcriptorũ deteſtabiliũ, quę leges ſeu ſpeculũ Saxonũ appellãtur. Quibus nõnulli de partibus tuarũ Imperij & Regni Terrarũ, uti, ſeu potius abuti dicebãtur. ¶ Per fidedignas & intelligẽtes perſonas fuimus informati, & petitũ fuit a nobis, ad quos ſpectat de talibus prouidere, ut ſuper eis ad ſalutẽ animarũ prouiſionẽ adhibere dignaremur. Nos ſcripta ipſa mature uidimus, & per nõnullos tã fratres noſtros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quã per alios in Sacra Theologia ſolennes Magiſtros, ac utriuſqꝫ Iuris Doctores, examinari fecimus diligẽter, & illa ex eis quæ falſa, temeraria, & ſchiſmatica, cõtra bonos mores exiſtẽtia, & periculoſa nimiũ animabus fore reperimus, auctoritate Apoſtolica reprobamus, cõdemnamus, & decernimus irrita & innania, & carere omni robore firmitatis, prout ex noſtris Literis inde cõfectis, quarũ tenorẽ pręſentib. incluſum: Quaſqꝫ Venerabilib. fratribus noſtris Maguntineñ. Colonieñ. Stremeñ. Madeburgeñ. Pragẽſi & Rigẽſi Archiepiſcop. eorũqꝫ ſuffraganeis dirigimus, uidere poteritis plenius cõtineri: Quare deuotã excellentiã tuã, quæ ſancta, iuſta, & honeſta ueneratur & colit, ac cõtraria deteſtatur: Requirimus & rogamus attẽtius quatinus in publicatiõe dictarũ Literarũ, & ut pareatur cõtentis in eis, digneris pro reuerẽtia Dei, & Apoſtolicę ſedis, & noſtra, dictaqꝫ animarũ pro ſalute, & reformatiõe morũ tuæ Imperialis & Regalis poteſtatis fauorẽ efficaciter impartiri. Datum Auiniou Idus Octobris: Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Quatuordecim articuli erronei, Iuris

ſaxonici ſeu Theutonici & Maydẽburgeñ. per ſedẽ Apoſtolicã condẽnati, tanquã Iuri naturali & Diuino cõtrarij: quos etiã nos Alexãder Rex Apoſtolico decreto inniteñ. reprobamus, condẽnamus, nulliuſqꝫ roboris & momẽti decernimus ꝑpetuo, ac per quoſlibet Iudices, & ſubditos noſtros ubilibet in dominijs noſtris conſiſtentes diſtrictius ſub pœnis noſtris eoſdem teneri inhibemus.

1. ¶ PRimus articulus cõtinet, Quod quicquid homo fecerit extra Iu-
diciũ, quantũcumqꝫ hoc ſit notoriũ, ſe liberare poterit per ſuum iura-
2. mentũ: nec cõtra talẽ ualet aliquod teſtimoniũ. ¶ Secundus articulꝰ,
Papa nõ poteſt, nec aliquis alius Dñm Imperatorẽ excõmunicare poſt
quã cõſecratus eſt, & unctus: niſi ſolũ in tribus caſibus, Si dubius ſit in
3. fide, ſi repudiat uxorẽ ſuam legitimã, ſi deſtruat Eccleſiã. ¶ Tertius ar
ticulus, quod excõmunicatio neminẽ debilitat in Iure Terræ ſeu feudi,

niſi ſequa-

niſi ſequatur Regularis proſcriptio. ℂ Quartus articul. ꝙ Papa non poteſt aliquo modo Ius cōdere, uel ſtatuere, per quod ualeat Ius noſtrū hoc eſt Statutū Terræ, uel feudi Saxonicū deteriorari. ℂ Quintus articulus, quod nulla ſentēcia tā iuſta dari poteſt in Saxonē corā Rege, uel Iudicio Regali, quin ſi uelit Saxo, talē ſentenciā reprehendat, teſtās in manum ſuā dextrā, et maiorē cōmunitatē: metſeptimus pugnare uolens, cōtra ſeptē alios pro dicta ſentēcia: tunc ubi maior pars triū phauerit, talis ſentenciā obtinebit. ℂ Sextus articulus, ꝙ ſi quis fuerit interfectus in ſpolio, uel furto, pro quo cōſanguineus interfecti ſe præbeat ad duellū, talis per duellū repellit omne teſtimoniū, nec talis mortuus ſine duello poterit uinci ſeu cōuinci. ℂ Septimus articul. quod ſi duo dictāt in Iudicio ſimul cōtrarias ſentēcias, tunc quicūꝗ taliū habuerit maiorē ſequelā, talis ſentenciā obtinebit. ℂ Octauus articulus, ꝙ quicumꝗ fuerit appellatus ad duellū ſecundū iſtius libri formā, talis non poteſt denegare duellū, niſi appellās eū ſit minus bene natus quā appellatus. ℂ Nonus articulus, ꝙ quicūꝗ perdit Ius ſuum ratiōe furti, uel ſpolij, talis accuſatus ſecūdo de furto uel ſpolio nō poteſt ſe liberare Iuramēto ſuo, ſed dilationē habet ad ferrū ignitū, aut aquā bulientē, uel ad duellū: huius quidē articuli pars ultima, quę ad ferrū ignitū, & cætera electionē cōcedit, eſt erronea. ℂ Decimus articul. quod quicūꝗ cognouerit aliquā fæminā, ſi poſtea ducat eā in matrimoniū, nunquā ex ea poterit prolem legitimā generare. ℂ Vndecimus articul. quicūꝗ cognouerit publice uxorē alicuius uiuēte marito, ſi poſt mortē mariti illius talis eā ducat in uxorē, nunquā ex ea prolem legitimā generabit. ℂ Duodecimus articul. quod hęres nō tenetur de furto uel ſpolio perpetrato per illū, cui ſuccedit in hęreditate, reſpōderet: ꝙ erroneū eſt, ſaltē in foro cōſcientiæ. ℂ Tredecimus articul. quod quicūꝗ ſuccinctus cū gladio clipeū tenens nō poteſt de ligno, uel lapide pollicis ulnā quātum ad altitudinē habentē, ſupra dextrariū ſcandere: talis nō poteſt cędere, dimittere, uel infeudare, uel etiā mobilia bona alicui dare: ſic ꝙ iſte cuſtoditus ſit, qui talia poſt mortē dantis expectat. Iſte articulus eſt erroneus inquantū elemoſinas, teſtamēta, & alia pietatis opera prohibet. ℂ Quartusdecimus articulus eſt, quod nullus ſine licētia ſuorū hæredum, & ſine Iudicio bānito, ꝙ Saxonice dicitur, geheget ding, poteſt dare proprietatē ſuam, uel ſuos homines: Et ſi talia daret alicui, hęredes acquirēt iſta per Iudiciū, ac ſi dans illa mortuus eſſet. Iſti duo articuli ſunt erronei inquantū Elemoſinas & alia pietatis opera prohibent. ℂ Hæc in quadā extrauagāte beati Gregorij Papæ noui ponūtur, & reprobata ſunt, pro eo, quod nō continent conditiōes ſuppoſitas ad legē requiſitas, ſed magis militāt cōtra pietatem & ſalutē animarū.

Marginalia: 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Contra rationem eſt & contra naturam per ferrum ignitum ſe expurgare. Natura enim ignis eſt agere in patiēs bene præ diſpoſitum ergo reprobatur.* 10. 11. 12. 13. 14.

COMMENTARIVS.

Siue in religione, ſiue in Politia, ea eſt ſummorū Magiſtratuū vel maxima vtilitas, vt ex Principe loco diſpiceret, ne quid a quoquā tentaretur, quod quidē cum verbo

Magiſtrat. nihil uerbo Dei, ac legibus cōtrarium fieri pmittat

cum VERBO DEI, vel cũ Legibus in natura poſitis pugnaret: qua ratiõe vigiles, Paſtores, Sacerdotes, atq; adeo dii merito, vt ſunt, ita nuncupãtur. Si itaque hic Gregorius Saxonũ leges dãnat, ꝙ verbo Dei aduerſentur, nihil ſane Officio ſuo vel dignius, vel vſibus mortaliũ accomodatius præſtare potuit: Ve enĩ illis futurũ dicit Eſai. qui ſcribũt leges iniquas, nec tãtopere merẽtur dici leges, quibus ad pacẽ & laudem Dei gubernetur, quã coniurationes, quibus ad faciendũ Deo bellum inſtruatur Ciuitas.

Pontifices non quæcũq; uelint ſcita Principum impetant.

Quanquã ergo hæc diligẽtia ſit per ſe plus ſatis laudabilis, attamẽ ea in re prouideãt Pontifices, ne vel Principũ ſcita de Ciuilib. negociis edita, vel ſuis Canonibus citra auctoritatẽ ſcripturarũ confectis aduerſa impetant: ita enim & inuadere alienã meſſem, & tantũ dominatiõis ſuæ apicem prætextu Chriſti tueri videretur: cũ & exẽplo Chriſti poteſtati Ciuili, excepta libertate euangelizandi, ſubeſſe debeãt: & nihil minus quã ſeruos ſeruorũ per inſolẽtiam leges Principibus ponere coueniat: ꝙ enim iſtuc ipſum ſæpe excõmunicatiõibus cruentis tentarũt, Eccleſiã Chriſti ſciderũt: Regũ etiã ac populorum volũtates primo quidẽ mirifice terruerũt, poſtremo tamẽ ab ſe alienarũt: Deniq; ipſam Europã fatali quodã ſtudio recuperãdæ libertatis incenderũt, ita, vt hoc tẽpore multorũ populorũ ſanguine religiõis cauſa fuſo, inteſtina odia immortales radices altiſsime egiſſe videãtur. In qua quidẽ orbis parte, Saxonia, quę ſuas leges cõdemnatas adhuc tulit, prima noſtro ſæculo iugũ dominatiõis Pontificiæ excuſsit, & vt reliquæ quoq; gentes factũ eius imitarẽtur plauſibile dedit exemplũ: Iuſticiã quippe Chriſti diu oppreſſam erigẽdo, indulgentiarũ mercaturã eiecit: Calicẽ aũt ſacrati cruoris pro aqua, populo: Vxorẽ vero incõtinentib. Sacerdotibus, pro ſcorto reſtituit: omninoq; ſe a nundinatiõe Sacerdotiorũ & Epiſcopatuũ vindicant.

Modus reſtituendæ atq; conſeruandæ cõcordiæ inter Principes & Pontifices atque adeo in tota Eccleſia.

Quæ tamẽ omnia, vt ne in neruũ erumperẽt, & Pontificibus iam olim debuit, & Saxonibus noſtris hoc tẽpore illud dictũ Ethnici Poetæ probari deberet, dimidiũ plus toto: ne ſcilicet vtrinq; ſummũ Ius perſequẽdo, ſummã iniuriã in ſeſe admittãt. Quæcũq; enim bona Papatus Romanus ad ea vſq; tẽpora cõſeruauit, omnino in controuerſiã non erãt reuocanda: e regione aũt, ſi qua bona Saxonia ex ſcripturis profert, cũ bona gratia eſſent admittenda: quæ vero neutra hic vel illic eſſent introducta, per charitatẽ vtrinq; tolerari debuerũt: vt ea mitigatiõe contentionũ, Eccleſiæ cõcordia ſarciretur, quæ quidem non ſecus quã medicina, ex ablatiõe ſuperfluorũ, additiõe vero neceſſariorũ cõſiſtit: ea quippe ratione nõ hic vel illic tantũ, ſed a Solis ortu vſque ad occaſum laudabile eſſet nomen Dñi: cuius quidẽ vniuerſitatis pars nõ erit, qui vel ſcandalizaretur in Chriſti præcepto: vel maligno aliorũ fratrũ odio fuerit infectus, charitateque quæ infirmis condolet, vacuus, a corpore Chriſti quod eſt vniuerſalis Eccleſia, tanquam membrum vicioſum ſeſe præciderit.

ARTICVLVS IIII.

De Perſonis Iuri Ciuili, hoc eſt Theutonico ſubiectis.

Iagell. Crac. uide utramq; legem de Nobilit. capitul. 15.

Quod Nobilis in Ciuitate reſidens ad uituperationem Plebei expurgat ſe. Lex I. 46.

Quodq; etiã illi in genere Nobilitatis

ſunt qui ex patre Nobili, matre uero Plebeia naſcũtur ſi modo more Nobiliũ uixerint. Nam per artes & actiões, quas cõmuniter Ciues exercent Nobilitas tranſit in popularem & Plebeiã conditionẽ. Lex ij. 117

Nobil. poſsũt habere dom. in Ciui. L. 3

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quo Nobiles tãto faciliorẽ uiuendi rationẽ habere queant, ut eiſdẽ liberum ſit in

berum ſit in Ciuitatibus areas, domos, & promptuaria, alias Spichlerze emere admittimus: ita ut hoc ipſum eiſdē negari nō poſsit: tali tamen ratiōe, ut ne Iuriſdictionē Ciuilē deuitent, & omnia debita, & onera Ciuilia ex illis areis, & domibus ſeruientia, ſubeant.

ARTICVLVS V.

Quod aliquādo Conſules Ius ſuum in alterius ſtatus homines extendunt, vel etiam ſuo excidūt, impuneq́ occidūt, Ceruiſias libere vendūt, vel abſque Tributo braxant, in bona ſuccedunt, Chirographis non teſtantur, & quanti literas in Cancellaria redimunt, nihil etiam inuiti vendunt.

Cōſules Ciuitatū quā poteſtatē in hæreticos declaratos habeant. Lex I.

Supra Capitulo 12. Articulo 15. de hæreticis videatur.

Nobilis etiā ab Officio Ciuili ob violentiam perpetratā captus cōdemnari nō poterit abſq́ Capitanei adſenſu. Alioqui capto iniuſte pœnā ſexaginta Marca. luent. Si uero decollaretur Proconſul cum Conſule plectantur. Lex ij.

Sigiſm. Thor. 1520 Et iterum Petricoviæ 1538.

Quā vide ſupra Cap. 15. de libertatib. & homicidiis Nobil. Art. 4. & 5.

Sed pro vulneratis ſeu occiſis Villanis in Ciuitatibus Ius Polonicum eſt dicendum. Lex iij.

Quam vide ſupra Cap. 15. Artic. 5. & infra Capitul. 17. de Kmetonib.

Quod Burgrabij vel Procōſules exactorem a quietationib. groſ. exigentē, in hoſpicio arreſtare poterīt. L. iiij.

Vide Libro 2. Capitulo 7. de Fumalibus.

Incendiarij domorū & horreorū ſi ad Ciuitates pro tutela confugerint, extra forum ipſorū trahantur, & Iure Polonico puniantur. Lex v.

23. Kazimirus Viſliciæ.

Quā vide ſupra Ca. 12. Ar. 9. inter Art. Capit. & Li. 3. Ca. 11. Ar. 2. de Incēdiariis.

Frumentorū aūt nocturni fures deprehenſi in crimine, equos, & omnia quæ ſecū uexerint, perdent: & ſi in reſiſtentia occidātur, nullā pœnā occiſor etiā ſi Spiritualis, Nobilis, Ciuis Kmeto, uel familiaris ſit, incurret: Quod ſi uulnerauerint, uel occiderint deffenſorem, ſoluant. Lex vi.

Kazimirus Viſliciæ.

Fuit Capitu. 15. Artic. 6. de Nobilium homicidiis. Idem repetetur Libro 1. Ca. 17. de Kmeton. Art. 2. ſed originaliter ponetur Lib. 3. Ca. 12. de Furtis Ar. 2.

104 Spirituales etiā & Sæculares Regnicolæ ceruiſias propinatum undecūq́ accipere, eaſdē braxare, & alios quos uelint Liquo-

Albert. Petr. 1496.

uelint Liquores ad ſuos uſus habere poſsint, Capitaneis eos non impedituris. Lex vij. Quæ Libr. iij. Cap. i. Artic. v. ponetur.

Sigiſm. Petric. 1511.

Nobiles Reg. coquētes ceruiſiā in Ciuitatibus & Oppidis ad uſum ſuum domeſticū, immunes ſunt a ſoluenda contributione. Lex viij. 17.

Quę Lib. 3. Ca. 1. & Lib. 6. Ca. 3. Art. 2. de mercenaria Reg. defenſione ponetur.

Kazim. Mag. Viſlic. Fiet eiuſdem mentio cap. 17. inter Kmeto. statut. articulo 3.

Bona Ciuium aut Villanorū ſteriliter decedentiū, ad proximiores deuoluāt, nō ad illorū Dños. Lex ix.

Ciuiū & Ruſticorū abſq; prole morientium habentiū tamē cōſanguineos, dantur derelicta bona conſanguineis: & calix pro marca cū media parochiæ ad diſpenſandū ſanguinē Domini populo neceſſarius aſsignetur.

Abuſiua cōſuetudine noſcitur eſſe obſeruatū, Quod cū aliqui Kmetones, ſeu Ruſtici, uel alij Ciuiles homines, abſq; prole de hac luce decedunt: ipſorū omnia bona mobilia & immobilia, nomine uulgari puſczyzna dicta, Dñi eorundem cōſueuerunt occupare: Vnde nos eandē conſuetudinē, ut uero contrariā, & abſurdā, reputātes: Statuimus quod de bonis eorundē decedentiū, ſi tantū reperiatur in eiſdē bonis, Calix pro Marca cū media Eccleſię Parochiali dandus cōparetur: Reliqua uero bona ad proximos cōſanguineos, uel affines, ceſſante quolibet impedimento, deuoluantur prout ęquitas & iuſticia ſuadent. 21.

Sigiſm. Crac. 1532.

De perpetuitate vero cenſuū in domibus uel in rebus ſolo adnexis inſcriptorū, quid ſit ſentiendū. Lex x.

Quam vide Libro 3. Capitu. 7. Artic. 2. de forma Contractuum.

Sigiſmundus 1543.

Ciues & Oppidani ne manu ſua Teſtamenta ſcribāt. Lex xi. Quā Fol. 127. & Lib. iij. Ca. ij. uide de Teſta.

Sigiſm. Petric. 1511.

Quo ſalario Ciues redimunt literas in Cancellaria. Lex xij. 16.

Ciues * ſoluent literas iuxta arbitriū & uoluntatē Cancellarię noſtrę.

Sed nullus pabula pro equis in via, in Villis, in Tabernis, aut etiā in ſolitarijs locis uiolēter accipiat, ad uendendūue nolētes cogat: quin unuſquiſq; re ſua pro libitu ſuæ uoluntatis utatur. Lex xiij.

Quam vide infra Capitulo 17. Articulo Quarto.

ARTICVLVS VI.

Ciues bona Iuris Terreſtris non quęrant, vel alioqui militent, commeatum Regi mittāt, neq; ſuo Iure alienos dediticios protegāt.

Ciues Oppida ac bona Iuris Terreſtr. poſsidere nō debent. Lex I. Quam infra Lib. iij. Artic. iij. uide. 105.

Alex. in Rad. 1505

Quod tamē Ciues bona Terreſtria poſ

ſidētes a Bello nō liberāt. Lex ij. Quę infra Li. vi. ponetur de re Mili.

Prætereaq̃ currū cū cōmeatu & pediti- sigiſm. Crac. 1507
bus ad Bellū Regi mittunt. Lex iij. Quam Libr. vi. uide.

Ciues etiam Regij profugos dominis ſuis reſtituant. Lex iiij.

Quæ infra Capitulo 17. de Kmetonibus Artic. 5. 6. 7. ponetur.

Quod autē vnus ex kmetonū filijs, de-bet a Dño ſuo ſeruiendi uel potius diſcendarū literarū uel artificiorū gratia, cū Literis Teſtimonialib. Capitanei, aut Dñi ſui dimitti: & qua ætate, uel quomō id fiat, aut quādo uiolator huius Stat. extradat. L. v.

Quam Capitulo 17. Articul. 6. de Kmetonum filiis vide.

ARTICVLVS VII.

Vagi non foueantur in Ciuitatibus, aut alioqui capiantur ad faciendos aggeres & foſſas Ciuitatum, & Caſtrorū, in idque a Capitaneis inquirantur: mendici etiā ſigna Ciuitatū deferant, baiuli autē ad molendina, & fora extra Regnum, mittantur.

Laici, dietim, horatim, aut ſeptimana- Albert. Petr. 1496.
tim ſeruientes, uel ſine Literis Teſtimonialib. aduenieñ. nō foueantur in Ciuitatibus ſub poena xiiij. Marcar. Nam inquilini pro illis ſeruitijs ſeptimanalibus ſufficient. Lex I.

ſerui, aut laici prohibentur foueri, qui non haberent aut ſeruitia ad annū conducta, aut Officia: uel qui uenirent ad loca abſq; literarum teſtimonio.

99. Item quoniā propter Laicos propria domicilia nō habentes, qui ſeptimanatim ſeruire, & ſalaria ſeptimanalia habere cōſueuerūt, fit defect9 ſeruitorū in Villis, & prædijs bonorū tam Maieſtatis Regię, Spiritualium & Secularīū perſonarū, quicq̃ in Ciuitatib. & Oppidis fouētur incōſiderate: nō animaduertēdo quibus Officijs uictū quęrāt, qui exinde certis tēporibus prędatū, certis uero tēporibus ſeruitū exeūt, in Villis meſsis tēpore ſalaria exigētes grauia: Statuimus, ut ſub pœnis quatuordecim Marcar. totiēs quotiēs ſecusfactū eſſet, ſoluendis, Ciues & Oppidani noſtri, & quorūlibet ſubditorū noſtrorū cuiuſcūq̃ ſtatus et conditiōis exiſtentiū, nō foueant in Ciuitatib. & Oppidis homines tales, qui ad annū integrū ſeruitiū nō haberēt, aut Officiū aliquod non gererēt, de quo uictū colligerēt: & ſimiliter illos qui abſq̃ Literis Teſtimonialibus a Dñis locorū recipiēdis illuc ſe cōferant. Et licet Officia quędā ſint inter illos, quæ ipſi Ciues pro eorū uictu habere, gereréque cōſueuerūt, per labores & ſuffragia ſeptimanaliū ſeruitorū: pro illis ſeptimanalibus ſeruitijs inquilini domorū aſſumātur, per quos ſuppleatur defectus apud illos, qui nō diutius quam pro certis diebus ſeruitores conueniunt.

Inquilini deputantur ad ſeruitia ſeptimanalia.

Ne furta & latrocinia multiplicent, va,

gi ultra triduum ſine ſeruitio aut artificio in Ciuitatibus maneñ. per Ciuile, uel per illorũ bonorũ ad quæ diuerterint Officiũ, uel poſſeſſorem capiantur ad faciendos aggeres, & foſſas Ciuitatum, uel Caſtrorum purgandas. Lex ij.

ſigiſm. Petr. 1519. Idem cap. 17. art. 7. de Vagis & idem infra lib 3. cap. 12. art. 3. & 4. de Furtis.

Ruſtici uagi qui ad diẽ tertiũ poſt ſuum in Ciuitates uel Oppida in- 28.
greſſũ ſeruitio ſiue artificio ſe nõ applicuerint, uolumus & ſtatuimus ut per Officiũ Ciuile capiãtur, & detineãtur, uinctiq; cõpede ad faciendos aggeres & foſſas Ciuitatũ uel Arcium adhibeãtur: ne & furta, uel latrocinia ex eis multiplicẽtur, & Nobilitas ſeruorũ, & laboratorũ penuria prematur: id quod & alijs omnibus in bonis ſuis facere licebit.

kmetones vero, Hortulani, & eorũ filij a Dominis ſuis profugi, per Capitaneos, uel per Ciuile Officiũ capiãtur, Dñs uero eoſdẽ repetens duodecim groſſos ſoluat. Lex iij.

ſigiſm Crac. 1532. Idem cap. 17. articulo 7. de Vagis.

Conſulẽtes cõmoditati rei cõmunis domeſticæ Regni noſtri, qua plerumq; fugitiuorũ Colonorũ, ſeu Kmetonũ, uel filiorũ eorũ malicia ita defraudatur, ut multi ſubditorũ noſtrorũ ex defectu laborantiũ & ſeruitorũ in laboribus neceſſarijs negligãtur: Statuimus & decernimus, ut quicũq; Colonus, ſeu Kmeto, Hortulanus, ſeu quiuis alius ſubditus, uel filij eorũ, inuito & inſcio Dño ſuo, in alienas Prouincias fugieñ. ſe trãsferãt, per Capitaneos, & eorũ uicesgereñ. deniq; per Officiales Ciuitatum & Oppidorũ ad quæ deuenerint capiãtur, & capti operis ſimilibus adhibeãtur tã diu donec Dñs detenti, uel detentorũ illos inuẽtos reperierit: repetẽte enim Dño ſubditũ, & docẽte illũ eſſe ſuum, Capitanei & eorũ uicesgereñ. uel Ciuitatũ & Oppidorũ Officiales, illum extradere debebũt irrecuſe: receptis prius ab eo qui ſubditũ ſuũ repetit duodecim groſsis, quos illi pro opera & diligentia in detineñ. ſubdito adhibita ſoluendos eſſe decernimus.

Generaliter vero omnes ocioſos, vagabundos, nulliſq; ſeruitijs aut artibus addictos, Capitanei locorum perquirẽt, & eoſdem Nobiles in ſuis bonis coerceri permittãt,
alioqui citati eos ſtatuent. Lex iiij. 29.

ſigiſm. Petr. 1523. Idem ſupra cap. 12. & infra ca. 17. ar. 7 de Vagis & iterũ lib. 3. ca. 12. de Furtis ar. 3. repetetur.

Item ad cõtinenda furta & uagos homines coercẽdos Capitanei locorum diligẽter curabũt homines ocioſos, & uagabũdos, nulliſq; ſeruitijs, aut artificijs addictos, in ſuis Capitaneatib. perquirere, & cohibere: Nobiles uero in bonis ſuis tales coerceri per Capitaneos permittãt, alioquin citati illos coram Capitaneis ſtatuere teneantur.

Alber. Petr. 1496. Fuit mẽtio huius Sta. lib 1. cap 4. art. 7. de Officio Epiſcopo. in Rep. Nec nõ cap. 12. de Capitan. art. 18. et

Mendici vero ſub certo numero in Ciuitatibus, & Villis habeãtur, & ſub ſignis Conſulũ in Ciuitate, aut Plebanorum in Villis mendicent: Alioqui in manus Capitaneorum, uel Dominorũ tradantur. Lex v.

Item cum

Item cũ uiderẽtur in hoc inclitoRegno noſtro mendicãtes Laici, & foe
103 minę, in tanta multitudine eſſe, ut dari nõ poſsit Regnũ (Iudicio eorũ fiet eodẽ lib. cap. 17.
qui multas orbis partes peragrarũt) frequentiã continẽs mendicantiũ art. 9 de Kmeto. delic
tantã, inter quos plures cõſtat laicos & foeminas bonarũ uiriũ eſſe, poſ ctis, & de mendicis,
ſecꝫ cõpetenter manuũ labore uictũ quærere, dũmodo illos & illas lex preterea q; lib. 3. cap.
ſuper id ſtringeret, nõ uoluntas, per quã, ſeu ut uerius loquamur, deſi- 1 de fundis Nobi. ar. 6
diam quandã, ut primũ in eis barbę a mento dependerẽt, & cani uide-
rentur pili, poſtpoſitis domicilijs, in eleemoſinarũ ſuffragijs, ac impe-
tratiõibus, reſiduum uitæ ponũt, ſcãdala nõnunquã cõmittentes, non-
nunquã uero ubi prece nõ impetrãt, dolis obtinẽt. ¶ Qua propter in-
ſtar legũ optimarũ municipaliũ in plęriſcꝫ Chriſtianis dominijs ſan-
citarũ, Statuimus, ut in Ciuitatibus, Oppidis, & Villis Regni noſtri,
non plures mendici habeãtur, quã quot cõmunitates & Dñi locorũ de-
cernãt habẽdos: quibus in locis, Ciuitatibus, & Oppidis, Cõſulatus pro
tẽpore exiſtens: in Villis uero Plebani ſub quorũ Parochijs Villæ cõ-
ſiſtunt, & locorũ Dñi ſigna imponãt, ſub illis ad deſignandũ numerũ
eorum quos habẽdos duxerint, mẽdicaturos: ¶ Qui uero abſcꝫ ſignis
reperiẽtur, decernimus ad ſeruitia capiẽdos, aut in manus Capitaneo-
rum noſtrorũ tradẽdos, a quibus illos pro laboribus Caſtrorũ noſtro-
rum Turcis & Tartaris cõmetaneorũ, foſſatarũcꝫ ſucceſsiue recepturi
ſumus. ¶ Poterint tamẽ & ualeãt Dñi locorũ his quos emeritos ac ad
nulla Iuris Officia ualẽtes cognouerint, ſuas ad peregrinãdum illis Te
ſtimoniales Literas concedere, ſub quarũ emmunitate etiã ſigna nõ ha
bentes admitti debeant ubique elemoſinas petituri.

In Ciuitatibus & Villis ſub certo numero mendici habendi, ſub ſigno Plebanorũ, aut Conſulũ mendicaturi

Abſq; ſignis mẽdicantes captiuentur ad labores Caſtrorum.

Domini locorum mẽdicatur. literas dabũt.

ARTICVLVS VIII.

Ciues Telonea præter Ius ne exigant, Mercatores impune obſtacula rumpunt, viis proficiſcantur, parem cũ maritimis Mercatoribus habeant libertatem.

Ciues pro Teloneis, Foralib. Põtalib.

Aggeralibus, & id genus Vectigalibus, pręter Ius cõmune a Nobilitate eiuſue ſubditis extortis, tam corã Re. Maieſtate quã corã Terreſtribus & Caſtrenſib. Iudicijs ac Officijs (ut & alij Teloneatores) reſpõdere tenẽtur. Lex I.

Quæ Libr. 2. Cap. 4. de Telon. Articulo 2. & 3. videatur.

Et ſi Mercatores Telonea ſoluant, atta-

90. men quãdo cũ ſuis mercibus per flumina defluunt uel aſcendũt, nõ te-
nentur ad ullam ſolutionẽ ob rupturã obſtaculorum. Lex ij.

Quam Libro Secundo Capitulo Tertio vide.

De vijs vero a Mercatorib. ineundis, &

a Capitaneis dilatandis, ſecurãdis, per Regẽ aũt aperiendis, & ocludẽ-

dis, atq; corio, & equireis, bobus, ac equis, aliisq; rebus extra Regnum per Mercatores nō uendendis: Ac Iuramētis, quod non illorū ſint merces, quas euehere ſolent, pręſtandis. Lex iij.

Quam Libro Quinto Capitulo Tertio vide.

Quod Mercatores Regni Poloniæ eadem libertate, qua maritimæ Ciuitates gaudent, potiantur.

Vide Libro 5. Capitulo 2. de pacificatione Terrarum Pruſsiæ.

ARTICVLVS IX.

De contractibus Ciuium ſeu Mercatorum cum perſonis Iuri Terreſtri ſubiectis.

Kaz. in Viſli. 1368. Mentio fiet eiuſdem lib. 2. cap. 9. art. 6. de commodato.

Si Ciues aut Mercatores dāt mutuo aliquid Terrigenis. Lex I.

Terrigena debitor exiſtens Ciui per teſtes uincitur ad debiti ſolutionem, alias negantem Terrigenam Iuramentum ab impetitione abſoluet.

Finem litibus imponere cupiētes, Statuimus ut ſi quis Ciuis, aut creditor, pannos, aut alias res, ſeu mercātias, alicui Terrigenæ mutuo cōceſſerit, præter literā obligatiōis, in qua cōſtare poſſet de debito ſuo: Ciuis agens probabit per teſtes talem contractū initum ſecū: Et probans Iudicialiter obtinebit: alias reus negans debitū per proprium Iuramentum præſtitum ab impetitione agentis abſoluetur. 16.

Qui mutuāt, nec habēt Inſcriptiōem, Iuramēto negāt. mutuar. abſoluūt. L. ij

Idem de mutuatis pecuniis lib. 3. ca. 9. art. 6. de commodato. Conſuetud. Craco.

Item ſi aliquis alicui pecuniā mutuauerit, & Inſcriptionē non habuerit citaueritq; mutuariū, tunc mutuarius alias citatus Iuramento pręſtito ab inſtantia petentis & debiti petitione abſoluetur. 123

Iccirco Mercat. debita in Regeſtris adnotata a Nobilibus ante trienniū petant, inter ſe aūt ueterē de ſoluendis & repetendis debitis retineant conſuetudinē. Lex iij.

Sigiſm. Cra. 1540.

Statutū de Regeſtris Mercatorū, illorū Iuramento cū teſtibus firmādis, in robore cōſeruato: hoc adiecto, ut Mercatores ipſi debita in Regeſtris eorū ſcripta a Nobilibus intra triū annorū decurſum repetāt: Alioquin lapſo triennio debitū huiuſmodi repeti non poterit a Nobili, iuxta illius Statuti diſpoſitionē, obſtante triennali præſcriptiōe: Verū Iure cōmuni reum in foro ſuo cōuenire debebit: hoc aūt duntaxat intelligitur ubi Mercatori cū Nobili eſſet actio: Mercatores enim inter ſe ueterē ſuā retineāt obſeruantiā in ſoluēdis & repetēdis eorū debitis.

Sed ſi Nobilis nō ſoluit debitū Ciui, aut alicui alteri pro tēpore pręſtituto: Fideiuſſor neq; damnū det, neq;

etiam ob

etiam ob hoc illud ſuſtineat, ſed conuicto debitore Iudicialiter det pignus illius creditori. Lex iiij.

38. Quia ex facilitate obligatiōis ad magna dāna plærūq; homines deueniunt: Iure tenendū eſt, Quod ſi quis fideiuſsit pro aliquo ſuo amico, pro certa pecuniæ quātitate, alicui Ciui uel alteri cuicūq; cuiuſcumq; ſtatus uel conditiōis exiſtat: Illo tūc non ſoluente, in Termino aduenien te, & ſtatuto, fideiuſſor nō debet propter hoc ad hoſpiciū in obſtagium ſubintrare, aut aliqua damna facere nō ſoluentis in deſtructionē. ¶ Sed ſi eſt paruum debitū detur ei pignus, & diſtrahatur: Si aūt magnum, poſſeſsio debitoris pro ualore debiti per fideiuſſorē apprehēdatur, tradatque illi cui debitum dare tenetur.

Kazim. Viſli. 1368. Idem una cū alijs lib. 2. cap. 10. art. 1. de fideiuſſione conditis.

Debitū paruum ſi fuerit, pignus ad diſtrahendū: si magnū, poſſeſsio principalis per fideiuſſorem creditori concedatur.

Kmetones etiā ne areſtentur in Ciuitatibus, ſed in loco domicilij in Villis

Iuſticia de illis petatur. Quod ſi Dn̄s loci Iuſticiā de eis miniſtrare nollet, Iure impetēdus eſt, alioqui pœna ſex Marc. in Ciues ſecus faciētes decernitur per Capitan. uti pro quatuor artic. iudicādi. Lex v.

Albert. Petr. 1496. fuit eiuſdem mentio fol. 222. & fiet capitulo 17. artic. 4.

99. Item propter deordinationē Kmetonū, dum uidelicet tanquā nulla lege aſtricti, quidā eorum in ſuperbiā efferūtur, preciosis ueſtiūtur, expenſaſq; ſumptuoſas & alia faciūt, quæ illorū conditioni minime cōueniūt, ſicq; debita inter Ciues cōtrahunt excedētia bona Kmetonalia, pro quibus tandē debitis Ciues cōſueuerūt Kmetones in Ciuitatibus & Oppidis arreſtare, detinere, aut citare, Iure illo ommiſſo ad qd' Kmeto pertinet domicilij ratione: Statuimus ad præcludendā debitorum Kmetonaliū uiam, ut Ciues pro debitis quibuſlibet quacūq; ratiōe cōtractis, etiā in libro Ciuili inſcriptis, uel nō inſcriptis, Kmetones citare, arreſtare, detinereq; nō debeāt, neq; poſsint in Ciuitatibus, & Oppidis prædictis, ſed pro eiſdē decernimus Kmetonē in Iure hereditatis, quam incolit, conueniendū iuxta formā Iuris. ¶ Et ſi Dn̄s loci Iuſticiā miniſtrare differret, eſſetq; occaſio Ciui cōtra Dn̄m pro Iuſticia cōquerēdi, tūc Ciuis Dn̄m loci cōueniat pro Iuſticia Iure, ad quod Dn̄s loci illius hereditatis ratione uidebitur pertinere: Sub pœna ſex Marcar. in Ciue ſecus faciēte exigenda, pro qua Ciues ad loci Capitaneos citabūtur, per mediū & parti & Iudicio ſoluēda, atq; Iure Terreſtri repetēda: & nihilominus Ciuis ad damnorū ſolutionē, et rerū cum Kmetone receptorū reſtitutionē Villæ illius Dn̄o unde Kmeto fuerit, ſit Iure præſentis conſtitutiōis obligatus: quo in caſu locorū Capitanei habeāt facultatē illos iudicandi, non obſtāte quod in preinſerto Priuilegio quatuor duntaxat articulos ſunt cogni turi.

ARTICVLVS X.

Vſus Mercatorū & artificum in Repub. neceſſarius; in Polonia Nundinæ pro

Germanicis inſtituũtur, ſimulque veteres cõſeruantur; itaque ne mercetur in Villis, Iudæi etiam modũ mercandi teneant, vadiaque ſua ad cõmunitatẽ referant: In foris aũt nullæ prohibitiones ſint, libere etiã per talenta & vlnas mercetur, pondera & vlnæ coæquãtur, rebus venalibus CENSORES preficiuntur, modii in Prætoriis ſint, fraternitates artificũ tolluntur, ſuper Emporiis literæ reuidebũtur, Apothecæ reuideãtur, aromatis preciũ ſtatuitur, brachata pecunia a Ciuibus & Mercatoribus recipiatur, ſed Sal ne inferatur externum.

Mercatores, & artifices, res neceſſarias adferant, & facient. Lex I. 28.

sigiſm. Petr. 1523.

Mercatores, artifices, & alij (huiuſmodi) rebus ad uſum humanum neceſſarijs mercantur. ∴ ∴ ∴

Nũdinæ in Pol. p german. inſtitu. L. ij

sigiſm. Crac. 1524. ad decennium conſtituerat.

SIGISmundus, uniuerſis ſubditis noſtris, cuiuſcũq; ſtatus, & cõditionis fuerint, in Regno noſtro ubilibet exiſtẽtibus, Syncere & fideles dilecti: Non incognitũ eſt uobis, Nos propter uarias ac multiplices iniurias & grauamina, quæ ex Sleſia & Marchia Regno & ſubditis noſtris inferũtur, omnia itinera in ipſam Sleſiam & Marchiam de conſilio uniuerſi Senatus noſtri, & inſtãtia Regnicolarũ noſtrorũ, ad decenniũ, a feſto Reſurrectiõis Dñi proxime futuro cõputañ. inhibuiſſe, ſimul ac uobis ſtrictiſsime mãdaſſe, ut hoc toto decẽnio nemo ueſtrum auderet illuc in Sleſiã & Marchiã res uel merces aliquas tã grandes quã exiguas, cuiuſcũq; qualitatis fuerint, prꝫterquã Sal noſtrũ, uehere, & infere, ſed nec ad alias quaſcũq; remotiores partes eaſdẽ res & merces de Regno noſtro per ipſam Sleſiã aut Marchiã ducere, & boues etiã ad alia aliqua bona extra ipſum Regnũ noſtrũ, præterquã ad ea quæ per nos deſignarẽtur, quouis modo, prætextu uel colore pellere prꝫſumeret, nedũ ſub amiſsiõe ipſorũ boum & merciũ, uerũ etiã omniũ bonorũ ſuorum cõfiſcatione: Proinde cũ ipſum feſtũ Reſurrectiõis Dñi iam appetat, a quo executio eius inhibitiõis ac edicti noſtri inchoari debet, cõſulere uolẽtes tã ſubditorũ noſtrorũ quã etiã hominũ externorũ commoditati, Nundinas ſeu fora annua publica, pro uẽdendis & emẽdis bobus, in Oppidis Regni noſtris infraſcriptis in finibus eius exiſtẽtibus, loco Nũdinarũ in Germania & Sleſia prius agi ſolitarũ, deſignãdas, & inſtituẽdas duximus, deſignamuſq; ac inſtituimus prꝫſentibus literis noſtris: uidelicet in Maiori Polonia in Oppido SRZEM quatuor fora annalia, primũ ſcilicet pro feſto S. Eraſmi loco Nundinarũ in Budſteth pro feſto S. Iohãnis Baptiſtꝫ agi ſolitarũ: Secundũ pro feſto Viſitatiõis glorioſiſs. Virg. Mariæ, loco Nundinarũ Herfordienſium pro feſto S. Iacobi celebrari conſuetarũ: Tertiũ pro feſto S. Laurentij, loco Nundinarũ in Geruaſth pro feſto S. Bartholomei teneri cõſuetarũ:

Quaternæ Nundinæ in SRZEM.

ſuetarũ: Et quartũ pro feſto S. Heduigis, loco aliarũ Nundinarũ Budſtethenſium pro feſto omniũ ſanctorũ inſtitutarũ. In Minori uero Polonia in Oppido KRZEPICZE ſimiliter alia quatuor fora annalia, pro ipſis etiã bobus uendẽdis & emẽdis inſtituimus. Primum pro feria ſecunda proxima poſt feſtũ Aſcenſiõis Dñi, pro Nundinis in BRZEK pro feſto S. Trinitatis teneri cõſuetis: Secundũ pro feſto diuiſiõis Apoſtolorũ loco Nundinarũ in Niſſa pro feſto S. Iacobi agi ſolitarũ: Terciũ pro feſto S. Auguſtini loco aliarum Nundinarũ in BRZEK pro feſto Natiuit. S. Mariæ inſtitutarũ: Et quartũ pro feſto S. Franciſci Cõfeſſoris, pro Nũdinis in Suidnicza ad feſtũ S. Galli agi ſolitis, quo locorũ & uiarũ cõpendio, & paſcuorũ copia, quę circa prædicta duo Oppida maior quã alibi ſuppeditari fertur, poſsint facilius tã ſubditi noſtri ad pellẽdos illuc boues, quã etiã ipſi homines externi ad eos in ijſdẽ locis emẽdos, ac inde cõmodius expellendos adhortari: Conſeruãtes nihilominus, prout cõſeruamus præſentibus in robore ſuo omnia alia & ſingula fora, in alijs Ciuitatib. & Oppidis Regni noſtri alijs quibuſcũq; tẽporibus in uenditiõe & emptiõe ipſorum boum dudũ agi & celebrari ſolita. Inhibẽtes præſentibus ne quiſpiam cuiuſcũq; ſtatus, cõditionis, aut præeminẽtiæ exiſtat ad alia remotiora loca extra Regnũ noſtrũ, boues ipſos pellere præſumat ſub pœna ſuperius expreſſa & grauiſsima indignatiõe noſtra. Ne aũt de prefatis Nũdinis in Oppido SRZEM quater in anno & in KRZEPICZE tot etiã uicibus pro emẽdis & uendẽdis bobus per nos inſtitutis Nundinis in Germania & Sleſia prius celebrari ſolitis correſpondẽtibus quiſpiã ſuam ignorantiã pretẽdens, pœnã eandẽ incurrat Mandamus uobis locorũ Capitan. ac Ciuitatũ & Oppidorũ Procon. & Conſ. ut eas ipſas Nundinas diebus forenſib. ac feſtis circa Eccleſias parochiales per publicas proclamatiões ad uniuerſorũ & ſingulorũ quorũ intereſt noticiã deduci faciatis, pro debito Officij ueſtri, & gratia noſtra, non aliter facturi. Datum Crac. feria quarta proxima poſt Dñicam Palmarũ Anno Dñi. 1524. Regni noſtri Anno 18.

Quaternæ in KRZEPICZE.

Antiqua fora conſeruantur.

Sed ne ergo vlnatim aut talẽtis mercetur in Villis Capitanei prouideant, exceptis tamen pecudibus & pecoribus ac frumento. Lex iij.

Sigiſm. Crac. 1507

Eiuſdem mentio de Capitan. fol. 235. & cap. 17. de Kmeton. articulo 4.

10. Prouidere uolẽtes indẽnitati Oppidorũ & eorũ ſubditorũ, in quorũ præiudiciũ mercata in Villis fieri cõſueuerũt: Statuimus & decernimus ut Capitanei locorũ mercata in Villis per publicas proclamationes exerceri prohibeant, & maxime, ne in Villis & cæteris locis quibus fora ex Priuilegio nõ ſunt cõceſſa, ulnis, & talento, fiat rerũ uenditio: ſecus facientes per rerum uenditioni expoſitarũ receptionẽ puniant: exceptis frumento, pecoribus, pecudibuſque.

Hæc tria Statuta Sigiſm. 1538. libr. 1. capi. de Iudæis ultimo repetentur.

Neqꝫ etiã Iudæis hoc facere licet. L. 4.

Item cũ Chriſtianis Iura Regni mercaturas, & fora in Villis facere ꝓhibeant, multominus hoc Iudæis licere cenſemus, imo ſub grauiſsimis pœnis, ne talia audeant eis interdicimus & prohibemus ſub amiſsione rerum omniũ, iuxta antiquũ Statutum confiſcandarum.

Quinimo modꝰ mercãdi Iudæ. ſtatuit ſed tamẽ pactis cũ ciuit. initis ſtẽt. L. V

Volumus præterea, ut Iudæi nõ habeãt liberã mercandi in omnibus rebus facultatẽ: Sed modũ per nos ſtatuendũ in mercimonijs ad uictũ querendũ, ubiqꝫ in Regno noſtro teneant, & diligẽter obſeruẽt. Atqꝫ etiam pacta & conuentiones quas cũ nonnullis Ciuitatibus maioribus Regni noſtri habent, in toto teneant.

Vadia Iudæis conceſſa ad communitatem ſunt referenda. Lex VI.

Quia etiã ad prouidendũ ſecuritati eorundẽ Iudęorũ, & ad compeſcẽdam licentioſorũ audaciã, eiſdẽ Iudæis in aliquibus locis co[?]tulimus uadia ad magnas ſummas ſe extẽdentia, quæ quidẽ non ad ſingulares & priuatas perſonas, ſed duntaxat ad cõmunitatẽ, aut aliã multitudinem Ciuilẽ, per conſpirationẽ, tumultũ, & ſeditionẽ, ad perniciẽ & interitum Iudæorũ excitatã, extendi debere uolumus & declaramus.

Kazimir. 2. in Nyeſſo. et Opoki 1454 Idem inter Capitan. lib. 1. cap. 12. artic. 1.

Itaqꝫ in foro Ciuita. ꝓhibitiões ne ſint alioquin Capit. pœnã iij. Marcar. Ciuibus irrogabũt. Lex vij.

Forum in Ciuitatib. & Oppidis cuilibet ſit liberũ, in quo nulla ſigna Ciues proponere præſumant.

Capitan. trium Marcarũ pœnam habiturus de Ciuibus ſigna in foro ponentibus.

Item quoniã in emptiõibus & uenditiõibus rerũ ęqualitas eſt ſeruanda: Statuimus ut Ciuitates noſtræ, & omnes aliæ, nõ faciant prohibi- 95.
tiones in foris pro utilitate ſua, & incõmodo aliorum, aliqua ſigna in foro prohitionẽ deſignantia extendẽdo, ſed unicuiqꝫ uenienti ad forũ liberũ ſit uendere, & emere, rem ſuam ad placitũ ſuum. ¶ Quod ſi ipſi Ciues contrariũ fecerint, habeat Capitaneus noſter ipſos puniendi in pœna trium Marcarum facultatem.

Palatini vero prouideãt, vt omnes res libere per talenta & ulnas in Nundinis Ciuitatũ uendantur, Priuilegijs Poſnan. aliorũue nõ obſtantib. Lex viij. 63

Sigiſm Crac. 1507.

Licet Priuilegia Ciuitatibus & Oppidis pro Nũdinis habẽdis dari cõſueta, liberã facultatẽ contineãt mercãdi, uendẽdi, & emendi: tamẽ quia delatũ eſt ad nos per querelas ſubditorũ, quod nõ obſtante eadẽ libertate Mercatores Poſnanieñ. prohibere cõſueuerint, ne tẽpore Nundinarum ex-

narum ex-

dinarũ externi Mercatores, & qui nõ ſunt Ciues Poſnanieñ. minutim ac per talenta, & ulnas merces ſuas uenderẽt: Conſiderãtes hoc fieri in præiudiciũ Priuilegiorũ Regni, pro eiſdẽ Nundinis dari conſuetorũ: Statuimus, inhibẽtes, ne in futurũ per eoſdẽ Ciues Poſnan. aut quoſcumq; alios libertas eorundẽ Priuilegiorũ impediatur: Dantes facultatẽ negociatoribus ad fora & Nũdinas uenietibus negocia exercẽdi, merceſq; ſuas uẽdendi, ad libras, talentũ, & ulnas, & prout poterint: Quod ut obſeruetur inuiolabiliter ipſis Palat. ꝓuidendũ cõmittim9.

In Nũdinis etiã Leopol. Lubln. Poſn. & Varſſauieñ. alijſq; libera ſit omniũ rerũ per talenta, & ulnas, uenditio, ſub pœna Centũ Marcar. Lex ix.

Sigiſm. Petr. 1538.

Innitẽtes priori Statuto decernimus, ut libera ſit uẽditio rerũ omnium per talẽta & ulnas in Nũdinis Ciuitatũ & Oppidorũ, pręſertim in Leopolieñ. Lublineñ. Poſnanieñ. & Varſſauieñ. Ciuitatibus, & in alijs omnibus in Regno cõſiſtentibus. Quod ſi Ciuitates ipſę, pręmiſsis cõtrauenerint, citatæ ad præſentiã noſtrã præmiſſorũ occaſiõe, ubicumq; fuerimus cõſtituti, perẽptorie in pœna Centũ Marcar. ubi aliqua earũdem ad minus tribus teſtibus cõuicta fuerit, irremiſsibiliter eandẽ cõdemnabimus: cuius medietas pro fiſco noſtro Regio, altera uero pro parte inſtigante ſpectare debet. Huiuſmodi uero libertas incipere debet a proximo feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ.

Rerũ tamen externarum nihil eſt importandũ, præter ea quibus Reſpubl. carere nequeat. Nihil etiam eſt exportandum, qđ Incolis & Regno ſit neceſſarium.

Põdus etiã & mẽſura Crac. cũ Poſn. ſint 7. æqualia, Leopol. vero cũ Lubl. Lex x.

Sigiſm. Crac. 1507

Vt æqualitas ſeruetur in Regno põderis & mẽſuræ Statuimus quod pondus staterę & ſimiliter ulna Cracouieñ. cũ Poſnanieñ. ſint perpetuo æqualia. Pondus aũt & ulnã Leopolieñ. ac Lublineñ. ex rationabili cauſa in ſuo ſtatu remanere uolumus.

Menſura Ploc. Poſn. exæquat. Lex xi.

Sigiſm. Crac. 1532.

Librã & pondus quã adæquari Nuncij Terrę Ploceñ. librę & ponderi Ciuitatis noſtrę Poſnanieñ. petierũt, Palatinus, Capitaneus, Caſtellani, cæteriq; Officiales Terræ Ploceñ. aduocatis ad ſe Ciuibus, & Mercatoribus Ciuitatis noſtrę Ploceñ. illã mãdato noſtro coęquabũt, & ęquiualentẽ conſtituent, prout eis melius & cõmodius uidebitur.

Palat. & Capitan. cũ alijs Dignit. põdera, menſuras, & ualorem rebus uenalib. imponant: Mæchanicorũq; fraternitates ne ſint. Lex xij.

Iagello Cracou. & Vartæ 1422.

47. Ad precludendã uiam fraternitatibus quas mechanici Ciuitatũ obſeruant: Statuimus, ꝙ Palatinus & Capitan. cũ alijs Dignitarijs Terræ illius

Mæchanicorum hæc præcepta ſunt, ne qs duo artificia tractet, unũ enim ab uno o=

ptime efficitur: ad cõſtitutũ diem faciant opus promiſſum, nequid corrũpant, neque pluris quam æquũ ſit uendant, in uniuerſumq; ſemper laudẽ iuſticiæ ſequantur.

ræ illius ſingulis annis in certa die mẽſuras tã frumentorũ, quã pannorum, & aliarũ rerũ Terreſtriũ, quę ad forũ per Kmetones adducũtur, & quæ in Regno inueniũtur, precio indicere & corrigere debeant iuxta conſuetudinẽ diutius obſeruatã, ut circa eaſdẽ menſuras, & precia, fraudes nõ cõmittantur: Et ſi amplius cõtra hanc noſtrã conſtitutionẽ dictę fraternitates in quibuſcũq; Ciuitatibus inter Męchanicos inueniãtur ſeu reperiãtur, tunc illi Męchanici, inter quos talis fraternitas fuerit reperta, pœna ſeptuaginta Marcarũ alias ſyemdzyeſyath Camerę noſtræ applicandam nouerint ſe incurſuros.

Kazimir. Tertius in Korczyn 1447.

Precia rerũ ex æquo bon. moder. L. xiij

Palatinus cuiuſlibet Terræ habet facultatem uenditionẽ moderandi ne Nobiles grauentur in emẽdo.

Item plærũq; Ciuitatẽſes & Oppidani Mercatores, & artifices, Nobiles & aduenas per inordinatã uenditionẽ cõſueuerũt grauare & opprimere, ideo Statuimus, q; Palatinus cuiuſlibet Terræ habeat facultatẽ huiuſmodi immoderatã uenditionem moderandi, & ad bonum ordinem ponendi & conſtituendi. 83.

Ciues reniten. ordĩnati. puniãt. L. xiiij.

Idem Rex.

Item ſi Ciuitatẽſes et Oppidani aliquo decreto in Statuto Palatini cõtrarios & inobediẽtes ſe exhibuerint huiuſmõi Palatinus habebit facultatem renitentem ſuo Statuto & ordinationi puniendi mutilandi iuxta antiquam conſuetudinem. 88.

Menſura, precia, ac modus vendendi conſtituatur. Lex xv.

Idem Rex in Nyeſſoua. 1454.

Itẽ uolumus, ut quilibet Palatinus in ſuo Palatinatu habeat poteſtatem in ſingulis Ciuitatibus artificibus quibuſcũq; etiã pincernis certam menſurã & modũ uendẽdi res ſuorũ artificiorũ cõſtituere ne Terrigenę noſtri & eorũ homines eorũ uenditiõibus aggrauẽtur. Quodque pręfatus Palatinus annis ſingulis tenebitur facere ſub pœna magna Regali in Terris ſingulis cõſueta cõtra nõ facieñ. per nos ſtatueñ. 95.

Precia & menſuræ rebus venalib. cõſtituãt, & fraternit. artific. ne ſint. Lex xvi

Ioh. Alb. Petr. 1496 Palatini Terrarũ rebus Terreſtrib. ſeu in Regno natis ac laboratis precia, & menſuras imponant, aſcitis ſibi Capitane. & Dignitar. aliquibus.

Itẽ quemadmodũ REX Vuladiſlaus prædeceſſor noſter in Conuẽtione Varthenſi, recẽſendo artis Męchanicę homines uenditiõe rerum non ex æquo utẽtes, legẽ deſuper inſtituit ſingularẽ, ſic nos ſciẽtes rationabiliter atq; cõſulto factã conſtitutionẽ illam, decreuimus approbandã & ratificandã, approbamuſq; & ratificamus, Statuẽtes, q; Palatini Terrarũ in ſingulis Palatinatuũ ſuorũ Terris aſcitis ſibi Capitaneis locorũ, & Dignitarijs, quos cõmode habere poterint, ſingulis an- 105

nis, & certis

nis,& certis diebus,tã frumentorũ,quã pannorũ,& aliarũ rerum Tereſtriũ,quę ad fora per Kmetones ducũtur,& quę inRegno noſtro inueniũtur,precia atq; mẽſuras indicere, inſtituere, moderari, & erigere debeant ſecundũ conſuetudinẽ antiquã, prouidẽdo ne circa eaſdẽ mẽſuras & precia fraudes cõmittantur. ¶ Quodq; iuxta illud Męchanicorũ Kazimiri Statutũ fraternitates deſtruãtur. ¶ Si tandẽ Palatinus ipſe, aut aliqui Palatinorũ noſtrorũ illius antiqui atq; præſentis Statuti noſtri executionem facere poſtpoſuerint, & in uidendis inſtituendiſq; eiſdẽ precijs negligẽtes aut incurabiles fuerint,ſeu aliquis eorum fuerit : Extũc talis negligẽs Palatinus pro pœna ſuæ huiuſdem negligẽtiæ,equum ambulatorẽ nobis dare debeat, & tenebitur,totiens quotiens negligentiã in præmiſsis cõmiſerit,eadem pœna per nos ſucceſſoreſque noſtros puniendus.

Fraternitates deſtruẽdæ iuxta stat. Kazi.

Palatini precia rebus nõ imponentes equũ Regi pro pœna debituri, pro omni uice negligentiæ.

Palat.cõſtitut.a Capit.exequãt. L.xvij.

Prælat.Petr.1503.

111 Dignitarij & Officiales ſua noſcãt Officia , ſi uero quibus incognita ſunt a Regia Maieſtate & Dñis doceãtur: Eadẽq; tam domi quã in bello debite exerceãtur , ne per quempiã cõmodo ſuo fraudẽtur Regnicolæ, defectuq; ordinis grauaminibusMęchanicorũ & monopolijsMercatorum grauẽtur. Et quicquid Palatini ex Officio cõſtituerint, præſertim in Ciuitatibus, id Capitanei ex Officio exequãtur ſub pœna amiſsionis Officij.Si aũt obligatorius eſſet,Centũ Marcas de inſcriptis ſummis ammittat,totiens quotiens negligentiæ conuictus eſſet.

Palatini precia rebus imponant, quorũ cõſtitutiones Capita. exequantur ſub pœna.

Precia rebus uenalib.ad inſtar externarum gentiũ conſtituãtur. Lex xviij.

Alex.in Rad.1505

113 Quãuis de precio & ualore rerũ uenaliũ ſatis ſuperq; cõſtat ſcriptum eſſe,& in noſtris ſuperioribus,& anteceſſorũ noſtrorũ Priuilegijs: Tamen cũ fortaſſe per negligentiã nõ fiat executio decretorũ. Iccirco nos iterũ iterũq; decreuimus & Statuimus, Quod Palatini in ſuis Palatinatibus precia mercanciarũ,& rerũ uenaliũ cõſtituent,perdiſcẽtq; ueris teſtimonijs & documẽtis precia rerũ qualia ſint in tẽporibns externis,unde adducũtur,et iuxta hoc etiã cõſtituent iuſta ęſtimatiõe facta: contumaces uero & contẽptores huiuſmodi conſtitutionũ per Palatinos factarum puniantur pœna amiſsionis mercium.

Palatini rebus precia conſtituent quæ ſub amiſsione earum aliter nõ uendantur.

Palatino Cõſules aſsiſtent, & illius cõſtitutiones exequãtur. Lex xix.

ſigiſm.Crac.1507.

Ne Conſules Ciuitatũ & reliqui Ciues negligẽtes & inobediẽtes ſint
4 in exequẽdis conſtitutiõibus ſuper precijs rerũ uenaliũ factis uel fiendis,Statuimus,ut ijdẽ Conſules & Ciues Palatinis ꝑ quos precia mer-

cium & rerũ reliquarũ impoſita fuerint, uel imponẽtur, aſsiſtentiã facere teneãtur, & executioni auxiliũ præſtare, quotiẽs opus fuerit. Quod ſi ſub quouis colore facere neglexerint, pro quolibet exceſſu pœna Cẽtum Marcar. pecuniarũ puniantur, cuius tertiã partem Palatino, reliquas duas pro nobis reſeruamus.

Panni ſtrictiores uel breuiores ad fiſcũ
sigiſm.Crac.1507. Reg. & Palat. amittuntur. Lex xx.

Quia poſſet fraus cõtingere in textura pannorũ, qui in Regno uendi 4.
ſolent, non modo in diminuẽda bonitate, ſed etiã menſura lõgitudinis & latitudinis: Statuimus, ꝙ ſi quis uel ſtrictiorẽ pannũ, uel breuiorem quã ſit conſuetũ, uendere auſus fuerit, pœna falſi puniatur: Et nihilominus uniuerſum pannũ illius generis ipſo facto amittat, cuius tertiã partem Palatino, nobis aũt reliquas duas cedere uolumus.

Palat. prouideãt, ne in menſuris, & pre-

cijs homines grauẽtur: alioqui Palatinus puniet Ciues, Si uero ipſemet Officiũ ſuũ facere neglexerit Centũ Mar-
Sigiſm.Crac.1507. car. a Rege punietur. Lex xxi.

Querelis cõmuniter omniũ ſubditorũ noſtrorũ finem imponere uolẽ- 9.
tes, Decernimus et auctoritate noſtra mãdamus, ut Palatini Officia ſua exerceant circa artificia ordinãda, Statuto ueteri innitẽdo, & in alijs rebus ad ſuum Officiũ pertinẽtibus cõmuni utilitati & iuſticiæ prouideant, ne in menſuris, & precijs homines grauẽtur. * Qui quidẽ Palatini formã artificibus rei fiendæ & preciũ imponere debent: Si quis uero alia inuſitata forma res mechanicas habere uoluerit, eas ſic ſoluet, ut cũ artifice cõuenire poterit. Hęc aũt cõſtitutio non ſolũ in noſtris Ciuitatibus, & Oppidis, ſed etiã in omniũ Spiritualiũ & Sęculariũ cuiuſcũque ſtatus & conditiõis exiſtãt per Palatinos fieri debet, facta uero per Cõſules Ciuitatũ & Oppidorũ ſeruari, cuſtodiri & exequi debet: Qui quidẽ Conſules trãſgreſſores quatuordecim Marcis puniẽtur Palatino ſoluẽdis: Palatinus aũt Conſules Officiũ negligẽtes ſibi cõmiſſum totiens quotiẽs deliquerint Centũ Marcis puniet, quarũ duas partes
Idem fol. 187. & lib. 4. cap. 2. de actiõib. fiſco noſtro applicamus, & tertiã partẽ Palatino damus. Vbi uero Palatinus deliquerit, & Officiũ ſuum qualecũꝗ neglexerit, promittimus ipſum puniendũ Centum Marcis fiſco noſtro applicandis, quotiens de hoc compertum habuerimus.

Menſura ergo & precia cõſtituta, ut a

sigiſm.Petric.1511. Mercatorib. ſeruẽtur, Palat. cũ Capitan. prouidebũt. Lex xxij.

Item, ne ſubditi noſtri a Mercatoribus & artificibus nimiũ grauẽtur,
Statuimus ut menſura antiquitus cõſtituta a Mercatorib. ſeruetur, 17.
nec eam ali-

nec eam aliquis audeat facere breuiorē: Contrariū faciētes a Palatinis & Capitaneis iuxta Statutū puniantur: Et ſimiliter fiat de precijs rerū ut illa Palatini conſtituāt, & tranſgredientes puniant.

Palati. Officia ſua in cōſtituēdis rebus uenalibus diligenter exerceāt (præſertim ingruente belli neceſsitate) neq; eos Capit. impediant, ſed omni ope ſua adiuuēt. Lex xxiij.

28. Quia Mercatores, Artifices, & alij qui rebus ad uſum humanū neceſſarijs mercantur, eas ipſas res pro arbitrio ſuo & hominū neceſsitate, præſertim ingruente expeditione bellica, plus æquo æſtimare & uēdere ſolent, in magnū Nobiliū & totius populi grauamē: Volumus ut Palatini Officia ſua in conſtituēdis rebus uenalibus diligēter iuxta uetus Statutū exerceant, quos Capitanei locorū in eiſdē Officijs obeūdis minime impediant, ſed illos omni ope ſua adiuuēt: utq; Palatini ita precia rebus imponāt, ut nō pluris uendātur poſt emiſſas literas reſtium, quā alias per Mercatores & artifices uendi conſueuerunt. Sigiſm. Petri 1523. Idem lib. 6. de re Militari.

Fraternitat. etiā fuerūt permiſſæ, ſi modo Palatini cū Dignitarijs & Officialib. precia & æſtimationē rebus Mechanicis ex æquo bono conſtituant. Lex xxiiij.

De cōmunitatibus quas fraternitates ſeu Cechy in Ciuitatibus & Oppidis uocāt, nō uiſum eſt nobis cū Senatu quicquā immutare, nam & illæ ipſæ cōmunitates ſeu fraternitates poſt ueterū Statutorū decreta ubiq; reperiūtur, hucuſq; toleratæ, & nouis ac antiquis literis & Priuilegijs roboratæ, & ſubditi cuiuſcūq; ſtatus Regni noſtri ex eorū ordinatiōibus, Priuilegijs, rationabilibus roboratis nihil incōmodi ſuſtinere uidētur, ubi per Palatinos & alios Officiales ſeu Dignitarios illis abuti nō permittātur: Quamobrē cū Senatu uniuerſo Statuimus & decernimus, ut deinceps Palatini cū Dignitarijs & Officialibus ad hāc Prouinciā obeundā ſibi adiunctis, prouideāt, iuxta tenorem & decreta Statutorū de precio rerū uenaliū & ſalario Mechanicorū antea conditorum: ne quicpiā contra æquitatē & diſpoſitionē Statutorū tam in rebus uenalibus ad cōmunem omniū uſum neceſſarijs, quam in operis & precio artificum Mechanicorum ſoluendo admittatur. Sigiſm. Crac. 1532.

Itaq; de Palat. Vicecapit. ac Ciuiū negligentia ſuper taxatiōe rerū ſtatuitur & quod Ciues Regij trāſgredientes conſtitutionē quatuordecim Marcar. a Palatino, uel ſi fuerint Dñorum, a ſuis Dñis puniātur: alioqui Palatinus negligēs in cōſtituēdis, aut de trāſgreſſoribus Iuſticiā nō miniſtrās, Centū Marc. a Rege puniant. Lex xxv.

Sigiſm. Petr. 1538.

Conſentiētibus Regni noſtri Ordinibus decernimus, ut de rebus in

Ciuitatibus

Ciuitatibus & Oppidis taxãdis, Palatini ipſi diſpoſitiõi Statutorum omnino ſatisfaciãt, & quã hactenus admittebãt nullã deinceps in hoc cõmittant negligentiã: Nam alioquin liberũ erit unicuiqꝫ negligentiã Palatini nobis deferre. Vbi uero ignorãte Palatino per negligentiam Vicepalatini taxatio rerũ prędicta intermitteretur, Palatino debet deferri Vicepalatini negligẽtia: Verũ ſi Palatinus ſciens eiuſmõi negligentiã cõmitti, Officiũ ſuum in ordinẽ non redegerit, reſqꝫ nõ taxauerit precio illis cõſtituto, citatus ex Officio perẽptorie pœnam Centum Marcar. pecuniæ luere debet: cuius medietas pro fiſco Regio, alia uero pro parte inſtigante ſpectare debet.

¶ Vbi uero conſtitutiõi Palatini Ciues, uel Oppidani quicũqꝫ contrauenieñ. plus ab aliquo emente extorſerint, citati pro hac iniuria, ſi erunt Ciuitatũ noſtrarũ Incolæ ad Palatinũ loci illius, uel eius uiceſgerentẽ pœnã quatuordecim Marcar. pecuniæ luent & ſuccũbent, ſi per Actorẽ fuerint cõuicti: Si aũt Spiritualiũ Baronũ, uel Nobiliũ ſubditi fuerint, ad eorũ Dños, uel ipſorũ locum tenẽtes citati, & rei in hac parte reperti, condẽnari in pœna quatuordecim Marcar. totiẽs quotiens de inobediẽtia prædicta cõuicti fuerint, debebũt. Quod ſi Palatin. loci ad querelã huiuſmodi Iuſticiã miniſtrare cũ Ciuibus & Oppidanis neglexerit, citatus ex Officio, pœnã Centũ Marcar. modo præmiſſo luere debet: Domini uero Spirituales & Sęculares in ſimili caſu Iuſticiã miniſtrare neglĩgẽtes, pro non adminiſtrata Iuſticia, citati ad Ius Terreſtre peremptorie pœna quatuordecim Marcar. pecuniæ puniãtur, cuius media pars Iudicio, alia parti actoreæ cædere debet.

De eodem. Lex XXVI.

Sigiſm. Crac. 1543. Domini Palatini iuxta Statuta antiqua debẽt ex Officio ſuo prouidere, unuſquiſqꝫ in ſuo Palatinatu, incipieñ. a Ciuitatibus & Oppidis noſtris Regijs, poſtea Spiritualiũ & Sęculariũ Dñorum, & aliorũ ſubditorum noſtrorũ, ut res Męchanicæ, modij, menſuræ, ulnæ, uenditio frumentorũ, ceruiſiarũ, & aliæ res ſub conſtitutionẽ cadeñ. iuſte conſeruarẽtur, & uenderẽtur: & quicũqꝫ eius cõſtitutiõibus aduerſaretur, uel eas non admitteret, talis debet puniri pœna Centũ Marcar. pro qua executionem debent facere ipſi Palatini.

Quod uero præſente alicubi Rege Marſchal. foralia percipit, & precia rebus imponit uide 199. fo.

Modij publici in Prætorio ſint, venditor vero menſuret. Lex xxvij.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Quia pauperes homines qui cũ frumẽtis ad fora equitãt, propter diuerſitatem modiorũ nõ parũ grauantur, propterea cõſtituimus ut in Prætorijs modij ſint iuſtę mẽſurę, qui etiã gratis debent dari hominibus ad mẽſuranda frumẽta, æqualiterqꝫ alias rovno, ſine ulla faſtigiatiõe menſurari debẽt, hoc eſt ad amuſsim ſeu regulã alias pod Strych: prætereaqꝫ

prætereaq; non emptor ſed uenditor menſurare debet: alijs autem modijs omnino ne menſuretur.

Pauperes uero baiuli etiã extra Reg. ad fora proficiſcantur. Lex xxviij.

Liceat uero hominibus pauperibus & in ipſis Regni limitibus cõſtitutis * libere ire ad fora Ciuitatũ & Oppidorũ uiciniorũ Regno noſtro non ſubiectorũ, ad eaq; inferre tantum carniũ, & aliarũ rerum uenalium, quantũ humeris ſeu lacertis proprijs ſuſtinere & portare poſsit. sigiſm. Crac. 1540

Fraternitat. artificũ tolluntur. Lex xxix.

Frequẽtibus uniuerſæ Nobilitatis & eorundẽ Nunciorũ, uniuerſorumq; ſubditorũ Regni noſtri querelis permoti Statuimus uniuerſa contubernia, quæ & fraternitates artificũ appellãtur, omniaq; incõuenientia in eis, in damnũ & iniuriã ſubditorũ Regni noſtri excogitata, in omnibus Ciuitatibus & Oppidis Regni noſtri tollẽda & ammouẽda eſſe, quẽadmodũ nos ea decreto noſtro in hoc Conuẽtu ſuſtulimus. sigiſm. Petri. 1538.

De eiſdem.

Quando quidẽ fraternitates Ciuitatũ libertatẽ Nobiliũ offendunt, Mandamus Palatinis, ut unuſquiſq; in ſuo Palatinatu cuſtodiat hoc, & diligens ſit ne ipſæ fraternitates ſeruentur in detrimentũ libertatis Terreſtris: & quicũq; huic edicto aduerſarẽtur, tales Palatini ad ſe citare, & pœna Centũ Marcar. quoties hoc cõmitterent, punire debent: Pro quibus ad Capitaneos pro executiõe remittãt, & Capitaneus tenebitur executionẽ facere ſub amiſsione Officij: pro quo debet deferri coram noſtra Maieſtate Regia per Palatinum, & Palatinus ſimiliter negligens conſimiliter etiam puniri debet. sigiſm. Crac. 1543.

De eiſdem.

Quia fraternitates iam dudũ a prædeceſſoribus noſtris ſunt ſublatæ, & nos eaſdẽ etiamnũ iuxta priora Statuta tollimus, & in nihilũ conuertimus, præter ordinem & obſequia Eccleſiarum sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Idem fol. 124.

De Emporijs Ciuit. Rex ſtatu. L. xxx.

Quamquã poſtulati fuimus a Nuncijs Terrarũ ut Ciuitatũ Emporia alias Sklady tollerẽtur, attamẽ quia Ciuitates quæ ea ipſa Emporia ſeu depoſitoria a maioribus noſtris habent Iure Priuilegiorũ eadẽ habere uidentur, quæ quidẽ Priuilegia eiſdẽ tenere iurauimus (atq; idcirco hoc reſponſi Cõſiliarijs noſtris & Nuncijs Terrarũ dedimus) Quia cõtra Iuſiurandũ noſtrũ nullius literas & Priuilegia frãgere, & mutare nõ poſſumꝰ, et nolumꝰ, niſi fortaſſe illorũ ad id accedat cõſenſꝰ sigiſm. Crac. 1543

De eiſdem.

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quia ordo Equeſtris queritur ſeſe grauatū Emporijs (ideo) Ciues debēt reponere Priuilegia ſua & literas in Comitijs futuris (ſuper eadem) & ibidem quod quidem iuſtiſsimū intellexerimus, hoc ex noſtri Senatus conſulto faciemus.

ſigiſm. Petri. 1523.

Doctores Medici Apotecas & Aromatarias quotannis reuideāt. Lex xxxi.

Medicina intendit, ut ſanitas adſit, ablatiōe ſupfluorū, additione uero neceſſarior. Proinde Medicus cognoſcat, quibus reb. uel præſens ſanitas cōſeruetur, ut eſt ratio dietæ: uel abſens reducatur, ut ſunt purgationes, remedia, & auxilia. Ars enim medēdi eſt ſalubriū, uel inſalubriū, uel neutrorū cognitio. Quocirca deuitatis inſalubribus, ac neutris, medicus noſcat, ſi in Apothec. Pharmaca quantitate ſint ſufficiētia, qualitate bona, deinde cui, quando, & qualiter affecto profutura, nec ne: Omnia enim medici præcepta iuxta Gal. inprimis uera eſſe debent, ſecūdo utilia, tercio medicinæ principijs conſentientia.

Quia plærię ſunt Aromatarij, qui nō habitis rebus ad medicinas neceſſarias, unā pro alia ponere ſolent, uel ex rebus uetuſtis & euaporatis 31.
ipſas medicinas cōficiunt: unde plærię homines uenire ſolent in magnum uitæ ſuæ diſcrimē: Statuimus & decernimus, ut deinceps Doctores medicinæ in Ciuitatibus ubi degūt Apothecas & Aromatarias diligenter ſingulis annis reuideāt, eiſę ipſi Aromatarij omnia exponere & oſtēdere teneantur, ſub pœna priuatiōis Apothecæ: Doctores uero tales Aromatarios, uel cōtumaces, uel nō habētes res neceſſarias, & ualentes, nobis, uel Conſulatui deferre, & manifeſtare tenebuntur ſub gratia noſtra.

Quæ Aroma. aliquo ſint preci. L. xxxij.

Sigiſm. Crac. 1524

Libra Piperis, Croci, Zinziber. Cariophil. Cinamom. flor. Muſ. Lapis zuccari, Oliuæ Amigdalar.

Vuarum paſſarum.

Riſi. Cimini.

Conſiderātes nos plęroſę Mercatores domeſticos & etiā externos per monopolia, qui Conſtitutiōes ſuas Aromatū, & rerū omniū exoticarū precia magis indies augere, in magnū uniuerſorū ſubditorū noſtrorū grauamen, Regnūę noſtrū pro libito ſuo emūgere, in quo frequētior uſus ipſorū Aromatū, & aliarū rerum prædictarū, quā alibi eſſe ſolet: uolentes ea ipſa precia earundē rerū ad certos moderatiōis fines reducere, & ad cōmunem Reipub. utilitatē contēperare, multorū potius quā paucorū cōmodo conſulētes. Statuimus & decreuimus in Cōuentu generali Petricouieñ. proxime præterito, de cōſilio noſtrorū Conſiliariorum illic nobiſcū exiſtentiū, ut tam ipſa Aromata, quā etiā uina propinatoria a feſto Reſurrectiōis Dñi proxime futuro, hoc ad ſummū precio uendātur, ac emātur: uidelicet libra Piperis octo groſsis: libra Croci una ſexagena: libra Zinziberis octo groſsis: libra Cariophilorū media ſexagena: libra Cinamoni media ſexagena: libra florū Muſcati etiā media ſexagena: unus lapis Zuccari una ſexagena & quindecim groſ. Olei Oliuę unus lapis quadraginta groſsis: lapis Amigdalarū Venatarum tribus fertonibus: lapis uero Amigdalarū quæ ex Gedano afferuntur triginta groſsis: Lapis Vuarū paſſarū minorū triginta groſ. Vuarū uero paſſarū maiorū lapis quindecim groſsis: Lapis Riſi decēocto groſ. Vna libra Cimini uno groſſo: Vini Sermieñ. una quarta uno groſſo cū medio: Vini uero Terreſtris Hungarici una quarta uno groſſo ad ſum-

groſſo ad ſummũ ſoluatur, & emetiatur: Malmatici Græci una quarta duobus groſsis: Malmatici Italici & Muſcatellæ una quarta, preciũ trium groſſorũ non excedat: Qui aũt Aromata & res prædictas precio ſtatuto uẽdere nõ poſſet, illa ad Regnũ inferre, & educere nullo modo audeat ſub amiſsione earundẽ rerũ, quas cõtra prohibitionẽ noſtrã aduexerit ſeu uẽdiderit. Statuimus inſuper, & decreuimus, ut Aurum & Argentũ filatum etiam ſub amiſsiõe & confiſcatiõe illorũ nequaquam deinceps ad Regnũ noſtrũ uehãtur & uẽdantur: Vt aũt huiuſmõi Cõſtitutio noſtra, effectum ſuũ accipit, uobis omnibus & ſingulis ſupradictis cuiuſcũq; ordinis & conditiõis exiſtẽtibus diſtricte mãdamus, ut ab ipſo feſto Reſurrectiõis Dñi proximo, nemo maiori precio, quã ſupra expreſſo, Vinũ Sermieñ. & Terreſtre Hungaricũ, nec nõ Malmaticum, ac Aromata, aliaſq; res prædictas ſub earũ amiſsione ubiuis in Regno noſtro uẽdere & prædictũ Aurum & Argentũ filatũ, amplius in ipſum Regnũ noſtrũ inferre audeat, ſub earundẽ rerũ amiſsiõe. Quo circa uobis, & præſertim locorũ Capitaneis, & eorũ uiceſgerentib. ac Ciuitatũ, & Oppidorũ Procõſulib. & Conſulibus, Mãdamus, ut hanc Conſtitutionẽ noſtrã, in Ciuitatibus ac Oppidis, & apud Eccleſias Parochiales diebus feſtis per publicã proclamationẽ ad uniuerſorũ quorũ intereſt noticiã denunciari faciatis: Vos uero Palatini & Capitanei in cuſtodiendo & perueſtigãdo, ne quis eandẽ Conſtitutionẽ noſtrã trãſgrediatur curam & diligentiã omnẽ una cũ Theloneatoribus, quos uobis ad hanc curã & cuſtodiã adiungimus adhibeatis. & quoſcumq; offenderitis uel deprehẽderitis in inuectiõe & uenditiõe aliquarũ rerum ex prædictis cõtra hanc ipſam inhibitionẽ noſtrã exceſsiſſe, eaſdem res pro fiſco noſtro Regio capiatis, & pro nobis fideliter, & integre cõſeruetis, ſub pœnis, cõtra Capitaneos & Officiales negligentes ſtatutis, & pro gratia noſtra non aliter facturi.

Vini quarta Malma.

Aurum & argentũ filatum ne ad Regnũ inuehantur.

Quæ uero pœna Ciuit. ſeu Mercat. irrogat', ſi pecu. brach. nõ accipiãt. L. xxxiij

Kaz. 3 Petr. 1451.

87\. Si uero in Ciuitate aliqua pecunia minuta brachata pro quibuſcũq; rebus uenalibus, ſiue in hoſpicijs, ſiue in foro nõ reciperetur, extũc ipſa Ciuitas pro tribus primis exceſsibus pro quolibet exceſſu ſeorſum ſoluat decẽ Marcas: pro quarto uero exceſſu ſoluat triginta Marcas pro theſauro noſtro Regio cõuertendas. ¶ Quod ſi Mercator pro mercibus ſuis quibuſcũq;, & cuiuſcũq; generis, aut ſpeciei, eandẽ pecuniam minutam brachatã recipere noluerit, in ualore prædicto, uidelicet pro medio groſſo lato nouẽ denarios cõputando, aut plures in minuta pecunia quã in mediãtibus pro mercibus ſuis exigere uoluerit pecunias, extunc omnes ipſæ res, & merces, eidem recipiantur, & pro Theſauro noſtro conuertantur.

Idem lib. 2. cap. 6 de moneta articu. 4. de pecunia brachata una cum infrapoſita repetetur.

De eiſdem.

Kazimir. Iagello Petricouiæ 1447. Ciuis Mercator merces amitit pro Rege confiſcandas.

Si uero Ciuis aut Mercator pro ſuis mercibus pecuniã brachatã reci- 91.
pere renuerit, merces amittere debet, fiſco noſtro Regio cõfiſcandas.

Quod ſi in Ciuit. ſal alien. repiet. L. 34.

Quam vide Libro Secundo Capitulo Secundo de Salinis.

ARTICVLVS XI.

Neq; Capita. neq; Ciuitatũ Officiales prohibebũt: quominus Nobiles libere frumẽta ſua externis hominib. uendant, uel eadem extra Regnum educant. Lex I.

sigiſm. Crac. 1532. Huius fuit mẽtio lib. 1. cap. 12. de Capita. arti. 1. ſed ponetur li. 3. cap. 1. art. 4. inter libertat: Nobil. in fundis & lib. 5. ca. 2. & 6. de Ciuita. Pruſsiæ.

Suadente cõmodo & libertate commerciorũ inter Regna & Dominia uicina proueniẽte, Statuimus, ut tã ſubditi Regni noſtri extra Regnũ educendi, quã aduenæ undecũq; uenieñ. apud noſtros ſubditos in Regno noſtro emẽdi & euehẽdi omnis grani frumẽta liberã habeant facultatem: prohibitiõe Capitaneorũ, uel Officialiũ Ciuitatũ, non obſtãte: niſi Regni noſtri urgens, uel euidens utilitas aliud ſuaſerit, quod arbitrio & moderationi noſtræ uolumus eſſe reſeruatum.

Itaq; vt Nobiles frumenta ſua Bidgoſtiæ libere uẽdant Capit. ſub pœna xiiij. Marca. puidebit. Lex ij.

Alex. in Rad. 1505 ibidem lib. 2. capit. 1. articulo 4.

Terrigenis Cuiauitis cõquerentibus nobis, quia per Oppidanos Bidgoſtieñ. noſtros illibertaretur: Qui Terrigenæ dũ ex rure frumentũ 119
ex mercatu antea facto cuipiã trãſferunt in Oppidũ, mox alij Oppidani non facto mercatu illud recipiebãt, in domoſq; ſeu promptuaria ſua deponebãt, pro quo tametſi ſolutiões impendebãt, tamẽ quia iſtud faceret in preiudiciũ prius emẽtis, & in illibertationẽ Nobiliũ. Idcirco Statuimus quod Bidgoſtię ſit Nobilibus libera frumentorũ uenditio, & deductio, ſine aliquo aliorũ Oppidanorũ impedimẽto: quorũ cohertio Capitaneo pro tẽpore exiſtẽti ſit cõmiſſa: Sintq; deſuper literæ Regiæ quotiens opus erit pœnam Regalẽ quatuordecim Marcarum ex perſona contemnente exigendam continentes cõminatam.

Alber. Petri. 1496.

Fluuij etiã ad nauigandũ aperiẽt, præ- 98.
ſertim circa Toruniã, neq; nauigãtes impediãt aut areſtẽt. Lex iij.

Quæ Libro Secundo Capitulo Tercio de Fluminibus ponetur.

Sigiſm. Crac. 1539.

Gedanen. quoq; oſtendent ſua Priuilegia quibus doceret q̃ Nobilitas illis frumẽta uendere cogat. Lex iiij.

Quam infra Libro Tercio de libertate Nobilium vide.

Quib9 libertatib. Polonici Mercat. in Pruſsia gaudẽt, uide Lib. v. Cap. ij. de Pruſsia.

Arti-

ARTICVLVS XII.

116 **Capitan. ſaluos cōductus Terrigenarū Ciuibus, Oppidanis, Seruis, aut Kmetonibus nō dabunt: ſed cuiq; cōquerenti patrociniū Iuris debebitur. Lex I.** *Alex. in Rad. 1505*

Quam vide Libro Tercio Capitul. 14. de Treugis pacis.

Literæ publicæ fidei Ciuib9 tantū cōtra Ciues dentur non contra Regni Incolas. Lex ij. *Sigiſm. Crac. 1543.*

Quæ videatur Libro Tercio Capitulo quatuordecimo.

CAPITVLVM XVII.

De kmetonibus.

PRAEFATIO.

Si hominis deffinitio, quæcūq; datur, vna in omnes valet: argumēto ſatis eſſe poteſt, in genere hominū nullā inueniri differentiā, neq; vnum vni tā ſimile eſſe, tamq; par, quā omnes homines inter ſeipſos eſſe cernūtur. Ac proinde oportet vt cōcedamus, quia nō generis huius vel illius cōditio melior, tantoq; minus opū affluentia, ſed virtus animi vel viciū diuerſitatē in ipſo genere humano cōſtituit: ita vt alteri ad imperandū propter virtutis excellentiā, alteri ad ſeruiendū propter imbecillitatē animorū, a natura ipſa procreati eſſe videātur, qui enim in pace, ſe, ſuoſq;, prudentia, in bello vero fortitudine tueri nō poterāt: cōceſſerunt in alienā poteſtatē, ac proinde illi qui in bello capti, ac a nece ſeruati ſunt, ſerui dicuntur: qui vero propter mentis ignauiā, aut etiā fortunæ malignitatem, victus quærendi, aut participādi precii cauſa ſeſe alieno Iuri dederūt: cū Iure naturali liberi eſſent, ad imitationē Iuris gentiū, Iure Ciuili cęperūt eſſe ſerui Glebę: & dicuntur alii aſcripticii, qui literis obligatoriis ita addicūtur alicui fundo, aut agro colendo, vt inde diſcedere nullo modo ipſis liceat: alii Cenſiti, qui annua pēſione agrū colunt, ac eo vſq; vtuntur illo, quatenus ſoluunt id ꝙ eſt conuentum: Alii Cōditionales, qui ſe tantū ad certū tempus certaq; conditiōe colendo agro obſtringūt: Alii Inquilini, qui in certa parte agri, vel domus alienæ, ex cōducto habitāt, omnes aūt ii appellantur apud nos Kmetones, quaſi Ruſtici, ab incolatu τῆς κώμης, id eſt Villæ. Inde Kometes id eſt Villanus, ſeu vicinus. Certe Agricolæ noſtri ſuadente ita Reipub. neceſsitate, in odiumq; mendicorū, vagorū, prædonum, & furum, apud nos, tantū religiōis, literarū, ſeruitiorū, ac artificiorū honeſtorum cauſa manu mitti ſolent, præſertim ſi filii apud patrē plures ſint: Porro ſi ob delictū Dn̄i excōmunicarentur, vis mulieribus eorū fieret, vel pro Herili debito pignorarētur, omnes impune abire poſſunt, cū enim Agricolæ omniū in Repub. ordinū fulcrum, & quaſi æconomi ſint: Reipub. quoq; intereſt, ne quis illorū ſeruitute abutatur. Et ſi aūt agricultura nauigationi perſimilis ſit, totaque a ſpe incerta, & expectatiōe annua pendeat, nō a præſenti fructu, ac emolumento cōmendetur: ad incertoſq; caſus & euentus ventorū ac tempeſtatum, certi labores & ſumptus quotannis impenduntur. Inſuper neq; preciū annonæ ſit, niſi in fructuū calamitate: Nihilominus omniū rerū ex quibus aliqua vtilitas quæritur, agricultura nihil melius, nihil iuſtius, nihil etiā bono viro ac libero homine dignius eſſe poteſt: quippe ꝙ cum natura fœnerari videatur, ſitq; parſimoniæ, diligentiæ, & iuſticiæ magiſtra: inprimis aūt omnis fraudis, ac damnatę

Virtus Nobilitatē, uitium uero ignobilitatem inter homines conſtituit.

Serui Glebæ.

Aſcripticij.

Cenſiti.

Conditionales.

Inquilini.

Quare Kmetones noſtri niſi ex certis cauſis nō manumittantur

Agriculturæ incommoda.

Agriculturæ commendatio.

 cupiditatis

cupiditatis expers : ac proinde ex agricolis, & innocētiſsimi, & fortiſsimi, mini-
Ex Agricolis uiri optimi.
meq; male cogitātes viri, ad omnia pacis belliq; munia deligebātur : ita vt etiam
apud Rom. non ſolū vicus, verū etiā ſementa illuſtribus familiis dederint cogno-
Cognomina familiarum a uicis & ſeminibus.
mina: vt Piſonibus Piſtio frumentorū, Fabiis fabæ, Lentulis lentes, Ciceronibus
Cicer, quodq; genus optime quiſq; ſerebat, ab eo capiebat denominationē. Sed
& veteres quemcūq; virū bonum dici velebant, bonū agricolā appellabāt : ipſo-
rum quippe Imperatorū manibus tūc agri colebātur, vt inquit Plinius, gaudēte
Quales olim Agric.
terra vomere laureato, & triumphali aratore : eademq; cura ſemina tractabant,
qua bella : eadēq; diligentia arua diſponebāt, qua Caſtra : Serentē innenenerēt
dati honores Serranū : & Quintiū arantem dictatura : Noſtri vero Maiores an-
te plus minus octingentos annos honorē Regiū mellifici Piaſto de Kruſzuicza
ſponte detulerūt. Quod dictū eſſe volui, vt ne ſtulti agriculturā tantū viliſsimo-
rum mancipiorū opus eſſe exiſtiment, qui vincti pedes, damnati manus, inuſti
Quales hoc tempore Agricolæ.
denique faciē viderentur : Cum agricolæ genus hominū ſit plane fœlix, & bea-
tum : niſi vel ob negligentiā paræcorum ſuorū in fide Chriſti cæcutiret, ſæpeq;
fabulis pro veritate Euangelii imbueretur : vel tā multiplici ſeruitute premere-
tur a præfectis : Sed Agricolæ ipſi, vt durā tolerant vitā : ſic ocio (libertatis ſe-
ctatores inconditi) laſciuiunt : & ſi vnquā ebrietati indulgent, dementātur, par-
timq; ferociunt, vapulāt partim. Ita vt nuſquā, quā in opere vtiliores ac ſanctio-
Situs Villæ.
res ſint. Nec hic prætermittendū erat, Villæ ſitum optimū eſſe procul a palu-
de, flumini vero, ac vrbi propinquū : ſed ita ne fundus Villā quærat, neq; Villa
fundum : e cōtrario tamen nihil eſſe damnoſius deſerto agro puretur: qui quidē,
In emēdo agro quid uidendum.
vt nō cupide emendus eſt, ita in emendo, ante omnia, vis aquarū & vicinus, ſunt
inſpicienda. Agri itē bonitas, nigredine : præterea, ebulo, pruna ſylueſtri, iunco,
Agri bonitas.
calamo, herba pratenſi, quercu, pyro, malo, ſpinis, ac vrticis ſponte naſcentibus
indicatur : omnis enim creta coquit, niſi fuerit permacra : Si pingues ſint cāpi,
diutiuſq; cōtinent aquā, foſsis ſiccātur, ſicci fimo impinguātur : Certe Cato bo-
num agrum nouem partibus deſcribit. Primā partem eſſe vult, vbi vineę poſsint
eſſe bono & multo vino : Secundā vbi hortus irriguus : Terciā vbi ſalica: Quar-
tam vbi oliueta : Quintā vbi pratū : Sextā vbi campus frumentarius : Septimā
vbi ſylua cædua : Octauam vbi arbuſtū : Nonam vbi glandaria ſylua. Bonus aūt
erit ager, qui ex his plura habebit. In vniuerſum aūt, optimus ac vtiliſsimus ager
eſt, qui minimū operæ indiget, optime tamē paſcat : peſsimus, & quaſi vicus per-
petuum eſt, cū quo Dominus ſuus luctatur, & ob ſterilitatē prouentu excidit :
Agricolar. præcepta.
ſatius etiā eſt minus ſerere, & melius arare: In colendo aūt ipſo agro Coloni pre-
cepta hæc ſequi debent, vt velint, ſciant, poſsint : Aeſtatem ſub dio, Hyemē in
prædio exigāt : diei, ac noctis operas, ſemper abſoluant : malū patrēfamilias cre-
dant, qui die, quod nocte debuit fieri, faciat, niſi forte tempeſtate cœli fuerit pro-
hibitus : peiorem, qui profeſtis diebus egerit, ꝙ feriatis deberet : peſsimū, qui ſe-
reno die ſub tecto potius operaretur, quā in agro : adeo omnē morā damno mul-
tari habeāt perſuaſum e regione aūt iumenta oculis optime ſaginari, veſtigio ve
ro agros ſtercorari, atq; ſic a veneficiis ſeu incantamentis vtraq; tuta reddi arbi-
trentur : præterea ſemper cōdi magis, quā promi : frugales potius, quā liberales
ſint : libentiuſq; vendaces, quā emaces: boue, vel aſello potius, quā equo vtantur:
nequam Agricolā eſſe putent, quiſquis emeret, ꝙ ei præſtare fundus poſſet: hoc-
que ſibi vectigal eſſe ſciant : ſed neq; ſacra, neq; cōuiuia Ruſticorū ſint, niſi Hye
me : abſolutis ſcilicet æſtatis operibus. Quod ſi vxores : item emptos fundos ha-
beant : etiā citra cōpedes a fuga abſtinebūt : Si vero clementer operæ exigātur
ab illlis, fide benignitati reſpondēt : & ſi manumittentur, vndecūque in vacuas
colonias cōfluent : ſimulque ethnica ſeruitus inter Dños, & illos, ex chriſtiana
Orandum & arandum ſimul.
moderabitur æquitate. Et ſi aūt Dñs, in ſudore vultus noſtri voluit nos mandu-
care panem noſtrū nihil tamē mediusfidius cura & ſollicitudine humana fieri
poterit. Sed a Deo benedicente & defendente victus petendus eſt, neq; tamen

ideo omittē-

ideo omittendus eſt labor, aut in illo parando, atque cōſeruando, diligētia remittenda: poſtremo omnium vt pax adſit, ab iniuriis inferendis mouendiſque terminis agrorum cultores abſtineant, de quibus omnibus infraſcriptæ Cōſtitutiones, partim ſummū Ius, partim ipſam æquitatem redolentes diſponunt. Ratio pacis conſeruandæ.

ARTICVLVS I.

De Villarum Iure Theutonico & Polonico: Villarum Sculteti etiā Iuri ſupremo præſident, ad quod & Kmetones appellant: homicidæ tamē & Incendiarii Iure Polonico plectuntur: quot Plebei ad Eccleſias Cathedrales ſuſcipiēdi ſunt: filii Kmetonū ad ſeruitia, literarū, vel artificiorum ſtudia, quomodo & quando mittendi: Kmeto tamē neq; infamare poteſt Nobilem, neque bona Iuris Terreſtris aquirere: Dn̄s de ſuo Kmetone Ius dicit.

Nobiles qui habēt Priuil. Iuris Theutonici in ſuis Villis, ſi illis abuſi, Polonico uero uſi ſunt, nō poterint Iure ipſo quo abuti cōſueuerunt, ſe tueri. Lex I. Kazim. Viſl. 1368.

23. Cum ſecundū patrum ſanctorū decreta lex decernat illos amittere Priuilegij auctoritatē, qui cōceſſa ſibi nō utūtur poteſtate, plures ſunt noſtri Milites Ius Theutonicū habentes in multis ipſorū Villis, ex noſtra aut noſtrorū prædeceſſorū gratia, eis facta, & tamen Iure Theutonico omiſſo, ſecundū Ius Polonicū ſe regunt in quibuſdā: Statuimus, quod ſi in aliqua Villa abuſi ſunt Iure Theutonico, amplius contra agentes per Ius Theutonicū non poterint ſe defenſare: Quapropter uolumus, quod ſi crimen eſt cōmiſſum, illo Iure quo Villa eadem uſa fuerit, illud tenebitur iudicare, ſimul & terminare.

Villarū quoq; Sculteti Iuri ſupremo Cracouieñ. præſident, ad q̄ & a Kmetonib. appellatur. Lex ij.

Quam ſupra Capitulo 16. Articulo 3. de Iure Ciuitatū vide.

Homic. tamē & Incē. Iure Pol. iud. L. 3.

Quæ infra Articul. 2. & Libro 3. Capitul. 11. de Incendiariis videatur.

Similiter & kmetones ꝓfugi. Lex iiij.

Quam vide infra Articulo Octauo.

Quātus numerus Plebeiorū ad Eccleſias Cathedrales recipiendus eſt, uel non. Lex v.

Quam vide ſupra Capitulo Quarto Articulo Secundo.

Quod aūt kmetonū filij ſunt a domin. ſuis diſcendarū literarū, uel artificiorum, aut ſeruitiorum gratia, cum literis Teſtimonialib. mittendi, & qua ętate, uel quomodo id fiat. L. vi.

Quam vide infra Articulo 6. de filiis Kmetonum.

kmeto nō poteſt culpare ſeu vituperare Nobil. expeditionē bellic. ſeruientē, et qui ſubeſt Iudic. Terreſ. L. vij

Quā vide ſupra Capi. 15. de Nobilibus.

Plebei

Pleb. etiā bon. Iur. Ter. aqr. nō poſ. L. 8

Quam Libro 3. Capitulo 1. vide de rebus ac fundis Nobilium.

Quo modo Domini dicit Ius de Kmetone & num Polon. uel Theutonicum.

Cum aūt aliquis Citatur, quod pro hac vel illa iniuria Iuſticiā de Kmetone ſuo non adminiſtrauerit: In primo Termino offerat ſe illā facturum: alioquin in ſecundo Termino cum pœna triū Marc. parti, & alia Iudicio faciet. Si aūt Ius Polonicum de Kmetone dicturus eſt: Iudicem & Subiudicē Nobiles ac Notariū, more Iudicii Terreſtris locet: Si autē Theutonicū, Aduocatum cum Scabinis pro Iudicibus faciat: corā quibus Iudiciis partes cōtrouertant Iudicialiter, & ſi qua ſenſerit ſe eſſe decreto illorū grauatā, a Iudicio quidem Terreſtri ad Iudicē Terreſtrē mouetur ſeu appellatur: Ab Aduocato aūt & Scabinis ad Dominum Villæ ipſius: inde ad Ius ſupremum appellandum eſt. Ipſa autē cauſæ conditio indicat, quo Iure ſit definienda, Polonico ne, an Theutonico.

ARTICVLVS II.

De vulneribus & homicidiis Kmetonū, vbicunq;, & quacūque ratione illis, vel cuiquā ab illis cōtingentibus, & inflictis. Præterea q; de Sculteorum & Kmetonum in militarem ordinem inauctoratione.

Qui vulnerat kmetonē eidē Marc. det:

Dño uero Kmetonis alterā, uel ſi uulnerans & uulneratus duorum Dñorum fuerint, inter eoſdē diuidat. Lex I.

Kazim. Viſl. 1368. Vulnerans Kmetonē eidem uulnerato unam Marcā, Dño aūt ipſius, ſi uulnerans & uulneratus unius Dñi fuerint, unam Marcā integram ipſe uulnerās pro pœna ſoluere teneatur: Si uero uulnerās & uulneratus duorū Dñorū fuerint, inter ipſos Marc. huiuſmōi pænalis diuidat. 22.

Pro vulnere vero liuido kmetoni ſex Scoti dantur. Lex ij.

Kazimirus Viſliciæ. Pro uulnere liuido & ſine ſanguinis effuſione, * ſi inferatur Kmetoni, ſex Marcę alias pœna ſex ſcotorum per inferentem debet ſolui. 27.

Sed duæ læſo, tercia vero pars pœnar. ꝓ vulner. kmetonal. decret. Iud. cæd. L. 3.

Kazimirus Viſliciæ. Vt pœnarū diſtinctio & legitima diuiſio habeatur, ſi Kmeto uulneratur cum ſanguinis effuſione, aut percutitur enormiter, de omnibus pœnis, pro uulneribus aut percuſsionibus ſentenciatis, duas partes læſo, terciam autē Iudicio ubi cauſa agitatur dare demandamus. 27.

Militi ex Scult. uel kmet. creato quid dandū ꝓ capite, uel ꝓ uulnere. Lex iiij

ſupra inter Nobiliū uulnera & homicidia idem. Militi creato de Sculteto, uel Kmetone quindecim Marcæ pro capite, * ipſiq; Sculteto uel Kmetoni factis Militibus, tres Marcas pro uulneribus Statuimus eſſe perſoluendas. 29.

Si vero Kmeto

Si uero kmeto ſeu Ruſticus aliũ occidat, iam non tres Marc. ut olim, ſed Caſtellaniæ uel Dño quatuor, ſex uero amicis occiſi pro capite ſoluet: aut alioqui ſi non fuerit ſoluendo, capite plectitur. Lex v.

Kazim.Viſl.1368.

21. Licet antiquitus fuerit obſeruatũ, Quod Kmeto KMETONEM OCCIDENDO SOlutis tribus Marcis groſſor. a pœna homicidij liberabatur: Tamen quia huiuſmodi pœna nõ ſufficiebat ad debitã delicti correctionẽ: Vnde nos Statuimus, ꝙ Kmeto occidens Kmetonẽ, pro pœna homicidij Caſtellaniæ in qua homicidiũ fuerit cõmiſſum, uel ei in cuius Iuriſdictiõe delictũ & homicidiũ hoc eſt perpetratũ, quatuor Marc. Cõſanguineis uero ſiue amicis proximioribus interfecti ſex Marcas perſoluat. Qui ſi nõ fuerit ſoluẽdo, & captus fuerit, pœna capitali puniatur.

Hęc lex durius punit inopes homicidas, quã diuites, qui quatenũs habent, ꝙ dent, occidere poſſunt: grauius aũt puniẽdi erant diuites, quã tenues: ꝙ alteri maiore audacia occidãt iniuriis addãt contumeliã, exẽploqꝫ ſui multos ad peccandũ alliciant: alteri ſemper meticuloſi ſint, plęrũque vltro ſeſe dedãt ſupplicio, & nemo illorũ ſcelus rapit ſibi ad imitandũ. In quacũqꝫ vero Repu. non ſolũ honor diuitiis habetur, verum etiã ob illas impunitas ſcelerũ promittitur: ibi & certamẽ de virtute reſtinguitur inter Ciues, & improbi elata ceruice in omne nefas graſſantur: in vniuerſum aũt omniũ ſtudia ad auariciã potius quã ad virtutẽ vel innocentiã deflectunt. Cũ enim vicia proſint, putant ſeſe peccare, ſi qui recte faciãt: ſi igitur homicida inops capite plectitur, locuples vitã non redimat: Vt enim in Iudicio neque ſtare pauper, neque diues ſedere debet, iuxta D. Iacobi præceptũ: ita neque pauperis neque diuitis perſona eſt accipienda, quin æqualiter reddendũ eſt vnicuiqꝫ, quod Iure naturali & Diuino debetur, pauperis & diuitis diſcrimine ſublato.

De kmeto occiſo, deqꝫ diuiſiõe pœnar. ſi occid. aut occiſ. diuer. ſint dom. L.6

Kazim.Viſl.1368

22. Si uero quiſpiã Kmetonẽ occiderit, decem Marcas ſoluere teneatur: quarũ ſex uxori ſeu pueris, ſi ſuperſtites fuerint, & reſiduæ quatuor Marcæ Dño occiſi exoluãtur: Si uero occiſus fuerit Dñorum duorũ, tunc dictæ quatuor Marcæ inter Dominos ſunt diuidendæ.

Pro vulneratis aut uel occiſis Villã in Ciuitat. Ius Pol. eſt dicẽdum. Lex vij.

Kazimirus in Nyeſſoua 1454. Idẽ ſupra capit. 16.

95. Item Statuimus, quod Ciues Ciuitatũ noſtrarũ Nobilium & Spiritualium pro uulneribus, & homicidio, Ius Polonicũ hominibus Villarũ noſtrarum Spiritualium & Nobilium miniſtrare tenebuntur.

Vt pro Nobilib. ita pro kmetonib. in Ciuit. occiſis Ius Polo. eſt locandum.

Sigiſm. Petr. 1538. Decernimus, ut deinceps ſecundũ antiquas Regni noſtri Conſtitutiones, de occiſis ſeu uulneratis Nobilibus aut eorũ Kmetonibus in omnibus Ciuitatibus & Oppidis noſtris Regijs, Spiritualiũq; & Secularium Dñorum, non Iudiciũ Ciuile, ſed Terreſtre & Polonicũ ſeruetur & locetur. Vbi uero Ciuile Ius fuerit a Ciuibus in hac re ſeruatũ, poena quatuordecim Marcar. pecuniȩ Ciues ipſi parti ſolueñ. puniantur, Iure Terreſtri totiens quotiens opus fuerit peremptorie exigenda.

De Villano Militi plagã uel vulnꝰ inferente, ſicq; Plebeus occidat Nobilẽ, uel uulnerauit. Lex viij.

Quam ſupra Cap. 15. inter Nobilium vulnera vide.

Sigiſm. Crac. 1532.

Quod ſi ſeruitor alicuius Nobilis Plebeum percuſſerit aut uulnerauerit. Lex ix.

Quam infra Capitulo 18. de ſeruis vide.

Licet nullus Terrigena poſſeſsionat.

pro aliquo exceſſu, niſi ſit Iure cõuictus, captiuandus eſt: Attamẽ fur, latro, Incendiarius, homicida, Raptor Virginũ, depopulator, & prædator, ſi deprehendũtur, ubiq; detinẽtur. Similiter qui de ſe debitã cautionẽ facere nollẽt iuxta delicti quãtitatem. Lex x.

Quam vide Capitulo 15. Artic. 4. de Nobiliũ libertatib. & vulneribus.

De eiſdem, qui etiã a Templis & Monaſterijs defendi non debent. Lex xi.

Quam vide Capitulo 4. Articulo 8. & Cap. 15. vide.

Kazim. 3. Viſlicię.

Frumentorũ aũt nocturni fures deprehenſi

in crimine, equos & omnia quæ ſecũ uexerint, perdent. Et ſi in reſiſtentia occidãtur, nullam pœnã occiſor, etiã ſi Ciuis, aut Kmeto fuerit incurrit: q̃ ſi uulnerauerint aut occiderĩt defenſorẽ, ſoluãt. Lex xij.

Quam Libro 3. Capitulo 11. Articulo 2. de furtis vide.

Quod uero vulnera etiã kmetonũ Iudicio

Terreſtri uel Caſtreñ. Officio propinquiori oſtendantur ſi ea a Nobili uel Kmetone ſubdito Nobilis alicuius habeat. Lex xiij.

Quã vide Lib. 1. Cap. 15. Artic. 5. & 6. de Nobiliũ vulnerib. & homicidiis.

De Tẽplorum vero æditůis laicis vulneratis in taberna. Lex xiiij.

Quam infra Articulo 4. & ſupra Folio 127. vide.

Si Nobil. kmeto. amput. mẽbr. Tyrãn.

Ducatus Mazouię. 1516. Obſeruatur ab antiquo in iſto Ducatu ſi Nobilis Kmetoni manum aut pedem, vel aliquod membrũ more Tyrannico extendendo amputauerit: talis ſi teſtibus plenis ſe non

plenis ſe non expurgauerit, pœna ſexaginta Marcarũ pecuniæ fiſco Principis applicanda puniri debet, & Kmetoni pro manu, aut pede, & alio membro principali, eo modo abſciſo decem Marcas Polonicales ſoluere tenebitur.

ARTICVLVS III.

Sculteti, Kmetones, Molendinatores, Tabernatores, Seruitores, & Hortulani Dñorum, liberi ſint ab omnibus ſeruitutibus Regiis, ac cõtributionib. a Teloneis, Pontalibus, Aggeralibus, & Foralibus: ad res vẽdendas nõ coguntur, excepto Caſtreñ. cõmeatu: pro Dño non pignorentur: in bona ſuccedũt: neque in Spirituali, neque in Ciuili foro Nobilium Kmetones ſe obligãt: frumẽta ſua in Ciuitatibus menſurent: baiuli extra Regnũ ad fora & molendina vadãt: ne captiuentur: corã Villano Officio teſtamenta conficiant: neque pro Domino a Miniſterialibus citentur.

51. De Scultetor. kmetonũ, Molẽdina. Tabern. Seruit. & Hortul. libertate. Lex I.

Ex Priuil. Iag. Iedl. 1433. Eiuſdẽ mentio lib. 3. cap. 1. art. 1. de Nobil. fundorum libertatibus.

Quam vide Libro 2. Capitulo 7. de fumalibus: quorum nomine tantũ de laneo per duos groſſos Regi pendunt.

Libertas vero kmeton. a cõtributione fertonũ & ſex groſ. & qua ratiõe ſit ſoluẽda, ſi fortaſsis cõcederet. L. ij.

Quam Libro 6. Capitul. 3. de mercenario Milite vide.

De libertate etiã kmetonum a Teloneis Pontalibus & Foralibus. Lex iij.

Quam Libro 2. Capitulo 4. de Teloneis vide.

Præterea nullus pabula pro eqs in via, hoc eſt in Villis, Tabernis, aut locis ſolitarijs, uiolenter recipiat: aut ad uendendũ cogat nolentes: quin unuſquiſque re ſua pro libito ſuæ uoluntatis utatur. Lex iiij.

Kazim. Viſl. 1368.

39. Cum itaque omnis uiolẽtia nõ immerito uarijs Iuris ſanctiõibus prohibeatur & coherceatur, Maieſtas igitur Regia æquũ cenſuit ſubditorum cõmoda in his præſertim prouidere, Statuimus ideo, ut tranſeuntes per uiam ad Dños ipſorũ, uel in proprijs etiã negocijs procurãdis, ſiue ſint Principes, Milites, aut alterius ſtatus, & cuiuſcunque conditiõis homines exiſtant, pro ſe expenſas, aut pabula equorũ, in Villis, Tabernis, aut locis ſolitarijs nõ recipiãt, aut aliquã uim inferant uẽdere nolentibus, aut a uenditiõe ſe retrahentibus: Sed unuſquiſque libere utatur re ſua pro libito ſuæ uoluntatis.

Si tamen kmetones cõmeatum ad Caſtra conducere nolint. Lex V.

Quam vide Libro 6. Capitulo 1. Articulo 4. de Bello.

Villan, quoq; nō pignoret̃ ꝑ pœna, obligatiōe, aut fideiuſſo. cautiōe dom. L. 6

Kazim. Viſl. 1368. Eiuſdem ſtatuti fiet mentio lib. 3. cap. 10. artic. 1. de fideiuſſoria cautione.

Ex Iure Diuino debet obſeruari, ꝙ iniquitas unius alteri nō debet obeſſe: Hoc Statuto igitur ordinamus, quod pro pœna, obligatione, aut fideiuſſoria cautiōe Militis, aut ſuperioris, alteriuſq; cuiuſcūq;: Kmeto, uel ſubditus, nō debet impignorari, uel quouis modo aſtringi. Sed ſi Miles, aut quiuis alius, aliquo, & quocūq; debito, aut obligatiōe, uel fideiuſsione ſit aſtrictus & obligatus, ille de ſuis proprijs bonis & rebus, prout æquum eſt, ſoluat, & ſatisfaciat creditori. 39.

Nam ſi pignoratur Villanus pro delicto Domini, poteſt ab illo recedere. Lex vij.

Quam vide infra Capitulo eodem Articulo 5.

Kazimirus Viſliciæ.

Bona ſi quidē Villanor. prout & Ciuiū ad proximiores deuoluūtur. Lex viij.

Abuſiua cōſuetudine noſcitur eſſe obſeruatū, quod cū aliqui Kmetones ſeu Ruſtici uel alij Ciuiles homines abſq; prole de hac luce decedūt, ipſorum omnia bona, mobilia, & immobilia, nomine uulgari puſczizna, domini eorundē cōſueuerūt occupare: unde nos eandē conſuetudinē, ut ueri contrariā & abſurdā reputantes: Statuimus, ꝙ de bonis eorundē decedentiū, ſi tantū reperiatur in eiſdē bonis, Calix pro Marca cū media Eccleſiæ Parochiali dādus cōparetur, reliqua uero bona ad proximos, cōſanguineos, uel affines, ceſſante quolibet impedimēto deuoluātur, prout æquitas & iuſticia ſuadent.

Aurum & argentū Eccleſiæ, Reipubl. eſt Theſaurus: ſi ita neceſsitas cogat, ad tuendā illam, vel captiuos 21. redimendos, inopeſue fouendos: neceſſarius: idcirco pio ſtudio fit, ſi vnuſquiſq; facultatibus ſuis ꝙ poteſt, & quandocūq; poteſt, præcepto huius legis decidat, & in hos vſus cōferat, præſertim ꝙ patenarū, & calicū pius vſus eſt in Eccleſia Dei: ex patenis enim corpus ad manducandū, ex calicibus ſanguis Dñi populo ad bibendū diſtribuitur, in memoriam mortis Dñi, in qua & corpus occiſū, & ſanguis de corpore effuſus fuit: ac proinde vtraque ipſe Chriſtus Ieſus ſenſibiliter in noſtris oculis, guſtu, ac iugi memoria verſari, diuidi, edi ſcilicet ac bibi grauiſsimo præcepto, ac exemplo, voluit: donec veniat.

In Iudicio Spirituali Nobil. kmetones ſeſe non obligent, niſi forte ſint Regij uel Spiritualiū. Lex ix.

Quæ Folio 127. videatur.

kmetones etiā pro debitis inſcriptis a Ciuib. ne arreſtentur ſub pœna quatuordecim Marc. a Capit. Ciuib. irrogañ. Sed ne quoq; mēſuris frumentorū in Ciuitatibus circumueniantur,

niantur, ipſi ſua frumenta menſurent. Lex x.

Quæ Capitulo 16. Articulo Nono videatur.

Quin baiuli etiam extra Regnum ad

Molendina & fora eant. Lex xi. Quę uideatur Artic. ſequenti.

Quod ſi aliqs alien. kmet. capti. L. xij.

Quam vide Libro 3. Capitul. 11. Articul. 5. de facionato Termino.

Teſtamentū vero corā Villano Officio

factū, non corā Spirit. ſed corā Sęculari Officio cognoſci debet. Lex xiij Sigiſm. Cra. 1548.

Quam vide ſupra Folio 127.

Quin etiā Miniſteriales dominos cita

turi, omiſsis eiuſdem Villę Villanis in pace, & tranquillitate, ad domū ſeu portam eiuſdem Dn̄i uadant: Niſi forte Villani cū Dn̄o ſint culpabiles, extunc itidem citentur. Lex xiiij.

Quæ Libro 4. Capitul. 12. de Miniſterialium Officio videatur.

ARTICVLVS IIII.

De variis ſeruitutibus & cōtractibus Aduocatorū, Sculterorū, Villicorum, Molendinatorum, Tabernatorū Mellificum, & generaliter omniū Kmetonum, neue quiſquam etiam Iudæus in Villis vlnatim mercetur: præter pecora, pecudes, & frumenta.

Scultet. nō vendat potētiori Scultetiā ſuā abſq; conſenſu domini. Lex I.

Cum Officiū Sculterorū ſemper exiſtat ſeruile, et ad nutum Dn̄orum ſuorū ſtare, & facere Iure teneātur: indecens eſt, ut maiores, aut potētiores perſonæ in Scultetias aliquas prętet Dn̄orum uoluntatē aſſumātur. Iccirco fuit uiſum noſtris Baronibus, ut nullus Miles, aut alius quicunq; Illuſtris, emat aut acquirat ſibi in aliqua Villa Scultetiā, pręter illius Villæ poſſeſſoris, ſiue Domini, ſiue patroni uoluntatē, factā aūt emptionem contra hoc Statutum decernimus irritam & inanem.

Kazim. Viſl. 1368.

30\. De uulneratiōe Militis ex Sculteto creati uide ſupra artic. 2.

De Scultet. inutili aut rebelli. Lex ij.

Vuladiſl. Iagell. Cracou. & Variæ 1423

46\. Inutilem Sculteтū Dn̄s in hæreditate habens, aut rebellē, Dominus poteſt recipere Scultetiā ſuam uēdere. Qui ſi emptorē non habuerit, nec habere poterit: Tunc ille hæres cū dicto Sculteto debebūt, & tenentur accedere ad Iudiciū Terreſtre, & recipere duas eligendo perſonas ſagaces, neutri partium ſuſpectas, qui ualorē Scultetiæ ad ſummā taxantes unam, eidem Domino ſeu hęredi ſoluere nūciabunt: & ſic Dominus ſoluta taxa illa pecuniali pro ſe Scultetiam obtinebit.

Scultetus inutilis ſeu rebellis Scultetiam uēdat, alias Dominus Scultetiam ſoluet taxatam per perſonas de Iudicio Terreſtri datas.

Eadē lex corrigitur in verbo recipere.

 Item errorē

Item errorē in Statuto de inutili Sculteto iuſta interpretatiōe corrige- 18.
sigiſm. Crac. 1511. re uoleñ. Statuimus ut pro uerbo recipere, uerbū pręcipere ponatur.

Sed neq; Sculteti, Aduocati, & Molēdi natores, Scultetias, Aduocatias, & Molēdina ſua, abſq; cōſenſu Dominorū ſuorū cuiquā alienare & obligare debent: ſub amiſsiōe ſummę in eis inſcriptę, Dño uel Regi ceſſuræ. Lex iij.

Sigiſmund. 1507. Eſt eiuſdē mentio lib. 2. cap. 1. art. 4. de bonis ſcultetijs Regal.

Sæpenumero Aduocati, Sculteti, & Molēdinatores, Iuri Dñorum per ignorantiā detrahere cōſueuerant: nāq; uendebant, uel oppignorabant Aduocatias, Scultetias, & Molēdina, in toto, uel in parte, abſq; cōſenſu Dñorum ſuorū. Quapropter cōſtituimus, ne hoc amplius facere audeant, ſub amiſsione ſummæ pro qua uēdiderint, uel oppignorauerint, fiſco Dñi ſui: in bonis uero noſtris, nobis applicandæ. Petētibus autē ad oppignorādū cōſenſum nō negabimus, ſine tamē incōmodo noſtro 15.

Cū aūt Rex ſuis ad alienatiō. cōſent. in Cācel. qd dādū eſt a liter. cōſenſ. L. iiij.

Idem Rex eodē anno 15.

Et Cancellaria non debet amplius recipere a Conſenſu, quam a Centum florenis quindecim groſſos.

De Scultetis vero tā Spirit. quā Sæcul. perſonarū ad bellum ituris. Lex v.

Quæ Libro 6. Capitul. 1. Articul. 2. de re Militari ponetur.

Officiū Sculteti, eſt Ius inter ſuos Ciues dicere, & Heri ſui, imprimiſq; belli munia obire. Quæ ſingula ſi præſtare nequeat (nō autē ſi fundus eius vtilis ſit Hero vt olim Dauidi vinea Naboth) huius præcepto legis ordine ſuo mouetur, & ne ſolos tantum Scultetos leges noſtræ inutilitatis accuſare videantur: Epiſcopi quoque inutiles, vel negligētes, legibus plectuntur: Si quidē & annatarii Epiſcopi pro ſimoniacis habendi ſunt, vt ſupra de Annatis Cap. 4. Artic. 5. docuimus: & qui vno Sacerdotio plura occupāt, ex decreto Eccleſię ta nq; auari & ambitioſi anatemate percelluntur: generaliter autē, ii qui neſciunt, vel nō laborāt, vel infideliter laborāt, ex præſcripto Pauli nō comedant. Quod ſi etiā laborent, decimas intra tempus lege deſignatū tollant: ne decumanorū negligentia miſeri homines de frumentis ſuis, vt fit ſæpiſsime, periclitētur. Similiter autē & Politici Magiſtratus ſi quid peccāt in ſuo Officio, ad iuſtam accuſationē, vel pœnis ſubiiciuntur, vel exautorātur. Quocirca bonorū virorum querelæ ſedari poſſunt de impunitate Magiſtratuum ſuſcitatę: quippe q; non vna Reipub. pars, ſed omnes legibus noſtris curatæ atque cōſtabilitæ ſunt, ne eas quaquauerſum luxari cōtingat, niſi quod, vt Muſcæ telis Aranearum tantū capiuntur nō accipitres, ita vbique legibus tenues tantum plectuntur ob leuiſsima delicta: diuites aūt in vicio etiā defenduntur: tantū abeſt, vt tutum ſit eos alicuius criminis appellare.

Si Villicus, ſeu familiaris p dominum de aliquib. rebus ablatis, culpat, cū ſex Teſtib. ſe expurgat. Lex vi. 30.

Hoc ſtatut. lib. 3. ca. 12. artic. 6. de furtis repetetur.

Præterea cum Dñs contra ſuum Vuladariū, aut contra aliū familiarem, pro ali-

rem, pro aliquibus rebus, uel iniurijs, mouerit quæſtionē: Tunc ipſe Vuladarius, aut familiaris, Domino ſuo non defferendo Iuramētum, teneatur ſe cum ſex Teſtibus expurgare.

Sculteti uel kmeton. a domino pfugi,

& quater ad Iudiciū uocati, nec redeuntis, bona per Dn̄m loci accipiuntur, & quid faciendū ſit, ſi poſſeſſori Scultetię minetur. Lex vij.

46. Cum aūt Scultetus, uel Kmeto, de agro ſuo, & hereditate ſua abſq; culpa Dn̄i fugierit, talis profugus debet per Dominū in Iudicio maiori, & bannito, ter, & ex ſuperhabūdanti quarto, ut ad ſuā redeat hereditatem, euocari: Qui ſi non redierit taliter uocatus, Dn̄s Villæ cū proteſtatione poterit ſuā hereditatē per alium locare, cōtumacia illius non obſtante. ¶ Et ſi is profugus minas incuſſerit poſſeſſoribus agrorum qualeſcūq;, tenebitur Dominus ſub quo degerit, requiſitus, Ius Polonicale poſcētibus cū eo miniſtrare: alias ille ſub quo fuerit cōtradicens pœnam pyathnadzyeſczya incurret, totiens quotiens contra hanc Cōſtitutionem fecerit, quoquo modo ſoluendam.

Iagell. Crac. 1423. Idem infra articu. 5.

Loci Dominus pro profugo ius Polonicale nō miniſtrans incurrit pœnam quindecim.

Molēdinator multor. fratrū, ſeu domi-nor. cōmun. omnib. ſe iuſtificet. L. viij.

Franciſcus, Falco, & Henricus, tres fratres habentes unū Molendina-
21. torem: Henricus tercius frater ſuper quibuſdā ipſius Molēdinatoris exceſsibus corā Iudice deputato dato uel electo debito modo ipſum Molendinatorē iudicare præcepit: demū frater alter Falco ueniēs cōqueritur de Hērico, q; ipſius Molendinatorē iudicaſſet, & cōdemnaſſet. Nos itaq; attēdentes q; licet cuilibet de Iure proſequi ſuā iniuriā, declaramus ipſum Henricū iuſte & debite (Molēdinat. p ſua parte) iudicaſſe.

Kazimirus Viſliciæ. Eiuſdē lib. 2. cap. 4. artic. 4. de tutoria et fratrum ſeniorū auctoritate fit mētio.

Fratribus aliquot unum Molendinatorē habētibus, ſi unus eorum cōtra Molendinatorem pro ſua iniuria aliquid decerni procurat, ratū erit.

In Molendi. & Taber. intromiſ. ne detur, niſi forte deſint aliæ poſſeſ. Lex ix

Item in Tabernā, & in Molendinū nullus debet Intromiſsionē dare,
122 excepto quod aliā poſſeſsionem non haberet, extunc poteſt dare Intromiſsionem in Tabernam, & in Molendinum.

Ex Conſuetudine.

Tabernæ uocabulum declarat omne utile ad habitandū ædificium, inde tabernaculi & cōtubernales dicūtur. Inſtructam aūt tabernam ſic accipimus, quæ ex rebus et hominib. ad negociationem parata cōſtat

Baiuli etiā extra Regnū ad Molendina & fora eant. Lex x.

Liceat uero hominibus pauperibus, & in ipſis Regni Limitibus cōſtitutis, molere frumenta ſua in Molēdinis ſibi uicinioribus, etiā extra fines Regni noſtri ſitis: ſitq; eis liberū ire ad fora Ciuitatū & Oppidorū uiciniorum Regno noſtro non ſubiectorū: ad eaq; inferre tantum carnium, & ali-

Sigiſm. Crac. 1540.

nium, & aliarũ rerum uenalium, quantũ humeris ſeu lacertis proprijs ſuſtinere & portare poſsint.

Tabernator luit pœnã mediæ Marcæ, 87.

ſi minutã pecuniã ꝓ pabulis accipere nollet: Kmeto, uero fertonẽ. L. xi.

Quam Libro 2. Capitulo 6. de Moneta vide.

Sigiſm. Crac. 1541.

Sed Aeditui ſiue Tẽpli miniſtri laici

in Tabernis litigañ. eoq; nomine cõuicti, ad forum Spirituale nõ pertinent. Lex xij. Quam uide Folio 127.

Plato ait vinũ a Diis datum eſſe hominibus ad vindictã malorum. Ebrioſi enim Iudiciũ rationis vna cum ſanitate corporis amittũt, ſpontaneã inſaniam contrahunt, denique facultates ſuas more Charybdis abſorbent. Proindeque apud Italos infame eſt ebrium videri, apud Turcas parum nõ Capitale, apud Mazouitas vero Nobilis etiã in Taberna percuſſus nomine vulnerũ agere non poteſt. Hæc vero lex Aedituos in Taberna percuſſos Iure Spirituali exarmat: ad cuius exẽplum profecto dignũ eſſe videretur, quo in Ebrios omnes Magiſtratus publice animaduertat: non ſolum quod ipſimet ſeſe corrumpunt, boniſque Dei abutantur, verum etiã quod ingluuie ſua caritatẽ rerum inducunt, ſi tamẽ tot malis, quę ebrietatem cõſequuntur ſponte, aliquid peius Magiſtratuũ edicto addi poteſt.

Iagello Cracouiæ & Vartæ 1423.

Sed kmeto qui in alieno nemore habet 46.

mellificia, etiã tributa ſoluet Dño nemorũ, & eiuſdem quoq; ad exemplum Molẽdinatoris pro rata portione obediet poteſtati. Lex xiij.

Quæ Libro Tercio Capitulo Vndecimo Articulo quarto videatur.

Sigiſmund. Crac. & Vartæ Iagell 1423.

Libertas kmetonib. propter ſyluas extirpan. a prudẽtib. cõceditur. Lex xiiij.

Kmeto in ſylua ubi villa locanda eſt libertatẽ accipiens, recedere nõ poterit, niſi agro extirpato.

Quia libertas ad hoc per Sapientes eſt inuẽta, ut ſyluæ, & nemora, ubi modicæ ſint utilitates uel proueniunt, extirpẽtur, & ad ampliores utilitates reducãtur. Vnde ſi quis Kmeto in ſylua ubi Villa locari debeat libertatẽ accipiat, nõ poterit de ſuo agro, niſi illũ extirpauerit, ſe mouere: quo extirpato, facere poterit quod Ius Terreſtre, aut illius hæreditatis exquirit, & depoſcit, circa ſuam motionem. 46.

Sigiſm. Toru. 1520

kmetones uero unũ diem plus minuſue ſeptimanatim laborent. Lex xv.

Ex Regeſtris Cancellariæ Regiæ.

Item cõmoditatibus ſubditorũ noſtrorũ conſulere uoleñ. de omnium Conſiliariorũ noſtrorũ ſtatus utriuſq; ac Nunciorũ Terrarũ Regni noſtri conſilio & conſenſu: Statuimus & decernimus perpetuo obſeruañ. Quod omnes & ſinguli Coloni ſeu Kmetones omniũ & ſingularũ Villarũ, tam noſtrarũ quã ſubditorũ noſtrorũ, cuiuſcũq; ſtatus exiſtentiũ, qui prius diem in ſeptimana nõ laborauerũt, nobis & Dñis ipſorum de quolibet laneo unum diem ſeptimanatim laborẽt, & ad laborandum

randum ſint aſtricti, demptis his Colonis, qui cenſu pecuniario, aut frumentario, ſeu quacunque alia cōtributione, uel datione, Dñis ſuis labores iam antea recōpenſarunt: & hoc ſpecialiter prouiſo, quod hæc Cōſtitutio non extendat ſe cōtra hos Colonos, qui ratione poſſeſsi agri plures fortaſſe dies in ſeptimana Dñis ſuis & nobis laborare coſueuerūt, nā hæc lex pro his tantū conſtituta eſt, qui minus quā diem in ſeptimana nobis, & Dominis ſuis, laborare ſoliti erant.

Similis.

22. Statuimus & ordinauimus, quod omnes Kmetones omniū Villarū noſtrarum Regaliū, Spiritualiū, & Sęculariū ſubditorū Regni noſtri, ſecundum decretū Conuentiōis Thoruneñ. generalis proxime pręteritę, debent Dñis ſuis laborare unum diē in ſeptimana: exceptis Villis noſtris de ſuper priuilegiatis, quæ expreſſe ſpeciali Priuilegio docerent, quod loco laborum cenſum pecuniariū auxerunt: tales duntaxat Priuilegijs gaudebunt, alij, ut pręmiſſum eſt laborabunt Sigiſm. Bidgo. 1520

Ne etiā vlnatim aut vlnis mercetur in

Villis Cap. ꝓuidebit. Exceptis tamē pecorib. pecudib. ac frumēt. L. xvi
Quæ Folio 235. & Capitulo 16. de Ciuibus Artic. 9. videatur.

Et quod neque Iudæi hoc facere poſſunt.

Capitulo vltimo de Iudæis vide.

ARTICVLVS V.

Vnus aut duo Kmetones de Villa anno quolibet dimittātur ab hærede, in certis autē caſibus omnes abire poſſunt: ſed profugus, in Terreſtri, Actorū repoſitionis, & Caſtreñ. Iudicio peremptorie repetitur.

Vn⁹ aut duo tantū kmeto. vno anno abire poſſunt, quādoque omnes. Lex I.

Kazim. Viſl. 1368.

De libertate Kmetonū ſupra art. 3. eiuſdem ſit mentio.

24. Cum ex ſeparatiōe ſubditorū bona Dñorum ſuorū ſæpius annihilātur, & deſertātur, nulla præſertim legitima cauſa ad hoc perſuadente: Ob id uiſum fuit nobis ac noſtris Baronibus huic periculo non ſegniter obuiātibus, cū quibus una Statuimus, quod non plures Kmetones, aut Incolæ, de una Villa in ſimul ad aliā Villā poſsint recedere, niſi unus, aut duo, præter Dñi illius Villæ, in qua degunt, uoluntatē. ¶ Niſi in caſibus hic exceptis, ut ſi Dñs Villæ opprimat filiā aut uxorē ſui Kmetonis: aut ſi pro exceſſu ſeu culpa hęredis ibidē Villani bonis ipſorum depręd ātur: uel in ſentēcia excōmunicatiōis per annū durant ſui Dñi ex delicto. In talibus caſibus non tantū tres, aut quatuor Villæ eiuſdē Incolæ abire poſſunt, ſed & omnes ibidem habitantes recedant, quo unicuique placebit.

Kmetonibus cōceſſū quod unus de Villa tantūmodo aut duo mitti debeant anno quolibet.

Iure conceſſū eſt Kmetonib. qđ ſe alibi de Villa transferant ſi Dominus uxorē aut filiam opprimat. ſi ꝑ culpa Domini prædantur, ac etiam per annum excōmunicantur ex delicto Dom.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

kmet. a domin. ſuo ꝓfug. infra annū repetat. & quādo, ac quomō reced. lib. L. ij

Kmeto profugus de cuius mora cōſtat p9 annū non reſtituitur: tres tamē Marc. pro pœna & cenſum retentum Domino priori ſoluet.

si ob auſteritatem domini redire noluerit.

Præterea declarādo Statuimus, ꝙ cū a nobis ſiue a quocūqꝫ alio Dño
nobis ſubdito Kmeto auffugierit, abſqꝫ culpa ſui Dñi: idē Kmeto fugi 36.
ens nullū Ius acquirat, tā diu donec Dño ſuo de manſiōe ipſius nō con-
ſtabit. Secus ſi Dño ſuo de māſione ipſius cōſtiterit, & infra annū ip-
ſum Iure nō repetierit: extūc poſt annū ſi ipſum repetere uoluerit, mi-
nime ſibi hoc facere licebit: qui profugus ſi propter auſteritatē ſeu ran-
corem Dñi ſui redire timens, etiā Iure cōuictus noluerit: extūc decerni-
mus, quod idē fugiens Dño ſuo tres Marcas pro pœna, & cenſum an-
nualem integre, quē alias ſoluebat, ſoluere tenebitur: & per hoc a Dño
ſuo fugitiuus liberabitur antedictus: hoc tamē in Iure Terreſtri non
Theutonico intelligi uolumus. ¶ Quando uero in Iure Theutonico
Kmeto reſidet idē fugere ſeu recedere nō poteſt, niſi hęreditate uēdita,
uel loco ſui Kmetonē æque diuitē collocet, aut agris ex toto extirpatis,
hyemalibuſqꝫ & æſtiualibus ſeminatis, Dño reſignando, recedere pote-
rit pro libito. ¶ Adijcientes, ꝙ ſi Kmeto huiuſmodi in noctis tēpore
receſſerit fugitiue, res quaſcūqꝫ in domo dimiſerit fugiēdo, Dñs ipſius
pro ſe poteſtatē habeat retinēdi. Et nihilominus Dñs qui Kmetonem
hunc fugitiuū ſecum retinere pręſumpſerit, priori Dño reſtituere te-
netur cū omnibus rebus quaſcūqꝫ attulit ad eundē, & cū pœna quæ
dicitur pyathnadzyeſta. ¶ Culpę uero propter quas a Dño ſuo fuge-
re licitū ſit Kmetoni, ſunt iſtæ: Prima quādo Dñs propter ſuū excōmu
nicatur delictū, & ob hoc Kmetones Eccleſiaſtica priuantur ſepultura:
Itē ſecunda, quādo Dominus Villæ in quocūqꝫ loco ſuā Villanā op-
preſſerit uiolēter: Et cū primū de hoc cōſtiterit ne dū parentes oppreſ-
ſæ, uerū etiā omnes Villani, ubi hoc ſcelus cōmiſſum fuerit, quacumqꝫ
hora recedēdi liberā habeāt facultatē, nec oppreſſor huiuſmōi ſeu Dñs
Villæ ipſos detinere audeat, ſeu in aliquo moleſtare: Idem liceat ipſis
Kmetonibus facere cū ob culpā ſui Domini pignora de eis fuerint rece-
pta, tunc abſqꝫ quolibet impedimento poſſunt fugere ab eodē. ¶ Sed
pręmiſſis nō exiſtentibus, Kmeto nequaquā recedat a Dño ſuo, niſi do-
mo, bene bona relicta, & decēter ſepta: ſolum in neceſſitate Dñi iuxta
cōſuetudinē hactenus obſeruatā. ¶ Et ſi antea libertatem habebat, tot
annis Dño ſuo ſeruiat (ab ipſo minime recedēdo) quot annorū liber-
tate gaudebat: & hoc quādo in Iure Polonico ſedet Kmeto. ¶ Quādo
uero Kmeto Iure Theutonico eſt locatus, idē nequeat recedere ullo mo-
do niſi tot annis cenſum exoluat, quot annis habuit libertatē. Nec tūc
hoc ſibi liceat niſi æque diuitē loco ſui Kmetonē cōſtituat, & agris ſuis
in toto excultis, ſeu extirpatis, & ſeminatis hyemalibus & æſtiualibus,
tunc recedere permittatur.

In Iure Theutonico uendat.

Kmeto fugiens ſi aliquas res in domo dimiſerit Dominus illas pro ſe uſurpabit.

Kmeto agro nō uendito fugiens cū pœna quindecim reſtituitur

Kmetones libere recedent propter excōmunicationē, oppreſſionē mulierū, & pignorationem occaſione Domini.

Huius mētio lib 1. ca. 4. art. 9. de excōmu.

Huius mentio li. 1. ca. 12. artic. 7. de uiolatione Virginum.

De eo lib. 3. cap. 9. artic. 4. de commodato mutuo, & debitis.

Kmeto ſepta & domo reformata recedat.

Kmeto pro tribus annis libertatis totidem ſeruiet.

Kmeto Iuris Theutonici tot cenſus ſoluat quot annis liber erat & locet pro ſe aliū, & agros ſeminet.

Sculteti uel

46. Sculteti uel kmeton. profugi, & quater ad Iudiciū uocati & non redeuntis: bona per Dñm loci accipiūtur, & quid faciendum ſit, ſi poſſeſſori agri ſui minetur. Lex iij.

Vladiſl. Iagello Cracouiæ 1423.

Quam ſupra Articulo quarto vide poſitam.

Profugi ergo ab omnib. præfectis reſtituantur ſub pœna ſex Marc. Lex iiij.

Kazim. Mag. in Nyeſſou. et Opoki 1496

95. Item Statuimus, ut Tenutarij bonorū noſtrorū, Ciues Ciuitatum noſtrarū, & Terrigenę, ac etiā Spirituales, homines profugos, illis, a quibus fugierint, requiſiti, reſtituāt, & ad eorū reſtitutionē teneantur ſecundū Iuris Terreſtris conſuetudinē. Quod ſi requiſiti nō fecerint, nec profugos reſtituere curauerint, extūc luant pœnā trium Marcar. profugos petenti, & Iudicio trium: & nihilominus ſoluta pœna huiuſmodi profugos reſtituere ſint aſtricti.

Homines profugi per Tenutarios, & Ciues ſub pœna triū Marc. parti & Iudicio ſunt reſtituendi.

103 Profugi in perēptor. Term. repet. L. v.

Quæ infra Articulo Octauo videatur.

De mittend. ergo kmetonib. cōſuetudo cuiuslibet Terræ obſeruetur. Lex vi.

93. Item de miſsione Kmetonū, pro qua diuerſi diuerſimode, & quiſq; pro ſuæ Terrę cōſuetudine optabat per nos diffiniri, uolumus, & decernimus, conſuetudines ſuper mittendis eis obſeruatas non eſſe immutandas, ſed obſeruandas ubique.

Alber. Petri. 1496.

Vnus tantū kmeto de una Villa in aliam trāsferri pōt, anno quolibet, ſub pœna ab hęrede dimitt. Lex vij.

103 Item innitendo Conſtitutiōi Magni Kazimiri Regis prædeceſſoris noſtri Statuimus, ut quēadmodū ex cōſuetudine fieri cōſueuit, ſic etiam perpetuo obſeruetur, quod nō plures quā unus Kmeto annis ſingulis ſe de una Villa in aliam trāsferre poterit, Iure atq; licite: ubi uero quiſpiam Kmetonē unum prędictū mittere nollet, in pœna ſuccūbet conſuetā: quæ antiquitus in Terris ſingulis in hac parte contra ſecus facientes decerni conſueuit. ∴ ∴ ∴

Alber. Petri. 1496.

Hæc lex Iohan. Alb. de fugitiuis repetēd. in Ruſsia quoq; obſeruet. Lex viij

7. Ad ſupplicationē Terrarū Ruſsiæ uolumus, & decernimus ut de omnibus fugitiuis Statutum Regis Alberti obſeruetur.

Sigiſmundus Cracouiæ ſtatuit. 1507.

Fugitiui tã per Capita, quã per Ciues reſtituãtur præter Inquilinos. Lex ix.

ſigiſm, Crac. 1507.

Vt cõcordia inter omnes paſsim cõſeruetur, Statuimus, ut Coloni qui deſertis agris a Dñis ſuis ad Inquilinatus Ciuitatũ & Oppidorũ fugiunt, cum reperiuntur, Dñis ſuis uel per Capitan. uel Ciuitatũ Officiales, reſtituãtur ſub pœnis Regalibus: uel cogãtur deſertos agros alijs poſſeſſoribus idoneis loco ſui collocare. Reliquos uero Inquilinos ſine iniuria cuiuſpiam manentes tolerandos decernimus. 9.

De eiſdẽ kmetonib. reſtituẽd. Lex x.

ſigiſm, Crac. 1543.

Si quis alicui acceperit Kmetonẽ poſſeſsionatũ, uel heredem, uel etiã ſi ad aliquẽ Kmeto profugeret, tunc debet illũ reſtituere cũ bonis eius omnibus, & nõ poterit illũ Kmetonẽ redimere decẽ Marc. pecuniẹ, uel ulla alia ſumma, quod ſi noluerit illũ reſtituere niſi ex decreto Iudicij, tũc cum pœna in Statuto deſcripta tenebitur illũ reſtituere, cũ uxore, cum pueris, & cũ bonis illius omnibus. Quod ſi Kmeto moreretur, tũc illius omnia bona debẽt reſtitui, cũ uxore, & pueris, nec non cum pœna.

ARTICVLVS VI.

De filiis Kmetonum, ſi plures ſint, ad ſeruitia, & literarũ, vel artificiorũ ſtudia, ſub literis teſtimonialibus Dñorum, ante 12. annos ætatis illorũ: deꝗ filiabus, ac Viduis Kmetonũ, ad maritos poſſeſsionatos: vel e cõtra de Viris ad poſſeſsionatas Mulieres dimittendis.

Iohan. Albertus Petricouiæ 1496. Eiuſdẽ eſt mẽtio lib. 1. cap. 4 art. 5. de libertatib. Sacerdotũ, et de scholaſticis lib. 1. cap. 4. art. 14. & cap. 12. art. 18 de Capitan. et lib. 1. cap. 16 art 6. de Ciuitat. & lib. 1. cap 18. de ſeruis, & lib. 6. cap. 1. art. 2. de Bello.

Filij kmeton. ſi plures fuerint, ad ſeruitia, & præſertim ad ſtudia literarũ, ſeu artificiorum, ſub literis teſtimonialibus Capitan. ſeu ſui Domini, mittantur: alioqui ſi unus filius ſit, uel huius uiolator Statuti, undecumque extradatur. Lex I.

Filij Kmetonũ ad ſtudia aut ſeruitia qualiter de Villis mittẽd.

Item prouidẽtes licentiæ tam adoleſcentũ Plebeorũ, quã deſertationi bonorũ, cum adoleſcentibus de Villis a proprijs parẽtibus exeuntibus Villæ deſertãtur propter defectũ laboratorũ in agris locandorũ: & inſuper, aliqui ſub colore artificiorũ diſcendorũ a patribus euntes ad ſtipendia & ſocietates malas ſe cõferunt, ſic quoꝗ furantur, prædãtur, & in moribus deprauãtur: Statuimus, ꝙ tantũmodo unus filius de Villa a patre recedere poſsit ad ſeruitia, & præſertim ad ſtudia, aut literarum, aut artificiorũ: reliqui maneãt in hæreditate cũ patribus. Cum uero receſſurus eſſet, licentiã, & literas teſtimoniales a Dñis locorũ accipiat: cum quibus tanquam emancipatus iret ad artificia, uel ſeruitia. 99.

Filijs Kmetonũ de uillis literæ teſtimoniales dandæ.

¶ Iſtud quoꝗ Statutũ decernimus ad bona menſæ noſtræ Regalis, ac Spiritualiũ, & Seculariũ perſonarũ, nullis exceptis, ſic quod Capitanei,

Tenutarijꝗ

Tenutarijq́ bonorũ noſtrorũ, licentiam, & literas teſtimoniales dent recedenti: in alijs uero bonis Dñi locorũ iſtud faciant. Et ſi unicus fuerit, ille in hæreditate maneat, & laboret in domo cũ parentibus, uel in eadẽ hęreditate, quã parentes incolunt, aut domiciliũ, aut ſeruitiũ, aut uictum acquirat. ¶ Quod ſi aliquis adoleſcens Villanus præter iſtud decretũ fugiens repertus fuerit, ſiue in Ciuitatibus & Oppidis, ſiue alibi ubicũq́, extũc Dñi loci Illius (Domino) a quo fugit ſine Iuris ſtrepitu reſtituatur, ſub pœna quatuordecim Marcar. Et nihilominus illi qui eum retinuerint, pœna, totiens quotiens ſecus fecerint, ſoluta, ad reſtitutionem ſint aſtricti.

Filij Kmetonũ cõtra Statutum facien. ſine Iuris ſtrepitu reddendi & puniendi erunt pœna quatuordecim Marcarum.

Iidẽ gratia diſcẽdarũ literarũ uel artificiorũ, ante 12. annum mittãtur. Lex ij.

Prælat. Petr. 1503.

Item quod Kmetonũ filij ſimiliter nõ poterint de hęreditate in qua patres eorũ morantur, ſine ſcitu & cõſenſu Domini ſui recedere, niſi qui diſcendarũ literarũ gratia anno quocũq́ ante duodecimũ ſuæ ætatis annum, uel anno quocũq́ ætatis cauſa artificiorũ, exire uoluerint: qui etiam Dñis ſuis requiſitis id facere debent. Et qui exiuerint Dominis neſcientibus, uel inuitis, perdant ſortem patrimonij ſui, & denique reſtitui debent.

Filij Kmetonũ ut in statuto Iohan. Albe. habetur, in bonis paternis manſuri ſunt.

Qui aũt exiuerint, dominis neſcientibus, uel inuitis, pdant ſortem patrimonij ſui, et deniq́ reſtitui debent

Eadem lex confirmatur.

Sigiſm Crac. 1507

9. Statutũ q́ de filijs Kmetonũ antehac conditũ eſt, in robore reliquim9.

Lex de eiſdẽ filijs kmeton. abſq́ cõſenſu dominor. nõ dimittendis, ad futurũ

Conuentũ ſuſpenditur, & q́ FILIAE, uel VIDVAE KMETOnum, ad maritum poſſeſſionatũ dimittãtur libere, uel impoſſeſſionatus Vir circa eã manere debet. Lex iij.

Sigiſm. Bidgo. 1511

Item propter moderationẽ Statuti Sereniſs. olim Domini Iohan. Al-
20. berti fratris, & prædeceſſoris noſtri, de filijs Colonorũ de Villis abſq́ conſenſu Dñorum, & hęredum non dimittẽdis, quod nõ nullis Cõſiliarijs noſtris parũ ęquum & libertati cõmuni contrariũ uidetur, ex iuſta cauſa, de uolũtate & conſilio Conſiliariorũ noſtrorũ, ad futurum Conuentum generalem ſuſpendimus.

¶ De FILIABVS uero eorundẽ Colonorũ propter matrimonia (quæ libera eſſe uolumus) Statuimus, quod ſi quis nõ poſſeſſionatus duxerit filiam alicuius Kmetonis poſſeſſionati, apud illã in poſſeſſione manere debet: Et ſimiliter impoſſeſſionatę filiæ, apud poſſeſſionatos maritos remaneant in matrimonio collocatæ: Idem de VIDVIS obſeruandum cenſemus.

Impoſſeſsionati coniuges poſſeſsionatos ſequuntur.

ARTICVLVS VII.

De Vagis, ac peregrinis Kmetonibus, vel filiis illorũ extra Regnũ laboratũ per Capitaneos non mittendis, ſed arcendis, & capiendis, ab hæredibuſque redimẽdis. Item de ocioſis inquirendis, per Regemq́ꝫ Capitaneis, vt exequãtur Statuta contra Golothas, adhortandis.

Laici qui tẽpore meſsis in Pruſsiã, & Sileſiam, uel alicubi extra Regnũ exirent, captiuẽtur per Capitaneũ, & impune applicentur Regnicolarum laboribus. Lex I.

Iohan Albertus Petricouiæ 1496.

Eiuſdem mentio lib. 1. cap 12. artic 22. de Capitaneis.

Eadem lex lib. 5. ca. 4. de Mazouiis.

Quoniam plures Laici & Mulieres de Terris Mazouiæ & aliis Terris Regni Poloniæ Sileſiam & Pruſsiã meſsis tẽpore ſe transferre cõſueuerunt: quo fit, ut in Terris Poloniæ laboratores & ſeruitores haberi nõ poſſunt fœliciter: Itaq́ꝫ Statuimus, ut omnes tales de Terris Poloniæ, & Mazouiæ extra Regnum laboratũ euntes per Capitaneos, Tenutarios, atq́ꝫ Nobiles, & locorũ Dños, officialeſq́ꝫ, impune retineantur, retentique laboribus Regnicolarum applicentur. 103

De eiſdẽ Ruſtic. extra Reg. laboratũ p Capi. & p alios locor. dom. nõ mit. L. ij

Prælat. Petr. 1503.

Eſt eiuſdem mentio capit. 12. articul. 18.

Ruſtici de Regno nõ exeant pro iuuandis aliorũ laboribus: alioquin a quocũque capiuentur.

Item ne Ruſtici extra Regnũ exire poſſent, pro iuuandis aliarũ Prouinciarũ laboribus, per Capitaneos ubiq́ꝫ prohibeãtur: Quin & aliis quibuſcũq́ꝫ erit licitũ eos impune retinere, & ad uſus ſuos, etiã ſine mercede ad unum menſem redigere, ita tamẽ quod menſe exacto ad propria reuertantur. 112

De fugitiuis ad Pruſsiam. Lex iij.

Quam vide Libro 5. Capitulo 2. de Pruſsia.

De fugitiu. ad Sileſ. a Capi. arcẽd. L. iiij

Sigiſm. Petr. 1538.

Volumus, ut Capitanei Arciũ finitimarũ Ruſticos omnes ex Polonia in Sileſiam uel Hungariã fugientes, aut ſe cõfereñ. tranſire non permittant, ſed eos cõtineant, & arceãt, ſecundũ Statuta Regni noſtri.

Ruſtici vagi intra triduũ nulli ſe ſeruitio, aut artificio applicantes per Officium Ciuile capiantur ad laborandum. Lex v.

Sigiſm. Petr. 1519.

Hæc eadem Statut. ſupra cap. 16. de Ciuitat. art. 7. poſita ſunt

Ruſtici uagi, qui ad diem terciũ poſt ſuum in Ciuitates uel Oppida ingreſſum ſeruitio ſiue artificio ſe non applicuerint, uolumus, & Statuimus, ut per Officiũ Ciuile capiãtur, & detineãtur, uinctiq́ꝫ cõpede ad facieñ. aggeres & foſſas Ciuitatũ uel Arcium adhibeãtur, ne & furta uel latrocinia ex eis multiplicẽtur, & Nobilitas ſeruorũ, & laboratorũ penuria premat: id q́ꝫ & aliis omnibus in bonis ſuis facere licebit. 28.

Kmetones,

kmeton. Hortulani, & eorũ filij a domi

nis ſuis profugi capiãtur per Capitan. uel per Ciuile Officiũ, Dñs uero eoſdẽ repetens xij. groſſos ſoluat. Lex vi.

Conſuleñ. cõmoditati rei cõmunis domeſticæ Regni noſtri, quę plærumq; fugitiuorũ Colonorũ, ſeu Kmetonũ, uel filiorũ eorum malicia ita defraudatur, ut multi ſubditorũ noſtrorũ ex defectu laborantiũ, & ſeruitorũ, in laboribus neceſſarijs negligãtur: Statuimus & decernimꝰ ut quicũq; Colonus, ſeu Kmeto, Hortulanus, ſeu quiuis alius ſubditus uel filij eorũ, inuito & inſcio Dño ſuo in alienas Prouincias fugieñ. ſe transferant, per Capitaneos, & eorũ Viceſgereñ. deniq; per Officiales Ciuitatũ & Oppidorũ, ad quæ deuenerint, capiãtur, & capti operis ſimilibus adhibeãtur, tã diu donec Dñs detenti uel detentorũ illos inuẽtos repetierit: repetẽte enim Dño ſubditũ, & docente illũ eſſe ſuum, Capitanei, & eorũ Viceſgereñ. uel Ciuitatũ & Oppidorũ Officiales illũ extradere debebũt irrecuſe: receptis prius ab eo, qui ſubditũ ſuum repetit, duodecim groſsis: quos illi pro opera & diligentia in detineñ. ſubdito adhibita, ſoluendos eſſe decernimus. *ſigiſm. Crac. 1532.*

Nam ocioſos, vagabũdos, nulliſq; ſerui

tijs aut artibus addictos Capit. locorũ perquirẽt, & eoſdem Nobiles in ſuis bonis coherceri permittãt: alioqui citati illos ſtatuẽt. Lex vij.

Item ad cõtinenda furta, & uagos homines cohercẽdos, Capitanei locorum diligenter curabũt homines ocioſos, & uagabũdos, nulliſq; ſeruitijs, aut artificijs addictos, in ſuis Capitaneatibus perquirere, & cohibere: Nobiles uero in ſuis bonis tales coherceri per Capitaneos permittant: alioquin citati illos corã Capitaneis ſtatuere teneantur. *ſigiſm. Petri. 1523. Idem libr. 3. cap. 12. ar. 3 præterea de furtis idem repetetur.*

Rex aũt dabit literas ad Capita. vt de Goloth. & Inqlin. ſtatut. exequã. L. viij

In petitione de Golothis & Inquilinis uagabũdis facta, cõſtituimus & decernimus, ut Statuta ſuper his iam dudũ cõdita per Capitan. locorũ diligẽter exequãtur, ad quos etiã admonitiõis cauſa literas dari faciemꝰ *ſigiſm. Petr. 1532.*

ARTICVLVS VIII.

In Terreſtri, ſeu Actorũ poſitione, in vel Caſtreñ. Iudiciis, Kmetones, vel eorũ filii, famuli, vel ſeruitores profugi repetuntur.

Pro kmeton. fugitiu. vt vi receptis, in Iudic. Caſtren. corã Capi. ꝓced. Lex I.

Idem libr. 4. cap. 22. de Actorum poſitione uideatur.

88. Item uolumus & decernimus, ut cauſæ pro Kmetonibus fugitiuis in Iudicio Caſtreñ. corã Capitaneis experiãtur, ſicut illorũ qui recepti fuerunt uiolenter. *Kazim. Iag. in Noua Ciuitate 1451.*

Sed dein-

Sed deinceps corā Iudicio Terreſtri, ac ut poſitiōe Actorum fugitiui perēptorie repetuntur. Lex ij.

Alber. Petri. 1496. Eiuſdem mētio lib. 1. cap. 12 ar. 11 & 18. de Capit ſed li. 3. ca. 23. de Actorū poſitione repetetur art. 1.

Pro fugitiuis Kmetonib. ad Iudicia Tereſtria citandū erit.

Pro fugitiuis Kmetonib. primus Terminꝰ ſit peremptorius.

Notarius cū Camerarijs pro fugitiuo iudicabunt & ſentenciabunt.

Pro fugitiuis tamē, tametſi uideatur ſatis ſuperq; deffinitū in Statuto 98. Magni Kazimiri quod teneri decernimus, tamē quia nō uidetur quicquā deſcriptū eſſe qualiter in citando procedendū eſſet: Iccirco Statuimus, ut pro Kmetonibus fugientibus a die datæ pręſentiū in futurum citentur qui citādi ſunt ad Iudicia Terrarū. ¶ In quibus Iudicijs Terreſtribus in primo Termino tanquā peremptorio cōparere & reſpondere citati tenebuntur: Et ſi Termini nō celebrarētur, tunc cū Terminus ipſe penderet partibus, nihilominus, nō obſtante abſentia Iudicis, Subiudicis, & aliorū Dignitariorū, Officialiūq;, Iudicijs præſidere ſolitorum. ¶ Notarius & Camerarij qui intereſſent poſitiōi librorū fugitiui Iudicium iudicabunt, ſentenciabuntque.

Profugi in peremptorio Termino repetuntur. Lex iij.

Alber. Petri. 1496.

Kmeto fugiens ubiq; Iure Polonico mediante reſtituatur, ſine dilatiōe: pro quo citati in primo Termino uti perēptorio reſpondebūt, niſi uera infirmitas excuſaret citatos.

Capitanei Regij eodem Statuto iudicandi pro Kmetone reſtituen. ſub pœnis aut ſolutis aut fideiuſsis circa Iudiciū alias ma..re pœnam debeant

Item, licet iam de Iudicijs Kmetonū miſsis, uel nō miſsis, non nihil dif- 108 finiuerimus: Tamē quia reſtat diffiniendū de fugitiuis, Iccirco decernimus & Statuimus, quod ſi Kmeto cuiuſpiā ſubditorū noſtrorū, Spiritualiū & Sęculariū, fugæ medio ſe transtulerit in bona alterius, ſiue etiam noſtra: Noſq; per eum, aut eius nomine, cuius Kmeto erat, requiſiti exiſtentes, demandaturi ſumus Capitaneo, Burgrabio, aut Tenutario noſtro, ad quemcūq; Kmeto profugit Kmetonē reſtitui Iure mediante. Quod quidē miniſtrari uolumus Polonicū ſecundū Statuta antiquiora, & ſub pœnis in eis ad id deſcriptis, eo quoq; modo ac ſecūdum idem Statutū ſub pœnis illis Statuti antiqui quilibet Regni indigena cuiuſcūq; ſtatus & conditiōis exiſtat profugū Kmetonē reſtituere teneatur: uidelicet Iure Polonico locato, et ſecundū illud eū ipſum Kmetonē repetenti Iuſticiā miniſtrando ſine dilatione: Et ſi pro eodē profugo Kmetone citari cōtingat quēpiam Nobilē, aut aliū ſubditum noſtrū cuiuſcūq; præeminētię, dignitatis, conditiōiſq; exiſtentē, citatus in primo Termino tanquā perēptorio reſponſurus eſt: cui dilationis inducię aliter cōcedi nō debeāt, niſi quis eius nomine uera infirmitate expoſcenti eas cōcedi flagitaret. ¶ Cui etiā legi, atq; Iuri, Capitanei noſtri ſubiacebūt: ſic quod Iure conuicti, uti Terrigenę, pœnis in antiquis Statutis contētis pro Kmetone profugo puniātur, non mittēdi a loco Iudicij, niſi prius pro pœnis cautionē præſtiterint, ſeu ſtatuerint ſufficientē; Si uero a Iudicio receſſerint pœnis nō fideiuſsis, decernimus pœna

nimus pœna maiori noſtra quatuordecim Marcar. punieñ: Ad cuius ſolutionem nos illum cõpellemus impendendã, ſimul cum Kmetonis reſtitutione realiter facienda.

Spirituales pro fugitiuis kmetonib. cæde & uulneribus, Iure Terreſtri experiantur, iuxta Statutum Regis Alberti. Lex iiij.

Alex. Rad 1506. Idem ſupra inter art. ſpiritualiũ lib. 1. cap. 4. art. 8. & lib. 1. ca. 13. de Offic. ſuccam. & cap. eodem art. 2. de Kmeton. uulnerib.

117 Spirituales pro bonis, ſiue iniurijs bonorũ Iuri cõmuni ſubiectorũ Iure Terreſtri experiãtur: Iniuriæ ſunt ſuper Limitibus, Kmetonibus fugitiuis, cæde, & uulneribus alias iuxta Statutũ Johan. Alberti Regis.

Sed kmeto ob bellũ Prutenicũ pfug9, in Iudicio Caſtr. repetitur. Lex v.

Sigiſm. Bidg 1520. Eſt eiuſdem mentio lib. 5. cap. 2. art. 3 de diſlimitan. a Regno Lithuan. & Prußiæ Ducatibus.

22. Quoniã æquitate Dei ſuadente tenemur cuiuſlibet iuſticiæ & indemnitati proſpicere, huius Statuti decreto ſancimus, ut nemo audeat profugum Kmetonẽ alicuius Eccleſiaſtici ſeu etiã Nobilis ſuſcipere, qui a Dño ſuo ob præſentis belli inflictã ſibi calamitatẽ fugeret: ſed ſine ſtrepitu Iuris quilibet teneatur ad requiſitionẽ ſuo Dño ſiue Eccleſiaſtico ſiue Seculari ſponte reſtituere: Si uero requiſitus quiſpiã talem Kmetonem profugũ reſtituere nollet, & ſe permiſerit ad Iudiciũ Caſtreñ. trahi, in primo Termino cõuictus cũ pœna eundẽ reſtituere tenebitur: Et Iudicio Caſtreñ. licebit in primo Termino pro huiuſmõi Kmetonibus iuſticiam facere, & ꝙ iuſtũ eſt decernere: quæ præſens Conſtitutio de Kmetone fugitiuo duntaxat ad unius anni decurſum durabit.

In unum annum durauit hæc lex.

Quin etiã deinceps pro fugitiuis kmetonibus nõ in Villis hæreditarijs, ſed in Iudicio Terreſtri aut Caſtr. arreſtatiõe illorũ facta perẽptorie agat. Lex vi.

Sigiſm. Petr. 1523. Idem ſupra lib. 1. ca. 12. de Capitan. art. 2.

39. Item pro Kmetonibus fugitiuis, nõ in Villis hæreditarijs, ſed in Terminis Terreſtribus ſiue Caſtreñ. peremptorie, iuxta Statutũ, cauſæ omnes iudicentur: arreſtando ipſos profugos Miniſteriali & Nobilibus in bonis eorũ, ad quos domicilia ſua Dominis ſuis inuitis tranſtulerint, iuxta conſuetudinem antea obſeruatam.

Sed ipſi pfugi, eorũ filij, aut ſeruit. cũ repetẽt, ampli9 arreſt. nõ debẽt. Lex vij

Sigiſm. Petr. 1538.

Statuta de arreſtatiõe Kmetonũ, neminẽ ad ſui obſeruationẽ deinceps ſtringere debent. Sed antiquiora de repetẽdis fugitiuis Kmetonibus, ſine arreſtatione in robore cõſeruamus. Hoc idẽ Ius ad filios Colonorũ, & famulos, ſeu ſeruitores fugitiuos, per Dños repetẽdos extendimus.

Sigiſmundus Petric.

Forma Citatiōis pro kmetone ꝓfugo.

Eadē eſt formula pro filio uel ſeruitore Kmetonis.

Si citatus negat ſe habere Kmeton. ꝓ quo citatur, aut ſaltē citationē Actoris illū in bonis ſuis nō præueniſſe aſſerit, iuramento id iuxta æſtimationē in citatione poſitam doceat.

Pro eo, quia tu non uis ſibi extradere laborioſum N. Kmetonē ipſius de Villa N. ad Villam tuam N. cū uxore, liberis, pecoribus, pecudibuſq́, ac eius bonis omnibus ad te profugieñ. & in eadem apud te reſidentem, quem ſibi penſat ad A. B. Marcas pecuniæ, & totidem damni: Iudicialiter reſponſurus.

ARTICVLVS IX.

De Kmetonum variis delictis, & de Regno profugis.

kmeto vel aliquis alius in ſylua aliena ligna excidens deprehenſus. Lex I.

Quam vide infra Libro 3. Capitulo 11. Artic. 3. de ſyluarū exciſoribus.

Kazimirus Magnus.

Incendiarij domorū, horreorū, & ſyluarum, ſi ad Ciuitates, uel Templa, ſeu Cænobia Monachorū, pro tutela confugierint: extra forum ipſorū trahantur, & Iure Polonico (Caſtrenſi) plectantur. Lex ij.

Quā vide ſupra de Capit. Cap. 12. Art. 9. & iterū Li. 3. Ca. 11. Art. 2. de Incēdiar.

Alber. Petr. 1496.

Quæ pœna irrogatur kmetoni, ſi ſal externum apud eum reperiatur. Lex iij. 102

Quam vide Lib. 2. Cap. 2. Art. 2. contra eos qui ſale extraneo vtuntur.

Kazimirus Viſliciæ.

kmetones ſi violentiā, vel ſpolia, vel furta cōmittant. Quodq́ uicini requiſiti ad inſequendū furē pro auxilio, ſi illū inſequi noluerint, ad ſolutionē furti cōdemnenť. Lex iiij.

Quam Libro Tercio Capitulo duodecimo vide.

Albertus Petricouiæ.

Saluus cōductus Nobilib. & Plebeis etiam de Regno profugis a Rege dandus eſt: Quodq́ ſaluū conductū PVBLICARI oporteat: Attamē CAPITANEI locorū ſaluos cōductus Terrigenarū Ciuib. Oppidanis, Seruis, aut Kmetonib. nō dabūt: ſed unicuiq́ cōquerēti patrociniū Iuris debeť. Lex v.

Alex. in Rad. 1505

Quæ Libro 3. Capitulo 13. de Treugis videatur.

CAPITVLVM XVIII.

De Seruis.

PRAEFATIO.

Alijs libertas, ſeruitus alijs utilis eſt.

Si natura, quin potius naturæ autor Deus, alios liberos, alios ſeruos fecit: certe iis qui ad libertatē facti ſunt vtile eſt liberos eſſe, contra iis qui ad ſeruiendum

procreati ſunt,

procreati ſunt, omnino expedit alienæ ſubeſſe poteſtati. Et ſi autẽ ipſa natura in hac præſenti ipſius corruptiõe aliis ſit mater, aliis nouerca: Ipſa tamẽ neque ita perpetuo ſui ſimilia gignit, quin tempore degenerent, & ſint filii Heroum noxę: neque e cõtrario aliis ita maligna eſt, vt cura atq; diligentia corrigi nequeat, & fiat ex Rhetore Conſul: Quocirca neq; præſenti libertate quemquã efferri, neq; dura ſeruitute deiici, ſed potius moderate vtramq; ſortem ferre oportet: quoad ipſe naturæ parens, in morẽ ſupputatoris, quẽ calculorũ velit, extollat, vel deiiciat, & ſi ille velit, nulle, vel vnum, aut etiã nihil repræſentare iubeat. Sed ne erretur in vocis multiplici ſignificatu, ſeruũ hic intelligimus, non illũ qui captus eſt in bello, neque eum qui ſe venundauit, neq; illum qui voluptatibus aut peccato turpiter ſeruiat, aut etiam operi alicui perpetuo ſeſe addixit: ſed eum qui cũ eſſet liber, ſponte ſeſe, idque ad certum tẽpus tantũ, dedidit alienæ poteſtati, precii participandi gratia, qui quidem inter poſſeſsiões, theſauros, aliaque inſtrumenta fœlicis vitæ, eſt primus, ſi ſit bonus: ſin minus, contra. Cum aũt in ſeruilibus ingeniis difficile ſit inuenire temperiẽ, velocitas enim illorũ procurrit in facinus, ſegnities figurã benignitatis imitatur, & quantũ ab agilitate recedit, tantũ aliena eſt a ſcelere. Certe ille ſeruus ad opus faciendũ idoneus erit, qui neque ſegnis, ac timidus: neque nimiũ celer, ac fortis ſit: vtraque enim illorũ extrema in vicio ſunt. Nam ii imperiũ non ferunt, illi bene ferre nequeunt. Quãobrem qui medii inter hos ſunt, præpoſiti ac ſubditi, ad omne opus militare & domeſticum, Ciuile & Ruſticum, cõſtituentur. Et eos quidem qui ſubſint ac imperata faciãt, rudiores, iuniores, vilioreſque: illos vero qui præfuturi ſint, ſeniores, honoratioreſque, ac literatos eſſe oportet, vt habeant quo illis præſtent, & inter cõſeruos ſuam tueantur dignitatẽ. Vtriſque aũt, licet pro ratione perſonarum non æqua, tria tamen cõmuniter debentur a Domino, opus, cibus, pręmiũ aut pœna: Opus enim ſine cibo ac præmio violenta res eſt: Porro cibus ac præmium ſine opera, ſeruis quidem inſolentiã, Dominis vero interitũ pariunt. Itaq; primũ ſeruis ſua proponantur exercitia, & operæ: Vt vero cibus & pręmium tanquã ſeruitutis autoramenta, aut alioqui pœna ceſſatoribus certa ſit, Dominus curet. Viciatur enim hæc æconomiæ harmonia, ſi qua parte contra fit. Et quia infima ſit conditio fortunaq; ſeruorum, his ſane vtendum eſt, vt ait Cicero, vt mercenariis ad operam exigendã, & iuſta præſtanda: danda tamen opera eſt, vt ne Dominus ſemper rigidum ſe oſtendat ſeruis, modo ne comitate illos corrumpat, nimiaque indulgẽtia ex miniſtris faciat Dominos: Aurea mediocritas in eo ſeruabitur, ſi Dominus patremfamilias ſe, ſeruos vero familiares nucupabit: item ſi honeſtiores donis, conuictu, aliiſque beneuolentiæ teſtimoniis, pro ratiõe meritorũ, ſibi deuinciat: Sic, hos quidem cõtumelia deditionis exonerabit. Inferiores vero vt pluris faciant ipſos præfectos, docebit. Prætereaq; ad par decus extimulabit: atque ita vtriſque ſenſum ſeruitutis liberalibus Officiis eximens, ſeruos in opere, amicos in fide, vtroſque aũt poſsidebit cõcordes. Quos etiã ad operas acuet, ſi ſæpe quid faciant videat, & ſi aliquãdo abfuerit, ſe viſurum breui polliceatur. Si vero iniuſſu Heri delinquunt, ac pœnæ deduntur, ad frugem redeunt, ſimulque audaciam reprimunt aliorũ a peccãdo. Sed tamẽ quid de vtriſq; legiſlatores noſtri ſenſerint & quibus legibus vtroſq; colligarint, ex infraſcriptis apparet Conſtitutiõibus.

Generoſiſsimi degenerant & econtra.

Libertatem & ſeruitutem moderate ferre decet.

Quo ſenſu hic ſeruus accipiendus eſt.

Serui inſtrumẽta fœlicis uitæ.

Ingenia ſeruor. uaria.

Qui ſerui optimi.

Serui qui præeſſe, uel ſubeſſe debent, quales ſint.

Tria debentur ſeruis opus, cibus, & præmium uel pœna.

Qualem Dominũ eſſe oportet erga ſeruos.

Qua ratione ad opus ſerui extimulantur, & ad frugẽ redeũt.

ARTICVLVS I.

Filii Kmetonũ ſi plures ſint, ad ſeruitia ſub literis teſtimonialibus mittãtur: Serui decem ſeptimanis ante bellicã expeditionẽ recedant: quiſque citatus reſpondere debet nõ referendo ſe ad præceptorem nominatũ: Et ſi quis alium euincat: pro famulo homicida Dñs in contentiõe adiutus reſpondeat: complices homicidii ſe expurgent: & quid cum Dño faciendum, ſi Seruitor domus inuaſor fugierit: Dominus tamen pro ſeruo Golotha ſatisfaciat: pro ſeruo vero inuaſore domus fugitiuo ſe expurget: pro leuioribus aũt iniuriis & damnis Iuſticiã de ſeruis

faciat impoſſeſsionatis: poſſeſsionati vero Iure cōueniantur: Serui ſponſione fidei obligantur: Capitanei literas publice fidei Seruis cōtra Dños ne dent: Serui in Ciuitatibus non horatim, ſed annuatim cōueniantur: Vagi ſine ſeruitio vbique capiantur: Serui illiberi ac fugientes retinendi, in Curiaque Regia manifeſtandi, ac reſtituendi ſunt: Sed Serui alieni non captiuentur: paſtor ouium ne oues perdat: Seruitores Kmetonū in triplici foro repetuntur: Serui furē inſequantur: Seruitor culpatus metſextus ſe expurgat: miſer vero operarius ad Ius Spirituale pertineat.

Iohannes Albertus. Filij kmetonū, ſi plures fuerint, ad ſeruitia, & præſertim ad ſtudia literarū, ſeu artificiorū, ſub literis teſtimonialibus Capitanei ſeu ſui Dñi mittātur. Alioqui ſi unus filius ſit, uel huius uiolator Statuti, undecumque extradatur. Lex I.

Quā vide ſupra Lib. 1. Cap. 17. Art. 6. de filiis ac filiab. & Viduis Kmeton.

Alex. Rad. 1505. Sed decē ſeptimanis ante bellicā expeditionē ueniā abeundi petāt Serui, alioqui ſunt infames. Lex ij.

Quæ Libro 6. Capitulo 1. de re Militari videatur.

Kazimirus Viſliciæ. Quiſq; citatus reſpōdere debet, nō referendo ſe ad præceptorē nominatū, cuius iuſſu id fecerit, neque etiam Priuilegijs ſe defendat. Lex iij. 13.

Quam Libro 4. Capit. 16. de exceptionibus Artic. 4. vide.

Et tamen ſi quis citatū euincat in aliquo crimine, pro illo reſpōdebit: alias Principalis nō liberat. Lex iiij.

Quæ ibidem videatur Cap. 16. de exceptionibus Articulo 4.

Ex conſuetudin. Quod ſi coadiutores citati per principalem nō intercederētur. Lex V. 123

Quæ Libro quarto Capitulo ſextodecimo videatur.

Nihilominus famuli in contentiōe dominum iuuantes non ſunt culpandi. Lex vi.

Quę ſupra Cap. 15. Art. 5. & 6. de vulnerib. & homicidiis Nobiliū videatur.

Kazimirus Viſliciæ. Porro cōplices homicidij accuſati per probos & idoneos Teſtes, de homicidio, & uulneribus teneātur ſe expurgare, alias in expurgatiōe ſui deficientes, puniētur. Lex vij. 22.

Quæ ibidem Capitulo 15. Articulo 5. videatur.

Sigiſm. Crac. 1543. Quodq; dominus culpādus ſit ſi famulus Dominum iuuans in contentiōe aliquē occiderit. Lex viij.

Quæ Libro 1. Capitulo 15. Articulo 6. videatur.

Iohannes Albertus. Si tamē dominus citatur pro inuaſiōe

domeſtica per

domeſtica per Seruum factã: Et ſi Dñs culpatur pro ipſo ſeruitore domus uiolatore, qui profugit. Itẽ ſi ſeruitor domus uiolator fugierit, quid ſit cum Domino faciendum. Lex ix.

Quæ ſupra Capitulo 12. Artic. 10. de inuaſione domeſtica uideatur.

Dominus pro damno per ſeruũ Golotham illato ſatisfaciat. Lex x.

28. Itẽ ſi famulus alicuius dictus Golotha, aut alias Oblomek, uicino Domini ſui, aut alicui alŋ damnum intulerit, aut iniuriatus fuerit, Dominus ipſius pro ipſo ſatisfacere teneatur. *Kazim. Viſl. 1368.*

Quomodo aũt contra ſeruos poſſeſſionatos, uel impoſſeſſionatos, inuaſiõis domeſticæ, necis, aut uulnerum, aliorumue criminũ, uel damnorum, in frugibus, pratiſque reos ſit procedendum. Lex xi.

Sigiſm. Crac. 1532.

Crebro iam experti, Conſtitutionẽ ſeu decretũ, quod Oſtrogi nomine inſcribitur, ſubditorũ noſtrorũ rationes grauare, ne deinceps querelis & offenſionibus mutuis aliqua ſubſit occaſio, & ut per æque diuiti ac pauperi Iuſticia miniſtretur: Statuimus, ut ſi quiſpiã aliquem Dñorũ uel Nobilium ſubditorũ noſtrorũ citauerit, quod ſcitu, mãdato, & uoluntate ſua, quidpiam per Seruos, miniſtroſq́ eius, ad iniuriã ſibi factũ fuerit, Dominus ſeu Nobilis Iuſticiã cum eiuſmodi Seruis ſuis miniſtrare tenebitur: cũ apud eum fuerint arreſtati per Miniſterialẽ & Nobiles: In defectu uero Iuſticiæ, is ipſe Nobilis ſeu Dñs citatus pro his duntaxat reſpondere, & ſe purgare debebit, Quæ attinent uiolentiam domus & perſonæ inuaſionẽ, uel Nobilis alicuius necem, ſeu uulnerationem iuxta tenorem Statuti per Regem Albertũ ſuper hac re conditi. De alŋs uero iniurŋs, ut puta de percuſſione aut uulneratiõe Plebei alicuius, Item de ſeminum uel frugũ in agris, & graminũ in pratis conturbatione, conculcatiõe, depaſtione, & alŋs id genus minoris momenti cõmiſsis, Si alter alterũ in hunc modũ citauerit, quod ſcitu, mandato, & uoluntate illius aliqua iſtiuſmodi iniuria per unũ, uel plures Seruos non poſſeſſionatos affectus fuerit: Statuimus, ut qui iniuriã paſſus fuerit, Iuſticiã ſibi miniſtrari a Serui uel pluriũ Seruorũ Domino poſtulare: Dominus uero Seruorũ illam miniſtrare tenetur: ſi arreſtati Serui apud Dominũ ſuum per Nobiles & Miniſterialẽ Terreſtrem fuerint. Quod ſi uero inculpati de crimine unus uel plures cuiuſpiã Domini Serui fuerint poſſeſſionati: illos Actor iniuriã paſſus, & nõ Dñm illorum de cõmiſſo crimine in Iudicio & foro cõpetenti conueniet.

Dimidium eius ſtatuti cap. 12. art. 10. de Inuaſione domus eſt poſitum: reliqua etiam medietas ſuis locis accommodabitur.

Qui ſerui, prætereaq́ aliæ pſonæ poſſunt ſponſione fidei, a Rege, uel ab alio, obligari. Lex xiŋ.

Sigiſm. Crac. 1540 Idem libr. 1. capit. 2. art. 9. de Iudicijs Regijs &c. & alibi.

Ita poſtulantibus ſubditorũ noſtrorũ ratiõibus, decreuimus, ut nullus Nobilis noſter ſponſione fidei per nos obſtringatur, niſi Iure uictus: ſecus erit in exercitio rei Militaris, & ubi nobis uel alicui ſubditorum noſtrorum actio interuenerit cũ ſeruitore, factore, adminiſtratore, aut ſubdito ſuo. Et ubi Reip. cauſa aliquid ſit contra queuis agendum.

Capitan. locorũ ſaluos cõductus Terrigenarum Ciuibus, Oppidanis, Seruis, aut Kmetonibus non dabũt cõtra Dominos, illorumue ſubditos: præterquã inter ipſos Ciues: Sed unicuiq; cõquerenti patrociniũ Iuris debet. Lex xiij.

Quam vide Libro 3. Capitulo 13. de Treugis pacis.

Albertus.

Serui non horatim, nec dietim, neq; ſeptimanatim, ſed annuatim in Ciuitatibus cõueniantur. Lex xiiij. 99.

Quæ ſupra Capitulo 16. de Ciuitatibus videatur.

Sigiſm. Petr. 1523.

Porro vagi intra triduũ ſine ſeruitio in Ciuitatibus manentes, per Ciuile, uel per illorũ bonorũ ad quę diuertunt Officium captiuentur ad laborandum. Lex xv.

Quæ ſupra Cap. 16. de Ciuitatib. & Cap. 17. Art. 7. de Vagis videatur.

Sed quicũq; Terrigena ſeruos illiberos ac fugieñ. retinet, neq; eos in Curia Regis uiciniori manifeſtat, ei cuius ſunt cũ pœna xv. reſtituit. Lex xvi.

Iagello Cracouiæ & Vartæ 1423.

In Lege Imperiali cõtinetur, quod Serui illiberi, aut ancillæ, non poſſunt, nec ualeant de manibus Dñorum ſuorum liberari, niſi per eoſdẽ fuerint manumiſſi & libertate donati. Sed quia multotiens tales illiberi manus ſuorũ Dñorum ſubterfugientes, & euadere uolentes, apud alienos Terrigenas & uicinos latitãt & obſeruãtur: Et ſic tali modo Dominos ſuos poſtponentes & euadẽtes, ad propria (non) reuertuntur: Ex quorũ fuga Domini non modica damna percipiũt, ac ſi hereditatẽ perderent: cum Seruos illiberos Dñs ubi uult locare poteſt, acquirendo hæreditatẽ nouam per ipſos erigendã. Vnde ſi apud aliquẽ tales de cætero latitabunt, aut ſeruabũtur: Idem debet eoſdem retinere, & in Curia proximiori Domini Regis proteſtari. Quod tales habet retentos & ſeruat. Quod ſi ille facere omiſerit, & Dñs ſeruorũ per teſtes approbauerit contra ipſum illiberum Domino, cuius fuerit, ſoluere tenebitur, cum pœna pyathnadzyeſta. 47.

Quod ſi qs alienũ ſeruũ captiu. L. xvij

Quæ Libro 3. Capitulo 11. Artic. 5. de Termino facionato videatur.

De paſtore Ouium. Lex xviij.

Quam vide Libro tercio Capitulo 11. Articulo 5.

Filij, famu-

Filij, famuli, ac ſeruitores kmeton. ſine arreſtatione in Terreſtri, Actorum poſitione, uel Caſtreñ. Iudicijs repetuntur. Lex xix.

Quam vide Capitulo 17. de Kmetonibus Articulo 8.

Si Serui furem inſequi nollẽt, aut inſequenti infamiam obijciãt, infames ſunt habendi. Lex xx. Kazimirus Viſliciæ.

Quæ Libro 3. Capitulo 12. Articulo 4. videatur de furtis.

Quod ſi Vladarius ſeu familiaris de aliquibus rebus ablatis culpãtur, cũ ſex teſtib. ſe expurgãt. Lex xxi. Kazimirus Viſliciæ.

Quæ Libro 3. Capitulo 12. Articulo 4. de furtis videatur

Ad Ius Spirit. miſer opari⁹ ptin. L. 22. Sigism. Crac. 1543.

Quæ Capitulo 4. Artic. 8. de cauſis fori Spiritualis videatur.

CAPITVLVM XIX.

De Vagis, ac Philiſtæis.

COMMENTARIVS.

QVando quidem Reſpub. aliter ſtare nequit, niſi vt quiſque certo generi vitæ ſit addictus: Iure igitur noſtro Ciuili, Vagi ſunt ſerui omniũ ad quorum bona ſeu Iuriſdictionẽ perueniunt, ne ſcilicet hinc inde vagantes, pacificis hominibus inſidientur, & velut morbi hæc vel illa Reipub. membra infeſtent, quæ iuuare ſuo itidem labore ac induſtria debebant. Ac proinde Leges de Vagis, velut Reipub. morbis, curandis, atque corrigendis æditas, vide ſupra Libro 1. Capitulo 12. Artic. 18. de Officio ac poteſtate Capitaneorũ in Vagos, & prufugos: Item Capitulo 16. Articulo 6. & 7. de Ciuitatibus: Item Capit. 17. de Kmetonibus Articulo 6. 7. 9. Item Libro 3. Capit. 1. Artic. 1. de Nobilium fundis. Quod ſi Leges noſtræ tantopere animaduertunt in Vagos & ocioſos homines gentis noſtræ, etiam ſi ii vel bellicis vel domeſticis vſibus ſeſe interdũ accõmodant: multo magis in Philiſtinos, Cyganos apud nos vocitatos, ex inſtituto vitę vagos ac errones animaduertere debuerãt: ne videlicet tanta impunitate quocun ꝑ diuertunt furentur, hominibus ſimplicibus dolis atq; omnibus præſtigiis imponant, & victum qui tantũ operariis debetur ementiantur, ac præripiant, ſępe etiã vi prædentur: ne ſcilicet illud Satyrici Poetę in leges noſtras, quadret.

Vagi omnium ſunt ſerui.

Vagi Reipublicæ ſunt morbi.

Philiſtini quoq; eßent alicui in Republica operi addicendi.

Dat ueniam coruis uexat cenſura columbas.

Aut illud Dauidis, quod abſit, videbas furem currebas cum illo, & cũ adulteris ponebas portionem tuã: Quam notam vt effugiamus, omnino iſti ipſi circulatores ac circũſcriptores cõpedibus eſſent ad opus aliquod ruſticũ, vel mechanicum, aut publicũ alligandi: ne in Repub. noſtra potiore ſint conditiõe externi quã indigenæ, Philiſtini quã Poloni, & impunitas noſtros quoq; operarios ad ſocietatem illorum amplius etiã ſolicitet. Nam quod ſe conditiõe neſcio cuius pænitentiæ ex profeſſo vagari aſſerunt, plane mentiuntur, & quã veterem Adamum exuerint, in fidemq; mediatoris Chriſti ſint erecti, prætereaq; ad bona opera regenerati, vel Talpæ vident: vt hoc obiter attingam, pænitentię rationẽ non pugnare cum Po-

Philiſtini falſo pœnitentiam ob erratiõibus ſuis prætexunt.

gnare cum Politicis vitæ Officiis, ſed in illis maxime exerceri: ſi quidem & primi parentes noſtri mox poſt acceptum Euangeliũ de ſemine muliebri caput ſerpentis contrituri, Adam quidem ad operandũ terram in ſudore vultus ſui: Aeua vero ad pariendos liberos in dolore, ex præcepto Dei ab Cherubin gladio pulſi abierunt: ita vt Philiſtęos hic pretextus excuſare nequeat, quin alicui generi vitæ addicantur, ſocietateſq; hominũ labore ſuo iuuent, a turbandis autem illis omnino abſtineant.

CAPITVLVM XX.

De Mendicis.

PRAEFATIO.

Hoſpitalia ſanctiſſimo conſilio ſunt inſtituta.

QVia nullus mortalium in eo fœlicitatis gradu conſtitit, quin ſi arbiter noſtræ vitæ velit, redigatur ad bacillum & manticã: ac ſit inops Irus, qui modo Cręſus erat: Idcirco nihil humanius, nihil vtilius, nihil denique ſanctius in Republ. conſtitui poterat, quã Xenodochia, Prochotrophia, Gerontotrophia, Noſotrophia, Orphanotrophia, ac Brephetrophia, & id genus alia loca pietatis ſunt inſtituta: in quæ quidem, velut ex pelago ſæuientis fortunæ in portum, peregrini, pauperes, ſenes, ægroti, orphani, & infantes expoſiti, pretereaque furioſi, dementes, leproſi, contagioſi, perpetuiſque morbis obnoxii, & ſi quæ ſunt aliæ miſerabiles in Republ. perſonæ reciperentur: neque enim ſacrificia, ſed miſericordiã vult Dominus: quã quia amici Iobo, diues aũt Lazaro non præſtiterũt, horrendo exemplo ſunt damnati: quin & Chriſtus Ieſus, qui etiamnum in perſonis verorum pauperum peregrinatur, alget, eſurit, ſitit, & tenetur captiuus, ipſe ſibi eſſe bene, vel male factum in die tremendi Iudicii recogniturus eſt. Quod quidem cum ita ſit, certe mirum videri debet, quod in noſtra gente (humanitatis alioqui nomine vbique cõmendata) inhumanitas ea eſſe cernitur, quoniã illud omne genus inopum ad certas domos, quarũ plurime ſunt, non recipitur, vel ſaltem per Magiſtratus non cogitur: ſed partim vicatim & oſtiatim mendicãtes cernas, partim in fimo & luto vlceribus plenos, non raro etiam validos iacere, & clamoribus prætereuntes diſcruciare videas, & audias: cum & veris tantũ ac indigenis pauperibus illud beneficium maxime impendendũ erat, & curati, vel validi ad aliquod opus pœnis etiã erant adigendi: vtq; ex illorũ grege omni petenti dandũ eſt, ita peſſime facit, qui pietate ſua falſis pauperibus ad ignauiam primus occaſionem porrigit: vtilius enim eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus cõmunia vitæ Officia deſerat, quã eidem frangitur, vt ſeductus aliis oneri eſſe incipiat. Inferendi itaque eſſent in eã rem oculi Epiſcoporũ, & Magiſtratuũ, ac omnes veri & indigenæ pauperes in domos eſſent recipiendi, veſtiendi, paſcendi, potandi, & viſitandi: cõtra ſuppoſiticii & alienigenæ (niſi pro his cauſa iuſta ſubſit) pellendi, & operibus mancipandi: Caput aũt eius reformatiõis eſſet ſi Magiſtri Hoſpitalium & domeſticos ſæpe luſtrarent, ac diſtinguerent: & de vicis vere ægrotos ad Hoſpitalia cõpellerent, Planos aũt illos hominibus illudentes foras pellerent: Et ſi præterea hebdomadatim rationẽ eleemoſinæ facerent Parochis: tanta ſcilicet impietas eſt carnem deſpicere noſtrã in fratribus, vt pauperes neglexiſſe, ſit occidiſſe: illis etiã aliquid ſubtraxiſſe, ſacrilegii inſtar eſſe cenſeatur. Ne ergo ipſimet Magiſtri ac ſeniores Epulonẽ, vel Iudã imitentur caueãt: alter enim iſtorũ ob Lazarũ neglectũ poſt mortẽ ſepultus eſt in inferno, alter vero ob furta eleemoſinę, Chriſtumq; proditũ ſuſpẽſus crepuit medius.

Chriſto in perſona uerorum pauperum benefacimus, uel nõ.

Mendici ueri eſſent in hoſpitalia recipiendi, errones autem pellendi.

Magiſtrorum hoſpitalium Officia.

Mendici qua

Mēdici qua ratiōe in Ciuitat. & Villis fouēdi ac diſtinguendi ſint. Lex I.

Iohan. Albertus Petricouiæ 1 4 9 6.

Item cum uiderētur in hoc inclyto Regno noſtro mendicantes laici &
103 fœminæ in tanta multitudine eſſe, ut dari nō poſsit Regnum, Iudicio eorū qui multas orbis partes peragrarūt, frequentiā continens mendicantiū tantā: inter quos plures cōſtat laicos & fœminas bonarū uiriū eſſe, poſſeq́ꝫ cōpetenter manuū labore uictū quęrere, dummodo illos & illas lex ſuper id ſtringeret, nō uoluntas, per quā, ſeu ut uerius loquamur, deſidiam quandā, ut primū in eis barbæ a mento dependēt, & cani uiderētur pili, poſtpoſitis domicilijs in eleemoſinarū ſuffragijs, ac impetratiōibus reſiduū uitæ ponunt, ſcandala nonnunquā cōmittentes, nōnunquā uero ubi prece nō impetrant dolis obtinēt. ¶ Quapropter inſtar legū optimarū municipaliū in plærisq́ꝫ Chriſtianis dominijs ſanctitarū, Statuimus, ut in Ciuitatibus, Oppidis, & Villis Regni noſtri, non plures mendici habeātur, quā quot cōmunitates, & Domini locorū decernāt habendos: quibus in locis Ciuitatibus & Oppidis Cōſulatus pro tēpore exiſtens, in Villis uero Plebani, ſub quorū Parochijs Villę conſiſtunt, & locorū Domini ſigna imponāt: ſub illis ad deſignandū numerum eorum quos habēdos duxerint mendicaturos.

In Ciuitatibus & Villis ſub certo numero mendici habendi ſub ſigno Plebanorū aut Conſulum mendicaturi, de eodē fol. 119

¶ Qui uero abſq́ꝫ ſignis reperientur, decernimus ad ſeruitia capiēdos, aut in manus Capitaneorū noſtrorū tradendos, a quibus illos pro laboribus Caſtrorū noſtrorū Turcis & Tartaris cōmetaneorū, foſſatarumq́ꝫ ſucceſsiue recepturi ſumus. ¶ Poterint tamē & ualeant Dñi locorum, his quos emeritos, ac ad nulla Iuris Officia ualentes cognouerint, ſuas ad peregrinandū teſtimonial. literas cōcedere: ſub quarū emunitate etiā ſigna nō habētes admitti debeāt, ubiq́ꝫ eleemoſinas petituri.

Abſq́ꝫ ſignis mēdicantes captiuentur ad labores caſtrorū, huius mentio libr. 6. capit. 1. de re Militari.

Domini locorū mendicaturis literas dabūt, de quo etiam lib. 3. capitul. 1. articul. 6. fit mentio.

CAPITVLVM XXI.

De Iudæis.

PRAEFATIO.

TAmetſi vniuerſæ creaturæ de ſumma Dei prouidentia teſtificētur abunde, Iudaicus tamē populus ſingularem curā illius de genere humano declarat: Namque ſummæ beneuolentiæ, ac furoris ſui argumēta, in hac fere vna gente Dominus edidit, & omnibus gentibus ſeculorū omnium fecit teſtata. Si quidē de Iudæis dicit Eſai. 5. Vinea Domini exercituū domus Iſrael eſt, & vir Iehuda plantatio delectationū eius: teſteturque alibi Dñs per Prophetas ſollicitudinem ſuam de illa, inquiens, etiā ſi mater obliuiſcatur infantis ſui, aut virgo ornamentorum ſuorum, aut ſponſus ſponſæ ſuæ: ſe tamen non obliturū eſſe Iſraelis: Sed quid ergo eſt, quod hæc Vinea tantopere ſit deſolata, iſtique filii, ac etiam ſponſæ, ſint nūc

In Iudaico populo ſingularis Dei prouidentia apparet.

Cauſæ beneuolentiæ Dei erga Iudæos ac iræ.

ſæ,ſint nunc in cõſpectu Domini pro ſpuriis,ac pro repudiatis. Expectauit quippe Dominus, vt faceret vuas. & ecce labruſcas: expectauit Iudiciũ, & ecce oppreſsio: expectauit Iuſticiam,& ecce clamor: dereliquerunt enim Deum Sabaoth, & ſecuti ſunt deos alienos: a planta pedis vſque ad verticem capitis, nõ fuit in eo ſanitas: Prophetæ prophetauerũt mendacium, Sacerdotes applaudebant manibus,populus aũt ſecutus eſt illos: Sacerdotes nõ dixerunt, vbi eſt Dominus: & qui tenebant Legem non cognouerũt Deum,ſed & paſtores præuaricati ſunt in illum,& Prophetæ vaticinati ſunt in Baal,& ſecuti ſunt ea quæ nihil prodeſſe potuerunt. Quia Reges, Principes, Sacerdotes atque Prophetæ eorũ dicebant ligno pater meus es tu:& lapidi tu me genuiſti,atque ſic iuxta numerũ Ciuitatũ fuerunt dii Iehuda, vt dicit Ieremias. Corruit itaque Ieruſalem, & Iehuda cecidit: eo quod lingua atque conatus eorum fuerint contra Dominũ, vt exacerbarent oculos Maieſtatis eius: peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerũt, & nõ cælauerunt: Ita iniquitates diuiſionẽ fecerũt inter illos & Deum Sabaoth: peccataque illorum abſconderunt faciem eius,vt non exaudiat. Quin etiam poſteaquam nulla ſpes correctionis in illis ſuperfuit, miſit Dominus (inter alios) Prophetam ſuum Eſai. ad eos dicens,vade,& dic ad populum iſtum,audiendo audite, & ne intelligatis: & videndo videte, & ne ſciatis: Obſtina cor populi huius, & aggraua aures eius,atque oculos eius obline, ne forte videat oculis ſuis, & audiat auribus ſuis, & cor eius intelligat, & ſi conuerteretur ſanatio fiat ei: idque donec deuaſtatæ fuerint Ciuitates,& fuerint abſque habitatore, & domus abſq; homine, & Terra redigatur in ſolitudinẽ. Non ſolum quippe miſera gens maledicta legis in ſe tot præuaricationibus accerſiuit,de quibus omnes Prophetę clamant, verum etiam Meſsiã Ieſum primis parentibus ſtatim poſt peccatũ nomine ſeminis muliebris,deinde Abrahæ,ac Dauidi,illique promiſſum,cũ omnibus beneficiis ſui Euangelii repudiauit, ac poſtremo immaniſsime crucifixit: propter quod extremo fere ſupplicio, quaſi ad petram alliſa,ac in exemplũ ineffabilis gratiæ, ac horendæ iræ per omnes gentes diſperſa eſt. Cum aũt tot calamitatibus exilii ac ſeruitutis admoneri debuit, vt rediret ad cor: legiſque maledictis oppreſſa ex gratia Iuſticiã expeteret: etiãnum fremit aduerſus Dominũ, & aduerſum Chriſtum eius: cum ipſe ſit filius Dei,in Zion prædicans pręceptũ Domini: quem quidẽ filium,quia ſuſcipere ac oſculari noluit,dedit ei Dominus nos omnes gentes in hæreditatẽ, & terminos Terræ in poſſeſsionem: ita Chriſtus in offendiculum Iudæis,in lucem aũt nobis gentibus datus eſt: vt iam non tantum notus ſit Dominus in anguſtiis Iudęæ, verum magnum ſit eius nomen in gentibus, ab ortuque Solis vſque ad occaſum laudabile ſit nomen Domini, & omnis lingua confiteatur Deum patrem,& quẽ ille miſit Ieſum Chriſtum,nouæ,& quę ſurſum eſt cœleſtis Ieruſalem,ex viuis lapidibus architectũ: peccatique ex lege, ac gehennæ ex maledicto,pro nobis triumphatorẽ,ac Dñm: ita,vt iam neq; lex accuſans,neque peccatũ condemnans,neque mors abſorbens nobis dominetur: ſed per Euangelium in ſpem vitæ eternæ erecti,gratias agamus ei qui nos de poteſtate tenebrarũ redemit,aſſeruitq; in filios Dei ac Regni cœleſtis hæredes: nõ ex meritis noſtris,quæ nulla ſunt: ſed ex miſericordia ſua, cuius non eſt numerus: nõ ex operibus, inquam, quæ fecimus nos,ſed gratis ex fide in ipſum Chriſtum mediatorem Dei & hominum,qui iuſtificat nos: & qui,vt dicit Eſai. reputatus eſt cõtemptus, cæſus, mukkeh elohim.i. percuſſus Deus, atque adflictus: Ipſe vero vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus propter ſcelera noſtra, ſuper quo Dominus poſuit omnes iniquitates noſtras, qui etiam expers omnis doli quaſi pecus ad occiſionem ductus eſt,& quaſi ouis ante tonſorem ſuũ non aperuit os ſuum, quin etiã pro iniquis (crucifixoribus ſui) rogauit. Itaque Chriſtus Ieſus poſtquã Iſrael cæcus offendit, inuentus eſt ab his gentibus qui illum non quæſierunt, & qui populus eius non erat, factus eſt populus ipſius miſericordiam conſecutus. Quo circa,pro eo,quod Prophetarũ oracula & Apoſtolorum ocu-

Chriſtus lapis offenſionis Iudæis, ſalus autem gentibus.

Eſaiæ teſtimonia de paſsione Chriſti. Ita Petrus Galatinus tranſtulit lib. 8. cap. 14. de arcanis veritatis ac fidei catholicæ diſputans contra Iudæos.

lorum oculata teſtimonia a Iudæis accepimus: hoc tempore illorum patrũ protrimentis,ac iam omnium gentiũ ſeruis,viciſsim dicimus: Venite,& aſcendamus in montem Domini,in domum Dei Iacob,& inſtruet nos de viis ſuis: quoniã de Zion exiuit Lex,& verbum Domini de Ieruſalem: domus Iacob venite, & ambulabimus in luce Domini Dei veſtri: neque tamẽ volunt nobis duces eſſe, neque comites: vt ſcilicet omnis ſanguis veniat ſuper illos, & ſint inexcuſabiles, quia cum luximus,non planxerunt nobiſcum: neque cum cecinimus illis,ſaltauerunt: ſed odio maligno Chriſti faſcinati videntes nõ vident, audientes nõ audiunt,aggrauatumque cor gerũt,ne intelligant,& ſanentur. Quia vero hæc bruta ſanguine Abrahæ,& legis poſſeſsione gloriãtur inſolentiſsime: habeant ſane quo ſe præferant nobis, ſi Dñs Deus antequã fuit Abraham ad Abel non reſpexit: ſi Enos non inuocauit nomen Domini: ſi Henoch non tulit Dominus: ſi Noe non inuenit gratiam corã Domino: ſi Lot non excepit Angelos hoſpicio: ſi Iethro Sacerdos Madian, ſocer aũt Moyſi non obtulit holocauſta Domino ſuper liberatione Iſrael: ſi Rahab non agnouit Deum Iſraelis ſuum eſſe Deum: ſi Dauid Ruth Mohabitidis non fuit pronepos: & ſi Iobis ſanctimoniã non ipſemet Deus corã Satana prædicauit: Si Niniuitis quoque conuerſis non eſt miſertus Dominus: ſi denique Malkizedek non fuit Sacerdos Dei altiſsimi, a quo Abraham etiã accepit benedictionẽ: & ſi præter ea ipſe Abraham non in præpucio inuenit gratiã: & ſi non iam ex nobis gentibus,quaſi ex lapidibus, Dominus fecit ipſius Abrahæ filios, vt idem vere pater multarum gentium ſit,atq; fore dicebatur. Qui enim ex promiſsione atq; ex fide Chriſti ſunt, ii tantum proprie in ſemine Abrahæ cenſeri debent: ſucceſsio enim beneficium promiſsiõis eſt,non ſanguinis: alioqui Iſmael in filiis Abrahæ,& Eſau in filiis Iſaaci propter circumciſionẽ reputandi erant: Nũc autẽ in Iſaac & Iacob reſedit benedictio, Iſmaele & Eſau reiectis: vt planum ſit Iudęos quoque a promiſsiõibus excidiſſe ob perfidiam,quoad Deus miſereatur illis,eos reſuſcitet,& ouili ſuo aggreget,ne in tam clara luce beneficiorũ Chriſti caligent. CIRCVMCISIO ſi quidẽ, Iuſticiæ illius quæ Abrahæ cõtigit ex fide erat ſignaculum: vt ſcilicet vnus Abraham pater eſſet præpucii & circumciſiõis. Quod ſi circumciſio fide Chriſti caret,ſignũ eſt,ſine re: vt Hedera ſuſpenſa vino ſublato. Iam etiã vniuerſa LEGIS SACRIFICIA Sacerdotio Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedeci inſtituto, vt vmbræ veritati,ceſſerunt: partem quoque Legis MORALIS,& ſi naturæ noſtræ,niſi eſſet corrupta,inſit,teſtimonio tamẽ Chriſti Iohã. 7. nemo fecit. IVDICIALIS aũt pars Legis arbitrio Regum & gentilium legum cõmutata eſt: ita vt Iudæi legem habentes,viuant extra legem: & tamen ex illa iuſticiam ſectantes, ad Iuſticiam nõ perueniunt: quod enim illam factis non præſtãt,ad cõdemnationem ſui,ipſam iactant: vt ſi fures funem,quo pendeant,ſuperbiſsime oſtentent. Quorum poſtremũ ſi negant, Cõſtitutiões quoque infraſcriptæ eos vanitatis ac mendacii redarguũt: & quod nõ ſolum Sacerdote, verum etiam Rege ac Iudice careant, ac ſine lege ſua viuant,apparet.

Gentes conuerſæ hortantur Iudæos, ut ad Chriſtum ueniant.

Multi in præpucio placuerunt Deo.

Qui in ſemine Abrahæ cenſeri debent.

CIRCVMCISIO.

LEGIS ſacrificia.

Pars Legis Moralis.

Iudicialis pars legis.

Et ſi aũt Iudæi Rerumpub. ſint ipſiſsimæ peſtes,nam religiõis,immo Dei noſtri ſunt profeſsi inimici ac blaſphematores: in Politia etiam Ciues fœnoribus exugunt,in cõtractibus ſimplices circumueniũt,victum præripiũt inopibus: neque ſe tãtum,uerum etiam Monetam circumcidũt,efferũt,conflãt,& tãquam canes famelici circumeũtes Ciuitates,nihil non audẽt,vt ex alienis diſpẽdiis ſua faciant cõmoda,vt ſe ab interitu,inopia,& ſeruitute vindicẽt: Nihilominus in Repub. Chriſtiana,vt Zizania in tritico,ferẽdi ſunt: nõ tam quod ſuum quæſtum Principibus faciãt (magno etiam Reipub. damno id cõſtat) verum potius quod pro exemplo gratiæ,& iræ Dei, verſentur inter nos: quodq; nos oleaſtri exiſtẽtes in illorũ hæreditariam ſtirpẽ inſiti ſimus,ipſis quaſi naturalibus Oliuę ramis præfractis: ab illorũq; Patriarchis, & Prophetis,Legẽ: deniq; a Meſsia,& Apoſtolis Euangelium recepimus, ita,vt nihil ſolidi,nihil veri, nihil ſancti in religiõe

Quamquam Iudæi ſint Rerumpub. peſtes,ferẽdi tamẽ ſunt

Quæ utilitas ex Iudæis ad nos deriuatur.

quoq; noſtra eſſe cēſeamus, quod quidē ab ipſis Iudæis per præceptum, exēplū,
Iudæi conuertentur ad Chriſtum. aut ſaltem analogiam fidei nō ſit profectum: quodq; promiſerit Deus ſe illos ſub
veſperam, hoc eſt, ſub finem mundi ad cōmunem nobiſcū Meſsiam cōuerſurum:
ſi enim Dominus gentes ſine fœdere, ſine lege, ac bonis operibus, in donum ſa-
Eſa. 59. lutis æternæ vocauit, certe non eſt abbreuiata manus Domini, vt Iſrael etiam ſal-
uare nequeat: neq; eſt aggrauata auris eius, vt nō exaudiat: & redemptorē, qui
Eſa. 60. iam in Zion, & ad eoſdē qui iam in Iacob ab iniquitate reſipuere venit, excipi-
ant: ſurgēt ergo Iudæi ac illuminabūtur, quoniā venit iam Lux eorum, & gloria
Signa & cauſæ, quæ Iudæis perſuadeant Meſsiam ueniſſe. Domini ſuper eos orta eſt. Quod quidē ne cæcitas eorūmet negare audeat, iſtuc-
ipſum pro ſigno certiſsimo habeāt, quia iam ſemē ſolius mulieris, vel vt dicit Eſa.
Virginis venit Chriſtus Ieſus: cuius quidē Natiuitas primo in genere fuit propo
ſita, poſt ea per Abraham ad certā gentē reſtricta, tandē per Iacob Patriarcham
Gene. 3. ad Tribum Iehuda fuit alligata: ac proinde Diabolus de aliis populis & Tribu-
Zarohh hebraice. i. ſemen eius: in qua dictione punctus h literæ incluſus ad ſemen mulieris referri debere ſignificat. bus ſecurus, mirabili crudelitate ac inſidiis hanc vnam lineam ex qua Chriſtus
erat naſciturus perſecutus eſt, donec Chriſti tēpore ad extremā mēdicitatem fu-
it redacta, factaq; tanquā deſperatus truncus, vnde nec folia nec fructus expectā-
tur, vt etiā pauper Maria longe ab Ieruſalē in ignobili Oppido Nazareth vixerit:
quæ quidē cum ab Abraham de Tribu Iehuda per Dauid certiſsime deſcendat,
in eius ſemine ſunt benedictæ omnes gentes, aut alioquin in nullo alio: omnes
enim alii Abrahæ & Dauidis poſteri perſequebātur, non aūt cōuertebant gen-
tes ad Dominum: ſi quidē hoc beneficiū a ſolo Chriſto erat gētibus expectandū.
Cuius quidē calcaneo Satan ita inſidiabatur, vt recens natus præ Herode fuge-
ret in Aegiptum: Ad ſimilitudinē etiam Aeuæ in crapula, auaricia, & ſuperbia
ſecundū humanitatis calcaneū tentatus, ſcripturis quaſi ſignis collatis tētatoris
caput cōtriuit, nihilominus ab inſtituto victū nō reiecit, nō longe enim poſt præ-
lium aduerſarius redintegrauit, ſed tanto inſidioſius quāto potētius: actis enim
in furorē Iudæorū Pontificibus, ſenioribus, ac diſcipulo eiuſmet Iuda, illum cru-
ci affixit: ignarus cōſilii Dei, qui tanto glorioſius vincere ſolet, quāto violētiores
hoſtes ſibi deligit ad prælium: vt etiam Pharaonē, Item Herodē, Annam, Caia-
pham, & Pilatum omneſq; omniū ætatum Nerones in id induraſſe credatur, quo
ex acriore pugna illuſtrior victoria reportaretur: agnoſcaturq; Dominus vir pu-
gnator, & omnipotēs nomē eius. In hoc itaq; ſemine Abrahæ repromiſſo, iam
49. ſunt benedictæ omnes gētes: ablatum eſt quoq; ſceptrum de Iehuda, & Scriba,
Eſa. 60. ſeu Legiſlator de fœmore eius, quia venit Shiloh. i. Meſsias, & ipſi aggregati ſunt
Malach. 4. populi: & gentes iam venerunt ad lumen ipſorum Iudæorū, & Reges ad ſplen-
dorem eorū orientē: vt iam ab ortu Solis vſq; ad occaſum magnū & terribile ſit
nomen Dei in nobis gentibus, & in omni loco incenſum offeratur nomini Dei
atq; oblatio munda, vel Dei ipſius apud Malachiam teſtimonio omnes (inquit
Pſalmo 86. etiam Dauid) gētes quaſcūq; fecit Dominus venerunt iam, & adorauerūt Dñm
Eſa. 60. & glorificauerūt nomē eius: vt Turcæ etiam ac Scytæ confiteantur Chriſtum
Virginis Mariæ filium, Spiritūq; Verbum, ac mentē Dei fuiſſe, miraculaq; om-
nia quæ in Euangeliis legimus feciſſe credāt: Diuinitatis gloria & paſsiōis igno-
minia, quæ duo carnales capere nō poterāt, exceptis. Propterea miſeri Iudæi le-
uent per circuitum oculos ſuos, & niſi ſint cæci, videant, quia omnes gentes con-
gregatæ venerunt ad Ciuitatē illorum, quæ nō anguſtiis vrbis alicuius, ſed orbis
totius finibus clauditur, & illā ædificauerūt, atque impleuerūt: aſſumpſitq; iam
Eſa. 66. ſibi Dñs ex gentibus Sacerdotes, & Leuitas: nec iā amplius Sol per diem, & ſplē-
dor Lunæ per noctē, ſed eſt Dñs in lucē, & Deus in gloriā illorum perpetuā: cla-
memuſq; omnes, Pater noſter qui es in cœlis: & gloria in excelſis Deo. Quod ſi
illi ad nos, immo ad ſuā hęreditatē, quaſi poſtliminio ex captiuitate, reuerti no-
lunt: & ꝙ pater nos, velut prodigū filium receperit, indignatiōe fremūt: nobis
quidē triſte erit carere cohęredibus vineę cœleſtis, fratribuſq; natu grādioribus
orbari: at ipſi tāto iuſtius ſe perituros ſciāt, quāto diligētius Dñs Deus eos per Pa

triarchas, per

triarchas, per Prophetas, ac per ipſummet filium ſuum, per Apoſtolos, per nos deniquegentes, velut eorum abortiuos fratres quibus nunc ſeruiunt: reuocarit ad ſalutem, in ſolo Chriſto parabilem.

ARTICVLVS I.

Ea fuit maiorũ noſtrorum tam in geſtis ſuis, quam in Legibus ſcribẽdis, incuria: vt IOHANNES A LASKO Archiepiſcopus Gneſneñ. & Alex. Rege Regni Cancell. qui primus Leges Regũ Pol. ordine, quo ab vno quoqꝫ Legiſlatore conſcriptæ ſunt, euulgauerat, ſcripſerit, infraſcriptas BOLESLAI de Iudeis Cõſtitutiones primas fere omnium in Polon. Leges extitiſſe, ad Iuſticiam inter Chriſtianos & Iudæos Regnicolas cõſeruandam, cuius quidẽ Priuilegii autoritas quoniam ad priuatũ Terrarũ Maioris Polonię Dominatũ, & non ad vniuerſas Regni Terras referũt (Neque enim Monarchię Boleſlaus pręfuit) idcirco tantũ per Magnũ KAZIMIRVM fuerũt confirmatæ: ALEXA. aũt Rex quamuis illi per Iudæos interponeretur, promitteretur que Auri vis magna, eaſdẽ confirmare noluit. Sequitur itaqꝫ.

Primæ Leges in Pol. Iudæis ſunt datæ.

163 Priuilegiũ libertatis & Iuris Iudæorũ
164 per Boleſlaum Ducem Maioris Poloniæ Protauum Kazimiri Magni
165
166 Poloniæ Regis in Kaliſz in craſtino Aſſumptiõis Virgin. Mariæ, An-
167 no Dñi M. CC. lxiiij. ęditum. Tandẽ Cracou. in die beatorũ Dyoniſij & ſociorũ eius, Anno Dñi M. CCC. xliij. per dictum Magnum Kazimirum Regem Poloniæ, & eiuſdẽ Boleſlai pronepotẽ confirmatum. Quod nos ALEXANDER Rex nõ confirmãdo confirmatione ſpeciali, ſed ad cautelam defenſiõis contra Iudęos, Priuilegijs Regni in iſtũ codicẽ cõgeſtis aſcribi mãdauimus, atqꝫ ſic eius ſequit̃ tenor

Non cõfirmatur ſtatut. hoc per Regem ſed propter cautelam hic inſcribitur.

Boleſlai Ducis pro Iudæis Cõſtitutiões.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ne decreta Regia cũ fluxu tẽporis a memoria deciderẽt hominũ, digne prudentũ ratio ſtabiliuit, ea apicibus literarũ propter futurorũ noticiã cõmendare. QVApropter nos Kazimirus Dei gratia Rex Polonię, Nec non Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Pomeraniæqꝫ Dñs, & heres. Noticię uniuerſorũ tam præſentiũ quã futurorum præſentibus declaramus. Quod cum noſtrã noſtrorũqꝫ Baronum præſentiã acceden. uiri idonei noſtriqꝫ fideles Iudæi Terrarũ noſtrarũ nobis Priuilegiũ Ducis Boleſlai diuę memorię quondã Ducis Polonię Protaui noſtri chariſs. ſuper Iuribus ſuis oſtẽdiſſent, ſupplicarũt humiliter, ut ipſum Priuileg. noſtro Regio inſigni innouare & cõfirmare dignaremur: Priuilegij aũt eiuſdẽ de uerbo ad uerbũ talis tenor extat.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Humani generis actiones niſi uigeant uoce teſtium, aut teſtimonio literarũ celeriter tranſeunt, & prorſus a memoria relabuntur. Igitur NOS BOLESLaus Dei gratia Dux Maioris Poloniæ notũ facimus tam præſentibus quã futuris, ad quorũ noticiam deuenerit præſens ſcriptum. Quod Iudæorũ noſtrorũ per totum diſtrictũ noſtri Dominij cõſtitu-

Tantũmodo in diſtrictu Maioris Poloniæ cenſendũ eſt iſtud Priuilegium obſeruandum uti declarat hoc in proœmio Dux Boleſlaus.

torum, Statuta & Priuilegia, quæ a nobis obtinuerũt, de uerbo ad uerbum, prout in ſequẽti ſerie cõtinentur, taliter duximus declaranda.

Chriſtian. nõ debet admitti ad teſtimoni. cõtra Iudæ. niſi pbet p Iud. & chriſ.

Primum quidẽ Statuimus, ut pro pecunia, aut pro quacũq; re, mobili, uel immobili: aut in cauſa criminali, quæ tangit perſonã, aut res Iudæi: nullus Chriſtianus contra Iudæum niſi cum Chriſtiano & Iudeo in teſtimonium admittatur.

Si Chriſt. p pignorib. citat Iudæ. & ille nõ cõfitetur, Iudæ9 p Iuramẽt. euadat.

Item ſi Chriſtianus Iudæum impetit, aſſerens quod ei pignora ſua obligauerit, & Iudæus diffitetur, & Chriſtianus Iudei ſimplicibus uerbis fidem noluerit adhibere: Iudæus iurando ſuper equiualente ſibi oblato ſuam intentionem probabit, & tranſeat abſolutus.

Si pro minori pec. aſſerit Chriſt. ſe Iudæo pign9 obligaſ. Iud. p Iuram. pbet.

Si Chriſtianus obligauerit Iudæo pignus, aſſerens quod Iudæo pro minori pecunia obligauerit quam Iudeus confiteatur: iurabit Iudæus ſuper pignora ſibi oblata, & quod iuramento probauerit, Chriſtianus ei ſoluere non recuſet.

Si Iudæus dicat Chriſtiano ſe aliquid mutuaſſe, Chriſt. iuramẽto ſe expurga.

Item ſi Iudæus Chriſtiano teſtib. nõ aſſumptis dicat ſe pignus mutuaſſe, & ille negauerit, ſup hoc Chriſtian. ſolius ſui iuramẽto ſe expurget

Iudæus p pignore oĩa põt recipere, exceptis veſtib. ſacris, & madefact. ſãguin.

Iudæus recipere poterit nomine pignorum omnia que ſibi fuerint obligata, quocumq; nomine uocentur, nulla de his requiſitione facta, exceptis ueſtibus ſanguinolentis, & madefactis, & Sacris ueſtibus: quas nullatenus acceptabit.

Iudæ. cõtra chriſt. iurab. q nesciebat pignus ſuratũ, aut ablat. dũ obligabat ei.

Item ſi Chriſtianus impediret Iudęum, quia pignus quod Iudęus habet ei furtim, uel per uiolentiā ſit ablatum: Iudęus iuret ſuper illo pignore, quod cū recepit furtim ablatū uel raptim ignorauerit: hoc in ſuo iuramento implicito, quanti ſit pignus huiuſmodi obligatū probabit: & ſic expurgatione facta Chriſtianus ſortem & uſuram ei perſoluet, quæ medio tempore accreuerunt.

Si Chriſtianus aliqd apud Iudæū impignorauit, & Iudæus ſuū cū illo amiſit: iurabit Iudæus, & abſoluet a petitis.

Si aūt Iudæus per caſum incendij, aut per furtum, aut per uim res ſuas cum ablatis ſibi pignoribus amiſerit, & hoc cōſtiterit, & Chriſtianus qui hoc obligauerit nihilominus eum impedit, Iudæus iuramento ſe proprio abſoluet.

Ciuitas nil agat cū Iud. niſi Princ. vel Palat. p reatu vero pſon. ſol9 Pric. iud.

Item ſi Iudæi inter ſe de facto diſcordiā mouerint aut guerram, Iudex Ciuitatis noſtrę nullam iuriſdictionē ſibi uendicet in eoſdem: Sed nos tantummodo, aut noſter Palatinus, uel eius Iudex iudiciū exercebit: Si autem reatus uergit in perſonam, Nobis tantūmodo hic caſus reſeruabitur iudicandus.

Pro vulnere Iudæi pœna debetur Principi & Palatino ac læſo.

Item ſi Chriſtianus Iudæo uulnus qualitercūꝗ inflixerit, reus nobis & noſtro Palatino pœnam ſoluat, ſecundū quod noſtram gratiā poterit inuenire noſtræ Cameræ deferendā: & uulnerato ſatiſfaciat pro curatiōe uulnerū, & expenſis: ut Iura Terrę noſtrę requirūt & exigūt.

Pro capite Iudæi pœna debetur Principi videlicet confiſcatio bonorum.

Pro Nobili uero capite tantum 120. pro Kmetonis aūt tantum 10. Marcæ pec. dantur. O iniquitatē Cōſtitutionum.

Item ſi Chriſtianus Iudęū occiderit, digno iudicio puniatur, & omnia rei mobilia & immobilia in noſtram tranſeant poteſtatem.

Pro plaga Iudæi non ſanguinolēta, pœna debetur Palatino & læſo ſatisfactio.

Item ſi Chriſtianus Iudæum ceciderit, ita tamē ut ſanguinē non effundat, per

fundat, per Palatinum requiretur ſecundũ Terrę noſtrę conſuetudinem ab eodẽ, & percuſſo ſeu læſo ſatisfaciat, quemadmodũ in Terra noſtra eſt conſuetũ. Si uero pecuniã habere non poterit, idem pro cõmiſſo, ſicut iuſtum fuerit punietur.

De Teloneo a Iudaeis exigendo.

Iudæi liberũ tranſitũ per Regnũ habituri Teloneis ſolutis quæ antiquitatis termino muta dicuntur.

Vbicumq; Iudęus Dominiũ noſtrum tranſierit, nullus ei aliquod impedimentum præſtabit, nec moleſtiã inferat, aut grauamen: Sed ſi aliquas merces, aut aliquas res duxerit ex quibus muta debeat prouenire: per omnia mutarũ loca ipſe quoq; Iudęus non niſi debitam ſoluat mutam: quam ſolueret unus Ciuium Ciuitatis illius in qua Iudęus eo tempore commoratur. ∴ ∴ ∴

De ductione Iudaeorum mortuorum.

Iudæis funus ducentibus nihil Telonei exigatur, alias exactor ut prædo puniatur.

Si Iudęi iuxta ſuam conſuetudinẽ aliquẽ ex mortuis ſuis, aut de Ciuitate in Ciuitatẽ, aut de Prouincia in Prouinciã, aut de una Terra in aliam deduxerint, nihil ab eis per Notarios noſtros uolumus extorqueri: Si aũt Notarius aliquid extorſerit, ut prędo uolumus puniatur.

De diſsipatione Cœmiterij.

Chriſtianus uiolans Iudæorũ Cœmiteriũ grauiter puniatur et bona ſua cõfiſcantur

Item ſi Chriſtianus Cæmiteriũ eorum quocũq; modo diſſipauerit, aut inuaſerit: uolumus ut ſecundũ Terræ noſtræ conſuetudinem & Iura grauiter puniatur, & omnia ſua noſtræ Camerę proueniant, quocumque nomine nuncupentur.

Pro violentia Saholae Iudaeorum.

Iactans ſuper ſcholam Iudæorum duo talenta piperis Palatino ſoluet.

Si aliquis temerarie iactauerit ſuper Scholas Iudęorũ, noſtro Palatino duo talenta piperis uolumus ut ſoluat.

Item de pœna Iudicis cõtra Iudaeum.

Pœna iudiciaria Iudæor. talẽta piperis.

Item ſi Iudęus Iudici ſuo in pœna pecuniaria quæ Vandel dicitur reus inuentus fuerit, pœnam talenti Piperis quæ ab antiquo eſt impoſita, ſoluat eidem. ∴ ∴ ∴

De cõtumacia Iudaei qua pœna puniat.

Iudæus pro contumacia pro qualibet citatione pœnas ſoluat

Si Iudæus per edictum ſui Iudicis uocatur ad iudiciũ, & primo, & ſecundo non uenerit: pro utraque uice pœnam quę conſueta eſt ab antiquo, perſoluat: Si ad terciũ edictum non uenerit, pœnam quæ ſequitur ſoluat Iudici memorato.

Si Iudaeus Iudaeũ vulnerauerit, pœnã iuxta Terrae cõſuetud. Iudici ſoluet.

Item ſi Judęus

Item ſi Iudęus Iudęum uulnerauerit, pœnam Iudici ſuo ſecundũ Terræ noſtræ conſuetudinem ſoluere non recuſet.

De occulta Iudæi interfectione.

Si Iudæus clam fuerit interfectus, ut per teſtimoniũ conteſtari nõ poſſit: is qui eum interemit, ſi poſt inquiſitionẽ ſuſpectum habere cęperint Iudæi: Nos Iudæis contra ſuſpectum Iudæi occiſorẽ patrocinium iuſticiæ adhibebimus Iure mediante rei.

Pro occulta Iudæi interfectione ſi quiſpiam ſuſpectus eſſet.

De violẽtia manuali in Iudæũ, Ius Terræ pœnam & Iudicium docet.

Item ſi Chriſtiani alicui Iudęo manum iniecerint uiolentam, ſecundũ quod Ius Terræ noſtræ exegerit, punientur.

Percuſſor Iudæi Iure cõmuni aggrediẽdus

De poteſtate Iudicis.

Item Iudex Iudæorum nullã cauſam ortã inter Iudæos in Iudiciũ deducat, niſi fuerit per querimoniã inuitatus. ℂ Item Iudæi circa Scholas, uel ubi elegerint debent iudicari.

Iudæi iudicabuntur ex querela circa scholam.

De accreſcentia vſurarum.

Item ſi a Iudæo Chriſtianus pignus ſuum abſoluerit, uſuraſq; nõ perſoluerit, eaſdẽ ſi infra mẽſem nõ dederit, illis uſuris accreſcant uſurę.

Menſe decurſo uſuræ debentur.

De hoſpitatione Iudæi.

Item nullum uolumus in domo Iudæi hoſpitari.

Iudæi neminem hoſpitabunt.

De literis & poſſeſſiõe bonor. immobil.

Si Iudæus ſuper poſſeſſiones, aut literas bonorũ immobiliũ pecuniam mutuauerit, id quoq; ille cuius res eſt probauerit, Nos Iudæo & pecunias, & literarum pignus abiudicari Statuimus.

Mutuatio ſuper poſſeſſiones & literas prohibita Iudæis.

De Iudæorum pueris.

Item ſi aliquis uel aliqua puerum Iudæis abduxerit, uolumus condemnetur ut fur.

Puerum Iudæis abducens uti fur cẽſeatur

De poteſtate Iudicis.

Item ſi Iudæus receperit a Chriſtiano pignus, & per ſpaciũ anni tenuerit: ſi pignoris ualor mutuatã pecuniã non exceſſerit, Iudæus Iudici ſuo pignus demonſtrabit. Si uero pignus bonũ non fuerit, Palatino noſtro uel ſuo Iudici oſtendet, uel poſtea uẽdendi habebit libertatem: Si idem pignus antequã annus tranſierit ſuo Iudici demõſtrabit, ſi quidem pignus apud Iudæũ diem & annũ remãſerit, nulli ſuper hoc poſtea reſpondebit.

Pignus per anni decurſum non redemptum Iudici oſtenſũ uendatur p Iudæũ

Iudæi non iudicentur die feriata.

Volumus ut nullus Iudæum ſuper ſolutione pignorum in ſuo feriato die audeat cohartare.

De ablatis pignorib. Iudæis per aliquẽ.

Chriſtianus per uim pignus auferens, uti uiolator cameræ principis eſt puniendus.

Item quicunq; Chriſtianus per uim abſtulerit pignus ſuum a Iudæo, aut uiolentiam in domo ſuo exercuerit, ut diſsipator noſtræ Cameræ grauiter puniatur.

In Scholis iudicẽtur eorũ exceſſus.

Iudæus in loco Iudicij cõſueto iudicandus niſi ad præſentiam Principis aut Palatini uocatus fuerit.

Item contra Iudæum non niſi in Scholis, uel ubi iudicãtur omnes Iudæi in Iudicio procedatur: exceptis nobis & noſtro Palatino qui eos poſſumus ad noſtram præſentiam euocare.

De impetitione Iudæi per Chriſtianũ pro puero interempto.

Iudæus pro occiſiõe pueri chriſtiani accuſatus tribus chriſtianis & tribus Iudæis teſtibus uictus, ſit de cætero pro uſu chriſtiani ſanguinis non culpandus.

Talio in calumniatorem chriſtianum ſtatuitur.

Iuxta Conſtitutiões Papę, In nomine noſtri patris ſancti diſtrictius prohibemus, ne de cętero Iudęi ſinguli in noſtro Dominio cõſtituti debeant culpari, quod humano utãtur ſanguine: cum iuxta pręceptũ Legis ab omni prorſus ſanguine ſe Iudęi cõtineant uniuerſi. Sed ſi aliquis Iudæus de occiſione alicuius pueri Chriſtiani per Chriſtianũ fuerit culpatus, tribus Chriſtianis & totidẽ Iudęis cõuinci debet: & poſtquam conuictus fuerit, tunc ipſe Iudęus tantũmodo pœna quę ſequitur puniatur crimine pro cõmiſſo. Si uero ipſum teſtes ſupradicti, & ſua innocentia expurgabit: pœnam Chriſtianus quã Iudęus pati debuerat, pro calumnia non immerito ſuſtinebit.

Aequalis pecunia ſiue debitũ ſemper Iudæo reddatur cum vſura.

Item Statuimus ut quicquid Iudęus mutuauit ſiue aurum fuerit, ſiue denarij, ſiue argentum: idem ſibi ſolui, uel reddi debet, cum uſura debita, quæ accreuit.

De equis obligatis.

Iudæi luce diuturna equos oppignoratos recipiant, accuſati qđ furatos reciperent iuramentis ſe purgant.

Volumus ut Iudęi equos qualeſcũq; generaliter omnes manifeſte atque in luce diuturna pro pignore recipiant. Si aũt aliquis equus apud Iudęum furatus per Chriſtianũ aliquẽ inueniretur, Iudæus ſe iuramẽto proprio expurgabit, dicens quia eundem equum manifeſte, & in die pro tanta, quantam dedit pecuniam, impignoratum habuit, & credebat non furatum.

De falſa mo-

De falſa moneta quaerendum.

Item inhibemus, ut Monetarij in noſtro Dominio cōſtituti Iudęos cū falſis denarijs, uel rebus alijs, ſoli abſq; noſtro Nuncio, uel noſtri Palatini, ſeu abſque Ciuibus honeſtis, quoquo modo detinere uel capere non præſumant.

Iudæi pro falſitate monetæ non niſi cum Nuncio Principis aut Palatini capiendi.

De clamore Iud. in nocte ꝑ violentia.

Statuimus, quod ſi Iudeus aliquis compulſus nimia neceſſitate noctis tempore clamauerit, & ſi uicini Chriſtiani præſtare nō curauerint auxilium oportunum, nec uenerint ad clamorem, quilibet uicinus ſuus Chriſtianus triginta ſolidos teneatur.

Vicinus Chriſtianus iudæo nocte uiolentiam acclamanti, ſi non accurrit triginta ſolidos ſoluet.

De comparatiōe & emptiōe victualiū.

Statuimus etiam ut Iudæi uendant omnia libere & emāt, panem tangant, ſimiliter ut Chriſtiani: prohibentes uero, pœnā noſtro Palatino pro eo ſoluere tenebūtur. Et ut omnia quę pręmiſſa ſunt perpetuę robur obtineant firmitatis, pręſens inſtrumentū cum teſtiū annotatione ipſis pro cautela dedimus cū Sigilli noſtri munimine roboratū. Huius uero rei teſtes ſunt Comes Arbeldus Palatinus Caliſsieñ. Comes ſimul Caſtellanus Gneſneñ. Comes Iankalis, Comes Mathias Caſtellanus Ledeneñ. Comes Czhoſſans Pincerna Caliſsieñ. Comes Derſlaus Venator Ledeneñ. & alij quā plures Barones Terrę noſtrę. Actum in Ciuitate Kaliſz, in craſtino die Aſſumptiōis beatę Marię Virginis. Anno Domini 1264. octauo Kalendas Septembris.

Iudæi ut Chriſtiani uictualiū emendorū libertate gaudebunt, ſub pœna Palatini.

¶ Nos igitur Iure ipſorū diligēter cōſiderato, & inſpecto, Statuto prędeceſſorum noſtrorū confirmare, eo magis quā monere, aliqualiter decerneñ. benemeritis ipſorū deſyderijs fauorabiliter inclinati. Exnunc prædicta omnia innouamus, roboramus, & ratificamus, in titulū perpetuæ firmitatis, in horum aūt euidentiā pręſentes ſunt noſtro Sigillo inſignitæ. Actum Cracouię die beatorū Martyrum Dyoniſij & ſociorum eius. Anno Dñi 1334. pręſentibus his Nobilibus noſtris Spicimiro Caſtellano Cracoui. Niſczinio Sandomirieñ. Nicolao Palatino Craco. Andrea Venatore, Krziuoſande Succam. Craco. & alijs multis fidedignis. Datū per manus Sbignei Præpoſiti & Cancel. noſtri Crac.

Kazimirus Rex cōfirmat Priuilegiū Boleſlai non ad totum Regnum pro Iudæis

ARTICVLVS II.

Parentes filiorū contractibus cum Iudæis factis non obligātur: Iudæi exigant vſuras ſeptimanatim: ad literas vero obligatorias, neque ſuper bona, ſed tantum ſuper pignus pecuniā dent: triennio pręſcribunt: Libertates tamē illorum Iuri Diuino & Terreſtri contrariæ reuocantur.

Parentes filiorum contractib. etiā circa aleam, aut cum Iudæis factis non obligantur. Lex I.

Kazim viſliciæ. Idē ſupra lib 3. cap. 10. art. 2 de fideiuſsiōib.

Vt noxius ludus taxillorum abiciatur, per quem, ſæpius iuſti patres 25.
propter filiorum exceſſum de bonis corū pellūtur, & abſq; ipſorū cō-
meritis ad nimiam deducuntur paupertatē: Statuimus: ut ſi filius quiſ-
quam utriſq; parentibus uiuis, & ſanis ludo amiſerit aliquā pecuniæ quantitatē: prædicti ludētis parentes non tenebūtur ipſi uictori pro ipſorum filijs uel filio ad pecuniæ perluſę ſatisfactionē. Idemq; dicimus de Iudæis, ſi mutuarēt pecuniā tali filio, ſuperſtitibus dicti filij parentibus & ſanis: Quod uidelicet eius parentes non teneātur de mutuo, nec aliquo modo compelli debeant, nec poſſunt: ſic etiam dicimus de omni cōtractu inito cum filio familias, quod nō ualet, cum ſit in paterna poteſtate cōſtitutus (inueturq; Senatus conſulto Macedoniano) propter quod nō habet alicuius rei Dominiū, uel aliquā poſſeſsiōis traditionē.

Iudæi exigāt vſuras ſeptimanatī: Si vero ad literas obligator. pecunias dēt ad nullā vſurā tenebitur mutuari9. Lex ij.

Cum in uſurarū uoragine ſit inſatiabilis appetitus, extorſiōiq; pecu- 26.
niarum quidā terminum nō imponunt. Proinde ſtatuit noſtrorū Baronum & Nobiliū auctoritas, quod Iudæi fidei noſtrę Chriſtianæ ueri inimici, Chriſtianis pecunias ipſorum mutuantes, nō plus de uſura qualibet ſeptimana exigere debēt, niſi tantū unam quartā alias unum groſſum a Marca debent, & tenebūtur cum gratiarū actione recipere. Et ſi aliqui Iudęi per nouas deceptiones ad literas obligatorias pecunias eorum mutuarēt, & per duos annos ſuum debitorē ſuſtinerent, pro uſura accreſcente, et pro ſumma principali debitorē ad iudiciū nō prouocantes: Extūc ipſo facto uſuram ultra duos annos accreſcentē amittere debent, in ſorteq; principali, & ſumma capitali ſola & abſq; ullis uſuris debent eſſe cōtenti, neque per eandē literā obligatiōis obligantē poterint ad maiorem ſummam compellere, neq; obligatus tenetur ſtare, uel obſeruare ipſis ſuā obligationē, uel promiſsū, ultra ſe hoc extēdēs

Quod ſi qs Chriſt. vel Iudæus creditor, pro ſuo debito aut alioqui ſuo Iure, tribus annis & totidem menſib. taceat: & poſtea emptorem hęreditatis ab illo debitore ſuo acquiſitæ quaſi propinquior remouere uellet: ſilentium illi imponatur. Lex iij.

Quam vide Libro 3. Cap. 9. Artic. 3. de propinquitate redimenda.

Ergo Iudaei pecuniā ſuper literas ne dent præter pignus. Lex iiij.

Porro cum

Porro cum Iudaicę prauitatis intentio ſuper hoc uerſetur, ut Chriſti-
36. anorum bona & diuitias ſemper deprimant & euellant: Conuenit igitur non immerito ſtatuere, ut nullus Iudæus amplius alicui Chriſtiano in Regno noſtro a modo conſtituto ſuas pecunias ſuper literas obligationis præſtet, aut mutuet, ſed tantũ ad pignus ſufficiens præſtare ualebit, ſecundum conſuetudinem antiquitus reſeruatam.

Kazimirus Viſliciæ. Horum quatuor ſtatutorũ fi mentio lib. 3. cap. 8. artic 4. de literis & priuilegijs, & iterũ lib 3. cap 9 art. 6. de obligatiõib.

Similis.

Peruerſa Iudaica perfidia, cum ſemper ſit & eſt Chriſtianis cõtraria & inimica, & non ſolum in fide nec in corpore, uerum etiã in direptione
45. 46. bonorum & facultatũ attractatiõe, quã ſtudioſiſsime intendit. Quamuis in Conſtitutiõe eiuſdẽ Capituli quod incipit Porro. &c. ſit eis prohibitum quod dare non debeãt hominibus cuiuſcũq; ſtatus aut conditionis exiſtant pecunias ſuper literas & Inſcriptiões, ſed tantũ ſuper Vadia & pignora: tamen hoc ipſi minime aduertentes pecunias ſuper literas & Inſcriptiones dare non ceſſant, etiam contra Iura & Canonica & Ciuilia: quæ arctiſsime hoc prohibent. Ideo uolẽtes noſtris ſubditis Terrarum noſtrarũ ſubuenire gratioſe, prout ex religione chriſtiana tenemur, & debemus: De cætero prohibemus, ne Iudęi ſuper literas & Inſcriptiones pecunias mutuent: ſed ſolum ſuper pignora ut ſuperius in eodem Capitulo eſt expreſſum. ¶ Si quis igitur Iudæorũ tales literas de cætero aut Inſcriptiões exhibuerit, aut ſuper eaſdem pecunias dederit: extunc tales literæ aut Inſcriptiões debent eſſe nullius ualoris uel roboris: nec recipiens pecunias huiuſmodi tenebitur procedere ad earundem ſolutionem.

Kaz. Viſlic. 1423.

Iudæi triennio præſcribũt in obligationib. & Inſcriptiõibus. Sed nihil ſup bona dent, libertates quoque eorum Iuri Diuino & Terreſtri contrariæ penitus reuocantur. Lex v.

Item cum infideles non debeant ampliori prærogatiua gaudere quam
95. 96. Chriſti Dei cultores, nec ſerui debent eſſe melioris conditionis quã filij Statuimus quod Iudæi potiãtur Iuribus iuxta Conſtitutiões Varthen. prout alij Nobiles Terrarum noſtrarũ quantũ ad præſcriptiões ut uidelicet utantur præſcriptione trium annorũ in obligatiõibus & Inſcriptionibus ipſorũ. Nec poterint dare aliquã ſummã pecuniæ ſuper obligationem aliquorũ bonorum aut ſuper literas Inſcriptionũ: Quod ſi dederint contra huiuſmodi prohibitionẽ Statuti, eo ipſo pecuniam perdant, obligatioque & Inſcriptio huiuſmodi eo ipſo ſint nullę. ¶ Literas etiam quaſcumq; ſuper libertate ipſis Iudeis in Regno noſtro degentibus per nos poſt diem Coronatiõis noſtrę conceſſas, & Iuri Diui-

Eiuſdem mentio lib. 3. cap. 8. artic 4. de literis & priuilegijs.

Kazimir. Tertius in Nyeſſoua 1454.

no ac Conſtitutiõibus Terreſtribus cõtrarias penitus reuocamus, abolemus, eaſq; nolumus fieri alicuius roboris uel momenti: quã reuocationem & obligationẽ eorũ in Regno noſtro per proclamationẽ publicam omnibus innoteſcere faciemus: eaque omnia rata grataq; habere promittimus, & inuiolabiliter obſeruare, ac ab alijs obſeruari faciemus præſentiũ noſtrorũ qbus Sigillũ noſtrũ appẽſum eſt teſtimonio liter.

ARTICVLVS III.

Iudæi literas Regias arbitrio Cancellariorũ ſoluant, pignora in Libros ſuos inſcribant, alioquin ſi non ſiſtunt euictorẽ ſuſpendũtur.

Iudæi arbitrio Cancellariorũ Regias literas ſoluunt. Lex I.

Sigiſm. Crac. 1511.

Idẽ cap. 10. de Canc. * Iudæi ſoluẽt literas iuxta arbitriũ & uoluntatẽ Cancellariȩ noſtrȩ. 16.

Pignora nõ cõſpiciãtur p ſeniores Iudæor. ſed in libros eorũ inſcribã. Lex ij

Sigiſm. Crac. 1532. De conſpiciendis per ſeniorem Iudȩorũ pignoribus ad Iudȩos allatis, non uidetur nobis factu cõueniens, cũ ſinguli pignorantes id maxime uitare, & cauere ſoleant, ne in egeſtate & indigentia ſua cuipiã delegãtur: ſed mandabimus, ut res oppignoratȩ, & dies earũ oppignoratiõis ſecundum ueterẽ conſuetudinẽ in libros Iudȩorum inſcribantur.

De eodem.

Iudæi pignora inſcribant in Libr.

Sigiſm. Petr. 1538. Cæterum pignora debebũt inſcribere in Libros ſecundũ Statutũ noſtrum Cracouiæ in Conuẽtu Regni generali. Anno Dñi 1532. ȩditũ.

Iudæ⁹ ſi nõ ſiſtit euictorẽ ſuſpẽd. L. iij

Sigiſm. Petr. 1538. Idem libro 3. capitu. 12. de furtis.

Quoniam uero nimia furum licentia & pluralitas, eo maxime creuiſſe uidetur, quod fures ipſi habeant rerum furto ablatarũ apud Iudȩos tutam uenditionẽ. Cui malo ut obuiari poſſit ex conſilio Senatorum Regni noſtri, & poſtulantibus Nuncijs Terrarũ decreuimus, decernimuſq;, ut ſi Iudæi pro re furtiua ad ſe delata euictorẽ ſtatuere non poſſent, aut nollent: in Iudicio ad hoc citati, pœna furcæ ipſi, ut culpæ participes & conſcij, puniri debent.

ARTICVLVS IIII.

Iudæi nullis præſint Officiis, moderate mercentur, pactis cum Ciuitatibus initis ſtent, glaucas mitras deferant itinere excepto; Vadia illorũ cõtra cõmunitatẽ ſunt referẽda, villatim ne mercẽtur, equos & cutes ne educãt.

Iudæi neque

Iudæi neque Teloneis, neque vllis Officijs præſint. Lex I.

Statuimus inuiolabiliter obſeruandũ, Iudæos Teloneis quibuſcumq; pręfici non debere, neq; poſſe: indignũ & Iuri Diuino contrarium cenſeñ. eius generis homines aliquibus honoribus & Officijs inter Chriſtianos fungi debere. *Sigiſm. Petr. 1538.*

Quin etiã modꝰ mercandi Iudæis ſtatuatur, Sed tamen pactis cum Ciuitatibus ſuſceptis ſtent. Lex ij.

Sigiſm. Petr. 1538. Hoc ſtatut. repetitur libr. 1. capitu. 16. de Ciuitatibus artic. 9.

Volumus præterea, ut Iudei non habeant liberã mercandi in omnibus rebus facultatem: Sed modũ per nos ſtatuendũ in mercimonijs ad uictum quęrendũ ubique in Regno noſtro teneant, et diligẽter obſeruẽt: Atque etiam pacta & conuentiões quas cũ nonnullis Ciuitatibus maioribus Regni noſtri habent, in toto teneant.

Glaucis mitris inſigniti prodeãt in publicũ, ſub pœna vnius floreni, niſi forte in itinere ſint. Lex iij.

Et quoniam Iudæi relicto ueteri inſtituto, proiectis ſignis, per quæ a Chriſtianis dignoſcebãtur, ueſtitũ Chriſtianis per omnia ſimilẽ ſumpſerunt, ut inter Chriſtianos dignoſci non poſſint: Statuimus perpetuo obſeruandũ, ut omnes & ſinguli ubique in Regno noſtro Iudæi, ſigna, hoc eſt Bireta, aut capellos, ſeu aliud capitis tegmentũ coloris glauci alias Zolte ubilibet locorũ deferant: Viatoribus exceptis, per uiam enim & itinera licebit illis ſigna huiuſmõi deponere, aut occultare. *Sigiſm. Petr. 1538.* *Idem libro 2. capi. 5. de Vijs.*

Quod ſi quiſpiã ex Iudæis uti tranſgreſſor huius legis nõ deferens capitis tegumentũ glauci coloris, Palatino loci, aut eius Vicepalatino, ſeu Iudici ſecundũ morem Terræ cuiuſlibet delatus, & ibi conuictus fuerit, ſoluere cogatur toties quoties Conſtitutiõi contrauenerit præſenti unius floreni pœnam, cuius medietas Palatino, ſeu Vicepalatino, ſeu Iudici, & alia medietas inſtigatori cędere debet.

Vadia Iudæis conceſſa, non ad priuatas perſonas, uerum ad cõmunitatẽ Ciuilem ſunt referenda. Lex iiij.

Idē Rex Pet. 1538. Eiuſdem mentio lib. 1. capit. 16. articulo 9. de Ciuitatibus.

Quia etiam ad prouidendū ſecuritati eorundē Iudæorū, & ad compeſcendam licentioſorū audaciā eiſdem Iudęis in aliquibus locis cōtulimus Vadia ad magnas ſummas ſe extēdentia, quæ quidē non ad ſingulares & priuatas perſonas, ſed duntaxat ad cōmunitatē, aut aliā multitudinem Ciuilē, per conſpirationē, tumultū, & ſeditionem, ad perniciē & interitū Iudæorū exercitatā, extēdi debere uolumus, et declaramꝰ

Iudæi ne villat. mercim. exerceāt. L. v

ſigiſm. Petr. 1538. Eiuſdem mentio lib. 1. cap. 12. art. 17 de Capitan. & lib. 1. ca. 16. art. 9 de Ciuibus, & lib. 1. cap. 17. articulo 4. de Kmeton.

Item, cum Chriſtianis Iura Regni mercaturas & fora in Villis facere prohibeant, multominus hoc Iudęis licere cenſemus, immo ſub grauiſſimis pœnis, ne talia audeant, eis interdicimus, & prohibemus, ſub amiſsione rerum omnium iuxta antiquū Statutum confiſcandarū.

Equi per Mercatores vel per Iudæos

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

educi, necꝫ cutes per Cerdones, aut Vector. de Reg. euehi debēt. Lex vi

Quam vide Libro Secundo Capitulo Quinto de Viis.

ARTICVLVS V.

Regnicolarū Iudæi in Regia defenſione nihil ſibi promittant. Lex I.

ſigiſm. Cra. 1539

Quin Nobiles in Oppidis aut Villis ſuis Iudæos habent, per nos licet ut ſoli ex eis fructus omnes & omolumēta percipiant, Iuſcꝫ illis arbitratu ſuo dicant: uerum ex quibus Iudæis nullum ad nos commodum peruenit, eos uti Iudæorum Iure non permittimus per nos & anteceſſores noſtros conceſſo: neque de iniurijs eorum deferri ad nos uolumus, ut, ex quibus nullum commodum ſentimus, hi etiam nullum in nobis præſidium habeant collocatum.

ARTICVLVS VI.

Iuramentum Iudæorum contra Chriſtianos.

Qualiter Iudæi iurare debent.

Iurabit Iudæus pro magnis ſummis ut ſūt quinquaginta Marc. Argenti ſuper Rodale, uel ad Principē uocetur pro re minori ad hoſtium ſcholæ.

Statuimus quod nullus Iudæus iuret ſuper Rodale ipſorū niſi ſit pro magnis cauſis, quæ ſe extendunt uſcꝫ ad quinquaginta Marcas Argēti: uel ſit ad noſtram præſentiam euocatus. Pro minoribus uero cauſis iurare debet ante Scholas ad hoſtium dictæ Scholæ.

Forma Iuramenti Iudaici.

Quod Iudæus debet conuerti contra Solem ſeorſum, & ſtare nudipes ſuper unam ſedem, indutus pallio aut clamide, & pileum Iudaicū debet in capite habere: & ſi lapſus fuerit ter, tot idem amittit fertones. Si quarto, manet reus in cauſa, tunc dicat is qui ſibi Iuramentū narrare 163

debet ſeu præ

debet ſeu prædicere, Helia Iudeę, ego te moneo per has tres * literas, per hanc Legem quã Dñs dedit Moyſi in tabula lapidea in monte Synai, quod liber iſte, aut Rodale hoc, uerum & iuſtũ ſit, ſuper quod tu Iudeę iurare debes huic uero Chriſtiano pro tali culpa ſiue cauſa pro qua duxit te ad Iudicium. ET PRAEDICETVR ei Iuramẽtum ſic. Quod tu in hac cauſa non es reus, pro qua hic Chriſtianus te culpat, ita te Deus adiuuet, ille, & idem, qui cœlum & Terram fecit, aerem, & rorem, montes cum uallibus, flores & gramina: & ſi tu reus ſis, quod te lepra & uenenũ inuadat, quæ precibus Helizęi Naaman Syrum dimiſit, & Giezi inuaſit: & ſi tu reus ſis, quod te ignis cœleſtis comburat, & morbus inuadat caducus, & fluxus ſanguinis: & ſi tu reus fueris, quod tu pereas in anima tua, & in tuo corpore, & in tuis rebus, & ut tibi accidat ſicut uxori Loth accidit, quæ mutata fuit in ſtatuam Salis, quando Sodoma & Gomorra perijt, fiat & tibi. Et ſi tu reus es, ut nunquã ad ſinum Abrahę uenires, ubi Chriſtiani, Iudæi, & gẽtiles ante creatorem omniũ rerum reſurgẽt: & ſi tu reus es, quod te Lex Moyſi deleat in monte Synai quam Dominus dedit Moſi, quam ſolus Deus digito ſuo ſcripſit in tabula lapidea: Et ſi tu reus es, quod te confundat omnis ſcriptura, quæ ſcripta eſt in quinq; libris Moſi: Et ſi tuum Iuramentũ non eſt iuſtum, nec mundũ, atq; uerum, quod te Adonai deleat ſuæ Diuinitatis potentia, & te ſuſcipiant Dyaboli, & deducant te in æternam damnationem in ſecula ſeculorum, Amen.

Quatuor credo, nempe ihuh, ihoua, nomẽ Dei, tetragrammaton a Græcis, a numero literarum appellatum.

Leges Impator. Chriſtiano. quæ apud nos deſiderãtur, de Iudaeis, hæ ſunt.

Iudæi irruentes in cõuerſum ad Chriſti cultum ſunt cõcremandi.

Iudæis, & maioribus eorum, & Patriarchis uolumus intimari, quod ſi quis poſt hanc Legem, aliquẽ, qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis, aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) auſus fuerit attentare: mox flammis dãdus eſt, & cũ omnibus ſuis participibus cõcremandꝰ.

Imper. Conſtantin a. ad Euagriũ præfec. præt. Dat. 15. Kalen. Nouẽbr. Cõſtantino. a. 8 & Conſtantino Cæſ. 6. Conſ. cod. lib. 1. de Iudæis titul. 12.

Immunitas antiquitus Iudaeis cõceſſa per hanc legem reuocatur.

Iuſſio qua ſibi Iudaicæ Legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas, reſcindatur.

Imper. Grat. Valent. & Theod. aaa. Hypatio Dat. 18. Kalẽ. Maij Mediolani Merobande 2. & Saturnino Conſ. lib. 1. cod. titulo 13.

Iudaei non poſſunt habere aliquem honorem H. D. bar.

Hac ualitura in omne æuum Lege ſancimus, neminẽ Iudæorum quibus omnes adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſunt, nec defenſoris Ciuitatis fungi ſaltem Officio, nec patriæ honorem arripere: ne acquiſiti ſibi Officii autoritate

Imper. Florẽt. præf. præf. præto. libro 1. titulo 13.

muniti aduer=

muniti aduerſus Chriſtianos, & ipſos plærūque Sacræ religionis antiſtites, veluti inſultantes fidei noſtræ, iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem. Illud etiam pari cōſideratione rationis arguētes præcipimus, ne qua Iudaica Synagoga in nouam fabricā ſurgat: fulciendi veteres permiſſa licentia quę ruinam minatur. Quiſquis igitur vel inſulas acceperit, quæſitis dignitatibus nō potiatur: vel ſi ad Officia vetita irrepſerit, ab his penitus repellatur: Vel ſi Synagogam extruxerit, cōpendio Catholicæ Eccleſiæ nouerit ſe laboraſſe: Et qui ad honores & dignitates irrepſerit, habeatur vt antea cōditionis extremæ, & ſi Honorariam illicite promeruerit dignitatē: Et qui Synagogæ fabricā cæperit, non ſtudio reparandi, cum damno quinquaginta librarū auri fraudetur auſibus ſuis: Cernat præterea, bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis doſtinādus, quaſi qui fidem alterius expugnauit peruerſa doctrina.

Mācipia Chriſtiana Iud. interdicūtur & ſtatī libera fiūt: mācipia vero alteri⁹ ſectæ eis ſūt pmiſſa, ſed eos ne circūcid.

Imper. Conſtan. ad Euagriū Præt. præf. Dat. Idib. Aug. Conſtantinop. Cōſtantio. a. 7. & cōſtante Cæſ. 6. con. lib. 1. titulo 14

Iudæus ſeruum Chriſtianum nec cōparare debebit: nec largitatis, vel alio quocumque titulo cōſequetur. Quod ſi aliqis Iudæorū mancipiū vel Chriſtianum habuerit, vel ſectæ alterius, ſeu nationis crediderit, ex quacūque cauſa poſſidēdum, & id circumciderit: nō ſolum mancipii damno multetur, verum etiam capitali ſentencia puniatur, ipſo ſeruo pro præmio libertate donando.

Iudæi ad Eccleſ. cōfugien. nō prius ſuſcipiantur, quam debita ſoluerint, vel crimine ſe purgarint.

Imperatores Arcad. & Honor. aa. Archelao præfecto Auguſtali. Dat. 15. Kal. Iul. Conſtantinop. Cæſario & Attico Conſ. cod. lib. 1. de paganis titulo 15.

Iudæi qui reatu aliquo vel debitis fatigati ſimulant ſe Chriſtianæ Legi velle cōiungi, vt ad Eccleſias cōfugientes euitare poſſint crimina, vel pondera debitorū, arceantur, nec ante ſuſcipiantur quā debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati.

CAPITVLVM XXII.

De Paganis.

PRAEFATIO.

Cum Regi Polonorū pareant quoq; gentes, partim ſemichriſtianæ, vt Samogitæ: partim Machometi anilibus deliriis infectę, vt in Lithuania Tartari: Bona pars gentili cæcitate etiānum occupatæ: vt Ceremyſi in oris Ruſsiæ. Operepreciū quoq; fuit hoc loco de iis Leges (cū patriæ nullæ ſint) Chriſtianorū ſaltē Imperatorū ſubtexere: vt exemplū ab illuſtri loco mutuatū Principibuſq; noſtris ſuppeditet conſiliū, quod pro ratione perſonarū, temporū, ac locorū, in ſuū, ac illorum ſubditorū vſum accōmodent. Nam & ſi Turcæ, ac Scytæ in noſtro quoq; Regno obuerſentur, cum Iure Ciuitatis careant, ſed vt hoſpites ſunt: ab huius loci Legibus omnino excluduntur: ſed ad Librum quintū, & ad Capitulum 6. de Hoſpitibus ac externis reſeruantur.

Chriſtianis

Chriſtianis nō licet paganos offēdere, nec eorū bona rapere ſub pœna dupli.

Imp. Honor. & Theod. Aſclepiodot. præfec præt. Da. 7 Idib. Iun. Aſclepiodoto et Mariano Conſ. cod. lib. 1. de pagan. ti. 14.

Chriſtianis qui veræ ſunt, vel eſſe debēt, ſpecialiter demādamus: vt Iudęis ac paganis quiete degētibus, nihilq; tentantibus turbulentū legibuſq; contrariū, non audeant manus inferre, religionis autoritate abuſi: Nā ſi contra ſecuros fuerint violenti, vel eorū bona diripuerint: nō ea ſola quę abſtulerint, ſed conuicti, in duplum quę rapuerint reſtituere cōpellentur: Rectores etiā Prouinciarū & Officiales Principales cognoſcāt, ſe, ſi non ipſi talia vindicent ſed fieri a popularibus hæc permiſerint, vt eos qui fecerint, puniendos.

Agentes, & cōſentiētes, ac miniſtri idolatriæ puniuntur pari pœna.

Imper. Valē. & Marti. aa. Palladio præf. præt. Datum pridie Id. Nouemb. Martiano 4. & Adelphio Conſ. cod. lib. 1. de paganis titulo 14.

Nemo venerādi adorādiq; animo delubra, quę olim iam clauſa ſunt, reſeret: Abſit a ſęculo noſtro infandis execrandiſq; ſimulachris honorē priſtinū reddi, redimiri ſertis templorū impios poſtes, profanos aris accendēdi ignes, adoleri in iiſdē thura, victimas cędi, pateris vina libari, & religionis loco exiſtimari ſacrilegium. Quiſquis aūt cōtra hanc Serenitatis noſtræ ſanctionē, & cōtra interdicta ſanctiſſimarū veterū Conſtitutionū, ſacrificia exercere tētauerit: apud publicū Iudicē reus tanti facinoris legitime accuſetur, & cōuictus proſcriptionē omniū bonorū ſuorum, & vltimū ſuppliciū ſubeat: Conſcii etiā criminis, ac miniſtri ſacrificiorū eandem pœnā quæ in illū fuerit irrogata, ſuſtineāt, vt hac legis noſtræ ſeueritate perterriti metu pœnę deſināt ſacrificia interdicta celebrare. Quod ſi vir clariſſimus Rector Prouincię, poſt accuſationē legitimā, & poſt crimē in cognitiōe cōuictum, tantū ſcelus diſſimulauerit vindicare: quinquaginta libras Auri ipſe Iudex, quinquaginta etiā Officium eius confeſtim fiſco noſtro inferre cogatur.

Cuilibet licet de hoc crimine accuſare, & domini in quorū prædijs cōmittitur ſcientes, puniuntur pœna hic ſcripta.

Imper. Leo & Anthemius aa. Dioſcoro præf. præt. cod. lib. 1. titulo 14. de paganis.

Nemo ea quę ſepius paganę ſuperſtitiōis hominibus interdicta ſunt audeat pertentare, ſciens ꝙ crimen publicū cōmittit, qui hęc auſus fuerit perpetrare: In tātum aūt huiuſmodi facinora volumus eſſe reſecanda, vt etiā ſi in alieno prædio, vel domo, aliquid tale perpetretur: ſcientibus videlicet Dn̄is, prædiū quidem, vel domus, Sacratiſſimis Iuribus ęrarii addicatur: Dn̄i vero, pro hoc ſolo, quod ſcientes conſenſerint ſua loca talibus cōtaminari ſceleribus, ſi quidē dignitate, vel militia quadā decorantur, amiſſiōe Militiæ, vel Dignitatis, nec non rerū ſuarum proſcriptione, plectetur: priuatæ vero conditionis vel Plebeiæ cōſtituti, poſt cruciatus corporis, operibus Metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

Libri Primi Statutorum Finis.

Christianis nō licet paganos [illegible] ſeu bona rapere [illegible]

Cū ſint [illegible] quæ [illegible] [illegible] gentibus [illegible] [illegible] manus inferre [illegible] [illegible] violent [illegible] bona [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ples [illegible] [illegible] hæc permiſerint, ut eos [illegible]

Agentes & cōſentientes [illegible] latriæ puniuntur pari pœna.

Nemo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Quiſquis [illegible] [illegible] reus [illegible] ſuorum [illegible] eandem pœnā quæ [illegible] per [illegible] mus Regni & Prouinciæ [illegible] [illegible] dem [illegible]

Cuilibet licet de hoc crimine accuſare & domini in quorū prædijs cōmittitur ſcientes, puniuntur pœna hic ſcripta.

Nemo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tentare, ſcienſq; [illegible] publicè cōmitti [illegible] [illegible] rum aūt [illegible] volūtate [illegible] vel domo [illegible] [illegible] [illegible] domus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] bus Metallicum [illegible] perpetuo [illegible] tabantur exilio.

❧ Libri Primi Statutorum Finis.

STATVTORVM REGNI POL.

LIBER II.

De Iure, ac reb⁹, ſeu fundis fiſci Regij.

PRAEFATIO.

AD SPECTAB. ET MAGNIficum Dominū Laurentiū Spytek Iordan de Zakliczyn, & in Melſtyn hæredem, Caſtellanum Sandeczeñ. & Regni Poloniæ Theſaurarium. &c.

CVm iam Libro Primo de Iure perſonarū Leges abſoluimus, ſupereſt, vt de rebus quę vſibus hominū ſubſunt agamus. Summa aūt rerum diuiſio in duo veluti genera diducitur. Aliæ ſiquidē ſunt Diuini Iuris, aliæ humani: Diuini Iuris ſunt, res ſacræ & religioſæ. Quin etiā ſanctæ res ſunt, veluti muri, & portæ Ciuitatum. Quæ vero Diuinæ & ſacræ res ſunt, hæ nullius in bonis eſſe poſſunt. Res aūt quę humani Iuris ſunt, aut publicę ſunt, aut priuatæ: Publicæ, nullius in bonis eſſe debent, ꝗ ſint cōmunes toti populo, qualia ſunt bona fere omnia fiſci Regii: Priuatæ, ſingulorum propriæ exiſtunt: de quibus Libr. Tercio agemus. Vt aūt Theſaurus alicuius Reipub. ærariū dicitur, ita Patrimoniū, ſeu pecunia Regis publica, fiſcus: Cuius prouentus ſunt ex hominibus, ex animantibus, poſtremo ex elementis, ac primo omniū ex hominibus, vt Mercatoribus, Opificibus, Agricolis, Seruis, Vagis, Iudæis, & gentibus, multiplex prouentus fiſco redit. Item ex animalibus tam feris, quā cicuribus, in fundo Principis natis & educatis: Poſtremo omniū ex elementis, ex hiſque quę ſua ſponte gignuntur in viſceribus Terræ, vt ex Auri, Argenti, Cupri, Stanni, Plumbi, ac ferri Metallis: item ex lapidicinis, laterificinis, ſalinis, aliiſque mineris ſeu fructibus ex viſceribus Terræ prolatis: præterea ex his quæ ſuper Terram naſcuntur, vel fiunt: vt ſunt prata, ſata, arbores fructiferæ, & cæduæ: ac ædificia. Item ratione ſecuri tranſitus a variis mercibus varia vectigalia, & Telonea: ratione vero cōtractus foralia: ſimiliter ex aqua vectigalia aquatica, nauigia, pontalia, aggeralia, littoralia, emolumenta, cannalia, piſcaria, atq; res ad littus eiectæ ad fiſcum redeunt. Sed & aeris & ignis varios vſus mortales inuenere, ſteriliaque elementa ſuæ cupiditati ſeruire coegerunt. Item ex Monetæ accreſcentia, ex iudicato, vel edicto tranſgreſſo pœnæ: Item teſtamentis legata, pecora vaga. & a nullo occupata. Item feuda. deuoluta, caduca: Item bello quæſita, aliaq; modi iſtius plura ſunt in Principis Theſauro: qui quidem ꝗ pecunia dicitur numerata, & in caſus repentinos repoſita, in hoc plane Principibus cōuenit, vt repente exigant, quæ fiſco illorū quacūque cauſa debētur. Etenim fiſcus more ieiuni ventris ad preces obſurdeſcit, nec quęrit vnde habeas, ſi illi debes, niſi quod dare oportet, vt ſemper præſto habeat, vn-

Res Iuris Diuini & humani.

Res humani Iuris ſunt duplices.

Publicæ.

Et priuatæ.

Fiſcus Principis ærarium dicitur populi.

Ex hominibus.

Ex animalibus.

Fiſci prouentus ex elementis.

Farrago prouentuum fiſci.

Fiſcus non patitur moram.

Publicani exigant ea quæ fiſco debentur.

de Mercenariis veluti membris tribuat. Publicani aũt et Queſtores ne forte peccare ſe putent, ſi in exigendis publicis pecuniis acres, in reddẽdo vero fideles ſint: ſciant præcepto Chriſti ſe cogi, vt dent Principi quæ Principis ſunt, & ea quæ Dei ſunt, Deo.

Vt Princeps in Rep. poſsit eſſe liberalis, ac magnificus, legibus noſtris prouiſum eſt.

Porro qua ratione Princeps cõſeruet, alienetq́;, vel recuperet bona fiſcis, Legibus definietur: Nam prouidendũ erat, ne aut illiberalis, aut prodigus ſit: ſed vt liberalitatis modũ retineat: qui conſiſtit maxime in pecuniæ vſu: nempe, vt, vbi, quid, quando, & a quo accipere oportet, accipiat: & e regiõe, vbi, quid, quando, & cui dare oportet, det: ſemperq́; magnificentiã Principe dignam, in omnibus operibus, magnis ac paruis, publicis ac priuatis, ſeruet: pro Regni, & ſuæ perſonæ dignitate: cõtraria enim horũ, in vicio ſunt: & tam Regno damnoſa, quã Rege indigna

Laus & reprehenſio opum unde profectæ ſunt.

Nam ꝙ veteres Philoſophi partim laudabãt, partim damnabãt opes: vario reſpectu mihi quidẽ iſthuc feciſſe videtur: iuſtũ eni vel iniuſtũ in acquirendis, vſum vero vel abuſum in fruendis illis reſpiciebãt:

Pij opes poſsideant ac gerant Magiſtrat.

Opes aũt ipſas veluti inſtrumẽta beatæ vitę, e regiõe aũt inopiam miſeriæ parentẽ cõſentienter affirmabãt: ſi quidẽ (vt tantũ illuſtria exempla ſequamur) Abraham, Loth, & Iob magnas ſubſtantias habuere, pręterea Iozeph, Dauid, & Salomon, aliique pii Reges locupletiſsimi fuerãt: facultatibus tamẽ ſuis ad laudem Dei illarũ opificem vſi fuiſſe legũtur: vt fanaticorũ delyria merito ceſſare debeant, qui in dubium reuocãt, liceat ne Chriſtianis gerere Magiſtratus: aut propriũ quitquam poſsidere: cum, & Magiſtratus pios Deos appellent ſcripturæ: & opes bene partæ bene etiã diſpenſatæ nõ leue momentũ ad omnes res bene gerendas afferant: quarũ quidẽ, affluentia vt neceſſaria eſſe oſtẽdatur, a Græcis οὐσία, a Latinis ſubſtantia dicũtur, ideo, quod ipſæ opes quodã modo eſſentia, e cõtrario inopia quędam inanitas ſit hominis.

Et ſi iuueni ac ſtulto obſint facultates, indigentia tamẽ omnes multa mala docet.

Et ſi aũt iuueni aut ſtulto viro idem diuitiæ ſint quod gladius furenti: illiberali etiam cantari ſoleat, ꝙ habes, ne habeas: Nihilominus omnibus in genere opibus carere peſsimũ eſt, quippe quod pueros proſtare cogit indigentia, viros furari, mendicare ſenes, liberos ſeruire, Reges hoſtiũ ſequi libidinẽ: aliaque omnia ſine adminiculis diuitiarũ facile vicia concipiunt.

Miſerũ eſt egere priuatũ, miſerius principem.

Quo ſenſu illud apud Græcos eſt iactatum, QVI CARET ARGENTO MORTVVS INTER VIVOS OBAMBVLAT: quod quidẽ ſi etiã de priuatis verũ eſt, multo tamẽ verius dici poteſt de Principibus, qui quidem vt præſente pecunia poſſunt, quęcũque volunt, ſic in nullo nõ claudicant Officio, ſi non habeant ꝙ numerent iis, quorũ opera ad Reipub: vtilitatẽ vti cupiant,

Principes ergo habeant Theſauros.

ita vt magna inprimis neceſsitas incũbat Principibus Theſauros habere in promptu publicos, ex quibus ſemper in Rempub. liberales, hoſtibus autẽ pares aut etiã ſuperiores eſſe queãt.

Theſaurariorũ Officia de quibus lib. 1. capitulo 9. egimus.

Quia vero Princeps propter ſummas ac difficiles Reipub. functiones eo ſe demittere nequit, vt aquirendis, retinendis, & diſpẽſandis Theſauris ipſemet vacet: Quæſtores ſeu Theſaurarios, quaſi quoſdã condos ac promos huius magnæ domus ſuæ, quæ Reſpub. dicitur, conſtituit: vt vicibus illorum hac parte defungantur.

Apoſtrophe ad ſbigneum iordanum.

Qui quidẽ Magiſtratus ꝙ in ſolerti reditũũ perueſtigatione, iuſta aquiſitione, tutela forti, ac liberali diſpenſatiõe maxime conſiſtit, te potiſsimum IORDANE TAM RE QVAM NOMINE AVGVSTVS REX noſter dignum eſſe iudicauit, cui hanc functionem delegaret: & ingenii enim acumine tantũ vales, vt fruſtra quis tibi ætatẽ virilem ingreſſo cana capita præpoſuerit, & Iuſticia, fortitudine, ac liberalitate tantũ te cõmendaſti populo, vt nemo fere homo ſit, qui de te iuſte queratur: tibi quę Iure tua, vel fiſci ſunt, eripiat: vel alioqui tuo beneficio, aut ſaltem Officio tibi non fuerit deuinctus, atque hę quidem laudes vt verę Senatoriæ, ita tibi proprię ſunt. Nam genus tuũ Nobile cum multis tibi cõmune eſt: niſi quod & patrem Voyniceñ. & patruũ Sandeczeñ. Caſtellanos: Præterea vterinũ fratrem Sta. Odrowaſſum Podolię, ac Socerum Nic. Syenyauiũ Belzeñ. Illuſtres habere Palatinos, raræ cuiuſdam fœlicitatis videri poſsit: præſertim vero ꝙ non ſolum domeſticũ

ſplendorẽ

ſplendorem illorũ adæquaſti, verũ etiam fortitudinẽ Militari diſciplina aſſequi contendis: Ad primũ enim Nuncium Braczlauii nuper capti, dimiſsis omnibus impedimentis pergere illuc deſtinaras, quo incendiũ Reipub. reſtingueres: niſi hoſtis barbarus (proh dolor) præda onuſtus e finibus Regni exceſsiſſet: & hęc illius fuga, te cum Illuſtribus viris Petro Kmita a Viſnicze, & Iohãne a Tanczyn Comitibus, Cracouieñ. & Sandomir. Palatinis, mercenariũ Militem (niſi Rex ratum habeat) veſtro ſumptu cõſcribere, potius quã voſmet contra fugitiuũ hoſtem proficiſci ſuaſiſſet, quo quidẽ tempore dubio nobis te non modo prudentẽ Senatorem, Iuſtum, ac liberalẽ Quęſtorẽ, verum etiã patriæ amantẽ Ciuem, belloque animoſum fore Ducẽ cum primis oſtendiſti. Quæ quidẽ virtutes, vt ad iuſtum robur excreſcant, & in Rempub. eodẽ ſucceſſu quo cęperunt refundãtur, nos optare, te vero pręſtare par & ęquũ eſſe putamus: ne ſcilicet cum tibi a Deo & a natura ſuppeditata ſint omnia, nos nobis optando, tu vero negligendo defuiſſe videamur.

CAPITVLVM I.

De Rebus, ac bonis fiſci.

ARTICVLVS I.

De vſu Theſaurorum Regiorum, deque Caſtris conſtruendis, ac reparandis.

Rex Theſauros colligat, vt in Remp. poſsit eſſe liberalis. Lex I.

76. Et ſi ex debito Regalis munificentiæ ad omniũ ſubditorũ commodũ & profectum oculo cõſiderationis intendere debeamus, propenſior tamen ſolertia circũſpectionis ad augmentũ Theſaurorũ & prouentuũ Regni noſtri incumbit, ex quibus Regni & ſubditorũ noſtrorum cõmodis debite ualeamus prouidere. Kazimirus Tertius. Idẽlib.1.cap.1.ar.2.

Theſaurariorum vero Officia, Libro

Primo Capitulo nono uideantur.

Per quẽ Caſtra pace vel bello conſtruenda, reparãda, ac tuenda ſint. Lex ij.

Quæ Libro 6. de Bello Capitulo j. Articulo j. videatur.

ARTICVLVS II.

De alienãdis, vel non alienandis bonis Regalibus: per Cancellarioſque contra Ius non inſcribendis: deque Stationibus, ac bonis Reginæ obligatis: nec nõ Caſtrorũ, & prędiorũ Regaliũ ſeruis, ac laboratorib.

Donatio Regalis Militib. in bello facta, morte

cta, morte donatoris & donatarij, etiam abſqꝫ literis confirmatur. Lex I.

Kazimirus Magnus Viſliciæ 1368.

Idem lib 3 cap 7. de cõtractib & libr.6. cap.1.art.7. de bello

Hoc Statuto perpetuo declaramus obſeruandũ. ꝙ donatiões fixę & fir 38.
mę debeãt permanere, etiã ſi Priuilegiũ ſuper eiſdem donatiõibus conceſſum non fuerit: dũ modo, & ſaltem morte donatoris uel eius cui donatio facta fuerit confirmetur: prę ſertim his qui nobiſcũ ſeu cum noſtris ſucceſſoribus uiriliter in bello pugnantes fuerint interfecti: donatio recipiat perpetuam firmitatem.

Alioquin Rex non alienet Terras Regni Pol. Lex ij.

Ex Priuilegio Ludouici Kaſſouiæ dato. 1374.

Facit ad hunc locum Ius iurandum Regis, lib.1.cap 1 articu.4. ſcriptum.

Sed quia Corona Regni prędicti per has ſucceſsiões poſſet aliquo mo- 40.
do diuidi, rumpi, uel quouis modo uiolari promittimus, bona fide abſque omni dolo cuiuſlibet fraudis, ſub Sacramento fidei noſtræ, ipſam Coronã Regni Poloniæ ſemper ſaluã & integram ac illibatã conſeruare. Et nullas Terras, uel partes earum ab ipſa alienare, uel minuere, ſed eam augere, & recuperare, uelut in Coronatiõe noſtra ſumus & fuimus obligati noſtris munimentis.

Inprimiſqꝫ bona ad ꝑcuratione̅ generale̅ Crac. ſpectãtia ne obligētur. L.iij.

Vuladiſlaus Iagello 1540.

Vuladiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ, Lithuanięque Princeps ſupre- 84.
mus, Dñs & hęres Ruſsiæ. &c. ac electus Regni Hungariæ. &c. Significamus tenore præſentiũ quibus expedit uniuerſis, Quomodo debita animaduerſiõe huius Regni noſtri dicti Poloniæ beneficia, in quo & educati, & Regij honoris culmine inſigniti ſumus, in animo reuoluentes: Volenteſqꝫ ipſa beneficia de ipſo Regno ſuſcepta omni cura ipſi Regno & Coronæ Poloniæ ſtatũ & ſtabilimentũ procurañ. refundere: ꝙ maxime tunc uidemur agere, cũ ipſius Regni bona, & poſſeſsiones in libero & inobligato ordine, & ſtatu, ut poſſumus prę ſeruamus Igitur ꝑmiſimus, ſpopõdemus, ac in uerbo noſtro Regio promittimus, ſpondemus, & præſentis noſtri patrocinio ſcripti Nos obligamus, omnia bona, poſſeſsiões, Ciuitates, Caſtra, Oppida, Villas, Molēdina, piſcinas, lacus, & alia bona quibuſcũqꝫ ſpecialibus uocitētur nominibus ſeu uocabulis, quę ad prę ſens & hactenus ad procuratione̅ Cracouieñ. generalem ſpectãt, & pertinent, propter Regni noſtri ſępe fati Poloniæ neceſsitatē, & firmum ipſius ſtabilimentũ in libera cõſeruantia & inobligata ſeruare, ſtare, tenere, & habere uolumus. Ita ꝙ nulli hominũ cuiuſcũqꝫ ſtatus, & conditiõis, aut prę eminētiæ fuerit, dicta bona, uel eo-

rum aliquid,

rum aliquid, quod ad procurationē Cracou. generalē ad hactenus pertinet, ita ut prefertur inobligata cōſeruabimus, & libera pro huius Reipub. & Regni Poloniæ ſtatu profectu cōſeruañ. ſtare promittimus. Harum quibus Sigillum noſtrū eſt ſubappenſum teſtimonio literarū. Datū Crac. ſabbato proximo ante Dñicam Iudica. Anno Dñi 1440.

Terra etiam Sandomirienſis amplius ne obligetur. Lex iiij.

85. 86. Kazimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſie, Pruſsieq; Dñs, & heres. &c. Significamus tenore preſentiū quibus expedit uniuerſis: tam preſentibus quā futuris. Quomodo attendeñ. fidei conſtantiā, & eximie affectiōis in nos, & Rempub. Regni noſtri deuotionē, per Magnificū Iohannē de Rythuyany Palatinū Cracou. Militem & Conſiliariū noſtrū ſyncere dilectū, rara & ſingulari liberalitate mōſtratā: per quā Iohan. ipſe Palatinus, & uoluntatē germani ſui olim Derſlai Caſtellani Cracouieñ. & Capitanei Sandomir. impleturus, & beneuolentiā propriā erga noſtrā perſonā primū, deinde erga Rempub. Regni noſtri & Zelum ſingularē oſtenſurus, Terrā Sandomiriē. cum Caſtro, Ciuitate, ceteriſq; Oppidis, & Villis, Teloneis, pontalib. & uniuerſis cenſibus, prouētibus, & introitibus, ad illā quoquo modo pertineñ. relaxando, & dimitteñ. ſimpliciter, & nude, notabiles pecuniarum ſummas, quas a nobis & germano noſtro Dño Vuladiſlao Hūgariæ & Poloniæ Rege, in dicta Terra Sandomir. Caſtro, Ciuitate, Oppidis, & Villis, uterq; eorū habebat obligatas, et inſcriptas: literas quoque diuerſas noſtras, & præfati germani noſtri Dñi Vuladiſlai Regis, in quibus inſcriptio & obligatio præfatarū ſummarū cū cauſis & reſpectibus denotata, & expreſſa ad liquidū cōtinebatur, in poteſtatē noſtram. ℭ Per manus Venerabilis Staniſlai de Kuroſzuyaki Regni noſtri Vicecancell. reſtituit: de Terra quoq; predicta Sandomir. Caſtro, Ciuitate, Oppidis, & Villis effectualiter, & ad integrum nihil ſibi, aut ſucceſſoribus ſuis Iuris, proprietatis & dominij in eiſdē relinqueñ. exceſſerit, ſpontanea, ultronea, & mera ſua uolūtate, pro Regni ſui augmēto, & profectu. ℭ Ne itaq; caſu aliquo ſiniſtro quod Deus auferat, uel euentu uoluntatē ſuam optimā, in augmentū Regni noſtri & Reipub. ordinatā, cōtingat quoquo modo infringi, uel deformari: tenore præſentiū in uerbo noſtro Regio promittimus, pollicemur, & nos fide bona aſtringimus, inſcribimus, & obligamus: q; præfatam Terrā Sandomirieñ. Caſtrū, Ciuitatē, Oppida, & Villas, in toto, uel in parte, per ipſum Iohannē Palatinū nobis reſignatā, et donatā, nulli hominū cuiuſcumq; conditiōis, ſtatus, uel eminētie, in quacūq; noſtra, & Regni noſtri neceſsitate, euentu, uel ſucceſſu, aut caſu infeudabimu, ſinſcribemus

Iohannes de Rythuany Palatinus Craco. & Derſlaus Caſtell. reſignant Terr. Sandomir. Regi Kazimiro Tercio.

De reſignatione Caſtri & terræ Sand. Regi facta per manus Venerab. domini Staniſlai de Kuroſzauyaki R.P. Vicecan.

Promittit Rex terram ſand. nō amplius ſe obligaturum.

uendemus,donabimus,obligabimus,locabimus ad tẽpus,& ad uitã,in
perpetuũ,uel alias quoquo modo: nec aliquã ſummã pecuniarũ,paruã
aut magnam,etiam ad extenuationem,arendationem,uel locationem,
aut ſub nomine extenuationis, arendæ, uel locationis, in eadem
Terra,& Caſtro,Ciuitate,Oppidis,& Villis,aut aliquo præmiſſorum,
in parte,uel in toto,inſcribemus, uel inſcribi cõſentiemus, ſcienter, uel
ignorãter, directe,uel indirecte,uel quauis exquiſita cauſa,occaſiõe uel
colore:omnes tamẽ occaſiones colores,artes,cauſas,calliditates,fraudes
ingenia, quacũq; ſubtilitate excogitatas, ſcriptas uel interpoſitas, nulli
hominũ cuiuſcũq; conditiõis,ſtatus,ſexus,uel pręeminẽtiæ exiſtat,qui
contra pręſentẽ noſtram ordinationẽ in toto,uel in parte,exceſſerit,aut
illi cõtrauenerit, aut illã uiolauerit, nolumus in aliquo ſuffragari, aut
in excuſationẽ,& purgationẽ ſui ſceleris,ſuæq; pręuaricatiõis,pœnę &
reatus trahi. Si aũt præſenti noſtræ promiſsiõi,pollicitatiõi,aſtrictioni
inſcriptiõi,uel obligationi cõtrauenerimus, & eã uiolauerimus,in toto,
uel in parte,& aliquã infeudationẽ, inſcriptionẽ, donationẽ,ueditio-
nem & obligationẽ, de dicta Terra Sandomir. eiuſq; Caſtro,Ciuitate,
Oppidis,& Villis cẽſibus,Teloneis,& quibuſcũq; eius redditibus fece
rimus: Extũc talẽ infeudationẽ uolumus & decernimus eſſe caſſam,&
irritam,nec ullũ unquam poſſe & obtinere robur,uelut eam quę in dã-
num Reipub. Regni noſtri procederet, leſionẽ & offenſam. ¶ Sed &
perſonã cuiuſcũq; ſtatus & conditiõis exiſteret,quę inſcriptionẽ,& in-
feudationẽ ſuper dicta Terra Sandomir. Caſtro, Ciuitate, Oppidis,&
Villis,a nobis uel ſucceſſoribus noſtris ſuſciperet, lęſæ Maieſtatis, lę-
ſæq; Reipub. ream eſſe decernimus, noſtrũq; ac Regni noſtri Poloniæ
publicũ hoſtem & fraudatorẽ declaramus,habebimuſq; facultatẽ Nos
& ſucceſſores noſtri, Quin & Cõſiliarij Regni noſtri habebũt hominẽ
tam impium,& ambitioſum a pręfata Terra Sandom. Caſtro,Ciuita-
te,Oppidis & Villis,aut parte earũ,quamcũq; occupauerit,abſq; omni
Iure,& ſtrepitu Iudicij, ammouẽdi,& expellendi tanquã cõmunis boni
hoſtem,& perturbatorẽ. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrum præ-
ſentibus eſt ſubappenſum. Actum in Conuentiõe generali Petricoui-
eñ. feria quinta ante Dñicam Eſto mihi. Anno Dñi 1478. præſentib.
Reuerendiſs. & Reuerẽdis in Chriſto patrib. Dñis Iacobo ſanctæ Gne-
ſneñ. Eccleſiæ Archiepiſco. & Primate,Sbigneo Vuladiſlauieñ. & An-
drea Varmieñ. Epiſcopis: Nec nõ Magnificis,& Generoſis, Mathia de
Buyn Poſnanieñ. Iacobo de Dambno Sandomir. Nicolao de Kuthno
Lancicieñ. Palatinus: Iohãne de Oſtrorog Poſnanieñ. Barptolomeo de
Iuanouicze Caliſsieñ. Petro Dunyn de Prauukouicze Siradieñ. Caſtel
lanis: Cæteriſq; Dignitarijs & Officialibus Regni noſtri & Curieñ.
quam pluribus. Datum per manus Venerabilis Staniſlai de Czuroſz
uanki Regni Poloniæ Vicecancellarij.

Qui pecunias ad Terram sandomir. dederit, debet tanq̃ patriæ deſtructor reputari.

Crimẽ læſæ Maieſt. quam multiplici pœna plectatur, uide li. 1. cap. 4. art. 15. de Hæreticis.

Immo amit

Immo amittat pecuniã q eã dederit ſuꝑ Terras & Capitaneat. prĩcipa. Lex v.

Kazimir. Tertius in Nyeſſoua 1454.

Idem lib. 6. de Bello.

Appellatione menſæ Regiæ intelligim9 omnes ſumptus quibus ſtatus & Dignitas Regia pace belloque ſuſtinetur.

Item cũ bona & poſſeſsiões menſæ noſtræ Regalis, ne dum pro perſo-
93. na noſtra, ſed & pro tuitione ac cõſeruatione Regni totius ſint a principio ordinata: pollicemur, quod nõ ponemus in obligationẽ pro pecunijs, Caſtra, & Terras principales, ſeu Capitales, in quibus Capitaneatus conſiſtunt: Et ſi quis a nobis huiuſmodi Terras aut Caſtra ſic in obligationem receperit pecunias per eum datas eo ipſo amittat.

Nonnullarũ Terrarũ & Caſtrorũ principalium habetur mentio libr. 1. cap. 5. art. 1. de Dignitatibus.

Itaq; bona Regalia ſi neceſsitas Reip. vrgeat nõ alibi quã in Cõuentione generali cum adſenſu Conſiliariorũ ſunt inſcribeñ. idque ſemper cum extenuatione: Alioquin honoris & pecuniæ amiſsionis pœnam ſecus faciens perpetiatur. Lex vi.

Rex Alexander Petricouiæ 1504.

114 Quoniã de bonis menſæ Regalis ſtatus Regius etiã ſpecialẽ conſueuit habere prouiſionẽ, & illis nõ habitis neceſſario ſtatus Maieſtatis Regię publicis auxilijs deberet ſuſtentari, tot uero onera in Regno cõtingunt ferenda, ut etiã publicis auxilijs impoſsibile eſſet ſatisfacere, & prouidendo ſtatui Regio, et neceſsitatibus occurrentibus: ut igitur ſucceſsiue euinci ualeant bona menſæ Regię, Statutũ eſt, & per Maieſtatẽ Regiã approbatũ eſſe debeat, ꝙ bona Regalia dum exemẽtur, uel ſi quopiam modo deuoluẽtur ad Regiã Maieſtatẽ, amplius non impignorabũtur, neq; donabũtur per Maieſtatẽ Regiã niſi in generali Conuentiõe pro Reipub. neceſsitate Cõſiliarij cõſentirẽt obligãda, donanda, uel inſcribenda: propter quod Regia Maieſtas nemini amplius ad ſummas priores in bonis Regalib. adſcribet quidquã: Et ſi inſcriptionẽ fieri cõtingat etiã in generali Conuentiõe Dñis Cõſiliarijs conſentiẽtibus, Nihilominus perpetuo obſeruandũ decretũ ſit, ꝙ nemini aliqua bona menſę Regalis Maieſtas Regia deberet inſcribere, abſq; conditiõe extenuationis. Qui uero cõtra pręſens Statutũ pecuniã ſuper bona Regalia dederit, ille perdet & honorẽ & pecuniã quam habet inſcriptam.

Theſaur9 quoq; Regi9 velut patrimonium Reipubl. cum alijs intẽpeſtiuis largitionibus in damnum atque adeo in fraudem Reipublicæ fieri ſolitis tum multitudine Nunciorum exhauritur. Lex vij.

Quam vide Lib. j. Cap. 2. de Comitiis Artic. j. Lege Cũ cerneremus.

Ergo Cancellarij literas contra Ius cõmune & Conſtitutiones, ne dent. Lex viij.

Cancellarij

Alex. Petr 1504. Idem lib 1. cap. 10. art 2. de Cancell. & lib. 3. cap. 7. artic. 1. de Contractibus.

Cancellarij & Vicecancellarij * literas cōtra Ius Regni nō extradant, ut (pote) literas ſuper Donatiōibus, & Inſcriptiōibus bonorū nemini dent, aliter quam Conſtitutiōes Regni continent.

Si Rex nō dedit alicui expreſſe in Priuilegio uel in Inſcriptione ſtationem, Iuri Regio reſeruata eſſe cognoſcitur. Lex ix.

Sigiſm. Crac. 1510.

Vbi ſpecialis mentio in Priuilegio uel in Inſcriptiōe * de ſtatione facta non eſt, Iuri Regio reſeruata eſſe cognoſcitur. 15.

Porro de bonis Regalib. a Regina nomine hypotecæ poſſeſsis, ea eſt ordinatio conſtituta. Lex x.

Plurimum intereſt Regni huius, ut ne qua fiat bonorū præſertim immobiliū alienatio. Nos itaq; impoſterū ratiōibus illius proſpicere cupientes, Quoniā Sereniſsima cōiunx noſtra quędā Caſtra, Oppida, & Villas in Regno noſtro hypotecę ſeu cuiuſuis obligatiōis nomine obtinet, & poſsidet: Ne uſu aliquādo uenire poſsit, ut hæc ipſa a Regni corpore diuellantur: Statuimus & decernimus, ut prefecti Caſtrorum eius Maieſtatis ſint Poloni, Indigenę, Nobiles, atq; hij in ea Prouincia ubi Caſtrum eſt poſſeſsionē habētes: Qui ita ſe nobis iuramēto, & ſucceſſori noſtro Regi obſtringant, ut nō teneātur niſi nobis & ſucceſſori noſtro Regi pro tēpore exiſtenti, poſt mortē, quæ procul abſit, Sereniſsimę cōiugis noſtræ, Caſtris ſolis cędere: neq; prius tamē cędent, quā ſi, q; abſit, nos, uel filius noſter Sereniſs. Rex Sigiſmund. Auguſt. nulla prole maſculina ſucceſsiue relicta deceſſerit: Ita enim ſolutis realiter & cum effectu ſummis in præfatis Caſtris ac bonis ad hæc pertinētibus obligatis, ſiue per Regē, ſi exemēdo eſſe poſsit: ſiue per Nobiles, quibus redimendi & exemēdi hac in re uigore præſentis Statuti ac Cōſtitutionis noſtræ damus & facimus poteſtatem, filiabus noſtris ex Sereniſs. Domina Bona Regina cōiuge noſtra chariſsima procreatis, ac earum ſucceſſoribus legitimis, ipſi Caſtrorū Capitanei, Regi tūc tēporis exiſtenti, uel Nobilibus qui pro redemptiōe bonorū ſummas pecuniarum repoſuerint. Realiterq; prefati Capitanei, & cæteri bonorū ſuæ Maieſtati obligatorū prefecti, in manibus ſuis Caſtra, Oppida & Villas tenebunt, quā diu prefatæ ſummæ filiabus noſtris, & earū ſucceſſoribus ſeu alijs quibuſuis perſonis iuxta ordinationē & diſpoſitionē Sereniſs. coniugis noſtræ, ſi quā illi facere uidebitur, realiter repoſitæ & perſolutæ non fuerint. Interim uero de prouētibus bonorū dictorū filiabus noſtris, & earū ſucceſſoribus, aut alijs perſonis reſpondebūt. Neq; tamen bona

men bona ipſa ab eis redimi poterint priuſquã in matrimoniũ elocatę fuerint. Poſt elocationẽ uero tenebitur quælibet earũ ſummã ſe cõcernentem: uel iuxta ordinationem Maieſtatis ſuæ, ſi quam, ut præmiſſũ eſt fecerit, accipere.

Quod aũt vagi & mendici validi ad labores Caſtrorũ & prædiorũ Regaliũ capiãtur per Capitan. Lex xi.

Quam vide Lib. 1. Capitul. 12. Artic. 18. de Capitaneis. Item Lib. 1. Capit. 16. Articul. 7. de Laicis vagis, & Lib. 1. Capit. 17. Artic. 7. de Vagis, & Capitulo 20. de Mendicis, & Libro 6. Capit. 1. de re Militari.

ARTICVLVS III.

Bona fiſci teſtamento reddi poſſunt.

Teſtamẽta non de immobilib. & hæreditarijs bonis, ne defenſio Reipub. minuatur, ſed ſolum de mobilibus uel de Regalibus propter cõmodum Reipub. in toto uel in parte conduntur. Alioquin Teſtamenta cõtraria huic legi non ſunt cõfirmãda, & ſi cõfirmarẽtur impugnẽtur. Lex I. & ij.

Sigiſm Petr. 1504. Idem Petric. 1510.

Quas vide Lib. 3. Capit. 2. de ſucceſſionibus ex Teſtamento.

ARTICVLVS IIII.

De literis ſuper bona fiſci amiſſis, conſenſibus Regiis, modo redimendorum bonorum fiſci, Literis reuideñ. interpretañ. tenendiſque, vel non tenendis: quodque ſecundum illas ſit iudicandum.

Qui literas ſuper bona Regalia amiſerit, coram Palatino ſuæ Terræ, & Capitaneo, de amiſſis proteſtabitur infra annum, alioquin carebit innouatione, Probatio aũt coram Regia Maieſtate fieri debet. Lex I.

Alex. Petri. 1505. Euſdem mentio libr. 1. capi. 6. articulo 7. de Palat. Offic.

115 Qui literas ad bona Regalia amiſſas diceret, ac de amiſſis infra annũ a perditione literarũ computandũ euidens ac legitimũ teſtimoniũ ſeu proteſtationẽ nõ fecerit, quã proteſtationẽ corã Capitaneo & Palatino ſuæ Terræ faciat: ille anno poſt amiſſas literas decurſo non obtinebit renouationẽ, neq; probationis uiam habiturus eſt perpetuo: Probationem uero amiſſarum literarũ faciet coram Regia Maieſtate.

Sculteti, Aduocati, & Molẽdinator. Regales ſcultetias, aduocatias, & Molendina ſua, abſq; conſenſu Regio uel alias Dñorum ſuorũ alienare & obligare non debẽt, nec poſſunt, alioqui ea perdẽt, a quo cõſenſu quid etiã Cancel. accipere debeat. Lex ij.

Sigiſm. Crac. 1510.

Quã vide Li 1. Ca. 17. Ar. 4 de Sculteт. eorũq; libertatib. Officio, ac ſeruitutib.

Cõſenſ⁹ dati ad exemẽ. ne reuoc. L. iij.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1 5 5 0.

Sigiſm. Petr. 1 5 3 8. Redẽpturus bona Regalia, ante 6 hebdomadas poſſeſſorẽ illorũ citet, totidemq; ad migrandũ impertiat. Præterea homini poſſeßion. aut etiam impoßeßion. uades ſtatuen. pecunia ne areſtetur. ſed ſi quis ipſum exemptũ nomine damni dati accuſet, Iudicio Terreſtri cũ eo experiatur.

Cõceditur etiam exemendo dilatio ad muninrẽta. Quod ſi appellet citatus ad Regem, attamen Cõmiſ. accipiũt ad ſe pecun. repoſitam, & mittũt in poßeßio. exemptorem, cũ remißiõe ad loci capitan. ſi & in quantũ intromißioni exemptus cõtradicat ſi aũt literæ ſint dubiæ ac pplexæ, poterit exemptus etiam a Regia ſentencia ad conuentũ Reg. appellare, deindeque pecun. iuſte ſibi cõpetentem a cõmiſſar. tollat

Sigiſm. Crac. 1 5 0 7. Plura de Literis & priuil. priuatis et hæreditar. ſi culpentur: & qđ actis Terreſt. nõ inſcribantur quatem autoritat. in limitatione habeant. Item qđ Iudæis oppignorari non debeant, uide lib. 3. cap. 8. ar. 1. de literis & priuil.

Sigiſm. Crac. 1 5 1 0. Eiuſdẽ ſit mentio li. 3. cap. 8. de literis & priuilegijs.

Conſenſus omnes dati iuxta Statutũ, in robore cõſeruamus, qui quidem Iuri communi non eſſent contrarij.

Modꝰ redimẽdor. bonor. fiſci. Lex iiij.

Quoniam circa redemptionẽ bonorũ noſtrorũ Regaliũ euenire ſolet, quod Tenutarij de quorũ manibus bona redimũtur, grauamina, & difficultates perferre coguntur: Ad quæ amouẽda, ſtatuimus, ut in redẽptione bonorũ noſtrorũ Regaliũ, ſiue ea pro mẽſa noſtra, ſiue per quẽpiam aliũ de conſenſu noſtro redimãtur, nõ ſeruetur deinceps arreſtatio pecuniarũ homini poſſeſsionato, ſimiliter & impoſſeſsionato fideiuſſores pro ſe ſtatuenti. Sed ſi quiſpiã ſubditorũ noſtrorũ ex illis bonis redemptis ſe iniuriã aut damnũ ab eo, qui exemptus eſt, accepiſſe prætendat: pro tali iniuria, ſeu damno, Iure Terreſtri cum eo experiatur. Deinde ut ad migrandũ, quod Rumouanye uocãt, quilibet, de cuius manibus, ſiue per nos, aut aliũ quempiã bona noſtra redimuntur, tempus ſex ſeptimanarũ liberũ habeat, quo tẽpore licere debet exempto omnes & ſingulas res, & bona quecũꝗ mobilia propria euehere, expellere, & exportare. Præterea huiuſmõi bonorũ redemptio fieri debet in diſtrictu proprio, quãdo per aliũ quã per nos redimũtur, & Terminus Citationis pro redimẽdis bonis, ſiue per nos, ſiue per quẽpiam alium de conſenſu noſtro redimantur, debet eſſe ſex ſeptimanarũ a tempore poſitionis ipſius Citationis.

In redẽptione bonorũ fiſci qualiter literę & Inſcriptiões reuidẽdę, & ualidę uel inualidę pronũciandę ſunt.
Et quod grauato Regia ſentẽcia licet ad Cõuentũ appellare. Lex v. 3.

Ad tollenda dubia & cõtrouerſias ſuperfluas amouẽdas quę oriri poſſunt ex diuerſitate Inſcriptionũ bonorũ noſtrorũ: Statuimus, ut cum eadem bona redimere uoluerimus, reuideri debent literæ Inſcriptionũ, & quæ licite, iuſte, & legitime inſcripta ſunt, aut cõtra, cognoſcatur, & decernatur per nos & Cõſiliarios noſtros. Quod ſi quis huiuſmodi cognitiõe & decreto grauatũ ſenſerit, liberũ ſit ei cognitionẽ grauaminis per appellationem deferre ad Conuentum generalem.

An vero generaliter, vel ſpecifice, literæ & Inſcriptiões in bonis Regijs ſint
interpretandæ, & quod generales Inſcriptiões nulla ſpecificatiõe coarctatę omne dominiũ transferũt in poſſeſſorẽ, & ut omnia cõplectuntur: ita poſſeſſori tribuunt. Lex vi. 15.

Ambiguitates abolere uolẽtes quę plerũꝗ dum Inſcriptiões ſuper bonis Regalibus ſeu Priuilegia corã nobis reproducũtur, emergebãt: De-

terminamus

terminamus innitẽdo ueteri cõſuetudini dudũ practicatæ, quod quæcunq; ſpecificata in Priuilegio uel Inſcriptiõe nominatim fuerint, illa eadẽ tenenda ſunt, eandẽq; ſpecificationẽ, ſi quæ generalitas ſequitur ad præfatã ſpecificationẽ dũtaxat referẽda eſt, & nõ ad alia: Sed ubi ſpecialis mẽtio in Priuilegio uel in Inſcriptiõe de Teloneo, de curru bellico, de exactiõe duorũ groſſorũ, de ſtatiõe, & Iurepatronatus facta nõ eſt: Iuri Regio reſeruatũ eſſe cognoſcitur. Inſcriptiões aũt quę generaliter fiunt nihil ſpecificãdo, ſed omne dominium in perſonam transferendo, omnia in ſe complectuntur, & poſſeſſori attribuunt. Partes huius ſtatuti certis capitulis huius libri ſũt accõmodata

Hæc aũt interpretatio ſimplex, & non detorta eſſe debet. Lex vij.

Priuilegia publica & priuata nõ debent interpretatione aliqua in alium quam ſonant ſenſum uerti, ſed ita ut in ſuis tenoribus ſcripta ſunt, & non aliter intelligi debent. Sigiſm. Petr. 1538. Idem infra lib. 3. ca. 8. de literis & priui.

Porro aduitalitat. cõceſſæ, ſeruẽ. L. viij.

Aduitalitatis literæ a nobis conceſſæ per omnia ſecundum earum tenorem per nos ſeruabuntur. Sigiſm. petric. 1538

Similis.

Aduitalitia omnia iuxta Statutum in robore conſeruamus, quę quidem Iuri communi non ſint contraria. Sigiſm. Auguſtus petricoviæ 1550.

Quod aũt libri ſeu Regeſtra Cãcellariæ ad probationẽ ſuper bona Regalia nihil ualeant * & quid, ac quomodo libris Cancellariæ ſit inſcribendũ * uel ex illis deſcribendũ, pręterea q; ſi literæ in libris Cancellariæ non ſint, uel ſuſpectæ allegarentur. Lex I. ij. iiij. & v.

Sigiſm. petr. 1538.

Quas vide Libro 1. Capitulo 10. Articulo 4. de Cancellar.

Ibidemq; de taxa ſeu æſtimatione literarum Regiarum in Cancellaria ſoluen̄. Lex x.

Cõmiſſarij circa exemptionẽ ne bona accipiant alia, quam quę ſunt in literis inſcripta: generaliter aũt, ne Iudicij ſui fines excedãt, alioqui nihili eſſet illorũ iudicatũ. Lex xi.

Statutum & ſancitũ eſt, quia Cõmiſſarij in cauſis Iudicij ſui non debẽt recedere a Statuto cõmuni, & facultate illis circũſcripta: uidelicet circa limites faciendi, exemptionẽ bonorũ, uel diuiſionẽ (bonorũ inter perſonas etiã remotas par tamẽ Ius ſuccedẽdi habentes) facien̄. Et ne morem gerant ullis informatiõibus huic Statuto contrarijs, quod ſi quid Sigiſm. Crac. 1543. Idem articulo ſexto.

 contra Sta-

contra Statutū facerent, id nihili eſſe debet, nullaq; informatio illos excuſare poterit. Præterea nulla bona circa talem exemptionē accipere debent, tantum ea, quę in literis obligatorijs eſſent deſcripta.

De ſecuritate vitæ Commiſſariorum.

Vt Cōmiſſarij ab increpatione & a ui Plebeiorū uel Nobilitatis tuti ſint Capitaneus prouidebit. Lex xij.

Quam vide infra Articulo Octauo.

ARTICVLVS V.

Quando Tenutarii vel Capitanei pro iniuriis priuatis, bonorū, vel publicis, aut ſanguinis, corā Rege, vel Iudicio Terreſtri reſpondeāt. Quodque Nobilitas ad reponendas literas ſuper bona ſua hæreditaria coram Capitaneo reponere non cogitur, niſi ſint Regalia: alioqui res dubia ad Comitia remittatur.

Caſtrorū Tenutarij corā Capitan. & Iudicibus reſpondeāt: Attamē in cauſa ſanguinis Capitanei ſeu Tenutarij Iudicio Regio ſubſint. Lex I.

Ex Priuilegio Ludo. Kaſſouiæ 1374.

Decernimus quod ipſi Burgrabij ſeu Rectores Caſtrorū & homines ipſorum corā Capitaneis, Iudicibus, Subiudicib. Regni prędicti qui pro tempore fuerint citati cōpereant & reſpondeāt de ſe querulātibus prout cæteri Nobiles & homines quicūq; Regni prædicti. ❡ Dummodo cauſa ultionis ſanguinē nō requirat cuius cognitionē pro nobis & noſtris ſucceſſoribus reſeruamus ſpecialiter. 41.

Tenutarij bonorū fiſci quomodo p̄ iniurijs ſunt Iure Terreſtri conuenien̄. Et quod pecora de damnis abacta, ad cautionem libera mittant. Lex ij.

Kazimir. in Nyeſſoűa & in Oppoki. Huius ſtatuti fit mentio lib. 3. cap. 11. art. 5. de pecoribus de damno abactis.

Item Statuimus, ut Tenutarij bonorū menſę noſtrę Regię, ſi uicinis aut alijs hominibus iniuriati fuerint, teneātur ſtare Iudicio Terreſtri 94. poſtquā fuerint per iniuriā paſſos euocati. ❡ Et ſi pellant pecora aut 95. pecudes ad domos aut Curias Regales occaſione differētiæ granicierū, aut ratione deſtructiōis ſeminatorū, tenebūtur dare ad cautionē fideiuſſoriam ſuper decretū Dn̄orum, iuxta conſuetudinē Terræ diutius obſeruatā: quod ſi ſecus fecerint, luent pœnas ſicut alij Nobiles: quæ pœnę poterint peti & exigi ab eis etiam in pecunijs ſi quas habuerint in bonis Regalibus inſcriptas.

Sed Capitan. pro iniurijs nomine limitū illatis corā Rege reſpōdeb. L. iij.

Sigiſm. Petr. 1523.

Quoniā impediri plerumq; ſolent & differi limites inter bona noſtra 30. Regia, & bona Incolarū Regni noſtri tam Spiritualiū quā Sęculariū: Statuimus,

Statuimus, ut Capitanei & Tenutarij nullis iniurijs afficiant ſubditos noſtros ratione limitum: & ſi quis illorum id fecerit, ex Officio Capitaneali coram nobis reſpondebit.

Capitan. itaq; quādo ex Officio ſuo aliquid cōmittunt, aut quando modū in defenſiōe bonorū Regaliū excedunt, coram Regia Maieſtate, alioquin, ſi quid ut priuati cōmiſerint, in foro cōpetenti reſpondeant. Lex iiij.

Sigiſm. Petr. 1532.

Capitanei locorū de iniurijs uicinis ſuis, uel Capitaneatus ſui ſubditis illatis reſpondere tum demū corā nobis debebūt, quādo ex Officio ſuo aliquid admiſerint, uel in tuendis bonis noſtris modū exceſſerint: Si quid uero ut priuati cōmiſerint, in foro cōpetenti reſpōdere cuilibet de ſe querenti tenebūtur: Præterea ſi etiā Capitanei noſtri ſub prætextu defenſiōis bonorū noſtrorū grauē alicui ſubdito noſtro in eius bonis iniuriā intulerint, & poſt hac cū bona noſtra a bonis ſubditorū noſtrorum limitabūtur deprehenſum fuerit Capitaneū noſtrū in hijs bonis, quæ nō erant noſtra, ſed eiuſdē ſubditi noſtri, iniuriā illi aut damnum intuliſſe: Is ipſe Capitaneus damnū a ſe Nobili & ſubdito noſtro in eius bonis factum reſarcire teneatur.

Propterea Capitan. debent eſſe poſſeßionati ut lib. 1. ca. 5. de Dignitatib. deſcriptū eſt ut ſcilicet de ſuo iudicialiter ſoluant, ſi quid uel ut priuati, uel ex Officio ſibi credito peccēt. Adeo bona Magiſtratuū apud Ciues, ut Tutorū apud pupillos in pignore ſunt: quatenus ſe omnibus, quos aliqua adfecerint iniuria, non iuſtificant.

Nobilitas aūt ad reponen. literas corā Capitaneo ſuper bona hæreditaria non cogitur, niſi omnino bona Regalia eſſe appareant. Lex v.

Sigiſm. Crac. 1532. Eiuſdē fit mentio lib. 3. cap. 8. de literis & Priuilegijs.

Querela ſubditorū noſtrorū permoti, qui ſe plærūq; grauari ſentiunt cum per bonorū Regaliū Tenutarios ſeu Capitaneos ad exibendū literas ſuper bona eorum hereditaria, & perpetua illorū proprietate, eo prætextu, tanquā bona ipſa Regalia eſſent, adiguntur: Decernimus & Statuimus, ut nemo Capitaneorū ſeu Tenutariorū noſtrorū aliquē ex Regni noſtri Incolis ad exibendū huiuſmodi literas cōpellere audeat, niſi ipſe Capitaneus uel Tenutarius iudiciū certū, uel literas quaſcūque habuerit, ex quibus bona illa eſſe noſtra Regalia & non hæreditaria conijcere poſſit. In tali enim caſu, poſſeſſor bonorū illorū ſuper ſua proprietate literas exhibere & producere teneatur.

De eodē, quod literas & Priuilegia nemo ponet ſuper bona, quæ hæreditaria putata ſunt: niſi doceretur omnino Regalia eſſe, alioqui res antiqua & perplexa ad Conuentum remittatur. Lex vi.

Sigiſm. Petr. 1538. Idem lib 3. cap. 8. de literis & Priuilegijs.

Ad literas & Priuilegia reponēda ſuper bonis quæ hereditaria putata ſunt, nemo cogi debet, aut poterit, niſi in cauſis manifeſtis & claris, quando ſcilicet doceretur ſufficienter Regalia bona omnino eſſe. Vbi uero res eſſet nimiū antiqua, perplexa, & dubia, tum negocium tale &

 cauſam

cauſam non alibi, quam in Conuentu Regni generali cum Conſiliarijs noſtris iudicabimus.

ARTICVLVS VI.

Commiſſarii quatuor Articulos iudicant, nempe, pro diuiſione bonorum inter fratres: pro diſſimitatione bonorum Regalium: de conſenſu Partium: & Literas Telonei reuideant.

Capita, bona Regalia defendāt vſq; ad

Sigiſm. Crac. 1539. diſſimitationē, ex Commiſsione per Nobiles expediēda. Lex I.

Conſtituimus, ne deinceps præfecti Arciū, & Ciuitatū noſtrarū, ſed ſoli Nobiles Cōmiſsiōes obtineāt ad fines terminañ. Ita tamē, ut nihilominus præfectis ſiue Capitaneis noſtris ſicut ueteri more receptū eſt, & Statuto cauetur, liceat bona noſtra defendere ad declarationem uſque finium.

Idcirco Rex, neq; negabit, neq; differet

Ex priuilegio Iagel. prope Czeruyensko. diſſimitat. bonor. Nobitat. a ſuis. L. ij.

Item, nolumus a modo, nec debemus alicui petēti noſtrā Maieſtatē granicies limitū ſeu granicierū huiuſmodi cū bonis, Villis, & hæreditati- 48.
bus noſtris diſtinctionē denegare, uel differe: dum modo per uim & uiolentiam id non exigatur a nobis.

Ergo Cōmiſ. dētur Terrig. petēt. L. iij. 52.

Iagel. in Iedl. 1433. Item promittimus, quod omnibus Terrigenis cū bonis & hæreditatibus noſtris granicies poſtulañ. ac peteñ. non denegabimus.

Quæ ſint literæ & cōmiſsiōes cōtra Ius

Alex. petri. 1504. Eadē perag. ſupra li. 1. capit. 9. artic. 3. de Cancellaria. Regni, & quæ legitimæ. Lex iiij. 113

Literæ Iuri contrariæ intelligantur * commiſsiōes inter perſonas, niſi granicierum diuiſionis uel de conſenſu partium eſſent.

Cōmiſsiōes ſup diſſimitatiōe Regalium,

Alex. in Rad. 1505 Prætereaq; ſuper diuiſiōe bonorū, inter fratres ſeu proximiores, uel cōſentiētib. partib. cōcedendę ſunt. Lex v.

De Iure familiæ herciſcundæ: hæreditatis diuidundæ uide infra lib. 3. capit. 5. Auctoritatē iudiciariā ubiq; illibatā conſeruare cupientes. Statuimus 117
quia nos ſucceſſoreſq; noſtri nullas dare debebimus cōmiſsiones, non dabūtq; ſucceſſores noſtri, niſi ſuper limitibus noſtrorū bonorū, & diuiſione bonorū hæreditariorū inter fratres, & proximiores, aut quæ eſſent de conſenſu partiū; alias datæ, nullius ſint roboris uel momēti.

Quin etiam

Quin etiã cõmiſsiões Regiæ inter remotos par Ius ſuccedendi habeñ. dabũtur: alioquin ad Iudiciũ Terreſtre remittantur ſuper propinquitate definienda. Lex vi.

sigiſm.Crac.1532. De iiſdẽ cauſis ſupra cap.10.ar.2. de Cancel. item fuit eiuſdẽ mentio li.1.ca.12.ar.13. de querelarũ literis a Cap.dandis: & lib.3.ca.5. de diuiſione bonorũ inter fratres mẽtio fiet eiuſdẽ.

Commiſsiões in aliis caſibus, quã qui in diſpoſitiõe Statuti cõtinentur, dari prohibemus, & datas nullas eſſe uolumus, & decernimus. Cõmiſsiones tamẽ ad diuideñ. bona tam inter fratres germanos, quã inter alios quoſuis conſanguineos, qui ad aliqua bona par Ius ſuccedendi habent, quantũcũq; remotos locũ habere debere declaramus, & decernimus. Quod ſi quis repellere uolens eũ, qui diuiſionẽ bonorũ petit, negat eum eſſe cõſanguineũ, uel Ius ſuccedẽdi ad bona huiuſmodi habere, in tali caſu Cõmiſſarij a diuidendis bonis ſuperſedere, & deciſionem controuerſiæ ſuper propinquitate & ſucceſsione ad Iudicium Terreſtre remittere debebunt.

Tres tantũ articul. Cõmiſſarij iudicẽt, neq; informatiõib. morẽ gerãt. Lex vij.

sigiſm.Crac.1543.

Statutũ & ſancitũ eſt, quia Cõmiſſarij in cauſis Iudicij ſui non debẽt recedere a Statuto cõmuni, & facultate illis circũſcripta: uidelicet circa limites faciendos: exemptionẽ bonorũ: uel diuiſionẽ (bonorũ inter perſonas etiã remotas par Ius ſuccedendi habẽtes) faciendã. Et ne morem gerant ullis informatiõibus huic Statuto cõtrariis. Quod ſi quid cõtra Statutum facerẽt, id nihili eſſe debet, nullaq; informatio illos excuſare poterit. ∴ ∴ ∴ ∴

Commiſſarij etiam ad conſpiciendum Teloneorum literas dentur. Lex viij.

sigiſm.Crac.1543.

Quam vide Libro 2. Capitulo 4. Articulo 1. de Teloneis.

Olim ſolũ duo Dignitar. ſeu Officiales & Succamerarius ad diſlimitationẽ bonorũ dabantur. Lex ix.

Kaz.in Nyeſſ.1454

Preterea pollicemur, quod omnibus petẽtibus a nobis limitationẽ, ſeu
93 diſtinctionẽ limitũ, inter bona menſæ noſtræ Regalia, & bona petentium, cõſentiemus & dabimus duos Dignitarios, ſeu Officiales, & Succamerariũ: qui nomine noſtro poteſtatem habebũt limites faciendi.

Sed deinceps 5. ſint Cõmiſſar. Lex x.

Albert.Petr.1496.

107 Item cum inter bona noſtra inſcripta, uel nõ inſcripta, & ſubditorum noſtrorũ noſtris cõuicina, nonnũquã iniuriæ, & oppreſsiões, nonnunquã etiam cędes cõmitterentur, & fierent difficultates plurimæ: pro limitatiõe granicierũ noſtris aut Capitaneis aut Tenutariis, ſub umbra Regij no-

Capitanei ſub umbra Regij nominis multa mala faciunt uicinæ Nobilitati.

Regij nominis noſtri bonorūq; noſtrorū, ſubditos noſtros uicinos aut opprimētibus, aut limitationē granicierū difficultantibus: Idcirco ex innata nobis uirtute & benignitate Regia, propter omnē ſubditorum noſtrorū iuſticiā, & pacē, ex hac parte habendā, promittimus, quia quibuſlibet ſubditis noſtris cuiuſlibet ſtatus & conditiōis exiſtētibus, granicies ex parte bonorū noſtrorū petentibus, Nos & ſucceſſores noſtri ſecundū Statuta antiqua, ad diſcernendū æquitatē, Cōmiſſarios illius Terræ & diſtrictus in quibus bona limitāda conſiſtunt, uidelicet duos Dignitarios & duos Officiales cum ſuo Camerario deputabimus, & deputare debeant.

Si deſint in proprio diſtrictu Dignitarij, mutuentur ex vicino. Lex xi.

Sigiſm. Petri. 1523.

Si aūt Dignitarij ad limites ipſos deſignādi eſſent pauci in illa Terra, ſeu Palatinatu, in quo limites fieri debent, aut forte eſſent abſentes, eo caſu, ex uicino Palatinatu, uel etiā ex remotiore, Cōmiſſarios deſignabimus ad ipſos limites faciendos: nō alios tamen, niſi tales, qui in illis Terris ubi limites eſſent faciendi poſſeſſionati fuerint. 30.

Quod Dignitar. omnes ſint poſſeſſionati Commiſſarijſq; Iudicijs uacent ſub priuatione Officij excepto ſeruitio Reipublicæ. Lex xij.

Quam Folio 180. de Dignitatibus vide.

Sigiſm. Petr. 1511. Idem lib. 1. cap. 10. de Cancellar. artic. 3.

Decem groſsi dandi ſunt in Cancellaria pro literis commiſsiōis. Lex xiij. 16.

Item ne prædicti ſubditi noſtri in Cancellaria noſtra a Notarijs plus iuſto grauētur, decernimus, quod deinceps * tantū accipiātur * a literis commiſsionis cum mandato decem groſsi.

Capitan. ſeu Tenutari9 bonorū Regalium ad limitationē bonorum exeat, & Cōmiſſarios expenſis prouideat, ſi libera bona poſsidet. Lex xiiij. 107

Iohann. Albeetūs Petricouiæ 1496.

Capitaneo ſeu Tenutario bonorū noſtrorū mādabimus, ut pariter cū Cōmiſſarijs eiſdem ad limitandū bona eadem exeat, deſcendat, & Cōmiſſarios expenſis prouideat, in his præſertim bonis quæ habemus libera, & ſine obligatione. 108

Innoteſcētia Cōmiſſarial. vna cū mādato ad Capitaneū per Miniſterialē & duos Nobiles inferenda ſunt,

duabus heb-

duabus hebdomadis ante limitationẽ, ita, ut tam de tempore quam de
30. loco certum Capitaneum faciant. Lex XV.

Preterea Cõmiſſarij noſtri predicti duabus ſeptimanis antequã ſimul conuenient ad facieñ. limites, Capitaneũ ſeu Tenutariũ noſtrum de tẽpore, & loco ſui Conuẽtus, certiorem facient per Miniſterialẽ & duos Nobiles, ac etiã per literas ſuas proprias, & mandatum noſtrum. sigiſm. Petr. 1523.

Forma Innoteſcentiarum.

Nos A. b. c. d. e. Cõmiſſarii Tibi A. B. Capitaneo, ſeu Tenutario bonorũ Regaliũ A. b. c. Innoteſcimus nobis oblatas eſſe literas S. M. R. quibus nobis cõmittere ac mãdare dignata eſt, vt bona eius Maieſtatis Regalia tui Capitaneatus, vel Tenutæ A. b. c. in ipſa cõmiſsiõe latius expreſſa ex vna, & bona A. b. c. Nobilis A. b. c. hæreditaria parte ex altera diſſlimitaremus, & ab inuicẽ ſcopulis, & aliis ſignis metalibus, diſtĩgueremus: de qua cõmiſsione tibi in Termino fidẽ facíemus. Quocirca mãdamus tibi, vt feria A. B. corã nobis, in loco differentiarũ, videlicet A. B. nucupato, inter bona Regia, & ipſius Nobilis ſito, legitime, perſonaliter, ac perẽptorie cõpareas: negocium ipſum diſſlimitandorũ prædictorũ bonorũ Iudicialiter attentaturus. Certificãdo te, quod ſiue comparueris, ſiue non: Nos ad ea quæ nobis, & noſtro Officio Commiſſariali incumbunt, procedemus tua contumacia in nullo obſtante. Dat.

Bona A. b. c. & Nobilis A. B. fratris tui A. B. hereditaria, equale Ius ad ſucceſsionẽ ipſorũ bonorũ habẽtis, parte ex altera: diuideremus, de qua commiſsione. etcet.

In A. B. ipſis bonis veſtris hæreditariis legitime.

Diuidendorum.

Bona A. B. tenutæ tuę quę Nobilis A. B. a te vigore cõſenſus Regii, eo nomine habiti, corã nobis exempturus eſt, illi in poſſeſsionẽ traderemus, de qua commiſsione tibi fidem. etcet.

In A. B. ipſis bonis tenutę tuæ legitime.

Exemendorum.

Similis etiã Innoteſcẽtia fit, in quacũq; alia cauſa, ex cõmiſſiõe, de cõſenſu partiũ obtẽta, iudicãda: dẽptis tamẽ vel additis iis ſentẽciis quas vnaquęque cauſa reſpuit, vel flagitat.

ARTICVLVS VII.

Neque Capitanei, uel Tenutarii abſentia, neque Inhibitiones limitationem impediant, ñeque Aſſeſſores, necq; Cocommiſſarii, necq; reuiſores dandi ſunt, neque appellatio a decreto Cõmiſſariali admittenda eſt: Flumina, literæ, ſigna, ſenum teſtimonia, & alia poſsibilia indicia a Cõmiſſariis videantur: limites vero facti, ne a Capitaneis vi deſtruãtur: literas Cõmiſſariorũ quid inſeri debet, quæ etiam confirmatiõe non egent, niſi forte pars velit eas libris Cancellariæ inſcribi, & deſcribi.

Olim Capita. ad facien. limites venire
20. negligẽt. 28. Marc. puniebãtur. Lex I.

Itẽ quia ex querelis Nobilit. accipimus multos dãnis affici negligẽtia sigiſm. Petr. 1511

Quia coram Cõmiſſarijs perẽptori9 terminus eſt, nec etiam appellatur à decreto illorũ, dilatiões quoq; nullæ cõceduntur, ne illis Cap. partem maligne fruſtretur, & extrahat.

Capitaneorũ. & Tenutariorũ bonorũ noſtrorũ, qui per Iudices Commiſſarios accerſiti ad limitãda bona noſtra cũ bonis prædictę Nobilitatis uenire recuſant: huic igitur incõmodo occurrere uolentes, Statuimus, ut ſi deinceps Capitanei, uel Tenutarÿ noſtri accerſiti uenire neglexerint ad eoſdẽ limites faciẽdos, pœna uiginti octo Marcar. per nos puniantur, quarũ medietas parti, reliqua medietas nobis, & ſucceſſoribus noſtris cedere debet.

Sed deinceps Inhibitiõib. Commiſſariale Iudiciũ non impedietur, nec aſſeſ

ſores, uel Cõcõmiſſar. ad faciẽdos, reuiſoreſue poſt factos limites dabũtur, nec a decreto Cõmiſſariali Capitanei appellabũt, tanto minus impediẽt limitatiõis negociũ, ſi cũ ſenibus ſuis abfuerint. Lex ÿ.

sigiſm. Petr. 1523. De inhibitionib. uero uide omnia statuta libr. 3 capit. 8.

Nos uero deputatis Cõmiſſarÿs noſtris qui faciãt limites, ac illorũ Iudicium, Inhibitiõibus noſtris nõ impediemus: Aſſeſſores, ſeu Concõmiſ 30.
ſarios, nec etiã Reuiſores poſt factos limites, deſignabimus: ſed quicquid Cõmiſſarÿ noſtri decernẽt, illud ratum & firmũ eſſe debebit. Preterea cũ Cõmiſſarÿ noſtri conueniẽt ad locũ limitũ, ſiue Capitaneus ſeu Tenutarius noſter exiuerit, ſiue nõ: eduxerit ſenes, aut non: ipſi Cõmiſſarÿ nihilominus limites ipſos proſequi, & finire debebũt. Capitanei noſtri, ac etiã illius qui queritur de iniurÿs limitũ contradictione, ſeu motione, & appellatiõe, ac etiam abſentia minime obſtante.

si Commiſſarij fundent ſuam iuriſdictionem in alter utrius partis ſolo, nihil iuris addit, uel minuit.

Quid ſit in limitãdis vtrinq; bonis de

Fluuÿs interfluentibus tenendum. Lex iÿ.

Quã vide Li. 1. Ca. 34. de Offic. Succam. Art. 3. aliaq; ad hũc locũ neceſſaria

Licet maiora Regni flumina Regia

ſint ut apparet infra Capitulo Tercio.

Ad vſũ tamẽ fluuior. bona Reg. & Nobil. diſterminãtia vicini admittã. L. iiÿ

sigiſm. Crac. 1507.

Attamen ne grauẽtur ſubditi noſtri uicinia bonorũ noſtrorũ per Capitaneos, Statuimus, ut cũ fluuius aliquis noſtra & eorundẽ ſubditorũ bona diſterminat, quæ ipſius fluminis rippis utrinq; adiaceãt, libere 3.
admittãtur ÿdem ipſi ſubditi noſtri ad uſum eiuſdem fluuÿ, iuxta latitudinem bonorum ſuorum adiacentium.

Flumina ſi deſint interfluentia, ſenum

Iohannes Albertus Petricouiæ 1496.

teſtimonio Cõmiſſarÿ ſtent, uel ſi diſcordes ſenes fuerint, ſuo proprio, aut ſi & ipſi Cõmiſſarÿ ſecum diſsideant, plurium Iudicio limitetur, Capitanei cõtradictione nõ obſtãte. Lex v.

Qui quidẽ Cõmiſſarij poſtquã exiuerint, debent ex utraq; parte ſenes
108 aduocare, a quibus recepto Iuramẽto iuxta eorũ recognitionẽ, & teſtimonium. ad limitationẽ procedent. Si uero ipſi ſenes diſcordes fuerint, extunc Cõmiſſarij iuxta ſuas cõſcientias. concordãdo diſcordias ſenũ, ſecundũ eorũ priuatum Iudiciũ limitationẽ ipſam proſequẽtur, & terminabunt: ubi aũt & ipſi Cõmiſſarij diſcordarẽt, uolumus, quod ex ipſorum ſentẽcia, qui plures in uoce cõcordes fuerint, auctoritas atq; poteſtas depẽdeat diffinita terminandi: noſtrorũ Officialiũ, uidelicet Capitanei, aut Tenutarij, contradictione non obſtante.

Porro limitatiões bonorũ nõ ſecundũ literas & ſigna in eis deſcripta, ſed iuxta ipſorum ſenum teſtimonia fieri debent. Lex vi.

Sigiſm. Petr. 1519.

26. Quia multæ literæ & Priuilegia reperiri ſolent partim abuſa, partim etiam incerta: Statutũ Sereniſs. olim Dñi Regis Alberti renouamus, ut uidelicet limitationes bonorum fiant, nõ ſecundũ literas & ſigna in eis deſcripta, ad inſtantiã petentiũ, & re oculis non ſubiecta, ſed iuxta ſenũ teſtimonia: præſertim cũ illius Maieſtas tã benignã & liberalem Conſtitutionẽ fecerit, ut cognitionẽ bonorum noſtrorum Dignitarijs & Officialibus Regni ſubditis noſtris committeret.

De quibus & qualib9 literis hoc Statutum intelligendũ ſit, & de quibus non, declaratur. Lex vij.

Sigiſm. Crac. 1532.

Declarañ. Statutũ de limitibus bonorũ non ſecundũ literas & ſigna in eis deſcripta, ſed ſecundũ ſenũ teſtimonia facieñ. Statuimus, intelligi debere tum demũ literariã probationẽ in limitatiõe bonorũ non procedere, cũ literæ antiquatæ, ſeu datæ, ac emanatæ, re oculis non ſubiecta: uel etiã in abuſum redactæ, aut incertæ cõperientur. Cum uero literæ Cõmiſſariorũ noſtrorũ ſigna metalia, & limitationẽ bonorũ noſtrorũ cum bonis Nobiliũ uicinorũ in ſe contineñ. per nos cõfirmatę, uel literæ ſub titulo & Sigillo Succamerarij, uel Iudicij Terreſtris limitationẽ bonorũ utrinq; hereditariorũ ſubditorũ noſtrorũ in ſe contineñ. fuerint coram nobis, uel alias ubilibet in Iudicijs productę, literis huiuſmodi ubiq; fidem indubiam adhibendã fore, & limitationẽ bonorum tam noſtrorum quam hæreditariorũ iuxta illarum continentiã firmã eſſe & ualidam decernimus.

In diſſimitatiõe bonor. Deus, itẽ ſigna, teſtimonia ſenũ, & alia poſsibilia Iudicia ſpectãda ſunt. Lex viij.

Cæterũ ad tollendas difficultates in faciẽdis limitibus, Statuimus, ut Cõmiſſarij noſtri Deum ſolũ præ oculis habentes, nulli partiũ faueñ. cõſpectis inprimis ſignis metalibus, & rei ueritate diligẽter inueſtigata, tam ex ſe- Sigiſm. Petr. 1538.

 ta, tam ex ſe-

ta, tam ex ſenū, etiam ſi opus fuerit, Iuratorū teſtimonijs, quā alijs poſſibilibus indiciis, limites inter bona noſtra Regalia & hæreditaria pro arbitrio & conſcientia ſua conſtituant.

Capit. & Tenutar. violētias Nobilib. in

sigiſm. Petr. 1519. limitibus nō inferāt, neue a Cōmiſſarijs factos ui deſtruāt. Lex ix. 26.

Capitanei & Tenutarij bonorū noſtrorū uiolentias Nobilitati in limitibus non inferant, nec eoſdem limites per Cōmiſſarios noſtros factos ui deſtruant. ∴ ∴ ∴

Poſt diſlimit. Capit. nō faciāt iniurias: ſed & kmet. a fūdis ablimit. abſtin. L. x.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Itaq; ne amplius in diſceptationē reuocetur, quod ſemel per Cōmiſſarios noſtros quos ad diſlimitandū bona noſtra Regalia & Nobiliū damus, definitur. Statuimus, ut poſt diſlimitationē bonorū noſtrorū Regalium & Nobiliū, iniurias, Capitanei noſtri, aut Officiales in fundis Nobilium nō faciant. Sed & ſubditi noſtri talibus fundis ablimitatis, neque apiſteriorum, neque ulla alia ratione uti debent.

Deinceps aūt literæ ipſorū 5. Cōmiſſariorū ſuper diſlimitatiōe dandæ, cōfirmatione non egent: & quod cōmiſsio, cum mandato illis inſeri, preterea obſignari debeant.

Quod ſi parti libebit libris etiā Cancellar. in-

sigiſm. Petr. 1538. ſerātur: indeq; exſcribātur data una groſſorū ſexagena. Lex xi.

Petitionibus ſubditorū noſtrorū inducti, permittimus, ut in arbitrio ſit ſubditorū noſtrorū petere & obtinere a nobis confirmationē ſuper literis limitū æditis, a quinq; Cōmiſſarijs per nos ſecundū Statuti tenorem deputatis, Quæ quidē literæ, quibus cōmiſsio & mandatū noſtrum fuerit inſertū, & Sigilla Cōmiſſariorū appoſita, authoritatem & robur perpetuū obtinere debebūt, etiā ſi nulla deſuper interueniat confirmatio noſtra. ℭ Liberū erit etiā unicuiq; literas Cōmiſſariorū ſuper limitibus ad libros Cancellariȩ noſtrȩ inducere, quas quidē caſu, uel neceſſitate puſtulāte, Cancellarij noſtri, ſine ulla difficultate, ſicut inſcribere, ita etiā deſcribere, & literas petētibus eiuſdē tenoris ſub Sigillo noſtro, una tantū ſexagena pecuniæ pro eis accepta, ſine ulla difficultate dare debebunt, & tenebuntur.

sigiſm. Petr. 1538. Idem ſupra de libris Cancellariæ poſitum eſt lib. 1. cap. 10. ar. 3

ARTICVLVS VIII.

Porro quæ pœna eſt a Sigiſ. Rege ſtatuta contra uiolatores Conſiliariorū, & Nunciorū ad Conuētus publicos, ſiue ex

cos, ſiue ex illis proficiſcentiũ, ſiue in eiſdẽ cõmorantium: hæc etian de
uiolatoribus Iudiciorum, & Iudicum ordinariorũ, ſiue Cõ-
miſſariorum eſt intelligendum. Lex I.

13.
14. Item contra eos quorũ licentia eo uſq; progreſſa eſt, uti iã promiſcue, ſiue in uijs publicis, ſiue in Villis, & Oppidis, non ſolũ priuatas ſed etiam publicas perſonas uiolare non formidãt: Itaq; taliũ hominũ inſolentiam cohibere, cohercereq; uolẽtes, cũ conſilio omniũ Regni Conſiliariorũ Statuimus. & decernimus, ut quicumq; Prælatos, Barones, & Cõſiliarios Regni ſtatus cuiuſlibet, & item Nuncios, ſiue noſtros, ſiue Terreſtres, noſtra ac Reipub. negocia obeuntes, ad Conuẽtus publicos, ſiue Terreſtres, ſiue generales proficiſcentes, & in ijſdẽ Cõuentibus manentes, ſiue ab eiſdẽ in domos ſuas redeũtes, quatuor ſeptimanis ante Conuentus, & poſt alijs quatuor ſeptimanis, ſiue in uijs, ſiue in Villis, & Oppidis, quoquomodo inuadere, & uiolare auſus fuerit: crimine læſæ Maieſtatis reus iudicabitur. Idem uero de ijs qui in Iudicijs, ſiue ordinarijs, ſiue cõmiſſarijs, Cõmiſſarios, Iudices, uel Officiales publica officia exercentes uiolare præſumpſerit, taliter erit intelligendũ, ut eiſdẽ criminis læſæ Maieſtatis obnoxij iudicentur.

Sigiſm. Crac. 1510. Idem lib. 4. ca. 9. art. 1. de ſecuritate Iudiciorũ Terreſtriũ, & libr. 1. cap. 15. art. 7. de Conuentuũ ſecuritate fuit eiuſdem mentio.

Abrogatur infra.

Iam crimẽ læſæ Maieſtatis, niſi in perſona Regia committitur. Lex ij. Quæ Folio xxij. uideatur.

De honore itaque ac ſecuritate vitæ Commiſſariorum. Lex iij.

Quod ſi quis homo Plebeius, in negocio, & Iudicio limitũ uel aliquocumq;: contra Cõmiſſarios inueheretur uerbis, illoſq; inhonoraret: talis turri, uel alioqui ſeſſione dimidio anni puniri debet, cuius pœnę executionem Capitaneus illius loci faciet ſub pœna in Statuto deſcripta contra illos qui executionem facere negligeret.

Sigiſm. Crac. 1543

De qua pœna folio 240. uide.

¶ Quod ſi quis etiã Plebeius arma corriperet, & uibraret, licet etiã neminem uulneraret: collo luat pœnas: quod etiã Capitaneus exequatur. Nobilitas aũt pro talibus exceſſibus iuxta Statutum puniatur.

ARTICVLVS IX.

Sed de Commiſſarijs ad limites inter Regnum, & Magnũ Ducatum Lithuaniæ. Et inter Ducatus Pruſſiæ, Sileſiæ, & Marchiæ: Vide Libro quinto ſuis Capitulis.

CAPITVLVM II.

De Metallis, & Salis fodinis.

PRAEFATIO.

Etſi natura rerum parens non ſit ita ſolo noſtro iniqua, vt nobis, auro excepto argentum, ſtannũ, plumbum, aliaque Terræ Metalla, ſeu mineras, ac fructus negarit: Nihilominus quia Leges noſtræ de horum prouentu, mercatu atque vtilitate ſilent: ſed tantũ Leges earum fodinarũ, in moribus operariorũ, atque fiſci rationalium procuratorũ & Quæſtorum conſiſtunt: meminiſſe hic earũ potius quam ſcribere de illis aliquid potuimus. Itaque ſequitur.

ARTICVLVS I.

De SALIS fodinis.

Statuta de Salis fodinis, p Kazimi. Magnũ ædita, & a Kaz. tercio cõfirm. Lex I

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei memoriã, Ne error obliuionis geſtis ſub tẽpore uerſantibus pariat 76.
detrimentũ, alta Regũ & Principũ decreuerũt conſilia, ea literarũ apicibus & teſtiũ annotatione perhennari: Proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniæ, nec non Terrarũ Cracouiæ, Sandomirię, Siradię, Lanciciæ, Cuiauiæ: Magnus Dux Lithuaniæ, Pomeraniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq; Dñs, & hęres: Significamus tenore pręſentiũ, quibus expedit uniuerſis, pręſentibus, & futuris, harũ noticiã habituris. Quod & ſi ex debito Regalis munificẽtiæ ad omniũ ſubditorũ cõmodum & profectum oculo cõſideratiõis intendere debeamus, propẽſior tamẽ ſolertia circũſpectionis ad augmentũ Theſaurorũ & prouentuũ Regni noſtri incumbit, ex quibus Regni & ſubditorũ noſtrorũ cõmodis debite ualeamus prouidere.

Zuppæ & Bochnen. & Vyeliczen. ſunt partes notabiles Theſauri Regni Poloniæ

¶ Cũ igitur Zuppæ noſtræ Bochneñ. & Vyeliczeñ. pars nobilis prouentuũ, & Theſauri Regni exiſtit, quæ hactenus propter nimiã & continuã Nobiliũ, & diuerſarũ perſonarũ frequentationem & Salis elaboratione, in nobili ſui parte, deſolationẽ & iacturam ſuſceperũt: ex quo neq; Zupparij, neq; ſui Officiales regimini, laboribuſq; intendere ualuerũt, hoſpitũ curæ, procuratiõiq; intẽti: & niſi eis tempeſtiue ſubueniatur, uerendũ eſt, ne ruinã & iacturã totalem ſubeãt, & patiatur.

Prouidet Rex ruinis & iacturis Zuppar.

¶ Volẽtes igitur huiuſmõi ruinæ & iacturę ſubuenire, ut circũſpecti Principis eſt, ex præteritis habere memoriã, & intentę cõſideratiõis oculũ ad futura, & tandẽ ad ſingula ſalubri diſpoſitiõe dirigere, cũ omnia proſpexerit ſapienter: Imitãdo igitur ueſtigia prædeceſſoris noſtri diuę memorię Dñi Kazimiri Regis Poloniæ, qui præfatũ Theſaurũ Zupparũ in capite, & in mẽbris, ac omnibus prouentibus, ordi-

uentibus, ordine, diſpoſitiõe, & terminis ordinauit, ſtatuit, & regulauit
atq; perpetuis tẽporibus huiuſmõi ordinationẽ et regulationẽ tenendã
ſeruandã, & cuſtodiendã ſub pœnis in eis contẽtis ſtatuit, & diffiniuit
77. Ne igitur nos, aut quempiã ſubditorũ noſtrorũ ab huiuſmõi ordinati-
one et diſpoſitiõe recedere, aut eidẽ per ignorantiã cõtrauenire cõtingat
¶ Statuimus, & præſenti edicto in robur maioris firmitatis declaram9
ipſius Dñi Kazimiri Regis præfati Statuta, & ordinatiões, quæ in no-
ſtro hucuſq; ſeruata ſunt Theſauro, in omnibus, & per omnia ſecundũ
regulationẽ, ordinationẽ, & diſpoſitionẽ ſuã debere teneri, & obſeruari
perpetuis tẽporibus duraturis, quorũ & nos tenorẽ conſtitutionũ, &
articulorũ, ex certa ſcientia & maturo cõſilio ſuper hoc cõmunicato, in
omnibus ſuis punctis, articulis, cõditiõibus, & clauſulis, ratificamus,
approbamus, & cõfirmamus. ¶ Hoc ſpecialiter addito, & expreſſo:
quod omnia ſalaria, & cenſus, tã Eccleſiaſticis quã Secularibus perſo-
nis per prædeceſſores noſtros, imperpetuũ, ad tẽpus uel ad uitã inſcri-
pti, ac ab antiquo per Zupparios pro tẽpore ſolui ſoliti, & literæ iuſte
& legitime quomodolibet emanatę, in ſuo debẽt perſiſtere robore, & fir
mitate. ¶ Ne aũt ſucceſſu tẽporis quocũq; colore, arte, uel ingenio,
Statuta & ordinatiões prædictas cõtingat a quocũq; in dubiũ reuoca-
ri, & de harũ cõtinentia & tenore cõcipere heſitationẽ, ipſas præſenti-
bus inſerẽdas duximus, & inſerimus, quarũ tenor ſequitur, & eſt talis.

Kazim. 3 uult ut ſtatuta Zuppar. per Kazimir. 2. ædita, & hucuſq; tẽta, adhuc in poſterũ teneantur perpetue, ex matura deliberatione Regis et conſiliarior. ſuorũ

Cenſus in Salinis Spiritualib. uel Sæcularibus inſcripti ſoluantur.

Propter tollẽdam heſitationẽ et dubiũ de præfato ſtatuto Kazimi. ſecũdi, illud idẽ hic per Kazimir. 3. inſeritur, in eum ut ſequitur modum.

IN NOMINE DOMINI. Nota quod ſub anno incar-
nationis Dñi 1368. Iſtud preſens Regeſtrũ eſt ſcriptũ feria ſexta poſt
Conductũ Paſchæ in Caſtro Cracouieñ. ad perpetuã rei memoriã ob
reuerentiã Dei omnipotẽtis, nec nõ beatæ Virgi. Marię eius genitricis
glorioſæ, nec nõ ob merita omniũ ſanctorũ atq; ſanctarũ, & ad mãda-
tum Illuſtriſsi. Principis ac Dñi Domini Kazimiri Dei gratia Regis
Polonię, Sandomirię, Cracouię, Siradię, Lancicię, Cuiauię, Pomera-
niæq; hæredis conſcriptũ per manus Notarij Dñi Dymetrij protunc
Vicetheſaurarij. ¶ Item ob iſtã cauſam iſtud Regeſtrũ eſt cõpilatũ
propter malam conſuetudinẽ perpetuis tẽporibus euitandã, & ut con-
ſuetudo Zupparũ Dñi Regis Kazimiri, ac ſui totius cõſilij per ſuos le-
gitimos ſucceſſores perpetuis tẽporibus teneatur. Nam idẽ Dñs Rex
Kazimirus nihil fecit in Regeſtro addere ſiue minuere ſed fecit Rege-
ſtrum cõſcribere, & omnes conſuetudines diligẽter antiquas perpetue
notare, prout antiqui Zupparij, Primus uidelicet Porinus Gallicus Al
bertus, qui menſurã minuti Salis minorauerũt: Petrus Vynricus, Got-
fridus Gallicus, Dñs Adam presbiter, & Nicolaus Zupparius tenue-
runt. ¶ Et hoc propterea fuit factũ, quia in emptiõe Zupparũ Tru-
cla Henſel, Buta Leſko Iudeus, Barthko monetarius, Arnoldus Vel-
kyer propter remanẽtias Salis, in reſignatiõe Zupparũ, ac aliarũ rerum,
ibidẽ ſcilicet in Zuppis exiſtentiũ, uiciſsim fortiſsime litigauerũt: quia
neſciuerunt

Cauſa compilationis Regeſtri Zupparũ.

Alia cauſa compilationis huiuſmodi Regeſtri.

neſciuerūt in Zuppis modū, formā, ſiue conſuetudinē: & ob hanc cauſam fuerūt uocati protūc antiqui Zupparij uidelicet Petrus Vynricus Dn̄s Adam presbiter, Gotfridus Nicolaus Zupparius, qui rexerūt Zuppas tempore Dn̄i Regis Kazimiri, ut modus regiminis Zupparū ſub iuramento eorū perpetuis tēporibus teneatur. ¶ Item in cōpilatione huius Regeſtri fuit uocatū conſiliū Dn̄i Regis, uidelicet Spirituale & tēporale, cui fuit data plenimoda poteſtas Dn̄i Regis, ut taliter pręſens Regeſtrū cōſcriberetur, propter uerā bonā antiquā conſuetudinē conſeruandā, ac propter utilitates Theſauri dicti Regis, ac ſuorū legitimorum ſucceſſorū, ac totius Regni perpetuis tēporibus debeat cōſeruari.

In compilatione huiuſmōi Regeſtri Zupparū interfuit conſilium Regis & ſpirituale & ſæculare.

Inter quos Regeſtri cōſcriptores.

Enumerantur nomina eorum qui interfuerunt compilatiōi Regeſtri. Et primo Dominorū ſpiritualium.

Primus fuit Dn̄s Florianus Epiſcopus Crac. Item Dn̄s Vilk Cancellarius Crac. Item Zauiſſa Archidiaconus Crac. Item Ianko frater Simkonis Vicecancel. Itē Bodzanta Procurator generalis, itē Dn̄s Michalko Canonicus Crac. protonotarius Dn̄i Regis. Item Symko Notarius Dn̄i Regis. Item Iohannes Ielithkouit qui tenuit protunc monetam ad fideles manus, cum Leskone Iudæo.

Ex Sæcularibus vero.

Nomina Dominorū ſæcularium.

Primus Dominus Iohānes de Melſtyn Caſtellanus Craco. Item Dn̄s Neorza Palatinus Crac. Itē Dn̄s Vafroski Subiudex Crac. itē Mſcziuuius de Quilina Succamer. item Dn̄s Otto de Pilcza, item Suyatoſſlaus Vicetheſaurar. itē Dymetrius Theſaurar. Item Malocha antiquus Procurator, item Sczepanko Magiſter murorum.

Nomina antiquorū zuppariorū, Magiſtrorum montiū, Stigariorū. &c.

Enumerantur nomina antiquorū Officialum Zupparum.

Primus Czyndel Stigarius de mōtibus Kuthnis, item Thyczkracz de Thanczyn, item Bernardus Stigarius de Hungaria, itē Stigarius Kazimirien̄. Itē antiqui Zupparij uidelicet Petrus Vynrici, itē Gotfridus Gallicus, item Dn̄s Adam presbiter, itē Nicolaus Zupparius, itē antiqui Zupparij rexerūt Zuppas ad manus fideles eis cōmiſſas, tēpore Domini Regis Kazimiri, & illic ſub iuramēto omnē conſuetudinē per eos traditā Dominus Rex Kazimirus cū toto ſuo cōſilio uidelicet Spirituali ac temporali perpetuis temporibus ſeruandū confirmauerunt.

Pro confirmatiōe Regeſtri fuerūt uocati moderni Zupp. quorum nomina exprimuntur.

¶ Item ad Regeſtrū per Dn̄m Regem ac ſuum conſiliū fuerūt uocati moderni Zupparij confirmandū primo Trita, itē Lesko Iudęus, item Henſelburg, item Barthko monetarius, item Arnoldus Velkyer.

Pro formatiōe Regeſtri fuerūt uocati

¶ Item ad Regeſtrū formandū fuerūt uocati Vicezupparij, Magiſtri montiū, Stigarij ambarū Zupparū, qui omnes cōſuetudines Zupparū 78.

regendarum

regendarũ ſciuerũt. Primus fuit Albertus Magiſter pontiũ frater Hãkonis de Myenſelmicz, item Iohannes Paulini Vicezupparius de Vyeliczka. itẽ Rorezek Carpentarius montiũ, itẽ Gysko Stigarius de Vyeliczka, item Nicolaus Stigarius de Vyeliczka, itẽ Czandicz de Opauia Vicezupparius de Vyeliczka, itẽ Penacus Magiſter montiũ de Bochnya, item Dñs Iohannes Prebẽdarius de Zuppa Bochneñ. itẽ Czkuſunf Carpẽtarius montiũ de Bochnya, itẽ Bulleyn Magiſter montiũ de Bochnya, item Iohannes Prokendorff Stigarius de Bochnya, itẽ Kutha Magiſter montiũ de Bochnya, item Petrus Veruſch Stigarius de Bochnya. ¶ Item primo & principaliter & maxime ſuper omnia Dominus Rex Kazimirus cũ toto cõſilio prius nominatã conſuetudinem Regeſtri cõfirmauerũt, quod nullus Dñorum ſiue ſit magnus ſiue paruus, ſiue Caſtellanus ſiue Capitaneus, præſumat Zuppas uiſitare: cauſam aſsignauerũt, quia uenerat Dñs Neorza Palatinus ante Zuppam & mãdauit ſibi dari prælibationẽ, extũc Dñs Rex reſciens iraſcebatur ſibi pluſquã ad duos menſes, ita quod uix illi uenia per Dños fuit impetrata. Et ſic Dñs Rex ſub pœna colli ac bonorũ damãdat, quod nullus Dñorum per amplius preſumat Zuppas attẽtare. Nam quãdo Nobiles ad Zuppas ueniũt, tunc Zuppar. utilitates Dñi Regis nõ poteſt tam diligenter aſpicere, propter impedimentũ Dñorũ Zuppas uiſitantium. Ideo ſtatutũ eſt quod Nobiles nunquã debeant Zuppas uiſitare, niſi ſit prius de maxima gratia Dñi Regis. ¶ Item ſtatutũ eſt, quod nullus Zuppariorũ ſub pœna colli ac bonorũ ſuorũ aliquẽ equũ Nobilium ſiue Dñorum ad Zuppas preſumat acceptare, & ipſum pabulare: exceptis equis Regalibus, rationẽ aſsignauerũt, quia pecuniæ Dñi Regis in rationibus Zupparum quæ proueniunt minorarentur.

¶ Item ſtatutũ eſt, quod quãdo Zuppæ per Dñm Regem dantur ad fideles manus, quod nullus Zupparius qui tenet Zuppas ad manus fideles præſumat abſq; licentia Dñi Regis aliquẽ Dñorum ad Zuppas intromittere, & ei neceſſaria cum ſuis equis & familia miniſtrare.

¶ Itẽ ſtatutũ eſt, quod nullus Zuppariorũ qui tenet Zuppas ad manus fideles, ſoluat bancũ ſalis per ſectores inciſum, niſi per tres groſs. Tragarijs uero non cõputatis. ¶ Item ſtatutũ eſt, quod Zupparius qui tenet Zuppas ad fideles manus bancũ per Dñm Regem donatum Principibus, Nobilibus, ſiue quibuſcũq; perſonis cõputatis, non debet aliter Dño Regi ad rationẽ ponere in Zuppa Vyeliczeñ. niſi per quinque groſs. In Zuppa uero Bochneñ. per ſex groſs. Tragarijs cũ Notarijs & ſectoribus incluſis. ¶ Item ſi Dñs Rex aliquẽ Nobilẽ donauerit cum ſale cẽtenariato, ac thinis, tunc Zuppar. qui tenet Zuppas ad manus fideles omnes centenarios debet conſcribere, & eos rationalibus in ratione enodare. ¶ Item ſi Dñs Rex aliquẽ Principẽ, uel Nobilẽ, uel clauſtralẽ minuto ſale donauerit, tũc Zuppar. qui tenet Zuppas ad fideles

Official. zupparum quorum nomina hic narrantur.

Nemo ſalinas uiſitet.

Rex Domino Neorza Palatino Craco. ob prælibationem in Zuppis iraſcitur.

Equi Nobiliũ (prӕterquam Regis) in Zuppis non ſtatuantur ſeu pabulentur.

Zupparius ad fideles manus Zuppas tenẽs ſine conſenſu Regis nemini neceſſaria miniſtret in expenſis.

Ab inciſiõe banci ſalis non niſi 3. groſ. ſectorib. ſũt dandi Tragarijs non cõputatis.

Bancus donatus per Regem in Zuppa Bochnen. pro 6. in Vyeliczen. uero p 5. gro. eſt per Zuppar in ratione ponendus, Notarijs, Tragarijs, & ſectoribus incluſis.

De centenarijs donatis in Zuppis.

Menſura ſalis minuti cuicũq; donata dũtaxat 4. groſ. eſt in ratione taxanda.

ad fideles manus, nō debet aliter menſuram cōputare niſi per quatuor groſs. in ratione. ❡ Item ſal quod datur Nobilibus, ſiue clauſtralib. per Dn̄m Regem in thinis: Zuppar. qui tenet Zuppas ad manus fideles nō debet illud Dn̄o Regi cōputare ad rationē, quia non eſt de Iure. ❡ Item ſtatutum eſt, quod nullus Zupparius debet ſolus ſal uendere in depoſitorio Cracou. necꝫ aliquis famulus Zupparij, ſed Zupparius debet ſal uēdere mercatorib. ſalſatoribus, tā de Cracouia, quā mercatoribus id eſt Ciuibus de Vyeliczka, & illi Ciues de Vyeliczka debēt habere plenimodā poteſtatē ſal uēdendi in depoſitorio Cracou. ❡ Item ſtatutū eſt, quod Bochneñ. mercatores ſalis habeāt plenimodā poteſtatem ſal mundū deducere ad partes alienas, uidelicet in Mazouiā, Ruſſiam, & Sileſiā, nec nō Lithuaniā, nec nō uerſus Lublin. ❡ Itē ſtatuimus, quod Ciues Bochneñ. ſiue mercatores ſalis debēt habere plenimodam poteſtatē ſal cōmune ducere ad depoſitoriū Craco. propter piſtores panū, & etiā propter uectores de alienis partibus ueniētes. ❡ Item ſtatuimus ex mādato Dn̄i Regis Kazimiri quod ſal ad Hungariā non debet alio modo dari, niſi quilibet cētenarius per quatuor groſs. in flor. aureis: & floreni alio modo nō debent recipi niſi per ſeptē ſcottos groſſorum, cauſa eſt iſta, quia Hungaris cōcutitur unus bācus ſalis, qui ualet duas Marcas: poſtea quādo cōcuſſus fuerit, uix ſoluet unū florenū cum medio ad Hungariā, & illud eſt damnū Zupparū & illud tangit Zuppam Vyeliczeñ. ❡ Itē ſtatuimus, quod ſal quod datur de Zup- 79
pa Bochneñ. ad Czypſenſem Terrā, quilibet cētenarius debet dari per quatuor groſs. in flor. aureis. Et quilibet florenus debet recipi per octo ſcottos groſſorū. ❡ Itē ſi ferrum adducetur de Hungaria ad Zuppas pro ſale cētenariato, tūc ſtatutū eſt, quod quilibet centenarius ferri per Zuppariū nō debet alio modo recipi niſi per ſeptē ſcottos. ❡ Itē ſtatuimus, quod homines qui recipiūt ad Hungariā in Zuppa Vyeliczeñ. ſal centenariatū, & ſi illud ſal ad Hungariā nō deduxerūt, ſed in graniciebus illud ſal uēdiderint: Extūc equos cū ſale ubi reperti fuerint perdere debent, omni occaſione poſtergata. ❡ Itē ſtatuimus, quod ſi homines ad Terrā Czypſenſem ſal de Zuppa Bochneñ. receperint, & ſi in Sandecz, uel in alijs graniciebus uēdiderint, eandē pœnā debeant tolerare. ❡ Item ſtatuimus, quādo equi Dn̄i Regis mittūtur ad Zuppā, tunc Zupparius aſſumptis equis pro quolibet equo debet dare unum coretū auenę dietim, & de feno, & ſtraminibus omnē neceſsitatē, & numerū equorū fideliter cōſcribere. ❡ Itē ſtatuimus, quod quādo accipiunt equos Regales ad Zuppā, tūc Zupparius tenetur ad quatuor equos ſeruare unū ſubagazonē bene ualentē, & eidem omnia neceſſaria in uictu & amictu miniſtrare, & illa fideliter cōſcribere, conſcripta rationalibus enodare, ut illi cōſiderent quo ſumma pecunię Regalis deuenit. ❡ Itē ſtatuimus, quod pauperes elemoſinarij qui ſint in numero

ſex in Zuppa

Sal in thinis donatum non eſt in ratione cōputandum.

De depoſitor. Craco.

De Boch. Mercator.

Ciuib. Bochnen. conceditur Sal commune propter piſtores etc. ad depoſitoriū Cracou. ducendum.

Cētenari9 ſalis ad Hūgariam 4. groſ. detur flor. aūt non niſi per 7. ſcottos groſſorum recipiatur.

Cētenar. ſalis pro 4. groſ ad terram Czypſenſem detur, flore. p 8. ſcottis groſſor.

Centenar. ferri Hungarici in Zuppis nō niſi per 7. ſcottos eſt ſoluendus.

Vectores ſalis Vyeli. ad Hūgar. ducētes & ſal in metis uendē. equos cū ſale pdant.

Sal pro terra Czypſ. emptū ſi in Sandecz uenditur ſal & equi amittantur.

Pro quolibet equo Regio unus corctus auenæ dietim cū feno & ſtraminibus ſufficiētib. dari debet.

Pro quatuor equis Regijs un9 equiſo ualens per Zupparium eſt tenendus.

Elemoſinarij in Zup. non ſunt ad rationē per Zuppar. ponēdi.

ſex in Zuppa Vyeliczeñ. & totidẽ in Zuppa Bochneñ. cũ pane qui datur omni die pauperibus poſt miſſarũ ſolennia, nõ debent poni ad rationem. Illud enim eſt confirmatũ propter animas patris ac matris Dñi Regis Kazimiri nec non aliorum ſuorũ progenitorũ & eiſdem pauperibus debet annuatim tribui conueniens amictus.

Sequitur venditio zupparum.

Emens zũppas ſal inuentũ conſcribat, et iuxta Statuta conſilij acceptet.

Item ſtatuimus, quod ſi fuerint Zuppę uẽditę per Dñm Regem ac ſuũ conſiliũ, tũc ille qui Zuppas emerit, debet ſal, quotquot inuentũ fuerit, diligẽter cõſcribere, & illud conſcriptũ iuxta Statuta conſilij acceptare. ¶ Item ſtatuimus quẽlibet bancũ non aliter a Dño Rege acceptare in Zuppa Vyeliczeñ. omnibus cõputatis, uidelicet capiſterijs, cordis canapeijs, ſuberinis, nõ aliter niſi per quinq; groſs. In Bochnya uero niſi per ſex groſs. ¶ Itẽ ſtatuimus, Sepi quotquot lapides inuenti fuerint, nõ debent alio modo cõputari pro parata pecunia niſi ſecundũ exigentiã fori: In minuto uero ſale quilibet lapis per ſex groſs. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod ratio laminarũ ferrearũ debet cõputari qualibet ſexagena per unam Marcã in minuto ſale. ¶ Item ſtatuimus, quod cunei ferrei quotquot in Zuppis reperti fuerint, nõ debent alio modo cõputari niſi quilibet per mediũ groſſum. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod cordæ ſuberinæ alio modo nõ debent computari niſi quilibet per octo ſcottos. ¶ Item ſtatuimus, quod cordæ canapeę alio modo nõ debent cõputari niſi quilibet lapis per ſex groſ. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod quilibet Zupparius qui emerit Zuppas a Dño Rege tenetur tantũ reddere de perceptis ſalis, in numero ſepi, ac aliarũ omniũ rerũ quantũ aſſumpſit, & ſi poſt reſignationẽ Zupparũ ſui regiminis tantũ ſicut percepit nõ dimiſerit, extunc omnia debet ſoluere DñoRegi cũ parata pecunia, prout in ſale bancato, ac minuto, ac aliarũ rerũ extitit enodatũ. ¶ Item ſtatuimus, quod qui emerit Zuppas a Dño Rege non debet fouere Nobiles ac Dños, prout prius eſt conſcriptũ, cauſa, ne mala cõſuetudo ex eo cõmittatur. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod quilibet Zupparius qui emerit Zuppas a Dño Rege, nõ debet aliter dare bancũ ſalis de ſexcentenarijs, niſi per alterã dimidiã Marcã. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod bancũ ſalis de octo centenarijs, Zupparius ſuis mercatoribus ſalis, ut puta Regnicolis, nõ debet alio modo dare niſi per duas Marcas. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod Zupparius extraneis hominibus, uidelicet de Terris alienis, ſuper dicas unum bancũ ſalis de octo centenarijs nõ debet in cariori foro dare, niſi per duas ſexagenas. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod quęlibet Marca iuxta ſtatuta facit in dicis ſex menſuras minuti ſalis, & hoc fecimus ſtatutũ ſalubre fideliter contaxatũ, ut emptores ſalis habeãt incrementũ, Rex uero plenimodã utilitatẽ. ¶ Item ſtatuimus ex mandato antiquo Dñi noſtri Regis Kaz. quod ſi Dñs Rex aliquẽ Principẽ, Nobilẽ, clauſtralem, aliquo ban-

Bancus ſalis in Bochnya per 6. groſ. per Dominũ Regẽ acceptatur, in Vyeliczka per 5. gro. omnib. cõputatis ſcilicet capiſterijs cordis canapeijs ſuberinis.

Lapis ſepi nõ debet aliter cõputari p parata pecun. q̃ in foro in minuto uero Sale quilibet lapis p 6. gr.

Cunei ferrei in Zuppis reperti non niſi per medium groſſum computandi.

Zuppas emens tantũ reddat ſalis, ſepi, ferri, & aliarũ rerum quantũ percepit: alias tenetur D. Regi pecunia parata ſoluere omnia.

Bancus ſalis de octo centenarijs nõ niſi p duas Marcas Regnicolis detur.

Bancus ſalis de octo centenar. nõ niſi per duas ſexagen. extraneis debet dari.

ſex mẽſuræ ſalis minuti faciunt marcam unam iuxta ſtatuta.

Banc9 ſalis alicui donat9 non niſi p mediam marc. mẽſura ſalis minuti per 4. gro.

aliquo banco ſalis donauerit: Zupparius nõ debet aliter cõputare bancum Dño Regi niſi per mediã marcam, menſurã minuti ſalis per quatuor groſſos, centenariũ in Vyeliczka per ſex groſ. in Bochnya per octo unam Thimã in utraq; Zuppa per fertonẽ. ¶ Item ſtatuimus, quod quilibet bancus ſalis qui exciditur in Bochnya alio modo nõ debet cõputari Dño Regi in reſignatiõe Zupparũ, niſi per ſex groſs. omnibus computatis. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod quilibet Zupparius qui Zuppas emit a Domino Rege, in reſignatiõe ſui regiminis nõ debet, nec tenetur de ſale bãcato plus deducere, niſi tricẽtos bancos ad depoſitoriũ commune, id eſt forum Craco. ſi aũt plus deduxerit ubicũq; repertũ fuerit, ſiue in domibus, ſiue in cauernis, ſiue in ſtabulis. Illud ſal totũ debet recipi pro Camera Dñi Regis: & Zupparius debet omnibus bonis priuari, niſi excepto quod Zupparius haberet de mãdato Dñi Regis. ¶ Item ſtatuimus, quod quilibet Zupparius, ſiue ſit ille qui ad fideles manus tenet Zuppas, ſiue ſit emptor Zupparũ, non debet Dño Regi bancũ cõputare niſi per quinq; groſſ. in Vyeliczka, in Bochnya uero per ſex, ſepo, & omnibus alijs rebus largo modo cõputatis. ¶ Item ſtatuimus, quod elemoſinarij per Dñm Regẽ Kazimirũ ſtabiliti per Zuppariũ qui emerit Zuppas nõ ſint in ratiõe cõputandi. ¶ Item ſtatuimus, quod Zupparius qui emit Zuppas nõ tenetur plures equos Regales ad Zuppas recipere, niſi quantũ in conuentiõe Zupparũ eſt expreſſatũ, & ad illos equos qui ſunt in emptiõe expreſſi, ad quatuor equos unũ famulũ realem cõſeruare, & eidem famulo uictũ & amictũ ordinare, & illa non debent poni ad rationẽ Regalẽ. ¶ Item ſtatuimus, ſi plures equi Regales ad Zuppã adducti fuerint, quã expreſſatũ eſt in uenditiõe Zupparũ: extũc pro quolibet equo debet dari unus coretus auenæ per diariũ cum feno & ſtraminibus, & illud cõputari ſicut in foro emptũ fuerit. ¶ Et pro quatuor equis unus famulus, & famulo expẽſas tribuere, & illas cõputare ſeptimanatim per ſex groſ. & illa debẽt poni ad rationẽ. ¶ Itẽ ſtatuimus perpetuis tẽporibus, quod quilibet Zupparius qui emerit Zuppas, debet Dño Regi dare neceſſaria omnia, & Dominæ Reginę, & toti familię, & pabulare equos, & alia neceſſaria dare ſemel in anno in utraq; Zuppa: & Zupparius tenetur donare Dñm Regem cũ centũ flor. aureis, & Dominã Reginã cũ quinquaginta: & illa nõ debẽt poni ad rationẽ Zupparũ. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod Zuppæ non debẽt remiſsius uendi, niſi pro decẽ & octo millibus Marcis: medietas groſſorũ, medietas quartenſiũ ſiue uſualis monetę: ſicut ſunt uẽditæ proprio ore per Dñm Regẽ Kazimirũ Trutloni, Leskoni Iudæo, Henſelburg, Barthkoni monetario, & Arnoldo Velkyer, quia in una ſeptimana fuerat quadruplex mutatio Zupparum, quia unus alium in pecunia ſuperauit.

Centenar. in Vyel. per 6. groſ. in Boch. per 8. gro. Thima in utraq; Zuppa per fertonem D. Regi in rationem computandi

In reſignatiõe Zup. banc. ſalis in Bochn. non niſi pro 6. groſ. D. Regi ẽ cõputand9

Zuppar. in reſignatiõe ſui regiminis nõ niſi tricentos bancos ad forũ Crac. deducere poteſt, alias ſale et omnib. bonis per Regem priuandus eſt.

Zupparũ in Vyeliczka bancũ nõ niſi per 5. groſſ. in Bochnya uero per 6. groſſ. D. Regi cõputabit: ſepo & alijs large cõput.

Elemoſinarij per Regem ſtabiliti non ſunt in ratione per Zuppar. emptorẽ cõput.

Emẽs Zupp. non plures equos q̃ in contractu expreſſũ eſt tenetur recipere, & pro quatuor equis famulum realem tenere.

Equis præter dieriũ dandũ pro quolibet unus coretus auenæ fenũ et ſtramina iuxta forum in ratione computanda.

Pro quatuor equis famul9 deputetur cui expẽſæ per 6 groſ. ſeptimanatim ſunt computandæ.

Statio Regi & Reginæ per Zuppar. in utraq; Zuppa annuatim danda, & Regi centũ, Reginæ quinquaginta floreni donandi.

Zuppæ non remiſſi9 quam pro 18. millib. Marcarum uendi debent.

So.

Sequuntur

Sequuntur Iura Officialium.

Item ſtatuimus Iura Officialiũ, primo Vicezuppario datur media Marca qualibet ſeptimana: Item Stigario in Bochnya unus ferto: Itẽ Stigario in Vyeliczka ſeptem groſ. Item Penſatori ſeptẽ groſ. in Vyeliczka, & tercia pars penſæ: Itẽ Penſatori in Bochnya ſex groſsi & quarta pars Carbariatus: Item in Vyeliczka Carbario ſeptẽ groſ. item Procuratori in Vyeliczka ſeptem groſ. & omnes paruæ cutes: Itẽ Procuratori in Bochnya ſex groſ. itẽ Pincernę duos groſ. item Viceprocuratori duos groſſos: Item cuilibet Sagittario quatuor groſ. Itẽ Coco quatuor groſ. Item Subcoco duos groſ. item illi qui lauat ſcutellas duos groſ. Itẽ Portulano duos groſs. Itẽ Camerario qui ſal furatũ tenptat quatuor groſ. Item Vicetheſaurario qui ciſticulã portat duos groſs. Item Calefactori duos groſſos: Itẽ illi qui tegit mẽſas duos groſſ. Item illi qui ſyluas cuſtodit quatuor groſſos. ¶ Item ſtatuimus omnibus prędictis Officialibus annuatim dari duplicia ueſtimẽta, uidelicet æſtiualia & hyemalia, & quolibet menſe unicuiqꝫ ſotulares. ¶ Itẽ ſtatuimus, quod quietationes Principũ, Nobiliũ, Dñorum presbyterorũ, & cuiuſcũqꝫ cõditionis extiterint, Zuppario nõ debent pręſentari: exceptis quietatiõibus ſalis, quia tunc illas quietatiões ſalis Zupparius tenetur expedire. ¶ Item ſtatuimus, quod Dimetrius Vicetheſaurarius omnes quietationes Principũ, Nobiliũ, Dñorum, ac cuiuſcũqꝫ cõditionis extiterint, in pecunĳs debet expedire, & pecuniã a Zuppario recipere, & ab omnibus Capitaneis procuratoribus totius Regni Pol. & illam ad Theſaurũ deponere, & eã diſtribuere, prout ſibi Dñs Rex cõmiſerit, & demandabit.

Salaria cuilibet Officiali ſeptimanat. danda enumerantur.

Duplicia ueſtimenta ſcilicet æſtiualia & hyemalia Officialib. dandæ.

Quietantiæ ſalis duntaxat per Zupparıũ ſunt expediendæ.

Quietantiæ pecuniarum per Vicetheſaurar. ſunt expediẽdæ.

Sequũtur Iura Dominorũ in zuppis, quæ nõ debent poni ad rationem.

Item Capitulũ Cracouię. debet habere Centum Marcas. ¶ Itẽ Capitulum Gneſneñ. debet habere Centum Marcas. ¶ Item Prębẽdario in Zuppa Bochneñ. uidelicet S. Staniſlai quibuſlibet quatuor temporibus dãtur duæ Marcę, & nõ plus: & debet habere unũ famulũ in montibus, & unũ famulũ ad altare miniſtrantẽ. Qui Præbẽdarius & famulus debent habere ueſtimentũ a Zuppario unum in anno & nullum equum in Zuppis ſeruare debet.

¶ Item Plebano in Bochnya datur omni ſeptimana una Marca.

¶ Item Plebano in Vyeliczka datur omni ſeptimana unus coretus minuti Salis.

¶ Item Plebano de Collocelarĳ dantur quinqꝫ Marcæ cum octo ulnis panni breuis de Thuna.

¶ Item Plebano in Nyepolomicze dãtur annuatim quatuor lapides ſepi & totidem cęræ.

Centum Marcas pro Capitulo Craco.

Centum Marcas pro Capitulo Gneſnen.

Præbẽdarius Zuppæ Boch. quolibet quartali anni 2. Marc. habeat, & unũ ueſtimẽtũ in anno cũ famulo

Plebanus Boch. ſeptimanat. 1. marc. habe.

Pleban. in Vyeliczka unum coretum ſalis minuti habebit.

Plebano de Collocelarĳ 5. Marc. cũ 8. ulnis panni et una Thuna dantur.

Plebanus in Nyepolomicze 4. lapides cæræ & totidẽ ſepi annuatim habet.

Vicar. Eccl. Crac cathedr. 66. menſur. ſalis minuti annuatim.

¶ Item Vicarijs Eccleſiæ Capituli Cracouieñ. dantur annuatim ſexaginta ſex menſuræ Salis minuti.

Hankoni cũ ſuis ſucc. ꝑ magiſterio in Vyel. ſuper carbar. 30. marcas perpetuo dantur annuatim.

¶ Itẽ Hankoni dicto Steberin de Vyeliczka & ſuis ueris & legitimis heredibus & ſucceſſoribus Iure hæreditario ſuo pro magiſterio ibidem in Vyeliczka ſuper carbaria damus triginta Marcas ſingulis annis tẽporibus perpetuis duraturis & iſta non debent ad rationem poni.

Sal bancatũ pro Monialib Vuratiſla.

¶ Item Sal bancatum quod datur Monialibus Vuratiſlauiam.

Sal bancatũ & minutũ pro Caſtris R. M. nõ ponẽdũ in ratione

¶ Item Sal ad Caſtra Dñi Regis ſiue bancatũ ſiue minutum iſta omnia non debent poni ad rationem.

Nullus Dominor. habiturꝰ cenſum in Zuppis præterq̃ in Regiſtro ſcripti alias collo & bonis priuandꝰ.

¶ Item in præſentia totius cõſilij Dñs Iohannes Caſtellanus Cracou. cum fratre ſuo Dño Raphaele herede de Tarnouu mõſtrauerũt quaſdam literas magiſtratus montiũ in Bochnya uidelicet ſuper montem Cracoui. in quibus literis cõtinebantur quod deberẽt habere ſeptimanatim unã ſexagenã groſſorũ quæ literæ per Dñm Regẽ Kazimirũ ac totum conſiliũ omnimode fuerũt anullatæ. Et ideo pręcepit Dñs Rex quod perpetuis tẽporibus nullus Dñorum debet aliquẽ cenſum habere in Zuppis niſi illi qui ſunt in Regiſtro cõſcripti & finaliter per conſilium cõfirmati. Nam illi qui ſecus fecerint collo & bonis debent omnimode priuari.

Sequuntur Iura Succamerarij.

Zuppar. ratiõe introuiſationis ſuccam. debet unũ ſtamẽ panni Machlicen. alias decem Marcas dare.

Succamer nõ ad Zuppas ſed hoſpiciũ deſcẽdat neceſſarijs hic deſcriptis puidendꝰ

Item ſtatuimus quod Succamerarius quando Zuppariũ introuiſat ad Zuppas tunc Zupparius ratiõe ſui Officij tenetur ſibi dare unũ ſtamẽ Machliceñ. Si uero Zupparius ſtamẽ non habuerit tunc loco ſtaminis debet ſibi dare decẽ Marcas. ¶ Item ſtatuimus quod Succame. nõ debet intrare Zuppas ne ipſas impediat ſed debet deſcendere ad hoſpiciũ & neceſſaria ſibi per ſeniores ſectores uidelicet una menſura auenæ, octo pulli, ſexagena panis, mediũ quartale carniũ bouinarũ cũ potu debeant miniſtrari qua hoc ſtatutũ eſt ut Zuppa per eũ non impediatur.

Succamer. non iudicet hominem in Zuppis manentem

Equũ in Zup. ſucca. nõ ſtabiliat præter equum ſui famuli de tribus marc quo deficiente Zuppar. aliũ loco eius ordinabit.

Succamer. ꝑ f. S. Iohan. Bapt. Conſul. in Vyel. & ſeniores ſectores. In Bochnya uero pro feſto Circũciſionis Domini eligat.

Nullus Zupp impediat nec intret præter Vicetheſaurar. qui in quatuor equis pro pecunijs ueniens poteſt intrare ſub pœna bonorum & colli.

¶ Item ſtatuimus, quod Succamer. nullũ hominem in Zuppa permanentẽ præſumpſerit iudicare. ¶ Et nullũ equũ in Zuppis ſtabilire niſi equũ ſui famuli Camerarij de tribus Marcis ſi idem equus ſeruicijs Zupparũ defecerit, extũc Zupparius loco illius equi debet aliũ ordinare. ¶ Item ſtatuimus, quod idẽ Succamerar. ad feſtũ S. Iohannis Baptiſtæ debet eligere Conſules in Vyeliczka & ſeniores ſectores. In Bochnya uero in feſto Circũciſionis Dñi, & illos iuxta Iura eorũ iudi(care. ¶ Item ſtatuimus, quod nullus ſiue ſit magnus ſiue paruus præſumat Zuppas impedire ac eas intrare, niſi tantũmodo Dymetrius Vicetheſaurarius cũ quatuor equis dum uenerit pro pecunijs a Zuppario aſſumendis ſub pœna colli & omnium bonorum.

Sequuntur Iura zupparij.

Item ſtatui-

Item ſtatuimus quod nullus Zuppariorũ de ſe querulanti debet reſpondere niſi corã Dño Rege dum per ipſius annulũ fuerit euocatus. ℂ Item ſtatuimus, quod nullus uiuentiũ debet iudicare familiã Zuppæ, niſi ſolus Zupparius.

Zuppar. non niſi coram Rege de annulo ſuo citat9 reſpõdeat. Familia Zuppæ duntaxat per Zupparium iudicanda.

Sequuntur Iura Sectorum.

Itẽ ſtatuimus, ſic uolentes, quod in utraq; Zuppa uidelicet Vyeliczeñ. & Bochneñ. tantũmodo debẽt laborare ſexaginta Sectores, qui nominantur in uulgari Stolniczy, famulis hoſpitalibus incluſis, & nõ plus: Cauſa eſt iſta, quod ſi plures laborarẽt, mõtes Sale citius euacuarẽtur. ℂ Item ſtatuimus, quod idẽ Sectores debẽt laborare cõtinue a feſto S. Martini uſq; ad feſtũ Penthecoſtes: Si aũt neceſsitas fuerit, tũc debent laborare a feſto S. Michaelis uſq; ad feſtum prænotatũ. Et ijdem Sectores debent obedire Zuppario & Stigario quotiens fuerit opportunum. ℂ Item ſtatuimus, ſi aliquis Sectorũ rebelliſando Sal ſuum deſtruxerit, extunc Stigarius debet eũ punire, ſibi montes abnegãdo, tã diu quouſque a Zuppario & Stigario ueniã impetrabit. ℂ Item ſtatuimus, quod omnes Tragarios rebelles quotieſcũq; crimen cõmiſerint, ſeu laborare noluerint, extunc idem Stigarius debet eos laboribus deſtituere, & alios loco ipſorum ad labores ordinare.

ſexaginta ſectores alias stolniczy in utraq; Zuppa laboribus deputantur. Inıciũ laborũ a feſto S. Martini ad f. Penthecoſt. neceßitate imminẽte a feſto tandẽ Michael. ad feſtum prænotatum. Sector ſal deſtruens p ſtigariũ puniend9. Tragari9 negl gens uel rebellis per ſtigarium puniend9.

Sequuntur Iura Magiſtrorũ montiũ.

87\. Item ſtatuimus, quod Magiſter montiũ nõ debet aliquẽ cenſum habere de Zuppis, neq; ſeptimanalẽ, neq; annualẽ, niſi tantũmodo famulos quos ab antiquo in montibus habuit, & eos proprijs pecunijs ſalariare ſecundũ conſuetudinẽ montiũ, pecunijs quas & de bipenne acquiſiuit. ℂ Et Carpentario montiũ, loco ipſius qui proprijs manibus laborat in montibus, debet dari ſeptimanatim unus ferto cũ uictu & amictu prout cæteris Officialibus. ℂ Item ſtatuimus, quod in quolibet monte debẽt poni duo fornatores pro Sale querendo, & illud quod per fornatorẽ in omnibus quatuor angulis acquiſitũ fuerit, debet obſeruari cũ optimis parietibus Salis. ℂ Et quãdo Sectores proprijs laboribus fecerint, tũc Zupparius una cũ Magiſtro montiũ debet eis fornaces cũ parietibus largiri, & nulla munera ab eiſdẽ acceptare, quia illud eſt donũ Dei & non Magiſtri montiũ. Harũ teſtimonio literarũ quibus Sigillum noſtrũ eſt appenſum. ℂ Nos uero Sbigneus miſeratione Diuina ſanctę Romanę Eccleſię tituli S. Priſcę Presbiter Cardinalis & Epiſcopus Crac. Vuladiſlaus Dei gratia S. Eccleſię Gneſnẽ. Archiepiſcop. & Primas. Iohannes eadẽ gratia Vuladiſlauieñ. Andreas ſimili gratia Poſnan. Epiſcopi Eccleſiarũ: Iohannes de Czyzouu Caſtellan. & Capitan. Iohannes de Tanczyn Palatinus Cracou. Lucas de Gorka Poſnanię, Iohannes de Oleſſnicza Sandomir. Albertus de Male Lanciciẽñ.

Magiſter montiũ nullum cenſum de Zuppis habiturus. Carpentario ſeptimanatim ferto cum uictu et amictu debetur. Duo fornatores in quolibet mõte p ſale quærendo ponen. ſectorib pprijs laborib. deferentib. Zuppar. cũ magiſtro mõtium debet eis fornaces cũ parietib. largiri. Cõſiliarij Reg. Pol. approbant ſtatuta p Kazim. Tercium cõfirmata ſigillorum appenſione.

Lancicieñ. Iohannes de Krethkonu Brzeſteñ. Palatini: Iohannes de Konyeczpole Regni Pol. Cancell. Predborius de ibidẽ Caſtellan. Sandomir. Creſlaus de Kurozuianki Lublin. Laurẽtius Zaremba Siradieñ. Petrus Skora de Gay Caliſsieñ. Staniſlaus de Oſtrorog Gneſneñ. Nicolaus, de Oſſolin Voyniczeñ. Nicolaus de Vurzymou Breſteñ. Petrus de Czurouu Sandeceñ. Hincza de Rogouu Roſperieñ. & Regni Pol. Vicetheſaurari. Nicolaus de Virbyasko Dobrineñ. Gregorius de Branicze Radomieñ. Iohannes de Bnyn Myedzyrzeceñ. Nicolaus de Viſnicze Leopolieñ. Nicolaus de Zakrzouu Viſlicieñ. Stephanus de Opporouu Brzezineñ. Petrus de Striykouu Iuniuuladiſlauieñ. Iohannes de Bobrka Byeczeñ. Albertus de Michouu Zauichoſteñ. Nicolaus de Prochnice Premiſlieñ. Iohannes de Kurhahnyzet Halicieñ. Borko de Oſicno Nakleñ. Caſtellani: Nicolaus de Brzezye Regni Pol. Marſchalcus, Iohannes de Pilca, Bartoſsius Obulecz de Bora Cracoui. Nicolaus de Vyſmutouu Sandomir. Thomas de Sobota Lancicieñ. *Iudices.* Iudices: Petrus Szaffranyecz Cracou. Iohannes de Czarnkouu Poſnaniẽ. Nicolaus Pouala de Magnuſſouu Sandomiriẽ. Petrus de Brudzouu Caliſsieñ. Iohannes Kuropathua de Lacuchouu Lublineñ. Michael de Laſſothki Dobrineñ. Nicolaus Bola Iuniuuladiſl. *Succamerarij.* Succamerarij: Iohãnes Byezad de Morsko Cracou. Nicolaus de ibidẽ Sandomir. Nicolaus de Noykouu Sandeceñ. *Vexilliferi.* Vexilliferi: Nicolaus Subiudex Sandomir. Cæteriq; Prælati, & Barones, Dignitarij, Nobiles, & Proceres, in hac Conuentiõe generali Petricouieñ. cõgregati: Innitentes approbationi, confirmatiõiq; præfati Sereniſs. Dñi noſtri Regis Statutorũ ſupradictorum Sereniſsi. Dñi diuę memorię Regis Kazimiri, eadem Statuta uelut hic habentur inſerta, per omnia approbãtes, in omnibus punctis, articulis, & clauſulis, firmiter attẽdemus, cuſtodiemus, & ſeruabimus, & nunquã illis uerbo aut facto cõtrauenìemus. Vnde et Sigilla noſtra præſentibus iuſsimus appendi, in robur firmitatis & teſtimoniũ omnium & ſingulorũ pręmiſſorũ. Actum in Conuentiõe Petricouię feria quinta infra octauas feſti Penthecoſtes. Anno Dñi 1451. pręſentibus Dominis ſupradictis. Datũ per manus Magnificorũ Iohannis de Konyeczpole Regni Pol. Cancellarij pręducti Petri de Sczekoczin eiuſdẽ Regni Vicecancellarij nobis ſyncere dilectorum.

Similis alia confirmatio prædictorum de Salinis Statutorum.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei memoriã, Ne error obliuionis geſtis ſub tẽpore uerſantibus pariat detrimentũ, alta Regũ & Principũ decreuerũt cõſilia ea literarũ apicibus, & teſtium annotatiõe perhẽnare, Proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Po-

tia Rex Poloniæ, nec nõ Terrarũ Cracouiæ, Sandomiriȩ, Siradiȩ, Lancicię, Cuiauię, Magnus Dux Lithuaniæ, Pomeranię, Ruſsiæq; Dñs & hęres, Significamus tenore pręſentiũ, quibus expedit uniuerſis pręſentibus & futuris, pręſentiũ noticiã habituris. Et ſi ex debito Regalis munificentię ad omniũ ſubditorũ cõmodũ & profectũ oculo conſiderationis intẽdere debeamus, propenſior tamẽ ſolertia circũſpectiõis ad augmentũ Theſaurorũ & prouentuũ Regni noſtri incũbit, ex quibus Regni & ſubditorũ noſtrorũ commodis debite ualeamus prouidere. Cum igitur Zuppæ noſtrę Bochneñ. & Vyeliczeñ. pars notabilis prouentuũ & Theſauri Regni noſtri exiſtit, quæ hactenus propter nimiã & continuã Nobiliũ & diuerſarũ perſonarũ frequentationẽ, & Salis elaborationẽ, in notabili ſui parte deſolationẽ & iacturã ſuſceperunt. Quodq; neq; Zupparius neq; ſui Officiales regimini & laboribus intendere ualuerũt, hoſpitũ uoluntati intenti: Et niſi eis tẽpeſtiuę ſubueniatur, uerendũ eſt, ne in ruinã & iacturã ponãtur: Volẽtes igitur huiuſmodi ruinę & iacturę ſubuenire, ut circũſpecti Principis eſt, ex pręteritis habere memoriã, & intente cõſideratiõis oculũ ad futura, & tandem ad ſingula ſalubri diſpoſitiõe dirigere, ut dũ omnia proſpexerit ſapienter, imitantes ueſtigia prędeceſſoris noſtri diuę memorię Domini Kazimiri Regis Poloniæ qui præfatũ Theſaurũ Zupparũ in capite, & in membris, ac in omnibus prouẽtibus, ordine, diſpoſitiõe, & terminis ordinauit, & regulauit, atq; perpetuis tẽporibus huiuſmodi ordinationem tenendã, ſeruandã, & cuſtodiendã ſtatuit & diffiniuit: Ne igitur nos, aut quemquã ſubditorũ noſtrorũ ab huiuſmõi ſui ordinatiõe & diſpoſitiõe recedere, aut eidẽ per ignorantiã cõtrauenire cõtingat: Statuimus, & præſenti edicto in robur maioris firmitatis declaramus, ipſius Domini Kazimiri Regis Statuta, & ordinatiões, quæ in noſtro Regali ſeruantur Theſauro, in omnibus, & per omnia ſecundũ regulationem, & ordinationẽ ſuã debeãt teneri, perpetuis tẽporibus duraturis, Et quæ quidẽ Statuta hic habẽtes pro inſertis in omnibus ſuis punctis articulis, cõditionibus, & clauſulis, ratificamus, approbamus, & confirmamus. Harũ teſtimonio literarũ quibus Sigillũ noſtrũ eſt ſubappẽſum. ¶ Nos uero Vuladiſlaus Dei gratia ſanctę Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepiſcop. & Primas: Iohannes eadẽ gratia Vuladiſlauieñ. & Andreas ſimili gratia Poſnanieñ. Epiſcopi: Nec nõ Iohannes de Czyzouu Caſtellanus & Capitan. Craco. Lucas de Gorka Poſnan. Iohannes de Oleſſnicza Sandomir. Albertus de Male Lancicieñ. Iohannes de Krethkouu Brzeſteñ. Hryczko de Pomorzany Podoliæ Palatini: Iohannes de Konyeczpole R. P. Cancellar. Predborius de ibidẽ Sandomirieñ. Iohannes de Pilcza, Staniſlaus de Oſtrorog Gneſneñ. Nicolaus de Borzymouu Brzeſteñ. Petrus Skora Caliſsieñ. Laurẽtius Zaremba Siradieñ. Creſlaus de Kuroſzuianki Lublineñ. Nicolaus de Oſſolin Voyniceñ. Petrus de

Vſus Regiorum Theſaurorum.

Rex debet eſſe Prudens.

Nomina omnium & ſingulorũ Regni Prælatorum, Dignitariorum, & officialiũ ſupra ſcripta ſtatuta Zupparum approbantium.

nceeñ. Petrus de Curouu Sandeczeñ. Nicolaus de Virbisko Dobrin. Gregorius de Branicze Radomieñ. Iohannes de Bnyn Myedzyrzeceñ. Nicolaus de Viſnicye Leopolieñ. Nicolaus de Zakrzouu Viſlicieñ. Stephanus de Opporouu Brzezineñ. Petrns de Striykouu Iuniuulad. Iohannes de Bobrka Byeceñ. Albertus de Michouu Zauichoſteñ. Nicolaus de Prochnik Premiſl. Iohannes de Kuiahnicze Halicieñ. Borko de Oſſiczno Nakleñ. Caſtellani: Bartoſsius Obulecz de Gora Cracou. Nicolaus de Vyſſmutouu Sandomir. Thomas de Sobota Lancicieñ. Iudices: Iohannes de Czarnkouu Poſnan. Petrus de Opporouu Lancicieñ. Petrus de Brudzouu Caliſsiẽ. Iohannes Kuropathua de Laczuchouu Lublin. Michael de Laſſotki Dobrin. Nicolaus Kola Iuniuuladiſl. Succamerarÿ: Iohannes Brzyzath de Mokrsko Craco. Nicolaus de ibidem Sandomir. Nicolaus de Moykouu Siradieñ. Vexilliferi: Nicolaus de Pankouu Subiudex Sandomir. Cæteriq; Prælati, Barones, Dignitarÿ, Nobiles, & Proceres in hac Conuentiõe generali Petric. cõgregati, Innitentes approbatiõi, cõfirmationi, pręfati Sereniſs. Dñi Regis Statutorũ ſupradictorũ Sereniſs. diuę memorię Dñi Regis Kazimiri eadem Statuta uelut hic habẽtur inſerta per omnia approbãtes, in omnibus punctis, articulis, & clauſulis, firmiter attẽdemus, cuſtodiemus, & ſeruabimus, et nunquã illis uerbo aut facto cõtraueniemus. Vnde et Sigilla noſtra pręſentibus iuſsimus ſubappẽdi, in robur firmitatis, & teſtimoniũ omniũ, & ſingulorũ præmiſſorũ. Actũ in Conuentiõe Petricou. feria quinta infra octauas Penthecoſtes. Anno Dñi 1451. præſentibus Dñis ſupradictis. Datũ per manus Magnificorũ Iohannis de Konyeczpole, Regni Polonię Cancellar. & Petri de Sczekoczin eiuſdẽ Vicecancellarÿ nobis ſyncere dilectorum. 84.

Puniantur ergo omnes qui Sale externo uterentur. Lex ÿ.

Albert. Petr. 1496. Particulæ iſtius ſtatuti uarÿs perſonis ſunt accommodatæ, & etiam adſcriptæ, eſt eius mentio lib. 1. ca. 6. art. 11. de palat.

Item licet genitor noſter ſtatuerit, & certi tenore Priuilegÿ ſuper Sal forenſe ſcripti, quod Terris infertur, quibus nõ eſſet inferendũ, qualiter uidelicet arreſtandũ, qualiterq; in arreſtatiõe agendũ eſſet: Tamen cum modernis tẽporibus Officiales excedere uiderẽtur limites ſui Officÿ, ac cõſtitutiõis, & Priuilegÿ illius, nõ nihil cõmittentes temere & iniurioſe etiã cõtra tenorẽ Priuilegÿ: Idcirco Statutũ illud, tanquã officioſum, & rationabile, his noſtris de uerbo ad uerbũ decernimus neceſſario inſerendũ ſic uidelicet. ¶ Quia cõſiderantes Theſaurũ Regni noſtri cõmunem in Zuppis Cracouieñ. cõtinuo decreſcere, & minui, propter Salis forẽſis & aduenticÿ in Regnũ noſtrũ, & præſertim in partes Maioris Poloniæ licẽtioſam introductionẽ: quod Incolis illarũ partiũ paſsim & liberẽ præter ueterẽ ordinationẽ ad uſum eorũ cõmunẽ propinabatur 102.

Hic inſertũ eſt de Sale ſtatutũ ut continetur in ſtat. Kazimiri.

pinabatur in detrimentũ Reipub. & Zupparũ Vyeliczień. & Bochnẽ. deſtructionẽ: Igitur cũ conſilio cõmuni Conſiliariorũ omniũ noſtrorũ ad infraſcriptã deuenimus ſentenciã, & ordinationẽ, ut Sal Vyelicień. & Bochneń. Zupparũ per omnes Reg. noſtri Incolas cuiuſcũq; ſtatus exiſtant ędatur, & propinetur. ¶ Nec quiſpiã extraneũ Sal. in domo, uel hæreditate ſua audeat habere, comedere, uel conſeruare ſub pœna xiiij. Marcarũ, totiens quotiẽs repertũ fuerit, irremiſsibiliter perſoluẽda: Terras tamẽ Ruſsię (ubi Sal propriũ eſt) ab hac obligatiõe & Statuto uolumus eſſe exceptas. ¶ Quæ quidẽ pœnæ per Capitaneos locorũ pignoratiõe mediante exigãtur, more cõſueto, uſq; ad intromiſsionem in ea bona in quibus Sal forẽſe repertũ eſſet: quæ intromiſsio teneri debet, uſq; ad integram ſatisfactionem pœnarũ, & damnorum.

Sal aduectitium ſub pœna 14. Marcarum prohibitũ Terris Ruſſiæ exceptis.

Pœnæ Salis qualiter exigendæ per Capitaneos.

¶ Quod ſi apud quęcumq; Nobilẽ, Spiritualẽ, uel Secularẽ, cuiuſcũq; ſtatus & cõditionis fuerit, quotieſcũq; pręfatũ Sal prohibitũ, in domo uel in curia repertũ fuerit, ille totiẽs irremiſsibiliter dicta pœna Regali xiiij. Marcarũ puniatur, & ad ſolutionẽ eius, modo quo ſupra, cõpellatur. ¶ Si uero apud Kmetonẽ inuentũ fuerit, totiẽs quotiẽs id fecerit, idẽ Kmeto pari pœna puniatur: Vbi uero mediãte pignoratiõe pœnã ſoluere nõ curauerit, extũc hæredis cõtradictiõe nõ obſtante (qui taliter ſubditos ſuos tenere debet ut nõ ſint pœnales) bona dicti Kmetonis per Capitaneũ poterint, & debẽt cõfiſcari, ad pœnę ualorẽ extimãda: reſiduũ uero quod ſupereſſet, in bonis relinquatur ꝓ Kmetone: Vbi uero bona Kmetonis nõ ſufficerẽt pro pœna ſoluẽda: Extũc idẽ Kmeto debet mancipari, & uinculis detineri, uſq; ad debitã pœnę exolutionẽ.

Pœna 14. Marcar. in eum apud quem Sal repertum eſſet.

Pœna contra Kmetonem pro Sale apud eum reperto.

¶ Caſu uero quo in Ciuitatibus uel Oppidis apud quaſcũq; perſonas Sal tale cõpertum fuerit habitũ, comeſtũ, uel propinatũ, & conſeruatũ: Conſules dictarũ Ciuitatũ in ſimili xiiij. Marcarũ pœna puniantur, quæ Ciuitates & Oppida cũ eorũ Incolis eum inter ſe ordinẽ ſeruent, ut extraneũ Sal in detrimentũ Reipub. Regni noſtri apud eos non habeatur, propinetur, uel conſeruetur, clam, uel aperte.

In Ciuitatibus et Oppidis ſi ſal repertum eſſet eandem debeant pœnam.

QVA PROPTER Nos Iohannes Albertus Rex decernimus, ut eo ipſo ordine decreti paterni Statutũ de Sale obſeruetur euiterne. Et ſi illi qui ad recipiendũ, alias arreſtandũ Sal, pro tẽpore deputãtur, aliter in reperiẽdo, arreſtãdoq; Sale, & trãsgreſſores puniẽdo proceſſerint: extunc decernimus ſecusfacień. pœna xiiij. Marcarũ puniendos, pro qua corã Palatino Terrę lociq; illius, cõparere, reſpondereq;, & iuxta decretum eius illã Palatino ſoluere debeãt, more Terreſtris Iuris exigendam: & ſi Impoſſeſsionati fuerint, habebit, & habeat Palatinus ipſe facultatem eos captiuandi, detinendiq;, tanquã Iuris, æquitatiſq; cõmunis uiolatores: nõ mittendo eoſdem donec aut pœnam illam ſoluerint, aut cautionem pro ſe dederint ad ſoluendum.

Arreſtatores ſalis ſi excederent cõtra ſtatutũ arreſtando per Palatinos Terræ illius iudicabunt, & detinebuntur, uſq; ad pœnæ ſolutionem.

sigiſm. Crac. 1510. Eiuſdem & aliorum statutorum generalis mentio lib. 1. cap. 12. artic. 20. de Capit.

Sal externū Capi. nō admittāt. Lex iij.

Nouas adinuentiões abrogãdo, de cõſilio Cõſiliariorũ noſtrorũ quę an 10.
te actis tẽporibus cõſtituebãtur Theſauro cõmuni cõtrarias, Salẽ Cracouieñ. in priſtinũ ſtatũ, & ordinẽ, ſtatutis uetuſtis inniteñ. reducendũ decernimus, ne Zuppæ Cracou. periclitẽtur in detrimentũ Reip. atq; ideo inniteñ. uetuſtis Cõſtitutiõibus Mãdamus omnibus Capitaneis, quatinus debitũ officij ſui exerceãt in prohibẽdo peregrino, et extraneo Sale, quodcũq; duceretur ad ea loca ubi uſus Salis Cracou. eſſe conſueuit: ſub pœnis ſuper Capitaneos tam oppignoratos Capitaneatus habentes, quam liberos iam pridem conſtitutis.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

Sed in Maiori Pol. & Cuiauia vectores Sal libere ducãt, & vendant. Lex iiij.

Vectores etiam non compellantur ad deponendũ sal in ciſtas ſub pœna 14. Marc.

Item crebris moti querelis ſubditorũ noſtrorũ ſuper Cariſtia Salis, in 104
Terris Maioris Polonię, & Cuiauię, ſępius cõtingeñ. tametſi certi uectores ad certa loca cũ Sale minuto ire, illudq; in ciſtis Oppidorũ deponere cõſueuerunt: Tamẽ abolentes ciſtarũ earundẽ depoſitoria ſtatuimus, ut uectores Salis ubiq; ſine arreſtis & prohibitiõibus Sale ducto eant, illudq; uel in ciſtis deponẽdo, uel nõ deponẽdo, aut in curribus ipſis tenẽdo, ubi eis uidebitur, faciendũ, diebus et horis cõſuetis iuſto precio in Ciuitatibus, Oppidis, atq; Villis uendãt emẽtibus ubiq;, adeo libere, ut in nullis locis ad ponendũ cogi poſsint: Saluis tamẽ foraliũ ſolutiõibus pœnã certam xiiij. Marcarũ cõſtitueñ. ab illis, qui aut uecturam, aut uenditionem ipſam prohibere niterentur, per nos noſtroſque Capitaneos exigendam.

sigiſm. Petr. 1511. Eiuſdem lib. 1. cap. 6. de Palatin. art. 11. fit mentio.

Rex aũt deuehat Sal ad illas Terras ad quas nauibus demiti ſolet, quod ut Nobilitati iuſto precio uendatur Palatini prouidebunt. Lex v.

Item promittimus copiã Salis nos eſſe deuecturos ad omnes illas Ter- 19.
ras ad quas nauibus deportari ſolet, ut quęq; prędictarũ Terrarũ Sale antiquitus uti ſolito, & nũc copioſe uti poſsit, & ut iuſto precio a mercatorib. Nobilitati, & uulgo, uẽdatur: Palatinor. cura erit ꝓuidendũ.

Sigiſm. Bidg. 1520.

Licet aliæ merces Ducis Stolpẽ. in Regnum ſint admittendæ, Sal tamen non admittatur. Lex vi. 23.

Quam vide infra Capitulo 5. de Viis Artic. 4. Lege 1.

sigiſm. Bidg. 1520.

Sal externũ ac marinum ne in krayna 23.
quoq; & Paluki inferatur Capita. ꝓuidebũt: Ruthenico uero Sali Bidgoſtię depoſitoriũ, ſimulq; æſtimatio imponitur. Lex vij. 24.

Etiam innia

Etiam innitẽtes ueteri Statuto de extraneo ſale edito cõmodo fiſci noſtri Regij.& Reipu prouidẽtes prohibemus uſum ſalis extranei cuiuſcumq;,tam Halleñ.quã Grandinoſi,hoc eſt Krupyaſtey,quod per mare adduci ſolet in locis uniuerſis Terrarũ Maioris Polonię, In quibus ex antiqua cõſuetudine uti ſolitũ erat eodẽ ſale: deinceps uero ſele noſtro Regio Ruthenico loco illius extranei utãtur, ita tamẽ quod Ruthenici ſalis depoſitoriũ Bidgoſtiæ cõſtituemus,ut ex eodẽ Bidgoſtieñ. depoſitorio,ad loca illa,in quibus extraneo ſale uti ſolitũ erat,precio porrigatur,de quo ita cõſtituimus, ut in eodẽ depoſitorio ſingulę Tunnę ſalis bene refertę,tantę quãtitatis ut ſal noſtrũ Regiũ Thorunij uendi ſolet, una ſcilicet Polonicali Marca pecunię emãtur. Quia uero huiuſmõi porrectio ſalis Ruthenici ad depoſitoriũ Bidgoſtieñ. nõ poterit tã propere fieri,cõcedimus,& admittimus, ut interim ſale illo ſolito extraneo utantur, quo ad illius tandẽ uſum uetare cõmiſerimus, & Capitaneis eum ſubmouere preceperimus,ut pote quũ ſalis Ruthenici ſufficientia huc ad depoſitoriũ Bidgoſtieñ. cõuecta fuerit: Publicatũ uero eſſe debebit ſex ſeptimanis antequã uſus ſalis illius extranei ceſſabit, ut illud omnes diuenderẽt,nec eo amplius uterẽtur: tali modo,ut a die publicationis poſt decurſum ſex ſeptimanarũ nemo illud in Regnũ inuehere ſub omniũ bonorũ & merciũ ſuarum amiſsione, & nec quiſquã eo uti audeat ſub pœna xiiij. Marcarũ pecuniarũ, per eos apud quos repertũ fuerit,irremiſsibiliter ſoluendarũ. Etiã conſiderãtes, quod licet conſtitutũ fuerat,ut in Krayna.& Paluki uniuerſi Incolę ſale de Zuppis Cracouieñ.uti deberẽt: compertũ tamẽ habẽtes,raro,uel potius nunquã ſale ipſo noſtro Cracouieñ.ſed extraneo uulgariter Krupyaſta dicto uti, non ſine incõmodo noſtro, & præiudicio Zupparũ noſtrarum. Itaq; ſtatuimus,ut deinceps ipſi ſubditi noſtri de Paluki & Krayna, ſale noſtro Ruthenico, ad inſtar aliorũ ſubditorũ noſtrorũ, ubi ſal Saxonicũ uẽdi cõſueuerat,ꝑcio ſuperiꝰ exp̃ſſo,utantur, ſub pœnis ſupiꝰ exp̃ſsis.

Rex Salis copiam det. Lex viij.

Salis uenditionẽ,& eius ſubminiſtrationẽ recepimus ita nos procuraturos eſſe, ut & ſal precio ſolito uendatur, & copia illius quo ad fieri poterit, ubique habeatur. Sigiſm. Crac. 1532.

Similis.

Sufficientia Salis omnia Dominia noſtra prouidebimus, iuxta Iura eo nomine conſcripta. Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Attamen tunna Salis trãſmarini in ſcapham Gedano recipitur. Lex ix.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Idem capitulo 3. de fluminibus.

Tametſi uero Statutis Regni prohibitũ eſt, ne ſal tranſmarinũ in Regnum inferatur: Nihilominus indulgẽtes in ea re ſubditis noſtris, permittimus illis ut in ſcaphis, quæ Gedano reuertũtur, ad uſum nautarũ ſeu familiæ circa eaſdẽ exiſtẽtis, tũna ſalis recipiat̃ in quãlibet ſcaphã.

CAPITVLVM III.

De Mari, ac fluminibus Reg. Pol. ambientibus & perfluentibus.

PRAEFATIO.

Fines Regni Poloniæ quam longe lateque patent.

REgnum Polonorũ in Sarmatia, ab oriente ponto Euxino: ab occidente verſus ſeptẽtrionẽ inclinante Sarmatico mari: a meridie Iſtulæ, Danubio i, Proſpruth, Shani, & Tyræ alias Neſtri fontibus, Carpatiſq; ſeu Sarmaticis montibus Scepuſium quoq; includẽtibus, a Septẽtrione vero Boryſtene ſeu Nepro flumine, quã longiſsime a Smolensko, Homya, & Starodubo ad pontũ Euxinũ defluit clauditur, atq; terminatur. Nam Oczakouieñ. Capueñ. & Moldaui Euxini accolæ, Regi Kazimiro Tercio ſe dediderãt: Altera vero ex parte Pruſsia, in ipſius Sarmatici Oceani littore poſita, etiãnum Polonis tributaria eſt. Inter Carpatũ aũt ſeu fontes fluminũ memoratos, & inter ipſum Boryſtenẽ, quitquid ſoli eſt, Iuris Polonici ac Lithuanici eſſe, nemo rerũ peritus ambigit. Quo loco nõ abs re illud quoq; cõmemorabo, Quod ex iiſdẽ montibus Carpatis circa Leskam Illuſtris viri PETRI KMITAE Oppidum hereditariũ flumina in diuerſas partes decurrũt: & ne ſtatim poſt primũ ortum hinc inde cõfluerent, Caſtro

Caſtrũ Dobromil in uertice ſarmatiæ poſitum.

DOBROMIL HERBORTONVM de Fulſtin hæreditario, vt res ipſa arguit, in editiſsimo totius Sarmatiæ monte, quaſi vertice, poſito dirimũtur. Etenim ex vna parte Caſtri fluuius Vyar, in flumen Shanum a Premiſlia proxime labentẽ, & ad Iſtulam verſus mare Sarmaticũ decurrentẽ, influit: Struyaz vero itidẽ fluuius alterã parte ipſiuſmet Caſtri præterfluens in fluuiũ Tyran ad Euxinum perlabentẽ, incidit. Indeq; maria ab ſeſe pluſquã ducẽtis milliaribus germanicis diſtantia, in quæ dicta flumina dilabũtur, naturales terminos Regni Polonici cõſtituunt. Licet ob vetuſtatis caliginẽ penitus incertũ ſit, num Sarmatiã

Dubium quæ gentes ſarmatiam ante Polonos incoluerint.

fere incoluerint, vt Herciniæ ſyluæ eam intermediantis amplitudo arguit: num aliud genus hominũ, quos Strabo, Plinius, Ptolomeus, & Ouidius enumerãt, inhabitarit: an potius germani, vt origines, ac muri multorũ Oppidorũ, in illiſq; acta publica germanice ſcripta, nec nõ Iura in Ciuitatibus & Villis adhuc germanica teſtificãtur, tenuerint, antequã Poloni ſeu Lechitæ eandẽ occupauerunt. Vtcũq; res ſeſe habet, certe Poloni vnũ autorẽ generis ſui recognoſcere nõ poſſunt. Non ſolũ quod tota Regio in duplicẽ Poloniã, & Mazouiã: præterea in

Quæ gentes hodie ſint in ſarmatia.

Lithuaniã, Samogitiã, & Liuoniã: nec nõ in Ruſsiam, Podoliam, Voliniã, & Pokuciam: item in Pruſsiã, Caſſubiam, & Pomeraniã diuiſa ſit: Verum etiã ex circumiectis gentibus, in hanc quã vocamus ſolã Poloniã homines confluxiſſe veriſimilimũ eſt: quod quidẽ ſtemmata familiarũ externa, peregrinarũ rerum affectatio, item tot Iura quot Prouinciæ, tot Plebiſcita quot hominũ Ordines, teſtantur abunde. Quicũq; aũt mere Poloni ſunt, a Lechoq; ducũt originẽ, extra

Mere Poloni a Græcis ſuam ducunt originem.

omnem controuerſiã, ſicut & Croatæ, Boſnenſes, Serui, Raſci, Siculi, Rutheni, Moſci, ac Bohemi, per Sclauos a Græcis qui a Iaphet deducũt originẽ: id ita eſſe non ſolũ ſimilitudo habitus, verũ multe magis ſermo harũ gentiũ vernaculus

Græco magna

Græco magna ex parte perſimilis aut ſaltẽ permixtus demõſtrat,& tamẽ hæc ſimilitudo linguæ noſtræ, apud Sclauoa, Croatas, Boſneñ, Siculos, Ruthenos, ac Moſcos, qui habitũ, picturas, mores, literarũ characteres, ac religionis ritus Græcos etiamnũ retinent, melius deprehenditur: quã apud nos Polonos, & Bohemos, qui neglectis ab originibus Græcis, Latinorũ mores, linguã, ſcripturã, ſimulque religionẽ ſumus ſecuti. Et ſi aũt Euxini littore nõ ita pridem Scytis ac Turcis cõceſsimus, in Sarmatici tamẽ maris poſſeſsiõe, quod verſus Suetiã, Noruegiã & Scandiã protenditur, ne excidamus, ſumma contentiõe Reges Poloniæ Ius ſuum hereditariũ ad huc defendũt. In quo quidẽ mari quæ noſtris hominibus libertas ſit, ex pactis cũ Terris Pruſsiæ cõfectis Libr. 5. Cap. 2. poſitis abunde liquet. Cum vero ex Iuris Ciuilis præſcripto quædã naturali Iure cõmunia ſunt omniũ, quædã vniuerſitatis, quædã nullius, plæraq; ſingulorũ, quæ variis ex cauſis cuiq; aquirũtur: certe (quando quidẽ cupiditas humana Terrã redegit ad priuatã vtilitatẽ) Naturali Iure omniũ cõmunia ſunt cætera elemẽta, vt pote ignis, aer, aqua, & mare: ac per hoc littora maris, Item lapilli, & gemmæ, & cætera quę in littore inueniuntur Iure naturali ſtatim noſtra fiũt. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur piſcãdi cauſa, dum tamẽ Villis, monumentis, & ædificiis abſtineat: quia nõ ſunt Iuris gentiũ, ſicut mare. Ac proinde in mari piſcantibus liberum eſt caſam in littore ponere, in quã ſe recipiãt: vſq; adeo, vt & ſoli Domini cõſtituãtur, qui ibi ædificãt, ſed quã diu ædificiũ manet: alioquin ædificio dilapſo quaſi Iure poſtliminii reuertitur locus in priſtinã cauſam: & ſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. Quod aũt omnia quoq; flumina Regni in mare decurrentia, adeoq; & portus publici Iuris ſint, leges infraſcriptæ docent. Quinetiã riparũ quoq; vſus Iure gentiũ publicus eſt, ſicut ipſius fluminis. Itaq; naues ad ripas applicare, & funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, & ex flumine deducere onus aliquod, & in iis reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut & per ipſum flumen nauigare. Nihilominus proprietas riparũ illorũ eſt, quorũ prædiis hærent, qua de cauſa arbores quoq; in eiſdẽ natæ, cenſuſq; ex hac vel illa cauſa impoſiti, eorundẽ ſunt. Et tamẽ in publicis fluminibus, ripiſue eorũ (niſi fortaſſe muniatur aggeribus propter agros tuendos) nihil fit, quo peius nauigetur, vel ripæ applicetur, vel alioqui vſus vtriuſq; corrumpatur, ſit difficilior, aut minor, aut rarior, aut ſi tota auferantur, vel alioq aqua exareſcat, eleuetur, diminuatur, auertatur, æſtate exareſcat, aut aliquo tempore, loco, vel cauſa vadabilior vel profundior, lentior vel rapidior ſit, pecoriue, aut piſcationi inhibeatur. Idem autem de lacu, & ſtagno publico intelligendum eſt, dico in flumine vel ſtagno publico, ad differentiam eorum quæ ſunt in fluminibus priuatis, vel in in ſula in publico flumine orta: illa enim occupantis eſt, aut eius cuius ripam contingit: aut ad differentiam illius quod fit in alueo veteri: illa enim omnia, & quodcum que in eis fit, priuati Iuris ſunt. Et ſi autem nautæ leges ſuas inter ſe habeant, ac proinde om nes etiam nauigationis & naufragiorum caſus legibus noſtris non ſunt comprehenſi Nihilominus illas ex Iure Ciuili huc adferre nõ abſurdum eſſe videbatur: puta, ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus ſit, vt omnium contributione ſartiatur: etiam ſi lapides præcioſos, aurumq; & argentũ, naui quis impoſuiſſet: inſuper veſtes, & annullos habeat, quippe quod æquiſsimũ eſt, cõmune detrimentũ fieri eorũ, qui propter amiſſas res aliorũ, conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent: capitibus tamen ab ea coęquatiõe exceptis: præterea q; cibariis, quæ ſi aliquibus in naui deficerent, in cõmune partirentur. Quod ſi res iactæ apparuerint, exoneratur, vel reſtituitur, id quod fuit collatũ. Res aũt ad littus eiecte, fiſci ſunt: niſi Dominus earũ verus appareat, alioqui neq; fiſci, tanto minus apprehẽdentis erunt: quia pro derelictis haberi non poſſunt. Et tamen ratiõe rerum ex iactu, vel aſpergine, non aũt ratione loci corruptarũ, fit cõtributio: quid enim intereſt, iactas ne res meas amiſerim, an inundatione corruptas deteriores habere cœperim: nam ſicut ei qui perdidit ſubuenitur, ita & ei ſubueniri oportet, qui

Poloni multa uocabula a Græcis ſumpta retinent.

Maria Regnum poloniæ circumdant.

Elementa Iure naturali communia ſunt, proindeq; & mare cum littoribus.

Flumina etiam et portus ac ripæ Iuris publici ſunt.

Leges nautarum ad multos illorũ caſus neceſſariæ, ex dig. ueteri cõcerptæ. uide plura de hac omni materia digeſti noui libr. 5. titul. 12. Ne quid in flumine publico.

Si iaciantur merces leuandæ nauis gratia

Si merces in naui aliqua de cauſa corrũpuntur.

deteriores propter iactum res habere cœperit. Quod ſi nauis leuandę cauſa merces in ſcapham traſferuntur, & ſcapha perit: habet etiā locum cōtributio, ſecus ſi nauis, cui fidebatur magis, pereat: & ſcapha quæ periculo exponebatur, remaneat ſalua. Amiſſę vero nauis damnū nō ſartitur per eos, qui merces ſuas ex naufragio liberarunt. Nam hanc æquitatē tunc admitti placuit, cum iactus remedio ceteris in cōmuni periculo ſalua naue conſultum eſt. Si aūt nauis a piratis redēpta ſit, omnes cōferant: quod vero prædones abſtulerint, is perdit cuius fuerit: nec conferat quitquā is qui ſuas merces redemerit. Quod ſi nauis, cōſeruatis mercibus, vetuſtate, fluctuū impetu, ictuue fulminis deterior facta ſit: nō fit cōtributio. Niſi hoc fiat voluntate eorū, qui vehuntur, metu maioris detrimenti: certe cū depreſſa aut deiecta eſſet nauis, quod quiſq; ex ea ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruat, tanquam ex incendio ereptum. Præterea ſi ea conditiōe nauem conduxiſti, vt in ea merces tuæ portarentur, eaſq; merces nauta nulla neceſſitate coactus, in nauē deteriorē (cum id ſciret te fieri nolle) tranſtulit, & merces tuæ cum ea naue perierunt, in qua nouiſsime vectæ ſunt: habes ex cōducto & locato cū priore nauta actionem. Alioquin cōtra, ſi modo ea nauigatiōe vtraq; nauis periit: cum id ſine dolo & culpa nautarū factum eſſet. Idem Iuris erit, ſi prior nauta publice retentus, nauigare cū tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem Iuris erit, ſi quum ea conditione a te cōduxiſſet, vt certā pœnam tibi prꝫſtaret, niſi ante conſtitutū diem merces tuas eo loci expoſuiſſet, in quem vehendas eas locaſſes, nec per eum ſtaret, quominus id faceret: remiſſam ſibi eam pœnā ſperaret. Idem Iuris in eodē genere cognitiōis obſeruabimus, ſi probatum fuerit nautā morbo impeditū nauigare nō potuiſſe. Idē dicemus, ſi nauis eius viciū fecerit ſine dolo & culpa eius.

Si nauis amittitur mercibus ſaluis.

Si nauis redimatur, uel diripiatur a piratis.

Si nauis facta ſit deterior, aut ſi deprimatur.

De conducta & locata naui.

ARTICVLVS I.

Poloni per mare Sarmaticum, & per flumina Regni libere nauigant.

Quæ libertas ſit Polonis in mari Sarmatico, quodq; res ad littus eiectę, ſi Dn̄m nō habeāt, fiſco cædāt. Lex I.

Quam Libro 5. Capitulo 2. de Ducatu Pruſsiæ vide.

Ne quid in fluminibus publicis nauigationem impediat. Lex ij.

Kazi. 3. Petr. 1447.

Fluuij enumerantur in ſtatuto qui liberi eſſe debent ad nauigandum.

Inter cæteras Reipub. curas ſolicitat mentē noſtrā uehemētius, ut ſingulas e Regno noſtro dānoſas obſeruātías & abuſus euellamus, & que incrementū Reipu. adijciūt, plantemus: Sane, & ſi flumina noſtra Regni noſtri Polonię, Iſtula, Nepr, Striy, Nareuu, Vartha, Dunaiecz, Viſloka, Bug, Buki, Vyeprz, Thyſzmyenicza, Sannida, Proſſnia, et quęcūque alia in Regno noſtro conſiſtentia, cum ſuis alueis Regia & noſtra ſunt, nec poſsit illa quiſquā Iure priuato uēdicare: plures tamē numero obſtaculis & ſepibus clauſerint mercatorib. per illa tranſitū, pluris ęſtimantes capturā piſciū, quā bonū publicū, & abundantiā rerum neceſſariarum. Vnde ſolenni deliberatiōe pręhabita, decreuimus flumina prædicta, & eorum alueos, aliunde tranſeūtibus, infra, & ſurſum, cū quibuſcūq; nominibus rerū uenaliū eſſe debere libera. ¶ Et propterea omnes 91.

rea omnes homines cuiuſcūq; conditiōis exiſtant, per præfata flumina
facientes aſcenſum, uel deſcenſum, cū rebus eorū, & mercibus cuiuſcū-
que ſpeciei, generis, uel maneriei exiſtāt, prohibemus. occaſiōe qualicū-
que, & ſignanter ruptiōis obſtaculorū, ad ſolutionē Telonei, uel dam-
ni cogi: cū non ſepibus ſed retibus piſcandū ſit. ¶ Vbi tamen aliquē
obſtaculi delectat utilitas. portas cū illo latas faciat, quæ trāſeuntibus
liberum prębeant nauigiū. ¶ Si quis aūt huius noſtrę conſtitutiōis
ſaluberrimæ temerarius uiolator extiterit, & aliqua a tranſeuntibus,
quocūq; colore, uel arte, aut ingenio. exigere pręſumpſerit: iubemus a-
blata ad integrū reſtitui, & tranſgreſſorē ſine quauis dilatiōe in primo
Termino conuentū pœna quæ dicitur polonice Syedmnadzyeſta per
Capitaneū loci uolumus mulctari. ¶ Iura aūt hęc pręmiſſa in obſta-
cula quoq; noſtra Regia in quibuſcūq; locis exiſtāt uolumus extendi,
& hāc conſtitutionē a noſtris obſtaculis Regalibus inprimis inchoari;
ut nulla ſit grauis iuſsio quæ conſtringit & Principem.

Mercatores cum ſuis mercibus per flumina deſcēſum uel aſcēſum facientes, nō teneantur ad Telonei ſolutionē, propter obſtaculorū rupturam.

Obſtacula faciens in flumine, portas latas in eis relinquat.

Exactor pecuniæ in obſtaculis ad reſtitutionē integram cōpellitur, alias pœna 14. Marcar. mulctatur.

obſtacula Regia huic cōſtitutiōi ſubdūtur.

Similis ne ob rupturā obſtaculorū extorquatur aliquid. Lex iij.

Alber. Petr. 1496.

Item approbātes Cōſtitutionē paternā ſuper nauigatiōe fluuiorū ſan-
97. citam, decreuimus eius Statutū præſenti noſtro ſuper fluitatiōibus in-
nouandū: ſic uidelicet, quod & ſi flumina Regni noſtri uidelicet Viſl a,
Nepr, Striy, Nareuu, Vartha, Dunayecz, Viſloka, Bug, Vyeprz, Thy
ſzmyenicza, Shan, Druancza, Brda, Nida, Proſnya, Noteſz. & alia in
Regno noſtro exiſtētia cū alueis eorū noſtra fuerint, nō poſsitq; quiſ-
piam illa Iure priuato uēdicare: tamē cū, ut a Nuncijs Terrarū accepi-
mus, per nōnullos (multo plures ęſtimantes capturā piſciū, quā uſum
publicum, & abundantiā rerū neceſſariarū) ſubditos noſtros (quorū
bona ſupra rippas fluuiorū ſituantur) adeo fuerint clauſa obſtaculis
multis, & ſepibus, ut mercatores nauigātes illac fluitare nō poſſent: Id-
circo ad tollendū errorē, & impedimēta, circa fluitatiōes fluuiorū præ-
dictorū liberas cōmitti ſolitū, atq; ſolita, ſupplicibus ſubditorū omniū
petitis ſatisfaciētes, Statuto pręſenti decreuimus, & decernimus, fluita-
tiones & nauigationes in fluuijs præſcriptis, & in cæteris alijs Regni
noſtri, alueiſq; eorū, ſurſum, & infra, cū rebus quibuſcūq; uenalibus,
cuiuſcūq; generis, ſpeciei, differētiæ, & maneriei fuerint, quomodocū-
que nominatis, uel nominādis, nauigādis, nauigaturiſq;. ipſa quoq; flu
mina, & alueos debere eſſe libera, atq; liberos omnes & ſingulos homi-
nes cuiuſcūq; conditiōis exiſtētes, hiſdē fluminibus aſcenſum, aut deſcē
ſum facientes, cū rebus eorū uniuerſis prædictis. ¶ Prohibētes præ-
ſenti decreto noſtro occaſiōe quauis, & pręſertim ruptiōis obſtaculorū
ad ſolutiōes, aut Teloneorū, aut damni cogēdos: præſertim cū non ſe-

Flumina in Regno quæ eſſe debeant nauigantibus libera.

De obſtaculo alias Iazi in fluuijs nauigabilibus.

 pibus ſed re-

pibus ſed retibus piſcandũ ſit, ut tenet uſus. Vbi aũt quempiã habendi obſtaculi delectat utilitas, in, & de illo latiora hoſtia ſolito cõſtituat, per quæ pateat tutius & liberius nauigiũ nauigare uolentibus. ¶ Cuius noſtræ Conſtitutiõis ſi quiſpiã temerarius uiolator fuerit, aut de nauigantibus ſolutiones aliquas, colore, arte, aut ingenio quocũq; exigerit: eas iubemus & decernimus integre reſtitui: transgreſſoreq;, qualibet excuſatiõe & dilatione ceſſante, corã loci Capitaneo conuentum, pœna ſyedmnadzyeſta per eũ ipſum Capitaneũ puniri. ¶ Quã Conſtitutionem etiã in noſtra obſtacula uolumus extẽdi, & ab illis primũ executionẽ eius inchoari, ut exinde ualidior uideatur eſſe iuſsio, quæ conſtringat & Principem.

Pœna decernitur cõtra eos qui depactarẽt nauigantes in fluuijs.

De obſtaculis in fluuijs bonorũ Regaliũ.

Fluuij obſtaculis purgentur.

Albert. Petr. 1496.

Nauigatio decernitur libera etiam circa Torun uerſus Gedanum.

Et quia fruſtra eſſet Iura condere, quę nõ eſſent executioni demãdata: Idcirco promittimus Statutũ præſens noſtrũ exnunc promouere ad effectũ celerius conſequendũ: & efficere auctoritate noſtra ut fluuij purgentur, & illis Regnicolæ noſtri libere fluitabunt. 98.

Torunen. nauigationem Gedanum ne impediant. Lex iiij.

Rex Albert. pollicetur purgare fluitationem ab impedimẽto Torunen.

Quodq; Torunen. non impediãt, neq; arreſtent, aut retineãt nauigantes, illiſq; uiolentias ullas facere nõ præſumant, a quibus eos tueri pollicemur: ſic ut Gedanũ quiſq; libere atq; ſecure fluitet per Torunen. minime prohibitus aut prohibendus. 98.

Similis.

Sigiſm. Petr. 1511.

Item licet antiquis Statutis cõſtitutũ eſt, ut fluuij Viſla, Vartha, & alij debeãt eſſe liberi & nauigabiles, cõtumacia tamẽ quorundã ſubditorum noſtrorũ factũ eſt, quod hactenus propter ſepes quæ obſtacula uocant, & Molẽdina in ipſis fluminibus facta, ſunt imperuij & libere nauigatiõi minime patentes: Ideo Statuimus, ut prædicta flumina ſub pœna ſexaginta Marcarũ purgentur: & in eis hoſtia fiant, per quæ naues onuſtę & trabes cõtextæ, ſiue ſtrues, quę uulgo Traffiy uocãtur, libere deuehi poſsint: quod ſub eadẽ ſexaginta Marcarũ pœna hinc ad medium quadrageſimæ fieri debet. Quod ſi ſecus quis facere auderet, tunc ad noſtrũ Iudiciũ citatus, in primo Termino tanquã perẽptorio cõdemnari debet in prædicta ſexaginta Marcarũ pœna: cui etiã pœnæ noua obſtacula in ijſdẽ fluminibus facientes uolumus ſubiacere. 16.

Libera nauigat. p Capi. defenda. Lex v

Sigiſm. Crac. 1532.

Poſtulantibus Terrarũ Nũcijs: ut libera ſit nauigatio fluuiorũ in Statutis dudũ

tutis dudũ deſcriptorũ, reſpondendũ ex unanimi cõſenſu Conſiliariorum noſtrorũ duximus, reſpondemus, decernimuſq́ꝫ præſentibus, ut fluuiorũ in Statutis dudũ ſuper hac re cõfectis expreſſorũ, & aliorum nauigabiliũ, obſtacula, aggeres, & alia queuis impedimẽta, cuilibet ſurſum deorſumue nauiganti, peruia reddãtur: & ut contra ſecus facieñ. per locorum Capitaneos executio Statutorum & pœnæ in illis deſcriptæ extendantur.

Similis.

Flumina omnia, ſicut eſt in Statutis deſcriptũ, ad demittendum frumenta, & omnia labore facta, ac merces, libera eſſe debent. Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Qui Gedano reuertũtur tunnam Salis grandinoſi in ſcapham impune recipiunt. Lex vi.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quam ſuperiore Capitulo vide.

ARTICVLVS II.

Flumin. Regñs vicini ſubditi vtãt. L. 1

4. Ne grauentur ſubditi noſtri uicinia bonorũ noſtrorũ per Capitaneos, Statuimus, ut cum fluuius aliquis noſtra & eorundẽ ſubditorũ bona diſterminat, quæ ipſius fluminis rippis utrinq; adiaceant, libere admittantur ijdem ipſi ſubditi noſtri ad uſum eiuſdem fluuij, iuxta latitudinem bonorum ſuorum adiacentium. Sigiſm. Crac 1507. Idem lib 2. cap. 1. art. 6. de Comiſſ. iudic.

CAPITVLVM IIII.

De Regni vijs ſecuran. dilatandis, ineundis, reficiun. ac occludendis: atq; commercio, Equireis, & bobus extra Regnum non emittendis.

PRAEFATIO.

Quia omnes homines ſimul habitare & abſq; mutuo cõmercio viuere nequeant: vias eſſe oportet, per quas vltro citroq; Ius eundi, ambulãdi, agendi, ducendi, trahendi, & ferendi per fundũ alienum vnicuiq; eſſet liberũ: citra tamẽ fructuũ leſionẽ, inde via quaſi ia ab eundo dicitur. Viæ aũt aliæ ſunt Regiæ, Militares, Conſulares, Publicę, ſeu Vrbicę: aliæ vicinales: aliæ Ruſticę. REGIAE exitum ad mare, aut in vrbem, aut in flumina publica, aut ad aliam publicã viam habent: eſtq; in illis publicũ ſolum relictũ ac certis finibus latitudinis, ab eo qui Ius publicãdi habuit circumſcriptũ: vt ea publice iretur atq; cõmearetur. Harũ ergo Regiæ uiæ.

viarũ pertinet cura ad Capitaneos locorũ,qui loco Aedilium curulium ſunt: quorum auctoritate auia fiunt peruia, ipſæq; viæ a ſiccariis defendũtur,ædificiis aut roboribus proiectis impeditæ,vel cloacis infectæ purgãtur,arctæ dilatãtur,natura paluſtres ſternuntur,ex aqua reſtagnãte inundatæ ſiccãtur,cliuoſæ planãtur, curuę rectificantur, corruptæ reficiũtur,ex re populi interdũ clauduntur, vel aperiuntur.Semper aũt ratiõe horum omniũ Principi,vel heredibus fundi ex beneficio Principis vectigalia cedunt , atq; ob id inter res fiſci omnis tractatio de viis a nobis poſita eſt: tametſi viæ omniũ ſint. Quo loci ſubnectenda nobis videbatur Lex Papiniani ex dig. nouo de Officio Aedilium curuliũ cõſcripta : Quæ talis eſt. Aediles curules curã gerãt per vrbem publicorũ itinerũ,vt cõplanentur: neue effluxiones damnum dent ædibus : & vt ponticuli ſint quocũq; loco opus fuerit.Curæ item habeãt,vt ſi priuati parietes,cum alii,tum domeſtici,qui in publicam viam feruntur,ruinã minentur,ędium domini eos,vt oportet,demoliãtur, ac reparent.Quod ſi vel nõ demoliantur,vel non reparent, multã in eos dicant, quouſq; vicium emendauerint. Procurẽt etiã ne quis publica itinera perfodiat, aut aggeribus congeſtis obruat, neue quid in publico itinere exędificet : ſin minus factum erit , ſeruus quidẽ flagellis a quocũq; qui eum deprehenderit , cędatur : liber vero ædilibus indicetur: ædiles aũt lege in eum animaduertãt:& quod factum eſt opus,deſtruãt.Preterea vt ante ſuas quiſq; ędes,publicas vias reparet, repurgetq; ita aquagia,quæ ſub dio ſunt, vt ne quid impedimento ſit quo minus eatur vel agatur.Quod ſi qui cõductis ædibus habitãt, ędium vero Dominus eas non reparet,ipſi aũt reparauerint, eum ſumptũ in penſionẽ reputabunt. Procurent inſuper ne quid ante Officinas propoſitũ ſit, præterquã ſi fullo veſtimenta ab excoctiõe ad aurã recreet,vel faber rotas exponat, vt tamẽ ita illa collocẽt, ne impedimento ſint ducendo vehiculo: ſed neq; rixari in itineribus,neque ſtercora proiicere,neq; morticina,aut pelles iactare permittãt. VIAE VERO Vicinales quæ quandoq; in Regias exitum habent, quãdoq; in Villam,vel coloniã propinquã, quãdoque ſine vllo exitu intermoriũtur, & euaneſcunt. Sunt aũt & ipſę publicæ, ſi ex collatione priuatorũ fiant : atq; ideo cõmuni opera reficiuntur, nec altero vetante ab altero deſtrui , aut etiã negligi poſſunt : ſeruiunt enim hic alteri cõtra alterum variis ex cauſis damni dati actiões.Certe qui viam publicam reficit,aperit,vel purgat : ad veterem altitudinẽ, latitudinẽ,breuitatem,aliãque cõmoditatem illã reſtituat : Alioquin deteriorẽ illius cõditionem facere nõ poteſt. RVSTICAE aũt ſeu priuatæ ſunt quibus quiſq; ad agros,ad ſyluas,vel etiã ad viccos vicinos cõmigrat. Quarum vtilitas vel damnũ ad vnum tãtum pluresue vicinos redit,& apud Rom. quidem quatuor viri erãt Aediles Curules : apud nos vero ſunt Capitanei qui curã viarum gerunt. Ac proinde cum nuper ego a munere Notariatus reſpiraſſem, & Procapitanei quoq; Cracouieñ. loco ac Officio fungerer,Regia Maieſtas viarũ quoq; mihi iniunxit curã.Quod quidem munus libenter, ac pro Officio debui , me obiturum recepi : non ſolum quod per ſe honeſtum ac neceſſarium ſit. Verum multo magis quod Magiſtratuum in Republica arbitrio parere fuit neceſſe.

Aedilium Curulium Officia.

Viæ uicinales.

Præfecti uiarum apud Romanos & apud Polonos.

ARTICVLVS I.

Capitanei ſecuritatẽ viarum defendant, obſeſſor viæ parum nõ impune occiditur, Iudæi in via mitras mutent.

ſigiſm.Crac.1507. Huius totius Capit. eſt generalis mentio lib.1.ca.12.art 20 de Capit.Officio,de pœna uero prædonibus furibus infligi debita uide lib.3. cap.12. art. 1. 2. 3. & 4. de uiolentijs , furtis , ac ſpolijs.

Capit.ſecuritatẽ viar.defendãt. Lex I.

Decernimus ✕ ut in illis Terris, in quibus Iudices ab eorũ Capitaneis Officia exercent,ipſos Terrigenas noſtros, & ſubditos noſtros,itinerũque, ac itinerantiũ ſecuritatem iuxta Iuris formam a uiolentijs iniuriantium defendant.

Si ergo

Si ergo Nobilis viæ obſeſſor occidatur

tantũ 60. Marc. pec. pro capite ſoluãtur, ſine pœna turris. Lex ij.

Quam vide Libro 1. Capitulo 15. Articulo 6.

Iudæi in itinere glaucas mitras muta-

re poſſunt ſi uolunt. Lex iij.

Quam vide Libro 1. Capitulo 21. de Iudæis Articulo 4.

ARTICVLVS II.

Latitudo viæ publicæ ac vicinalis.

Domin⁹ mericæ in triginta vlnis ex v-

traq; parte uię remoueat glandes, uel depaſcat, cum porci conductorum pelluntur ad glandes. Lex I.

Quã vide Lib. 3. Ca. 11. Art. 4. de vſu ſyluarũ ex cõducto vel ex violẽto.

Latitudo vero publicarũ viarum per

Capitaneos cũ duobus ex Equeſtri ordine uiris eſt cõſtituẽda. Lex ij.

De uia quoq; ſæpe fuit diſceptatũ, dum alij ſeminañ. alij ędificañ. partem illius occupare dicerẽtur, non ſine graui euntium atq; agentiũ iniuria: ut itaq; hæc quoq; de uia publica occaſio diſceptandi tolleretur, recipimus nos datis ad pręfectos arciũ & Ciuitatũ literis mandaturos illis, ut ſinguli eorũ adiunctis ſibi duobus ex Equeſtri ordine uiris induſtrijs & rerum peritis, latitudinem uiæ ubiq; conſtituant, & determinent, ſecundum diſpoſitionem Statuti de hoc ęditi. *Sigiſm. Crac. 1539.*

ARTICVLVS III.

Mercatores vias publicas ne declinent, ſed nemo etiam pabula violenter in via recipiat.

Mercator. p veteres vias trãſeãt. Lex I

Kaz. 3. Petr. 1447.

91. Item prohibemus omnibus Mercatorib. ne cũ rebus & mercimonijs ſuis audeant per nouas uias & loca tranſire, ſed iuxta Conſtitutionẽ diuæ memoriæ Dñi Kazimiri Secundi noſtri prædeceſſoris antiquas ſtratas obſeruent, alias omnes decreto huic contrauenieñ. permittimus & decernimus a Capitaneo noſtro capi, & bona eorum omnia & ſingula noſtro infiſcari Theſauro.

Illud quoq; in uijs obſeruari ſolet quod ... ruli eques, iſti pedes uia cedunt, cõtra fit in ſemitis a ſolis hominibus iuri ſolitis.

Ne viæ publicæ & Telon. declinẽ. L. ij.

7. Ipſi etiã Capitanei prohibituri ſunt negociatorib. quod nõ niſi uijs cõſuetis, & publicis ſtratis, Telonea & publica loca nõ declinãdo uadant, ſub rerum quas per obliquas uias uexerint priuatione. *Sigiſm. Crac. 1507.*

Pabula ne in via recipiãtur violẽ. L. iij

Kazim. Viſl. 1368.

Quod ſi quis pecoribus in uia damnũ dederit uide infra cap. 5. artic. 2. lege 5.

Cum itaq; omnis uiolentia nõ immerito uarijs Iuris ſanctiõibus prohibeatur, & coherceatur: Maieſtas igitur Regia ęquum cenſuit ſubditorum cõmoda in his præſertim prouidere, Statuimus ideo, ut trãſeuntes per uiam ad Dños ipſorũ, uel in proprijs etiã negocijs procurandis, ſiue ſint Principes, Milites, aut alterius ſtatus, & cuiuſcũq; conditiõis homines exiſtant, pro ſe expenſas, aut pabula equorũ in Villis, Tabernis, aut locis ſolitarijs non recipiant, aut aliquã uim inferant uendere nolentibus, aut a uenditione ſe retrahentibus: Sed unuſquiſq; libere utatur re ſua pro libito ſuæ uoluntatis. 39.

ARTICVLVS IIII.

Viæ publicæ in Marchiam, Sileſiam, vel in Hungariam a R. M. ex vſu Reip. partim omnino, partim cum certis rebus Mercatoribus clauduntur, vel aperiuntur: ſed non honeſti exercitii cauſa proficiſcẽtib.

Sigiſm. Bidg. 1520.

Nõ p Marchiã ſed p Glogouiã cũ mercib. eatur, Sale Ducis Stolp. except. L. I

Eadẽ parag. fuit lib. 2. cap. 2. art. 2. de ſale Ducis Stolpen. non admittendo.

Conſtituimus etiã in eodẽ Conuentu occludendũ eſſe tranſitũ tam uniuerſis Regni ſubditis quã etiã extraneis Mercatoribus per Marchiã, omneſq; negociatores ſub omniũ ipſorũ bonorum amiſsiõe in et extra Germaniã cum quibuſcũq; mercibus, & bobus uia præfata ire non debent, ſed ea uia per Glogouiã, & alia loca, qua antiquitus ire ſolitũ eſt. Sed quoniã in Terras Dñi Ducis Stolpeñ. per nouam Marchiã ire hinc inde ſolitũ fuit, Nos aũt nolentes, nec noſtris, nec ipſius Dñi Ducis Stolpeñ ſubditis, & alijs Mercatoribus, negociationẽ & tranſitũ hinc inde prohibere: Volenteſq; quantũ poſsibile fuerit hoc prohibere, ut nemo tam in Regnum noſtrũ ueniens, quã etiã ex eo trãſiens aliqua loca Domini Marchionis attingeret, & hic ſcire nõ ualentes debitã locorũ poſitionem per quæ tranſitus utrinq; cõmodius poſſet conſtitui, Cõmittimus Magnifico & Famatis Lucæ de Gorka Caſtellano Poſnanieñ. & Capitaneo Maioris Poloniæ generali, cũ Conſulib. Poſnanieñ. cõſtituere. & publicare tranſitũ. & loca, per quæ tam ex Regno noſtro per Terras & Dominia ipſius Dñi Ducis Stolpeñ. quã etiã ex eius Terris & Dominijs cũ mercibus (Sale tamẽ excepto) & pro alijs rebus pro quibus ex uſu uel neceſsitate eos in Regnũ noſtrum uenire cõtigerit, eadem uia, & nõ alijs obliquis trãſitus pateat, ſub merciũ & equorũ ſecus facientes priuatiõe, qui uiam ipſam euitãtes ubiq; locorũ prohiberi & arreſtari poterint. Quã huiuſmõi Conſtitutionẽ præfato Dño Duci Stolpeñ. ipſe Magnificus Lucas de Gorka literis ſuis declarare debebit: ut ſubditis ſuis hæc publicari faciat, pręcipiatq; pro bona uicinitate ut ſe in ea re hoc modo gererent, & cũ Dominia ſua attigerint, ut ſimiliter eis per ipſa uiam conſtituat, & deſignet, qua poſſent tranſire. 23.

In Sileſiam

In Sileſiã cũ mercib9 progredi,vel trã ſitũ permittere Capitale eſt. Lex ij.

Et quia nõ uerentur plurimi prohibitionẽ uię in Sileſiã,multiplicibus modis tranſgredi, in contemptũ decretorũ & mandatorũ noſtrorũ, & in peſſimũ inobedientiæ exemplũ: Volẽtes tã cuſtodes quã etiã negociatores hãc ipſam prohibitionẽ noſtrã tranſgrediẽtes cohercere, Statuimus cũ uniuerſis Conſiliarijs & Terrarũ Nuncijs,quod quicũq; deinceps cõpertus fuerit eandẽ prohibitionẽ noſtrã tranſeundo cũ mercib. aut frumentis qualibuſcũq; in Sileſiam ultra fines Regni noſtri tranſgreſſus eſſe,& capite,& bonis omnibus puniri debebit.Qui uero nõ fuerit in tranſgrediẽdo deprehenſus, ſed uel furtim,uel cõniuentia Capitaneorum trãſgreſſus, & dehinc domũ reuerſus,ſi teſtibus idoneis cõuictus fuerit eã tranſgreſsionẽ cõmiſiſſe,pœna capitis punietur. Si aũt quiſpiã Capitaneorũ permiſerit aliquẽ contra ipſam prohibitionẽ noſtram in Sileſiã tranſire,& Capitaneatus ſui Officio priuari,& alia quę nobis cõdigna uidebitur animaduerſiõe puniri debebit. Si uero fuerit Capitaneus ,qui bona noſtra habuerit oppignorata , perdere debebit abſq; ulla ſpe ueniæ,ſummas omnes pecuniarũ,quas in ipſis bonis noſtris habuerit inſcriptas ,eademq; bona ad nos ipſo facto deuolui debebunt.Quod ſi Burgrabius, Vicecapitaneus,aut Notarius Capitanei modo ſupradicto exceſſerit, & idoneo teſtimonio cõuictus fuerit, quod aliquẽ contra prohibitionẽ noſtrã tranſire in Sileſiam permiſiſſet,quouis colore uel prætextu, illũ eius Dñs uel euincere uel ad pœnam capitis & bonorũ nobis extradere debebit. Proindeq; huic Conſtitutiõi & decreto noſtro uniuerſi homines tam noſtri quã ſubditorũ noſtrorum Spiritualiũ & Sęculariũ ſubiacebũt,nec quiſquã exẽptus eſſe debebit. sigiſm.Crac.1527.

Reg.Incolis via in Hũgar.& Sileſ. vel ecõtrario inhibetur,nõ externis.Lex 3

sigiſm.Petr.1538.

Ad euitãdas magnas inſecuritates,iniurias,& deprædatiões quas ſubditi noſtri ab Incolis Regni Hungarię, & Ducatus Sileſiæ,annis ſuperioribus incurrerũt, & adhuc ſuſtinere coguntur : de conſenſu omniũ Ordinum in hoc Conuẽtu congregatorũ , interdicimus & ſeuere prohibemus,ut nemo ſubditorũ noſtrorũ ad Hungariã & Sileſiam cũ mercibus,aut pro mercibus,& rebus quibuſcũq; ire et proficiſci, aut inde ad Regnum noſtrũ merces quaſcũq; inuehere audeat,ſub amiſsiõe rerum & merciũ earundẽ.Relaxatio aũt eiuſdẽ occluſiõis,a nobis fieri nõ poteſt,niſi in Conuẽtu Regni generali.Verũ permittimus,ut Nobilitas et Mercatores, boues quos hac hyeme aluerunt extra Regnũ ita ut prius

uſq; ad fe-

uſq; ad feſtum Sanctę Trinitatis proximū depellere poſsint & ualeāt. Liberū tamē erit Hungarię & Sileſię Incolis cū rebus et mercibus quibuſcūq; interea ad Regnū noſtrū uenire, & ex Regno cū alijs quibuſcumq; rebus ſine quouis impedimēto, ad ſua redire, nō obſtante huiuſmodi occluſiōe, quæ duntaxat ad ſubditos noſtros pertinere debet. Hæc aūt prohibitio relaxari nō debet per nos, ut ſupra diximus niſi in generali Conuētu Regni cum conſilio Ordinū tū in Conuētu exiſtentium. Neq; ulli ſubdito noſtro libertatis literas contra prohibitionē huiuſmodi ad Hungariā & Sileſiam, uel inde cū rebus & mercibus cōmeandi & trāſeundi cōcedemus, quas etiā cōceſſas effectu carere, & res quaſcūq; ab huiuſmodi impetratoribus libertatis ductas, fiſco noſtro fore applicandas uolumus, & decernimus.

Cerdones coriū externis hominib9 nō vendant neque mittant. Lex iiij.

sigiſm. Petr. 1538. Prohibemus ne Cerdones quicūq; in Regno noſtro ſunt, cutes elaboratas, hoc eſt coriū ab illis paratū extra Regnū noſtrū ad externas nationes mittant, aut externis euehendum uendere pręſumant, ſub amiſſione eiuſdem corij, & pœna noſtra Regali.

Æqreæ extra Reg. ne pellātur. Lex v.

Interdictū eſſe uolumus omnibus & cuilibet, ne quiſpiā audeat greges equorum ſeu equireas extra Regnū noſtrum ad externa Dominia depellere ſub amiſsione equorū huiuſmodi, & pœna noſtra Regia.

De nō euehendis mercib9 in Sileſiā uel in Hungariā ſine profeſsiōe Telonei primū Statutum tollitur, hoc uero rurſus de non tranſgrediendo Teloneo in unum annum cum pœna conſtituitur. Lex vi.

sigiſm. Crac. 1539. Grauioribus noſtrorū hominū iniurijs, magniſq; & alijs cauſis adacti, cunctis Regni noſtri Ordinibus flagitañ. Statutū illud quo pœna peculatus rei decernebatur, qui uectigal Regni ex bobus debitū fraudañ. licentia ſine profeſsiōe boues extra Regnū propellerētur tollimus & abrogamus, ędictū aūt huiuſmodi promulgari in ea re ad Conuentum proxime futurū duraturū fecimus: Ne quiſpiā in Hungariā aut Sileſiam merces uehere, neue boues aut iumenta agere nō ſoluto Teloneo impune poſsit. Si quis cōtra faceret omnia quæ exportaſſet abegiſſetq; ex comiſſo tolli iuſsimus, nobiſq; loco pœnę cędere, quod ſi publicani ſeu Teloneatores noſtri merces aut boues huiuſmodi aſſequi non poſſent, tū uero ut exiſtimatio fieret decreuimus, ut quāti boues aut res hę fuiſſent quas cōtra noſtrū ędictū euehere aliquis exportare, aut abigere auſus

gere auſus eſſet, tantū cōmiſsi pœnę loco nobis ſiue publicano ſeu Teloneatori noſtro numerare cogeretur: ſin aūt exportaſſe ſe aut abegiſſe negaret, receti re nō conuictus neq; deprehenſus, ſi Nobilis eſt, tenebitur iure iurādo dato ſe expurgare una cū alijs æque Nobilibus: Si Plebeus, probatio cōtra illum Teloneatori decernetur. Et hæc Conſtitutio ſeruari debet, uſq; ad alium Conuentum proxime futurum.

Illud interdictū de nō ingredien. Hūgaria, uel Sileſia, & de nō importan. in

Poloniā mercibus cōtinuatur: mitigatur tamē pœna in Capit. executionem huius Statuti negligeñ. Lex vij. sigiſm. Crac. 1540.

Petentibus Nuncijs Terrarū interdictū de non uehendis per noſtros homines in Hungariā & Sileſiam, & rurſus nō importandis in Poloniam mercibus, firmius cuſtodiri decreuimus cū uniuerſo Ordine Senatorum Regni noſtri, decretum illud quā diu durauerit ab uniuerſis ſubditis noſtris firmiter obſeruari: quodq; Capitanei & Teloneatores cuſtodiā debitam negligētes uel eorū cōniuentia aliquē tranſire permittentes, cōtra tenorē inſtitutiōis prædictę puniātur pœna Centū Marcarū in negligentes Capitaneos iuxta Statuta, cuius mediū fiſco noſtro Regio, altera medietas ei qui Capitaneū uel Teloneatorē contrariū admittentē nobis detulerit, et cōtra eū ſufficiēter ꝓbauerit cędere debebit.

Proinde Mercatores Reg. ſi extra Re-

gnū proficiſcātur, iurabūt nō eſſe ſuas merces, quas uexer. Lex viij.

Et quoniā pleriq; Mercatores ſubditi noſtri ad eludendā Conſtitutionem ſeu ędictū de nō euehendis extra Regnū, ac nō inuehendis in Regnum mercibus ęditū uarijs ingenijs uti cōſueuerunt, prætendētes res & merces huiuſmōi eſſe proprias Mercatorū in Hungaria, Sileſia, & alijs Regni cōfinijs agentiū, per illos ſeu illorū Notarios & factores in Regno emptas eſſe: cū tamē plerūq; deprehēduntur eſſe propriæ ſubditorum noſtrorū, quorū opera & impenſa ex Regno euehūtur: ad præcludendā itaq; huic eluſiōi uiam ita decernimus Conſiliarijs Regni & Terrarū Nuncijs cenſentibus, ut huiuſmōi Mercatores ſubditi noſtri qui merces extra Regnū euehere procurāt corporale præſtent iuramētum in manibus Teloneatorū noſtrorū, quia tales merces non ſunt eorum propriæ, nec in illis aliquod cōmercium, uel intereſſe habent, ſed ſunt propriæ eorum quorū eſſe aſſerūtur, uidelicet Mercatorum extraneorum in Terris extraneis agentium. Et aliter, tales merces dimitti nullatenus debent ſub illarum amiſsione. sigiſm. Crac. 1540.

Sed illi qui inter cameras & fines Re-

gni manẽtes, in Oppid. ultra cameras exiſtẽtib. aliquid emũt. Lex ix.

ſigiſm.Crac.1540. De illis uero Regnicolis qui intra Cameras & fines Regni cum Sileſia, Hungaria & alijs confinijs Regni agũt domiciliũ, & in Oppidis ultra Cameras exiſtẽtibus aliquid emũt, non tenetur cũ illis ad Cameras deſcendere. Verum Teloneatores diligẽter cuſtodiant in Regni finibus ne in Hungariã, Sileſiam, & alias uicinas Terras expellãtur, uel educãtur: cõtra facientes uero deprehenſi boues, iumẽta & res huiuſmõi amittere debent. Si quis uero Teloneatorũ alicui hominũ quicpiã receperit priuſquã Cameram prĉterierit, res ſic receptas reſtituere, & pœnas in Conſtitutiõe Petricouieñ. ęditas idẽ Teloneator incurret: Hęc aũt Cõſtitutio de Mercatoribus & ad reuendendũ emẽtibus intelligenda eſt: & non de his Regnicolis qui ad uſum propriũ quicpiã emerẽt. Per hãc aũt Conſtitutionẽ noſtrã nolumus derogatum iri ędicto de prohibito tranſitu in Hungariam & Sileſiam facto, quod alia Conſtitutione noſtra mandauimus firmius obſeruari.

Sed pauperib9 ad Molẽdina & fora ſemper ire, ad eaque tantum rerum quantum lacertis poterint ferre & referre licet. Lex x.

ſigiſm.Crac.1540. Eiuſdem mẽtio lib.1. cap.16.art.7. de Ciuibus, & cap.17. de Kmetonibus.

Liceat uero hominibus pauperibus, & in ipſis Regni limitibus cõſtitutis, molere frumẽta ſua in Molendinis ſibi uicinioribus etiã extra fines Regni noſtri ſitis, ſitq; eis liberum ire ad fora Ciuitatũ & Oppidorum uiciniorũ, Regno noſtro nõ ſubiectorũ, ad eaq; inferre tantũ carnium, & aliarum rerũ uenalium, quantum humeris ſeu lacertis proprijs ſuſtinere & portare poſsit.

In Sileſ. & Hungar. ingreſſus ꝓhibetur quouſq; de iniurijs utriq; cognoſc. L. xi

ſigiſm.Crac.1543. Cum de occluſiõe uiæ in Sileſiam diſceptaretur, tametſi ſubditorũ noſtrorum poſtulatiões apud nos factę erãt uariæ, Nihilominus ex communi Conſiliariorũ noſtrorũ & Nunciorũ Terreſtriũ cõſilio, in eo ſtatu reliquimus negociũ, ut hęc occluſio & inhibitio uiarũ tam diu duraret, quoad iniuriæ & damna pro quibus cũ ſubditis Regis Romanorũ ſubditi noſtri utrinq; experiri debẽt, tã in Sileſia quã in Hungaria ſartirentur: & per Cõmiſſarios utriuſq; Regni iuſte finirẽtur & compẽſarentur, & tamẽ hoc quoq; cõſtituimus ut melius hęc inhibitio uiarũ prouideretur: ut uidelicet Capitanei in cõfinio exiſtentes ſub amiſsiõe Officiorũ ſuorum diligenter hoc cuſtodiãt, ut prĉter hãc inhibitionem ſubditis noſtris nihil facere neq; illuc equitare permittant, hoc inſuper adiciendo, ut uectores noſtri theutonicorũ merces neq; ex Polonia neq; in Poloniã ducant; ſed ut ipſi Mercatores Theutonici ſuas res & mercimonia tam

cimonia tam in Poloniã quã ex Polonia ducant & uehant. Et quicũq; Capitanei hanc inhibitionẽ diligẽter obſeruabũt, tales mercimoniorũ in pœnam cõmiſsi cadentiũ a tranſgreſſore Conſtitutiõis accipiendarum medietatem habebunt, alteram uero pro nobis tollemus.

Ne eq. vel cutes extra Reg. educ. L. xij

Equi per Mercatores, uel per Iudæos educi, neq; cutes per Cerdones, aut uectores, e Regno euehi debent. Quicũq; uero euehere uellent, per Capitaneos detineri debent, qui hoc diligenter cuſtodire debent, iuxta decretum Statutorum antiquorum. *Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.*

Attamẽ liberũ eſt vnicuiq; de Regno

exire non cum exercitu, ſed honeſti exercitij cauſa. Lex xiij.

Quam vide Folio 171.

CAPITVLVM V.

De Vectigalib. ac Teloneis, & cõmiſsis.

PRAEFATIO.

Supra diximus, Prouentus nomine Vectigaliũ, Teloneorũ, Foraliũq; nucupatos, deberi fiſco ex Mercatoribus, qui adferendis neceſſariis rebus in Regnũ, efferendis aũt inde ſuperfluis, totos ſeſe addixerunt. Etſi aũt ex Apoſtoli præcepto, vectigalia iuſte reddi iubentur: non iniuria tamẽ mediusfidius illa ſunt inſtituta. Si enim Principis intereſt pacem publicã Terra mariq; tueri, liberos trãſitus facere, vias publicas reficere, iuſti vel iniuſti alere cenſores: ex his cauſis aliquod emolimentũ ad eius fiſcum redire neceſſe eſt, vt videlicet facultates habeat Princeps, quarũ præſidio piratas, ſicarios, & prædones, ſubmoueat: libertatem cõmigrandi tueatur: itineribus reparandis ſumptus faciat: Ipſoſq; Iudices egere prohibeat: vt interim taceamus, quod iuſtiſsime pars lucri a Mercatoribus in eam Rempub. deciditur, in cuius ſalutẽ conſeruandã ipſi nihil operę, nihil cõſilii, parum etiã auxilii conferant: ſed tantũ in ea ſub inuiolata Principis tutela de faciundis ſuis cõmodis ſint ſolliciti. Contra Sacerdotibus, & Equitibus, Coloniſq; omnibus ab his oneribus libertas ſarta tectaq; eſſe debet: nimirum, quod Sacerdotes Rempub. verbi Dei ac ſacramentorũ adminiſtratione fideli ſanctificent, Equites facultatibus ac iugulis etiã ſuis defendant, omnes aũt Coloni ex elementis atq; animalibus reliquis Reipub. Ordinibus in ſudore victum parent. Nihilominus neq; noua vectigalia a quoquã temere inſtitui, neq; antiqua pręter Ius exigi debent, alioquin vtriq; peccato pœnæ ſunt legibus deſcriptæ. Iniuriũ enim eſt, tenuitatem alicuius patriæ, cauſa iuſta non exiſtente, publico locupletari damno.

ARTICVLVS I.

Iudæi Teloneatores ñe ſint, Telonea vero ñemo ſibi temere inſtituat, qui literas ſuper Telonea amittunt, a Rege nouas petant, quarum tamen magna pars caſſatur.

Iudæi Teloneis nõ præficiãtur. Lex I.

Sigiſm. Petr. 1538. Idem libr. 1. cap. 21. de Iudæis.

Statuimus inuiolabiliter obſeruandũ, Iudæos Teloneis quibuſcumq; præfici non debere neq; poſſe: indignũ & Iuri Diuino contrariũ cenſeñ. eius generis homines aliquibus honoribus & Officijs inter Chriſtianos fungi debere.

Telon. pꝰ mortẽ wlad. data caſſãt. L. ij.

Kazimi. Iagello Petricouiæ 1447.

De Teloneis Terræ Sandomir. ſupra lib. 2. cap. 1. art. 2. de terra Sandom. uide.

Telonea inſuper omnia poſt mortem Dñi Vuladiſlai genitoris noſtri, 90.
ſub quacũq; uerborũ forma, qualicũq; occaſione, in Terris, aut aquis conceſſa, tanquã Rempub. grauiter ledentia, caſſamus, annullamus, & illorum exactionem diſtricte de cætero prohibemus.

Telon. nemo ſibi temere inſtituat. L. iij.

Kazimi. Iagello Petricouiæ 1447.

Item de his qui Telonea per Terram recipiũt depoſitum eſt. Quod Iura eorũ coram Regia Maieſtate requiſiti producãt ſuper talibus Teloneis, ſi quæ habent, & ſi quis taliũ Telonea exigentiũ inuentus fuerit Ius aliquod non habere, ſed propria temeritate ductus exigebat talia: Extũc per præſentis Conuẽtus decretũ bona ſua ubi talia exigebat Telonea amittere debet merito pro Regia Maieſtate cõfiſcanda: Contra quos nihilominus Dñs Rex Iudiciũ locabit, & præſidẽtes illi ſentenciam ferre debeant iuxta diſpoſitionem articuli præſentis. 91.

Similis.

Rex Alexan. in Radom. 1505.

Quoniã depactatio quælibet alieno ſeu priuato Iure cõmiſſa cõmunẽ 118
lederet ut ueriſsimile eſt libertatẽ, Idcirco pro tuendo Iure cõmuni libertatis Regnicolarũ uniuerſorũ cõmuni accedẽte cõſenſu, Statuimus, quod noua Telonea nemo Sęculariũ & Spiritualiũ in bonis ſuis conſtituet, neq; cõſtituere audebit ſine licentia & cõſenſu donatiõeq; noſtra & Conſiliariorũ Regni in Conuentiõe generali. Si uero quiſpiam ſecus fecerit, talis Iure cõuictus per nos ſucceſſoreſq; noſtros iuxta noſtrum & Conſiliariorũ noſtrorũ arbitrium priuatiõis bonorũ illorum pœnam ſuſtinebit, In quibus uolũtate ſua ac priuatis Iure & auctoritate ſuis, tanquã noſtris Teloneorũ ſolutiones ſibi cõſtituit de ſubditis noſtris libertate Iuris communis gaudentibus

Qui aũt non habẽt aut amittũt literas ſuper Telonea diu poſſeſſa, gratiã in eo Regiã quęrent. Lex iiij.

Sigiſm. Petr. 1519.

Non habentes literas aut illas amittẽtes ſuper Telonea longo tempore poſſeſſa, quęrent in ea re gratiam noſtrã & ſucceſſorum noſtrorũ. 27.

Literæ Vectigalium reuideantur, & ſi iniquæ fuerint, abrogentur. Lex v.

Quoniam ita

Quoniā ita multa ſunt Vectigaliū ſiue Teloneorū genera per quos uis inſtituta, ut his perſoluen̄. grauiter ſe noſtri homines premi querantur: Nos eorū ratiōibus proſpicere atq; grauaminibus his exemere cupien̄. certos quoſdam noſtros Cōſiliarios deſignauimus, qui Vectigaliū iſtorum rationē diligenter inſpicerēt, & ſeriem cuiuſq; Priuilegij ſuper Teloneis, Pontalibus, aggeralibus, annotarēt: Vt nos cognitis omnibus & ſingulis cōceſsionibus, cū conſilio Senatorū noſtrorū & aſſenſu Nūciorum Terreſtriū, cum primū eius rei faciēdæ facultas nobis dabitur, quæ iuſta & legitima uidebūtur ea cōfirmare, quæ e contra iniuſta ea abrogare poſsimus: prouidereq;, ne in poſterū onera aliqua imponerētur hominibus preter Ius & ęquum: neue ullæ poſtea ſimiles quęrimoniæ ad aures noſtras perueniāt. Quę tamē Priuilegia exibita & oſtenſa eſſe non poterunt ante Conuentū futurum, in Conuentu exiberi & reuideri poterunt. sigiſm. Crac. 1539.

De qualib⁹ literis ſit hoc intell. Lex vi

Teloneares literę de quibus in aliquot Comitijs pręteritis diſceptabatur, ut ſcilicet eæ quęcūq; inutiles & damnoſæ Reip. fuerint, tollerētur: neceſſariæ aūt relinquātur: eo modo in præſentibus Comitijs cōſtituimus, ut ex illis terminatiōibus ſeu ſignatiōibus quę in Cancellaria noſtra per aliquot annos factæ fuerāt, Cōmiſsiones ad Diſtrictus conſcriberentur, quarū autoritate ante Comitia prima per Cōmiſſarios ad Cācellariam cenſura adferatur, uel mittatur, quo locorū aliquod Teloneū aggerale, uel pontale eſt neceſſariū, utile, uel damnoſum Reip. ſed hoc intelligi debet de his literis & Teloneis, aggeralibus, & pontalib. quæcumq; fuiſſent ad placitum noſtrū, uel ad uitam (poſſeſſorū) obtentę: Nam perpetuitatis literas, Priuilegia, & poſſeſsiōes antiquas in Teloneis, aggeralibus, & pontalibus, infringere & mutare cuiquā non uidebatur eſſe iuſtum. Eorum aūt Cōmiſſariorū conſciētiæ, ſicut & in limitum (cauſis) aſtringi debet. Poſteaquā aūt a Cōmiſſarijs adferretur cenſura de illis locis, in quibus illis uideretur Teloneū, aggerale, aut pōtale iuſtum uel iniuſtū, tum nos cū Conſiliarijs noſtris & Nuncijs Terrarum iuxta cenſurā Cōmiſſariorū aliquas prædictarū literarum tollemus, nonnullas uero moderabimus, & relinquemus: quomodo ſcilicet tum neceſsitas ac utilitas Reipublicæ poſtulabit.

sigiſm. Crac. 1543. Eſt eiuſdem mentio lib. 2. cap. 1. artic. 4. & 6. de Commiſſar. Iudicij formula.

Teloneū niſi expreſſe literis Regijs inſcribitur, Iuri Regio reſeruatur. L. vij.

51. Vbi ſpecialis mentio in Priuilegio, uel in inſcriptiōe de Teloneo * facta non eſt, Iuri Regio reſeruatum eſſe cognoſcitur.

sigiſm. Crac. 1510. Idē ſup. li. 7. cap. 1. artic. 4. de literis ſuper Regal. bona fuit.

ARTICVLVS II.

A ſoluendis tamē Teloneis Terreſtribus Nobilitas liberaliſsime eſt exempta, & Teloneatores ſecus facieñ. tam de bonis, quā perſonaliter citantur * & ſiue ſunt poſſeſsionati ſiue impoſſeſsionati, qualiter ſint citandi in Statuto decernitur.

Nobil. libera eſt ab omnib. Telon. L. I

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496. Eiuſdē statuti eſt mētio lib. 3. cap. 1. ar. 2. de libertate Nobiliū.

Item licet Nobiles per alios prædeceſſores noſtros Reges Poloniæ, & eorum Priuilegia, atqꝫ Statuta, liberati fuerint, ut Telonea, uel de Sale, uel de rebus omnibus in domos, aut de domibus eorū ductis nō ſoluāt ſub pœnis certis cōtra Teloneatores ſtatutis atqꝫ in Priuilegijs deſcriptis: quia tamē inoleuit præiudicialis cōſuetudo, ut Teloneatores præmiſsis nō attentis, Telonea de Nobilibus exigere nō uerentur: contra quos pro pœnis nō diffinitū erat, qualiter Nobilis Teloneis grauatus iniuriaqꝫ affectus pro pœnis acturus eſſet. Idcirco extēdentes libertates in hac parte Nobiliū, Statuimus, ut tā de Sale, quā rebus alijs cuiuſcūque generis fuerint, aut in domos Nobiliū ductis, ubiqꝫ in Regno noſtro Telonea minime exigātur. ℂ Alioquin Teloneatores ſecus facientes tā pro pœna in Priuilegijs prioribus deſcripta, quā pro damnis Nobili in hac parte illatis, Iure Terreſtri ad quod pertinent ratiōe poſſeſsionū, quas uidebūtur obtinere poſsidereqꝫ, quotiēs neceſsitas expoſcet cōueniantur. Ipſi uero ſi impoſſeſsionati fuerint perſonaliter citabuntur, & citati in Iure eodē Terreſtri cōparere reſpondereqꝫ tenebūtur, cōtra quos ſic agendū procedendūqꝫ erit, ut fieri cōſueuit Iudicium cum impoſſeſsionatis, obtentis tandē perlucris illa Capitanei locorum exequātur iuxta Iuris formā & antiquā conſuetudinē: libertatibus & exemptionibus Teloneatoribus dari conſuetis minime eos aut excipientibus, aut tutantibus in præmiſsis. 103

Teloneatores ſecus facientes & poſſeſsionati & impoſſeſsionati qualiter citabūtur in ſtatuto decernitur.

Nemo Telonea & foralia ex Spiritual. & Nobil. eorūqꝫ ſubditis exigat. Lex ij.

Alber. Petr. 1496.

Capitanei aut locorū Domini nulla Telonea ac foralia exigent a Nobilibus & spiritualibus & ſimiliter a Kmetonibus ut infra.

Item fit fortaſſe ſæpius, Quod Capitanei locorū, aut quia aduenæ, aut quia nouicij uel impoſſeſsionati exiſtētes, tanquā Iuriū & conſuetudinum localiū ignari nouas introducūt cōſuetudines, introitus ſtatuentes & exigentes incōſuetos, & in nōnullis Capitaneatibus ſtringentes ſubditos noſtros Spirituales Secularesqꝫ ad recipiēdas in domos & tabernas ceruiſias Oppidorū noſtrorū in Capitaneatibus cōſiſtentiū quo plurimū arctari uidetur libertas cōmunis: Vnde neceſſario Statuimus, quod ubilibet locorū noua & incōſueta Telonea foraliaqꝫ per Capitaneos alioſqꝫ Dignitarios & Officiales noſtros a ſubditis noſtris cuiuſcumqꝫ ſtatus & cōditionis exiſtentibus, preſertim uero a Nobilibus ad 104

fora non

fora non propter mercaturam ſed in priuatis actionibus uenientibus.
¶ Ac etiã Kmetonibus, pecora, & pecudes res quoqꝫ alias priuatas cuiuſlibet generis domeſtica cura cõparatas ducentibus, uendentibuſque, aut pro uſu domeſtico ementibus, exigi non debeant: prout præſenti Statuto exigenda prohibemus. *Kmetones a pecoribus & rebus domeſticis in foro nec telonea nec foralia ſoluant de cætero.*

Mulctãtur q exegerint Telon. Lex iij.

2. Statutum de libertate Nobilitatis a ſoluẽdis Teloneis per omnia approbamus, & inſuper pœnã dupli adijcimus in ſecusfacieñ. ut ſcilicet quantũ aliquis Teloneator a Nobilitate uel Spiritualibus perſonis a Teloneo abſolutis pro Teloneo extorſerit, eius duplũ ſoluat: quã pœnam Iudex Spiritualis loci illius de Teloneatore Spirituali per cenſuras Eccleſiaſticas: Secularis uero loci Capitaneus de Secularibus Teloneatoribus, abſqꝫ proceſſu Iuris, cognita rei ueritate exigat. Quod ſi ipſemet Capitaneus Teloneũ exigeret, ſi bona Capitaneatus in obligatione tenuerit Centum Marcas de ſumma in illis bonis inſcripta amittat: Si uero ſine obligatiõe bonorũ Capitaneatũ habuerit, priuatione Officij puniatur, & nihilominus utroqꝫ modo Capitaneatum gerens iniuriam paſſo duplum eius quod recepit, reſtituat. *Sigiſmund. in Coronatione ſui. 1507.*

Nec Telonea nec foralia a Nobil. & eorum ſubditis exigantur. Lex iiij.

Quia Nobilitas queritur Teloneatores modũ Telonei excedere, uolu- *Sigiſm. Petr. 1523.*
29. mus, ut ipſi Teloneatores noſtri tam aquatica quã etiã Terreſtria Telonea exigentes, quãdo aliquid ultra debitũ a Nobilitate exigerint, id totum citati unicuiqꝫ reſartire & reſtituere cogantur: Foralia etiã iuxta antiquã conſuetudinẽ & Statuta Regni non exigant a Nobilitate & eorum ſubditis, cum frumenta & res ſuas domeſticas ad uictum ſpectantes uendunt aut etiam emunt aliquid pro uſu ſuo domeſtico.

De eadẽ ipſa a Teloneis, foralibꝰ, pontalibus, libertate poſtremo deffinitur: Statutis prioribus in quantũ aliqua parte contrariũ diſponunt, fere antiquatis. Lex v.

Sigiſm. Petr. 1538.

Quoniã magnis & frequẽtibus querelis ſubditorũ noſtrorum obruimur ob multiplicia grauamina, quę Teloneorũ quorũcumqꝫ Præfecti aut Exactores ſubditis noſtris, etiã his qui Militaris ordinis ſunt, inferre noſcũtur, ideo ad cohercendã eorũ licentiã, facilemqꝫ cuilibet iuſticiæ adminiſtrationẽ aſſequendã. Statuimus, ut quęcũqꝫ Priuilegia poſteriora Ludouici Regis Priuilegio uniuerſæ Nobilitati dato priuatis perſonis uel Ciuitatibus ſuper Teloneis, Pontalibus, uel Aggeralibus conceſſa eſſent, cõtra publicã Nobilium libertatẽ in præſenti Conuẽtu

per nos caſſa-

per nos caſſarẽtur & annihilarẽtur, uerũ ne quis in ea Priuilegiorum abrogatione pręter ęquũ & iuſtum grauari ſe prætẽdere ualeat, uiſum eſt, ut collatis Priuilegijs melius appareat qualiter aliquo Priuilegio publicę libertati derogetur, prius illa diſpiceremus: quod etiã in pręſenti Conuẽtu magna ex parte fecimus, atq; ea Priuilegia quę uidebantur publicę libertati aduerſari abrogauimus, alia uero quę ad cõmodum & neceſſitatẽ publicã tranſeuntiũ cõceſſa ſunt, in robore reliquimus. Simile Iudiciũ de reliquis omnibus huiuſmõi Priuilegijs in proxime futuro Conuẽtu ſumus facturi, & per ędictũ publicũ proclamari mãdabimus, ut omnes in eo ipſo Conuẽtu cum huiuſmõi Priuilegijs ſuis peremptorie compareãt: alioquin Priuilegiorũ ſuorum uſum perpetuo amiſſuri. Neq; deinceps ullus in huiuſmõi Teloneis percipiẽdis Priuilegijs ſuis uti debebit aut poterit ſub amiſsiõe bonorũ, niſi qui literas noſtras in pręſenti uel futuro Conuentu ea de re obtinuerit.

Spirituales & Nobiles cum ſubditis Telonea ne dent.

Quia uero ab omnibus Teloneis Põtalibus & Aggeralibus alijſq; huiuſmodi exactiõibus certæ perſonę & Ordines Regni noſtri publicis & antiquis Priuilegijs exempti eſſe noſcũtur, decernimus ut Pręlati, Barones, & Nobiles ac eorũ ſubditi, cum rebus quibuſcũq; ſuis proprij laboris, ultro citroq; per Regnũ cõmeantes, diſpoſitiõi Priuilegiorũ ſuper exactiõibus præfatis conceſſorũ nõ ſubiaceãt: ſed perpetuis temporibus a ſolutionibus quibuſuis huiuſmodi ſint liberi & immunes.

Qui Teloneatores eſſe debent.

Statuimus inſuper & decernimus ut deinceps futuris tẽporibus Teloneatores noſtri omnes ſint Nobiles poſſeſsionati Sęculares & Chriſtiani. Exceptis locis iſtis in quibus Capitanei & Præfecti Arciũ & Ciuitatum noſtrarũ habent in cura & poſſeſsiõe ſua Telonea noſtra. Nam ipſi pro Teloneatoribus haberi & reputari debẽt. Quicũq; aũt ex Teloneatoribus cõtra libertatẽ Nobilitatis aliquẽ Nobilem aut eius ſubditum exactiõe Telonei, foralis, pontalis, aggeralis, ſeu cuiuſuis excogitatæ exactionis indebite onerauerit: & aliquid ab eo per ſe uel per aliũ exegerit ſeu extorſerit: pro tali iniuria citari peremptorie poterit ubilibet, pro arbitrio eius qui iniuriã paſſus fuerit, ut uel ad Terreſtre, uel ad Capitaneale illius loci Iudiciũ, ſiue ubicũq; locorũ talis Teloneator, ſiue in Curia noſtra Regali repertus, & citatiõe Curię citatus fuerit, tũ ibidem ſine quauis exceptiõe reſpondere tenebitur: tanquã pro articulo Officij, qui Terram & Diſtrictũ nõ habet, & cũ cõuictus fuerit Teloneator in aliquo Iudiciorũ pręedictorũ iniuriam feciſſe in exigẽdo aliquo Teloneo forali, pontali, aggerali, &c. primũ omniũ reſtituere debet illud quod exegit: deinde ei a quo citatus fuerit in pœna quatuordecim Marcarũ pecuniæ, & trium Iudicio ſeu Officio cõdemnari debet.

Publicanus iniuſtus ubicumque conueniri poteſt.

In his uero

In his uero Iudicijs Nobili citato admitti debet expurgatio, ita uidelicet ut Teloneator Nobilis iuxta quantitatẽ ſummæ & damni præſtet corporale iuramentũ, quod nihil exegit, nec per ſe, nec per quẽpiam alium, quod eſſet contra Priuilegium & libertatem publicam.

Publicanus Nobilis expurgat ſe iuramẽt.

Is etiã modus repetẽdi a Teloneatoribus indebite exigẽtibus in aquaticis & pontium Teloneis preſidẽtibus tã in Regno, quã generaliter omnium Terrarũ & Palatinatuũ Regno Pol. ſubiectorũ ſeruari debebit.

Similiter & de Capitaneo loci, qui in debita exactione aliquem onerauerit, hoc quod ſupraſcriptum eſt, erit obſeruandum.

Quoniam aũt cõtingit in plæriſqꝫ locis & fluminibus pontes extrui; ubi prius trãſitus non admodũ difficilis fuit, & nũc quoqꝫ pateat, decernimus ut liberũ ſit unicuiqꝫ fluuiũ aut locũ quem Brod uulgariter appellant trãſire, ſi uolet declinare pontẽ. Quo caſu cogi nõ debebit, neque poterit ad ſolutionẽ pontalis. Nemo tamẽ debet huiuſmodi tranſitus ſeu Brody, atqꝫ tranſeuntes modis quibuſcũqꝫ & ingenijs impedire, aut deſtruere ſub pœnis ſupraſcriptis.

De pontibus & pontalibus.

Quod ſi Præfectus ſeu exactor alicuius Telonei, pontalis, aggeralis, foralium, aut cuiuſcũqꝫ præſtatiõis in bonis Dñorum Spiritualiũ, Secularĩũ, aut Nobiliũ quorumcũqꝫ, a quocũqꝫ cõtra libertatẽ publicam aliquid exegerit, & extorſerit: eo caſu Dñs ipſius tenebitur corã Iudicio ſeu Officio præfato huiuſmõi exactorẽ etiã apud ipſum nõ areſtatum ſtatuere, & cauere debet, quod ipſe Teloneator ſeu exactor Iuri parebit, & Iure cõuictus ſatisfaciet parti modo premiſſo. Vbi uero huiuſmodi Teloneator ſeu exactor conuictus ſeu cõdemnatus damnũ & pœnas prefatas ſoluere nõ poſſet, tũc actori damnũ paſſo per Dñm in manus ibidẽ inſtanti tradi debet. Quod ſi Dñs Teloneatorẽ ſeu exactorẽ ſuũ corã Iudicio uel Officio ſuo modo premiſſo citatus nõ ſtatuerit, tum in inſtanti ipſe reſpondere, & uictus Iure parti ſatisfacere, ſine quibuſuis exceptionibus, & appellationibus tenebitur.

Exactor Telonei per dominum Iudicio ſtatuendus eſt.

Item in arbitrio & libertate Actoris erit, uel exactori plebeo citato expurgationem admittere, uel ipſi ſoli iuxta quantitatẽ ſummæ ſuper dãno illato probationem facere.

Probatio uero ſeu expurgatio tali modo fieri debet quod Teloneator Nobilis iuret iuxta quantitatẽ ſummæ. Plebeus uero & ignobilis pro ſumma decem Marcarũ metſecundus, pro maiori aũt ſumma metſeptimus iurare debet quod uidelicet nihil ab actore cõtra libertatẽ publicam exegit & extorſit.

Qualis expurgatio Nobili uel Plebeio publicano ſeruit.

Ciuitates quoq; Iudicijs ſubſunt prædictis.

Ciuitatũ etiã & Oppidorũ Incolæ, ubilibet in Regno cõſtituti, eidẽ legi ſubiacebũt, quod uidelicet modo ſupraſcripto ad præfata Iudicia ſeu Officia citari eodẽq; modo Iuri parere, & reſpondere, ac cõdemnati ſatiſfacere tenebũtur: & ipſi Ciues præfati Procõſul ſcilicet cũ Conſulibus ſuos Teloneatores ſeu Exactores corã pręfatis Iudicijs, & Officijs ſimiliter ſtatuere debebunt, & tenebuntur.

In defectu uero ſtatuitiõis ſoli reſpondebũt, & Iure uicti parti ſatisfacient, ut ſupra de alijs conſtitutũ eſt. Neq; poterint ipſi Ciues a pręfatis Iudicijs ſeu Officijs ſe excipere ſeu eximere, aut ad Ius ſuũ Ciuile, uel ad quodcũq; aliud reuocare, uigore Priuilegiorũ ſuorũ Iurium, cõſuetudinum, aut libertatũ eis cõceſſarum, quibus omnibus in hac parte duntaxat derogatur, quod in hac cauſa quæ mere ad Officiũ ſeu Iudicium Regale pertinet, Priuilegia in contrarium diſponentia, merito illis ſuffragari non debeant. ⁘ ⁘ ⁘

Foralia a pecoribus ne dentur.

Ad cohercendã uero licẽtioſam foraliũ exactionẽ, Statutũ olim Seren. Iohannis Alberti eodẽ Artic. Lege ij. contentũ in robore conſeruandũ decernimus, quo cautũ eſt, quod a Kmetonibus pecora & pecudes res quoq; alias priuatas cuiuſlibet generis, domeſtica cura cõparatas ducẽtibus, uendentibuſq;, aut pro uſu domeſtico ementibus, nulla Telonea foraliaq; exigi debent non obſtante Statuto noſtro de rebus Mechanicis diſponente quod quo ad hæc ſeruari non debet, quod infrá Articulo ſequenti Lege ſecunda uideatur.

Qui damnum dant in uia.

Quia frequẽter accidit damna in bonis a trãſeuntibus inferri, & pro illis tranſeũtes nonnũquã plus ęquo grauari, Statuimus, ut hi qui in poſſeſsiõibus ſuis damnũ ſe recepiſſe prætẽderint ab aliquo eorũ qui publico itinere pecora pecudeſq; egerint, uel cũ curribus & equis iter fecerint, damnũ huiuſmõi ſibi illatũ cum Miniſteriali Terreſtri & duobus Nobilibus illud cõſpiciat, & teſtetur. In defectu uero Nobiliũ uel Miniſterialis cũ quatuor uel ad minus duobus Plebeis iuratis Villę illius, ſeu uicinę, & quod illi Miniſterialis, Nobiles, uel Plebei iurati, pro damno dandũ decreuerint exigat. Pro qua exactione, ſi in Iudiciũ citatus fuerit, ille qui eo modo, ut ſupraſcriptũ eſt damnũ ſe accepiſſe proteſtatus fuerit, iuramento ſuo proprio iuxta recognitionẽ illorum qui damnum conſpexerint, Actorem euadat.

Sed foralia Marſchalc⁹ habiturus eſt talia qualia in Oppid. dari ſolẽt. Lex VI.

Quæ ſupra Libr. I. Cap. 8. de Officio Marſchalcorum uideatur.

ARTICU-

ARTICVLVS III.

Telonea Terreſtria & aquatica tantum Mercatores dent, item foralia quędam Mechanici Nobilium ſoluāt, non Nobiles.

104 **In Maiori Polonia & Cuiauia vectores** Albert.Petr.1496.

Sal libere quo uolūt (ſaluis tamē Vectigalib.) ducāt & uendāt. Lex I.

Quam vide paulo ſupra Capitul.2. Artic.2. Libri eiuſdem.

Merces etiā ne in Sileſiam vel in Hungariam euehantur ſine profeſsione Telonei. Lex ij.

Quæ infra Capitulo 5. Articulo 4. videatur.

Itaqꝫ Spiritualiū & Nobiliū factores in Terra & aqua iurēt, quod res nō emptas neque lucroſas, ſed proprij laboris & domeſticas ducant, ſeu efferant, quo facto Telonea nō ſoluent. Lex iij. Alexand.Pet.1504

118 Cum frumētis & ſtruibus uel alio mercaturæ genere nauigātes nō minus ſoluere debeāt Telonea, ut ea ſoluunt Terreſtri itinere negociātes: & tam iſti quā illi iuramēta præſtabūt in locis Teloneorū, quod res & merces non ſunt emptæ lucri gratia, ſed per eos de proprijs collectæ: a quibus proprijs ſit liber quilibet Spiritualis & Sęcularis, ſiue Terra ſiue aqua merces proprias ſui laboris ſeu domeſticas duceret. Conſtitutiones enim Teloneorū tam nouæ quā antiquæ ad Mercatores tantūmodo, ſiue Nobiles ſiue ignobiles, Spirituales & Sęculares referuntur. Hęc tamē iuramenta factores curruū ſeu nauigiorū, uel ſtruum, & ſcapharum pręſtituri ſunt in abſentia patronorū ſeu Dñorum ſuorū.

Similis.

10. Teloneum aūt aquaticū ſoluendū per Nobiles iuxta Statutū antiquū relinquimus: ut uidelicet frumentū ducens, per ſe uel factorē ſuum iuret, quod cum frumentis proprij laboris nauigat, & hoc Teloneatores obſeruabunt pœna ſub noſtra. Sigiſm.Crac.1510.

Similis.

Item Statuimus id quod antiqua etiā Conſtitutiōe eſt cautū. Ne Regni noſtri Nobilitas a frumentis & rebus proprio & domeſtico labore quęſitis ad ulla Telonea noſtra ſoluenda ſit obligata: a quorū ſolutiōe ipſam liberam eſſe uolumus. Hoc tamen prouiſo, ne dolus & fraus cuiquam in hac parte patrocinetur. Sigiſm.Petr.1511. 17.

Semel iurati literis credatur. Lex iiij.

Nolentes grauari ſubditos noſtros minus neceſſarijs iuramētis quibus Sigiſm.Crac.1540.

HH ij etiam no-

etiã nomen Saluatoris noſtri quadã cõtumelia affici uidebatur, cum in ſingulis Teloneis aquaticis fluitãtes iurare cogerẽtur, eas res & merces quas fluitatiõe demitterẽt, eorũ laboris proprij eſſe: decreuimus, & Statuimus, Conſiliarijs & Nuncijs Terrarũ Regni noſtri ita petẽtibus & conſentibus: ut cũ aliquis cũ rebus & mercibus fluitans, uel illius ſeruitor Nobilis, iurauerit in primo Teloneo Capitali, res & merces Domini ſui exiſtere: eiuſq; iuramenti literas ſignificatorías ſub titulo, & Sigillo, uel ex actis illius Officij, ubi iurauerit, exibuerit, in alijs Teloneis iurare non teneatur: ſed illis literis ſignificatorijs ubique ſtetur, & fides adhibeatur.

Similis ſuperioribus. Lex V.

sigiſm. Crac. 1543. Tametſi multũ diſceptabatur, quod Teloneis aquaticis Nobiles ſubditi noſtri grauarẽtur. Qui quidẽ ſeſe, ut ſunt, liberos cũ bonis ſuis non ſolum a Teloneis Terreſtribus, uerũ etiam aquaticis liberos eſſe exiſtimant. Nihilominus nos nolẽtes in eo cuiquã ſubditorũ noſtrorũ quitquam detrahere, & iniuriari: ſic eam controuerſiã in his Comitijs deffinimus, ut quicũq; putaret ſe ab aliquo in aqua affectũ eſſe iniuria: ut ad præſentiam noſtrã (eo nomine damnidatorẽ) citet: nos aũt in illo Termino citatiõis pollicemur cognoſcere, ut quicũq; ſine Iure, ſine Priuilegijs & illegitime res cõtra libertates ſubditorũ noſtrorũ Nobilitatis Regni Poloniæ detineret, debitã mulctam ferat, ut ne poſtea id in ſe admittat. Quod aũt ad nos attinet, promittimus ſubditos noſtros Spirituales & Seculares in libertatibus eorũ cõſeruare, neq; Telonea aquatica ex eiſdẽ accipere, iuxta Statuta & antiqua Priuilegia: & hoc ab omnibus rebus proprij illorũ laboris, iuxta antiquã conſuetudinẽ & obſeruationẽ. Cum quibus quidẽ rebus Nobilis qui a Dño ſuo defluet, præſtabit iuſiurandũ corporale iuxta Conſtitutiões priores, ut ne poſt ea in alijs locis iurandi neceſsitas illi imponatur.

Suſpenſio libertatum a ſoluendis Teloneis relaxatur. Lex VI.

sigiſm. Crac. 1532. Cæterum cõſiderantes ſubditorũ uniuerſi Regni detrimentũ, relaxauimus de cõſilio & cõſenſu uniuerſi Senatus Regni noſtri & Nunciorum Terrarũ ſuſpenſionẽ libertatum, quæ erat ad quinquenniũ facta, a ſoluendis Teloneis antiquis omnibuſq; ad priſtinũ ſtatum reſtitutis ipſam ſuſpenſionem penitus ſuſtulimus.

Etſi debitor Telon. in diſtrictu cõueniatur, teloneat. tamẽ Regi ſatisfac. L. vij

sigiſm. Crac. 1532. Permoti iniurijs ſubditorũ noſtrorũ quibus ſe per noſtros uectigaliũ

seu Teloneos

ſeu Teloneorũ Præfectos eorũq; miniſtros affici propterea querebantur, quod pro pecunia ratiõe Telonei ſeu uectigalis ſoluẽ. extra Diſtrictum & forũ eorum cõpetens ad præſentiã noſtram Regiã euocaretur. Prouidere uolumus, ne in poſterũ Præfecti uectigaliũ Teloneorũq; noſtrorum, aliquẽ ſubditorũ noſtrorũ ſtatus & cõditionis cuiuſcũq; cameram Teloneo ſoluendo inſtitutã tranſire permittãt, niſi ſoluto prius Teloneo uel uectigali nobis & fiſco noſtro Regio debito: ut hoc modo occaſio ſubditos noſtros ex eorũ Diſtrictu & foro cõpetenti euocandi ſubmoueatur. Alioquin Præfecto Telonei noſtri ſolutionẽ ipſius Telonei cõtra mandatũ & prohibitionẽ noſtrã cuipiam deferenti incũbat neceſsitas illud ipſum Teloneũ ſeu uectigal debitũ in Diſtrictu & foro debitoris cõpetenti repetere, nobis uero litiſpẽdentia huiuſmõi minime obſtãte de ꝓuẽtib. Telonei et uectigaliũ noſtrorũ integre reſpõdere.

Reuenditores ac Mechanici Nobilium foralia ſoluant. Lex viij.

29. Quicumq; ad reuendendũ aliquid emũt in Ciuitatibus uel Oppidis, illi foralia ſolita & licita ſoluere tenebũtur: a rebus uero Mechanicis, quas ſubditi Nobiliũ ducũt ad Ciuitates & Oppida, ut puta rotis, ſcutellis, cantaris, & alijs id genus, foralia moderata accipiantur iuxta antiquam conſuetudinem. Sigiſm. Petr. 1523.

Telonea, foralia, mẽſuralia, Spirit. & Nobiles, eorũq; ſubditi ne dent. Lex ix.

Militaris & Spiritualis ſtatus, eorũq; ſubditi, ex munificentia & Priuilegijs maiorũ noſtrorũ ea gaudeat libertate, ut nulla Telonea, nulla etiam uectigalia aquatica, foralia, mẽſuralia alias pomyerne: ſimiliterq; & illorum homines ab his omnibus rebus quæcũq; domi illorum naſcuntur, ſoluere ſint aſtricti. Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

ARTICVLVS IIII.

Nobilitas quoq; Terrarũ Ruſsiæ pari modo ab omni Teloneorũ & foraliũ ſolutiõe eſt libera. Lex I.

Ad ſupplicationẽ Terrarũ Ruſsiæ uolumus & decernimus ut * Nobilitas Terrarũ illarum ſicut in alijs Terris Regni a ſolutione Teloneorũ & foraliũ ſit libera, atq; exempta, & in alijs eadẽ gaudeat libertate. Sigiſm. Crac. 1543.

ARTICVLVS V.

DE NOVO TELONEO.

Mercatores qui nouum Teloneũ tranſgrediuntur, una cum fautoribus ſuis, tanquã pro crimine peculatus in rebus & bonis puniantur. Lex I.

sigiſm Crac. 1510. Cum in eos ſeuerius animaduerti oporteat qui in fraudẽ reddituum Reipub. licentioſius delinquũt: Decernimus Conſiliarijs noſtris cenſentibus, quẽlibet, quicũqꝫ Teloneum ad utilitatẽ Reipu. inſtitutũ puta a bobus, a cutibus & alijs rebus ſimilibus tranſire & fraudare auſus fuerit, boues extra Regnũ expellendo, & cutes educendo Teloneo non ſoluto, puniendũ pro tali exceſſu, & crimine peculatus in bonis & rebus ad nos citatũ, iuxta arbitriũ noſtrum, nec minus eos quorũ permiſſione fauore & cõſilio preſertim Officiales & Terrigenas in finibus undequaqꝫ reſideñ. pro huiuſmodi fraude, ut ſupra, puniemus: quando quidem faciẽtes & cõſentientes pari pœna puniendi ſunt. Et hoc Statutũ ſe extendere debet nõ ſolum ad futura, ſed etiã ad præterita. 14.

Hoc idem nouũ Teloneũ ſolũ ab his rebus quæ extra Regnũ aguntur uel ducuntur eſt exigendũ: non aũt ab his quæ intra Regnum uenduntur, uel mactãtur. Lex ij.

sigiſm. Crac. 1540. Omnes Regnicolæ, & alij homines, quicũqꝫ etiã externi boues, iumẽta, & res alias a quibus Teloneũ nouum ſoluendũ eſt, in Regno ementes, & illa uerſus limites Regni ducentes, aut pellentes, teneãtur ſeſe manifeſtare in Cameris Teloneatorũ deputatis, & in eiſdẽ Cameris Teloneum debitum ſoluere: ſi huiuſmodi boues aut iumẽta, uel res alias ad reuendendũ, & extra Regnum pellendũ emptę fuerint. Ab his uero rebus quæ ad uſum propriũ, uel ad mactandũ in Regno, & uendendum intra fines Regni emptę fuerint Teloneũ ſolui non debet. Quod ſi quis cum huiuſmodi bobus, iumentis, aut rebus alijs in Regno emptis Cameras præterierit, ſe in illis non manifeſtando: res huiuſmodi amittet, & licebit Teloneatoribus eas areſtare, & recipere.

Nobiles & Spirituales a Telonei noui ſolutione eximuntur. Lex iij.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Quandoquidẽ homines Militaris & Spiritualis ſtatus eorũqꝫ ſubditi ex munificẽtia & Priuilegijs maiorũ noſtrorũ ea gaudeãt libertate, ut nulla Telonea, nulla etiã uectigalia aquatica, foralia, menſuralia alias pomyerne, ſimiliterqꝫ & illorũ homines ab his omnibus rebus quęcũque domi illorũ naſcuntur, ſoluere ſint aſtricti: Proindeqꝫ nos uolentes in hoc initio Imperij noſtri gratiã erga ſubditos noſtros ſtatus Militaris declarare, facimus quoqꝫ eis hanc libertatẽ, Quia Teloneũ nouum in limitibus Regni exigi ſolitũ, nobis ab hoc tẽpore ipſimet ſtatus Militaris &

litaris & Spiritualis, a bobus qui in domibus illorũ educarẽtur, uel etiã ab emptis, quicũq; frumẽtis illorũ ſaginati fuerint ſoluere nõ tenebitur, ſuper quibus bobus ipſimet, uel factores illorũ, qui huiuſmodi boues agent, in Cameris iusiurandũ facere tenebũtur: ut ne ſcilicet in eo circumuẽtio aliqua fieret, ſic uidelicet qualiter in aquatico Teloneo Nobilitas ſeſe cõſeruare ſolet, per factores, ſeu ſeruitores illorũ, quod quidẽ etiam & de boario tributo alias opouolouuczyznye debet intelligi.

CAPITVLVM VI.

De Moneta.

PRAEFATIO.

Cum nullus homo ſibi ſatis eſſet, alterq; alterius opera & facultatibus egeret, ſæpe etiã alter in alterũ delinqueret: ne operas pro operis, res pro rebus, ac talionem pro delictis homines ſibi reddere cogerẽtur: aurum, argentũ, & æs, a Magiſtratu publice ſignari cœpit, quod quidẽ homines ſibi ipſis inuicem pro his quæ dicimus perſoluerẽt. Atque hæc eſt Iuſticia Arithmetica ſeu cõmutatiua, quę in proportiõe operarũ, rerum, ac delictorũ tota cõſiſtit: verſatur enim in contractibus, ac Iudiciis Ciuilibus, & noxalibus, vt Geometrica ſeu diſtributiua Iuſticia perſonarũ merita examinat, qua quidẽ duplici Iuſticia ſocietas Ciuilis cõtinetur. Nanq; operarũ ac rerum cõmunio, & ſi a nonnullis Philoſophis laudata ſit, habeatq; ſpeciem virtutis excellentis, cõſenſu tamen omnium gentium vti abſurda exploſa eſt: ad hanc enim Scyllam omnes virtutes naufragarẽtur, quod cõmunibus rebus minus prouideremus: in illis etiã bonis premia, malis vero pœnas reddere: aut fortes in tuendo bono cõtra malũ: tantominus liberales eſſe poſſemus. Ita vt (operibus pietatis exceptis, auariciæ etiã freno impoſito) operas pecunia emere, rerumq; proprietatẽ tueri, ac delicta emendare mulctis in Repub. maxime expediat: ne, ſi contra fiat, confuſio omnium rerum ſubſequatur. Quia vero Lot cum Abrahamo ſubſtantias ſuas diuiſerunt, aliiq; cum aliis de rerum proprietate egerunt, antequã dixit Deus per Moſen, non cõcupiſces: argumento eſt ſecundũ naturã eſſe legitimos contractus, & Iudicia: quæ duo circa ipſas operas, res, vel delicta maxime verſantur, & cõſiſtunt. Et ſi aũt incertum ſit, quis metallum publice ſignare cœperit: certe de hoc inter omnes conſtat, nomine pecunię omnes res cenſeri: quæ ſub numero, pondere, & menſura: in ſtipulationẽ ſimpliciter, aut in diem, ac locum certũ, ſub conditiõeq; veniunt: quãdo quidem veteres pecuniæ appellatiõe omnes res ſignificari diffinierunt, & hoc etiã tempore, niſi ſtipulata redderẽtur, quaſi iam numerata pecunia petatur. Quod ergo omnes res ſub æſtimationẽ nummi recidunt. Moneta nõ niſi Regis & Senatus conſulto cuditur: qui vero priuatim illam percuſſerit, raſerit, vel quacũq; ratione adulterauerit, legis pœna tenetur. Porro cum pecuniæ obediant omnia, magnaq; ſit pars fœlicitatis illa abundare, vt ſcilicet pro ea vitæ neceſſaria haberemus, voluptatibuſq; perfrueremur licitis: quęrendæ illius varii varias rationes tentarunt, ac etiãnum tentant. Qui tamẽ in cumulanda quærẽdaq; pecunia auream mediocritatem ſibi ſtatuerunt, ſatagũt, vt accepti & expenſi ratiões illis cõgruant: Sed ita, vt & in accipiendo iuſti, & in dando liberales, ac etiã, ſi fieri poteſt, magnifici ſint, & eſſe videantur. Si enim circa horum extrema quis oberrauerit, alias etiam virtutes quantumuis maximas in ſe obſcuratas iri certo habeat perſuaſum.

Quæ cauſæ fuerunt pcutiendorũ nũmorũ

Iuſticia Arithmetica & Geometrica.

Operarũ ac rerũ cõmunio pernicioſa.

Contractus & Iudicia ſecundum naturam ſunt.

Omnes res appellatione pecuniæ ſignificantur.

Vſus uerus & modo quærendæ pecuniæ.

ARTICV-

ARTICVLVS I.

Moneta Reg. Poloniæ vna ſit. Lex I. 32.

Kazim. Viſl. 1368. Ex quo unus Princeps eſt omniū & Dn̄s, Statuimus de conſilio & aſſenſu noſtrorū Baronum & Procerū, quod una moneta in toto Regno noſtro debeat haberi: quę debet eſſe perpetua, & bona in ualore & pondere: ut per hoc cæteris ſit acceptior & gratior.

Vt in Ducatu Lithuaniæ & Pruſsiæ æqualis moneta recipiať huic rei Conuētus prēſtitui debet. Lex ij.

Sigiſm. Crac. 1510.

Quā vide Lib. 5. Cap. 1. Art. 8. de vniōe Ducatuū cū Regno, lege. Cū cōpertū.

ARTICVLVS II.

Sed Rex non cudet Monetam abſque conſenſu. Lex I.

Vuladiſl. Iagello prope Czeruyem. 1422. Inprimis pollicemur, quod a modo, & in antea, nunquā abſq; cōſilio, 49. ſuaſu, conſenſu, & annuentia ſpeciali Prælatorū & Baronū Regni noſtri monetā nunc currentē in Regno noſtro, uel aliam extraneā, aut de nouo inuentā cudere faciemus, aut cudi permittemus: & cudentes iuxta ipſorum demerita pœnis legis affligemus: ut per hoc damna, & importabilis ſubditorū noſtrorū penuria, per cuius abuſum, hęc ubiq; in Regno noſtro abundarūt, tēpore noſtri regiminis fœliciter auferatur. ¶ Quemadmodū diuæ memorię Dn̄s Kazimirus olim Rex Poloniæ anteceſſor noſter hoc ipſis cōceſſerat: & in Libro Terreſtri quē cū Pręlatis & Baronibus ſuis quondā Viſliciæ in Conuentione generali ędidit & pro memoria ſempiterna dereliquit.

Meminit ſtatutorum Kazimiri Magni Viſliciæ æditorum.

Sine cōſenſu Barōn. moneta ne cudatur

Vuladiſl. Iagel. Iedl. 1433. Item promittimus pro inclytis filijs noſtris prædictis, quod poſtquam dante Dn̄o unus illorum in Regem electus, ſceptra Regni Polonię amplectetur, monetā ex quocūq; genere metalli abſq; conſenſu & conſilio 51. Spirituali Prælatorū & Baronū in Regno Poloniæ cudere nō permittet, quemadmodū nos ſine ipſorum conſenſu & conſilio huiuſmōi monetam cudere noluimus neque cuſimus.

Similis.

Sigiſm. Auguſtus Petrikouiæ 1550. Volentes nos in eo maioribus noſtris adæquare, pollicemur quia monetam præter conſenſum Comitiorum iuxta Iura eo nomine conſcripta non cudemus.

ARTICV-

ARTICVLVS III.

Theſaura. Reg. magiſter ſit monet. L. I

Vide Libro I. Capitulo 9. de Officiis Theſaurariorum.

Palat. cũ Cap. monetã efferri phib. L. ij

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Palatini cum Capitaneis monetæque Præfectis cuſtodiant, ne moneta de Regno exportetur.

ARTICVLVS IIII.

De pecunia brachata & falſa. Lex I.

Kazimir. 3. Iag. Petricouiæ 1451.

87. Kazimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuanię, hęres
88. Rusſiæ. &c. Significamus tenore pręſentiũ quibus expedit uniuerſis, Quomodo agẽtibus nobis in Pyotrkouu pro Repu. Regni noſtri Cõuentionem generalẽ, inter cęteras huius Conuẽtionis ordinationes, ſuper differẽtia, quæ inter Prelatos & Barones Terrarũ totius Regni fuit, unanimiter ordinatũ eſt & cõcluſum, innitẽdo ordinatiõibus & cõcluſiõibus aliarũ Conuentionũ etiã generaliũ & ab eis non recedendo. ¶ Quod pecunia minuta brachata indifferẽter per totum Regnũ noſtrum Poloniæ, & Ducatũ Mazouię, tã pro noſtris quã etiã Prælatorum, Principũ, Baronũ, Nobiliũ, & cuiuſlibet ſtatus hominũ prouẽtibus, ut pote Teloneis, exactionibus, cõtributionibus, cenſibus, decimis, necnõ pœnis, memorialibus, arris, ſeu notis notariorũ, reſignatiõibus: Item mercibus, & ſingulis rebus uenalibus, ſine contradictiõe tã per nos ſeu noſtros Officiales, quã etiã Prelatos, Principes, Barones, Capitaneos, Nobiles, & quoſlibet Regni Polonię & Ducatuũ Mazouię Incolas & ſubditos, modo dudũ ſtatuto, uidelicet nouẽ denarios pro quolibet medio groſſo lato cõputando, recipiatur, & exigatur. ¶ Niſi forte aliquis de Iure pro cenſibus, & decimis fertonalibus, debeat exigere latos groſſos monetę pragen. quorũ quilibet pro eiſdẽ latis groſ. pecuniã minutã brachatã iuxta curſum cõmunẽ inter Mercatores currentẽ debet recipere, ſeu exigere, et teneť ſub pœnis infraſcriptis. ¶ Quicũq; Regni noſtri aut Ducatuũ Mazouię cuiuſcũq; ſtatus incola, et ſubditus ipſam brachatã pecuniã minutã recipere noluerit, aut contẽpſerit: Si Prelatus aut Spiritualis perſona fuerit, quæ pro decimis eandẽ pecuniã minutã recipere noluerit, decimã pro qua foriſauit, perdet: quæ per Capitaneũ aut Officiales noſtros pro bonis recipietur & pro noſtra utilitate conuerteret. ¶ Si aũt fuerit Nobilis, pro primo exceſſu decem Marcas: pro ſecundo, ſimiliter decẽ: & pro tercio, alias decẽ: pro quarto uero triginta Marcas pro fiſco noſtro ſoluat, pro quibus Capitaneus in bona eius ſe intromittat, & teneat eadẽ ad perſolutionẽ triginta Marcarum.

Decernit & in Regno & in Mazouia brachatam minutam pecuniam recipi.

Excipit ubi ex foro aut de Iure lati groſ. debent exigi.

De pœnis pecuniam brachatam recipere nolentiũ tam spiritualiũ quam sæculariũ.

De pœnis Nobilium.

¶ Si uero in Ciuitate aliqua pecunia minuta brachata pro quibuſcũq;
De pœnis Ciuium. rebus uenalibus, ſiue in hoſpicijs, ſiue in foro, non reciperetur: extunc
ipſa Ciuitas pro tribus primis exceſsibus pro quolibet exceſſu ſoluat
decẽ Marcas: pro quarto uero exceſſu ſoluat triginta Marcas, pro The-
ſauro noſtro Regio cõuertendas. ¶ Quod ſi Mercator pro mercibus
De pœnis Mercator. ſuis quibuſcũq; & cuiuscũq; generis aut ſpeciei eandẽ pecuniã minutã
brachatã recipere noluerit, in ualore prędicto, uidelicet pro medio groſ-
ſo lato nouẽ denarios computãdo, aut plures in minuta pecunia quã in
medientibus pro mercibus ſuis exigere uoluerit pecunias, extũc omnes
ipſę res & merces eidẽ recipiantur, & pro Theſauro noſtro cõuertãtur.
De pœnis Kmetonũ. ¶ Itẽ Kmetones pro rebus ſuis pecuniã minutã recipere recuſantes &
nolẽtes pro quolibet exceſſu in fertone puniãtur irremiſsibiliter ab eiſ-
De pœnis Tabernat. dem exigendo. ¶ Item Tabernatores in Villis qui pro rebus ſuis ui-
delicet uictualibus & pabulis recipere noluerint minutã brachatã pecu-
niam, pro quolibet exceſſu quilibet in media Marca puniatur irremiſ-
ſibiliter ab eodem exigeñ. ¶ Volentes inſuper Reipub. prouidere ne
De pœnis falſariorũ. habeant malefactores occaſionẽ importandi falſam monetã in Regnũ
noſtrum, Statuimus & ordinamus de unanimi prędictorũ noſtrorum
Conſiliariorũ uolũtate, Quod apud quẽcunq; cuiuſcũq; ſtatus homi
nem in una Marca duo groſsi falſi fuerint reperti, ipſe cuius Marca fu
erit, Marcã perdet: apud quẽ ſex groſsi falſæ monetæ in una Marca in-
De moneta obligata in literis ſoluenda ante conſtitutionem. uenti fuerint, talis iuxta priores cõcluſiones puniatur. ¶ Inter credi-
tores uero habẽtes inſcriptiões ſuper mediãtes, taliter eſt ſtatutũ, Quod
quilibet taliũ pecuniã ſibi ante hanc diſpoſitionẽ inſcriptã, iuxta conti-
nentiam literarũ ſuarũ libere exigat in moneta in ipſa inſcriptione ex-
preſſa. ¶ Deinceps uero nõ niſi minuta pecunia, uel ſimpliciter Mar-
De minuta pecunia poſt conſtitutionem recipienda. cæ monetę & numeri Polonicaliũ inter creditores inſcribãtur, et in mi-
nuta pecunia quauis debita exigãtur & ſoluantur duntaxat nouẽ de-
narijs pro medio lato groſſo cõputatis. ¶ Statutũ eſt inſuper, omni
De negligentibus Capitaneis per Regiam Maieſtatẽ puniendis. unanimi uolũtate, quod Capitanei noſtri quorũlibet locorũ facere exa-
ctam diligentiã tenẽtur, ut prędicta minuta pecunia recipiatur, & pu-
niant modo premiſſo omnes & ſingulos diſpoſitiõis prędictæ contem-
ptores: alias Capitanei ipſi noſtri prædictã diſpoſitionẽ introducere, &
inobedientes cohercere & punire negligẽtes, per nos tanquã rebelles &
mandatorũ Regaliũ cõtemptores puniãtur. Datũ in Pyotrkouu feria
quinta proxima poſt feſtum Penthecoſten. Anno Domini 1451. Si-
gillo noſtro præſentibus ſubappenſo.

Ad idem.

Nos uero Prælati, Barones Maioris Polonię, Siradieñ. Lancicieñ. Cu-
iauieñ. & Dobrineñ. Terrarũ in euidentiã conſenſus et uoluntatis om-
nium præmiſſorũ Sigilla noſtra pręſentibus etiã fecimus ſubappẽdi.

Eadem pe-

Eadē pecun. brachata vbiq; recipiatur.

Kazimi Petr. 1447

De minuta pecunia brachata Statuimus, ut per uniuerſum Regnū capiatur cōmode. Quod pro medio lato groſſo nouē denarij minutæ & brachatæ pecuniæ recipiātur. Ad latos aūt groſſos pragenſes, qui eos in ſuis obtinēt cenſibus, fiāt additiōes ſecundum curſum cōmunem inter Mercatores currentē. ¶ Si aūt aliquis prefatā pecuniam minutā recipere recuſauerit, ſi Nobilis fuerit, pignoretur per Capitaneū in pecoribus quotiens exceſſerit: Si uero Ciuis aut Mercator pro ſuis mercibus recipere renuerit, merces amittere debet fiſco noſtro Regio cōfiſcandas: Si Kmeto, captiuetur & turri imponatur. ¶ Verū tamē ſi in ipſa pecunia minuta duo groſſi falſi apud quempiā in una Marca reperti fuerint, talis Marcam ipſo facto amittat: Si uero in una Marca ſex groſſi de falſa ut præfertur moneta fuerint inuenti, capite puniatur.

91. (at line "piatur cōmode")

STATVTVM INSVPER EST, ut Capitanei ubicumq; locorum exactam & diligentē habeant curam, ut præfata pecunia minuta recipiatur: & cōtrarientes modo præmiſſo puniantur: Negligētes Capitan. Dñs Rex puniet, tanquā contēptores laudi prefati & decreti.

Pecunia minuta brachata in Regno recipiatur, ſic quod nouem halen. pro mediante dentur, lati aūt groſ. iuxta Mercatorū curſū teneantur. Nobilis pecuniam minutam nolēs recipere p Capit. pignoretur. Ciuis mercator merces amittit pro Rege confiſcandas: Kmeto uero turri recludat. Si duo groſſi in Marca falſi reperti fuerint Marca ipſa amittitur: Si ſex groſſ in alicuius Marca de falſa moneta reperiuntur, ille capite puniatur.

Contrauenien. Statutis per Capitan. loci, capitanei aūt negligētes p Regē puniūtur.

ARTICVLVS V.

Tempore kazimiri Magni in Salis fodinis Bochneñ. & Vyeliczeñ. Aureus Hungaricalis per ſeptē ſcotos groſſorum pro Sale accipiebatur. Lex I.

Quam vide Libro eodem Capitulo 2. Articulo 1. de Salis fodinis.

Aure9 Hūgaricalis 30. groſ. æſtima. L. ij.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

Item cū cerneremus uarietates cōmitti multas in ualore auri florenorū
105 cum quilibet prout unicuiq; libet illos pro priuato eſtimat iudicio, interdum minorē, interdum maiorē eſtimādo: quod fit nō abſq; Reipub. incōmodo: Itaq; ordinare cupientes, ne in futurū pro & ſuper ualore ipſo florenorū errores cōmittantur. Statuimus & decernimus, ut in Regno noſtro ubiq; ualor floreni certus uidelicet mediæ ſexagenæ habeatur, obſerueturq; euiterne pœnam conſtitueñ. triginta florenorū Hūgaricalium ab illis, qui per alium ualorē, aut uendere, aut emere florēnos uiderentur per locorum Capitaneos irremiſſibiliter ſub priuatiōe Capitaneatuū exigendam, noſtro inferendā ærario, pro auro argentoq; ad monetariam noſtram comparandis.

Floreni ualor ad mediam ſexagenam cōſtiutus, & pœna cōminatur 30 flo per capitane. exigēdorū.

Poſtea 32. groſſ. aureus æſtimatur. L. iij.

Alex. Rado. 1505.

Cum ex auri cōgerie operū fit incrementū. Quod quidē tantominus haberi cōſueuit, quanto maiori uendētur, ut igitur ſubditis noſtris ut-
108 cumq; opitulemur ad acceſſiōes opulentiores, quæ ex auri fiunt copia:

Valor floreni triginta duobus groſſis cōſtuutus.

Decernimus & Statuimus, quod ualor floreni Hungaricalis triginta duos groſſos non excedat: aliter emens & uendens puniatur iuxta Cōſtitutionem Petricouieñ. anni præteriti, alias iuxta Conſtitutionem Alberti Regis fratris noſtri.

Nunc aũt iam ad 53. groſſ. aſcendit.

ARTICVLVS VI.

Moneta Swidnicē. ꝓſcribitur. Lex I.

Sigiſm. Crac. 1527.

Et quia moneta Suidniceñ. quæ uniuerſo Regno noſtro ineſtimabilē iacturam facit, & detrimentũ hactenus cohiberi nõ poteſt ignorãtia ſimplicium hominũ, & licentia eorũ qui decreta & prohibitiones noſtras tranſgrediuntur, decreuimus cũ uniuerſo Senatu Regni noſtri, nõ ſolum prorogandã & cuſtodiendã diligẽtius occluſionē uiæ in Sileſiam, ſed etiã eandē monetã prorſus ex Regno extirpandã, ita quod deinceps, nemo illam recipere, expendere, aut in Regnũ & Dominia nobis ſubiecta inferre audeat, ſed quiſq; intra hunc annũ, alias hinc ad duodecimã diem Martij anni futuri, illam extra Regnũ exportet aut permutet per modum cãbij, aut rerũ emptiõis, ſeu quocũq; negociatiõis genere, ſub pœna noſtra Regia quatuordecim Marcarũ, & amiſsione huiuſmodi pecuniẹ. Et qui illã intra hoc tempus permutare & alienare a ſe nõ poſſet, expendat illam & permutet intra ſpaciũ huius anni, ſed nõ carius, quam quẽlibet eius mediũ groſſum per quinq; denarios, aut ad officinam noſtram monetariã portet, pro qua dabitur bona moneta, & ſoluentur ſimiliter illi pro quolibet medio groſſo Suidniceñ. quinq; denarij. Poſt exactũ aũt annum, ea ipſa moneta per quã ſplendor & decus Maieſtatis noſtræ Regiæ imminuitur, omniũq; Statuũ & Ordinum hominibus, nõ mediocre damnũ infertur nullo modo recipiatur, ſed tãquam falſa ac noxia ab omnibus uitetur, & apud quemcũq; hominem cuiuſcũq; ſtatus & conditiõis reperta fuerit, & perdere illã debeat, et pœna quatuordecim Marcarũ puniri: ſic quod apud quemcũq; duo groſſi illius in una Marca inuenti fuerint, totam illam Marcã perdat, abſq; ſpe alicuius ueniæ. Conſtituemus etiã cuſtodes in finibus Regni qui cuſtodiãt & diligẽter inquirant, ne deinceps ea ipſa moneta Suidniceñ. in Regnũ inferatur. Qui quidem cuſtodes, apud quemcũq; illam inuenerint, recipere eam poſsint, & debeant.

Moneta aliena ſplẽdor & decus Maieſtatis R. minuitur.

Cuſtodes etiam in finibus Regni ne inferatur, conſtituẽtur.

Numularij ſeu braccatores Oppidatim conſtituendi.

Quia uero prẹter ipſam externã monetam Suidniceñ. magna etiam uis falſæ monetæ, tam in Regno noſtro quam etiã alibi excuſa eſt, & exCuditur in maximũ damnũ & detrimentũ Reip. ipſius Regni & Dominiorum noſtrorũ: Proinde ne malefactores cudẽdi illam deinceps, & importandi in Regnũ occaſionem habeant, prouidebimus & braccatores conſtituemus in Ciuitatibus & Oppidis, qui illam ſignent & notã ſeu ſignũ percuſsionis illi imponant, quo facilius cognoſci ab omnibus & uitari poſsit.

Capitanei

Capitanei aũt locorũ exactam diligentiã facere debebunt, ut prædicta Conſtitutio tam de Suidniceñ. quã etiã falſa moneta ab omnibus ſtrictiſsime & inuiolabiliter obſeruetur. Capitanei ſupradicta exequentur.

Ad corrigenda aũt tam enormia facinora, & tantas falſitates, a quibus etiam nec Nobiles aliqui, ut ea eſt huius temporis malignitas, ſeſe continent. Statuimus, quod accuſatus ſeu inculpatus de falſa moneta, aliquis uir Nobilis cuiuſcunq; ſtatus & dignitatis citari debet ad præſentiam noſtram ex Officio noſtro, & ſi cõuinci poterit per duos teſtes Nobiles, in ſimili crimine falſæ monetę deprehenſos, & condemnatos, ac ultimo ſupplicio affectos, qui confeſsi ſint illum reum eius criminis eſſe, & falſam monetam cudiſſe, aut conſiliũ, auxiliũ, patrociniũ ad illam excudendã præſtitiſſe, ac in ea confeſsiõe perſeuerauerint, & morte ſua confirmauerint, talis pœna capitis plectetur, bonaq; eius cõfiſcabuntur, quæ nos pro nobis & fiſco noſtro Regio retinebimus ad pręcludẽdam uiam calumnijs hominũ, & nemini illa conferemus: alias uita, ſalus & ſtatus eius ipſius Nobilis inculpati & hoc modo conuicti erit in gratia noſtra Regia. Si uero teſtes contra illum teſtificañ. non fuerint Nobiles, ſed alterius inferioris ordinis, & conditiõis, domeſtici ſeu externi, qui in eo ipſo crimine deprehenſi, & contra illũ teſtificañ. & non reclamantes, ſeu confeſsionẽ ſuam non reuocantes, ultimo ſupplicio affecti fuerint, in eo caſu Nobilis ille accuſatus ſeu inculpatus, expurgabit ſe, cũ decemocto uiris Nobilibus bonæ famę ſibi in genere ſimilibus quos non ipſi deligemus exter decemocto, hoc eſt quinquaginta quatuor teſtibus Nobilibus, quos ille qui ſe expurgaturus eſt, ſtatuere coram nobis debebit in ſex ſeptimanis, a die indictę & decretæ ſibi huiuſmõi expurgationis, qui ſi in probatione & in ſui expurgatiõe defecerit, pro conuicto habebitur, & pœna falſi punietur. Si uero in ſe expurgando non defecerit, abſolui a crimine illi obiecto debebit: ubi tamen poſt hac de hoc ipſo crimine falſæ monetæ, & quo ſe ſemel modo præmiſſo expurgauerit, accuſatus, inculpatus, & teſtimonijs hominũ Ciuilis, Plebeæ, aut alterius conditiõis conuictus modo ſupradicto fuerit, ad aliam expurgationẽ nõ admittet, ſed ut falſarius pœna debita punietur ac bona eius confiſcabuntur, caputq;, uita, & ſalus eius erit in gratia noſtra Regia: Citatus aũt literis citatiõis noſtræ de falſa moneta cõparere coram nobis debebit, non reuocãdo ſe ad Diſtrictũ: & ſi in primo Termino non cõparuerit, citabitur ſecunda citatiõe, & Terminus tam primæ quam etiã ſecundæ citationis, debet illi aſsignari & præfigi in quatuor ſeptimanis a die poſitiõis & executionis eiuſdẽ citatiõis, qui ſi in ſecundo Termino non comparuerit pro conuicto habebitur, ſiue is fuerit poſſeſsionatus, ſiue nõ: debebitq; banniri de Regno, & bona eius cõfiſcari. Et pręſens Statutum durabit ad uitam noſtram.

Decretum per Conuentū generalē Petricouien. 1534. de moneta factum.

Vniuerſi Senatores & Terrarū Nuncij attēdentes monetā quę in Terris Pruſsiæ cuditur adeo auctā & noxiam eſſe, ut diutius ſine ingenti detrimento Regni tollerari nō poſsit, Statuerūt, & decreuerūt unanimiter iterū Sacrę Maieſtati Regię humillime ſupplicandū, ut Maieſtas ſua ipſam cuſionē monetę ubiq; tam in Terris Pruſsiæ quā etiā alibi ſiſtere mandaret, & quāuis Maieſtas ſua Regia iā de ceſſanda ipſa cuſione ſuam benignā & propenſam uoluntatē declarare dignata ſit, tamē quia Illuſtriſsimus Dux Pruſsiæ ab illa cudēda deſiſtere recuſat, & indignum uideretur antequā ille ceſſet Maieſtatē Regiā deſiſtere debere: requiritq; Maieſtas ſua conſiliū qua ratiōe ille cōtineri deberet: omniū unanimis eſt ſentencia. Quod cū neq; Illuſtriſsim. Princeps neq; Regiæ Ciuitates in Pruſsia ullam unquā aliam facultatē habuerūt, neq; habent, monetā æqualē monetę Regni, & quæ a Regnicolis recipi deberet, cudendi, niſi a Maieſtate Regia nouiſsime conceſsā: Sua uero Maieſtas ut ex Iure Regni ipſam facultatē monetā cudendi nō niſi de conſenſu & decreto Senatus Regni ſui habeat, neq; illā ſibi Maieſtas ſua ut iuſtiſsimus Princeps hactenus uſurpauit, ita hac facultate maiorem & ampliorē facultatē alijs cōcedere iuſte non potuit, neq; illi eam ſibi uſurpare poſſunt, cū id nō ſolū Iuribus Regni, ſed etiā tranſactiōi & ſuperoritati Regiæ, contra ipſorū iuſiurandū & tenorē tranſactiōis plane repugnaret. Proinde ſupplicant uniuerſi etiā atq; etiā, ut ſua Maieſtas Regia habita ratiōe tanti detrimenti Regni ſui, iam tandē & ſuam, & aliorū quoq; omniū cuſionē eiuſmōi monetæ in Regno recipiendæ ſiſti iubeat: & rebelles Iure & poteſtate ſua Regia coherceat. Porro cū uniuerſi Regnicolæ perſuaſum habeāt, eam ipſam monetā eſſe deprauatam, & precij ęquo uilioris: Mandare dignaretur ſua Maieſtas Regia, ut tam Prȩfecti & Procuratores rei monetariæ, quam etiam Ciues qui eā cudunt in futuro proximo Conuētu Regni ſe ſiſterent, & ſe palam iuſtificarēt, & ut interim in præcipuis locis & Ciuitatibus probatio ipſius monetæ fieret: ne cū anteceſſores Maieſtatis ſuæ tales exceſſus & peculatū impunitū non ſinebant, etiā magnis Regni Proceribus: nunc his modernis Prȩfectis, & Procuratoribus, in ea opinione & ſuſpitione hominū exiſtentibus, aliqua ob hanc cauſam ſiniſtra exiſtimatio, graues querimonię, ac demum aliquæ turbę inter homines excitarentur, quę hac potiſsimū ratione ſopiri poſſe uidentur.

Moneta Pruthenica abrogetur, aut more antiquo cudatur. Lex ij.

Sed ex eo quoq; magnũ ad Remp. Regni incõmodum peruenire uidemus, quod quũ nos iam inde ab aliquot annis nũmos cudere deſierimus, Prutheni tamẽ in inſtituto ſuo perſeuerauerũt. Quare facturos nos recipimus, & ſerio mãdamus Pruſsię Ciuitatibus, ut ſi uelint monetam cudere queadmodum Priuilegia eorũ in ſe cõtinent, uetera illis ſigna imprimant, noſtro uero ſigno uti nõ audeant, quod niſi dicto audientes fuerint edicto cauebimus, ne quiſpiã quos ipſi cõtra uoluntatẽ noſtram ſub ſigno noſtro nũmos cuderint his utatur, eoſq; omnes Regno noſtro eicien. atque exterminandos curabimus. sigiſm. Crac. 1539.

De Moneta Pruthenica. Lex iij.

De moneta Ducis Pruſsiæ & Ciuitatũ Pruthenicarũ una cum Conſiliarijs noſtris & Terrarũ Nuncijs Conſtituimus, ut hæc illorũ moneta deponeretur per eos Proceres qui in Statuto ad id ſunt deſignati ad iuſtum pondus ſeu ualorẽ ac menſurã ipſius monetæ, & hoc ut ſine dãno Reipub. fieret. Nolumus enim ut aliquis alius id damni ferat, niſi is qui utilitates ex ea percipiebat. Proindeque huius rei realis executio ad hoc tempus eſſe debet. sigiſm. Crac. 1543.

Pol. ad externã monet. nõ cogãtur. L. 4.

Volentes nos in eo adęquare maioribus noſtris. pollicemur. Quia Regni noſtri ſubditos ad ullam aliam aliorum noſtrorum Dominiorum monetam non cogemus. Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

CAPITVLVM VII.

De Contributione fumalium.

PRAEFATIO.

Vſque adeo Reges Poloniæ ab omni ſpecie Tyrannidis receſſerunt, vt nõ ſolum Equitibus Conuẽtus habere Prouinciales permiſerint, pro rata parte eoſdẽ conſilii ſui fecerint participes, fundorũq; hæredes eſſe iuſſerint, de quibus omnibus ſuis locis egimus: Verum etiã Dominii ſui, ſubiectiõis aũt illorum, tria tantũ reliquerint ſymbola: fumaliũ ſcilicet penſionẽ, iudicandi auctoritatẽ, & onus belli ſecum ferendi. Potentiæ aũt & Prouentuũ ordinariorum tantũ ſibi reliquerunt quantũ Regibus moderatis ſufficere putabant, maximã enim potentiam ac opes in libertate & ſubditorũ ſuorum gazis ponebant, quibus quidẽ Theſauris illi adiuti, pace fœlices & copioſiſsimi, bello vero potentiſsimi fuerunt: ita vt neque vllis Principibus domeſtica tranquilitate ac ſplendore adhuc fuerint inferiores, neque tot hoſtibus quibus cingimur armis vnquam ſuccubuerint. Vnde euidenter apparet, quia non ARCES, NEQVE THESAVRI, PRAESIDIA REGNI SVNT: VERVM AMICI, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio, fide, ac liberalitate parantur. Reges Pol. tria tantũ Dominij ſui ſymbola reliquerunt.

ARTICVLVS I.

Fumalia Kmetones tantum ſoluunt, non Sculteti, neque Molendinatores, neqꝫ Seruitores, neque Ciues, tam de Villis Nobilium, quam Monaſteriorum: Aliquorū Palatinorū & Caſtell. Mazouię exceptis.

Tātū 2. groſ. de laneo Regi debēt. L. I.

Ex Priuil. Ludouici Kaſſouiæ 1374. Idem libro 3. capitu. 1. de libertate.

Ludouicus liberat Polonos ab omnibus datijs, laboribus, ſeruitijs.

Ludouic. duos groſſ. de laneo menſæ Regali reſeruat pro feſto ſancti Martini ſoluendos.

Ideo ob merita fideliacꝫ ſeruitia facta, & uoluntates uniuerſitatis ipſo-
rum, quæ nobis, & noſtris pueris utriuſcꝫ ſexus facto fideli omagio 40.
præſtiterunt, & imposterū loco & tempore fidelia ſeruitia ſunt parati
dante Dño exhibere, eos ſpeciali fauore proſequēdo, Ciuitates, Caſtra,
poſſeſsiones, Oppida, & Villas, Incolas Villarū totius Regni Poloniæ
inhabitātes ipſorū Baronū & Nobiliū omniū, abſoluimus, liberamus,
& eximimus ab omnibus & ſingulis collectis, donatiōibus, ſiue tribu-
tis, tam generalibus quā ſpecialibus quocūcꝫ nomine cenſeantur, & ab
omnibus ſeruitijs, laboribus, uexatiōibus, angarijs, præangarijs in re-
bus & perſonis cōmittendū pure & ſimpliciter ſolutos & abſolutos eſ-
ſe uolumus ac exemptos. ¶ Sed his tantū uolumus eſſe cōtenti quod
duo groſsi uſualis monetæ in dicto Regno currētis, quorū quadragin-
ta octo Marcam faciunt polonicalē de quolibet manſo, uel ſorte locatis
uel poſſeſsis, ſingulis annis, nobis, & noſtris ſucceſſoribus, in feſto beati
Martini Confeſſoris in ſignum ſummi Dominij, & recognitionē Co-
ronæ Regni Poloniæ exoluantur.

Cōmuni moneta vel pragē. ſoluā. L. ij.

In Priuil. Vlad. Iagell. prope Czeruyenſko dicto.

Inſuper licet collectores noſtri per Terras noſtras Cracou. & Sandom. 49.
pro exactiōibus noſtris uulgariter kroleſtuuo nuncupatis in ſignum
ſubiectionis & ueri Dominij nobis ſolui ibidē in moneta currenti &
conſuetis groſsis pragen̄. a Kmetonibus receperint, & noſtro infiſcaue-
rint Theſauro, ne tamen hoc ualeat imposterū dictis Terris parere ali-
quod detrimentū, uel Iuribus eorundē derogare, decernimus & edicto
perpetuo Statuimus, ut a modo in dictis Terris Cracouien̄. & Sando-
mir. non alia niſi currens & cōmunis in Regno moneta pro huiuſmōi
exactionibus noſtris exigatur: Hoc prouiſo, quod ſi aliqui ſubditi no-
ſtri in dictis Terris a ſuis Kmetonibus pro ipſorū cenſibus groſſos pra-
gen̄. receperint, uel recipere uoluerint, illi etiā Kmetones ad ſoluen̄. no-
bis ſimiles groſſos pragenſes pro exactionibus noſtris per noſtros col-
lectores arceantur.

kmetones fumalia dēt, nō Sculteti, moledin. tabernat. ſeruitor. & hortul. L. iij.

Ex Priuil. Vlad. Iagel. in Iedln. 1433.

Kmetones uniuerſi in Regno ab omnibꝰ

Abſoluimus inſuper & perpetuo liberamus omnes & ſingulos omniū 51.

noſtrorum

noſtrorum Terrigenarũ Kmetones ab omnibus ſolutiõibus, contributionibus, & exactiõibus, uecturis, laboribus, equitaturis, poduodis dictis angarijs, grauaminibus, frumentorũ datiõibus dictis Szep uulgariter, præterquã duos groſſos monetæ uſualis, polonicalis, & in Regno Poloniæ cõmuniter decurrẽtis. Quos quidẽ duos groſ. quilibet Kmeto prædictorũ Terrigenarũ de quolibet laneo poſſeſſo ſoluet, etiã ſi illum plures perſonæ poſsideant. ¶ Scultetis eorũ & Seruitoribus quos ab huiuſmõi ſolutione duorũ groſſ. uolumus eſſe liberos, & exemptos, nec non Molẽdinatoribus, Tabernatoribus, & Hortulanis nõ habentibus nec colẽtibus agros, hoc eſt manſos, ſeu laneos integros, uel medios dũtaxat exceptis atq; demptis, ſingulis annis in futurũ in feſto Sancti Michaelis Archãgeli uſq; ad diẽ S. Nico. ſoluere ſit aſtrictꝰ. Si aũt prædictorum Molendinatorũ, ſiue Tabernatorũ, aut Hortulanorũ aliquis integrum laneum agrorũ coluerit, tunc ad ſolutionẽ duorũ groſſ. Si uero mediũ laneũ, ad ſoluendũ unum groſſ. ſimiliter monetæ prędictæ nobis ſint aſtricti. ¶ Ad quos quidẽ duos groſſos monetæ pręſcriptę alias Sereniſsimo Principi Dño Lodouico Hungariæ & Poloniæ Regi ſoluere libere ſe ſubmiſerũt. ¶ Quod ſi infra prę fixũ terminũ nobis aliqua Villa pecuniã huiuſmõi ſoluere neglexerit, Extunc exactor noſter quẽ pro tollenda eadẽ exactiõe duxerimus deputandũ, in eadẽ Villa unum bouem, ratiõe nõ ſolutionis, abſq; ſpe reſtitutiõis, habebit recipiendi omnimodã facultatẽ. Si uero infra quatuordecim dies poſt eiuſdem bouis receptionẽ eadẽ Villa, & queuis alia, dictam pecuniã non ſoluerit: Extunc exactor noſter duos boues conſimili modo ſine ſpe reſtitutionis recipiat atque tollat.

exactionib. & ſolutionib. frumẽtarijs & pecuniarijs, & a laborib. & poduodis abſoluũtur, ad ſolutionem uero duorum groſſorũ obligantur.

Sculteti & ſeruitores necnõ molẽdinatores tabernator. hortulani agros nõ colentes, a ſolutione duorum groſſ. excipiuntur.

ſolutio duorũ groſſ. Ludouico Regi Hungariæ & Pol. per Regnicolas eſt libere cõceſſa.

Villa exactionẽ non ſoluente pro feſto S. Nicolai per exactorẽ in uno boue: infra 14. dies ſequen. in duob. bobus ſine ſpe reſtitutionis pignoratur.

Ciues fumalia non ſoluent. Lex iiij.

De Ciuitatibus aũt antiquis & nouis tẽpore regiminis noſtri locatis, Sic Statuimus, quod ille Ciuis, ſeu Oppidanus, qui Ciuitatẽ cũ uxore, filijs, & familia inhabitat, & agrũ ſolus uel per ſuũ Hortulanũ aut Agricolã colit nõ tenetur ad prędictã poradlne penſionẽ: Sed ſi ante Oppidũ uel Ciuitatẽ reſidet, ſoluat præfatã poradlne penſionẽ, ac ſi in Villa reſideret, nõ obſtante quod ad Ius & Iuriſdictionẽ eiuſdẽ Oppidi ſeu Ciuitatis pertinere, uel cum eis onera ſufferre perhibeatur.

Vlad. Iagell. in ledl. Priuil. 1433.

Rex nõ expetet cõtributiones a ſubditis præterquã duos groſſos. Lex v.

Item pollicemur, quod a modo nõ expetemus aliquas ſolutiões, aut cõtributiones fertonũ, aut ſex groſſorũ, a Terrigenis uel eorũ hominibus: ſed in ſolutiõe duorũ groſſorũ de quolibet laneo debemus eſſe cõtenti, iuxta ueterem conſuetudinem.

Kaz. in Nyeſ. 1454 idem lib. 6. cap. 3. de mercenaria Reg. defenſione.

Iohann Albertus Petricouiæ 1496.

De integro agri laneo p duos tantūmodo groſ.in monet.Regia dētur. Lex vi

Exactio fumaliū ſeu poradlne nō aliter q̄ de integro agri laneo per duos tantūmodo groſ. in moneta Regia cōmuniter currē. & non de omnib.aut parte lanei ubique ſoluendo.

Item Statuimus ut moneta in Regno cōmunis currens uidelicet medi-
orum groſſorū in exactiōibus duorū groſſ. quæ a nōnullis Regalia, ac 104
poradlne,a nōnullis uero podymne dici cōſueuerunt,recipiatur ubiq;:
Quarū licet quiditas ipſa nominis ſignificet,atq; indicet ſolutiōis con-
ſuetudinē, Tamē cū intellexiſſemus in aliquibus locis introduci quaſ-
dam priuatas cōſuetudines in Exactiōibus huiuſmōi, quæ fortaſſe in
aliquibus locis de laneo per fertonē,in aliquibus uero præſertim in Ha
licieñ. Terra nō abſq; præiudicio & grauamine ſubditorū noſtrorum
de qualibet agri parte tantū quantū exactoribus placuit, recipiebātur,
& ſoluebantur.Idcirco tametſi certis prędeceſſorū noſtrorū Priuilegijs
ac eorū & Regni Statutis, & cōſuetudinibus, conſtitutū approbatūq;
fuerit,quod per duos groſſos debeāt ſolui,tamen nos ſpecialiter propter
ſuccreſcentes eos errores perimēdos,Statuimus,quod exactiōes ipſe du-
orum groſſorū nō confuſę,uel de domibus,uel de agri partibus, ſed de
quolibet agri laneo ſeu manſo integro per duos groſſ. moneta noſtra
Regia in Regno cōmuniter recipi ſolita,ſicq; & nō aliter ſolui debeant,
in ęuum in omnibus Terris, Diſtrictibus & locis Terrarū noſtrarū.

ſigiſm.Crac.1510.

Idem lib.4.cap 1.ar. 4. de literis ſuper bona Regalia.

Fumalia niſi expreſſe alicui inſcribantur, ſunt Regia. Lex vij.

Vbi ſpecialis mentio in Priuilegijs uel in Inſcriptiōe de ⁎ exactiōe du- 15.
orum groſſorum facta nō eſt,Iuri Regio reſeruata eſſe cognoſcūtur.

ſigiſm.Petr.1511.

Idem lib.1.cap.4.artic. de Monialibus.

Monaſteriorū Villæ vt Nobilium fumalia ſoluant. Lex viij.

Item grauaminibus quorundā Monaſteriorū prouidere cupiētes: Sta-
tuimus ut exactionem duorum groſſorū ita ſoluant Villæ & poſſeſſi-
ones ipſorum ſicuti Villę Nobiliū eam ſoluere conſueuerunt.

Intra libert.a cē ſib.ne fum.dētur.L.ix.

Iohann.Albertus Petricouiæ 1496. Idem lib.6.cap.3.ar. 2.de mercenaria Regni defenſione.

Item in exigendis cęteris exactiōibus antiquis aut pro tēpore laudatis
uolumus & Statuimus, Exactores adeo rationabiles atq; diſcretos eſſe, 104
ut de hominibus cauſa quacūq; pręcedente,a cenſibus annuis liberatis,
interim donec libertas non uidebitur expirata eſſe, exactiōes ipſas lau-
datas laudandaſque exigere nō præſumant, neque poſſint.

Pal.& aliq Caſtel.liberi ſint a fum.L.x

Licet uniuer-

Licet uniuerſi Dignitarij Terrarũ & præſertim in Mazouia ſuppli-
6. cauerint, ut liberi ſint a ſolutiõe exactiõis noſtræ duorũ groſſorũ: Nos tamẽ libertatẽ ipſam dictæ exactionis nõ ſoluẽdę Palatinis duntaxat & Caſtellanis loco Palatinorũ Caſtellanatus obtinẽtibus damus, concedimuſq; uolumus tamẽ quod in ſingulis Terris & Capitaneatibus locorum Capitanei Cenſus & Prouẽtus quoſlibet tẽpore prædeceſſorum noſtrorũ, & pręſertim in Terris noſtris Mazouiæ Ducũ tempore per Dignitarios percipi ſolitos eiſdẽ Dignitarijs Terreſtrib. exoluant.

Sigiſm. Crac. 1507. Eiuſdẽ mentio lib. 1. cap. 6. art. 12. de Palat. & cap. 7. de Caſtella. poſtremo uero lib. 6. cap. 4. artic. 3. de Duca. Mazouiæ.

ARTICVLVS II.

Pignorando pro exactionib9 Regalibus quid recipiendum. Lex I.

Item Statuimus, quod quotieſcũq; per Capitaneos noſtros aut eorum
94. Viceſgereñ. Impignoratiões fieri contingat ex decreto Iuris Terreſtris, aut pro Exactiõibus Regalibus: ut nõ exigant ipſi Capitanei pluſquã illud quod pro pignore recipitur: quod pro ſuis pignoratoribus aut Miniſteriali conſueuerũt ipſi pignoratores facere, quod omnino fieri prohibemus.

Kazim. in Nyeſſoua Idem lib. 4. cap. 10. artic. de pignoratiõibus ponitur ſimul cũ alijs huius farinæ ſtatutis.

ARTICVLVS III.

Exactor deſcriptional. ne exigat. Lex I.

Vulad. Iagel. in Iedl.

51. Memoratus etiam Exactor pecuniarum pręd ictarum prætextu notæ quod napiſſne dicitur nihil exigat atque tollat, & nihilominus literis ſuis Kmetones quietet de ſolutis.

Similis.

Item uolumus & decernimus ne pecuniæ ſiue inſcriptionales ab exa-
88. ctione noſtra Regia deinceps recipiantur & exigantur.

Kazimir. Iagello in Korczyn 1451. Pecunia & inſcriptionales ab exactione Regia nullatenus exigantur.

Altoquin exactor arreſtetur. Lex ij.

Item Statuimus, Quod Burgrabij aut exáctores Regales ſeu Capitanei
95. noſtri non exigant ſpiſſne de hominibus tam Nobiliũ quã Spiritualiũ. Quod ſi ſecus fecerint, nec poſſeſsionati fuerint, in hoſpitijs eorum per Burgrabiũ loci aut Pręconſulẽ arreſtentur, donec acceptũ reſtituant; pœnam trium Marcarũ luant ei a quo huiuſmõi ſpiſſne exegerint.

Kazimir. 1454. ſpiſſne per Capitan. Burgrabios, exactores non exigendũ alias cũ pœna triũ Marcar. illud reddant.

Similis.

Item Statuimus ut ſpiſſne non exigatur in Exactionibus pecuniarijs,
19. & ſimiliter in Exactiõe duorum groſſorum quæ uulgo Regalia appellantur.

Sigiſm. Petr. 1511.

CAPITVLVM VIII.

De Pœnis ac Iure fiſci.

PRAEFATIO. *Regum Pol. ſumma in impio moderatio.*

Ne libertas noſtrorũ municipũ atrocitate pœnarum funeſta potius quã legibus munitæ eſſe videatur: tanta eſt Regum Polonię in Imperio moderatio, tanta in omni Iudicio æquitas, vt Lictorẽ de Ciuitate, Carnificẽ de foro, crucem de campo ſublata iri vellent: Si qua ratione natura humana, non ſolum præmiis ad virtutẽ vt calcaribus excitari, verumetiã & pœnis a ſcelere tanquã frenis coherceri potuiſſet. Ac proinde maiores noſtri Reipub. Principem vt præmiorum ita pœnarum arbitrum eſſe voluerũt, ne quid quiſq; velit propoſita ſibi impunitatis ſpe auſit, & faciat. Et præmiorum quidem multa ſunt genera, quorũ præcipuum eſt honor, libertas, Ciuitas, opes, tutela. & ſi qua ſunt alia huiuſmodi legibus aut moribus noſtris cõprehenſa: E regiõe vero pœnarum octo genera ſunt, damnũ ſcilicet, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, ſeruitus, mors. Quas quidẽ pœnas non reddidiſſe ſceleri, eſt quadã contumelia afficere ipſam virtutẽ: quæ iracunda ac etiã ſeditioſa eſſe ſolet, niſi & iuſta ſibi premia tanquã brauium proprium reddantur: & ſcelus videat Iudicio publico condemnatũ, ac proinde pœnas legibus noſtris præſcriptas attingeremus hic, niſi magis in rem lectoris eſſe iudicaremus, vt ex huius Libri propriis locis petat, quæ pœnæ debentur alicui delicto, ſiue in perſonam ſiue in rem publicam ſcilicet & priuatã, quæq; circa vtraq; ſunt ac verſantur, admiſſo. Nam tituli ipſarũ pœnarum hic in vnum locum redigi commode nequibant, quod iam ſuis locis tractati ſint: neque ipſę pœnæ bene diſtingui poterãt, quod perplexæ ſint, & legibus ipſis partim ſanciuntur, partim abrogantur. De ipſis tamen pœnis nulli donandis, verũ potius per Capitaneos eligendis Leges generales videantur Libro 1. Cap. 12. Artic. 27. de Executiõe rei Iudicatę, pretereaq; crimina legibus noſtris nõ cõprehenſa, ex Codice Iuris Ciuilis ſubiungemus, vt Legum exempla in illuſtri loco poſita, quid etiam apud nos fieri in ſimilibus caſibus oporteat, præmonſtrent. Rex tamẽ Poloniæ meminerit ſe nõ ſeruorum Imperii, Verum Equitum Regni Regẽ eſſe: atque idcirco admitiores pœnas ſemper propendebit, atramentoque ſuos maiores non ſanguine Leges Regno conſcripſiſſe, recordabitur.

Præmiorũ genera. *Pœnarum.* *Pœnas nõ reddidiſſe ſceleri, eſt cõtumelia ipſam uirtutem affeciſſe.* *De uarijs delictis & eorum pœnis uide libro 3. aliquot capit.*

ℂ Ob debitum Viri res Vxoris ne confiſcentur.

Cod. lib. 9. titul. 12.

Ob debitum Viri, vel Ciuile munus (a marito male geſtum) res Vxoris qui pignori capiunt vim contrahere videntur.

ℂ Fiſcus quando reſpondet Creditoribus

Item fiſcus ex debito ſuccedens pro parte Creditoribus confiſcati reſpõdere pro rata tenetur, pretereaq; illis confeſſiõibus vti poteſt, quibus vti poterat dãnatus.

ℂ Vbi quis deliquit in Officio ibi puniatur.

Hac lege credo animaduerſũ eſt in quẽdam Capit. Samb. expilatæ Prouinciæ reũ

Vt vnius pœna metus poſſit eſſe multorum, Ducem qui male egit, ad Prouĩciã quam nudauerit cum cuſtodia competenti ire præcipimus, vt non ſolum quod eius non dicam domeſticus, ſed manipularius, & miniſter acceperit: Verum etiam quod ipſe a Prouincialibus noſtris rapuerit, aut ſuſtulerit, in quadruplum exoluat inuitus.

ℂ Iudex corruptus pecunijs puniatur.

Idem.

Omnes cognitores & Iudices a pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant: neque alienum iurgium putent ſuam prædam, etenim priuatarum quoque litium cognitor, idemque mercator, ſtatutam legibus cogetur ſubire iacturam.

ℂ Rectores Prouinciarum ſic Iurant.

Sancimus eiuſmodi viros ad Prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia, nõ ambitione, vel precio, ſed probatæ vitæ & amplitudinis tuæ ſolent teſtimonio pro-

monio pro-

monio promoueri: ita ſane, vt quibus hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtrã fuerint electionẽ cõmiſsi, iurati inter geſta depromãt, ſe pro adminiſtratiõibus ſortiendis neq; dediſſe quipiã, neq; daturos vnquã poſtmodũ, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonã, in fraudem legis, ſacramentiq;, aut venditiõis, donatiõis ſiue titulo, aut alio velamento, cuiuſcũq; cõtractus: & ob hoc (exceptis ſolis ſalariis) nihil penitus tam in adminiſtratiõe poſitos, quã poſt depoſitũ officium, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtratiõis quã gratuito meruerunt accepturos. Et licet neminẽ Diuini timoris cõtemnendo iuſiurandũ arbitramur immemorem, vt ſaluti propriæ vllum cõmodum anteponat: tamẽ vt ad ſalutis timorem etiam neceſsitas periculi ſubiungatur: ſi quis auſus fuerit præbita ſacramẽta negligere, non modo aduerſus accipientẽ, ſed etiã aduerſus dantem accuſandi cunctis tanquã crimen publicum concedimus facultatem, quadrupli pœna eo qui conuictus fuerit modis omnibus feriendo.

¶ Crimen peculatus Capitale.

Iudices qui tempore adminiſtratiõis publicas pecunias ſubtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxii ſunt, & Capitali animaduerſiõi eos ſubdi iubemus. Iis quoq; nihilominus qui miniſteriũ eis ad hoc adhibuerunt, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperunt, eadem pœna percellendis.

¶ De Seditioſis.

Si quis cõtra euidentiſsimã iuſsionem ſuſcipere plebem, & aduerſus publicã diſciplinam defendere fortaſſe tentauerit: multam grauiſsimam ſuſtinebit.

¶ De famoſis libellis.

Si quis famoſum libellum, ſiue domi, ſiue in publico vel quocũq; loco ignarus repererit: aut corrumpat priuſquã alter inueniat, aut nulli cõfiteatur inuentum. Si vero nõ ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igni cõſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit: ſciat ſe quaſi authorẽ huiuſmodi delicti ſeueræ ſentenciæ ſubiugandũ. Sane ſi quis deuotiõis ſuæ ac ſalutis publicæ cuſtodiã gerit: nomen ſuum profiteatur & quę per famoſum libellũ perſequenda putauerit, ore proprio edicat: ita vt abſq; vlla trepidatiõe accedat, ſciens quidẽ quod ſi aſſertiõibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem maximã & præmium a noſtra clementia conſequetur. Sin vero minime hæc vera oſtenderit, iuſta etiam pœna plectetur. Huiuſmodi autem libellis alterius opinionem non lædat.

¶ Liber homo ad perpetuos carceres ne damnetur.

Incredibile eſt quod allegas, liberum hominẽ vt vinculis perpetuis contineretur, eſſe damnatum. Hoc enim vix in ſola ſeruili conditiõe procedere poteſt.

¶ Legibus non clamoribus Præſes ſeruiat.

Vanę voces populi nõ ſunt audiendę: Nec etenim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine abſolui, aut innocentẽ condemnari deſiderant.

¶ Non facile pœna remittatur.

Non remitti pœnã facile Reip. intereſt, ne ad maleficia temere quiſq; proſiliat.

¶ Sentencia non reuocetur.

Pœnã etiam ſua dictam ſentencia præſidi Prouinciæ reuocare non licet.

¶ Pœna niſi confeſſo non eſt irroganda.

Qui ſentenciam laturus eſt, temperamentũ hoc teneat, vt non prius Capitalem in quempiã promat, ſeueramq; ſentenciã, quã in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut ſua cõfeſsione, aut certe omniũ qui tormentis, vel interrogatiõibus fuerint dediti, in vnũ conſpirãtes, cõcordanteſq; rei finẽ, cõuictus ſit & ſic in obiecto flagicio deprehẽſus, vt vix etiã ipſe ea quæ cõmiſerit negare ſufficiat.

¶ Pœnæ tantum ſuos teneant authores.

Sancimus ibi eſſe pœnam, vbi & noxia eſt propinquos, notos, familiares, procul a calumnia ſummouemus: quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim affi-

nitas vel amicicia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur ſuos teneant autores, nec vlterius progrediatur metus quam reperiatur delictum, & hoc ſingulis quibuſque Iudicibus intimetur.

Iniuſſu Principis nulli Iudici licet confiſcare.

Nulli Iudicum liceat (exceptis his qui in ſumma adminiſtratiōis ſunt poſiti poteſtate) proſcriptionis tempeſtate totius ſubſtantiæ aliquem percellere, niſi ad noſtras aures hoc ipſum referatur.

Non niſi exulis bona confiſcantur.

Bona fiſco citra pœnam exilii perpetuā adiudicari ſentencia non oportet.

Bona proſcripti deſcribātur, & ad fiſcū referātur.

Si quis intra Prouinciā pro qualitate delicti ſtylum proſcriptiōis incurrerit, per ordinarii Officii ſolicitudinē bonorum eius indago diligentiſsime celebretur, ne quid rei priuatæ cōmodis per gratiam atque colludiū furto ſubducatur, & plena deſcriptio comprehendat, quod ſpaciū, & quod ſit ruris ingeniū, quod aut incultum ſit, aut colatur, quid in vineis, oliuetis, aratoriis, paſcuis, ſyluiſq; fuerit inuentum: qua etiā gratia, & quę amęnitas ſit locorū, quis in ædificiis ac poſſeſsionibus ſit ornatus: quodue mancipia in prædiis occupatis, vel vrbana, vel ruſtica, vel quarum artiū generibus imbuta teneantur: quot ſint cenſuarii, vel coloni: quot boum exercitiis Terrarū atq; vomeribus inſiſtentiū, quot pecorum & armentorū greges, & in qua diuerſitate numerati ſint: quantū auri & argenti, veſtium, ac moniliū, vel in ſpecie, vel in pondere, & in quibus ſpeciebus, quidue in apothecis ſit repertū, tunc demū omnia ea quę velle nos perſpicis, inquiſitiōe cōſtructa, rationalis rei priuatę tradātur Officio aut Palatinis ſuper hac cauſa miſſis, noſtro nectenda patrimonio. Mox vero ad nos ſub literis publici Iudicis ſigillatim de omnibus nominatimq; referatur, procul dubio negligētia multanda. Nā ſi quid poſt factam a prædicto Officio inueſtigationē rationalis rei priuatæ cui inquiſitio ſecunda mandata eſt, amplius fortaſsis inuenerit: Officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, vt aliud tantum quantum fuerat ſubtractū, ex propriis facultatibus inferat.

Qui ſibi mortem conſciuit ob criminis publici timorem, bona eius confiſcantur.

Eorum demū bona fiſco vendicātur, qui cōſcientia delati, admiſsiq; criminis, metuq; futurę ſentencię, manus ſibi intulerūt. Ea propter fratrem, vel patrē tuum, ſi nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tędio vitæ, aut furore, vel inſania aut aliquo caſu ſuſpendio vitam finiſſe conſtiterit: bona eorum tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ad ſucceſſores pertinebunt.

De eodem.

Bona eorū qui in cuſtodia vel in vinculis vel cōpedibus deceſſerint, hæredibus eorum nō auferuntur, ſiue teſtato, ſiue inteſtato deceſſerint. Eius bona qui ſibi mortē conſciuerit, nō ante ad fiſcū coguntur, quā prius cōſtiterit cuius criminis gratia manus ſibi intulerit. Eius enim bona qui ſibi ob aliquod admiſſum flagiciū mortem conſciuit, & manus intulit fiſco vendicātur. Quod ſi is tędio vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia id admiſit: non inquietabuntur, ſed ſuo ſucceſſori relinquentur.

Quando fiſcus cōuenit debitores ſuorū debitorū.

Ex dige. nouo de iure fiſci.

Multa principalia ſunt reſcripta, quibus cauetur, nō aliter fiſcū debitorum ſuorū debitores conuenire, niſi principales debitores defecerint, vel ex ratione fiſci nomina facta liquido approbentur, vel ex contractu fiſcali debitores conueniantur.

Quando Theſaurus pertinet ad inuentorē, uel ad fiſcum.

Ex eodem.

Si in locis fiſcalibus, vel publicis, religioſiſue, aut in monumentis Theſauri reperti fuerint, Diui Principes cōſtituerunt, vt media pars ex his fiſco vendicaretur.

Item ſi in

Item ſi in Principis poſſeſsiõe repertus fuerit: dimidiã ęque partẽ fiſco vendicari. Deferre aũt ſe nemo cogitur qui Theſaurũ inuenerit: niſi ex eo Theſauro pars fiſco debeatur. Qui autem in loco fiſci Theſaurum inuenerit, & partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit: totum cum altero tanto cogitur ſoluere.

¶ Fiſcus quando priuati Iure utitur.

Fiſcus cũ in priuati Ius ſuccedit, priuati Iure pro anterioribus ſuę ſucceſsiõis tẽporibus vtitur. Cæterum poſteaquã ſucceſsit, habebit Priuilegium ſuum.

¶ Bona ad fiſcũ pertinẽt, quę creditoribus ſuperſunt.

Non poſſunt vlla boña ad fiſcum pertinere, niſi quę creditoribus ſuperflua ſunt: Idem enim bonorum cuiuſqȝ eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt.

¶ Qui poſſunt in fiſcum deferre, & qui non.

Deferre nõ poſſunt mulieres propter ſexus infirmitatẽ: Itẽ clariſsimi viri propter dignitatẽ: Item dãnati, ne deſperati ad delationẽ facile poſsint ſine cauſa cõfugere: Item veterani, propter honorẽ & merita militię: Item milites propter honorẽ ſtipendiorũ: Item Tutores vel curatores cauſam pupillorũ vel adoleſcentum ſuorum. Poterit tamen cauſam cõmunem ſibi cum fiſco quiuis deferre, nec per hoc famoſus eſt, licet in cauſa ſua non obtinuerit.

¶ Sed delator non probans, ſimulqȝ mandator puniuntur.

Non tantũ delator punitur, ſi nõ probauerit: ſed & mãdator, quẽ ipſe exhibere debet delator.

¶ Bona in fraudem fiſci alienata reuocantur.

In fraudẽ fiſci nõ ſolum per donationẽ ſed quocũqȝ modo res alienatæ reuocantur. Idemqȝ Iuris eſt, & ſi non quęratur: Aeque enim in omnibus fraus punitur.

¶ Qui ſoluit fiſco pro alio, habet Priuilegium fiſci.

Qui pro alio a fiſco cõuentus debitũ exoluit: nõ inique poſtulat perſecutionẽ bonorum eius, pro quo ſoluit: in quo etiã adiuuari per Officiũ ſolet. Fiſcalibus debitoribus petẽtibus ad cõparandam pecuniã dilationẽ negari nõ placuit. Cuius rei ęſtimatio ita arbitrio iudicãtis cõceditur, vt in maioribus ſummis nõ plus quam tres mẽſes, in minoribus vero nõ plus quã duo prorogẽtur, prolixioris aũt tẽporis ſpaciũ a Principe poſtulandũ eſt. Si Principalis rei bona ad fiſcũ deuoluta ſunt, fideiuſſores liberãtur: niſi forte minus idonei ſint, & in reliquũ nõ exolutę quãtitatis acceſſerit. Si plus ſeruatũ eſt, ex bonis debitoris a fiſco diſtractis, iure ac merito reſtitui poſtulatur. Cõductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt, nec cypreſsi materiã vendere, vel oliuę, nõ ſubſtitutis aliis: cęteraſqȝ arbores pomiferas cędere, & facta eius rei ęſtimatiõe in quadruplũ cõuenitur minoribus 25. annis, neqȝ fundus neqȝ vectigalia locanda ſunt ne aduerſus ea beneficio ętatis vtãtur.

¶ De ſentenciam paſsis & reſtitutis.

Reſtitutio a Principe conceſſa damnato, reſtituit eum in priſtinum ſtatum etiã quo ad honores & bona: ſi de vtroqȝ in ędicto Principis caueatur.

CAPITVLVM IX.

De ærario.

Vt fiſcus patrimoniũ Principis eſt in Monarchia, ita ęrarium dicitur pecunia populi in Ariſtocratia vel Democratia. Etſi aũt vix vſqȝ gentiũ forma Reip. aut ſanctior, aut ſtabilior repereri queat, qȝ apud nos eſt: quod Senatus populuſqȝ pro magna parte publicę poteſtatis ſunt cũ Rege participes: perindeqȝ bona fiſci amitti nõ poſſunt, quod tantũ vſui Pricipis ſunt permiſſa: Nihilominus tamẽ quia funiculus duplex (vt dicitur) fortior eſt, nõ raro maiores noſtri vltra fiſcũ, ęrariũ quoqȝ tanqȝ neruũ Reip. fortiſsimũ inſtituere ſunt conati: ad quod inferrẽtur Annatæ, & alii huiuſmõi Cẽſus, nõ ſine grãdi Simoniacę leprę nota nũc Romã perferri ſoliti: pretereaqȝ bona ab inutiliſsimis quibuſdã vẽtribus obſeſſa verius quã poſſeſſa:

COMMENTARIUS.

ſæpe Polo. ærariũ instituere conabantur.

Qui prouentus in ærariũ eſſent referẽdi.

poſſeſſa:ſimiliterq́; res ob aliquod inſigne ſcelus dãnatorũ publicatę : Inſuper,ex vltronea liberalitate quotacũq́; portio facultatũ ab omnibus Reg.ſtatibus quot-annis cõferendarũ. Cuius quidẽ pecuniæ, vt in omnibus Prouinciis ex omnibus ſtatibus quęſtores eſſent iurati,ita vt tantũ in repẽtinos, eoſq́; magnos Reip. caſus ſeruarẽtur,eſſet magnũ operę preciũ hoc quippe cõſilio Epiſcopi & ipſorũ Canonici recens inauctorati cõferunt ſymbolũ ſuũ in templorũ gazophilacia : hoc

Exempla ærarij domeſtica.

etiam Ciues & Oppidani Ciuitate donati in cõmune dant,quod ex plebiſcito dare iubẽtur.Sola Reſpub. Regni mater cõmunis omniũ nõ habet, quod quidẽ illi

Reipu. nemo quitq̃ dat,tametſi omnes ex ea prædas agunt.

quiſq́; ex hac vel illa cauſa det:quamq́; beneficio eius cœterę omnes Reg.partes viuũt,aluntur.& cõſiſtunt, tenues ſi quidẽ paupertatẽ,dites libertatẽ pretexunt: qui vero remotiores ſunt a cõfinio hoſtiũ,operas ſuas illi pollicentur.& bellũ crepant,ita Reſp.quę in medio eſt,ſi q̃d ei dandũ veniat,ab omnib.deſeritur:porro ſi qua ſpes lucri affulſerit ex ea : Deus bone,quã turmatĩ corui predę inhiãt. Et ad opima quidẽ ſacerdotia,vt ſe appellãt,obedie̅tię filii,ſeruitores, & curieñ.Capellani cõuolant:& hęc,vel illa Iura prerogatiuas,& bullas afferũt,iactãt,pretendũt. ad Ciuiles aũt Magiſtratus aucupãdos,ſãguis vetus,cincĩnati.& ornamẽta Curiæ cõcurrunt,auitaſq́; familias, & merita plerũq́; (excipio dignos) Thraſonice apportant:vt modo Reip.Magiſtratib.& famẽ domeſticã expleãt,& ſui loci atq́; ordinis municipes titulis & opibus male cõgeſtis anteeãt.Quod ſi q̃d dandũ,vel faciendũ eſſet Reip.cauſa:mutos e ueſtigio illos oratores,nulloſq́; magnificos videas:quin prefractos ſtatim dñ̃os,ex illis obedientię filiis cernas:illos aũt meritos patricios ſtatĩ refrixiſſe mirere:neue nihil ad excuſationẽ ſui adferre videãtur,alteri dicũt,religio nobis eſt ne veniãt Rom.& tollãt locũ noſtrũ:alteri,preſtat dimidiũ Reg.ferro igniq́; vaſtari,quã vel latũ vnguẽ de libertate periclitari: cuius q̃dẽ ſum9 colũnę,et anteſignani.Et eq̃dẽ ſẽtio q̃to hęc cũ odio ſcribo,neceſsitas tamẽ

Difficiles caſus oſtendunt fidem in Rempub. municipum.

publica me quoq́; ſic queri cogit. Vidi enĩ vidi in multis,id quod ſcribo verũ eſſe: præſertĩ vero cũ nuper fama capti Braczlauii,Rege tũ in Lithuania agente, nos omnes rei nouitate perculſit,alius enĩ alio viſus eſt prudẽtior ad excuſationẽ ſui, quominus vel obuiã hoſti ſeſe corriperet,vel militib.numeraret ſtipendiũ. Quoad fortiſs.vir IOhãnes a Tarnouu Comes Caſtell.Crac.Sãdomiria ad primũ Nũcium in Ruſsiã ꝓfectus,Illuſtri viro PETRO Kmitæ a Viſnicze Comiti Pal. & Capit.Crac.ꝓfectionem eodẽ cũ Magnif.viris L. SPITEK Iordano Sãdec. Valẽtino DAMBIENSKI Byeceñ.Caſtell. aliiſq́; Nobilib. viris adornãti, ſignificauit hoſtes finibus exceſsiſſe,fruſtra illos inſtituere expeditionẽ.Quo audito Illuſtr.Heros,IOHANN. a Tanczyn Comes Palat.Sandom.quaſi alter noſtrę Reip.Neſtor,ne hoſtes in orã Reg. omni preſidio nudatã reuerterentur, primus omniũ cenſuit, ac cõſcribendũ eſſe militẽ perſuaſit, ſi Rex ratũ nõ haberet,ſuo & ipſorũ Procer.ſtipendio per mille floreños cõferendo:aſſeuerans ſe fortunas,honorẽ,ac vitã etiã ipſam,ſuęq́; poſteritatis,ipſi Reip.ferre accepta:ac proinde iuſtum eſſe,vt cũ vtilius per occaſionẽ nequeãt,parte fortunarũ eidẽ ſeruiãt Cum ergo & innumeri alii eiuſmõi euentus doceãt,ærarii vſum in Rep.ad multa perneceſſariũ eſſe , dabunt mihi veniã boni viri , ſi quibuſdã hic intẽpeſt ue queri videbor. Niſi enĩ tum dicti heroes ſuo ſtipendio militẽ in oras Reg. miſiſſent , fortaſſe hoſtis negligentes iterum etiã atq́; iterum impune fuiſſet adortus ; & dormientibus nobis , vel alioqui circa aliquid aliud occupatis, quoties voluiſſet prædas egiſſet , cum magno Reipub. dedecore ; atq́; tot animarum , corporum , & rerum inæſtimabili damno,ac iactura.

Libri Secundi Statutorum Finis.

STATVTORVM REGNI POL.

LIBER III.

De Reb9 ac fundis Regni municipũ.

PRAEFATIO.

AD SPECTAB. ET MAGNIficum Dominũ Iohannem Ocyeski Reg. Pol. Vicecancellar. Succamerariũ & Burgrabium Cracouieñ. Sandeceñ. & Olſtin. Capitaneum.

QVi prudentia, fortitudine, aut liberalitate inſigni bello paceue Rempub. iuuant: iis inter alia præmia virtutũ, agri quoqꝫ in priuatum vſum dari ſolent, vt ſcilicet bonis eius Reipub. viuant, cui ingenio, robore, aut opibus erant vtiles. Quia vero bonos bonis propagari ſolere videmus, beneficiũ hoc in poſteritatem quoqꝫ ipſorum parentũ Principes tranſmitti, & eandẽ Iure Nobilium ac Reipu. militum cenſeri, ac dici voluerũt. Quibus quidẽ Nobilibus ne eoſdem agros ipſimet Principes recipiãt, vel Spirituales prece, vel etiã Ciues merce prę̨ripiãt, legibus eſt prouiſum: nimirũ quod beneficium Principis ratum eſſe decet: alteri aũt vitæ ſuæ inſtituto a militia huius mũdi abhorrent: porro alteri priuatis queſtibus intenti, Reipub. munia ſus deqꝫ faciunt. Alioqui ſi cõtra fieret, ſolius Principis diuitiæ, paupertas vero militũ, Reipub. fraudi eſſent: & ipſa Reſpub. fortibus nudata, imbellibus aũt plena, vel prędæ tot hoſtium pateret, vel ſuiſmet viribus agitata cõcideret facile. Cum vero & virtus ſtudio ac labore paretur, & ipſa præmia virtutis in medio poſita ſint: Si qui ægre ferunt ſe infra poſitos eſſe, contendant ſane ad virtutẽ, & ferent brauium. Namqꝫ & Nobiles, ſi potius queſtuariis quã militiæ artibus ſe dedãt, diminuũtur capite, & ipſius militiæ prerogatiuis excidunt: Et ſi aũt Spirituales, Principum ac ipſius Nobilitatis beneficio fundos etiam poſsideant: Neqꝫ tamẽ ad hæredes illorũ tranſeunt, neqꝫ ab Eccleſiis alienantur, ne videlicet aliquãdo miniſteriũ Eccleſię ob inopiã Sacerdotum ſiſtatur, pauperum alimonia pereat, ſtudioſorũ abſorbeantur ſumptus, aut etiã ingruente vi maiore, ad tuendã Eccleſiã, redimendoſqꝫ captiuos neceſſariæ, alio quam fuerunt inſtitutæ, cõuertantur facultates. Porro quãuis militię humanæ finis eſt erga patriã charitas: nõ impie tamen & ſtipendiũ, vt cauſa propter quã militamus, finis proponi poterit. Nihilominus in militia Chriſti ſecus ſe res habent, totos enim addici oportet vni Chriſto: præter quem alia omnia æſtimari debent, vt ſtercora. Alioquin ſi quis Sacerdotio nomen ſuum dederit, vt & licentius viuat, & paupertatẽ ſuam, ſuorumqꝫ coaceruatis per fas perqꝫ nefas poſſeſsionibus locupletet: audiat Origenem cõtra ſe grauiſsime detonãtem. Vis (inquit) ſcire quid interſit inter Sacerdotes Dei, & Sacerdotes Pharaonis? Pharao terras cõ-

Meritorũ in Rempu. præſtitorũ agri etiam præmia ſunt.

Item in militiam inautoratio.

Agri militũ neq; a Sacerdotibus, neq; a Ciuib. uſurpari poßũt.

Tantum uirtuti præmia debentur.

Quare fundi Spiritualiũ alienari nequeant

Militiæ humanæ & diuinæ fines & præmia longe diuerſa.

Grande flagiciũ eſt, ex patrimonio ditteſcere Chriſti.

Homilia 16. ſuper caput Geneſeos 47.

cedit Sacerdotibus ſuis: Dominus aũt Sacerdotibus ſuis partẽ non concedit in Terra, ſed dicit eis: Ego ſum pars veſtra. Obſeruate ergo qui hæc legitis, omnes Dñi Sacerdotes, & videte quæ ſit differentia Sacerdotũ, ne forte qui partẽ habẽt in Terra, & Terrenis cultibus ac ſtudiis vacant, nõ tam Dñi quã Pharaonis Sacerdotes eſſe videãtur. Ille enim eſt, qui vult Sacerdotes ſuos habere poſſeſſiones Terrarũ & exercere agri nõ animę culturã, ruri & nõ Legi operã dare. Chriſtus aũt Dominus noſter Sacerdotibus ſuis quid præcipit, audiamus. Qui nõ abrenũciauerit, inquit, omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Contremiſco hæc dicens. Meus enim primo omniũ, meus inquã ipſe accuſator exiſto, meas condemnatiões loquor. Negat Chriſtus ſuum eſſe diſcipulũ, quẽ viderit aliquid poſſidentem, & eum qui nõ renunciat omnibus quæ poſſidet. Et quid agimus?

Profecto pauperem Chriſtum hoc tempore pauciores ſequerentur diſcipuli, ſi partim Maria Magd. ſua unguẽta, partim herodes ſuũ chlamidẽ ei detraxiſſent.

quomodo hæc aut ipſi legimus, aut populis exponimus, qui nõ ſolũ non abrenunciamus his quæ poſſidemus, SED ET ACQVIRERE VOLVMVS EA QVAE NVNQVAM HABVIMVS ANTEQVAM VENIREMVS AD CHRISTVM? Nunquid nam quia nos redarguit cõſcientia, tegere & non proferre quę ſcripta ſunt poſſumus? Nolo duplicati criminis fieri reus. Confiteor hæc palam, populo audiente, confiteor hæc ſcripta eſſe, etiã ſi nondum impleſſe me noui. Sed ex hoc ſaltem cõmoniti feſtinemꝰ implere, feſtinemus tranſire a Sacerdotibus Pharaonis quibus Terrena poſſeſſio eſt, ad Sacerdotes Dñi, quibus in Terra pars nõ eſt, quibus portio Dñs eſt. Talis enim erat & ille qui dicebat: Tanquã egentes, multos aũt locupletantes. Vt nihil habentes, & omnia poſſidentes. Paulus hic eſt, qui in talibus gloriatur. Vis audire

Sed habet nũc ſucceſſor Petri tantũ auri & argenti, quantum nullus in mundo Monarcha.

quid etiã Petrus de ſe ipſo pronunciet? Audite eum cũ Iohanne pariter profitẽtem, & dicentem. Aurum & argentum nõ habeo, ſed quod habeo hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. Vides Sacerdotũ Chriſti diuitias, vides nihil habentes, quãta & qualia largiuntur. Iſtas opes largiri nõ poteſt Terrena poſſeſſio. Quæ quidẽ Origenis verba cum vera ſint: certe Sacerdotes Dñi, in libertate, ſeruitutem: in ocio, labores cogitent: nõ fratres ditent, ſed quos oportet iuuent Eccleſiæ diuitiis, ipſi profeſſam retineãt paupertatẽ.

Quales oporteat eſſe ſacerdotes in ſummo ocio, ac opibus.

Etenim pro ouibus ſuis ſemper vigiles excubare, & quę poſſident, agnoſcere debent eſſe aliena: ita vt ex functiõe ſua nihil niſi onus & ſollicitudinẽ reportẽt: ex gazis etiã Eccleſiæ, nihil niſi prouidentiæ ac fidelis omnium rerum diſpenſatiõis lucri faciãt mercedẽ: vt eo modo ſcilicet militiæ Cœleſtis ac Terrenæ diuerſa omnino præmia cõſpici poſſint, atq; expectetur: & ſint vere, vt dicuntur, Spirituales. Nam & ipſi milites ſi ſuas opes in ſtipendiũ militiæ illis datas turpiter profundant: quaſi proditionis rei tenentur, aut enim rapto, aut miſere illos militare egeſtas cogeret, ita vt ex æquo Reipub. interſit ne quis ſcilicet vel malos quęrendarũ opum modos tentet, vel re ſua abutatur. Cum aũt iam de rebus Diuinis Lib. 1. Cap. 4. & publicis Libro 2. egimus: nunc de rebus priuatis agamus.

Res priuatæ aliæ corporales, aliæ incorporales.

Quæ quidẽ ſunt aliæ corporales, aliæ incorporales. Corporales ſunt, vt fundus, veſtis, aurum, argentũ deniq; & aliæ res innumerabiles. Incorporales, quæ tãgi nõ poſſunt: vt ſunt Iura vtendi, fruendi, & obligatiões, nec ad rem pertinet, quod in hæreditate res corporales continentur: nã & fructus, qui ex hæreditate percipiũtur, corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatiõe debetur nobis, plærumq; corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia. Sed ipſum Ius vtendi, fruendi. & obligatiõis: incorporale eſt. Eodem numero ſunt Iura prædiorũ vrbanorum, & ruſticorum: quæ etiã ſeruitutes vocantur.

Acquiruntur res nobis iure Gentium. Et iure Ciuili.

Acquiruntur vero nobis res, partim Iure gentiũ, vt occupatiõe, captiuitate, inuentiõe, natiuitate, alluuione, ſpecificatiõe, acceſſione, plãtatione ſatione cultura, traditiõe: partim Iure Ciuili, vt vſu capione, præſcriptiõe, donatione, teſtamento, legato, fidei cõmiſſo, ſucceſſiõe, arrogatiõe, adiectione: & horum modis ſimilibus. Porro cũ Clariſſime vir, & Nobilitas generis tibi antiqua cõtigit, & tã exercitato ſis ingenio, vt omnibus fere honoribus ac Magiſtratibus ſapienter, iu-

ſte, fortiter,

ſte,fortiter,ac liberaliter,vbiq; aūt moderate,magnaq; cum gratia bonorum omnium, ſis defunctus: tibi hunc Librū dedicare volui,vt in eo ſ. recognoſcas,num tot Magiſtratuum ac Ordinum Officia,fundorūq;,& actionum Iura,ſatis fœliciter ex ipſis legibus deſcripſerim. Quis enim in expendendis patriæ legibus te Ariſtarchus oculatior eſſe poteſt? quo neq; Iuriſconſultus acutior, neq; in dicenda ſentēcia Senator prudentior, neq; in obeundis legatiōibus, dādiſue reſponſis Orator eloquentior,neq; in Sigilli vſu Cancellarius fidelior fuerit quiſquā. Ad hęc enim ſumma fecerunt tibi gradum inferiores bene geſti Magiſtratus: vt neq; Notarium,neque finium regundorū arbitrum municipes Cracou.neq; aliæ Prouinciæ tibi creditę meliorem Præfectum adhuc deſiderent,quibus quidem omnib9 muniis magna cum laude geſtis, facile es conſecutus, vt & Sapientiſs. Rex olim SIGISMVNDVS te magna cum omnium ſpe & expectatiōe Ducem Equitatus ſui Regii cōtra Moldauos præfecerit,& Caſtell.creatum in ſuum cōſilium cooptarit, deindeq; moriens Sereniſsimæ Bonæ cōiugi ſuæ relictæ Curiæ te Magiſtrum & quaſi Tutorē fecerit. Quod quidē tanti Regis de te præiudicium tantum valuit,vt SIGISM. AVGVSTVS aliis functiōibus te exautorauerit, quo legibus ſatisfieret: Cancellarium aūt,hoc eſt animā Reipub. ſuumq; fecerit Theſeum,ad ferenda ſecum Regni onera fidiſsimū. Quæ quidē tua functio, & ſi ſe quaqua verſus per omnes Reipub. partes diffundat: circa res tamen municipum,de quibus hic Tercius Liber eſt,pręcipue cōſiſtit,& verſatur,ac proinde tuo patrocinio tutus prodibit, quando quidem Regni municipes tuæ prudentiæ,ęquitati,& erga ſe beneuolentiæ valde cōfidunt: futurum ſperans, vt ne quidē Momus habeat quod quidē reprehendere queat in eo,ſi tuo calculo fuerit ſatis cōprobatus.

Apud populum tris fidem conciliant.

CAPITVLVM I.

De Reb9 ac fundis Regni municipū.

ARTICVLVS I.

Fundi Spiritualiū & Sæculariū Nobilium ſunt liberi ab omnibus ſeruitutibus, oneribus,& tributis Regiis, præter fumalia. Quos quidem fundos Rex nemini accipiet, niſi Iure victis, aut de Regno malicioſe profugis: pœnas tamen Iudicialiter decretas nemini conferet.

Generalis Iurium confirmatio, ſupra

Libro Primo Capitulo Secundo uideatur.

Fundi Baronum & Nobiliū liberi ab omnibus oneribus. Lex I.

40. Ideo ob merita, fideliaq; ſeruitia facta, & uolūtates uniuerſitatis ipſorū,quæ nobis & noſtris pueris utriuſq; ſexus,facto fideli omagio præſtiterūt, & impoſterū loco & tēpore fidelia ſeruitia ſunt parati, dante Dño,exhibere:eos ſpeciali fauore proſequēdo: Ciuitates,Caſtra,poſſeſſiones,Oppida,& Villas,Incolas Villarū,totius Regni Poloniæ inhabitantes ipſorū Baronū & Nobiliū omnium, abſoluimus, liberamus,

Ludou. Kaſſ. 1374 Idem lib. 2. cap. 7. de fumalibus.

Ludouicus liberat Polonos ab omnibus datiis, laborib. ſeruitiis.

& eximimus ab omnibus & ſingulis collectis, donatiōibus, ſiue tributis tam generalibus quã ſpecialibus. quocũꝗ nomine cēſeantur: & ab omnibus ſeruitijs, laboribus, uexatiōibus, angarijs, præangarijs, in rebus & perſonis cōmittēda, pure & ſimpliciter ſolutos & abſolutos eſſe uolumus ac exemptos. ❡ Sed his tantũ uolumus eſſe cōtenti, quod duo groſsi uſualis monetæ in dicto Regno currētis, quorũ 48. Marcã faciunt Polonicalē, de quolibet manſo, uel ſorte locatis, uel poſſeſsis, ſingulis annis, nobis, & noſtris ſucceſſoribus, in feſto beati Martini Cōfeſſor. in ſignũ ſummi dominij, & recognitionē Coronę Reg. Pol. exoluãtur.

Ludouic. duos groß. de laneo menſæ Regali reſeruat Pro feſto ſancti Martini ſoluendos.

Rex ſtationes apud Barones & Nobiles non faciet. Lex ij.

Ex Ludou. eodē Priuil. Kaſſou. 1374.

Præterea ſi per Regnũ illud quocũꝗ tēpore nos & ſucceſſores noſtros procedere cōtigerit, deſcēſus ſuper Barones, Nobiles, Milites, ipſorũꝗ populum, Kmetones ſeu luagiones nō faciemus, cōtra ipſorũ uoluntatem: nec aliquid occaſione dicti deſcenſus exigi faciemus ab eiſdē. Quod ſi alias pro faciēdo deſcenſu diuertere nō poſſemus: extunc pro noſtris ſumptibus & pecunia nos procurari in uictualibus & alijs neceſſarijs faciemus. ❡ Inſuper omnes Barones, Magnates, Nobiles, Ciuitates, Oppida, Villas, poſſeſsiōes eorundē, populũ, & Kmetones, in eorũ libertatibus pollicemur & ſpondemus cōſeruare: nec nos cōtra illas intendimus aggrauare, uel per quempiam faciemus aggrauari. 41.

Ludouic. promittit omnes incolas Reg cuiuſcũq; conditionis fuerint in libertatib. eorum cōſeruare.

Similis.

Vlad. Iagell. in Priuil. Iedln. 1433.

Item pollicemur quod nullas ſtatiōes, ſeu procuratiōes, uel deſcenſus, in Ciuitatibus, Villis, & hereditatibus, Curijs, ac prædijs Eccleſiarũ, Nobilium, & Terrigenarũ noſtrorũ faciemus. Si uero caſualiter, opportunitate & neceſsitate nos cogēte, ſtationē in bonis, Ciuitatibus, Caſtris, aut Curijs Eccleſiarũ, Nobiliũꝗ nos facere cōtigerit: Extũc nil ui uel potentia recipere faciemus, uel quomodolibet facere, & recipi permittemus: Immo quoꝗ neceſſaria noſtris pecunijs ꝓprijs uolumus cōparare 51.

Cuiau. & Dobryn. ab auenæ trib. lib. L. 3

Vlad Iagello Iedln. 1433.

Item omnes Incolæ Terrarũ Cuiauieñ. & Dobryneñ. de auena ſolita quã nobis ſoluere cōſueuerunt, ad decē annos duntaxat nobis reſpōdere ſint aſtricti, quibus euolutis, ab huiuſmōi auena liberi ſint, & exēpti. 52.

Ruſsia etiã a tributo auenæ libera. L. 4.

Idem.

De auenæ uero contributionibus nobis ad tempora uitæ noſtræ, ſola Ruſsia reſpondebit. 52.

Porro quod a ſolutiōe Teloneorũ, pon-

talium & foralis

DE FVNDIS NOBIL-
talium & foralium Spirituales, & Seculares, una cum ſuis ſubditis, liberi ſunt: niſi forte mercaturam exerceant. Lex v.

Quam Libro Secundo Capitulo de Teloneis vide.

Rex nulli, niſi Iure victo, bon. reci. L. 6

48. Item ut gratia uberiori cōſolentur a nobis, etiā nos fide & ſeruitijs amplioribus proſequātur, promittimus, quod exnūc, & de cetero, nunquā alicuius ſubditi Regni noſtri cuiuſcūq; dignitatis, eminētiæ, ſtatus, aut gradus fuerint, bona hereditaria recipiemus, cōfiſcabimus, recipi, uel cōfiſcari faciemus. ℂ Nec ſe de eis per nos uel Officiales noſtros, uel alios quoſcūq; homines, intromittemus, uel intromitti faciemus, pro quibuſcūq; exceſſibus, aut culpis, niſi prius ſuper hoc præcedat Iudicū noſtrorum, quos ad hoc deputauerimus, cum noſtris Prælatis, Baronibus, matura cognitio & ſentencia ſequatur. *Vulad. Iagell. ex Priuilegio prope Czeruyensko 1422.*

Similis.

52. Nulli aūt bona ſeu poſſeſſiōes recipiemus, niſi fuerit Iudicialiter per Iudices competeñ. uel Barones noſtros nobis condemnatus. *Vulad. Iagell. in Priuilegio Iedln. 1433.*

Similis.

92. Inprimis igitur pollicemur uerbo noſtro Regio, Quod * nulli bona recipi mandabimus * niſi fuerit prius Iure conuictus. *Kazimir. 3. in Nyeſſ. & Oppoki 1454.*

35. 36. Sed bona malicioſe de Regno fugientis & facientis damna cōfiſcantur: dotalicio uxoris ſaluo. Lex vij. *Kazim. Viſl. 1368*

Quam vide infra Cap. 6. Aritic. 4. de Iure dotiū, & Cap. 14. de Treugis.

48. 49. Inſup pœnas Iudicialiter decretas in ſubditis ſuis Rex nemini debet conferre. Lex viij. *Ex Priuil. Iagell. prope Czeruyensko.*

Quā vide Lib. 1. Cap. 12. Artic. 27. de forma exequendæ Rei Iudicatæ.

ARTICVLVS II.

Ne Ciues & Plebei bona Terreſtria poſsideant, niſi forte Ciuium cōmunitates, alioquin ſi ad Nobilium gradum ſunt literis Principis inauctorati, militent, neque ſe negociis vilioribus mancipent.

Ciues & Plebei bona Iuris Terreſt. poſſiden. vendāt, nec ea acquirant. Lex I. *Iohann. Albertus petricouiæ 1496.*

305
306 Item Statuimus, quod Ciuibus & Plebeis undecūq; exiſtentibus, Oppida, Villas, prædia, & bona alia Iuri Terreſtri ſuppoſita, emere, tenere, poſsidereq;, ꝑpetuo, uel obligatorio modo liceat minime: ex eo, quod in profectiōibus bellicis, & aciebus ordinatis, locū inter Nobiles cōpetentem nō haberent. Quodq; illi bonis talibus habitis, occaſiones quęrere conſueuerūt, *Eiuſdem lib. 1. cap. 6. art 9. de Offic Pal. & cap. 12. art. 4. de Capit. & iterum lib. 1. cap. 16. art. 6. de Ciuibus fuit mentio.*

Ciues & plebei nulla bona Terreſtria poſſidebunt: & ſi reſignarētur illis, ſit reſignatio irrita et inanis

conſueuerūt, ſe a bellicis expeditiōibus liberādi: et inſuper, cū ipſi domos & bona in Iure Ciuili ſita Nobilibus nō admittāt reſignari: eadē uiciſſitudine & illis bonorū in Iure Terreſtri ſitorū exēptio uidetur eſſe nō ab re prohibenda. Quodq́ Iudices Terreſtres & Caſtreñ. Inſcriptiōes huiuſmodi in fauorē & perſonas Ciuiū fiendas nō admittant, admitterecq́ nō præſumant: & ſi ſecus fecerint, extunc quitquid inſcriptū fuerit cōtra Conſtitutionē huiuſmōi, id irritum, nullum, & inane decernatur eſſe Statuto præſenti mediāte. ¶ Et quod illi, qui iā in effectu bona Terreſtria uſurparūt, illa hinc ad decurſum tēporis, quo cōmode iſtud facere poſſent, uendere teneātur ſub pœnis, quas ex illis ſecus facientibus iuxta arbitrium noſtrum, & Palatini Terræ, in quo illa conſiſtunt, exacturi ſumus irremiſſibiliter.

Plebei bona in Iure Terreſtri poßidētes uēdere teneantur ſub pœnis, quas M. R. ex illis iuxta ſuū, & Palatini arbitrium exactura eſt.

Ciues bona Terr. poſsidē. militēt. L. ij.

Alex. in Rad. 1505.

Libertas a bello ciuilibus data nō tenenda decernitur.

Cum Mercatores, negociatores, & Ciuitatū Incolæ fortunatiores ſunt 118
cōmuniter ad opes per induſtriā aſſequendas: quibus aucti bonis Ciuilibus, bona etiā Terreſtria accumulātes, cōſueuerunt a bello abſolutiones obtinere: ut quemadmodū per induſtriā bona aſſequūtur, ſic etiā libertate maiori quā Nobilitas in eis potirētur, quod etſi priuata ſua rei domeſticæ cura faciāt cōmendabiliter: tamē quia iſtud in Repub. abuſum & diſſenſionē pareret: quādo quidē Nobilitate ſanguinis profuſione Rempub. & Terreſtrē tranquilitatē tutāte, fortunati Ciues fortunas Terreſtres occuparēt, & Nobiliū uictum uſurparēt. Et nihilominus ab oneribus publicis per induſtriā, ut fit, ſe eximerēt: Non indignū ergo cum Prelatis, Cōſiliarijs, Baronibus, & Terrarū Nuncijs cenſuimus. Quod Ciues habentes bona hereditaria Terreſtria ad expeditionē bellicā obligata, nō ſint exēpti & liberi ab eadē bellica expeditiōe, quotiens fuerit inſtituta, literæq́ Maieſtatis Regię abſolutoriæ ab huiuſmodi expeditiōe datę uel dādę locū nō habeāt, alias prout in Priuilegio Alberti Regis fratris noſtri ſupra ſcimus latius eſſe conſtitutum.

Mod⁹ exemēdor. Ciu. de bonis terr. L. 3

Sigiſm. Petr. 1538.

Antiquis Conſtitutiōibus prædeceſſorū noſtrorū innitētes, & ſubditorū noſtrorū petitiōibus permoti, decernimus, ut Ciues & Plebei ſecundū Statutorū prohibitionē, bona hereditaria Terreſtria deinceps nō emant, & Inſcriptiōes quæ in Iudicijs Terreſtribus illis ſuper hoc factę fuerint, ſint ipſo facto nullæ. Iudex uero Inſcriptionē admittēs, pœnam Centum Marcarum incurrat, ab eo ex Officio exigendam.

Bona aūt quæ hactenus Ciues ipſi poſsiderūt & poſsident, tenebūtur infra tempus quatuor annorū illa cuicūq́ uoluerint Nobili & indigenæ Regni uendere, ſub amiſsiōe eorundē bonorū, quæ modo præmiſſo per nos uendi, & pecuniæ pro defenſiōe Regni cōuerti debebūt. Ita tamen quod

men quod ea bona ad hunc modū uēdita poterint proximiores eorum Nobiliū qui ea uendiderāt & alienauerāt, pro eadē ſumma, pro qua uēdita erāt, infra annū, a tēpore uenditiōis factæ redimere: Hoc tamē extēdi nō debet ad Ciuitates & cōmunitates earundē, quæ bona hereditaria Terreſtria uigore Priuilegiorū antiquorū in cōmune obtinēt. Secus de Priuilegijs, quę ante Statutū Iohann. Alber. Regis cōceſſa ſunt.

Ciuitatum cōmunitates poſſunt bona Terreſtria tenere.

Similis.

Sigiſm. Crac. 1543.

De Ciuibus & Plebeis bona Terreſtria nō poſſeſſuris executionē Statutorū facere uolumus. Inprimiſq; Statuti anno ab hinc quarto facti, & iā nōnullas perſonas eo nomine ad nos citauimus literis noſtris.

Qui Ciues bona Terreſtria tenere poſſunt, vel non. Lex iiij.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Ciues qui Terreſtria bona habēt, cum pro illis citabūtur ab aliquo, cōſeruabimus nos iuxta Ius: Quorū alij etiā Nobilitate ſe defendere non poterint. Qui literas ſuper Nobilitationē ſui obtinētes, ſuſcipiūt in ſe negocia, quæ ad ſtatū Militarē non pertinent: Quę quidē ſunt Statuto deſcripta: quorū nullus ſe talibus literis in Iudicijs defendere poterit.

ARTICVLVS III.

Regni municipes frumenta ſua vendant vbiq; cui velint, demittāt quo volunt, & demiſſa Gedani libere vendāt, aut alioqn Gedañ. literas oſtendāt, qbus doceāt quod tantū ipſis Ciuib. ea frumēta vēdere cogātur.

Neq; Capitan. neq; Ciuitatū Officiales

Sigiſm. Crac. 1532.

prohibebūt, quo minus Nobiles aut extra Regnū euehant ſua frumēta, aut uenientibus aduenis libere uendant. Quocirca ut & Bidgoſtiæ libere illa uendāt Capit. ſub pœna xiiij. Marc. prouidebit. Lex I.

Quam vide Libro I. Capit. 12. Articul. 17. de Capitaneis, Sed Libro I. Capitulo 16. Articulo 11. de Ciuibus ponitur.

Fluuij etiā ad nauigād. liberi ſūt. L. ij.

Quam vide Libro 2. Capitulo 3. de Fluminibus.

Gedan. Priuil. doceāt, quod Nobil. cōgatur illis frumēta ſua vēdere. Lex iij.

Sigiſm. Crac. 1539.

Grauiter queſti ſunt nobis Nobiles Regni noſtri de magnis difficultatibus quibus in frumēti uenditiōe premi ſe a Gedaneñ. Ciuibus & ſubditis noſtris dicebāt. Qui plerūq; in has eos anguſtias adducūt, ut quāti ipſi uelint frumēta diſtrahere cogātur: dum præciſa ſit poteſtas alijs ea quā Ciuibus Gedaneñ. uendendi, horū itaq; clamoribus aſsiduis uicti, facturos

cti, facturos nos polliciti ſumus, ut in his quæ proxime habituri ſumus Comitijs Gedaneñ. exibere Iura ſua & Priuilegia mandamus: quibus nixi, liberam cui uelint frumenta uendendi facultatem Nobilibus Regni noſtri non permittunt.

ARTICVLVS IIII.

Nobiles primo omniū ſalutem ſubditorū ſuorū pro rata parte curent: hæreticos in bonis ſuis ne foueāt: domus tutas poſsideāt ab inuaſoribus: & furibus: in Villis ne mercentur: preter pecudes, pecora, & frumenta, ac quosuis liquores: a Ceruiſiis ducillia etiam ne ſoluant.

Vt Rex, ita Nobiles quoq; pij ſint: meditēturq; ut ſubditis ſuis uiā æternę beatitudinis demōſtrēt. Lex I.

Quam vide Lib. 1. Capi. 4. Artic. 8 de Officio Regis, Epiſcoporū, Archidiaconorū, & Sacerdotū, nec nō Capitaneor. Nobiliū, ac fraternitatū in Eccleſia Dei.

Bodzanta.

Proinde tēpla per Nobil. ſeu patronos dotata per Epiſcop. cōſecrētur. Lex ij.

De iurepatronat. uero Nobilium a Cortiſanis defendendo: & niſi ipſi Cortiſani Roma redeant, & reſideant in ſuis ſacerdotijs proſcribendis uide fol. 93. 94. 95.

Et ut Diuinus cultus noſtris tēporibus augeatur, promittimus, quod ubicumq; Nobiles continuā ſuſtentationē presbiteris aſsignare curauerint: eiſdē Eccleſiam in bonis ipſorū fundabimus indilate. 57.

Idem Folio 122. poſitū eſt ibidēq; ne Eccleſiarū paſtores exigāt pecuniā a Sacramentis adminiſtratis: quę vtiq; omnino ita vt ſunt præcepto Diuino inſtituta, ab Apoſtoliſq;, & primitiua Eccleſia vſurpata, dari, & ſumi debent inuiolabiliter: citra vllum ſuperſtitioſum augmentū, vel impium detrimentū. Sed & pius Parochus in Eccleſia ſua ſcelera, pro eo atq; poteſtatē habet ea corripiendi, graſſari non patietur: viciſsimq; ſeniores Eccleſiæ pro eo atq; a pſeudoprophetis & lupis cauere iubentur, vel falſitatē doctrinæ, vel turpitudinē vitæ, negligentiāue ſui paſtoris Epiſcopo deferre tenentur, vt ita Eccleſia Chriſti vtrinq; ſit abſque ruga & macula: veritatiq; doctrinæ par morū ſanctimonia in ea reſpondeat. Ne alioqui & intempeſtiui ſilentii Sacerdos luat pœnas, & Domini fundorū malum ac dedecus publicum bonis Eccleſiæ paſcere cogantur.

Hæreti. itaq; in bon. Nobil. nō foue. L. 3

Quæ Libro 1. Capitulo 4. Articulo 15. de Hereticis videatur.

De inuaſione domus Nobilium violēta, Folio 217. vide.

Kazim. Viſl. 1368. *Idem infra capit. 13. artic. 3. de furtis.*

In Curijs Nobil. nil furan. Lex iiij.

Si uero quis in Curia Militis alicuius minutas quaſcūq; res ſubtraxerit, auris periculo & priuationi ſit ſubiectus. 39.

Ne tamē vlnatim, aut talentis mercētur in Villis, Capitaneus prouidebit: exceptis pecoribus, & pecudibus, ac frumentis. Lex V.

Cuius mētio Fol. 235. ſed ponitur Fol. 313.

Spirituales

Spirituales & Sæcul. in bonis ſuis cer-

uiſias propinatū undecūq; accipere, eaſdē braxare, & alios quos uelint liquores ad uſus ſuos habere poſſunt, Capit. eos nō īpedituris. Lex vi. *Alber. Petr. 1436.*

104 Abuſum illum quo ad recipiēdas in Villas de Ciuitatibus & Oppidis noſtris ceruiſias, quarū Spirituales & Seculares ſubditi noſtri ſpecialiter in Breſteñ. Iuniuladiſl. & Radzyeiouieñ. & in alijs quoq; Terris, & Diſtrictibus cōpelluntur: tollimus & abolemus: perpetuo decernentes ſtatuenteſq;, illos, & alios ubiq; locorū in Regno noſtro cōſtitutos ſubditos noſtros, Villarū Dños, eorūq; ſubditos in hac libertate cōſeruādos: ut liceat cuiq; ceruiſias & liquores alios undecūq; recipere, ſumere, in Villiſq; & locis alijs ditiōis eorū braxare, & braxari facere, ac undecumq; maluerint aut uoluerint ſumere, habere, propinare, & utifrui libere, abſq; omni, noſtri, & Capitaneorum noſtrorum prohibitionis, arreſti, ac pene formidine.

Mentio eiuſdem fo. lio 101. & 305.

Indultū ſpirit. & ſæcul. Regnicolis in Villis ceruiſias undecūq; recipere propinatum eaſq; braxare, & alios habere liquores ad uſum domeſticum communem.

Nobiles ſi in Ciuitatib. ceruiſiā ad ſuos vſus coquūt: ducillita nō ſoluāt. Lex vij.

Sigiſm. Petric. 1511.

Huius mētio fol. 306.

17. Quia Nobilitas Regni noſtri multa onera Reipu. & preſertim deffenſionis cōtra hoſtes ſuſtinet: Statuimus, ut quicūq; in Ciuitatibus & Oppidis ad uſum ſuum priuatū domeſticū ceruiſiam braxauerint, dūmodo id non in fraudem fiat: ad ſoluendam contributionem dictam Czopoue minime teneantur.

ARTICVLVS V.

Quæ ſit poteſtas Municipū in ſubditos ſuos, itē in vagos & ocioſos: veroſq; ac falſos mendicos in bonis eorū diuerſantes.

Spirituales & Sæcul. domini quā habēt

poteſtatem in Kmetones alioſq; ſubditos ſuos. Lex I.

Quam Lib. 1. Cap. 16. de Ciuibus & Cap. 17. Artic. 7. de Kmetonib. vide.

Vagi vltra triduū ſine ſeruitio in Ciuitatib. manen. per Ciuile Officiū, uel per illorū bonorū ad quę diuerterint poſſeſſorē, capiātur ad laborandū. Lex ij.

Ruſtici uagi qui ad diē terciū poſt ſuum in Ciuitates uel Oppida in- *Sigiſm. Petr. 1519.*
28 greſſum ſeruitio ſiue artificio ſe nō applicuerint; uolumus & ſtatuim9 ut per Officiū Ciuile capiantur, & detineātur, uinctiq; cōpede, ad faciendos aggeres, & foſſas Ciuitatū, uel Arcium adhibeātur: ne & furta & latrocinia ex eis multiplicentur: & Nobilitas ſeruorum & laboratorum penuria prematur, id quod & alijs omnibus in bonis ſuis facere licebit.

Vt furta prohibeãtur Capitan. ocioſos & uagabundos perquirent: Nobiles uero in bonis ſuis tales coherceri permittãt: aut alioqui citati illos corã Capitan. ſtatuẽt. Lex iij.

Sigiſm. Petr. 1523. Item ad cõtinenda furta, & uagos homines cohercẽdos, Capitanei locorum diligenter curabũt homines ocioſos, & uagabũdos, nulliſq; ſeruitijs aut artificijs addictos in ſuis Capitaneatibus perquirere, & cohibere. Nobiles uero in bonis ſuis tales coherceri per Capitaneos permittant, alioquin citati illos coram Capitaneis ſtatuere teneantur. 29.

In Ciuitatib⁹ & Villis, ſub certo numero mendici quoq; habendi ſunt, ſub ſigno Plebanorũ: aut Conſulum 103

Albertus Petricouiæ. mendicaturi, alioqui abſq; ſignis captiuẽtur ad labores Caſtrorũ, attamen & Domini locorũ mendicaturis literas dabunt. Lex iiij.

Quam Lib. 1. Cap. 16. Artic. 7. & Cap. 20. de Mendicis vide.

Nobiles quas libertates habent in Salinis Regalibus vel non, vide Libro 2. Capitulo 2. de Salinis.

CAPITVLVM II.

De ſucceſsione in bona ex Teſtamẽto, vel Codicillis.

PRAEFATIO.

Cum Teſtamentũ ſiue ſit ſcriptum, ſiue enunciatiuũ corã fidedignis Teſtibus, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſentencia de eo quod quis poſt mortẽ ſuam fieri velit, cum inſtitutiõe hęredis: morituri aũt homines plęrumq; difficiles, & moroſi, legum, bonorũ morum, ac etiã pupillorũ quos relinquũt vel ſuperſticioſe vel parũ memores, nõ raro furioſi, inepti, & ſui impotes fiunt: ob eas cauſas plęriſq; videbatur, nõ permittendã eſſe morituris, & iã agone mortis perculſis, libere teſtandi facultatẽ. *Quare Teſtamẽta a nonnullis irritabantur & quare rata eſſe debeant.* Nihilominus quia Iuriſcõſulti ecõtrario putauerũt, quod nihil ſcilicet hominibus magis debeatur, quã vt ſupremę voluntatis, poſtq; iã aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus: & licitum, quod iterũ nõ redit, arbitriũ. l. 1. C. de SS. Eccleſiis Quocirca placuit lege caueri, vt exceptis impuberibus, filiis familias, vxoribus, furioſis, natura mutis, vel ſurdis: item ſeruis, monachis, monialibus, bello captis, obſidibus, niſi eſſent a latronibus & illegitimis hoſtibus capti: Itẽ læſæ Maieſtatis reis, hęreticis, proſcriptis, prodigis, & omnibus illis quibus interdictũ eſt bonis, aut in mortẽ propter flagitia dãnatis libere quiſq; teſtari de ſuis bonis poſsit: *Qui teſtari nõ poßũt.* ita vt quod moriturus alicui ſemel Teſtamẽto dederit, id ab eo inuito, cui dedit, auferri nequeat: *Rata ſit teſtatoris donatio.* ex diametro enim pugnãt ſecum, recte accipere, & reddere inuitũ. Reis tamen ſcelerum legare prohibemur: vt deportatis, in metallũ damnatis, hæreticis, apoſtatis, collegiis illicitis, ſpuriis, lęſæ Maieſtatis reis, vel aliis omnibus qui legata apprehendere lege prohibentur. *Quibus legare non poſſumus.* Et tamẽ ne facultates militũ tã facile de familia in familiã transferãtur in fraudẽ hęredum: ad eã æquitatem noſtri legiſlatores deflexerunt: vt morituri nõ de bonis fundi ac hęreditariis, ſed tantũ de mobilibus *De quibus rebus moritur⁹ teſtari poteſt, & de quibus non.*

& Regali-

& Regalibus in fauorē fiſci teſtentur. Inutiliter tamē alicui priuato ſumma pe-
cuniaria bonis hęreditariis inſcripta legaretur. Perindeqꝫ, ſi quis poſt mortē ſuā
ſcribat futurū aliquem ſibi heredē, nec ei det viuus ipſius hęreditatis poſſeſsionē,
pro Teſtamento enim talis inſcriptio reputatur. Quia vero teſtatorū ambulato-
ria eſt voluntas vſqꝫ ad mortē: licet enim nō nudis verbis ſed tamē æque ſolenni
ſcripto poſteriore tollitur Teſtamentū quoties teſtatori collibitū eſt: ita vt tan-
tum illud Teſtamentū ratum ſit, quod quidē teſtatoris morte cōfirmatur. Magi-
ſtratus aūt ſequi, nō cogere debēt voluntates hominū ad cōficiunda Teſtamenta:

Quod ratum eſt, uel irritum Teſtamētum.

Nihilominus rumpitur Teſtamentū ſi teſtatori ſterili naſcatur poſthumus filius,
cuius ſpe exciderat: item ſi diminuatur capite, damnatuſue ſit: & ſi hæredes me-
tu onerum recuſent adire hereditatē, quā quidem ſi facto inuentario occeperint,
ad ferenda onera tenētur: etiā ſi minus acceperint, vel ſi Iure cōmuni adire lega-
ta prohibeātur. Quia vero ſępe accidit, vt vel domo peregre proficiſcamur, vel
ſolennitatibus Teſtamentorū careamus: Iure eſt receptū, vt codicillis etiā manu
noſtra propria ſcriptis, vel verbo enunciatis, perinde ac ſolenni Teſtamēto teſta-
ri queamus: adhibitis tamē teſtibus ad minus quinqꝫ, ne ſcilicet leuibus ex cau-
ſis Iudicia vltimarū voluntatū euertātur, caſuqꝫ amicis impediatur copia gratifi-
candi de bonis quæ morte teſtatoris eſſent relinquēda: ſi modo cōſiſtant intra na-
turam & formā Teſtamentorū: quibus fere per omnes circūſtantias ſimiles ſunt.

Eadem uis codicillorum quæ teſtamētor.

Solennitatibus tamē Teſtamentū magna ex parte liberatur, ſi in præſentia Prin-
cipis, ab eoue miſſorū fiat, & recognoſcatur. Sed ſemper in aſsignatiōe legati pro-
prietas in verbis, in rebus aūt veritas obſeruetur: vt quid ſit, cuius ſit, quale ſit,
quantūqꝫ & vbi ſit, intelligatur, alioqui pro nō legato eſt habendū, ſi in ambiguo
ſcripto, vel certa voluntas, vel vera & libera legati proprietas nō colligitur. Sed ta
men cōditio adnexa Teſtamento, vel codicillis: omnia illa ſic demū rata eſſe de-
bere oſtendit cum hoc, vel illud heres faciat: ſi modo in poteſtate hæredis ſit, qđ
facere iubeatur, ac proinde caſualis, vel per naturā, leges, ac bonos mores impoſ-
ſibilis cōditio, pro nō conditiōibus habentur: neqꝫ obſunt, quin ſimpliciter volū-
tati teſtatoris ſatisfiat.

In aſsignando Legato circumſtantiæ deſcribantur.

Condītio adnexa Teſtamento.

Etſi aūt cōtingit plerūqꝫ iuſtis de cauſis rumpi, vel mutari
teſtatorū voluntates, Nihilominus in interpretandis illis naturalis iuſticia, teſta-
toriſqꝫ propenſio & benignitas, ex pręſumptiōe neceſsitudinis, familiaritatis, aut
Officiorum ſpectetur, in vniuerſum vero rigidæ humanior ſentencia in ambiguo
ſcripto eſt pręferenda.

Quid ſpectandum in uoluntatibus teſtatorum interpretandis.

Qui etiā inofficioſum Teſtamentū, nō Iure ipſo, ſed Officio
Iudicis aliquādo ad querelā de inofficioſo Teſtamēto infirmatur: nempe ſi Te-
ſtamentum factum ſit cōtra pietatis Officiū, vt puta cōtra parentes, vel liberos,
qui ſibiipſis debent mutuū Officium, & pietatē. Quocirca ſi etiā omnes Teſta-
menti ſolennitates obſeruatæ fuiſſent, quia tamen iniuſtum eſt & cōtra pietatis
Officium, Iudicis Officio & auctoritate reſcindi ſolet. Hæc aūt ipſa querela con-
tra inofficioſum Teſtamentū tribus daẗ, deſcendētibus, aſcēdentibus, & collatera-
libus.

Quinetiam inofficioſum Teſtamentū ob iuſtas cauſas ſolet impugnari a deſcendētibus, aſcendentibus, & collateralibus.

Deſcendētibus, vt filiis, filiabus: nepotibus, & neptibus naturalibus & le-
gitimis: vel etiā tantū legitimis, vt adoptiuis: cōtra patrem. Vel ſi naturales tan-
tum fuerint filii, cōtra matrem. Niſi fortaſsis iuſtis de cauſis exhereditati fuiſſent
vel præteriti. Aſcendētibus etiā datur querela cōtra inofficioſum Teſtamentum
liberorū: præſertim matri cōtra filium naturalē. Pater enim, vt pote illegitimus:
multoqꝫ magis auus paternus, repelluntur. Naturales vero & legitimi parentes
Iure ſimilem inſtituunt querelā: præſertim contra filium paganū, & nō militem,
emancipatū tamen: niſi filius iuſtis de cauſis parentes exheredet; vel in Caſtris
peculium quæſierit: de quo arbitratu ſuo teſtari poteſt. Vltimo Collateralibus
cōpetit querela inofficioſi Teſtamēti: vt puta fratribus, ſororibus, vel ſaltem con-
ſanguineis .i. ex eodē patre natis cōtra fratrem: pręſertim ſi turpis perſona ſit pro
eis inſtituta, alioquin Teſtamentū valeret, ſi aūt fiſco, vel Eccleſię legata ſeruirēt:
Omnino ſanguis proprius fiſco præponendus eſſe videtur; niſi de rebus fiſci te-

MM ij ſtatum ſit.

ſtatum ſit. Et frater egenus Deo eſt anteponendus, qui enim Deũ quẽ nõ videt diligere, ac veſtire ſe dicit: fratrem aũt quem videt algentem & egentẽ negligit, mendax eſt. Proindeq; dicit Aug. Qui vult Deũ inſtituere hæredem, filium vero exhęredare, aut fratrẽ negligere, alium quęrat pro cõſilio nõ Auguſtinum. Niſi fortaſſe frater defunctus fratris vitę vi: famę criminibus obiectis: aut etiã ſubſtã- tiæ rapina fuiſſet inſidiatus. Omnino aũt inteſtatus dicitur, qui Teſtamentũ non fecit: aut fecit quidem, ſed nõ Iure: aut Iure fecit, ſed id poſtea ruptum, irritũue factum eſt ex cauſis ſupra memoratis: aut nemo ex eo hæres extitit.

Qui dicitur inteſtat9

ARTICVLVS I.

Teſtamento tantũ mobilia, vel etiã Regalia bona legari poſſunt, item Plebei ac Nobiles curam quo Iudicio teſtari debent: & cu- ius fori ſit vnum quodq; Teſtamentum.

Teſtamẽta nõ de immobilib. & hæreditarijs bonis, ne deffenſio Reipu. minuatur, ſed ſolũ de bonis mobilibus aut Regalibus conduntur. Lex I.

Sigiſm. Crac. 1507.

Idem lib. 2. cap. 1. ar. 3. de bonis Regalib. & tamen eiuſdẽ fiet mentio libr. 6. cap. 1. artic. 2. de Bello.

Pietatẽ Sanctã opprimere nolentes, ſed eã ſummo fauore proſequi cu- pientes. Decernimus ut Teſtamẽta cõdantur iuxta ueterẽ Conſtituti- onem ex more antiquitus ſeruato de bonis mobilibus: Immobilia uero bona tam hęreditaria quã oppignorata (ne defenſio Reip. minuatur) Teſtamentali ordinatiõi ſubiecta minime eſſe debent, ſecus de bonis Re galibus: eadẽ enim propter Reipub. cõmodum nobis in parte uel in to- to Teſtamento legari poterint. 11.

Teſtam. cõtra hoc Stat. facta irrita. L. ij.

Sigiſm. Petr. 1512.

Teſtamenta cõtra Statutũ per nos antea ęditũ, condita, deinceps non 27. cõfirmabimus, & quæ cõfirmata ſunt Iure impugnari debebunt.

Licet Ciuiũ & Villanorũ bona ad proximior. deuoluũtur: moriẽtes tamẽ poſſunt Eccleſię dare calices. Lex iij.

Quæ habetur Folio 332. de Kmetonibus.

De foro, ac forma Teſtamẽtor. Lex iiij.

Sigiſm. Crac. 1543.

Idem folio 127.

Teſtamentorũ uero cauſa utriuſq; Iuris, tam Spirit. quã Sęcula. debet eſſe: exceptis illis, quæ eſſent in Iure Sęculari facta: ea enim in eodẽ Iure cognoſci debent, niſi forte aliquid in eo Eccleſiæ uel in pios uſus & miſericordiæ opera legaretur: ſed nihil Iuri Terreſtri ſubiectũ cõtra Statu tum legari debet. Hoc eſt aũt Teſtamentũ mixti fori, quod corã publico Notario fieret, uel qui illud propria manu ſcriberet, uel corã aliquibus teſtibus præſertim Nobilibus factũ eſſet: hoc tamẽ eſſe debet liberum Nobilibus, nõ aũt Ciuitatũ Incolis: & pro talibus poteſt citare qui uult ad forũ Spirituale uel Sæculare ad quod aliquis ptinet, hoc in eis uoluntate ſtat. Sed Teſtamentũ quod aliquis corã nobis uel corã quocumq; alio Iudicio, aut Iure Sęculari Terreſtri, Caſtreñ. Ciuili, Villano,

Aduocato,

Aduocato, & Iuratis faceret: tale omnino ad Ius Spirituale nõ pertinebit, neq; nomine illius poteſt quis cõueniri corã Iudicio Spirituali: excepto ſi aliquid Eccleſiæ, & quod cõtra Ius Terreſtre nõ eſſet, legaretur: Hoc in eius uolũtate erit ad Spirituale ſcilicet uel Seculare Ius citare.

Tantũ Rex ad ægrotos mittat. Lex V.

Occurrendo difficultatibus hominũ quę creſcere poſſent, cõſtituimus. Quod nullũ Officium ad neminẽ debet æquitare, propter ſuſcipiendas Inſcriptiões, & recognitiões qualeſcũq;: neq; ſuſcipere ullam recognitionem ab ullo ordine hominũ, tantũ circa acta, cum fiet perſonaliter cõſtitutus ad Acta ſanus mente. Quod uero attinet ad perſonam noſtrã, hoc ita relinqui debet, ſicut ad hoc tempus obſeruabatur, quia circa perſonam noſtram liberum erit nobis mittere ad unumquenq; eo indigentem, ex ægritudine decumbentem. *Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.*

De fidei commiſsis.

Fidei commiſſum dicitur, quod fidei hæredis inſtituti, aut ab inteſtato uenientis, a teſtatore cõmittitur alteri dandum, puta ſi teſtator rogat hæredem, vt alicui hæreditatem ab eo aditam reſtituat: aut ſeparatim res ſingulas indicat illi dandas. Cum aũt eodem fere Iure fidei commiſſa, quo & legata relinquimus, adimimus, præſtamus, transmittimus, petimus: ſimiliſq; propemodũ ſit vtrorumq; ratio apud nos, & ad Capitulum de Teſtamento legatis referri, & illorum Iure debere cenſeri arbitramur, vt fruſtra quis longiorem ſermonem de eiſdem hic a nobis deſideret.

CAPITVLVM III.

De patre viduo, & digamo, eiuſq; in pueros poteſtate.

PRAEFATIO.

Si natura hos inſeuit nobis igniculos, vt omnes procreatiõi liberorũ ſtudeam9: procul dubio & ipſa natura in eos quos progenuimus nobis tradidit poteſtatem, præſertim quod ea poteſtas adeo cõiuncta ſit beneficio, vt hac ſublata, pueri ipſi antequã adoleſceret, ne qdem viuere poſſent. *Naturalis eſt patrum in filios poteſtas.* Acquirunt igitur poteſtatẽ patres in liberos, aut iuſtis nuptiis, aut adoptiõe, aut arrogatiõe, aut ſi ex cõcubina (non aũt ex inceſtu) nati fuerint, per cõtractas nuptias: vel pontificis, aut Principis ſummi remedium, & clementiã legitimatiõe. *Acquiritur patria poteſtas.* Cuius quidẽ patrię poteſtatis vſus late patet. *Patriæ poteſtatis uſus late patet.* Habet enim pater vſumfructũ in bonis ſuorum liberorũ: a quibus in Ius etiã abſq; eius venia vocari nequit: occupat etiã pater hæreditatẽ infantis ab alio inſtituti: filiusfamilias aũt nõ obligatur ex mutuo abſq; patris cõſenſu: non poteſt etiã teſtari, cauſa mortis donare, nuptias cõtrahere, aut ſibi deligere Tutorem, patre recuſante: quin a patre obiurgatur: propter quod tamẽ cõtractus fieri vtrinq; prohibentur: niſi forte tempore famis magnæ obligare, vel etiã vendere illum cogatur, quin vt pater liberis, ita liberi patrẽ alere, ac etiã honorare legibus ſunt aſtricti. E cõtrario vero amittitur patria poteſtas, ſi pater moritur: capi- *Amittitur patria poteſtas.*

te diminuitur: aut ob flagitia deſignata Iure Ciuitatis priuatur: pœnæue addicitur ſempiternæ: vel ſi Eccleſiaſtica aut Politica filius inſignitur dignitate.

Cauſæ propter quas exhæredat pater filiũ

Quo loco cauſæ quoq; propter quas exhæredat pater filiũ videntur eſſe recenſendæ; puta, ſi graui iniuria: aut etiã verberibus filius patrem afficiat: eiuſue vitæ vi, aut veneno inſidietur: criminaliter illum, odio, aut ſimultate, nõ aũt Reip. cauſa, accuſet: cum maleficis, incãtatoribus, aut mimis & hiſtrionibus cõuerſetur: nouercam, aut concubinã patris ſui cõſtupret: parentis famã grauiter lędat: pro patre fideiubere nolit: parentẽ cõdere Teſtamentũ prohibeat: ſi filia proſtituat pudiciciã, cui parentes nubere, ac dotem nõ negent: ſi mente captos aut furioſos parẽtes filius negligat: prece, vel precio captos nõ liberet: ſi bis aut ter monitus hęreſim cõtra apertum verbum Dei & ſenſum Eccleſiæ Catholicę in eo tuetur, ac defendit.

Parentes a liberis etiam iuſtis de cauſis exhæredantur.

Sed & parentes etiã a liberis licite exhęredãtur, puta ſi pater malignitate animi liberos prodat, & periculo vitæ obiiciat: venenis, aut incãtamentis liberorum vitæ inſidietur: nurui, aut cõcubinæ filii ſtuprum inferat: teſtãdi licentiam filio emãcipato adimat: furore correptũ negligat: hæreſim tueatur: & alia huiuſmodi crimina cõmittat.

Adoptiuorũ filiorũ ratio eadem.

Appellamus aũt filios, etiã adoptiuos: qui Ius filiorum voluntate mutua ſortiti ſunt.

Fratres a fratribus poſſunt præteriri.

Aliæ vero perſonę, vt fratres, pręteriri poſsũt a fratribus: pręſertim, ſi illos re, verbo, aut ingratitudine offenderint. Iura enim naturæ ſcelere non ſunt violanda.

Triplex ratio hæred.

1. Deſcendentium.

IN SVCCESSIONE vero ad bona hæreditaria, triplex ratio hæredum habetur. Prima eſt DESCENdentiũ, vt filiorum, filiarũ: nepotum, neptiũ: pronepotum, & proneptiũ. Qui quidẽ primi hæredes ita dicuntur, vt excludãt alios omnes. Sed neq; refert, num in poteſtate parentũ, ſiue emãcipati fuerint.

Deſcendentiũ hæredũ ſunt ſpecies quinq;.

1. Liberi.

Eorum aũt Deſcendentium ſunt ſpecies quinq;: Primi ſunt Naturales & legitimi, ex iuſtis nuptiis procreati: vt liberi, quod aũt dicitur de filiis & filiabus: idem ſentiendum eſt de nepotibus, & neptibus: pronepotibus, & proneptibus. Succedunt etiã nepotes & pronepotes in bonis aui, & auiæ, cũ patruis, & auunculis, amitis, & materteris, in ſtirpem: & nõ in capita, quippe qđ eã partẽ accipiunt, quã parens eorum accepiſſet, ſi vnus ſit, ſiue plures.

2 Legitimi ſeu adoptiui.

Secundo legitimi tantũ, vt adoptiui: & hi tãtum ſuccedunt in bona paterna, & nõ materna.

3. Naturales.

Tercio Naturales tãtum, vt ex concubina: vel duabus liberis perſonis extra matrimoniũ nati, & tales niſi quid pater eis inſcribat, aut niſi Principis, vel Pontificis beneficio natalibus reſtituũtur: vt nõ fuerunt in patria poteſtate, ita a ſucceſsiõe in hęreditatẽ paternã repelluntur: ſed tãtum maternã hæreditatẽ accipiunt. Similiterq; Nepotes & neptes ex eiſdem procreati.

4. ſpurij.

Quarto Spurii qui incerto patre, certo aũt ſcorto nati ſunt: ac proinde hæredes tãtum ſunt matris, nõ patris, quem oſtendere nõ poſſunt.

5. Incæſtuoſi.

Quinto ex incæſtuoſo, & prohibito cogitu nati, vt ſunt ex patre & filia: ex fratre & ſorore: vel ex adulterio nati, quibus quidẽ de Iure Ciuili ne alimẽta quidẽ debentur, cum ſint omni ſubſtantia parentum indigni, nõ habeãtq; nomen filiorũ, vt neq; progenitores illorum parentum: niſi fortaſſe ea ratiõe, quæ brutorum pulli: ſic talium patrum progenies nomen filiorum meretur. Hoc nimirum Dei & naturæ ſenſu cõmuni, vt inter homines Sanctarum nuptiarum & verecundiæ forma retineatur inuiolata: cõcubitus autẽ vagi, & ſcelerati, publica ignominia ac damno cõdemnẽtur.

SECVNDA ratio eſt Aſcendentium quorum etiam quinque ſunt ſpecies.

SECVNDA, ſi defuerint Deſcendẽtes, ASCENdẽtium ratio habetur: vt parentum vtriuſq; ſexus, ſecundum graduum pręrogatiuã: vt ſ. pater præferatur auo. Quorum quidem Aſcendẽtium tot etiã ſunt ſpecies, quot ſunt deſcẽdentium: correlatiuorum enĩ eadẽ eſt natura. Quinq; ſiquidem parentum etiã ſunt ſpecies. Naturales & legitimi: legitimi tãtum: naturales tantum: incerti: & incęſtuoſi. Et Naturales quidẽ ac legitimi, ſalua gradus prærogatiua, ſuccedunt, ita ſ. quod extãtibus patre & matre, diuiditur inter eos hæreditas filii defuncti: excluſis auis, poſt mortẽ vero patris & matris, vocãtur aui & auiæ vtriuſq; parentis in ſucceſsionẽ; & datur auis paternis vna dimidia pars: &

auis mater-

auis maternis altera,etiã ſi ſint diſpares numero, neqꝫ enim ſexus hic attenditur: nec etiã,vtrum defunctus in poteſtate patris fuerit,vel emãcipatus. Tantũ aũt legitimi ſeu adoptiui,rationẽ diuerſam habent:matres enim quia adoptare nõ poſſunt, adoptiuis nõ ſuccedunt, quod aũt ad patrem attinet, adoptio patri naturali per vulgaria Ius ſuum auferre nequit. Quod ſi pater Naturalis mortuus eſt, fratres defuncti cum patre adoptiuo ſuccedũt mortuo. Qui quidẽ ſi nõ ſunt, pater adoptiuus ſuccedit in ſolidum : iuxta deffinitionẽ Iuriſconſ. Porro filio naturali, tantũ mater, nõ pater, niſi fortaſsis ex Teſtamẽto ſuccedit. Multoqꝫ minus Spuriis patres ſuccedũt:qui demõſtrari nõ poſſunt. Inceſtuoſis aũt nunquã parentes ſuccedunt, quãdo qdẽ ob immanitatẽ libidinis parentũ etiã appellatiõe ſeſe priuaterunt TERCIO COLLATERALIVM eſt reſpectus, qui quidẽ ſi deſcendentes,& aſcendeñ. defuerint,in ſucceſsionẽ vocantur: tam fratres ſcilicet, quã ſorores vtrinqꝫ cõiuncti in capita : fratrũ vero & ſororũ liberi in ſtirpes. Sed & ipſorum fratrum tot ſunt ſpecies,quot diximus eſſe filiorũ,& parentũ. Naturales enim & legitimi fratres,fratribus vita functis ſuccedũt in capita:liberi vero defunctorũ fratrũ,vna cũ eis in ſtirpem,excluſis fratribus cõſanguineis,& vterinis. Quod ſi fratres nõ extent, ſed cõſanguinei,vel vterini tantũ,liberiqꝫ ex fratre cõſanguineo,vel vterino : ſuccedũt defuncto,eo modo quo iã diximus,excluſis patruis,& auunculis defuncti:licet eiuſdem gradus ſint. Ita tamẽ quod cõſanguinei in bonis paternis, vterini vero in bonis maternis præferãtur. Sed legitimi fratres ſibi inuicem nõ ſuccedũt, patribus enim tantũ,& nõ familiæ adoptantur, quocirca neqꝫ cognatis patrum ſuccedere poſſunt. Naturales aũt fratres ſuccedũt ſibi ipſis,ſi matrimoniũ fuerat inter parentes eorũ ſubſecutum: Vel per reſcriptũ Principis aut Pontificis, quo ad ſucceſsionẽ Ius legitimorũ liberorũ ſunt cõſecuti, ſed & ſi nõn fuerint quoquo modo legitimati:ſeruatur tamen illa in eis regula. Quod fratres & ſorores vtrinqꝫ cõiuncti ex altero tantũ parente, excludunt eos qui ſunt coniuncti. Fratres aũt vulgo quęſiti,qui tantum vterini ſunt,ſuccedunt ſibi ab inuicẽ ab inteſtato,quũ ſint cognati. Porro de incęſtuoſis fratribus quęrẽdum non eſt, quum inter eos nulla ſit ſucceſsio, nec alicuius Iuris participatio.

TERCIA ratio Collateralium quorũ quidem ſpecies etiam ſunt quinque.

QVANDO AVtem nec aſcendeñ. neqꝫ deſcendeñ. neqꝫ etiã fratres & ſorores,vel fratrum & ſororũ liberi,ſed remotiores gradu extant:tunc vocãtur ad ſucceſsionem omnes, qui ſunt gradu proximiores,& habet tunc locum regula. Qui prior eſt gradu,potior eſt Iure. Et ſi plures eiuſdẽ gradus extiterint,vocãtur ſimul in capita,id eſt ſecundũ perſonarũ numerum. Neqꝫ hoc caſu attenditur,vtrum illæ perſonę,vnde originẽ cognatio traxit,fuerint fratres vtrinqꝫ cõiuncti,vel ex altero parente tãtum,cum hæc vinculorũ cõiunctio iuxta ſentenciã Iuriſconſ. tantum in ſucceſsiõe fratrum, & ſororũ, eorumqꝫ liberis, & nõ in vlterioribus gradibus ſpectetur. Nec etiã diſtinguitur,vtrum maſculi ſint,vel fœminę,emancipati, nec ne. Hinc ſequitur patruũ, & auunculũ: amitam,& materterã eſſe eiuſdẽ Iuris. Item patruũ magnum,& auunculũ magnum:amitã magnã,& materterã magnam quoqꝫ eſſe eiuſdẽ Iuris. Item ſequitur,amitã ſiue materterã ex vno parente tantum,excludere amitã,& materterã magnã &c. ex vtroqꝫ parente. Item amitã magnam,vel materterã magnã, excludere filios patrui magni,ſiue auunculi magni:& liberos amitæ ſiue matertere ex vno parente tantũ, excludere nepotes auunculi ex vtroqꝫ parente. Item ſequitur, auunculũ ſiue materterã ex altero parente tantũ,propiores eſſe filiis patrui ex vtroqꝫ genere. Durat aũt ſucceſsio in aſcendẽtibus,& deſcendẽtib. vſqꝫ in infinitum,neqꝫ pręfigitur certus graduũ ordo. In collateralibus aũt durat vſqꝫ ad decimũ gradum : Et ſi in decimo gradu nemo extiterit,hæreditas vacat,& cedit fiſco. REPELLVNTVR tamẽ a ſucceſſionibus,Primo,diminuti capitis diminutiõe maxima,& media. Sed hoc caſu hęreditas defertur aliis cognatis. Secundo,ſi parens damnatus eſſet crimine perduellonis,deſinerent liberi eius ſui hæredes eſſe. Tercio,is qui duxit vxorem cõtra

Quando neq; aſcendentes, neq; deſcẽdentes, neq; etiam Collaterales extant, ſed tantum remotiores gradu. Melchioris kling definitio.

In aſcendentibus & deſcendentibus atque Collateralib. ſucceßio quatenus durat.

Qui a ſucceßionibus repelluntur.

decreta Iuris,

decreta Iuris, repellitur a ſucceſsiõe illius vxoris. Quarto, is cuius negligentia & culpa teſtator defunctus eſt. Quinto, qui nõ vindicauerũt Iure necem defuncti. Hoc tamẽ caſu SVBVENITVR hæredibus. Primo ſi Iudicis iniquitate occidens abſolutus fuerit. Secundo ſi hæredes fuerint minores 25. annis. Tercio, ſi authorem reperire nõ potuerunt. Sunt & alii modi, propter quos a ſucceſsione quis repellitur quos vide per totũ titul. C. & ff. de iis, quibus vt indig. Iſtis aũt caſibus omnibus habet locum regula: Quod aufertur indigno, ſi tamen indigno applicatur fiſco.

Per quid rurſus hæredibus ſubuenitur.

ARTICVLVS I.

Pater viduus ne det pueris ſuis bona illorũ materna, niſi forte ad ſecũdas cõuolet nuptias. Sed & filius non emancipatus pro patre militet.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Pueri orbati matre, bona materna a patre non repetant. Lex I.

Pueri matre morientе bona materna a patre nõ repetant, & in eo ingratitudinẽ patri nõ oſtendant, anteq̃ ipſe pater ad ſecundas nuptias cõuolabit, niſi uelut famæ ſuæ prodigus bona & hæreditates illas cõmunes indebite diſſiparet.

Ex cõmuni uſu in Regno noſtro extitit obſeruatũ. Quod morientе matre pueri omniũ bonorũ a patre ſuo tollunt medietatẽ, pro portione & 26.
hæreditate materna: propter quod ſepe ipſi filij in teneris annis exiſtẽtes. rebuſꝙ ſuis cõſulere non ualentes, ſic receptã hæreditatẽ inutiliter cõſumere, expendere, & diſsipare cõſueuerunt: patri deniꝙ de pietate et beneficijs ingratitudinẽ exibentibus: impellũt plærũꝙ etiã eundẽ uergere ad inopiam: ſicꝙ uiciſsim ſentiũt incõmoda & iacturas. Quare equum uiſum extitit nobis, & noſtræ militiæ: ut matre moriente filij nõ petant bonorũ & hæreditatis maternę deuolutę portionẽ & ſucceſsionem a patre, donec ad ſecundas nuptias cõuolabit: niſi tũc uelut famæ ſuæ prodigus bona & hereditates illas cõmunes indebite diſsiparet.

Vulad. Iagel. Crac. & Varthæ 1423.

Digam⁹ pater det filijs bona mater. L. 2.

Pater ad ſecundas nuptias cõuolans in bonis ſuis remanet, filijs primæ uxoris portione quam poſt eam fuit aßignata.

In quadã Conſtitutiõe noſtri prædeceſſoris decretũ extitit, uidelicet in 43.
Capitulo Ex cõmuni uſu &c. Quod moriente matre puerorũ patre cũ alia cõtrahere uolente, pueri a patre petere ualeãt portionẽ maternã. Et ideo cõſiderantes in eadẽ Conſtitutiõe, quod propter ingratitudinẽ patri factam per filios, & depreſsionẽ ſtatus ſui, quã a filijs nonnunquã in tantę partis bonorũ receptiõe & priuatiõe patiebatur. Et quia multotiens filij ad inopiã uergentes ad patrẽ cõuolabant, & recurrebãt: qui ſuperiora animaduertẽtes eiſdẽ ſuccurrere nõ curabat, nec uolebat: unde inter utrãꝙ partem rancor et diſplicẽtia oriebatur. Quibus incõmodis obuiare cupientes, exnunc Statuimus: Quod pater habens filios dũ poſt mortẽ genitricis eorũ ad ſecundas nuptias cõuolauerit, nõ tenebitur, niſi forte uelit ſponte, prædictis filijs ſuis portionẽ hereditariã aſsignare: dũ modo diſsipator bonorũ nõ exiſtat: ſed uſꝙ ad mortẽ ſuam in bonis hæreditarijs quibuſcũꝙ dominari & manere ualebit, & poterit: aſsignata duntaxat prædictis filijs ſuis portiõe quã poſt matrẽ ipſorũ ratiõe dotis ſeu nuptiarũ tulit, & recepit.

Vbi aũt plures ſunt filij, quorũ alij ſunt adulti, alij uero minorẽnes: Adultis portio bonor. maternorũ, uti præmittitur, iuſta diuiſiõe ab aliorũ fratrũ portionib. ſeparata, ꝑ patres dari & cõſignari debebit: aliorũ uero filiorũ minorẽniũ portiones uſq; ad prædictam ætatem apud patrem remaneant.

Non e-

95. **Non emancipat⁹ filius pro patre, & frater pro indiuiſo, ſeu indiuiſis fratribus, ad bellũ ꝓficiſcitur. Lex iij.** Kazimirus in Nyeſſ.

Quæ Libro Sexto Capitulo Primo ponetur.

ARTICVLVS II.

Scelera filii nõ in patrem: neque fratris in fratrem deuoluuntur. Sed neque parentes filiorum contractibus tenentur.

39. **Pater non tenetur ferre iniquitatẽ filij uel frater fratris aut cõſanguineus cõſanguinei nec e cõuerſo, niſi itidem exiſtens particeps criminis nequeat ſe expurgare. Lex I.** Kazimirus.

Quam infra Libr. 3. Capitul. 13. Articulo 1. de falſariis vide.

27. 28. **Quod vero parẽtes nullis omnino cõtractibus filiorũ ſuorum, etiã circa aleã factis obligãtur. Lex ij.** De Parricidijs uero ſupra libro 1 capitulo 15. uide.

Quam infra Capitulo 10. de fideiuſſoria cautione vide.

ARTICVLVS III.

De Parricidis, Scortis, & Spuriis.

Parricidæ, fratricidæ, ſororicidæ infames ſunt, & ab omni ſucceſsione remouendi.

Item quod filio exoluitur caput matris uagabundæ.

Videatur Libro 1. Cap. 15. Articulo 6. de homicidiis Nobilium.

CAPITVLVM IIII.

De tutoria poteſtate & pupillis, præterea de fratribus ac Virginibus.

PRAEFATIO.

Quia nõ ſolum ad procreandã, verum etiã ad tuendã prolẽ Iure naturali trahimur omnes: Iure quoq; Ciuili permiſſum eſt, vt quiſq; moriturus, quẽ velit maxime, tutorem liberorũ ſuorum, aut heredum inſtitutorũ faciat: quo ad per ætatem ſeipſos regere, a viq;, & ab omni iniuria tueri queãt. Eſt igitur Tutela, vis & poteſtas in capite libero, ad tuendũ eum qui propter ætatẽ ſe defendere nequit, Iure Ciuili data, aut permiſſa: ita vt pupillus ſubeſſe, Tutor aũt onus tuendi ſubire cogãtur. Etſi aũt Tutela liberorũ paterno Teſtamento, Codicillis, ſcriptoue publico, aut agnatiõe, cognatiõeue, aut fraterni amoris fiducia, aut Iure patrocinii, aut cũ quis inteſtatus, orbuſq; amicis deceſsit Magiſtratus proſpiciẽtia & auctoritate iniungitur: Nihilominus Officiũ Tutelæ capeſſere nequeunt: mulier propter ſexus imbecillitatẽ niſi & mater ſit & vidua permaneat, præterea beneficiis muliebribus renunciet: ſeruus propter vilem conditionẽ, niſi forte natalibus reſtituatur: Minorennes propter ætatis itidem defectum: natura ſurdi, muti, fatui,

Vnicuiq; liberum eſt tutorem pueris ſuis inſtituere.

Quid eſt tutela.

Tutela quomodo iniungitur.

Qui tutores eſſe nequeunt.

perpetuo ęgri, dementes, furioſi, & quicũq; ipſi ſoli tutoribus egent: item capitis ſeu ſtatus diminutionẽ hoc eſt in familia, Ciuitate, & libertate mutationẽ paſſus: vt ſi ſe venundari patiatur, ab hoſte capiatur, a patrono in ſeruitutẽ reuocetur, vel ab Iudice in metallũ, aliudue genus pœnę cõdemnetur: ii enim omnes, & alii huiuſmodi, nõ ſolum conditionẽ mutaſſe, verum etiã ciuiliter mortui eſſe videntur.

Omnes Tutores propter ſuſpicionẽ a tutela remoueri poßũt.

Omnes tamẽ in genere Tutores, ab agnatis, vel cognatis accuſati, propter ſuſpitionem a tutela remoueri poſſunt: vt ſi fraude, vel culpa adminiſtratiõis ſuæ Officia intermittãt: iuſta alimenta pupillis negent: aut etiã vitæ pupillorũ propter ſucceſsionẽ inſidientur. Similiterq; & illi, qui propter prodigalitatẽ, aut fortunæ inclementiã, ad extremã egeſtatẽ peruenerint: neq; de indemnitate ſatis dare poſſent.

Qui cogũtur ad onus tutelæ, & qui excuſantur ab ea.

Vt aũt agnati, aliiq; omnes quos enumerauimus, ad onus tutelæ Magiſtratus auctoritate cogi poſſunt: ibi quippe debet reſidere onus, vbi ſperatur ſucceſſionis emolumentũ: Ita nõnulli onus tuendi Iure poſſunt recuſare, puta propter ætatem exactã, aduerſam valetudinẽ, pauperiem magnã, multitudinẽ liberorum, imperitiã literarũ, Reipub. cauſa abſentiã, onera aliarum tutelarũ, inimicitias capitales, iniurias atroces, militiã, publicũ docendi munus, Magiſtratus magnitudinem, adminiſtrationẽ rerum Principis, aut fiſci, trãſlatum domiciliũ, aut propter regionum diſtantiã, aliaſq; ſimiles cauſas,

Liberti Officium.

certe, ſi libertus ſupina quadã negligentia intermittat petere tutorẽ liberis patroni ſui, ſubit periculum deſerti obſequii, & ob ingratitudinẽ in ſeruitutẽ retruditur.

Tutor omnes res pupilli in Inuentarium referat.

Tutor ergo quocũq; Iure ſit conſtitutus, primo omnium præſentibus teſtibus, ab aliquo Iudicio deſtinatis, in Inuentarium deſcribat omnes & ſingulas res pupillorũ, nõ ſolum vt pupillus rerum ſuarum indicem habeat, ipſeq; Tutor ſe cõtra pupillum tueatur, verum etiã vt idẽ Tutor, ſi pereant chirographa vel inſtrumẽta pupilli, vtatur his cõtra debitores quaſi admonitoribus ſeu repertoriis.

Tutor quantam diligentiam in rebus & educatione recta pupilli adhibeat.

Tantã aũt diligentiã Tutor in rebus pupilli adhibeat, quantã paterfamilias rebus ſuis bona fide geſtis adhibere ſolet, nec tantum vitæ bonorũq; Tutor, verum etiã morum formator, & ingenii puerilis cultor exiſtat, ac proinde & mercedes præceptoribus det, & libros neceſſarios, alimentaq; ſeruis pupilli, pro facultate patrimonii, nataliũq; dignitate pupillo ſuppeditet. Inſuperq; pro eo promittat, ſoluat, & litem intendat. Sed neq; res pupilli ocioſas eſſe patiatur, quin illis prædia, vel vſuras legibus permiſſas, cõparet, debita exigat, ipſeq; ſua reſoluat, & alia omnia quę in rem pupilli eſſe putauerit, faciat bona fide ac diligenter. Nihil minus enim Tutori cõuenit, quã pupillum, qui eius fidei vel a natura, vel a patre, vel a Magiſtratu creditus eſt, aut recta inſtitutione, aut iuſtis prouentibus fraudare: ac proinde ne bona pupilli quoquomodo alienet, lege prouiſum eſt, niſi forte dotem ſorori pupilli in eis cõſtituat, alia enim publica & priuata onera de fructibus, partim in rem pupilli, partim in rem Tutoris verſis, ferre debet.

Pupillus ſine Tutoris auctoritate nemini obligatur.

Quocirca & pupillus licet cõmoditatem aliquã percipere queat, attamen ſine Tutoris auctoritate, atq; approbatiõe perſonali, abſoluta, nullaq; conditione intorta nequit obligari: ita vt etiã neq; hæreditatẽ adire, neq; bonorum poſſeſsionẽ petere, neq; fidei cõmiſſum agnoſcere, tãtominus ipſimet Tutori obligari poſsit, ne ſcilicet vel colore vtilitatis alicuius illectus damno multetur: vel ab eo cuius fidei creditus eſt circũueniatur.

Finitur tutela.

Finitur aũt Tutela, aut pubertate pupilli, aut arrogatiõe ipſius in alienã poteſtatẽ, aut morte Tutoris, vel pupilli, aut ſi Tutor diminuatur capite, deficiatue datæ tutelæ cõditio, aut ſi remoueatur Tutor propter doli mali ſuſpitionẽ.

Finita tutela quod Tutor pupillo debet, & e contra, vtrinq; ſibi reddant.

Finita vero Tutela, Tutor reddat rationem ſuæ adminiſtratiõis corã Iudice: alioqui pupillo cõtra Tutorẽ directa, pro nõ reddita ratiõe: e regiõe vero Tutori cõtra pupillũ, quaſi ex cõtractu, de reſtituendo eo qđ eius nomine impẽdit, actio ſeruit. Ac ꝓpterea Tutor et pupillus habẽt inter ſe quodã mutuo licet tacito cõtractu, bona obligata: quatenus alter alteri nõ iuſtificetur: neque quod debet reddere, reddat.

Et licet Tutela pubertate pupilli finitur, cum tamẽ puberes ad 25. ætatis ſuę an-

num non-

num nondum cenſeantur habiles,& idonei,ad gerenda ſua negocia,pręſertim ve ro bona alienanda:dantur eis Curatores. Tutor itaq; primo datur perſonæ pupilli,Secundo rebus: Curator primo rebus, ſecundo perſonæ:huic volenti, illi inuito. Sed mulieribus, furioſis, mente captis, natura ſurdis, mutis,perpetuo morbo laborantibus,& prodigis qui furioſis ęquiparantur,hi ipſi Curatores,aut legitimi ex agnatis cognatiſue propinquioribus,aut a Magiſtratu,dantur. Finitur aũt omnis Curatoria facultas cum iuuenis ad 25. ætatis annos adoleuerit, ægroti ſanati fuerint, & prodigi frugales eſſe occeperint, porro vidua mulier, & ſi ſola obligari poteſt,litem tamen cõteſtari nequit, abſq; Curatore, de quibus quidẽ Tutelis, & Curatiõibus,acquirendis,gerendis,& finiendis: leges infraſcriptæ diſponũt,quæ quidem ea ſunt æquitate, ac prouidentia latæ, vt ne quis vnquam Tyrannus ex radice Tutoria pullulare queat.

Curatores quibus dantur, & in quo a Tutorib. differunt.

Finitur Curatoria facultas.

ARTICVLVS I.

Pupilli cũ matre ſubſint Tutori,nec in Iudicium trahantur,ſed neq; pręſcribunt, Tutor etiã bona illorum ne alienet,vendat,limitet,aut perdat: alioquin in ea reſtituuntur: immo & fratres vno minorenni exiſtente non reſpondent, niſi in quatuor caſibus. Tutor etiam agat pro capite patris pupillorum occiſi.

Pupil. in Iudicio ne reſpõdeãt,ſed cũ matre tutori a patre dato ſubſint. L. I.

Vulad. Iagell. Crac. 1423.

Ætas maſculi anni 15 ætas femellæ anni 12

43. Orphanitati puerorũ noſtrorũ ſubditorũ conſulere gratioſe cupientes, qui interdũ per patres, ipſis ad annos pubertatis minime educatis, caſu mortis relinquuntur. Et ſic multotiens per nõnullos in Iudiciũ euocantur,& uexantur: qui ætate,& diſcretiõe carentes, litem cõteſtari nequeunt,neq; Cauſas acticare,neq; defendere. Et quamquã antea hoc ad certam ætatẽ ſit reſtrictum, ut uidelicet maſculus ad quintũdecimũ annum: femella uero ad duodecimũ, compelli nõ poſſint, neq; alicui infra hoc tempus teneãtur reſpondere. ¶ Tamẽ alijs diuerſis grauaminibus multotiens opprimũtur, quare Statuimus,quod pater uiuens poſſit & ualeat pueris ſuis,& uxori,ſi ipſa affectauerit,cõſtituere certos Tutores,quos uoluerit,de quibuſq; maior ſibi fides & cõfidentia apparuerit: qui tueri & curare eoſdem poterint uſq; ad annos ſuperius allegatos: nec eoſdem Tutores poſt mortem conſtituentis proximiores a tutela poterint remouere.

Pater uiuẽs poteſt pueris & uxori Tutores conſtituere, quos etiam proximiores a tutela nequeunt remouere.

Pupil. nec reſpõdẽt,nec præſcrib. L. ij.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

31. Si impuberes cuiuſcũq; pueri ante legitimã ætatem ad Iudicia trahantur ſuper hereditaria queſtione, aut alia quacũq; cõtrouerſia, & ob defectum ætatis cũ Actore litem cõteſtari,ſeq; tueri nequeũt: propter qđ & plærũq; infantilis ætas & puericia cõſueuit offendi. Quare Statuimus, ut ex interlocutiõe Iudicis eadem litiscõteſtatio uſq; ad ætatẽ debitam illorũ puerorũ prorogetur: & Dilatione pendente aliquot anni effluere conſueuerũt;deinde pueris legitimã attingẽtibus ætatẽ,Si queſtio eadẽ

Minorennes litem cõteſtari non poſſũt:ſed obtinent Iure dilationem ad reſpondendum in ætate perfecta in qua tandem reſpondent.

Idem de præſcriptiõe puerorũ infra art. 3. uide. Eiuſdem mentio infra cap. 9, art. 2. de præſcriptiõe hæred. & lib. 4. capitulo de dilationibus.

ſtio eadem ipſis innouatur: ĳdem pueri contra ſe agentibus exceptionẽ Preſcriptionis, aut tantæ taciturnitatis illorũ annorũ, quibus iudicati non fuerunt, obicere & opponere minime ualebunt. Sed tantũ utantur iſtius temporis Præſcriptiõe, ſi qua fuit apud ipſos, uel eorũ progenitores, anteq̃ fuiſſent primo ad Iudiciũ tracti ſup eadẽ cauſa, et euocati.

Tutor bona pupil. ne vẽdat, limitet, aut pdat: pup. vero in trib9 caſib. reſp. L. 3.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Tutor nihil perpetuũ de hæreditate puerorum diſponet. Nec ipſi minorẽnes citati reſpondent. Iudex tamen eorũ annos cõputabit. In tribus tamen caſib. minorennes citantur, ac reſpondent.

Cum pater deceſſerit pueris relictis, ipſis ad annos legitimos nõdum 33.
educatis, Tutor ipſorũ nõ poteſt hereditatẽ ipſorũ uendere, nec gades
limitare, nec ipſam hereditatẽ aliquo modo perdere, quia ſi ſecus fieret,
pueri ad annos diſcretiõis peruenĩetes, hereditatẽ ſuam a poſſeſſore ui-
ceuerſa habere & lucrari poſsint, nec ipſis aliqua præſcriptio allegari
poſsit. ¶ Citati etiã reſpondere nõ tenentur, ſed per Iudicem anni æ-
tatis eorũ computẽtur. Tamen in caſibus infraſcriptis iuridice requiſi-
ti cõparere tenentur. Primo ſi aliquis patri ipſorũ hæreditatẽ aliquam
1. ſuam obligaſſet, & ipſam a pueris redimere uellet: tũc pueri pecuniam
obligatam recipere tenentur pro eadẽ hereditate, quamuis annos legiti-
2. mos non haberent. Item ſi quis pro parte ipſorũ cautionẽ incideret fi-
deiuſſoriam, & uiuente patre ad Iudiciũ fuerit prouocatus, tunc pueri
reſpondere, uel ſoluere tenentur, fideiuſſorẽ liberando, nõ expectando
3. annos ætatis. Tercio ſi pater pro aliqua hereditate citatus fuiſſet ad-
huc uiuens, etiã pueri reſpondere teneantur pro eadẽ hæreditate.

Sigiſm. Crac. 1543.

Si Tutores vendant bona pupillorum ab Officio Caſtreñ. in bona reponantur. Lex iiĳ.

Cuius mẽtio Fol. 231. Cap. de Capitan. ſed infra Cap. 6. de Iure dotiũ Ar. 5. ponit.

Immo etiã fratres adulti, vno minorẽne exiſtẽte, pro cõmuni cauſa reſpõdere nõ debẽt: In cauſa uero limitũ, quę ratio minorenniũ habẽda ſit. Lex v.

Quã ſupra Libr. 1. Cap. 14. Artic. 8. de Offic. Succamer. vide.

Conſuetudin. Terræ Cracoui. 1505.

Pupil. tamẽ pro patre tueãtur. Lex vi.

Tenentur filĳ etiam minorẽnes, patre mortuo, tueri eum, cui bona hæreditaria ſunt impignorata per patrem: ex alterius enim incommodo nemo ſibi debet quærere cõmodum.

Item cum aliquis bona hereditaria uẽdet, aut obligabit ſiue impignorabit alicui: & inſcribet ſe pro defenſiõe: & in hoc priuaretur uita, filĳ eiuſdẽ defuncti debent tueri reſidentẽ in bonis hæreditarĳs, & ſi annos diſcretiõis nõ haberẽt, neq; debet dari eis ad annos diſcretiõis dilatio.

Tutor ſiue ſit datiuus, ſiue naturalis, agat pro capite occiſi patris pupillorũ, & quod etiã pueri occiſoris relicti proſequi tenentur Actionem paternam. Lex vĳ.

Quam Folio 287. vide Cap. de Nobilibus.

DE PVPILLIS.

ARTICVLVS II.

Frater fratris minorēnis bona ne alienet, debita uero patris ex communi ſoluat. Lex I.

Kaz. Iag. Pet. 1447

Eiuſdem ſtatuti mentio libr. 3. ca. 9. art. 1. de uenditione ac obligatione hæreditatis

Inprimis ſi quidē attendentes, qđ
89. plures filij primogeniti uel ſeniores, parentibus defunctis, licenter, & ſine aliquo metu, uel reſpectu ſubſtantiā paternā ſumptu prodigo effundunt: & quæ in ſplendorem & augmentū domus eorū parentum uirtutibus, obſequijs, uel meritis collecta fuere, mutuo in incōtinentia diminuūt: taliterq́ꝫ fratres in puerili ętate poſiti bonis paternis quorū eis ęqua debetur portio, fraudantur. ❡ Quocirca perpetuo Statuimus & decernimus edicto, & inuiolabili prohibemus decreto, ne filius ſenior, aut primogenitus poſſit, & ualeat bona fratrum ſuorū ſub quocūq́ꝫ colore, arte, uel ingenio ultra portionē eum tangentē indebitare, uendere, obligare, alienare, dare, diſtrahere. ❡ Niſi forte debitorū onus per parentes contractum illud exigeret, & expoſceret: Sed nec pro ſolutiōe huiuſmodi debitorū licebit ſibi aliquid uendere, obligare, aut diſtrahere. Niſi ad id ſeniorum domus ſuæ acceſſerit conſiliū cōſenſus, & uoluntas: & pecunia ex uenditiōe proueniens ſummam debitorū non excedat. ❡ Vbi uero parua aut nulla parentū extiterint debita: tenebitur frater ſenior deductis ſuis congruis oneribus, impenſis, & expenſis, cenſum & prouētus ex bonis prouenientibus fideliter ad ſoluendū huiuſmōi parua debita cōuertere: & omnia reſidua cōſeruare, inter cęteros fratres æqualiter partienda. ❡ Si quid aūt in contrariū huic decreto noſtro factum fuerit, totum id irritum decernimus, & inane. Sic enim æquitatis libra ſeruabitur ſi auxilium largimur imparibus, & metum legum pro paruulis, inſolentibus imponemus.

Filius ſenior non pōt bona fratrū minorū (præter portionē eum concernentē) obligare, uendere, diſtrahere, uel quouis modo alienare.

Debita parentū Actis inſcripta de bonis uēditis cū conſilio amicorum ſunt ſoluenda

Debita parua de cenſuum & prouentuū pecunijs ſunt perſoluenda; reſidua pecunia inter fratres æqualiter diuidenda reſeruata.

Factum contra ſtatutum ſit irritū et inane

Legū in Repub. uſus.

De fratre prodigo Maz. Sigiſm. Varſſouiæ. 1536.

61 Frater in domo cōmuni, & bonis indiuiſis aliorū fratrum reſidens, nō poteſt, neq́ꝫ ei licet bona fratrū ſuorum quocumq́ꝫ colore, arte, vel ingenio indebitare, obligare, alienare, & diſtrahere, prēter portionē ſuā. Niſi forte debitorum inſcriptorum onus, per parentes iuſte contractum, aut dotandarum ſororum, vel amitarum neceſſitas, aut bonorum huiuſmodi defenſio id expoſtulauerit.

ARTICVLVS III.

Minorēnes vbi annos diſcretiōis attingent, pro iniurijs acceptis agant, præſcriptiōe illis non obſtāte, quæ uſq́ꝫ ab annis diſcretiōis illis currit. Lex I.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

24. Infantibus prēſertim egenis ſuccurrere & prouidere uolentes, Statuimus, ut ſi aliquibus patre mortuo per quempiā iniuria fuerit illata, ue-

nientes ad annos diſcretiõis poſsint iuridice agere cõtra iniuriãtes. Et exceptio præſcriptiõis eis opponi nõ poterit: niſi tunc ætate legitima in eis cõpleta, Et ſi infra tempus debitum agere neglexerint pro iniurijs olim eis illatis: tunc obſtat eis exceptio præſcriptionis, propter negligentiam allegatam.

ARTICVLVS IIII.

Puberibus pupillis bona reſignantur, ea tamen ſine amicis, quaſi Curatoribus ad 25. ætatis annum ne alienent, communem poteſtatem in communib. bonis fratres habeãt, ſed alter alterius peccata ne portet.

Conſuetud. Terræ Cracou. 1505.

Sed licet Tutores debent reſignare bo-

na pueris poſtquã nacti fuerint annos 15, tamen pueri ante annum 24. nõ poſſunt illa bona alienare, abſq; cõſenſu amicorũ. Lex I.

Intereſt enim Reipu. ne quis adoleſcẽs præſertim rẽ ſua male utatur.

Item quemadmodũ ex Statuto cõmuni Tutores tenentur reſignare bo- 102
na puerorũ, dum habebunt annos quindecim: Pueri uero bona ſua accipiendo, uti debent eis, Sic nihilominus Iure ſit prouiſum, prout fieri conſueuit, quod ipſi pueri bona uendere, obligareq; non debeant, ſine conſenſu amicorũ, conſanguineorũ, donec habebunt annos uigintiquatuor tranſactos.

Kazimirus Viſliciæ.

In communi molendinatore fratres cõ

munem habent poteſtatem. Lex ij. Quæ Folio 335. uideatur.

Kazimirus Viſliciæ.

Sed vt pater nõ tenetur ferre iniquita-

tem filij, ita frater fratris, aut conſanguineus cõſanguinei: nec e conuerſo, niſi itidẽ exiſtẽs particeps criminis nequeat ſe expurgare. L. iij. Quæ ſupra Capitulo 3. Articulo 2. videatur.

ARTICVLVS V.

Virgo poſt deſponſationẽ ſui intra tres annos & menſes totidem rationem petat, de quibus fructibus Tutor pupillis rationem reddit: & quantũ delinquat ſi nubilem virginem non maritet.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Virgo orphana poſt deſpõſationẽ ſui

tribus annis & totidẽ menſib. pręſcribit cõtra Tutorẽ ſuũ. Lex I.

Eiuſdem mentio infra cap. 6. art. 8. de præſcriptionibus.

Franciſcus neptim ſuã Luciam in infantili ætate conſtitutã orphanã,
cum bonis Centũ Marcas ualẽtibus, tuendam & ſeruandã in ſuam ac- 19.
cepit curam, tempore uero procedente, ipſam dum adhuc eſſet minorennis, de uiginti duntaxat Marcis dotatã marito tradidit. Deinde ſtando cum marito poſt quatuor annos eadẽ Lucia pro reſiduis bonis hæreditarijs reſtãtibus ultra prædictas uiginti Marcas Franciſco ſuo auũculo, & Tutori, mouet queſtionẽ. Franciſcus aũt reſpondit, quod longo tempore poſt contractũ matrimoniũ, per quatuor annos uidelicet,

nunquam

nunquã fuit monitus pro rebus, uel pro bonis prędictis. Nos itaq; talibus uolentes caſibus prouidere, declaramus & Statuimus, quod prædicta Lucia poſtquã cum marito fuerit, ſiue ſteterit per tres annos & tres mẽſes, infra eoſdem ad cauſam nõ prouocãdo, ſiue ſit minor annis, ſiue maior, de cætero nõ poterit, nec debebit agere pro quibuſcũq; bonis, uel rebus reſiduis: obſtante ſibi Termino trium annorũ, & trium menſium taciturnitate, & præſcriptione.

Tutor de cenſibus ac iumẽtis indomitis rationem reddit. Lex ij.

33\. Multotiẽs cõtingit, quod pueris in orphanitate cõſtitutis, aliqui quaſi eiſdem cõpatientes, ipſos nomine tutorio in curã recipiunt, & tutelã. Tandem ipſis ad ætatẽ legitimam uenĩetibus, a Tutore ſolent exigere rationem de bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus quibuſcumq;. Vnde de cõſilio Baronũ noſtrorũ Statuimus, quod Tutor peractis tẽporib. de nullo rationẽ facere tenet̃, niſi de cẽſib. & iumẽtis indomitis.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Reliqui enim fructus bonorũ in onera educandorũ pupillorum impenduntur.

Si Tutor nubil. virgin. nõ maritat. L. 3.

Vulad. Iage. 1423.

43\. Aſtutiæ & doloſitati hominũ peruerſorũ, qui omnia in peius cõuertere & interpretari nõ formidant, uiam præcludere cupientes: Sancimus, quod quicũq; nomine Tutorio aliquã, uel aliquas, puellã, uel puellas, Iure affinitatis, cum bonis hęreditarijs ipſas ex ſucceſsiõe paterna contingentibus ſeu cõcernentibus, iam puberes atq; nubiles ad deſpõſandum ſeruant, eas nolẽtes maritari, in hunc finẽ, ut bona ipſarũ diutius ualeant obtinere ſeu poſsidere: Decernimus, quod tales uirgines, ſic ut prẽmittitur adultæ, poterint & ualeãt de maritis ſibi ipſis prouidere, ſine eiuſdem patrui ſeu Tutoris uolũtate & aſſenſu. Tamẽ cum cõſenſu & cõſilio aliorũ amicorũ, aut patruorũ, aut auunculorũ: nec in bonis ipſarum priuari poterũt, uel fraudari: non obſtante quadã Conſtitutione noſtri anteceſſoris, quæ incipit. Quicũq; uero uirginẽ. &c. ut ſupra de uiolationibus uirginum Fol. 214.

Virgines nubil. quas tutor negligit maritare poſſunt ſibi de maritis, cũ conſilio tamen amicorũ ſeu patruorũ, prouidere.

CAPITVLVM V.

De familia herciſcũda, ſeu cõmuni diuidendo inter fratres: ac citatione, actionibuſque fratrum, ac ſororum.

PRAEFATIO.

Si Abraham & Lot ſubſtantiã ſuam diuiſerunt, atq; adeo in diuerſas orbis partes ſe-

Bona cõmunia debere diuidi exemplis, et ratione probatur.

Cõmunio enim rerũ homini christiano nõ eſt præcepta.

partes ſeceſſerunt ab ſeſe, ne ob rerum cõmunionem clientes ipſorũ iurgari contingat: & ſi etiã Ioſue 12. tribubus Terrã promiſsiõis iuſſu Dei diuiſerat: reuera & hoc tempore præſtat, vt fratres etiã germani familiã atq; bona cõmunia diuidant inter ſe: ne qua ratiõe ob morum, rerumq; inequalitatẽ, vel vitæ ſuæ inſidiarentur, vel ſaltem perpetua ferant certamina. Nam quod olim Ieroſolimæ Apoſtolis erant omnia cõmunia, iuſſeritq; Chriſtus glorioſum illum adoleſcentẽ vendere ſua omnia & dare pauperibus: id tum valde fuit neceſſariũ, vt ſ. pauperes etiã nouitate Euangelii exciti & Apoſtolos ſequẽtes haberent, vnde viuerent: & vt Iuuenis opiniõe legalis Iuſticiæ falſo ſe proximũ dilexiſſe agnoſceret, quibus de affluentia opum ſuarũ nihil impartiretur. Nam id ita intelligi debere, vel inde agnoſcimus, quod & Chriſtus ipſe habuerit loculos, ex quibus ſibi neceſſaria cõparauit: & pietatẽ in egenos cõmendans, tantũ cõcupiſcere alienũ prohibuit, vt etiã Apoſtolus pronunciauerit, fures alienarũ rerum Regnũ Dei nõ poſſeſſuros:

Quando rerum cõmunio eſt permiſſa.

niſi fortaſsis in magna difficultate annonæ, victum, aut veſtimentũ fur impune furetur, ac ſurripiat: quo ſeſe a fame & miſeria extrema defendat, tum enim ad legẽ naturalem recurritur, quæ tempore neceſsitatis, omnia cõmunia eſſe iubet.

Res per quas perſonas diuiduntur.

Cum ergo nemo vllo Iure in ſocietate vlla manere cogatur, diuiſio cõmunium bonorum, teſtatoris, patris, Iudicis auctoritate, vel coheredum, quicq; ab illis emerint, mutuo cõſenſu fit, ad quã & ſi vniuerſa mobilia ac immobilia relicta deferũtur, peculium tamen Caſtreñ. propter militiã, vel propter literas ſumptus, a patre filio familias data, in diuiſionẽ nõ veniunt.

Quæ res ad diuiſionem conferuntur & quæ non.

Diuiſio inter duos facta, tercio nõ præiudicat, tantominus creditoribus.

Si pater uni filio ediuidat ſortem.

Quæ quidem diuiſio inter duos hæredes facta, tercio: tãtominus creditoribus præiudicat: inter ipſos tamẽ fratres ſuum operatur effectum. Quod ſi pater vni partẽ hæreditatis donauerit, liberum eſt illi, ea tantum potiri: a reliqua vero ſucceſsiõe excidere, aut ſuam in cõmune dare, atq; cum fratribus de cõmuni ferre partem. Qui vero propter ſcelera ſucceſsione excidunt, aut quomodo præſcriptiõe diuiſio ratificatur, quæq; ſit conditio fratrũ citantium, ſeu citandorũ, Leges noſtræ infraſcriptæ demonſtrant.

ARTICVLVS I.

Coram quo Iudicio fratres communium bonorum diuiſionem perſequuntur.

Fratricidæ infames ſunt, & ſucceſsione

in bona excidunt. Lex I. Quæ Folio 281. uideatur.

Quod ſi frater cũ fratre bona cõmunia

diuidere non vult, ad Officium Capitanei citatur, vt patet Folio 230. vel ad Iudicium Cõmiſſariale, ſi modo par Ius ſuccedendi ambobus ſeruiat, vt patet Folio 335. Alioquin Iudicio Terreſtri lis dirimitur.

ARTICVLVS II.

De diuiſiõe fratrũ per amicos, vel per patrem facta: de diuiſis, vel indiuiſis fratribus citandis: & ſi ipſi citant, cauſaq; cadunt.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Diuiſio p amicos facta, trib9 annis, & tribus menſibus ratificatur. Lex I.

Diuiſio per amicos inter fratres facta, licet ad præſẽtiam Iu-

Cum omnis diſſenſiõis & diſcordiæ, ſit mater ipſa cõmunio: in qua etiam fratres & quidam germani exiſtentes, ad odia & lites nõ modicas 30 ſæpius prouo-

ſæpius prouocãtur : ad quas euitãdas, ne in periculũ uitæ utrinq; incidant, cõſueuerunt plærũq; homines uiuere, & ſtare in domibus proprijs ſeparatim, de parte bonorũ ſiue hæreditatũ, quæ ipſos cõcernit, habita diuiſiõe ab inuicem, interuentu ipſorũ amicorũ, & licet ad Principem noticia ipſius diuiſiõis nõ fuerit deducta, tamẽ quia ſæpe cõtingit, quod ex aliquorũ uita actiua & bona procuratiõe negligẽtes, & in ratione diſſoluti, domos proprias & bona hæreditaria reformare nõ curãtes, domos reformatas, & hereditates ad utilitatẽ deductas Iure pro ſe ipſis obtinere nituntur, fratres, aut amicos ipſorũ, ad Iudicia protrahentes, & ſic quilibet paterfamilias timore iſto, & abuſu percuſſus, & a reparatiõe bonorũ ſe ſubtrahit & domorũ erectiõe. Quare ut a tali torpore & pigricia tales retrahamus & excitemus, utq; bene laborantes & procurantes aliquod cõmodum inde reportẽt, Statuimus noſtra auctoritate, ut quicũq; fratres, uel amici cõſanguinei aut remoti, ſexus utriuſq;, ab inuicem ſeparati fuerint, uel diuiſi : & in hac ſeparatiõe, uel diuiſione ſteterint per tres annos, & per tres menſes in taciturnitate, ad Iudicium nõ prouocãtes (niſi cauſa legitima aſsignetur, uel allegetur, propter quam præſcriptio legitima impeditur) a repetitione ſeu uendicatione partis hæreditatis fratris ſui, uel amici, preſcriptione obiecta, legitime excludentur.

dicij nõ fuerit deducta, tamẽ trium annorũ & trium menſium præſcriptione perhennatur.

Diuiſio per patrẽ inter liberos ex duab9 vxoribus ſuſceptos rata ſit. Lex ij.

Vulad. Iagel. Crac. & Varthæ 1423.

43. Cum uero pueri primæ uxoris portionẽ ſuam æqualẽ a patre eis ſpõte ex diuiſione perpetua oblata obtinuerint: tunc portio ſecundæ uxoris filijs, aut filiabus eiuſdem, cædere debet integraliter.

Frater diuiſus nominatim, indiuiſus generaliter citentur. Lex iij.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Fratribus diuiſis exiſtentibus, ſi aliter illorum citatur, & perdit cauſam: nõ poterint alij ſui fratres diuiſi ſentenciam impugnare, commode tamẽ agere poſſunt pro ſorte quẽlibet ex diuiſiõe pertinente.

19 20 Quãuis negocia mortua & finita, tanquã & quaſi cõtra naturã ſuſcitare difficile eſt, & retractare: reperiũtur tamẽ nõnulli qui coloribus exquiſitis mortua & finita negocia moliũtur & conãtur refricare : in hoc uidelicet, Quod licet aliqui fratres, ſeu ſorores cũ fratre ſint in bonis paternis ab inuicem ſeparati, & diuiſi : tamẽ ſi cõtingat, quod aliquis fratrũ eorundẽ, in queſtiõe hereditaria, recipiat cõtra ſe ſentenciã diffinitiuam: poſt modũ alter ipſorũ accedẽs ad præſentiã Iudicis, allegat ſe cõtemptum, & ad eandẽ quæſtionẽ, tanquã illum cuius intererat, nõ uocatum: poſtulans ex hoc debere eandẽ ſentenciã retractari. Et ſic huiuſmodi ſentencia per talẽ petitionẽ cõſueuit retractari. Vnde nos uolentes, quod in huiuſmodi litibus certus finis habeatur, Statuimus, quod

ubi partes uel ſorores fuerint ab inuicē in bonis paternis diuiſi & ſeparati: Si cōtingat unū ipſorū in hæreditaria queſtiōe contra ſe diffinitiuam ſentenciā reportare: alteri ipſorū poſt modū ſit penitus interdicta poteſtas infirmādi ſeu redarguendi ſentenciā eandē. Sed pro parte hæreditaria duntaxat ipſum cōtingente mouēdi queſtionē plenā habeat facultatem. ❡ Si uero huiuſmodi fratres, uel ſorores cū fratre non fuerint in bonis paternis ab inuicē ſeparati, & diuiſi: Si ad annos legitime ætatis peruenerūt, & habentes plenā diſcretionē, Volumus quod in hæreditate pro qua queſtio agitatur, uel uentilari ſperatur, per Miniſterialē, ut in alia Conſtitutiōe docetur, Terminus Citatiōis iuxta edictum publice apponatur: citando, ut ſi quis ſit qui habet, uel habere poſsit aliquod Ius in dicta hæreditate, uel ad hæreditatē: aut ſua quomodolibet interſit: die protūc aſsignata ueniat, & cōpareat, Ius ſuum oſtenſurus: alias ſi poſt talē Citationē, eo cuius intererat nō comparente, diffinitiua ſentencia ſuper eandē hereditatē proferatur: cuilibet poſt modum uenienti, & uolenti eandē ſentenciā impugnare, refricare, ſeu innouare: ut in caſu præcedenti ſit interdicta poteſtas hoc agendi. Sed ipſam ſentenciam decernimus habere perpetuum robur.

De indiuiſis pari modo decernitur, ſit tamen citatio per Miniſterialē, ut in priori Statuto cōtra eum qui habet intereſſe, uidelicet cōtra abſentem fratrē indiuiſum ſi non cōparet citatꝰ ille indiuiſus ſentencia contra eū prolata perpetuo decernitur ualitura.

Si vero ſenior frater cauſam perdit, iunior eam ne renouet. Lex iiij.

Kazim. Viſl. 1368.

ſeniore fratre cauſam perdente, abſenti iuniori iura non patrocinabūtur unq̄ ad innouandum cauſam et impugnandam ſententiam.

Falco pro hæreditate agebat cōtra Henricū: Henricus aūt oppoſita longi tēporis præſcriptiōe, ac ipſam præſcriptionē ut debuit probauit: Iudex aūt ipſum Henricū abſoluit ab eadē petitiōe, ſilentiū Falconi imponendo: poſt hæc ueniens Nicolaus iunior frater Falconis, refricat, & innouat eandem quæſtionē. Nos itaq; finem litibus imponere cupientes, declaramus eundē Nicolaū fratrem iuniorē prędicti Falconis non eſſe audiendū, & ſentenciam Iudicis tranſire in rem iudicatam. 20. 21.

De finibus vero inter Villas ponendis & regundis. Vide Libro Primo Capit. xiiij. de Offic. Succamer.

CAPITVLVM VI.

De Statu Mulierum.

PRAEFATIO.

Quando quidem Dei præcepto ita cōſtitutum eſt, vt ex æquo mares & fœminas natura procreet, tantūq; ſit mulierū quātum virorum: procul dubio Reſpub. ex dimidia parte bene vel male cōſtituta eſt, in qua leges de mulieribus bonę vel malę ſint, ſublato enim, vel neglecto, aut pluſquā oportet oppreſſo, locupletatoue ſexu fœmineo: genus humanū periret, in vagos cōcubitus effunderetur, ſociis vitæ barbara

tæ barbara ſeruitus imponeretur, vel ſaltē præſidia Reipub, peſſum irent. Quæ quidem omnia,quā vel cogitatu immania ſceleroſaq; ſint, nemo non ſentit. Ac proinde Leges de mulieribus,ita vt oportet in Repub.cōſeruandis,audiamus.

ARTICVLVS I. & II.

Sororicidæ infames ſunt,ſucceſsiōeq; excidunt,mulierum etiā oppreſſores, ac raptores plectuntur,niſi forte Tutor nubilem virginem non maritet, aut vidua nubat.

PRAEFATIO.

Principio itaq; Leges noſtrę cauent,ne ſorores,multis alioqui iniuriis ob ſexus imbecillitatē expoſitæ,a fratribus.ſpe lucri,occidātur, deniq; ne a quoq; per vim opprimantur,aut alioqui rapiātur inuitæ.Cædi enim proximū crimen eſt,expugnatio pudicicię.Quæ qdem ita omnis in Repub. honeſtatis fons eſt,& origo:vt Iuſticia vinculum ac fundamentū ipſius a Sapiētibus eſſe dicitur. Et quia locus hic exigat, vt ſingulę nefarii coitus formæ attingātur, ſciendū eſt, adulteriū proprie cum nupta,vel mariti cū ſoluta ſolere cōmitti:propter quod matrimoniū dirimitur. Eſt enim ſacrilegii inſtar, propriū virum,propriāue vxorem habere,non vereri tamē,vel incōceſſos ignes experiri,vel alienū torum expugnare.Ac proinde ſi vir in ſcelere deprehendatur, capitale illi eſt, mulier vero repudiatur.Quinimmo in odiū tāti delicti, patri Leges permittūt, vt ſi in domo ſua, vel generi ſui, adulterum in ipſo ſcelere deprehēdat, vtrumq; occidat in continenti. Perindeq; marito aut etiā vxori facere hoc ipſum licet, præſertim,ſi prius mæcho,adhibitis teſtibus denūciauerit,vt abſtineat a colloquio, & cōſuetudine ſuæ vxoris,aut viri,ſimiliterq; ſtuprum,quod in puerū,virginē,vel viduā vi cōmittitur,capitale eſt. Qui vero ſciens cōmiſit Incæſtum,quod fit cū ſanguinis,affinitatis,vel religionis cōtumelia,pœna adulterii punitur. Porro ſi ignarus, vel abſq; Iuris cōtumacia id cōmiſit, pœna mitigatur. Quod ſi quis ex adulterio vxoris quæſtum faciat, aut deprehenſam in adulterio vxorē retineat,lenocinii reus eſt,pœnaq; adulterii plectitur. Raptus aūt mulierū capite itidē eluitur: niſi mulier ſe rapi,& dote potius priuari,quā raptorem capite plecti permittat. Certe fornicationē cum proſtituta admiſſam Leges noſtræ nō puniunt:quin etiā priuatim,& quibuſdā Magiſtratibus publice Lenocinio quæſtum facere licet impune. Qui quidē tametſi maxime neceſſarium malū hoc eſſe cauſentur, proindeq; permiſſum affirmēt, potius quā vt deteriora veniāt:cum tamen omnibus vſus cōiugii liber ſit,quo vſtioni humanæ medicetur: mediusfidius omnibus iſtis, qui ſibi vel Regnū, vel etiā more Heliogabali triumphū ex ſcortis, quæſtus gratia, inſtituunt,vel incendiū Sodomæ,vel ſaltem illud cœleſte oraculum metuendū eſt: Scortatores, adulteri,molles,auari,& huiuſmodi alii,Regnū Dei nō poſſidebūt.Etſi aūt cōcubinatui eadē pœna diuinitus ſit cōſtituta: neq; enim præcepto Diuino reſpondet. Nihilominus cū externā habeat ſpeciē cōiugii, reuera aūt illud euertat,Iure Ciuili tolerabilior eſt: quod cōcubina neq; ſit publicum ſcortū,neq; pellex: ac proinde ſeruit ex ea procreatis ſpuriis, vel per futuras nuptias: vel Principis, aut Pōtificis benignitatē,legitimatiōis beneficiū, cū illud ex alio ꝓhibito cogitu natis deneget.

Pudicitia omnis honeſtatis in Rep. fons & origo. Iuſticia uero ipſius uinculū atq; adeo fundamentū eſt

Quæ pœna adulter.

Mæchæue.

Stupri.

Incæſtus.

Lenocinij.

Raptus.

Fornicationis.

Concubinatus.

Sororicidæ infames ſunt,deniq; ſucceſſione in bona excidunt. Lex I. Quæ Folio 287.uideatur.

Qui virginē aut mulierē oppreſſit,ei9 uita in gratia Regis conſiſtat. Sed ſi mulier calumnioſe iſtud aſſerat, uiceuerſa puniatur. Lex ij.

Et ſi quis ſubditā ſuā violauerit. L.iij.

Vtramque vide Folio 214.

Raptor mulierū captiuetur. Lex iiij. 52.

Quæ Folio 271 videatur.

Raptor ſit infamis, rapta vero ſi conſentiat, dotem perdat. Lex v.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496. Item de raptoribus Virginū & fœminarū ita uolumus eſſe obſeruandum, ut talis raptor Virginis, ſi Iure cōuictus fuerit, ſecundū antiquiora Statuta honore: & fœmina rapi ſe cōſentiens bonis omnibus hereditarijs, & quibuſcumq; alijs ipſam cōcernentibus rebus, doteq; perpetua, priuentur perpetuis temporibus. 107

Eadem Lex interpretatur.

Sigiſm. Crac. 1531. Ad ſubmouendā dubitationē quæ circa Statutū de raptu Virginū & fœminarū conditū oriri ſepe ſolet: Viſum eſt nobis, & Senatui noſtro, per præſens Decretū illius intelligentiā ita declarare. Vt cū raptor Virginis, aut mulieris, uiduæ, ſeu cōiugatæ, ad preſentiā noſtram pro raptu cōmiſſo citatus fuerit: tum demū ſecundū antiquiora Statuta, Iure eſſe cōuictus in priuatione honoris intelligatur, cū Virgo, aut mulier, uidua, ſeu cōiugata, in præſentia noſtra cōſtituta cōfeſſa fuerit ſibi per raptorem citatū uim fuiſſe illatā: & ſe cōtra eius uoluntatē & conſenſum per illum eſſe raptā, per hāc enim raptæ Virginis, uel mulieris, uiduæ, ſeu cōiugatæ cōfeſsionem: raptor citatus ad extendendā contra ſe pœnam priuatiōis honoris cenſeatur eſſe ſufficienter cōuictus Iure, alioquin rapta Virgine, uel muliere, uidua, ſeu cōiugata, per expreſſum in præſentia noſtra cōfitente & affirmante ſe non per uim citati eſſe raptā ſed uoluntate & cōſenſu ſuo proprio undecūq; abductam: citatus de raptu a pœna Statuti honoris priuatiōis liber eſſe cenſeatur. Virgo uero, ſeu mulier, uidua, aut cōiugata, ad quarū omniū perſonas & nomina legem hanc diu ſtatutā & obſeruatā pertinere & extendi uolumus ac declaramus, poſt factū huiuſmōi uoluntatis & cōſenſus ſui confeſſionē, bonis omnibus hæreditarijs, & quibuſuis alijs ipſam cōcernentibus bonis, & rebus, doteq; ſibi debita, perpetuis tēporib. priuabūtur.

Quod ſi Tutor nubilē virginē maritare negligit: poſſunt ſibi de maritis, cū conſilio tamen amicorum ſeu patruorum prouidere. Lex vi.

Iagello Cracouiæ. 43.

Quæ ſuperiore Capite videatur.

Vidua vero poteſt, cui velit nubere, ſine amicorū conſenſu.

Infra vide Cap, eodē Art. 5.

In Articulos ſequentes.

De ſponſalibus, arris, donis ſponſalicijs, pignoribus, nuptijs, earūq; impedimentis, affinitatibus, uxorū conditione, diuortijs, ac Iure Dotiū.

PRAEFATIO.

Qui ſit finis matrimonij.

CVm iā liquet maſculum & fœminā ab Opifice omniū rerum factos eſſe, non vt vagis libidinibus more pecorū indulgeāt, ac polluātur, verum vt ex eorum cōiunctione, & legitimis nuptiis ſpecies generis humani in pudicicia & ſanctitate ad colendū Deum cōſeruetur: alterq; auxilio alterius indiuidua cōſuetudine adiuuetur.

ſponſalia aliquando nuptijs præmittuntur.

Reſtat igitur vt dicamus, qđ anteq; coeāt nuptiæ ſponſalia præmittūtur, hoc eſt cōditio ac repromiſſio quedā futurarū nuptiarū, quæ tum cōſumantur, cum cōſenſui animorū cōiunctio quoq; corporū ſubſequitur.

ſponſ. duæ ſpecies.

Duæ vero ſunt ſponſaliorū ſpecies, Nuda ſ. cū ſponſus & ſponſa inuicē ſeſe obligāt ad contrahēdum matrimoniū, nulla interueniēte arra: firmata, cum aliqd nomine arræ, aut pignoris loco, vel vtrinq;, vel tantū parte ab altera datum eſt: aut ſaltem Iuſiurandū interceſſit.

ſponſalia abſq; nuptijs poſſunt eſſe.

Etſi aūt nuptiæ nondū ſint, vel etiā nō ſubſequātur, ſponſalia tamē fieri poſſunt: Nam & ſeptennes illa cōtrahunt per verba futurum cōſenſum promittentia: idq; publice, aut clam: inter præſentes, vel abſentes: per nunciū, vel per literas:

Qui, & quomodo ſponſ. contrahunt.

Neq; enim in ſponſalibus neceſſaria eſt ſtipulatio. Sed ſatis eſt nudum interuenire cōſenſum, quibuſcūq; tandē verbis ille ſit expreſſus. Sed ſi fuerint in poteſtate parentū, vel Tutorum: illorum quoq; cōſenſus requiritur, nō magis honeſtatis, quā neceſſitatis cauſa. Iure poli ſi quidē magis, quā Iure fori matrimonia cōſtant. Si enim Dñs Deus adduxit Euam ad Adam, certe parentes, vel qui pro his loco Dei ſunt, etiā requirendi ſunt, vt ſuam Euam Adamo adducāt.

Deſponſatio clandeſtina Iuri inimica.

Quocirca, vt legitimis nuptiis nihil celebrius, nihilq; clarius eſſe debet, ita clādeſtinę deſponſationi, ſineq; præſentia hominū factæ, ſi ea manifeſtis indiciis & teſtimoniis probari nequeat, tantū Iura infenſa ſunt, vt publice facta ſponſalia illi præferantur. Si enim cōtrahentium volūtas forte ex aliqua occaſiōe vel offenſiōe mutetur, Iudici nō poſſit fieri fides ad ſtatuendū Ius inter eos, qui cōtracta ſic ſponſalia eſſe cōtendunt, & hoc propter obſcuritatē cōtractus vtrinq; initi, niſi ex liqda & legitima probatiōe Iudici de ipſis ſponſalibus cōſtet, neq; aliud legitimū impedimentum inter cōtrahentes interceſſiſſe deprehēdatur. Quāuis aūt ſponſalia hoc fiant propoſito, vt matrimoniū ea ſequatur: tamen cōtrahentes cogi ad illud nequeunt, niſi eo nomine Iuſiurandū fuerit interpoſitū: idq; ſi pure fuerint contracta.

ſponſ. conditione aliqua ſuſpenſa.

Nam in cōditionalibus ſponſalibus obligatio matrimonii cōtrahendi tantiſper manet ſuſpenſa, donec extet cōditio: niſi forte conditionalē ſponſaliorū cōſenſum concubitus, aut cōſenſus per verba præſentis tēporis ſecutus ſit. Sed & talis cōditio ſponſalibus appoſita, quæ pugnet cum matrimoniorū Iure, pro nulla habetur: vt ſi quis mulieri promittat ſe ducturū illam, ſi fœtum cōceptum extinguat veneno: nō aūt viciat ſponſalia inhoneſta, vel impoſſibilis cōditio: ſi modo ſacroſancti matrimonii legibus nō aduerſetur.

Quando, & quibus de cauſis ſponſalia diſſoluuntur.

Etſi aūt ſponſalia futurum matrimonium reſpiciunt, vtriq; alter alterum, quā diu libitum eſt, nō colludet: ac proinde, ſi tempus in ſponſalibus appoſitū effluxerit, liceat impune alias nuptias quærere: vel ſi certum tempus præſtitutū nō eſt, ſi volet, in eadem Prouincia degentem, biennio: in alia, triennio expectet. Nam morbus, vel caſus aliquis violentus, qui ante cōtractas nuptias reddat ad procreandā ſobolem inutilē: item fornicatio: præterea ſpontanea renunciatio: ignotæ cognatiōis diuulgatio: & flagicioſe contrahendarū nuptiarū quæſita opportunitas: poſterius matrimoniū omnibus ſui partibus cōſumatum: votumue religiōis cauſa ſponte factum: inprimis aūt diſſenſio: vt aliam qualibet ſocietatē, ſponſalia diſſoluunt. Sed tamen nō ſine aucto-

ritate Epiſcopi, ne vel aliquis ſibiipſi Ius dicat, vel licentia ſpondendi magnis erroribus ſuppeditet occaſionẽ. Niſi cauſa diſſoluendorũ ſponſalium tã ſit notoria, vt nulla egeat probatiõe: vt fornicatio, & nõnullæ aliæ ex memoratis cauſis. Et

Donationũ nuptialiũ quatuor ſpecies.

quia quatuor ſunt ſpecies donationũ nuptialium: duę ante nuptias, arra videlicet, & ſponſalicia largitas: donatio propter nuptias aytipherya .i. contrados, ſeu dotalicium dicta: & donatio poſt nuptias. Arræ ergo cum ſint pignus ſeu donaria a ſponſo & ſpõſa ſibi ipſis vtrincꝫ, vel tantũ alteri ab altero data, fidei cauſa: ſimiliterqꝫ ſponſalicia munera, ex mera liberalitate tributa: in ſimplum, duplum,

Quando reſtituũtur arræ, ſeu ſponſ. munera, & per quos.

vel ſi ita cõuenit, etiã in quadruplũ reſtituuntur a perſona per quã ſtetit, quominus nuptiæ ſubſequerẽtur. Alioqui ceſſat repetitio arrarum, & ſponſaliciorũ munerum: ſi alter ex ſponſis moriatur, aut cauſa interceſsit, quę omnino nuptias cõtrahere, aut cõtractas proſequi prohibet: de eacꝫ cauſa ſciuit is qui arram, vel munera dedit. Idemqꝫ iudicandũ eſt de pignoribus, ſi qua data ſunt futurarũ nuptiarum cauſa.

Omiſsis ſponſ. Solennitatib. ſæpe matrimonium cõtrahitur per uerba de præſenti inter perſonas coniugio habiles.

Sed omiſsis ſponſaliorũ ſolennitatibus, ſæpe etiã matrimoniũ cõtrahitur per verba de præſenti inter puberes, eoſue qui tali ſunt corporis habitu, vt procreare queãt: etiã ſi ſint natura ſurdi, muti, aut aliquo vicio matrimonio non aduerſante obnoxii.

Qui contrahere nuptias non poſſunt.

Ex parte naturæ.

Nam impuberes, ſine interuallo furioſi, natura aut incantamẽtis frigidi & impotentes, cõtrahere non poſſunt.

Cognatiõis ſpiritual. Sanguinis.

Licet vero paternitas, fraternitas, cõpaternitas, & alię cogitatiões Spirituales, iuxta Canoniſtarũ ſentenciam, matrimoniũ impedire dicãtur: cum tamẽ cõtra Chriſtianã charitatẽ, & Officia pugnent: quibus alter alterum in amplectenda fide Chriſtiana iuuare tenetur: omnino matrimonia impedire nõ poſſunt, ſecus eſt in cognatiõe ſanguinis: tacito enim quodã naturæ inſtinctu ita inſtructi ſumus, vt neceſsitudines ſanguinis, abſqꝫ fœditate & verecundia cõcubitu violare nõ liceat. Licet enim hoc antiquis patribus propter generis humani paucitatẽ licuit: multiplicatis tamẽ hominibus id ipſum Diuina voce eſt interdictũ. Quippe quod nuptię ſint Ciuitatis ſeminaria, charitatiſqꝫ, ſocietatis, ac neceſsitudinũ omnium inter familias quoddã autoramentum, ſeu glutinũ: vt id in quã plurimas familias diffundere, & eaſdẽ affinitatibus, quaſi duarum cognationũ finibus cõiungere, generi humano maxime expediat.

Affinitates coniugijs quæruntur.

Sed ipſa affinitas tãtum eas perſonas, quæ nuptias cõtraxerunt impedit, quominus iterum ex eadẽ familia cõiuges ducant, inde eſt, quod pater cum filio matrem cum filia: & duo fratres duas ſorores ducere poſſunt. Nam cõſanguinei viri & mulieris nõ cõiunguntur inter ſe vinculo affinitatis: ſed tãtum illi cõiungũtur ſibi ipſis qui matrimonio ſunt copulati. Vt aũt per legitimũ cõiugium, ita quoque per Concubinatũ, aut alium illicitum coitũ cõtrahitur affinitas. Prohibetur etiã matrimoniũ inter perſonas religiõis diuerſę, vt inter Chriſtianos & Iudæos,

Ex parte religionis propter uim, metum, incæſtũ, raptũ, ſcelera

item vi vel metu, qui poſsit in conſtantẽ virum cadere, extortum. Pręterea inter adulterio vel nece prioris vxoris pollutos. Crimẽ aũt Incæſtus, cum cognata vltra 4. gradũ cõmiſſum, matrimoniũ cõtrahendum, nõ iam contractũ impedit. Quod ſi quis rapiat inuitã, redditur ea libertati priſtinæ: raptor vero ſubiicitur pœnæ capitali. Eandẽ vim impediendi cenſentur habere publica pœnitentia, cœdes Sacerdotum, & alia huiuſmõi crimina.

Ad tempus matrimonia impediũtur.

Vel perpetuo.

Ex parte politiæ.

Etiã matrimonia ad tẽpus impediuntur ratione feriarum Eccleſiæ: perpetuo vero, ratiõe cõſanguinitatis. Sed & politica ordinatiõe matrimonia impediuntur inter adoptantẽ & adoptiuã: præſertim ſi ſit in eius poteſtate: item inter Tutorẽ & pupillã: inter virum & filiã vxoris diuortio ſeparatę.

Intra annum luctus nubere infame.

Nam apud nos nulla dignitas, vel vilitas, impedit nuptias, vt autẽ bonis moribus & bonæ famę aduerſetur, ſi mulier intra annum luctus nubat: ita ad vitandã polygamiã coniunx cõiugem peregre: vagãtem, aut etiã captum, ad mortẽ vſqꝫ expectet.

Polygamia dãnatur.

&ſi enim aliquot Patriarchę plures ſimul & ſemel habebãt vxores, aut etiã cum vxoribus plures cõcubinas: illos tamẽ, vel ſanctitas vitæ ſingularis, vel potius temporis ratio, myſteriumue nobis ignotum excuſat, certe Apoſtolus, vt in cõſortio vnius vxoris exemplar cõtinentiæ Chriſtianis poneret ob oculos,

atqꝫ cõmen-

atq; cõmendaret: Eccleſiæ Chriſti Epiſcopum, irreprehenſibilẽ alioqui futurum, oportere vnius vxoris virum eſſe dicit, ita vt id prudenter hoc tempore fiat, quia omnium matrimonia pro contiõe renunciãtur, ne ſcilicet clam, aut captioſe cõtrahantur, illa vero omnia, quæ vel mutuæ beneuolentię, vel maiorum ſolẽnitatum cauſa, in cõtrahendis matrimoniis fiunt: ſicut eſt dotis promiſsio, arra, ſpõſalitia largitas, donatio propter nuptias, benedictio nuptialis, etiã ſi nõ interueniũt: tamen ſubſiſtit matrimoniũ mutuo cõſenſu cõtractum. &ſi enim dos, vel mulieris patrimonium, propter ferenda onera matrimonii debetur viro: attamẽ nihil ad ſubſtantiã matrimonii operatur. Quod ſi quis formæ, ætatis, ordinis, familiæ, opũ, & huiuſmodi aliarum cauſarũ, in ducenda vxore habet rationẽ: nõ raro peruerſe agit. Porro ꝗ ducit ſuã concubinã inſtrumẽtis teſtetur ſe matrimoniũ cum ea cõtraxiſſe vt liberi ſcilicet legitimorũ parentum habeant teſtimonium. Si vero tot & tantæ res videndę atq; etiã exhauriendę ſunt ei qui ducturus eſt vxorẽ, mediusfidius nõ minore cura vxor a viro eſt retinenda, atq; gubernãda, ne enim molliter, ac in omnem licentiã diſſolutę mulieres viuant, viri prouideãt: vbi enim hoc eis licet, in ea Rep. diuitias haberi in precio oportet, ſtulti etiã huius ſexus cupiditas, niſi imperio viri ſubſit, regere conatur. Nihil aũt refert, vt ait Ariſtoteles, vtrum mulieres ipſæ gubernent, an eos qui gubernãt a mulieribus gubernari, certe iactatur iam paſsim illa ſententia Cicer. quæ quidẽ oſtendit, quã fœdum ſit liberum hominem mulieri ſeruire. An ille mihi, inquit, videtur liber, cui mulier imperat: cui leges imponit, præſcribit, iubet, vetat quod videtur: qui nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet. Si poſcit dandum eſt, ſi vocat, veniendum: ſi eicit, abeundum: ſi minatur, extimeſcendũ. Ac proinde quidã Poeta bene cecinit quæ harmonia æqualitatis inter virum & vxorem ſeruari debeat.

Epiſcopus continentiæ exemplar.

Publicẽtur matrimo.

Quæ ad ſubſtantiam matrimonij nihil operantur.

Qui ducit ſuam concubinam.

Gubernatio uxoris difficilis.

> Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito:
>
> Non aliter fiunt fœmina uirq; pares.

Et Imperator ꝗdem Cõmodus vxorem dignitatis eſſe nomen, Socrates patientię cotem aiebant. Certe Metellus Numidicus grauis ac diſertus Orator, cum cenſor eſſet & ad populum de ducendis vxoribus oraret, aiebat: ſi ſine vxoribus poſſemus Quirites eſſe, omnes ea moleſtia careremus: ſed quoniã ita natura tradidit vt neq; cũ illis ſatis cõmode, nec ſine illis vllo modo viui poſsit: ſaluti perpetuę potius quã breui voluptati conſulendum eſſe videtur. Si aũt vir, id quod Tiberius Graccus feciſſe legitur, periculo vitã ſuam pro cõiuge exponet: ſine dubio Minias Lacedemonas facile inueniet: quę viros ſuos ob affectati Regni ſuſpicionẽ captiuos, quaſi ſupremo allocuturæ, veſtibus ſuis indutos, deceptis cuſtodibus, carcere dimiſerunt: ſeſe aũt pro illis morti obiecerunt. Quod ſi vir adulteretur, is impudenter pudiciciã exiget ab vxore, quod enim quiſq; Iuris ſtatuit in alterum, ipſe eodẽ Iure vtatur: & ſua quiſq; lege cõdemnator. Certe Theophraſtus ait, minore moleſtia deformem haberi, quã formoſam ſeruari: nihil enim tutum eſt, in quo totius populi vota ſuſpirãt: quãdo ꝗdem alius forma, alius ingenio, alius facũdia, alius liberalitate ſollicitat: & tãdem aliquo modo expugnatur, quod vndiq; laceſsitur, vt ait Hieron. ac proinde Ennius Poeta dicebat, fœminas eſſe ducendas, quę ſint incolumi pudicicia, & quæ ſtata ſeu mediocri forma eſſe cernuntur vt aũt in fœminis venuſtas, ita in viris dignitas grata eſſe ſolet. Sed qui viduã ducit, eum duplicem laborẽ inſumere oportet: primum vt dedoceat alterius viri mores: ſecundum, vt ſuis moribus cõſueſcat. Cum aũt iuniores viduas vult nubere Paulus: certe quinquagenariæ aut ſexagenariæ ſi nubãt, libidinis notãtur. Aetas enim vtriuſq; cõiugum ſibi reſpondeat: ita vt vir, ſi cœlibatus nolit affici ignominia, intra 36. annum ætatis ſuæ ducat: virgo aũt intra 18. nubat: ſemperq; viri ætas mulieris ętati in duplo reſpondeat. Neq; cum ea minis, cõtumelia, verberibuſque agat: eſt enim hoc ſeruile, & indignum familiari ſocietate: quinimo obdurãtur plagis cõiuges, ſecreta præterea matrimonii intra cubilis parietes deliteſcant,

male enim

Commoda & incõmoda uxorum.

Si cupiet coniunx ut redametur, amet.

Vir ſit exemplum pudiciciæ.

ſtata forma uxor ducenda.

Viduam qui ducit, opus laborioſum aggreditur.

Ætas coniugum ſibi ipſis reſpondeat.

Liberaliter uxor habenda

Vir ſecreta cubilis ne prodat.

male enim ſibi & pudiciciæ vxoris ſuæ cōſulit vir, qui ea prodit, quę taceda ſunt. Duo vero precepta in re vxoria ſemper obſeruet: vnum, vt cum vxore blanditiis agat nunq̃: alterum, vt præſentibus extraneis eā nunq̃ obiurget. Hoc enim veſaniæ eſt, illud vecordię. Sed & vir credat cōiugi omnia quæ intra parietes domeſticos ſunt: eorumq́ʒ diſpenſationē permittat: Illa præſtet ſedulitatē domi, maritus aūt induſtriam foris: Illa filios nutriat, vir aūt inſtituat: ſciatq́ʒ paterfamilias quærere, quæ ad vſum familiæ ſpectant, vxor parca ſit, & parta tueatur. Fruſtra enim ſuſciperetur quęrendi labor, vbi nulla parcendi ratio eſſet: & turpe eſſet patremfamilias foris quęrendi ſtudio laborare, cū aūt domum quaſi in portū tranquillitatis ſe recipit, iterum vexari. Itaq́ʒ & ſupellectilē vxor ſuo loco diſponat: & victum frugaliter diſpenſet. Inprimis aūt rumorē malum vitet, quæ enim ſemel male audit, difficile ſecundā populi famam recuperat. Duo quippe ſunt mulierū ornamenta: prima, modeſtiæ, pudiciciç, pudoriſq́ʒ laudes: Hę ſiquidē dotis inopiam augent, deformitatē ad pulchritudinis ſpeciē redigunt, ignobilitatē illuſtrant tantum, deniq́ʒ alios omnes defectus implent, vt etiā vicia excuſant. Secunda matronarum ornamēta ſunt, liberi: qui in cognitiōe Dei vera doctrina inſtituantur, & guſtum cœleſtis vitæ in hac etiā mortalitate hauriant. Porro tā arcta eſt viri cum vxore cōiunctio, vt alter cōiugum reluctāte altero, neq́ʒ ſe addicere religiōi, neq́ʒ ob fœditatē corporum, lepraue ipſam ſeparari poſſit, quin etiā mulier maritum ſequi tenetur, quocunq́ʒ proficiſcatur: præſertim ſi ante cōtractas nuptias ſciuit, has eſſe negociatiōes viri, vt peregrinari hinc inde cogatur: cōſenſiſſe enim ad huiuſmōi peregrinationē videtur. Sicut aūt pactis pœnarū ad cōtrahendum, ita nec pactiōibus ad diſſoluēdum matrimoniū cogi quiſq́ʒ poteſt. Quos enim Deus ſemel cōiunxit homo ne ſeparet. Quod ſi quid moleſtiæ inter coniuges apud veteres incidebat, ſacra faciebat vxor in templo Deę Viriplacæ. Athenis vero erat Magiſtratus, qui (quod apud nos amici vxoris peragunt) diſſidentes viros cum vxoribus ſine iurgio ac offenſa reconciliabāt, vtcūq́ʒ tandē eſt probroſum tātæ cōiunctiōis ſoluere vinculū: admittitur tamē diuortium inter cōiuges, propter fornicationē, ſiue adulteriū carnale, vel ſi alteri ab altero vitæ certiſſimū imminere ꝓbetur exitiū, vel ſi alter cōiugū ab altero impotētię mox ab inito matrimonio cōuincatur, tunc enim permittitur potenti, alteris iungi nuptiis. Alioqui ſi coniunx matrimonio ſemel cōſumato, morbo, vel aliqua alia violenta cauſa reddatur impotens, matrimoniū nō diſſoluitur: ſed potens hoc ipſum in impotente vicium ſicut alia omnia infortunia, perferre, cogitur ad mortē. Quod aūt de impotentia diximus, idem de aliis perpetuis impedimētis eſt ſentiendū, propter quæ matrimonium nunq̃ extitiſſe iudicatur. Nefariæ vero nuptiæ quæ ſcilicet ſunt inter aſcendētes & deſcendentes, cōtra Iura ſanguinis cōtractæ, itidē pro nō nuptiis reputantur, quin etiā pœnis plectuntur Canonicis. Porro cū in aliis omnibus, tum in matrimonii cauſis magnæ ſolēnitates diligenter obſeruādæ ſunt, ac proinde in dirimendis illis omnium circumſtantiarū religioſa debet eſſe obſeruatio: tutiuſq́ʒ ſemper eſt ſemel per verbum Dei cōiunctos cōciliare, ac relinquere: quā ſtatutis hominum ſeparare. Solutionē etenim matrimonii (in Codice ſcribitur) difficiliorē eſſe debere, fauor imperat liberorū, ſed ſicut diſſolui matrimonia prohibemus, ita aduerſa neceſſitate preſſum, vel preſſam, quāuis infauſto, attamē neceſſario auxilio cupimus liberari. Si qua igitur maritū ſuum adulterū, aut homicidā, aut veneficum, vel certe cōtra noſtrum imperiū aliqd molientē, vel falſitatis crimine cōdemnatum inuenerit: ſi ſepulchrorū diſſolutorem, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentē, ſi latronem, vel latronū ſuſceptorem, vel abactorē, aut plagiariū, vel ad contemptum ſui, domuſue ſuæ, ipſa inſpiciente cū impudicis mulieribus (quod maxime etiā caſtas exaſperat) cœtum ineuntē: ſi ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantē: ſi ſe verberibus (quæ ab ingenuis aliena ſunt) afficientem probauerit: tunc repudii auxilio vti neceſſario ei permittimus libertatē. &

Ne uir blandiatur uxori, uel eam intempeſtiue obiurget.

Vices œconomiæ inter uirum & uxorem partiendæ.

Duo mulierum ornamenta.

Arctiſſima eſt coniugum ſocietas.

Magiſtratus erat Athenis qui uxores cū uiris diſſidentes reconciliabant.

Ex libr. 5. Codicis lege 8.

Quibus de cauſis uxor diuortium petere poteſt, ex lege Ciuili.

cauſas diſ-

cauſas diſsidii legibus cõprobare. Vir quoqꝫ pari fine claudetur, nec licebit ei ſine cauſis apertius deſignatis propriã repudiare iugalem. Nec vllo modo expellat, niſi adulterã, vel veneficã, aut homicidã, aut plagiariã, aut ſepulchrorũ diſſolutricem, aut ex ſacris ędibus aliqd ſubtrahentẽ, aut latronum fautricẽ, aut extraneorum virorũ ſe ignorante, vel nolente, cõuiuia appetentẽ: aut ipſo inuito ſine iuſta & probabili cauſa foris ſcilicet pernoctantẽ, vel circenſibus, vel theatralibus ludis, vel arenarũ ſpectaculis: in ipſis locis in quibus hæc aſſolent celebrari, ſe prohibente, gaudentẽ: vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricem, vel cõtra noſtrum imperiũ aliquid machinãtibus conſciã, ſeu falſitatis ſe crimini immiſcentẽ inuenerit, aut manus audaces ſibi probauerit ingerentẽ: tunc enim neceſſario ei diſcedẽdi permittimus facultatẽ, & cauſas diſsidii legibus cõprobare. Secuto tamẽ diuortio, prudens Iudex æſtimabit, vtrum apud patrẽ, an apud matrem liberi morari, ac nutriri debeãt. Si enim pater cauſam diuortii præſtitit, apud matrem ad ſecundas nuptias nõ venientẽ liberi nutriãtur, patris expenſis: Si vero cõtra, tunc apud patrem matris locupletis expenſis, niſi pater minus ſit idoneus: tunc enim apud matrem locupletẽ nutriãtur, nam quẽadmodum locupletes filii matrem alere coguntur egentẽ, ita iuſtum eſſe putamus, & a matre filios paſci. Quod aũt de matre & filiis indigentibus dicimus, hoc quoqꝫ in omnibus aſcendentibus, & deſcẽdentibus perſonis, vtriuſqꝫ naturæ, putamus eſſe obſeruandum. Secuto vero diuortio, mulier dotem ſuã a viro repetat, niſi aliud pactum fuerit: vel ſi vxor ſua ſponte aborſum fecerit: cõmune lauacrum cũ viris libidinis cauſa habuerit: vel viuente marito alium ſibi fieri procurauerit, propter hęc enim crimina Ius quoqꝫ repetendæ dotis amittit. Sic ergo de mulieribus deſponſandis, elocandis, fouendis & diuortiis, liberiſqꝫ nutriẽdis, ſentimus debere obſeruari. Dotis aũt appellatiõe venit, quicquid rerum mobilium immobiliũue a muliere, vel ab amicis, eius nomine, marito datum fuerit, æſtimatum, vel inæſtimatũ: vt donec matrimoniũ inter eos duret, apud illum maneat ad ſuſtinẽda matrimonii onera. Attamen Bartolus cõtendit, nomen dotis nõ res, ſed Ius quoddã tenendarum rerum ſignificare: ſicut hæreditas, nõ dicuntur res hereditarię: ſed Ius ſuccedendi in vniuerſum Ius quod habuit defunctus. Quæ vero donat vxori maritus, ſiue ante, ſiue intra, ſiue poſt nuptias: Aytypherya .i. contrados, ſeu dotaliciũ dicitur: ad cõpenſationem dotis, & amoris cõfirmãdi cauſa introductũ. Itaqꝫ dos, & donatio propter nuptias, vt quãtitate, & qualitate ſummę æſtimatę cõuenit: ita pari Iure cõſiſtunt, tanqꝫ reciprocæ donatiões, niſi quod ipſa donatio morte vxoris extinguitur: dos vero ſi ſterilis deceſsit mulier, ad eius proximiores: ſi habuit liberos, ad eoſdem deuoluitur. Dotes vero cõſtituuntur, aut voluntariæ ab his qui mulieri nihil debent, ſed tantũ pietate adducti ei benefaciũt: vt orphanæ a patronis, vel a Magiſtratu, aut neceſſariæ, vt a patre, fratribus, Tutoribus, vel Curatoribus aſsignatæ. Ii enim omnes coguntur pro dignitate nataliũ, & facultatibus, cõſtituere dotem illis puellis, quæ ipſorũ fidei creditæ ſunt. Promittũtur vero dotes, nuda pollicitatiõe, ſi ſponte offerãtur: ſtipulatiõe ſeu pacto, in certũ diem ac locum, ſub cõditioneue aliqua: fideiuſsiõe bonorũ virorum interpoſita: traditione dotis præſenti, acceptilatiõe, ſi extinguitur obligatio facta: remiſsione dotis: delegatiõe, ſi mulier aliquem debitorẽ dotis cõſtituat: aut teſtamento. Quocũqꝫ aũt modo dos cõſtituatur, ſemper maritus æſtimatã, aut inęſtimatã, autentico inſtrumento propter memoriã ſe tuliſſe teſtetur: ſimulqꝫ dotaliciũ in bonis ſuis cõſtituat. Odioſum namqꝫ eſſe videtur, ſi mulier fideiuſſores de dote conſeruanda exigat a viro, cui ſe ipſam credidit. Et licet dominiũ dotis penes mulierem maneat, cõmodum tamen, & periculũ dotis æſtimatæ, quã diu cõſtat matrimoniũ, penes virum eſt. Dos enim plane tranſit in cõtractum venditionis: nam maritus fit debitor ſummæ, vel precii æſtimatę dotis. Qui aũt promiſit dotem, ſemper ad euictionem tenetur. Inęſtimatæ vero dotis, vtilitas quidẽ ad virum, perſecutio ve-

Quæ cauſæ diuortij viro ſeruiant contra uxorem.

Poſt diuortiũ a quo parente liberi ſunt alendi.

Dos quid ſit.

Dotalicium.

Dos, & dotaliciũ in quo conueniant, uel differant.

Cauſæ cõſtituendarũ dotium uoluntariæ, & neceſſariæ.

Formæ conſtituendarum Dotium.

Dominiũ dotis circa mulierem, utilitas & periculũ penes uirũ.

ro & damnum ad vxorem ſpectat. Quãuis vero maritus nõ directum, ſed vtile dominium in rebus dotalibus cõſequatur: ſoletq; ipſum dominiũ variis pactis extẽdi, aut contrahi: nihilominus in rebus dotalibus, tam dolum, quã culpam pręſtare cogitur: quia ſua cauſa dotem accepit: tantaq; requiritur ab eo diligẽtia in cuſtodiendis vel conſeruandis rebus dotalibus, quantã in rebus ſuis habet, & exhibet. Atq; ob eam rem bona mariti tacito quodã cõtractu ſunt obligata vxori, durante matrimonio: adeo vt ſi vir mulieri, cõſiſtente ipſo matrimonio, dotẽ reddat: inutiliter reſtituiſſe cenſeatur, niſi forte ideo dos reddita ſit mulieri, vt æs alienum ſolueret: aut idonea prædia emeret, in poſſeſsionẽ viri reciſura: vel vt parentibus, aut fratribus cõſuleret: vel eos ex captiuitate hoſtili redimeret: aut ſi appareat viri facultates ita eſſe diminutas, vt vix ad reſtitutionẽ dotis ſufficiant. Nam & hęc cauſa eſt, propter quã maritus Ius tenendę dotis amittat. Quin etiã cõſtante matrimonio, dos aliquãdo petitur, puta ſi maritus proſcribatur, capitis damnetur, bonaue eius creditoribus addicãtur, vel fiſco. Nam tum ſi quis horum conetur res inuadere a marito in dotem datas: poteſt mulier eas ſibi vendicare. Quod aũt dicimus de dote, idem de donatione propter nuptias eſt accipiendũ, quatenus ſcilicet mulier viuit, præter dotem aũt ſi quid mulier in ædes mariti detulerit: id eatenus fit mariti, quatenus illi dedit vxor. Nam ſi nõ conſtat de voluntate mulieris: non transeunt ſic res ad eum tranſlatæ, in dominiũ mariti: etiã ſi illi forte traditæ ſint. Plærumq; enim traduntur, vt maritus eas cuſtodiat, itaq; reddit eas tãquam depoſitum, cũ mulier eas exigit. Vocãtur aũt res ſic datæ Græco & vſitato vocabulo nunc Parapherya, quaſi propter, vel iuxta dotem datæ. Concludimus ergo ſuper cauſa matrimonii, Quia ad illius conſtitutionẽ omnia Iura cõcurrunt. Eſt enim Iuris Diuini, quo ad inſtitutionẽ: quia Deus illud in paradiſo inſtituit, eſt Iuris naturalis, quo ad cõiunctionem: eſt Iuris gentium, quo ad cõſenſum: eſt Iuris Ciuilis, quo ad ſtipulationes, & pacta dotalia: eſt poſtremo Iuris Canonici, quo ad ſolennitates, renunciationẽ ſcilicet, ferias, ſponſalia, benedictionẽ Sacerdotis, & introductionẽ ad Eccleſiam, ac proinde ſi quod aliud Ius, a quocũq; tandem ſit inuentum, aliquã perſonam matrimonii cõmodis egentem, matrimoniũ contrahere prohibeat: illud Iudicio Pauli Apoſtoli vere dæmoniaca doctrina debet appellari.

ARTICVLVS III.

De filia per patrem exdotata: aut per fratres germanos, vel (quod olim licuit) per patrueles exdotanda: deque pueris ex duabus vxoribus procreatis, vel per patrem diuiſis.

Virgo ſi fratres germanos, vel patrueles habeat, dotetur. Lex I.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Filiæ mortuo patre, per fratres maritis tradantur: dote aſsignata, defficientibus filijs, bona hæreditaria ad filias deuoluuntur.

Item Statuimus, quod cũ aliqua dominicella maritatur, aut nuptui alicui traditur: dos ſeu donatio in pecunia parata ſufficiat, quæ in præ- 29.
ſentia amicorũ ei aſsignetur: bona uero hereditaria corã Regia Maie- 30.
ſtate debeant aſsignari. ℂ Etiã Statuimus, quod ſi quis Militũ aut Nobilium de hoc ſeculo migrauerit, habens filios, uel filias: tunc filiæ per fratres maritis tradãtur: Dote tamẽ eis more cõſueto aſsignata. Si aũt filios nõ habuerit ſed filias, tunc filiabus omnes poſſeſsiões cedant paternæ. ℂ Etſi fratres patrueles huiuſmodi hereditates obtinere uoluerint, tunc Milites ſecundũ ipſorũ cõſcientiam prædictas hæreditates taxabũt.

Fratres patrueles bona obtinere uolentes, ſecundũ taxam bo=

tes taxabunt. Et a die taxatiōis huiuſmodi dicti fratres patrueles ſororibus infra annum parata pecunia (ſecundū quod fuerint taxatæ hæreditates) perſoluere tenebūtur. Etſi in tēpore unius anni neglexerint ſoluere: tunc filiæ hæreditates perpetue poſsidebunt.

norum pecunias ſororibus pro dote ſoluent, alias infra annum bona eadē ſorores poßidebunt.

Virgo a patre dotata, nil plꝰ petat a fratrib. alioqn ipſi dotēt, vel cōſang. L. ij.

Kazim Magnus Viſliciæ 1368.

Filia per patrē dotata, eo moriente nō petat plus a fratrib.

Statuimus etiā, quod poſtquā aliquis noſtrorū Nobiliū filiā ſuam ui-
33. uens nuptui tradiderit, & dotē ſibi aſsignauerit cōpetentem, ipſo tandē
34 defuncto eadē plura a fratribus repetere nō poterit. ¶ Si uero patre mortuo, filia uel filius remanſerint ſolutæ, necꝫ per patrē dotatę: Si filia fuerit Palatini, & poſſeſsiones fuerint multæ, eidē Centum Marcæ pro dote per fratres aſsignētur, ubi uero poſſeſsiōes paucæ, & filię multæ, uel una hęreditas, fiat æſtimatio in ualore: & pars cōtingens cuilibet ſorori per fratrē nomine dotis pecunia perſoluatur. Et idem ſentimus de filiabus inferiorū Nobiliū a Palatino: quod cū eas in uita tradiderint maritis, dote eiſdem ſimiliter aſsignata cōpetenti: illis de hac luce ſublatis, fratribus quæſtionē pro maiori hæreditate mouere nō poterint. Fratres uero uterini cuilibet ſorori quadraginta Marcas ſoluere teneantur: ſi poſſeſsiōes ſint multæ, ut præfertur. Si uero paucę, fiat æſtimatio, ut ſupra. Et pars cōtingens cuilibet ſorori in pecunia, per fratres exoluatur. Fratribus uero uterinis nō exiſtentibus: idem uolumus de patruelibus eſſe intelligendū. ¶ Et patruelibus nō exiſtentibus, tunc quilibet de eiſdē armis, & ſignis, cōſanguinitate ſaltē proximior, in bonis hæreditarijs ſeu patrimonialibus ſuccedere poterit: ſororibus dotatis, ut ſuperius eſt deſcriptū. Et interim quot ſorores non fuerint matrimonialiter copulatæ, earū hęreditates patrimoniales quocumꝗ modo uocitētur, prædicti fratres poſsidebūt, quouſqꝫ eas nuptui tradēt & dotent modo præmiſſo. Hoc ſpecialiter declarādo, prout etiā ſuperius præmiſimus, quod cū pater in uita ſua aliquā nuptui tradiderit, eo debeat contentari, quod ſibi pater aſsignauerat, dum adhuc uiueret in humanis: nec fratribus pro dote aliquā poterit mouere quæſtionē. Sed contentari debet eo, quod illi parentes ipſius uiuentes, & ſui cōpotes exiſtentes ſunt largiti, adijcientes, quod fratribus, ſeu mortuis, ſeu exiſtentibus, filię in hęreditatibus non ſuccedant: ſed contentētur dote eis tradita, ut ſuperius continetur.

Baronis filia, mortuo patre indotata, Centū Marcis per fratres dotetur, aut bonis æſtimatis ſors ei detur æqua pecuniaria pro dote, quod etiam intelligitur procedere in filiabus inferiorum Nobilium.

Parentibus uita functis, fratres dotatis ſororibus, poßident hæreditates. Si cōſanguinei non ſuperſtiterint extunc de eiſdem armis ſaltem cōſanguineitate proximiores, eas dotabunt.

Sed iam filiæ, ſi fratribus germanis carent, hæreditant. Lex iij.

Vulad. Iagell Crac. & Varthæ 1423.

43. Vt uiam dubijs præcludamus, interdū contigit filias poſt obitū patris

ſi filiæ germanis fratribus carent patre mortuo debetur illis ſucceſsio hæreditaria non obſtante pacto, de non petendo cum earũ maritis facto.

carentes fratribus germanis in bonis hæreditarĳs remanere:quas ſolẽt
patrui,uel amici proximiores, nomine tutorio obſeruare,in hunc finẽ.
Quod ipſas quibuſcũq; conditiõibus ſiue pactis de hæreditatibus ex-
cludant,uolentes ipſis pecuniã,cum maritãtur,aſsignare. Eiſdem igitur
de noſtra clementia prouidere cupientes. Statuimus deinceps, Quod ſi
mariti earũ taliter pecunĳs a patribus, uel amicis,aut Tutoribus rece-
ptis,ex pacto de nõ receptione bonorũ ipſas cõcernentium aſtrinxerint
qualitercũq;, ſiue per fideiuſſoriã cautionẽ,uel alio quocũq; modo tale
pactum interuenerit,aut aliquis fuerit aſtrictus:illud decernimus irri-
tum fore & inane,utq; prefatæ filię redeant ad earũ hæreditarias por-
tiones,nõ obſtantibus pactis, aut cautionibus quibuſcũq; : ſed ſponte
præfatę filiæ bona ſua hęreditaria,ſi ipſis placet,uendendi,ut antea ha-
beant facultatem, & omnimodam poteſtatem.

Vulad. Iagel. Crac. & Varthæ 1423.

De pueris ex duab⁹ vxorib. pcreatis dotãdis,vel p patrẽ diuidendis. Lex iiĳ.

Filĳ primæ uxoris, mortuo patre, ſorores ex ſecũda uxore maritabũt: aſsignata eis dote cõpetenti, bonis maternis duntaxat exceptis.

Pueris primæ uxoris diuiſis a patre et portionẽ ſuam tenentib. Portio pueris ſecũdæ uxoris integra debetur.

Idẽ ſupra ca.5.ar.2.

Declarantes Statuimus, Quod ſi cõtingerit patrẽ cũ ſecunda uxore fi- 43.
lios nõ habere,ſed filias: & cũ prima habuerit filios, extunc patre mor-
tuo,puerorũ prædictorũ pars aliqua ſecundę uxoris filios nõ cõtinget,
ſed filĳ ſiue filius primę uxoris ſuperſtites ſorores ſuas,iuxta conſuetu-
dinem Terræ maritabũt,aſsignata ipſis in pecunĳs dote cõpetenti:bo-
nis maternis duntaxat exceptis, ſi ea ipſæ prędictæ ſorores habuerint:
quæ pro ipſis debẽt remanere. ❡ Cum uero pueri primæ uxoris por-
tionem ſuam æqualem a patre eis ſponte ex diuiſione perpetua oblata
obtinuerint: tunc portio ſecundæ uxoris filĳs,aut filiabus eiuſdem,cę-
dere debet integraliter.

Sorores honeſte a fratrib. ſeruẽtur,alioquin ſuam ſortem tenebunt.

Ex Statut. Mazou. ſigiſmund. 1536.

Licet ex antiqua cõſuetudine iſtius Terræ ſorores germanæ nõ hęreditãt in bo-
nis paternis,& quibuſuis aliis ſortibus,reſpectu fratrũ ſuorum germanorũ,puero- 56.
rumq; ipſorum : Sed ſemper ſunt apud eos in dote alias na poſagu. Nihilominus
quã diu eas maritis nõ tradiderint, debẽt ſeruari, & prouideri per fratres germa-
nos,& eorũ pueros,ſecundũ conditionẽ ipſarũ,in domo,et bonis paternis:nec eas
inde valebunt eiicere. Et ſi frater eſſet adeo auſterus cõtra ſorores ſuas, & multis
iniuriis ac moleſtiis eas afficeret, nec curaret vt eas maritis traderet: tales ſorores
poſſunt cõfugere ad amicos, & cõſanguineos ſuos, vt eis frater ediuideret portio-
nem bonorũ ipſas cõcernentem.Quod ſi facere nollet,ex Officio Principis Ter-
ræ debent dari, & mitti Cõmiſſarii ad faciendũ iuſtam diuiſionẽ inter dictos fra-
tres,& ſorores:quæ in eiſdem portiõibus vadio cõuenienti debent pacificari. Et
poterint dictæ ſorores prefatas portiões ſuas ſolę per ſe tenere, & poſsidere. aut
apud aliquẽ cõſanguineum cũ eiſdem portiõibus manere, donec maritũ aſſum-
pſerint.Quibus prædicti fratres dotes cõpetentes ex prefatis bonis dare debebũt

hoc tamen

hoc tamen excepto,quod prędictę ſorores portiões bonorũ quas ex diuiſione cũ fratribus facta tenuerint,vendere,& alienare quouis modo a fratribus ſuis germanis,& eorum pueris non valebunt: iuxta Terræ conſuetudinem.

Deficientibus fratribus ſorores ad bona paterna reuertuntur.

Ex ſtatut. Mazou. ſigiſmund. 1536.

56. Ex cõſuetudine antiqua obſeruetur, vbi fratres, & eorũ pueri, ac ſucceſſores eorum legitimi deficiunt,& ſine prole decedunt: ſorores ipſorũ germanę ſuccedũt, & hæreditant,redeuntq́ ad bona paterna,& fratrũ ſuorum:etiã ſi abrenunciatæ fuerint,& maritis traditæ. Etſi fuerint alię ſorores in eadẽ domo,& bonis prædictis,nondũ maritatæ: tenentur illę ſorores maritatæ dotem,quã ex illis bonis receperunt,prius reſtituere,& importare,ac cum aliis ſororibus nondũ maritatis ęqualiter diuidere,anteq́ ſortem bonorũ eas cõcernentem apprehendant.

ARTICVLVS IIII.

De Iure Dotium viuentibus maritis inſcriptarũ, vel non inſcriptarũ: ac de obligatiõibus coniugum mutuis: aut alicui alteri fieri ſolitis,quodq́ criminibus maritorum, perlucriſque ſuper illis obtentis, dotes non vicientur, deque Diuortiis.

121 Vxor vir. ſuo nil inſcrib. ſine amic. L. I.

Conſuetud. Terræ Cracouien. 1505. #

Item uxor marito ſuo nihil inſcribat ſine conſenſu amicorum, & ſi inſcribit, illud nullius roboris ſit.

Bona tamẽ ſua ad tempora ſuæ vitæ ſic inſcribere poſſunt. Lex ij.

ſigiſm.Petri.1523.

Huius mentio infra cap.7.art.2. de forma contractuum.

Comparentes perſonaliter corã Iudicio Nobiles N. de N. & N. de N.
47. coniuges ſani mente & corpore exiſtentes, & uſi amicorũ conſilio, pu-
48 blice & per expreſſum recognouerũt quia omniũ bonorũ ſuorũ hæreditariorũ,& obligatoriorũ,mobiliũ & immobiliũ,quę nũc habẽt,& in poſt habebũt, inuicem & mutuo cõceſſerunt ſibi uſumfructũ ad tẽpora uitæ ſuæ,tali uidelicet modo,quod ſi pręfatum N. priusq́ prędictã N. mori cõtigerit,extunc ipſa N. bona omnia tam mobilia quã immobilia prædicti N. obtinebit,& poſsidebit,cũ omni Iure,dominio,& proprietate,nihil excipiẽdo: illiſq́ utifruetur ad tempora duntaxat uitæ ſuę, poſt mortẽ uero prædictę N. bona prefata tam mobilia quã immobilia totaliter pleno Iure ad ſucceſſores prędicti N. de-

Etſi vtile eſt amorẽ ac fidem cõiugalem modis omnibus tueri,atq́ etiam augere: Nihilominus Reip.intereſt, ne mulieres plusq́ oportet a viris ditatę, vel licenter ac diſſolute viuant, vel in educandis liberis ſuis, præſertim ſi ſecundo marito nubãt,aut ſcortentur,ſint negligentes: vel Reip dũ tempus belli eſt,inutiles,ita vt Reip. expedire videatur,quo dote ſola ſint cõtentę:taleſq́ inſcriptiões ad vitam ex re liberorũ,ac Reip. arbitrio Magiſtratus moderẽtur.Quãq́ vero dotes & ipſa aduitalicia mulieribus in Repu.noſtra ſarta tectaq́ ſunt: Rex tamen Sigiſ.decreuerat nõ poſſe vxores quitq́ titulo donatiõis a maritis vltra dotem, & cõtra dotem,ipſumq́ aduitaliciũ habere, niſi forte ab inſcriptiõe dotali recedere,ipſoq́ dono potiri maluit.

uoluentur, ſine quouis impedimẽto, & cõtradictione ſucceſſorũ pręfatæ N. Et ſimiliter ſi cõtigerit prædictã N. prius mori quã ipſum N. extunc præfatus N. bona omnia tam mobilia quã immobilia pręfatę N. obtinebit & poſsidebit, cũ omni Iure, dominio, & proprietate, & omnibus eorundẽ bonorum pertinẽtijs, illiſq; utifruetur ad tempora uitæ duntaxat ſuæ: poſt mortẽ uero prædicti N. bona præfata quęcũq; ipſam N. cõcernebant, ad ſucceſſores prædictæ N. totaliter deuoluentur, ſine quouis impedimẽto & cõtradictiõe pręfati olim mariti ſucceſſorũ.

Quod ſi vir alienat bona, doti & dotalicio vxoris ſuæ ſubiecta, requiritur vxoris ipſius conſenſus: cum duobus amicis de linea paterna ad talem inſcriptionem ratificandam. Lex iij.

ſigiſm. Petr. 1523.

Idem lib. 3. cap 7. ar. 2. de formula uenditionis.

Et ſi uenditor haberet uxorẽ cuius reformatio extenderet ſe ad talia bona uendita, cõſtituetur per maritum ad Acta, & cum cõſenſu amicorũ ad minus duorum, ex linea paterna conſanguineorũ, conſentiet ad talem inſcriptionem, quo ad eius reformationem. 45.

De eodem.

ſigiſm. Crac. 1543.

Si uero is qui uenderet, obligaret, aut quocũq; alio modo inſcriberet, alienaretq; bona ſua, habuerit uxorem: tum eandem tenebitur cũ amicis eius ad renunciationẽ doti eidem inſcriptæ adducere: quæ adducta, recognoſcet ſe Inſcriptiõi ſuę dotali renunciare cũ amicorũ conſenſu.

Fuga & crimina etiam viri dotalicium non viciant. Lex iiij.

Kazim Magnus Viſliciæ 1368.

De aliquo crimine accuſato, & profugo, Epiſcop. aut Palatin dabit ſaluũ conductũ ad duos mẽſes, ut gratiam Regis quærat, poßitq; admitti ad iuſtificandũ, alias Palatin. eum ad metas Regni conducet extra Regnũ per annũ manſitans, & gratiam abſq; infamia quæritabit.

Statuimus, quod ſi aliquis corã nobis, uel noſtro Capitaneo, de aliquo crimine, uel maleficio fuerit accuſatus, & ad oſtendendũ ſuam innocẽtiam per nos uel noſtrum Capitaneũ nõ fuerit admiſſus, & ob hoc ipſum fugere cõtingat, & ne huiuſmodi fuga ad infamiã reputetur: Idem fugiens corã Reuerendiſs. in Chriſto patre Epiſcopo Cracouieñ. aut Palatino Cracouieñ. aut Sandomirieñ. proteſtabitur, quod nos, aut Capitaneus noſter, ad expurgandũ ipſum admittere noluimus, & tales prænotati, aut Palatinus noſter illius Terræ, profugo, treugas duorũ menſium dare poterit: & ipſum profugũ ſeruare, infra quod tempus, idem Palatinus apud nos uel noſtros ſucceſſores eidẽ profugo quærat gratiam, & fauorẽ, ut ipſum ad iuſticiã admittamus. Quæ ſi prædictus Palatinus nõ poterit obtinere, quod eundẽ uidelicet ad expurgandum ſuam innocentiã admittere nollemus, extũc Palatinus ad metas Terræ ſuæ illum cõducere tenebitur. Qui a tempore conductus Palatini infra annum Terræ, Regno, & Terrigenis nocumenta inferre non debebit.

Vxore ſua

VXORE ſua in bonis ſuis pacifice infra annum prædictũ dimiſſa in quiete, quo anno euoluto, infra quẽ gratiã noſtrã ſemper quærere debeat. Et ſi ipſam inuenire nõ poterit, & pręfatus profugus aliqua nocumenta Regno uel Terrigenis intulerit: propter hoc infamis nõ debet reputari, nec ipſum per Terrigenas captũ ad mortem nobis, aut noſtro Capitaneo dare tenebũtur: nec propter hoc indignationẽ aut offenſam noſtram incurrãt Terrigenæ ſupradicti. ¶ Si uero malicioſe, & abſq; culpa contigerit aliquẽ profugere, & Iuri parere noluerit, & profugendo nocumenta Regno aut Terrigenis intulerit: bona ipſius immobilia, (pręter dotaliciũ uxoris) Camerę noſtrę perpetue applicẽtur. Mobilia uero inter nos & Barones noſtros per mediũ diuidantur. Et ſi captus fuerit per quempiã, in gratia noſtra cõſiſtat: nec propter captiuitatem eius per amicos debet aliqua indignatio, uel inimicicia occulta, uel manifeſta, ſuboriri. VXOR uero ſua in dotalicio ſuo remanebit, prout ſuperius eſt notatum: uel IPSVM VENDERE liberam habeat facultatem. *Bona malicioſe de Regno fugientis, & facientis damna, confiſcantur, dotalicio uxoris ſaluo.*

Nec per lucris ſuper viro obtent. ſubſunt. Lex V.

38. Si uero quis in aliquo alio bona quæcunq; Iuris decreto fuerit aſſequutus, in quibus ſcilicet bonis uxor eiuſdẽ Victi habuit reformationẽ ſuã dotacialẽ: talẽ Reformationẽ uolumus illęſam permanere, & talis cõuictus pro Golota debebit reputari: Iure Golotarũ deinceps conueniendus: caſu quo executioni rei Iudicatæ contraueniret. *Sigiſm. Petr. 1523.*

Diuortia Spiritual. cognoſcãt. Lex VI.

Ad Spirituale Iudiciũ pertinere debet negociũ diuortij. Nihilominus cognitio de dote & Inſcriptiõibus dotalibus inter perſonas per diuortium ſeparatas, ad Regiã M. iuxta antiquã cõſuetudinẽ debet remitti. *Sigiſm. Crac. 1543. Idẽ li. 1. cap. 4. ar. 8. de cauſis fori ſpirit.*

ARTICVLVS V.

Vidua indotata, vel dotata, quid poſt mortẽ viri ſui de bonis mobilibus, vel immobilibus tollat: bona tamẽ dotalia non limitat: item ſi vxor prius moriatur, quã vir: vel ſi ſecundo nubat, aut dotem vendat, aut ſi vidua, eiuſue cõſanguinei, poſſeſsione bonorum dotalium vi deiiciantur: & quomodo pueri diuerſarum coniugum dotalicia matrũ ſuarum coæquent, antequam bona paterna inter ſe diuidant.

Dotes nõ inſcriptæ nullæ ſunt. Lex I.

108 Item pręcidere cupientes conſuetudinẽ, nõ quidẽ cõmunem, ſed in certis Terris ſeruatã, pro Dotibus fœminarũ nõ inſcriptis, quas Dotes nõ nullæ perſonę, poſt fœminas ſteriles, Iure expetebãt, per teſtiũ tantummodo probationẽ; nulla Inſcriptiõe, alias Reformatiõe in Actis habita, Statui- *Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.*

ta. Statuimus quod a modo Dos quæ non fuerit corã nobis, aut in Libris, ſeu Actis inſcripta: alias iuxta Iurisordinẽ & antiquã conſuetudinem reformata: nullius debet eſſe ualoris, & momenti.

Ex conſuetud. Terræ Cracou. 1505.

Indotatæ mulieri 30. marc. ſoluũt. L. ij. 12

si uir nõ faciens Reformationem uxori, quam in ſtatu puellari exiſtentem accepit coniugẽ, mortuus fuerit: Extũc eidem uxori aut 30. Marc. pro Crinili debent dari, aut poſſeſſio habens de cenſu annuatim tres Marcas.

Item dũ aliquis copulat ſibi matrimonialiter Virginẽ ſeu puellã, & priuatur uita Dotem nõ reformañ. eidẽ uxori: extunc talis uxor accipiet pro Crinili Marcas xxx. aut poſſeſsionẽ ubi triũ Marcar. eſſet prouẽtus habebit, tam diu, donec ſibi perſoluetur Crinile tenendã, quę quidẽ Vidua nõ tenetur æquitare de bonis, in quibus eam maritus morte reliquit, alias odumarl, uſq; quo dabũtur ei, aut triginta Marcę pro Crinili: aut trium Marcarum prouentum alias cenſum ſibi conſtituent mariti ſucceſſores.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Vidua dotata quid tollat, & ſi ſecundo nubat. Lex iij.

Vxor, moriente marito, circa dotem & parafernalia remanebit: qua mortua, ad filios bona deuoluũ.

Statuimus, quod marito mortuo, uxor circa donationẽ, & Dotem, & quælibet parafernalia, in pecunijs, gemmis, lapidibus, & ueſtibus ſuperextantibus & remanẽtibus debeat remanere. Ipſa aũt mortua, ad liberos ſi ipſos habuerit, prædicta omnia bona deuoluantur. 29.

Vidua uirum aliũ ducente, bona paterna ad filios deuoluũtur: una cum ſorte materna eos concernente.

¶ Quæ mulier habendo pueros, ſi aliũ uirum receperit, uel recipere uoluerit: decernimus, quod tantũmodo ad eoſdem pueros omnia bona paternalia integraliter, cũ alia parte ipſos in diuiſiõe cõcernente quorũlibet bonorum maternaliũ, in quibuſcũq; rebus cõſiſtant, abſq; aliqua cõtradictione deuoluãtur: & cum alia reſidua ſuorum bonorũ parte maritum accipiat, iuxta ſuam uoluntatem.

¶ Coæquentur Dotes inter fratres diuerſarũ coniugum.

Ex statut. Mazou. 1536.

Quando vnus Nobilis habet plures vxores, & omnes habent æqualia dotalicia in ſummis pecuniarũ. Extunc pueri quotquot fuerint ex dictis vxoribus omnia paterna bona inter ſe diuidere debent æqualiter, ſecundũ capita: dotaliciis huiuſmodi ad partẽ repoſitis. Si vero alicuius vxoris dicti Nobilis dotaliciũ maius fuerit, tenentur pueri aliarũ vxorum dotaliciũ hoc maius pueris eiuſdem vxoris adæquare ante diuiſionẽ. Et ſi aliqua vxor dicti Nobilis nõ haberet dotalicium, pueri eius circa diuiſionẽ tenebuntur partem pecuniarũ quæ ſuper eos concernet imponere, coæquando ſcilicet dotalicia aliarum vxorum. 30.

Vidua dote, & cõtradote potiat. L. iiij.

Iagell. Crac. 1423.

Vxor marito mortuo in bonis dotis & dotalicij tantum remanebit: Reliqua bona pueris, & propinquis reſignatura.

Ad abolendã damnoſam conſuetudinẽ, quæ hactenus inter ſubditos noſtros ſolũ ex cõmuni uſu ſeruabatur, quod uxor marito mortuo, in ſede uiduali, cõtra quandã anteceſſoris noſtri inſtitutionẽ: quæ incipit, Statuimus &c. remanens: omnia bona poſsidebat. propter quod nõnulla bona pueris, uel proximioribus per inaduertentiã, & malam ipſorũ procurationẽ anihilabantur, & deſolabãtur. Vnde talibus obuiare uolentes, Statui- 42.

lentes, Statuimus de cætero, quod uxor, marito mortuo, tantũ Dotem, & dotalicium habeat, alia uero bona in quibus Dotem & dotaliciũ nõ habuerit, pueris, uel proximioribus tenebitur reſignare.

Vidua, quæ bona mobilia tollit. Lex v.

Iagell. Crac. 1423.

Licet etiã antiquitus per anteceſſores noſtros in quodã Capitulo ſta-
42. tutum ſit, Quod marito mortuo, uxor donationẽ, & Dotem, & quælibet parafernalia, uidelicet in gemmis, argento, ueſtibus, & pecunijs habeat, & teneat: Tamẽ quia nõ modica damna per hoc pueris euenire ſolebant, Qua propter de cõſilio & cõſenſu Prelatorũ, & Baronũ noſtrorum omnimode Statuimus: Quod uxor marito mortuo, ſolũ circa parafernalia domeſtica remaneat, Theſauro uidelicet, pecunijs, & argento equis magnis, cũ omnibus armis ac equireis exceptis, quę omnia ad pueros deuoluãtur. ¶ Declarantes inſuper, quod talis mulier circa omnia pecora, & quæuis alia, quæ in dote ſua, & dotalicio fuerint, una cũ equis uectigalibus, quibus tẽpore mariti ſui uehebatur, remaneat: demptis ueſtibus, & equis paruis, in ualore triũ Marcar. mariti defuncti: quæ in æqualem ſortem ſeu portionẽ, dominæ cum pueris cędere debebunt, & diuidi cum effectu.

Vxor poſt mortẽ uiri circa paraferna-lia remaneat pecun. & argento, equis magnis & armis ad pueros & propinquos deuolutis.

Veſtes mariti, equi parui, inter uiduam & pueros diuidantur: habitura uidua equos quibus uiuente marito uſa fuit.

Si mulier pri⁹ moriatur, vel con. L. vi.

Alexand. in Radom. 1505.

Dotium ſolutionẽ (mortua exiſtẽte muliere cui uiuẽti inſcripta erat)
119 dubia impediebant hactenus duplici ratiõe: una, quod uiuente marito pręmortuæ uxoris cõſanguineis ſolutiões Dotis petentibus, aliqui poſſeſſionẽ adiudicandã putabant, in bonis uiuenti mulieri reformatis, quorũ ſuperuiuens maritus poſſeſſor eſſet: altera, muliere poſt maritũ antea ſibi præmortuũ moriente, & in poſſeſſiõe dotalicij uſq; ad ultima uitæ tempora exiſtente, poſt eiuſdẽ mulieris uiduæ mortis obitum cõſanguineis eiuſdẽ mulieris uiduæ mortuæ ſolutionẽ Dotis petentibus, nõnulli putarunt, ut cõſanguinei dictę mulieris uiduæ mortuę Dotis ſolutionẽ Iure repeterẽt: nõnulli decidebãt, cõſanguineos in poſſeſſione cõſeruandos. Quapropter nos cũ Conſiliarijs, & Terrarũ Nuncijs, dubia ipſa abſoluimus, decernentes perpetuo tenendũ. ¶ Quod dum mulier pręmortua eſſet, habens Dotis, & dotalicij reformationẽ: Dos a marito ſuperuiuente Iure mediãte exigatur, quẽ maritũ decernimus ſic potiri poſſeſſiõe in bonis per eũ olim mulieri uxori ſuę uiuenti reformatis, uti uiuente ea potitus erat, & poſſidebat: de quibus omnibus ſuæ olim uxoris cõſanguineis, Dotẽ petentibus, Iure reſpondebit. ¶ Sed præmortuo exiſtente marito, mulier per eum morte derelicta, ſi poſſidebat uſq; ad ultima uitæ ſuæ tẽpora bona ſibi per olim uiuentẽ maritũ reformata: quandocũq; ipſa mulier poſt mortẽ mariti ſui mortem obiret, exiſtẽs poſſeſſor reformatiõis ſuę: ſic debebitur poſſeſſio bo-

Si mulier habens dotis & dotalicij ſuorũ Reformationẽ mortua fuerit, priuſq̃ maritus: ſolutio reformationis iure p̃ conſanguin. mulieris a marito eſt repetenda. Eo in poſſeßiõe bonorũ reformatorũ remanente.

Mulier poſt mortem mariti exiſtẽte in poſſeßione reformatorũ bonorũ, datur poſſeſſio ipſa per loci Capitaneos conſanguineis eiſdem mulieris moriente eo.

norum reformatorū cōſanguineis mortuæ illius mulieris, ut eā mulier uidua poſsidebat: quā poſſeſsionē, Statuimus, abſq; Iuris ſtrepitu, cōſtito duntaxat de Iure reformatiōis, & de poſſeſsione per mulierem ad tempora uitæ habita, dandam per loci Capitaneos his, quibus Dotis debetur redditio.

Bona nomine Dotis poſſeſſa, a mulieribus non limitantur.

Vide ſupra Libro 1. Capit. 14. de Offic. Succamer.

Dotes ſteriliū mulierum ad cōſanguineos reuertuntur, in poſſeſsiōe tamen bonorū dotaliū nō præſcribunt.

Ex ſtatut. Mazou. Sigiſmund. 1536.

Dotalicia mulierū Nobilium, Literis Principū aut Libris Terreſtribus firmata, quæ nō fuerint exoluta, aut quomodolibet extincta: ſi tales mulieres abſq; prole 40.
deceſſerint, aut ſi proles earū extingueretur, poſſunt per veros hæredes dictarum mulierum, ſuper quos huiuſmodi dotalicia ſpectāt & pertinent, Iure & Iudicialiter queri & repeti ſecundū iuſtam deuolutionē. Neque in talibus dotaliciis diuturnitas, & præſcriptio Terreſtris nocet, quādiu illa bona in quibus dotalicia huiuſmodi inſcripta ſunt, apud hæredes illius legitimos, a quo dictum dotalicium proceſsit, ſucceſsione naturali permaneant.

Dotes etiā alienari poſſunt, ſed in eis poſſeſſores nō pręſcribūt.

Ex ſtatut. Mazou. Sigiſmund. 1536.

Si aliquæ viduę & mulieres Nobiles dotalicia ſua alicui vendiderint, aut quouis 40.
modo & titulo perpetuo inſcripſerint, poſſunt ſemper redimi, & liberari a propinquioribus, & hæredibus legitimis illorū, qui huiuſmodi dotalicia prædictis viduis, & mulieribus vxoribus ſuis inſcripſerūt, & reformauerunt in bonis ſuis, ſoluta ſumma pecuniarū veræ Dotis in dicto dotalicio expreſſa, præter przyuyanek. Nec in tali venditiōe dotaliciorū emptorē pręſcriptio Terreſtris iuuare poteſt.

De mulierib. aliiſue perſonis ex bonis ſuis violenter pulſis.

Capitaneus cognoſcit, vt habetur Libr. 1. Cap. 12. Artic. 13. de formula Iudicii in Cauſis Officii fieri ſoliti: Nihilominus quod Capitaneus tantum iudicat ſi mulier dotaliciata, aliuſue quiſpiam bonorū ſuorum poſſeſſor toto fundo, non aūt certa aliqua ipſius fundi particula depellatur, & qua ratione ſpoliatos poſſeſsiōe bonorū, ad eadē reſtituat. vide infra Cap. 11. Artic. 7.

ARTICVLVS VI.

De ſecundis nuptiis, boniſq; a Domina dotaliciali ſecundo maritata redimendis.

De mulierib. ſecundo nuptis, ac bonis dotalicii redimendis. Lex I.

Sigiſm. Petr. 1523.

Eiuſdem Statut mētio libr 3. cap 23. de Actorū Poſitione.

Cum primū mulier ſedem ſibi uidualē per ſecundas nuptias uiolauerit, Volumus, quod talis poterit citari, aut in Iudiciū Terreſtre: uel ad 38.
Actorum Terreſtriū primā & proximā Poſitionē. Et talis quidē uidua citata, in primo Termino nō cōparens, pœnā cōtumaciæ luet, Parti & Iudicio exoluendā. In ſecundo uero Termino ſicut peremptorio tenebitur citata cū Literis ſuis Reformatoriis legitime cōparere, ad tollendū pecunias a Parte ſe redimēte, in Literis ſuis Reformatoriis per expreſſum contentas,

ſum contentas, & cōdeſcendere bonis illis redēptis Parti ſe redimenti, dando illi Reemptori certos pro ſe fideiuſſores bene poſſeſsionatos, Nobiles, in hunc modū, quod ea muliere defuncta, dotaliciū alias przyuianek ad ſucceſſores primi mariti deuoluetur, uel potius reſtituetur.

SI V Ero talis mulier citata in ſecūdo Termino nō paruerit: extunc Iudiciū illud dabit illi Redimenti bona illa Reformatoria in poſſeſsionem, & pecunias ad redemptionē pertinentes, iuxta Inſcriptiōis Reformatoriæ continentiā, in Cancellaria Terreſtri cōſeruabit, tam diu, quouſq; ipſa Domina Dotalicialis in Iudiciū rurſus ueniens, certos pro ſe fideiuſſores, ſuper Dotalicio eius ad propinquos primi mariti reuertēdo, modo ſupraſcripto ſtatuerit: auiſando Citatiōe ſua literali illū Reemptorem, & euocando eum ad hoc idem Iudiciū, ad leuandū pecunias Dotis & Dotaliciī ſuorū prædictorū, & ad ſuſcipiendū a ſe præfatos fideiuſſores ſuper Dotalicio ſuo prænominato, poſt mortē ſuā reuertēdo.

si contumax ſit mulier, datur Actori poſſeſsio bonorū, qui tamē ad Cancellariā pecuniam dotis & dotaliciī dabit, quam cum mulier habere uellet, uiciſsim ſui Exemptorē citat, ad uidendū, et pecuniam dotis a ſe tolli, & de reſtituendo dotalicio fideiuſſores ſiſti.

SI V Ero quis in aliquo alio bona quæcūq; Iuris decreto fuerit aſſequutus, in quibus ſcilicet bonis uxor eiuſdē Victi habuit Reformationem ſuā dotalicialē: talē Reformationē uolumus illæſam permanere.

ET T Alis Conuictus pro Golota debebit reputari, Iure Golotarū deinceps cōueniendus, caſu quo Executiōi rei Iudicatæ contraueniret.

Idem 251. fol. de Executiōe rei Iudicatæ

ARTICVLVS VII.

Cum mulieres citāt, vel citantur, corā

Officiali Iudicis Procuratorē ſuę Cauſæ conſtituūt. Lex I.

Quam Libro 4. Capitulo 5. Articul. 1. de Procur. vide.

ARTICVLVS VIII.

De Præſcriptionibus & delictis fœminarum.

Præſcriptio eſt Ius capiendorū bonorū ex certa diuturnitate tēporis a Magiſtratu introductū, ne rerum dominia eſſent in incerto. Quæ itaq; præſcriptiōe tenētur, etiam bona conſcientiæ coram Deo tenentur. Cū enim Magiſtrat. diuinitus approbatus ſit: approbata eſt & Præſcriptio a Magiſtratu iuſtis de cauſis ordinata.

Virgo deſponſata agat contra Tutorē

infra tres annos, & totidē menſes, alioqui præſcribit. Lex I.

Quam vide paulo ſupra de Tutoris poteſtate Capitulo 4. Artic. 5. de præſcriptionibus vero virorum infra Capitulo 9. Articulo 2.

Mulier maritata decēnio præſcrib. L. ij.

Mulier maritata ad aliquā hæreditatē dicens, & credens ratiōe Dotis,
18. uel quolibet alio modo ſe Ius habere, & ad eam pertinere: ſi infra decem annos nō curauerit, uel neglexerit pro eadē hæreditate quæſtionē intētare: ita quod infra idem tempus decē annorū tēpore pacis, & cōcordię, patiatur poſſeſſorē pacifice et quiete poſsidere: extūc decernimus, Quod eadem mulier ab omni Iure hæreditatis eiuſdē ſe agnoſcat cecidiſſe.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Sed vidua ſexēnio præſcribit. Lex iij.

Vidua eodē modo aſſerens aliquā hæreditatē ratiōe Dotis, uel quomodolibet alio

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Vidua ſex annos præſcriptionis habebit, ſub eiſdem iuſticiam pro bonis petitura, alioquin nihil unq̃ pacis tempore petere poſſet.

dolibet alio Iure ad ſe pertinere, quam hereditatē alius poſsidet. ſi infra ſex annos tempore pacis & cōcordię ſuſtinuerit, uel paſſa fuerit, poſſeſſorem ipſam hęreditatē quiete poſsidere decernimus, quod uidua ſentiat ſe ab omni Iure illius hæreditatis cecidiſſe: ipſi uero poſſeſſori ratione Pręſcriptiōis in eadē hęreditate plenū Ius ſit acquiſitū. Volumus tamē & declaramus, Quod pręmiſſæ Pręſcriptiōes tēpore pacis & cōcordiæ uendicent ſibi locū. Tempore aūt guerarū ſeu diſcordiarū, nullatenus ſibi locū debeant uēdicare. Sed tunc oportebit ſe ſalubri remēdio eiuſdē Pręſcriptiōis prouidere, iuxta diſcordiā guerarūq; qualitatē. ¶ Sicut & captiuis per Tartaros nullā uolumus fieri pręſcriptionē 18.

Per Tartaros raptis nulla unq̃ præſcriptio opponatur idē libro ſexto.

De eiſdē viduar. & maritar. præſcriptr.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Præſcriptio uiduarū ſex annorum, Maritata decem.

De uirorū præſcrip. hæc quoq; parag. repetetur.

Cum realis diſtinctio perſonarū habeatur, inter quas, quędā perſonæ liberę, ut uirorū: aliæ aūt, ut mulierū, quæ minus libere agere poſſunt in Iudicio ſuper rebus & hereditatibus, ipſis debitis & obligatis: Propter quod Statuimus ✱ ut uiduis ſex annorū Præſcriptio propter fragilitatem ſexus apponatur. Mulieri aūt maritatę cū non habeat ſuipſius poteſtatē liberā propter maritū, decē annorū opponat̃ pręſcriptio. 31.

De maritarum præſcriptiōibus.

Sigiſm. Petr. 1519.

Nuptæ decennilem habeant præſcriptionem. 26.

Præſcriptiōes in Ruſsia eædē. Lex iiij.

Sigiſm. Crac. 1532.

Pręſcriptiōes Terreſtres quæ in alijs Terris Regni noſtri currunt, etiam in Terris noſtris Ruſsię currere uolumus, & decernimus, pręter eas Terras & Diſtrictus in quibus propter hoſtilitatē Iudicia celebrari & agi non poſſunt, nec celebrabuntur.

Eædem in Terris Drohic. Bielſcen. & Mielniceñ.

Præſcriptiones de quibus Libro 5. videatur.

Si mulier etiā rapiat decimā quomodo

ad ſatisfactionē compellitur. Libr. 1. Cap. 4. Artic. 6. de Prouent. cleri vide.

ARTICVLVS IX.

De bonis vero Monialiū, ac Præſcriptionibus.

Libro 1. Capitulo 4. Artic. 12. de Monialibus vide.

CAPITV-

CAPITVLVM VII.

De acquiſitiōe rerum ex Contracti-bus ſiue de rebus creditis.

PRAEFATIO.

Vt ſucceſsio, ac diuiſio rerum: ita quocꝫ Contractus Iure naturali, gentium, Diuino, ac Ciuili cōſtat, cum enim homines alter alterius rebus egerent, ſuis autem abundarent: aut res rebus cōmutabant, aut certo precio emebāt: ne ſcilicet vſui ſuo neceſſarias rapere, ob eaſcꝫ trāquillitatem publicā inter ſe violare cogerētur. Itacꝫ Iure humano adductus Abraham quadringentis ſiclis argenti agrum ſepeliendæ Saræ neceſſariū apud Ephron emit, antequā Dn̄s dixit per Moſen: non concupiſces rem proximi tui, quo quidē præcepto Deus, id quod in natura hominis ingeneratū fuit, & vnumquēcꝫ res ſuas habere præcepit: & ab alienis abſtinere grauiſsime vetuit, ſimulcꝫ formulas Contractuū atcꝫ Actionū a Magiſtratibus politicis, ad mutuā elementorū huius mundi cōmunionem, preſcriptas, ſancte obſeruandas ſignificauit. Quę poteſtas vt penes Magiſtratū politicū eſſet perpetua: Chriſtus inter fratres diuiſor eſſe noluit, nimirū ne is qui nō ex hoc mundo Regnū, ac miniſtros ſibi quærebat, huius mundi Magiſtratuū Prouinciā ſibi, ſuiſue arrogaſſe videretur. Etſi aūt cōtrahere homini Chriſtiano licet: attamē omnes Contractus iudicio ratiōis, quę noſtris mentibus tanquā dedicatū aliquod ſimulacrum a natura indita eſt, reſpondere, atcꝫ cōſentire debent, hoc ſenſu quippe & Chriſtus ait: quæcūcꝫ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Ac proinde & vſurę, quod naturæ Contractuū ſint cōtrariæ, prohibentur apud Lucam Cap. 6. mutuum date, nihil inde ſperantes, quibus quidē pręceptis, & licitorum Contractuū rigorem ad regulam æqui bonicꝫ in natura poſiti Chriſtus tēperauit: & quid in illis omnino fieri non liceat, prohibuit.

Contractus omni Iure ſunt introducti.

Contractus etiam Iure Diuino ſunt inſtit.

Quales debent eſſe chriſtianorū cōtract.

Contractus itacꝫ eſt duorū, pluriumue, occaſiōe alicuius rei, vel facti, procꝫ iis alterius rei, vel precii cōuentio: ad cōmunicationē rerum, vel operarū, Iure introducta. Et licet Contractus, conuentiōisue verbum, lata eius ſignificatiōe, ſit generale: ad omniacꝫ pertineat, de quibus homines, qui inter ſe agunt, & quaſi ex diuerſis animi motibus in vnū cōcurrunt, negocii cōtrahendi, tranſigendicꝫ cauſa: nullaſcꝫ eſt Contractus, obligatiocꝫ nulla, quæ nō habeat in ſe conuentionē ſiue re, ſiue verbis fiat: Nihilominus ſpecies Conuentionū ſunt, promiſsio, pollicitatio, votum, ſtipulatio, pactum. Promiſsio enim, proprie eſt ſolo offerentis animo alicui priuato: pollicitatio vero Reipub. votum aūt Deo, obligatio facta, vt aūt ii tantum homines qui ſui Iuris ſunt promittendi, pollicendi, aut vouendi habent poteſtatem: ita tantū res, quæ vel per ſe honeſtæ, vel vtiles, vel ſaltem ſint in eorū qui promittunt poteſtate, ſunt promittendæ, alioqui in inhoneſto, vel impoſsibili promiſſo, fides eſt reſcindenda: & in turpi voto mutandū eſt decretum: etiam ſi Iureiurando forte cōfirmata ſint, tam enim promiſsio, & pollicitatio, cum a voluntate cōſulta nō temeraria proficiſcātur, honeſtā cauſam promiſsi habere debent in ſe, quā votum piam, voluntaticꝫ Dei reſpondentē. Inſuper actiones ex nudo promiſſo, nulla ſ. ſcriptura, vel fideiuſsione firmato (præſertim ratiōe fundorum) apud nos gignuntur nullæ: niſi quis fortaſsis Nobilis vir propter delictum ſponſiōe fidei, ex iuſta cauſa, ab eo qui habuit poteſtatē, fuiſſet obligatus. Votum etiā quod mali ſuppeditat cauſam, reſcindatur: vt ſi quis cœlibem ſe victurū voueret, & tamen ſcortetur: vel ſe occiſurum aliquē iuret, vt Herodes Iohannem ne peieraſſe videatur. Quorū alter omnino ſequi debet Ius naturale cōiugii, ne ſcor-

Cōtractus definitio.

Contractuū ſeu Conuentionum formæ ac ſpecies.

Promiſsio.

Pollicitatio.

Votum.

Votum an aliquando reſcindendum eſt?

 tando pere-

tando pereat: alter aũt Iuſiurandũ itidem examinare tenetur, num cũ Dei volũtate cõſentiat. Quid enim minus poteſt placere Deo, quã peccando velle religioſum videri? miſerabilis etiã ſit omnis neceſsitas (iuxta Ambroſii ſentenciã) quæ homicidio ſoluitur. Licita vero ſoluuntur promiſſa, facta præſtatiõe promiſsi: aut ſi accuſabilis obſtet neceſsitas ne præſtetur, excuſatiõe: aut cũ ex præſidum Ecclеſiæ diſpenſatiõe, cõmutentur: aliarũue rerum præſtatiõe redimuntur. Liberamur eodem modo, & ab obligatiõe pollicitationũ, ſi illa remittãtur, diminuãtur, vel partiantur: niſi cauſa ſubſit, quæ vniuerſas præſtare vetet.

Stipulatio.

Stipulationis vero deſcriptionẽ, quia obligationis noſtris legibus cõprehenſæ naturã refert maxime circa formulã obligatiõis vide.

Pactum.

Non diſsimilis etiã pacti eſt natura, nam a pace, pactum, & pactio dicitur, duorũ ſ. pluriumue in idẽ placitum & cõſenſus. Proindeq; vt contractus, ita pacta dant legem iis, qui ſuper quacũq; re, vel facto perſonali honeſto, poſsibili, pure, in diem, aut ſub conditiõe aliqua inter ſe pepigerunt. Vnde etiã actiões vltro citroq; tanq; ex fonte deducuntur.

Quæ pacta non ſunt ſeruanda.

Pacta enim cõuenta, quæ neq; dolo malo, neq; aduerſus leges, plebiſcita, ſenatus cõſulta, edicta, decreta Principum, neq; quo fraus cuiq; eorum fiat, facta erunt: ſunt ſeruanda. Fides aũt fundamentũ eſt ipſorũ pactorum, inde dicta, quod fiat ita, de quo vtrinq; eſt definitum, ac tranſactum.

Pacta perſonalia & realia.

Perſonalia tamẽ pacta, cũ perſona viuunt, & extinguũtur: realia vero ſucceſſores etiã obligãt, ita vt neq; Magiſtratus Reip. pacto gratuito aliquẽ liberet. Inſuper ſi fuerit pacto pœna adiecta, is qui illud violet, eius nomine Iudicio cõdemnetur. Pacta tamẽ priuatorũ, & ſi ipſos paciſcentes ligant, neque tamen Reip. præiudicãt, neq; tributa, ſeruitutesue eius opprimunt.

Non omnes paciſci poſſunt.

Sed non omnes paciſci poſſunt: vt furioſus, propter mẽtis inopiã: pupillus, propter ætatis defectum: fœmina, quod ſui Iuris nõ ſit, niſi fuerit vidua: prodigus, ſi curatorẽ habeat: ac ſeruus, ſi paciſcatur vt Dño noceat, nõ vtile ſit: & omnibus aliis huiuſmõi perſonis, quominus paciſcãtur, nihil magis obſtat, quã aliena poteſtas, cui ſubſint præſertim ſi damno ſuo, ſuorũue ſuperiorum paciſcãtur.

Multæ res in pactum non ueniunt.

Sed & multa pacta non valent, ratione rerum, quas ñatura fieri negat, ſuntq; factu impoſsibilia: cõtra leges Diuinas, & humanas, in fraudemq; earũ facta: vel mere cõtra bonos mores, naturæq;, & publicã honeſtatẽ: item dolo, fraude, vi, metuq; incuſſo geſta: caſuue cõbuſta, mortua, merſa, erepta, vel amiſſa.

Obligationes pactorum tolluntur.

Sed obligatiões pactorũ, nõ ſolum exceptionibus quæ ex facti circũſtantiis emergunt, tolluntur: ſed aliis quoq; modis, quibus generaliter extinguũtur omnes obligatiões: videlicet ſolutiõe, acceptilatione, cõpenſatione, & aliis modis ſoluendi debiti.

Quando pacta pactis tolluntur.

Sed & hoc omnibus pactis eſt cõmune, vt priora reſcindãtur, vltima ſeruentur, præſertim, ſi vel nominatim de eo in toto, aut in parte: de ſubſtantia videlicet totius pacti, vel eius accidentibus, conſenſus vtrinq; interceſsit: aut mere prioribus cõtraria ſint. Sed quia leges noſtræ tantũ de cõtractibus occaſiõe fundorũ fieri, atq; cõſcribi ſolitis, agunt: idcirco omiſsis ſubtilioribus deſcriptiõibus pactorũ, quæ infinita ſunt, ſingulas Contractuum formas ſigillatim, atque ordine perſequamur.

ARTICVLVS I.

Rex quæ bona fiſci, & quomodo, ac vbi donare, uel obligare poterit, aut non.

Itẽ, quod donatiões per Regẽ militibus factæ, etiã ſi literis nõ adnotarẽtur, ſint modo morte donatoris, & donatarij confirmatę, ratæ ſunt.

Vide Libr. 2. Cap. 1. Huius etiã ſit mentio Libr. 6. Cap. 1. Art. 7. de Bello.

De bonis

De bonis Eccleſiarum alienandis, vel non. Vide Folio 99. & 452.

Vide Folio 99. & 452.

ARTICVLVS II.

Cancellaria in ſcribẽdis Inſcriptiõibus leges Regni nõ violet: Iudices vero in ſuſcipiendis recognitiõibus Contractuũ ſint prudentes: at non ipſi,ſed Rex mittat ad ægrotos: porro formæ Contractuũ cum earũ omnibus circumſtãtiis ſeruentur: præterea ab Inſcriptiõibus ne prouocetur: poſſeſsio aũt bonorum in bona per Miniſterialem apprehendatur.

Cãcel.literis literas cõtrar. aut cõtra I9 cõmune,& Conſtitutiões nõ det. Lex I

Alexan.Petr.1504

113 Cancellarij aũt et Vicecãcellarij * literis literas cõtrarias,alter cõtra alterum,ac contra IVS REgni cõmune, non extradãt: ut literas ſuper Donationibus,& Inſcriptiõibus bonorũ nemini dent,aliter quam Cõſtitutiones Regni continent.

Idẽ lib.1.cap:10.art.2.de Cancell.Offic.

Ergo in ſuſcipiẽdis recognitiõib9, Iudices

diligenter cõſiderare debẽt ætatem,diſcretionẽ,& bonã,uel aduerſam corporis ualetudinẽ,eius qui facit aliquã Inſcriptionẽ. Lex ij.

sigiſm.Petr.1523.

44. Notandũ quod Iudicio preſidentes, debẽt diligenter intendere & cõſiderare perſonã recognoſcentẽ aliquã Inſcriptionẽ, ſi habeat debitã ætatem,aut diſcretionẽ bonam,quod ſi aliter,nõ ſuſcipiatur Inſcriptio. Etiam debent cõſiderare,ſi eſt ſanus corpore:tũc enim poteſt ſcribi ſanus mente, & corpore: ſed ſi æger corpore exiſtat, compos tamen rationis: prout eſt in re,ſcribatur: ita uidelicet,æger & languens corpore,tamen ſanus mente, & compos rationis.

Idem lib.1.cap.12.artic.4.de Capitan.& lib.4.cap.3.ar.1.de Iudicũ Officio in ſuſcipien.recognitiõib.

Omnibus etiam Contractib. adhibẽtur Teſtes,inſtrumenta,nõnunq̃ etiam fideiuſſores, & alia huiuſmodi parerga.

Tantũ Rex mittit ad ægrotos. Lex iij.

Nulli Officiales, ſed tantum Rex ad ægrotos mittere, & Recognitionem ſuſcipere poterit.

Sigiſm.Auguſtus Petriconiæ 1550.

Parẽtes filior. Cõtractib. nõ tenẽt. L.4.

Quam vide Capitulo Decimo Articulo Secundo.

Iudæi vero ſuper bona Terreſtria ne

dent pecuniã. Lex v. Vide Libro Primo Capit. de Iudæis.

Formula cõmutatiõis bonorũ. Lex vi.

sigiſm.Petr.1523.

46. Comparẽtes perſonaliter corã Iudicio Nobilis A. hæres de B. ex una,
47. & Nobilis C. de D. partibus ab altera: ſani mente,& corpore, compoteſq; rationis exiſtentes: publice,& per expreſſum recognouerũt talem inter ſe fe-

ſi nõ in ꝓprio Diſtrictu reco gnoſcit,recedendo a Terra A.& Diſtrictu ſuo B.ac Iudicio ſe bonaq; ſua incorporando. &c. ſcribatur.

inter ſe feciſſe bonorum hęreditariorũ perpetuam & irreuocabilẽ commutationem : dantes ſibi inuicẽ bona pro bonis, & Terram pro Terra, ita uidelicet quod pręd ictus A. dedit & cõmutauit ſua bona hæreditaria, uidelicet Villam B. cum ipſius Villæ totali hæreditate, cumq; omni Iure, dominio, & proprietate, ac titulo hereditario: cum prædicto C. de D. Qui quidẽ C. pro eiuſdem A. hæreditarijs bonis uidelicet Villa B. præfatis: Villam ſuam D. etiã cum totali ipſius Villæ hereditate illi dedit & cõmutauit, cumq; omni Iure, dominio, & proprietate, ac titulo hæreditario, ita quod prefatus A. prædicta bona uidelicet Villã D. cum ſuis ſucceſſoribus tenebit, habebit, & hereditarie poſsidebit: ita late, longe, circũferentialiterq;, prout dicta bona ſeu hæreditas præfatæ Villæ D. in ſuis metis, & limitibus ab antiquo eſt diſtincta, & limitata, cũ omnibus & ſingulis utilitatibus, antiquitus ad ipſa bona D. ſpectantibus, & generaliter attinentijs uniuerſis, nullis prorſus exceptis. Et ſimiliter prædictus C. prædicta bona ſua uidelicet Villam B. cum ipſius Villæ B. totali hereditate, cumq; omni Iure, dominio, & proprietate, tituloq; hæreditario, una cum legitimis ſuis ſucceſſoribus tenebit, habebit, & hereditarie poſsidebit: ita late, longe, circumferentialiterq;, prout dicta bona, ſeu hæreditas Villæ B. in ſuis metis, & limitibus, ab antiquo eſt diſtincta, & limitata, ſimulq; cum omnibus & ſingulis utilitatibus, & attinentijs antiquitus ad ipſa bona B. pertinentibus, nullis omnino exceptis. Et iam præfati cõmutantes A. & C. dederunt ſibi inuicem in præfata bona ſic cõmutata realem Intromiſsionẽ, & actualẽ poſſeſsionẽ, per Miniſteriales Terreſtres quoſcũq;, dandã & aſsignandam. Et debent, tenebunturq; ſe, & ſuos ſucceſſores inuicẽ occaſiõe premiſsorum bonorũ ſic cõmutatorum tueri, defendere, & inuicem ſe eliberare, pacificareq; ab omnibus prioribus oneribus, Inſcriptiõibus: Citatiõibus importatis, & importãdis, lucris, perlucris quibuſcũq;, & generaliter ab omni impetitiõe, omnium perſonarũ, ſtatus & ſexus utriuſq;, Iuridica, per Preſcriptiões Terreſtres, prout ſcilicet ad aliquã perſonam Preſcriptio pertinet, ſub DAMNIS Terreſtribus: uel VADIO Centum Marcar. pec. Pro quibus DAMNIS, ſeu VADIO alter ab altero, occaſiõe præmiſſorũ citatus, eiuſue ſucceſſores citati, ad Iudiciũ Terreſtre E. uel Caſtreñ. F. in primo Termino, tanq; in perẽptorio ſtare, cõparere, & remotis omnibus generaliter Exceptiõibus, Dilatiõibus ex quacũq; cauſa, uel etiã Quietatiõe, de Iure fieri, dari, & admitti ſolitis: alijsq; omnibus Iuris beneficijs: nec nõ Motionibus Iudicum, reſpõdere, atq; a Iudicio nõ recedendo decreto Iudicij parere, euincere ſcilicet, proq; omni alio Iudicato ſatisfacere tenebitur: & ſucceſſores eius tenebũtur, totiens quotiẽs ipſis uel ipſorũ ſucceſſorib. opus fuerit.

Quia cõmutatio rerum apud primos homines in uſu fuit: anteq̃ aurũ, argentũ, & æs a Magiſtratu publice ſignatũ in cõtractibus haberi cœpit, de ipſa cõmutatione rerum primo eſt agẽdum : ut pote cõtractu antiquiſsimo, in quo quidẽ non pecunia, ſeu merces, ut in uenditione fit: uerum certa res pro re, certaq; ſpecies pro ſpecie datur, & quodã modo p compenſationem accipitur: ut uinũ pro uino, uel alio quin pro uino triticũ. Vt aũt nemo niſi res ſuas proprias commutare poterit, ita alienas tam obligatione ſtricta alienare neq̃t, quin a uero domino repoſcantur, atq; idcirco, is qui dedit, eum cui dedit nomine dati euincere obligatur.

Et ſciendũ eſt, quia a tempore poſſeſsionis per Miniſterialem aſſignatæ currere incipit præſcriptio, propterea recognitio Miniſterialis de data Intromiſsiõe eſt diligenter in Acta publica inſcribenda.

Formula venditiõis ppetuæ. Lex vij.

Comparens

Comparens perſonaliter corã Iudicio Nobilis A. de B. ſanus mẽte & 45. corpore exiſtens publice & per expreſſũ recognouit, quia bona ſua hæreditaria uidelicet Villã B. cũ totali ipſius Villæ hereditate, & omnibus ad eã pertinentibus, & quouis modo ſpectãtibus, & prouenietibus: nihil Iuris, dominij, & proprietatis, & quorũuis uſufructuum prædictus A. in præfatis bonis B. pro ſe & ſuis ſucceſſoribus reſeruãdo, ſeu excipiendo, ita late, et longe, circũferentialiterq́, prout prefatorũ bonorum Villæ B. hereditas ſe in ſuis metis & limitibus extẽdit: Nobili C. de D. pro E. Marcis pecuniæ monetæ & numeri Polonicalis uendidit perpetue, & in æuum reſignauit: ita prout ſolus præfata bona B. habuit, tenuit, & poſſedit: nullis eorundẽ bonorũ utilitatibus excluſis: per prefatum C. & eius ſucceſſores, cum omni Iure, dominio, proprietate, ac titulo hereditario: utilitatibusq́ uniuerſis & ſingulis, ita quod generalitas ſpecialitati nõ deroget, & e cõtra, perpetue & in æuum tenenda, poſsidenda, & ad uſus beneplacitos cõuertenda. Et iam exnũc prædictus A. prefato C. dedit realem Intromiſsionẽ, & actualẽ poſſeſsionẽ, per Miniſterialẽ Terreſtrẽ F. de G. uel alioqui aliũ, quẽcumq́ habere poterit, in predicta bona, uidelicet Villã B. & eius hereditatẽ totalem, utilitatesq́ uniuerſas. In quorũ omniũ pacifica poſſeſsiõe debet prædictus A. & eius ſucceſſores, præfatũ C. cũ ſuis ſucceſſoribus occaſione premiſſorũ bonorũ B. eo modo ſibi uenditorũ tueri, euincere, & eliberare, pacificareq́, ab omni impetitiõe iuridica, ab omnibusq́ perſonis ſtatus, & ſexus utriuſq́, per Preſcriptiões Terreſtres, prout ad quãlibet perſonã Preſcriptio de Iure pertinet, totiens quotiens ſibi C. opus fuerit, ſub DAMNO Terreſtri: uel ſub VADIO C. Marcar. nulla re exquiſita ipſum euadẽdo. Pro quibus damnis ſeu Vadio &c. ut ſupra. ET SI Venditor haberet uxorẽ, cuius Reformatio Dotis extenderet ſe ad talia bona uendita, cõſtituetur per maritũ ad Acta, & cum cõſenſu amicorũ, ad minus duorũ, ex linea paterna conſanguineorũ cõſentiet ad talem Inſcriptionẽ, quo ad ſuam Reformationem.

ſigiſm. Petri. 1523.

Vendita bona poſſũt per propinquiores amicos infra tres annos & ſex menſes reuocari.

Ne ſcilicet uendat aliena.

Intromiſsio.

Venditor ergo nõ tenetur defendere emptorem a ui & potentia, ſed tantum ab impetitione iuridica.

Nam bona dotalia maritus inuita muliere alienare prohibetur, niſi illa cũ amicis ſuis ex paterna linea deſcẽdentibus cõſentiat, ne ſexus muliebris fragilitas uel prodigalitate, uel nequitia uirorũ, ad repẽtinã deducatur inopiã Iagell. Craco. 1423. Idem Folio 259.

Vẽditor, oſtẽdat hæreditat. limit. & intra 3. annos & 3. mẽſ. emptorẽ tueat. L. 8.

44. Ex conſuetudine & Iure antiquo ſeruabatur. Quod uendens hæreditatem, emptorẽ per tres annos & tres mẽſes ab impetitiõe quacũq́, ad interueniendũ & liberandũ eundẽ ſit aſtrictus: Sed quia multotiens cõtingit. Quod uicini illius uenditæ hereditatis, quorũ Limites etiam ipſam cõtingunt, infra præfatos tres annos & tres menſes emptorẽ uexare poſtponunt, donec uenditor & interceſſor preſcriptiõe emptiõis euadat: qua elapſa primo emptorẽ pro limitibus inquietare nõ formidant, licet uenditiõi præſentes extiterint. Ea propter uolumus & Statuimus,

Qui uendit hæreditatem debet uicinos per Miniſter. uocare ad oſtendendũ illius hæreditatis limites emptori, qui ſi uenire noluerint, et triẽnio ac tribus menſib. poſſeſſori pro limitib. quæſtionẽ non mouerint, poſſeſſor ad probationẽ ſuæ emptionis cũ Teſtib. admittatur.

 Quod cum

Quod cū aliqua hæreditas emptori per uenditorē oſtenditur, uicini il-
lius hereditatis per emptorē cū Miniſteriali euocentur, quod illi oſten-
ſioni interſint. Qui ſi uenire noluerint ſic per Miniſterialē uocati, & in-
fra tres annos & tres menſes poſſeſſori queſtionē pro limitibus nō mo-
ueant, tunc poſſeſſor ad probationē ſuę emptiōis cū Teſtibus admitta-
tur, præſcriptioneque tanti temporis iuuabitur.

De vēditiōe bonor. cōſang. teſtēt. L. ix.

Kazim. Mag. 1368.

In probatiōe bonorū uenditorū, cōſanguinei, qui cōmuniter in contractib. mediant, licite teſtificabuntur.

Sed hoc tēpore uenditiōes bonorū, aliiq; Contractus, occaſiōe bonorū initi, neq; teſtibus, neq; fideiuſſionibus, ſed Inſcriptionibus publicis ratificantur.

Conradus a Dominico domū uendicabat, & ad ſuā intentionē probā-
dam Conradus ſex Teſtes iuxta Iudicis mandatū produxit. Quorum 18.
primus Teſtis Iacobus, alter Petrus ipſius Conradi cōpater, & media-
tor, ſeu amicabilis cōpoſitor in eadē cauſa: quē ipſe Dominicus, cū Te-
ſtes in Iudicio ſecundū conſuetudinē nominarētur, neglexit impugna-
re, nec huiuſmōi conſanguineitatē obiicere, demū circa Teſtium Iura-
mentum opponēdo prædictus Dominicus, teſtimoniū dicti Petri, pro-
pter præfatā conſanguineitatē cōſtanter aſſeruit nō ualere: & ſic dicebat
ſe cauſam eandē obtenturū. Nos cōſiderantes, Quod amicabiles cōpo-
ſitores ſeu mediatores cōſanguinei eſſe cōſueuerūt Declaramus in tali
caſu teſtimonium prędicti Petri pro Conrado ualiturum.

Qui emit Villā, nec maiorem partem eius ſoluit. Lex x.

Kazi. Viſlic. 1368.

Emens Villam & maiorē partem non ſoluens, firmatur trium annorū & trium mēſium poſſeſſione, ut cogatur uenditor etiam nolens, & neglectam non ſpernere ſolutionem, & Contractum non reuocare.

Franciſcus uendidit Gregorio hæreditatē pro Centū Marcis, pro qua
ipſe Gregorius ſtatim quadraginta Marcas exoluit, reſiduā pecuniam 19.
promittens in certis Terminis per annos ſoluturū. Et ſic idem Grego-
rius per quatuor annos pacifice & quiete, nō facta totali ſolutiōe tenu-
it & poſſedit prædictā hæreditatē: Demū prope finem quarti anni idē
Gregorius emptor reliquā pecuniā offert ſe daturū, & ſoluturū Fran-
ciſco uenditori: Franciſcus uero nititur & quęrit quod poſsit reſcinde-
re & reuocare eandē uenditionē, cum per tantū tempus ſibi totalis ſo-
lutio nō fuit facta, nec ſubſecuta: Quapropter nos Statuimus, & decla-
ramus, propter quietam & pacificā poſſeſsionē habitā per tres annos &
tres menſes uenditionē prędictam perpetuā habere firmitatem, obſtan-
te tanti temporis taciturnitate & præſcriptione.

Emptor Villæ cōtra propinquos, creditores, impetitoreſque uendentis, triennio & tribus menſibus præſcribit. Lex xi.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Qui tribus annis & tribus menſibus pro propinquitate ſilet, ſileat perpetuo, hoc idē intelligitur in debitore poſt trienniū repetente hæreditatem ab emptore.

De cætero Statuimus, quod cū aliquis emens hęreditatē, & ipſam tenēs 33.
tribus annis et tribus menſibus pacifice & quiete, Etſi ipſam aliquis cō-
ſanguineus, uel affinis, poſt prędictos annos impediat, uolens ipſum ab
eadem em-

eadem emptione per proximitatẽ uidelicet repellere: Statuimus quod ex quo quidẽ proximior tacuit tribus annis & tribus menſibus prænotatis, ut a modo nõ ſit ei licitum prędictã acquirere hoc modo hæreditatem. ℂ Hoc etiam uolumus intelligi quo ſi aliquis creditor diceret: hæc hereditas eſt mihi propinquior quã tu tenes, quia uenditor ipſius fuit mihi prius debitus, antequã ipſam cõparaſti. Si talis cuiuſcũq; cõditionis fuerit Chriſtianus, uel Iudæus, & tacuit tribus annis & tribus menſibus, ſilentiũ ſibi perpetuũ pro eadem hæreditate imponatur.

Idem intelligas ſi q̃s Ius quodcũq; putat ſe ad aliquam hæreditatẽ habere, nec intra triennium & tres menſes agit. Niſi fortaßis ob beneficiũ longioris præſcriptionis aliæ perſonæ impune tacuerint.

COMMENTARIVS.

Vt in permutatiõe res pro re datur: ita in emptiõe pro rebus datur certum precium, rerum aũt vendendarũ neceſſe eſt eam eſſe conditionẽ, vt eas natura, leges, moreſq; patiantur eſſe in cõmercio hominũ, alioquin irrita emptio rei habetur, quæ in noſtro patrimonio haberi nequit, vt ſunt res ſacræ, religioſæ, publicæ, & furtiuæ: ſi enim aliquis ſciens emat, aut vendat rem alienã, vel furtiuã: etiã furti teneretur. Quod ſi quis vendat rem ſibi cum alio cõmunem, valet venditio pro ea parte quæ illi cõpetit ex diuiſiõe rei cõmunis. Sed ita Legibus Romanis emere priuato purpuram, vt bona Iuris Equeſtris apud nos plebeiis nõ licet: multoq; minus cuiq; arma hoſtibus vendere permiſſum eſt, venduntur vero res, non modo corporales, ſed etiã incorporales: veluti ſunt actiões, hæreditates, ſeruitutes. Requiritur aũt in venditiõe, vt ſpecies rei vendendę certo demonſtretur: vel numero, pondere, aut menſura cõprehendatur: venditorq; certã ſummã pecuniæ, & nõ aliarum rerũ ſpecies pro precio cõſtituat. Nam empti & venditi fides ſine quantitate pecuniæ expreſſa, nulla eſt, alioquin nõ valet venditio ſi precium in alicuius cõtrahentium arbitriũ: ac voluntatẽ fuerit relatum, neceſſe eſt enim cõtrahẽtes in venditiõe de precio cõſentire, modo enim cõſenſum ſit, nil refert, num ſtatim, aut paulo poſt numeretur pecunia: vel etiã alio modo venditori ſatisfiat. Sæpe aũt in corpore, in nomine, in materia, qualitate rei venditæ, ac quantitate precii, aliiſq; circumſtantiis: quin etiã in ſpecie cõtractus a cõtrahentibus erratur: vt ſi ego vendã, mutuem, vel cõmodem, tu putes dono tibi eſſe datum, iis enim modis obligatio mutua reſcinditur, & ſi vero finalis cauſa emptiõis eſt, vt res vendita emptori tradatur: nihilominus nõ impeditur venditio, etiã ſi res nõ fuerit ſtatim tradita. Et vt contrahentiũ incõſtantia coerceatur, ſi emptor arram dedit, perdit eam, ſi a cõtractu nulla cauſa legitima recedat. Si vero venditor tradere rem venditam recuſat, fas eſt eum in duplũ, aut alioqui in pœnam vallatã cõdemnari Iudicis Officio. Sæpe vero ita cõuenit, vt ſi emptor nõ ſoluat preciũ ad tẽpus pręſtitutum, res inempta, & nõ vendita habeatur, nihil aũt intereſt vtrum ipſe Dominus tradat alicui rem ſuam, an voluntate eius alius quiſpiam, cui eius rei poſſeſsio ſit permiſſa. Cum aũt venditio perficitur, omne cõmodum vel incõmodum rei vẽditæ ſpectat ad emptorẽ: niſi ſub conditiõe emptio ſit facta, tũ enim ante cõditionis euentũ res perit, vel corrũpitur venditori, cuius intererat illã cõſeruare ſaluam, quouſq; fuiſſet tradita, perindeq;, ſi res vendita apud venditorẽ eo caſu pereat, quo apud emptorẽ erat peritura. Poſtremo ſi res vendita, vel propter delictum venditiõis, vel per violentiã ſuperioris publicetur: tum venditor tenetur ad reſtituendum precium, item ſi mora, culpa, aut dolo vẽditoris res vendita pereat: periculum eſt venditoris, nihilominus de fortuito caſu venditor nõ tenetur: niſi forte ſecus fuerit conuentũ. Certe ſi res furtiua, aut ſaltem illibera, vendita ſit. & poſtea Dominus in Iudicio repetat eam ab emptore, probetq; cauſam ſui dominii: tum ſi res vendita euincatur ex cauſa quæ venditionẽ pręceſsit, periculũ eſt venditoris, ſi emptor eo nomine cõueniat venditorẽ. Si vero euincitur ex cauſa quæ ven-

Quæ res in venditionem ſint adducendæ, & quæ non.

ſi quis rem ſibi cũ aliquo communem uẽdat.

Quæ res a quibus emi uel uẽdi nõ poßũt

Res incorporales etiam uenduntur.

In uenditione quid requiratur ex parte rerum, uel pecuniæ.

In uenditionis circumſtantijs ſæpe erratur

Lex arrarum.

ſi uenditor rem tradere nolit.

Etiam per alium traditur res uendita.

Poſt uenditionẽ commoda uel incõmoda ad emptorem pertinent, niſi ſpecialiter de eo fuerit cautum.

ſi res uendita caſu pereat, ex commiſſo, uel ui publicetur.

ſi uicio uẽditoris res uendita pereat.

ſi res aliena ſit uẽdita

Fructus rei venditæ ad emptorē pertinet.

Quando venditio reſcinditur, volentibus, vel etiam inuitis contrahentibus.

ditionem ſubſecuta eſt, emptoris ſit periculo, vt ſi ſeruus venditus, quod deſertorē militiæ prodiderit, eripiatur ſeruituti: emptoris periculo dominicā euadit poteſtatem. Fructus aūt rei venditæ poſt perfectum contractū ad emptorē pertinet, niſi aliquouſqꝫ emptor penes venditorē illum eſſe voluerit. Reſcinditur aūt venditionis cōtractus vtroqꝫ volente: niſi fortaſsis res tradita, preciūqꝫ ſit perſolutū: alioqui quod ſuum eſt reddendū eſſet vtriqꝫ. Venditio etiā Legibus Romanis reſcinditur inuito altero ex cōtrahentibus: ſi intra ſex menſes vtiles emptor tale aliquod vicium in re empta deprehēderit, vt nullo modo empturus fuiſſet, ſi cōpertum id ante habuiſſet. Iſto enim caſu, emptori aduerſus venditorē actio redhibitoria datur: qua cogitur rem venditā recipere, & reddere ſi quid precii eius rei nomine ab emptore eſt ſolutum. Item reſcinditur venditio emptore inuito, ſi conditionē pacti nō præſtiterit: reſcinditur & propter pactum cōditiōis in diem: vt ſi quis ita vēdat fundum Centū aureis, ſi intra menſes duos meliorē cōditionem aliquis pro eo non obtulerit. Non debet aūt reſcindi venditio, cum res vendita eſt, quā per leges vendere non licet: aut ab eo empta eſt, qui ſe obligare nō potuit, tales enim venditiones ipſo Iure ſunt nullæ. Quod ſi interuenerit dolus emptoris, vel venditoris, inconfeſſo eſt malæ fidei emptionē eſſe irritam: preſertim ſi quis dolo inducat aliquem, vt emat, vel vendat: cum id nō erat facturus citra eius perſuaſionē, tū enim Iure nulla eſt emptio. Alioqui ſi quis maior annis 25. pluris emat, vel minoris vēdat, quā oportuit: nō auditur. Nemo enim tam negligens atqꝫ ſupinus eſſe debet, vt rei familiaris, quā venditurus eſt, precium ignoret: neqꝫ tam temerarius, vt rem ignotam nullo adhibito cōſultore emat, eſt aūt imprudentia & ſupinitas hominū damno etiā excitanda, vt diſcant cautius mercari. Sed ne rurſus licenter deciperentur homines, hic modus legibus cōſtituitur, vt ſi quis decipiatur vltra dimidiū iuſti precii, iuſte illi videatur actio dari aduerſus decipientē, atque hæc in venditiōis contractu neceſſario erant adferenda.

Si in venditione intercesserit dolus venditoris vel emptoris.

Formula inſcribēdi cenſus in vim reemptiōis alias na viderkow perſonis Spiritualib. cū cōſenſu R. M. prius obtēto fieri ſoliti. Lex xij.

Sigiſm. Petr. 1523.

Eiuſdem mentio lib. 1. cap. 4. artic. 6. de prouentib. ſpiritual.

Comparēs perſonaliter corā Iudicio, Nobilis A. de B. hæres, ſanus mēte & corpore, publice & per expreſſū recognouit: quia innitendo conſenſui Sacrę R. M. ad infraſcripta obtēto, honorabilib. uiris C. D. E. F. &c. prædicatoribus Euangelij Ieſu Chriſti, miniſtris ſacramentorū, & Cantoribus, Eccleſiæ G. H. modernis, & pro tēpore exiſtentibus, duodecim Marcas pecun. cenſus anni, pro trecentis Marc. pecun. monetæ & numeri Polonicalis, perpetue & in æuum, in uim tamē reemptionis, alias na uiderkouu, uendidit, & inſcripſit, ac uendit & inſcribit, & ſuper bonis ſuis hereditarijs, uidelicet Villa I. ac Kmetonibus, tabernatorib. & alijs quibuſuis Incolis prefatæ Villæ I. quas quidē duodecim Marcas pecun. predictus A. & eius ſucceſſores, tenebitur, ſeu tenebūtur, ſingulis annis pro quolibet feſto Sancti K. prefatis honorabilib. uiris C. D. E. F. modernis, & pro tēpore exiſtentibus, per propriū Nunciū mittere, & ab illis etiā quotannis poſt ſolutionē literas acceptilationis ſeu quietationē recipere. Idem tenebitur, preſentibuſqꝫ ſe obligat, præfatus A. cum Kmetonib. eiuſdem Villæ Incolis ad Acta Spiritualia Vicarij ſiue Officia-

45. 46.

ſiue Officialis in Spiritualibus L. pro feſto Sancti M. proximo ſtare,& ſe ad ſolutionē cum pręfatis Kmetonib. pręfati cenſus annui duodecim Marc. ſub cenſuris Eccleſiaſticis obligare. Et iā prædictus A. pręd***i***ctis Eccleſiæ G. miniſtris, dedit realem Intromiſsionē,& actualem poſſeſsionem in pręfatum cenſum, teneñ. habeñ. & pacifice poſsidendū. In cuius poſſeſsione pacifica, etiā præfatus A. obligat ſe & ſuos ſucceſſores, occaſione pręfati cenſus, ab omnibus Inſcriptiōibus prioribus, Citationibus importatis,& importandis, lucris, perlucris quibuſcunq; ſi quæ ſunt,& ab omni, omniū perſonarū, ſtatus,& ſexus utriuſq;, impetitiōe iuridica, pręd***i***ctos miniſtros modernos & pro tēpore exiſtentes tueri, euincere, & eliberare, ita quod pręfati Miniſtri moderni & pro tempore exiſtentes poſſent pacifice & integre quolibet anno præfatum cenſum duodecim Marc. ſic ut præmiſſum eſt, percipere, ſine quouis impedimēto. Quæ omnia ſuperius expreſſa, & in præſenti Inſcriptiōe contenta, præfatus A. tenebitur & ſui ſucceſſores tenebuntur cōplere ſub Vadio N. uel O. Marcar. pręd***i***ctis Miniſtris & eorū ſucceſſoribus ſoluendo. Pro quo Vadio ad Iudiciū Terreſtre uel Caſtreñ. P. Citatus, uel ſucceſſores eius citati, in primo Termino tanquā peremptorio ſtare debet, ſiue debent, nulla re exquiſita, ſiue iudiciaria ſiue extraiudiciaria illos euadendo, uel Terminū differendo, ſub amiſsiōe ſuæ cauſę, ſed in eodē Termino tenebitur & tenebūtur prædictos Miniſtros ab omnibus impedimentis euincere, eliberare, & omnibus in præſenti Inſcriptiōe contentis ſatisfacere. Quod ſi noluerit, aut neglexerit, uel eius ſucceſſores neglexerint: extunc in inſtanti pro pręfato Vadio in lucro cōdemnari, ac pro eodē ſatisfacere tenebitur, ſiue tenebūtur: & ſatisfacieñ. pro præfato Vadio, utiq; omnia cōtenta complere debebit,& debebūt: totiens quotiens pręfati Miniſtri cenſum præfatum ad tempus pręd***i***ctum habere non poſſent, nec eis eſſet ratiōe pręd***i***ctorum omnium ſatisfactum, plenarie & in toto. ⁂ ⁂ ⁂

Quinetiā Iudiciū Spiritu. iudicat pro

cenſibus perpetuis Eccleſiaſticis Terreſtrib. & temporalibus reemptionalibus, proque fundis Eccleſiæ dotalibus. Lex xiij.

Vide Libro 1. Cap. 4. Articulo 8. de Cauſis fori Spiritual.

Cēſ9 ppetui ſolo annexi ratific. L. xiiij.

Pluries per ſubditos noſtros ſollicitati ſumus, ut literas reponi mandaremus ſuper cenſus perpetuos domorū: & in defectu literarū, liberā cuiq; poteſtatē faceremus eoſdem Cenſus perpetuos domorū, ſeu quorumuis locorū, ſolo annexos, uni ab altero redimendi, & perpetuitate oneris pro certa ſumma pecuniaria inter ſe inſtar reemptitiorū Cenſuū cōmutandi. Nos &ſi nunquā aſſentiri eiuſmōi petitiōi uoluimus: quia Sigiſm. Crac. 1532.

tamen hucuſq; ab ea ipſa petitiõe, quę multã in ſe cõtinere uidetur iniquitatem, illos cũ nõ uulgari moleſtia & faſtidio noſtro nõ ceſſare experimur: prouidere uolentes, ne in poſterũ uni ab altero, quod nõ eſſet æquum, repetẽdi: uel literarũ ſuper Cenſus perpetuos diuturnitate tẽporis abolitarũ productionẽ expoſtulãdi occaſio (diſsidiorũ inter ſubditos noſtros ſubminiſtratrix) præbeatur. Statuimus & decernimus, cum aſſenſu & conſilio totius Senatus noſtri, ut nemini ſubditorũ noſtrorum cuiuſcũq; ſtatus & cõditionis extiterint, liceat quomodocũq; directe, uel indirecte, reemptionẽ perpetuorũ, & ſolo annexorũ Cenſuũ deinceps uerbo uel facto cõtra ueterem illorũ poſſeſsionẽ attẽtare, quos perpetuos eſſe, ſola ueteri & diuturna poſſeſsiõe, & circa uenditiones, uel Inſcriptiones bonorum, ad Cenſus perpetuos ſoluendos obligatorum mentione probari decernimus.

Ex conſuetu. 1505.

Item lib. 1. cap. 16. ar. 9. de Ciuiũ contract.

Qui mutuat, nec habet inſcript. iuramẽto negãtis mutuarij abſoluitur. Lex XV

Item ſi aliquis alicui pecuniã mutuauerit, & Inſcriptionẽ nõ habuerit, 13
citaueritq; mutuariũ: tunc mutuarius, alias citatus, iuramento pręſtito ab inſtantia petentis, & debiti petitione abſoluetur.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Frumentum mutuatum intra quatuor annos repetatur. Lex XVI.

In repetendo frumento mutuato quatuor anni præſcriptionem donant & imponũt.

Franciſcus Gregorio mutuauit uiginti menſuras tritici, quas pluries
monitus nõ reſtituit. Gregorius aũt quęſiuit ab ipſo Franciſco quãdo 19.
ſibi prędictũ triticũ mutuaſſet? Reſpondit quatuor annos eſſe elapſos. Nos ipſi Franciſco impoſuimus ſilentiũ, propter tanti temporis decurſum, & ſuam taciturnitatem.

Kazimirus Viſliciæ.

Si Ciuis, aut Mercator dat aliquid mutuo Terrigenis. Lex XVij. 16.

Quam inter Ciuium & Mercatorũ leges Lib. j. Cap. j6. Artic. 9. vide.

Cum veri Mercatores gerant quaſi publicũ officium. Itaq; rationariis eorũ libellis tanquã publicæ ſcripturę creditur, nihilq; in illis præter contrahentiũ conſenſum ſcriptum eſſe præſumitur. Verum ſi in Enchiridio eorũ memoriæ cauſa aliquid ſcriptum eſſe apparet, id non magis te obligat, quã ſi quis dicat te ſibi debere Centum. Nam ad inducendã obligationẽ neceſſe eſt conſenſum vtriuſq; partis extare, aut ſaltem veriſimiliter præſumi, atq; eo ſenſu apud nos rationaria ſua, Iuramẽto ſuo ꝓprio cũ duobus Teſtib. ſi reus debere ſe neget, Mercat. cõfirmãt.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Equus accõmodatus, & læſus: duabus ſer-

De equo in accõmodatiõe læſo. L. XVIij

Nicolaus depoſuit querelã contra Mathiã, Quod licet ſibi equum ſuũ 21.
ſanum ad certam uiam tanquã amico accõmodaſſet, Tamẽ Mathias eũdem equum

dem equum ſibi reſtituit claudicantẽ: Mathias uero reſpondit, bona fide eundẽ equum tanquã proprium equitaſſe, & ſeruaſſe, nec ſciret unde ſibi ueniret talis læſio: Nos aũt in tali caſu declaramus, prædictum equum infra duas ſeptimanas quiete, & abſq; labore, per eundẽ Mathiam obſeruandum. Qui equus ſi infra prędictũ tempus non cõualuerit: extũc pro eodẽ equo, prout poterit amicabiliter ſecũ cõponere teneat̃.

...uetur quiete ſeptimanis per lædentem, per quas ſi non conualuerit, fiat compoſitio amicabilis pro eo cũ accommodante.

COMMENTARIVS.

Cum ergo cõmutando & vẽdendo, mutuãdiſq; & accõmodandis facultatibus, vita mortalium ab egeſtate defenditur: par eſt vt mutui, cõmodati, & vſurarum: item Reemptionũ: præterea precarii, depoſiti, & ſequeſtri: locati, & mandati naturam diſpiciamus. Mutuũ enim proprie dicitur, ab eo, quod de meo tuum ſit: vel quod res eiuſdem generis, eodẽ numero, vt pecunia: eadẽ menſura, vt frumentũ: pondere eodem, vt crocum: pure, vel in diem, redduntur gratuito. Neq; res tantũ dantur ad vtendũ in mutuo, vt fit in cõmodato, ſed omnino dantur in vſum eius qui accipit: aliæ vero generis eiuſdem reſtituũtur. Cum aũt mutuũ nõ contrahitur, niſi vtroq; contrahentiũ cõſentiente: qui cõtrahere legibus nõ permittuntur mutuare nõ poſſunt. Ad probationẽ vero mutui, vel inſtrumentis literarũ, vel ſaltem Teſtibus opus eſt. Sed & permagni referre dicunt Iuriſconſulti, vt probetur in cuius vſum verſum ſit, quod mutuo datum eſt. Namq; & a liberis poteſt repeti, quod patrifamilias inopi mutuo datum ſit: quia illud in alimenta eorũ verſum eſſe præſumitur. Quod ſi quis mandato alicuius producto mutuo aliquid accipiat: perinde eſt, ac ſi ipſe mandator accipiat, alioqui ſi creditor nudã tantum fidem petentis ſecutus ſit, putaritue inter eum qui accipit & inter illum cuius nomine accipit mutuã eſſe ad mutuo aliquid accipiendũ voluntatẽ: tum is ſolus cuius fidem ſecutus eſt, tenetur. Periculum vero rei mutuatæ, nõ ſpectat ad mutuantem, ſed ad eum qui accipit. Nam caſus aduerſæ fortunæ nõ liberat generis debitorẽ: ita, vt ſi tibi mutuo data pecunia caſu quocũq; pereat, ad eius tamen reſtitutionẽ teneris. Quod ſi plures mutuo rem acceperint, obligatio inter eos diuidenda eſt numero, & nõ per portiões: ſicut fit, cum debetur ſpecies, quia in mutuo quãtitas rerum obligatur. Mutui aũt obligatio tollitur ipſo Iure, iiſdem de cauſis, quibus alias ſupra in genere omnes obligationes diſſolui diximus, vt aũt nihil bono viro dignius eſt, quã ſuccurrere lapſis: ita nihil inhumanius eſt, quã cum mutuo inopibus eſſet benefaciendũ, tum vſurarum penſiões ab illis paciſci. Ac proinde & veteres Romani furẽ dupli, fœneratorẽ quadrupli puniebãt: antequã dixit Chriſtus, mutuo date, nihil inde ſperantes: Neſcierintq; bono viro hoc quoq; proprie ineſſe, vt ne det pecuniã ſuam ad vſuram. Vſura aũt eſt, ob rei mutuatæ in vſum alterius ad præſtitutum tempus penſio ſtipulata. Idcirco vero exigi prohibetur, quia & mutuũ in vſum eius qui mutuo accipit, redigitur: peneſq; ipſum ſolum eius eſt periculum: & quia cõtra naturam eſt, vt nummus nummũ generet: inprimis aũt charitatem proximi a Deo pręceptã, gratuitumq; benefaciendi officium euertit. Et quanquã tantopere ſit charitas pręcepta, vſura vero prohibita, nihilominus diuitum hominũ impietas, pauperũ vero egeſtas, legiſlatores adegierũt, vt nomen vſuræ, nimirum odioſum, ex mutui cõtractu tollerent: rem tamen ipſam, conquiſitis coloribus veſtitam, fieri permitterẽt: cenſueruntq; vſuram tantũ penſionem eſſe, ex mutui vſu ſtipulatã. Et ergo ſi aliquid pro vſu rei cuiuſcũq; accipiamus, illud vſuram nõ dici, puta ſi pro rei locatæ, aut cõmodatę vſu aliquid accipiamus. Nemo enim cogitur de proprio eſſe beneficus, ſi nolit. Nam ſi cõmodatum dicitur, cum res eadem, mobilis ſcilicet vel immobilis, vſibus alterius cõmodata, nobis in eodẽ numero, & ſpecie redditur: vt fundus, veſtis, equus, liber: vtroq; in ipſa re cõmodata retinemus dominiũ, perindeq; & periculũ, at in mutuo, dominium, & pe-

Contractibus rerum penuria tollitur.

Mutuum.

Qui mutuare non poſſunt.

Probetur mutuum.

ſi quis mutuo quitq; accipiat alicuius mandato.

Periculum rei mutuatæ non ad dantem, uerum ad accipientem pertinet.

ſi plures aliquid mutuo accipiant.

Mutui obligatio diſſoluitur.

Vſurarum exactores inhumani.

Vſura quid eſt?

Quare uſuræ exigi prohibentur.

Ex uſu rei locatæ uel cõmodatæ licite utilitatem paciſcimur.

Cõmodatũ quid eſt?

minium,& periculũ transferuntur in vtentẽ:penes aũt mutuatorẽ ſine periculo ſemper reſidet vtilitas, quorum quidẽ duorum contractuũ natura vtiq; cõtraria eſt:ac proinde alter illorũ iuſtus,& ferendus eſt:alter omnino prohibitus.

Naturales rerũ acceſſiones licite petuntur.

Neque enim eſt dubium,quin naturales rerum acceſsiões,vtilitates,et penſiões,quę propter moram loco intereſſe in bonæ fidei Iudiciis in obligatione veniunt,ac petũtur,licite accipiantur,& exigãtur. Econtra vero illicitæ ſunt acceſsiões, quæ ex mutuo ſtipulantur.

Quæ nihilominꝰ uſuræ permittuntur.

Et tamen Iure Ciuili & Canonico vſuræ quędã permittũtur, ſi eandem incertitudinẽ & periculum fructuũ mutuator accipiat in ſe,quã & mutuarius ſuſtinet.

Si utilitates naturales plures ſint quam uſura hæc tamen prohibetur,illi pmittuntur.

Adeo vero naturales probãtur vtilitates,vt ſi Villa mihi certa pecunia obligata plures etiã vtilitates ferat, quã ex vſura habiturus eram, iuſte tamen eas tuliſſe iudicabor,potuit enim euenire,vt minus emolumẽti ex Villa ſentirem,& tamẽ coactus fuiſſem ſtare pacto.

Quomodo mutui contractus in alios tranſit Contractus.

Itaq; ſæpe fit, quod mutui contractus ratione conuentiõis in alium tranſit contractũ: vt cum pro re pecunia accipitur, fit emptio:aut ſi res pro re, fit permutatio: aut ſi aliquid pro vſu rei, & tum ſit locatio:Si vero res permittitur pro re credita,tum fit cõtractus innominatus: videlicet, do, vt des. Ac proinde cum creditũ naturã mutui excedit, id quod pro vſu rei extra ſortem datur, vſura dici nequit: quæ ſolum in puro mutuo cõmittitur: quod omnino fieri debet gratuitum.

Quare Contractus Reemptionis licitꝰ eſt.

Quocirca & Contractus Reemptiõis licitus eſſe cœpit,ob hoc,quia Dñs Cenſum Villæ,aut aliquã ſeruitutem vendit:cogiq; nequit,vt pecuniã reſtituat,quã diu illa vti cupit. Licite ergo hic dat,emptor vero accipit Cenſum,vel ſeruitutes. Vſurã itaq; ipſam his & his Contractibus Iuriscõ ſulti veſtire ſolent,vt ſ. Adam nuditatem ſuam foliis fici operiebat.

Quare fœneratores tolerantur in Rep.

Et tamẽ vt lupanaria in Ciuitate,ita Leges Ciuiles caſibus hominũ accõmodatæ in Rep. tolerant fœneratores:vt Iudæos,& impios Chriſtianos:qui miſeria aliena ſeſe ditant,fame paſcunt,nuditate operiunt, ocioſiq; fructus expectant.

Quantæ uſuræ prohibendæ ſunt, uel permittendæ.

Centeſimæ.

Trientales.

Vſuræ aũt maxime ſunt,Centeſimę:vt ſcilicet in annum a Centum aureis,nomine vſurę 12. aurei dentur. Quia vero tales vſuræ graues ſunt,apud moderatos viros trientales in vſu habentur, puta tercia pars Centeſimarũ, vt a Centum aureis 4. vel ſaltem 6. aurei ad maximũ 8. pro conditiõe ſcilicet hominũ, & lucrorum ex mutuo accedentium:vel damnis ex mora ſecutis:quãq; in ipſo mutuo vſuræ Iure Diuino omnino exigi vt diximus prohibentur. Cum in reliquis Contractibus, licet aliquid vltra ſortem de vſu rei ſtipulari: quæ dominiũ noſtrũ penitus nõ euaſit,& noſtro periculo in vſu noſtro poſsidetur, atq; retinetur.

Commodatum precario confertur.

Contulimus iam cõmodatũ cũ mutuo,vtilitateſq; ex vtroq; ad nos pertinentes:reſtat, vt cõmodatum cum precario cõferamus. Atq; hoc repetendũ eſt,quia cõmodatum dicitur alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum,ſiue gratis,ſiue precio,facta cõceſsio: Precariũ vero eſt, quod precibus petentis vtendũ cõceditur,tam diu,quã is qui cõceſsit patitur. itaque neq; in cõmodato,neq; in precario,transfertur dominiũ,niſi hoc inter vtrũq; differt, quia in precario, tam apud eum qui dedit, quã apud eum qui accipit, dominium manet:vt ſcilicet accipiens naturaliter, dans ciuiliter poſsideat, neq; enĩ duo in ſolidum poſsidere poſſunt. E contrario vero cõmune cõmodato cũ precario hoc eſt,quia per vtrumq;,res mobiles,& immobiles: corporales, & incorporales cõceduntur. mobiles & corporales,vt pecunia:immobiles,vt fundus:Incorporales,vt Ius agendi, eundi, ducendi per fundum cõcedentis. Quod vero vſu conſumitur,dari cõmodato nequit: niſi forte hac conditiõe tradatur, vt conſumetur. Datur aũt cõmodatum ad certum tempus, vltra quod,ſi cõmodatarius vtatur,ex hoc delicto obligatur, vt ſi tibi cõmodem veſtem ad pompam, tu aũt cum ea peregre abeas. Cõmodatum itaq; repeti non poteſt niſi vſu finito: Precarium vero repeti poteſt,quandocũq; libet:etiã ſi forte ad certum tempus datum ſit. Preterea obligatur cõmodatarius leuiſsima culpa: niſi caſu damnũ datum ſit. Is vero qui rem precario habet,tantum de dolo & lata culpa tenetur. Poſtremo tollitur obligatio cõmodati,& precarii,reuocatiõe rei datæ:item morte eius cui conceſſa eſt,

non aũt mor-

nõ aũt morte cõcedentis. Sed quia cõmodato & precario, natura depoſiti atq; ſequeſtri confinis eſt: de his quoq; hic agamus. Depoſitum quipppe dicitur, quod ad cuſtodiendã alicui datur: Sequeſtratio vero eſt, rei litigioſæ depoſitio: quæ fit a pluribus, ea conditiõe, vt victori reſtituatur. Depoſitũ aũt alterius fidei traditur ad cuſtodiendũ, & reſtituendũ: at in ſequeſtratiõe res tantũ litigioſę deponũtur, & ſi aũt depoſiti ea ſit natura, vt proprietas, & dominiũ maneãt apud deponentẽ: nihilominus liberũ eſt pactis licitis aliud depoſitario permittere, puta ſi depoſitor depoſitario permittat re ſua vti tanquã propria: vt pro ea tantumdẽ eiuſdẽ generis redderet. Sed & videtur tacite cõceſſum in depoſito depoſitario dominium: ſi depoſitũ nõ obſignatũ, aut cõcluſum detur ad ſeruandũ. Differt tamẽ a cõmodato, quia in hoc, eſt vſus penes accipientẽ ad certũ tempus permiſſus: in illo, depoſiti fidelis reſtitutio ſemper exigi poteſt. Quod ſi depoſitarius propter cuſtodiam aliquid pro opera ſua, vel loco, a deponente accipiat: locatio dicitur. Non ſolũ aũt per nos ipſos, verum etiã per quos in genere ſolemus acquirere, deponere licet. Proindeq; & domini ex depoſito obligãtur, ſi quid apud aliquẽ, per eos qui illorũ negociis præſunt, deponitur. Res aũt omnes deponi poſſunt, quæ a priuato alienari poſſunt, & fit depoſitum, cũ res traditur ad cuſtodiã. Alioqui ſi tradatur ad perferendũ alio, mandatũ erit, nõ depoſitum. Adhibentur etiã depoſito inſtrumẽta publica: priuatis enim nõ creditur, niſi tres Teſtes ſeſe illis ſubſcripſerint. Depoſitarius etiã ſemper poteſt recuſare, quominus depoſitũ cuſtodiat: at ſequeſter officium ſuum deponere nequit, niſi iuſtiſsima cauſa interueniẽte. Regulariter aũt res depoſita, aut ſequeſtro cõmiſſa, nõ eſt in periculo cuſtodientiũ: niſi id expreſſe caueatur: aut ſi quis vltro ſe obtulerit ad recipiendã rem deponẽtis. Vtraq; aũt obligatio tollitur, reſtitutiõe depoſiti: vel ſi res depoſita, aut in ſequeſtrũ commiſſa, eo caſu apud depoſitariũ & ſequeſtrem pereat, quo peritura erat, ſi apud deponentem aut committentem manſiſſet.

Depoſitum ſequeſtro confertur.

Locatio quid differt a depoſito.

Formula donatiõis ꝑpetuæ. Lex xix.

ſigiſm. Petr. 1523.

Comparens perſonaliter corã Iudicio Nobilis A. hæres de B. ſanus
47. mente & corpore exiſtens publice & expreſſe recognouit, Quia
bona ſua hęreditaria uidelicet Villã C. cũ totali ipſius Villę hęreditate, ac cũ omni Iure, dominio, & proprietate, tituloq; hæreditario: necnõ cum omnibus ad ipſa bona pertinẽtibus, & quouis modo ſpectantibus utilitatibus uniuerſis: nihil Iuris, dominij, & proprietatis, & quorũuis uſufructuũ, ac utilitatũ, in prædictis bonis, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus reſeruando, ſeu excipiendo: ita late, & longe, circũferentialiterq;, prout præfatorũ bonorũ hæreditas ſe in ſuis metis & limitibus extendit: & prout ea ſolus tenuit, habuit, & poſſedit, Nobili D. de E. eiusq; legitimis ſucceſſoribus dedit, donauit perpetue, & in æuum, irreuocabiliter per præfatũ D. & eius ſucceſſores tanquã ueros & legitimos hæredes prędicta bona tenenda, habenda, & perpetue poſsidenda, ad uſusq; beneplacitos cõuertenda. Et iam prædictus A. prędicto D. exnunc dedit realem Introwiſsionẽ, & actualem poſſeſsionẽ, per Miniſterialem Terreſtrem F. de G. in præfata bona &c.

Vt permutatio, ita donatio ſunt irreuocabiles contractus.

Et fiat tuitio ſub eo tenore toto, ſicut in Inſcriptiõe perpetuæ Cõmutationis ſuperius cõtinetur. Niſi quod in donatiõe tuitio tantũ ſub dãmnis Terreſtribus: nõ ſub Vadio ſolet eſſe, in Commutatiõis aũt & Venditiõis Contractib. liberũ eſt onus tuẽdi inſcribere, ſub Vadio, vel pœna, qđ horũ quisq; in ſe ſuſcipere vellet.

COMMENTARIVS.

Ex amore donatiões proficiſcuntur.

Sed nõ ſemper res, pro re: preciumue pro merce dantur; verũ etiã amor & gratia in alter vtrius locum ſuccedunt: tantũq; valent, vt facultates noſtras, iis quos vel amamus, vel gratia proſequimur, donemus potius, quã vendamus, aut commutemus. Etſi aũt donatio, ſit rei licite, nullo cogente, mera humanitate ac liberalitate facta collatio. Nihilominus & ille donat, qui familiaris ſui virtute, fide, atque officiis prouocatus, ei aliquid de ſuo largitur: cõſimiliterq; is, qui dando remunerationes expectat. Inde tamẽ apparet, quia Donationũ, alia eſt pura, & ſimplex, quæ ea mente fit, vt quod quiſquã det alii, ſtatim velit fieri accipientis, nec vllo caſu ad ſe reuerti cupiat: Alia cõditionalis ſeu imperfecta fit, quando aliqua cauſa, vel modus, vel tempus, vel cõditio donatiõi adiiciũtur. Cauſa, vt ſi cũ aliquo paciſcaris te alteri Centũ donare, quod eius fidem in ſummo ſis expertus periculo. Modus, vt ſi quid alicui dones, vt tibi alimenta miniſtret donec viuas. Tempus, vt cum alicui datur fundus, hac lege, vt ipſo mortuo ad donatorẽ, vel ad hæredes eius redeat. Conditio, cum in incertũ euentum alicuius rei aliquid donatur: vt ſi mihi naſcatur filius, donem vxori purpurã. Non diſsimiliter etiã diuiduntur ipſe donatiões, in eas quæ fiunt inter viuos, & hæ temere reuocari nequeunt, ſi ſemel traditiõe rerum, & inſtrumentis publicis perfecte fuerint: Et in donatiões metu & cauſa mortis fieri ſolitas, & hæ, quia poſt mortem donatorũ res donatariis adducunt, ad exemplum legatorũ redigi ſolent per omnia, propereaque tantum de mobilibus, & rebus fiſci vtiliter fiunt, non aũt de rebus fundi, vt ſupra Cap. 2. diximus, donator enim magis ſe res donatas habere volebat, quã donatariũ hæredem. Etſi aũt liberalitas virtus pulcherrima ſit, tamq; res mobiles quã immobiles, tam corporales quã incorporales, aliæq; huiuſmodi, ſi modo in cõmuni hominum cõmercio ſint, donari ſolẽt: quibus tamẽ legare, aliove Iuris titulo alienare ſua nõ licet, neq; donare poſſunt: vt vxor viro, filius familias patri ſubiectus, pupillus tutori, ſeruus domino: item furioſus, monachus, prodigus, captiuus, & ſimiles alii: ſurdis & mutis exceptis, nulli donare poſſunt, quatenꝰ alienæ ſubſint poteſtati. Qui aũt ſui Iuris eſt, ſemel donata tradere cogitur, etiã ſi illum facti pœniteat. Nihilominus cõtra eos qui donare poſſunt, datur etiã querela: vt liberis cõtra patrem, nomine inofficioſæ donatiõis: puta ſi eis relictis donauit ſubſtantiã ſuam alienis. item immodica donatio reſcinditur, aut ſaltem moderatur: vt ſi quis omnia ſua donet alicui, nihil vero ſibi relinquat. Fraudulentæ aũt omnino reſcinduntur, veluti ſi quis in fraudẽ fiſci, vel creditorũ donet ſua cuipiã, aut ſi vir vxoris, tutorue pupilli bona alienet. Et quamq; ingratitudo donatarii teterrima eſt, propter eam tamen donatio nõ reſcinditur: niſi forte vel manus violentas donatori iniecisse, vel acri cõtumelia illũ affeciſſe cõuincatur: vel ſi libertus neget officiũ dño, a quo accepit beneficiũ: vſq; adeo vt & res pro pecunia donata quæſitas amittat. Quod ſi donatori naſcantur liberi, quorũ ſpe exciderat, cũ donaret: donatio quidẽ non reſcinditur, ſed tamẽ liberi ad legitimã portionem bonorũ ex æquitate ſunt admittendi: quamq; non deſunt Iuriſcõſulti qui putent donationes in tali caſu omnino debere reſcindi: cum nõ ſit veriſimile aliquẽ alienas ſucceſsiões ſuorum puerorũ neceſsitatibus anteponere voluiſſe: ita vt & D. Auguſtinus liberos in ſucceſsiõe huiuſmodi Donationũ Eccleſiis etiã, ac pauperibus perſonis anteponat: Iuriſq; naturalis potiorem quã Ciuilis, aut eleemoſinæ rationẽ ſequendã eſſe putet. Sed & donatio euaneſcit propter cõditionem donatiõi adiectam, neq; impletam, atqui vt conditio adpoſita impleatur, ſufficit quoquomodo effectum eius dari, vel etiã per æquipolens rependi. Nihilominus mater donationẽ reuocare nequit, ſi ad ſecũdas nuptias cõuolauerit, vel turpiter vixerit: niſi fortaſsis donatarius vitæ eius inſidietur, aut facultates eius irreparabili damno affecerit.

Sed illud poſtremo omnium ſciendũ eſt, quod omnes reuocationes perſonales ſunt, neque enim ad hæredes donatorum tranſeunt.

Donatio quid eſt.

Donationum alia eſt pura, alia cõditional.

Donationes inter viuos.

Et cauſa mortis.

Qui donare non poſſunt.

Semel donata tradere cogimur.

Inofficioſa donatio.

Immodica.

Fraudulenta.

An propter ingratitudinem donatio reſcindatur?

Si donatori ſterili naſcantur liberi?

Conditio donationi adnexa.

Mater an donationẽ reuocare queat?

Omnes reuocationes ſunt perſonales.

Formula obli-

Formula obligationis cum traditione poſſeſsionis. Lex xx.

48. Comparens perſonaliter corã Iudicio præſenti Nobilis A. de B. hęres, ſponte, publice, & expreſſe recognouit: Quia Nobili C. de D. eiusq́ poſteris bona ſua hereditaria uidelicet Villã E. in M. Marcis pecuniæ bonę monetæ numeri Polonicalis obligauit, inſcripſit, & præſenti Inſcriptiõe inuadiat, obligat, et inſcribit, ad feſtũ Natiuitatis Chriſti proxime uenturũ: & a feſto Natiuitatis Chriſti proximo, in defectu exemptiõis, & ſummę pręfatę ſolutiõis, ad aliud feſtũ Natiuitat. Chriſti: & ſic ab anno ad annũ annis ſe ſequẽtibus usq́ ad plenariã & integram pręfatæ ſummæ M. Marcar. exolutionẽ, & prædictorũ bonorũ E. exemptionẽ: per ipſum C. D. prædicta bona cũ omni Iure, dominio, proprietate: ita etiã longe, late, et circũferentialiter: cũ omnibus & ſingulis eorundẽ bonorũ utilitatibus, fructibus, attinentijsq́ uniuerſis: prout ſcilicet eadẽ ſolus tenuit, habuit, & poſſedit: nihil omnino Iuris, dominij, uel utilitatũ in præfatis bonis E. pro prædicto A. de B. & eius ſucceſſorib. quibuſuis reſeruañ. ſeu excipiendo: modo ac titulo obligatorio usq́ ad exemptionẽ teneñ. habeñ. poſsideñ. & utifrueñ. Et iã ſibi prædictus A. dedit, & dat exnunc in pręfata bona E. realẽ Intromiſsionem, & actualẽ poſſeſsionẽ, per quemcũq́ Miniſterialẽ Terreſtrem, iam exnunc de Iure additũ acceptandã: nec debet prædictus A. & eius ſucceſſores prædicto C. & eius ſucceſſoribus in pręfata bona obligata Intromiſsionẽ impugnare: aut data Intromiſsiõe, in eiſdẽ iniuriari: aut quouis modo pacificã poſſeſsionẽ prępedire, quinimo debet ac tenebũtur ipſum C. & eius ſucceſſores occaſiõe bonorũ præfatorũ, ab omnibus oneribus, Iuribus, & Inſcriptiõibus prioribus, etiã dotis & dotalicij Nobilis F. cõſortis ſuæ: Citatiõibus, Concitatiõibusq́ importatis, & importandis, lucris, & perlucris quibuſuis: & generaliter ab omni impetitiõe iuridica, in omnibus Regni Iudicijs, per omnes Pręſcriptiones Terreſtres, prout ad aliquã perſonã ſexus & ſtatus utriusq́ Terreſtris Pręſcriptio ſpectat & pertinet, tueri, defendere, euincere, & eliberare, indemnemq́ reddere, totiens quotiẽs ſibi aut eius ſucceſſoribus intra tẽpus huiuſmodi obligatiõis opus fuerit, ſub Vadio aliarũ M. Marcarũ. Pro quo Vadio, uel Vadijs ſi ſe occaſiõe prędictor. citare ad Ius Terr. G. uel Caſtr. H. pmiſerit, aut ſucceſſores eius pmiſerint: extũc in primo Termino Citatiõis tanq́ perẽptorio, cõdemnari in lucro poterit, uel alioqui ſi paruerit, reiectis omnibus exceptiõibus ſuper acceſſorio, uel principali: dilatiõibus, etiã ueræ infirmitatis: pro maiori: ad munimenta: necnõ ad quietationẽ, niſi forte ad Acta proprij Diſtrictus peteretur, dari ſolitis: omnibusq́ alijs ex quacũq́ cauſa dilatiõibus: & allegatiõibus uniuerſis: da-

Sigiſm. Petr. 1523.

uerſis : dare Intromiſsionē, iniuriamq; per ſe uel ſubmiſſas perſonas in præfatis bonis illatā ad ſimplicem Actoris aſſertionē ibidē reſarcire, ab aliorumue impetitiōe intercedere, euincere, eliberare, indemnēq; redde re debet ac debebunt : uel ſi præmiſſa in toto uel in parte nō fecerit, ibidem in inſtanti per Iudiciū, nō pœna triū Marcar. ſed ipſum Vadium debet in eo, uel in eis, decerni. Pro quo quidē Vadio ſeu Vadijs Iudicū iuridicis motiōibus etiā, alijsq; omnibus generaliter remedijs, & diffugijs reiectis, ipſe Victus Victori a Iudicio ſub pœna quatuordecim Marcar. nō recedendo, iuxta formā Iuris ſatisfacere tenebitur, & ſucceſſores tenebūtur, quo ſoluto, & in executionē deducto, utiq; præſenti Inſcriptiōi, & in ea omnibus cōtentis ſatisfacere cū ſucceſſoribus ſuis tenebitur, toties quoties ipſi C. D. & eius ſucceſſoribus opus fuerit.

Formula inſcribendi debiti ad certum diem obligati. Lex xxi.

Sigiſm. Petr. 1523.

Comparens perſonaliter corā Iudicio Nobilis A. de B. ſponte, publice & expreſſe recognouit, quia Nobili C. de D. M. Marcas pecuniarum 49. certi & liquidi debiti, ſiue mutuatæ pecuniæ monetæ & numeri Polo. debet & tenetur. Quas quidē hinc ad feſtum Natiuitatis Chriſti proxime uenturū ſe cū ſuis poſteris eidē redditurū, et ſoluturū obligat. Caſu quo nō ſoluerit, aut ſoluere neglexerit : extūc in craſtino eiuſdē feſti Natiuitatis Chriſti proxime uenturi debebit, tenebitur, præſentibusq; ſe obligat, ipſi C. D. dare realē Intromiſsionē, & pacificam poſſeſsionē, in Villam ſuam hereditariā (ſiue obligatoriā) dictam E. per Miniſterialem quemcūq; ſibi præfatus C. D. elegerit, iam nunc per Iudicium præſens additum ſibi ad intromittendū * & data ſibi Intromiſsiōe, & pacifica poſſeſsione, tenebitur, ac tenebuntur ipſum C. & eius ſucceſſores occaſione bonorū præfatorum ab omnibus &c.

Vel ſi de lapſu hæreditatis perpetuo inter partes cōuentum fuerit, ita ſcribatur.

* Propter nō ſolutionē præfatæ ſummę ad tempus pędictū Iure hæreditario vigore lapſ9 perpetui, teneñ. habeñ & poſsidēdam &c.

Sed quod neq; filij patrū bona, neq; ipſi patres Iudæis bona ſua literis obligare poſſunt.

Vide Libro 1. Capitulo 21. de Iudæis.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Modus obligatoriæ præſcriptiōis interrumpēdæ, ac exemendorū obligatorū bonorū. Lex xxij.

Exēptor bonor. quot annis in parochia, uel in Iudicio aut Dignitariorū Colloquio tam obligationem q̃ ſummam notificet : ſic enim etiam p annos 30. ius proprietatis redimendæ non perdet: alioqui ſi hæ-

Si uero aliquis dedit bona quędā hęreditaria in obligationē ſeu pignorationē, Volumus & decernimus, quod idē ſic obligans, aut eo deficiēte 18. eius cōſanguinei, aut proximiores in gradu, corā Iudice noſtro, ſi ſaltem ipſius præſentiā habere poterint, uel in parochia illa ubi impignorata illa hęreditas ſita eſt: aut pręſertim in Colloquio generali faciat fieri publice ſemel ad minus in anno unam proteſtationē, & denunciationē obligatæ illius hæreditatis, nomenq;, & ſummā pecuniæ pro qua impignorata extat

gnorata extat, exprimere faciat, qua proteſtatiõe ſic facta & denunciatione dictus obligans, aut proximiores eius in gradu, ut premiſſum eſt, infra triginta annos redimendi & liberandi prędictã hæreditatẽ plenã et liberam habeant facultatẽ. Quod ſi nõ curauerint uel neglexerint per cõtinuos quindecim annos dictam facere proteſtationẽ, ab omni Iure hæreditatis ſic obligatæ ſentiant ſe cecidiſſe. res, uel eius ſucceſſor per 15. annos ſilerent ſileant perpetuo pacis tempore.

Similis.

Quamuis præſcriptio poſſeſsiõis ſiue hæreditatis in pecunijs obligatæ 44. ſeu impignoratæ in quibuſdã literis noſtris ad decemocto annos ſeruabatur, & currebat: quibus tranſactis eadẽ poſſeſsio per mutuatorẽ pecuniæ ſolebat perpetuo obtineri, uiſum tamẽ fuit nobis & noſtrę militię ęquum, conſonũq; rationi: Quia talis breuis pręſcriptio nõ ſine pacto fuit obſeruata. Vnde exnunc Statuimus, in præfatis obligatiõibus præſcriptionẽ triginta annorum eſſe obſeruandã, quibus, infra quinquenniũ, aut decennium, uel cum ſibi placuerit coram Iudicio in Actis ſuam obligationem poterit innouare.

Vulad. Iagello Cracouiæ 1423.

Præſcriptio 30. annorũ in obligatione hæreditatis cõceditur ſi infra quinquenniũ aut decenniũ in Actis Iudicij innouetur.

Interim ſubditus pro pœna, obligatione, aut fideiuſſoria cautiõe Dñi nõ eſt pignorandus, ſed Dñs, & quod omnes Villani poſsũt de Villa recedere, ſi pignorẽtur. Lex xxiij.

Kazimirus.

Libro 1 Capitulo 17. Articulo 3. vide inter Kmeton. Leges.

Notari⁹ cũ Camer. pro exẽptiõe bonorũ vt pro kmet. pfugo iudicẽt. L. xxiiij

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

Statuimus, ut pro Kmetonibus fugientibus a die datę pręſentiũ in fu-93. turum citentur, qui citandi ſunt ad Iudicia Terrarũ. ¶ In quibus Iudicijs Terreſtribus, in primo Termino tanquã peremptorio cõparere et reſpondere citati tenebũtur. Et ſi Termini nõ celebrarẽtur, tunc cũ Terminus ipſe penderet partibus: nihilominus nõ obſtante abſentia Iudicis, Subiudicis, & aliorũ Dignitariorũ, Officialiũq; Iudicijs præſidere ſolitorũ. Notarius & Camerarij qui intereſſent Poſitioni Libri fugitiui Iudicium iudicabunt, ſentenciabuntque.

Pro fugitiuis Kmetonib. ad Iudicia Terreſtria citandũ erit. Vt ſupra de Kmeto. Libro 1.

Pro fugitiuis Kmetonib. primus Terminus ſit peremptorius.

Notarius cũ Camer. pro fugitiũo iudicabant & ſentenciabũt ſimiliterq; pro exemptione bonorum.

Eandemq; auctoritatẽ in abſentia Iudicis & Subiudicis habituri ſunt 98. in Cauſis, Citationũq; Terminis, pro bonorũ Exemptiõibus præfixis: 99. ſic, ut reempturus bona pecunias corã Notario & Camerarijs reponat: quas Notarius ipſe cũ Camerarijs decernat recipiendas, & Exemptionem faciendã, quorũ decreto ſi fortaſſe reniteretur exemendus, & de obligatiõe cędere nollet: nihilominus ipſi cũ Libro Iudicio præſidentes, pecunijs iuxta tenorẽ obligatiõis receptis, ad Cancellariãq; Terreſtrem repoſitis, decernant Exemptionẽ eſſe factam, ſimulq; exemptori bonorũ poſſeſsionẽ aſsignandã: quã iuxta formã Iuris addendo Miniſterialem

De Actorũ poſitione fit eiuſdem mentio.

ad intromittendū parti pecunias reponenti aſsignabūt. Quod ſi nō fuerit admiſſa Intromiſsio, Exemptorē remittent ad Loci Capitaneum pro Executione decreti facienda.

In Maiore tamē Polo. Tenutarius bonorū etiā corā Iudicio uel Officio Caſtreñ. cōuenitur. Lex xxv.

ſigiſm. Crac. 1540. Eiuſdē fit mentio lib. 1. cap. 12. de Capita. Iud. artic. 11. & lib. 4. cap. 22. de Acto. poſitione.

Conſiliarijs Nuncijſq; Maioris Poloniæ Terrarū nobis recēſentibus, in Terris illis ueteri cōſuetudine receptum eſſe, itaq; ſemper obſeruatū, ut ad redimēda bona reempticia, ſeu obligata, aut reformata, ad Iudicium ſeu Officiū Caſtreñ. unicuiq; liceat citare bonorū huiuſmodi poſſeſſorē ad tollendū pecuniā, & de bonis cedendū, Nihilominus tamē plærosq; cōſuetudini huiuſmōi reluctare, & cauillis, ac exceptiōibus uarijs in poſſeſsiōe bonorū redimendorū ſeſe cōfouere. Proinde uniuerſis Cōſiliarijs, & Terrarū Nuncijs Regni noſtri cēſentibus, Statuimus, ut cōſuetudo illa in omnibus, & per omnia obſeruetur, uimq; Statuti obtineat, liceatq; bona ſua cuilibet redimere uolenti, ipſorū poſſeſſorē, ad tollendū pecuniā ad Iudiciū ſeu Officiū Caſtreñ. citare, citatusq; pecunias teneatur recipere, forum Caſtrenſe non declinando.

Si hæres quaſi obligatar. citet. L. xxvi.

Vulad. Iagello Cracouiæ 1423.

Poſſeſſori alicuius hæreditatis quaſi in obligatiōe eam poßideret citato, præſertim ſi utraq; pars literatorijs teſtimonijs forte deſtituitur, incūbit probatio, Actore a ꝓbatiōe repulſo

Ad præcludendā uiam calumnijs per nos prouiſum eſt, Quod ſi quis 44.
uellet quempiā pro hęreditate impetere, dicendo, poſſeſſorē eandē in obligatiōe, aut pignoratiōe poſsidere, & tenere, quā fortaſsis legitime & libere poſsidet. Quod tunc poſſeſſor Actore repulſo ad probationē cū teſtib. admittatur. Et maxime, ubi utraq; pars literatoria & legitima teſtimonia ſuper huiuſmōi poſſeſsionē non habuerit. In tali itaq; caſu poſſeſſoris probatio admittatur.

In exemēdis bonis Terminus peremptorius eſt. Lex xxvij.

Kazim. Viſl. 1368. Alioqui hæredi Actori in Termino peremptor. adiudicatur hæreditas, aut res obligata: Reo pro ipſa citato nō cōparente pecunia tamen reſtituitur.

Idē li. 4. ca. 14. de Termino primo & li. 4. ca. 23 de Act. poſiti. eiuſdem fit mentio.

Si quis ad Iudiciū citat aliquē pro hæreditate, aut pecunia obligata, & ipſum ad Iudiciū euocauit: Et ſi tunc Reus in Termino peremptorio non parebit Actor lucrabitur nominatā pecuniam, aut hæreditatē: pecunia nihilominus Reo reſtituta.

Circa exēptio. an pecu. arreſtāda. L. 28.

Conſuetud. 1505.

Item homini poſſeſsionato non debēt pecuniæ arreſtari, excepto, ſi mi-
norem poſſeſsionē habeat, quā illud pro qua citatur, tunc enim pecu- 123
niam fideiubebit ex arreſto: quia uidelicet parebit Iuri, & iudicatis.

Qualis pecunia eſt accipiēda. L. xxix.

Ex Kazim. 3. Priuil. Idem li. 2. cap. de moneta. cuius etiam mentio libr. 1. capi. 12. de Capitan. fuit.

Quicūq; Regni noſtri, aut Ducatuū Mazouię, cuiuſcūq; ſtatus Inco 86.
la, & ſubditus, 87.

la,& ſubditus,brachatam pecuniã minutã recipere noluerit,aut cõtempſerit ✱ Si fuerit Nobilis pro primo exceſſu decẽ Marcas, pro ſecundo ſimiliter decẽ, & pro tercio alias decem, pro quarto uero triginta Marcas pro fiſco noſtro ſoluat. Pro quibus Capitaneus in bona ſua ſe intromittat, & teneat eadem ad perſolutionẽ triginta Marcarum.

Inter creditores uero habentes Inſcriptiões ſuper mediantes, taliter eſt
37. Statutum. Quod quilibet taliũ pecuniã ſibi ante hanc diſpoſitionẽ inſcriptam iuxta continentiã literarũ ſuarum libere exigat in moneta, in ipſa inſcriptione expreſſa. ¶ Deinceps uero nõ niſi minuta pecunia, uel ſimpliciter Marcæ monetę & numeri Polonicaliũ, inter creditores inſcribantur: & in minuta pecunia quæuis debita exigantur, & ſoluãtur, duntaxat nouem denarijs pro medio lato groſſo cõputatis.

Kazim. 3. ſupra de moneta lib. 2. cap. 6. ar. 4. duo iſti articuli repetuntur.

De minuta pecunia poſt conſtitutionẽ recipienda.

Inſcriptiõib. ne cõtradicatur, nec ab eis Iudex moueatur. Lex xxx. Quam in fine huius Articuli uide.

A caſſatiõe inſcrip. vnᵒ groſ. Lex xxxi.

Statuimus, ut Notarij Terreſtres, & Caſtreñ. a caſſatiõe Inſcriptionis non niſi unum groſſum ratiõe memorialis, & pro nota exigãt, ſub pœnis in Statutis prioribus, contra eos ſancitis.

Sigiſm. Crac. 1532. idem libro 4. capi. 25. articulo 3.

Sed Tenutarius bonorũ qui ſeminat agros deſertos, prędialibus exceptis non tenetur ſtatim cõdeſcendere de ſegetibus poſt exemptionẽ hæredi bona ſua redimenti, ſed tantummodo annuum Cenſum illi dare tenetur.

COMMENT.

QVia itaq; homines ſine mutuo auxilio in Ciuitate viuere nequeãt, alter vero alteri ex ſola æquitate naturali inutiliter obligatur, vt ægrotus medico ſi nihil certi de mercede cũ eo paciſcatur: inde fit, vt obligationũ Ciuiliũ varię ſpecies ſint, inter mortales introductæ. Eſt igitur obligatio, iuxta Aretini diffinitionem, in Inſtitutionib. Iuſtiniani contentã, Iuris vinculum quo neceſsitate aſtringimur ad ſoluendũ aliquã rem ſecundũ noſtræ Ciuitatis Iura. Naſcuntur aũt obligatiões ex cõtractu, vel quaſi ex cõtractu: aut ex maleficio, vel quaſi maleficio. Ipſarũ vero obligationũ ex cõtractu quatuor ſunt ſpecies: aut enim re cõtrahuntur, aut verbis, aut literis, aut cõſenſu. RE CONTrahitur obligatio, veluti ex mutui datiõe, mutui aũt obligatio, vt ſupra diximus, in his rebus cõſiſtit, quę põdere, numero, menſuraue cõſtant, veluti, vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, quas quidẽ res, aut numerando, aut appẽdendo, in hoc damus, vt accipientiũ fiant, quandoq; aũt nobis nõ eędẽ res, ſed aliæ eiuſdem naturæ, & qualitatis reddãtur. Vnde etiã mutuũ appellamus, quia ita a me tibi datur, vt ex meo tuum fiat, atq; ex eo cõtractu naſcitur actio, quæ dicitur cõdictio. Similiter & ille obligatur, nõ ſecus ac ſi mutuũ accepiſſet, qui accepit id quod ſibi nulla ratione debebatur, ab eo, qui per errorem ac ignorantiã ſoluit. Ac proinde datur agenti cõtra eum propter repetitionẽ cõdicticia actio. Nihilominus hæc ſpecies obligatiõis non cõſiſtit ex cõtractu, qui enim ſoluendi animo dat, magis negociũ diſtrahere quã cõtrahere velle videtur. Item is cui res aliqua datur cõmodato, tenetur cõmodati actiõe. Sed is ab eo qui mutuũ accepit longe diſtat. Namq; non ita res datur, vt eius fiat: & ob id de ea ipſa re reſtituenda tenetur. Et is quidẽ qui mutuũ accepit: ſi quolibet fortuito caſu amiſerit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronũ hoſtiumue incurſu, nihilominus obligatus remanet.

De obligationibus. Vnde obligati. ortæ. Quid eſt obligatio? Obligationes Ciuiles unde ſunt natæ? Obligationũ & Contract. 4. ſunt ſpecies. RE cõtrahitur obligatio, ut pote ex mutuo. Mutuũ unde dicitur? Quæ actio fit ex mutuo? Acceptor indebiti obligatur quaſi ex Cõtractu mutui. Qui recipit cõmodatum obligatur re, & differt a mutuo: quia in cõmodato nõ transfertur dominiũ, nec tenetur de caſu fortuito: niſi culpa eius præcedat caſum: & hoc ſi gratis concedit alias ſi cum mercede, eſſet locatio. Aretin.

At is qui

At is qui vtendũ accepit, ſane quidẽ exactã diligentiã cuſtodiende rei præſtare iubetur: nec ſufficit ei tantã diligentiã adhibuiſſe, quantã ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi modo alius diligentior poterat eam rem cuſtodire. Sed propter maiorem vim, maioresue caſus nõ tenetur, ſi modo nõ ipſius culpa, is caſus interuenit. Alioquin ſi id quod tibi cõmodatũ eſt domi, peregre tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium, predonumue, vel naufragio amiſeris: dubium nõ eſt, quin de re-

Commodatum proprie quid?

ſtituenda ea re tenearis. Cõmodata aũt res tunc proprie intelligitur: ſi nulla mercede accepta, vel cõſtituta, res tibi vtenda data eſt: alioqui mercede interueniente, locatus tibi vſus rei videtur: gratuitũ enim debet eſſe cõmodatum. Præterea &

Depoſitarius obligatur re, & tenetur de dolo, hoc dicit Aret.

is apud quẽ res aliqua deponitur, re obligatur: teneturq́ actiõe depoſiti: quia & ipſe de ea re, quã accepit, reſtituenda tenetur. Sed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo cõmiſerit: culpæ aũt nomine id eſt deſidię ac negligentiæ nõ tenetur. Itaq́ ſecurus eſt qui parum diligenter cuſtoditã rem furto amiſit: quia qui negligenti a-

Creditor ex pignore recepto obligatur re & tenetur ſolum de leui culpa. Angelus Aretinus.

mico rẽ cuſtodiendã tradit, nõ ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet. CREditor quoq́, qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipſe de ea re quã accepit reſtituẽda, tenetur actione pignoraticia. Sed quia pignus vtriuſq́ gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur: & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum placuit ſufficere: ſi ad eam rem cuſtodiendã exactam diligentiã adhibeat: quã ſi præſtiterit & aliquo fortuito caſu rẽ amiſerit, ſecurũ eſſe: nec impediri poſſe pro

Verbis obligatio qua ſolẽnitate fit?

credito. VERBIS vero obligatio cõtrahitur ex interrogatiõe & reſponſiõe, cũ quid dari, fieriue nobis ſtipulamur, ex qua duæ proficiſcuntur actiões, tã cõdictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio: quã ex ſtipulatu, ſi incerta ſit, quæ hoc nomine inde vtitur, quod ſtipulum apud veteres firmũ appellabatur: forte a ſtipite deductum. In qua re talia verba ſolent adhiberi, ſpondes? ſpõdeo, promittis? promitto, fide promittis? promitto, fideiubes? fideiubeo, dabis? dabo, facies? faciam. In qua quidem ſtipulatiõe nihil intereſt quacũq́ lingua cõtrahentes vtantur, ſi modo de rebus, vel factis in ſtipulationẽ deductis, vna & concors fiat ſentẽcia. Sed & omnis ſti-

Omnis ſtipulatio fit pure, in diem, uel ſub conditione.

pulatio fit, aut pure: & tum ſtatim peti poteſt quod eſt ſtipulatũ. aut in diem, ac locum, & tunc tota dies tribuitur arbitrio ſatisfacientis, tantũq́ in loco præſtituto petitur. aut ſub conditiõe, & tunc in aliquẽ caſum obligatio differtur: proinde

Tam facta, quam res in ſtipulationem ueniunt.

a ſpe incerta & euentu tota pendet. Neq́ res ſolum, verum etiã facta, vt ait idem ipſe Aretinus, ſi modo ad pręſtandũ, vel faciendũ poſſibilia ſint, in ſtipulationem deduci ſolent: vt ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel nõ fieri. Et in huiuſmõi ſtipulationibus optimum erit pœnã ſubiicere, ne quãtitas ſtipulatiõis ſit in incerto, ac ne-

ſi duo promittant.

ceſſe ſit actori probare, quid eius interſit. Si aũt duo promittãt, ſinguli in ſolidum tenentur. Attamẽ ſi vnus ſoluit, totã perimit obligationẽ, ſeq́, ac ſocium vna libe-

ſeruus pro domino: & filius pro patre ſtipulantur.

rat. Nec ſolum Dñs, aut pater, in rem ſuã: verum etiã ſeruus, aut filius familias, ex perſona Dñi, aut patris, in vtilitatẽ alterutrius habent Ius ſtipulãdi. E regiõe vero, pater filio, & filius patri ſtipulãtur: alter enim alteri aquirit. Inutilis tamẽ ſtipulatio eſt, ſi vel ab eo ſtipuleris qui Iuri tuo ſubiectus eſt, vel ſi is a te ſtipuletur: vt Dñs cum ſeruo, vel pater cũ filio, nihilominus filii familias aliis obligari poſſũt,

Quæ res in ſtipulat. non ueniunt, uel uenire non poſſunt.

emancipati pręſertim. Vt aũt omnem rem quæ dominio noſtro ſubiicitur in ſtipulationẽ deducimus, ſiue ſit illa mobilis, ſiue ſoli: ita de re, quæ in rerum natura nõ eſt, aut eſſe nequit, inutiliter ſtipulamur. Perindeq́ ſi rem ſacrã, religioſam, publicam, per ſe liberã nos daturos ſtipulemur. Quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationẽ noſtra temeritate venire nõ poſſunt. Præterea inutiliter ſtipulatio fit, ſi in ſubſtantia, quãtitate, vel in qualitate rei cõtrahentes diſſentiãt, aut ſi alter pure, tu ſub cõditione promittas, vel cõtra. Item neq́ omni-

Qui promittere non poſſunt.

no mutus, neq́ ſurdus promittere poſſunt: nec enim alter eloqui, alter audire poſſunt verba ſtipulatiõis, multo minus furioſus vllum gerit negociũ, quia nõ intelligit quod agit. Pupillus aũt etiã cum Tutoris auctoritate nõ obligatur, alius tamẽ

Conditio impoſſibilis uiciat obligationem.

ei poteſt obligari. Sed & cõditio impoſſibilis cui natura impedimẽto eſt, quo mi-

nus exiſtat,

nus exiſtat, viciat ſtipulationẽ: vt ſi digito cœlum attigero, dare ſpondes? Stipulatio etiã non cõtrahitur inter abſentes. Quod ſi inſtrumento præſentes fuiſſe oſtenduntur, ei ſtatur: niſi probetur cõtrarium. Poſt mortẽ etiã, vt hoc fiat, vel ne fiat: detur, aut nõ detur: recte ſtipulamur. Omnes aũt ſtipulatiões de rebus, vel factis conceptæ, pœna appoſita, vel fideiuſſoribus adhibitis corroborãtur. Verũ ſtipulatiões ex turpi cauſa promiſſæ, reſcinduntur: vt ſi quis homicidiũ, vel ſacrilegium aut aliquid aliud cõtra pręceptum Dei ſe facturũ recipiat. Porro LITEris obligari receptum eſt, ne de ſentencia noſtra tã partes cõtrahentes, quã Iudex ſint incerti. CONSENSV etiã omnes obligatiões fiunt, vt in emptionibus, venditiõibus, locatiõibus, conductiõibus, ſocietatibus, & mãdatis, apparet, de quibus ſuis locis dicetur. Atq; ita ſunt abſolutæ ſpecies obligationum ex contractu.

An inter abſentes ſtipulatio ſit?

ſtipulatiões pœna adpoſita roborantur.

ſtipulationes ex turpi cauſa promiſſæ, reſcinduntur.

Literis obligat. fiunt.

Conſenſu.

OBLIGATIONES vero ex QVASI CONTRActu, proprie ſunt cum quis negocia abſentis geſſerit. Tunc enim vltro citroq; inter eos naſcuntur actiões, quæ appellãtur negociorũ geſtorum: ſed Dño quidem rei geſtę aduerſus eum qui geſſit, directa cõpetit actio: negociorũ aũt geſtori, cõtraria: quas ex nullo cõtractu proprie naſci manifeſtum eſt. Quippe ita naſcuntur iſtæ actiões, ſi ſine mandato quisq; alienis negociis gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa, hi, quorũ negocia geſta fuerint etiã ignorãtes obligãtur. Idq; vtilitatis cauſa receptum eſt, ne abſentiũ (qui ſubita feſtinatiõe coacti nulli demandata negociorũ ſuorũ adminiſtratiõe peregre profecti eſſent) deſererentur negocia: quæ ſane nemo curaturus eſſet: ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionẽ.

Obligatiões ex quaſi contractu proprie ſunt inter abſentẽ dominum & negociorum geſtorem.

Sicut aũt is qui vtiliter geſſerit negocia dominũ habet obligatum, ita & e contra iſte quoq; tenetur, vt adminiſtratiõis reddat rationem: quo caſu ad exactiſsimam quisq; diligentiã cõpellitur reddere rationẽ. Nec ſufficit talem diligentiã adhibere qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior eo cõmodius adminiſtraturus eſſet negocia. TVtores quoq;, qui tutelę Iudicio tenẽtur: nõ proprie ex cõtractu obligati eſſe intelliguntur: nullum enim negociũ inter tutorem & pupillũ cõtrahitur. Sed, quia ſane nõ ex maleficio tenẽtur, quaſi ex cõtractu teneri videntur. Hoc aũt caſu mutuæ ſunt actiões: nõ tantũ enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionẽ: ſed ex cõtrario tutor cum pupillo habet contrariã tutelæ: ſi, vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit. Item ſi inter aliquos cõmunis res ſit ſine ſocietate, veluti quod pariter eis legata donataue eſſet: & alter eorũ alteri, ideo teneatur cõmuni diuidundo Iudicio: quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut, quod ſocius eius ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit: nõ intelligitur ex cõtractu proprie obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe cõtraxerunt: ſed quia ex maleficio nõ tenentur, quaſi ex cõtractu teneri videntur. Idem Iuris eſt de eo, qui cohęredi familiæ herciſcundæ iudicio ex his cauſis obligatus eſt. Hæres quoq; legatorum nomine nõ proprie ex cõtractu obligatus intelligitur (neq; enim cũ hærede, neq; cum defuncto, vllum negociũ legatarius geſsiſſe proprie dici poteſt) & tamẽ quia ex maleficio nõ eſt obligatus: quaſi ex cõtractu debere intelligitur. Item is, cui quis per errorẽ nõ debitum ſoluit, quaſi ex cõtractu debere videtur: adeo enim nõ intelligitur proprie ex cõtractu obligatus eſſe, vt, ſi certiorẽ rationem ſequamur, magis (vt ſupra diximus) ex diſtractu quã ex cõtractu poſsit dici obligatus eſſe: nam qui ſoluendi animo pecuniã dat in hoc dare videtur, vt diſtrahat potius negociũ quã cõtrahat. Sed tamẽ perinde is qui accipit obligatur, ac ſi mutuum ei daretur: & ideo condictiõe tenetur. Addendũ eſt & hoc præterea, quia nõ ſolum per noſmet nobis, verum etiã per filium patri aquiritur: ita vt vſumfructum quidẽ habeat pater, proprietas aũt filio ſeruetur: quatenus ſcilicet eſt in patris poteſtate. multoq; magis per ſeruos tã proprios quã cõmunes cum aliis domini aquirunt. E cõtrario vero tollitur omnis obligatio, ipſo Iure: quãdo ſcilicet ita extinguitur, vt nulla eius veſtigia maneãt, quibus hęrere videatur. Id ve-

Actio tutelæ directa & contraria oritur ex quaſi contractu.

Actio communi diuidũdo, & familiæ herciſcundæ, non oritur ex contractu: ſed ex quaſi cotractu. Aret.

Hæres tenetur legatariis, & creditoribus ex quaſi contractu.

Qui recipit indebitũ ſolutum per errorẽ, ex quaſi contractu dicitur obligatus ad reſtituendũ illud. Aretinus.

Etiam per filium patri, ut per ſeruum domino aquiritur.

Quo iure obligationes tolluntur.

ro fit his maxime modis, videlicet, ſolutiõe, acceptilatiõe,nouatiõe,delegatione,
compenſatiõe,cõfuſione,depoſitiõe debiti cõſignati, interitu ſpeciei debitæ,vio-
lentia creditoris ante morã debitoris in rebus creditis cõmiſſa, nudo conſenſu,&
nudo pacto,ac præſcriptiõe. Sed his tamẽ modis non pariter quælibet obligatio
Solutione. tollitur.Nam ſolutiõe,nimirũ traditione rei debitæ,quę quidẽ ſit corporalis,obli-
gatio tollitur.Itaq; cum res incorporales,qualis eſt ſeruitus,nequeãt tradi: mani-
feſtum eſt earum obligatiões per ſolutionẽ nõ diſſolui,attamẽ quaſi traditiõe,quę
fit per diuturnã patientiã, obligatio ſeruitutis videtur ſolui poſſe. vt qui cõcedit
alicui, vt nõ præſtet quã debeat ſeruitutẽ, certe ſua patientia cedere de ſuo Iure
videtur. Tum demũ aũt res ſoluta liberationẽ præſtat,cum pro ſolido a ſuſcipien-
te habetur.Nam ſi ſoluas ei cui nõ debes,aut vbi,& quãdo nõ oportet:aut ſub cõ-
Acceptilatione. ditione, quæ liberationẽ factã impediat, male ſoluis. Acceptilatiõe aũt ſoluitur
etiã obligatio,quãdo quis id quod illi debetur, cum nõ ſit ſolutũ accepiſſe ſe pro-
fitetur,atq; recognoſcit.Eſt enim acceptilatio imaginaria quędã ſolutio,qua quis
ita remittit alteri debitum,quaſi eſſet ſolutum.Poteſt aũt quis vel totum,vel par-
tem debiti,quaſi acceptã remittere: niſi forte res in ſtipulationẽ deducta diuiſio-
Apocha. nem nõ recipiat. Quamuis vero & Apocha ſpeciẽ habeat acceptilatiõis, tamen
hoc intereſt quod Apocha nõ detur niſi ſoluto debito: cum acceptilatio fiat etiã
Nouatione. eo non ſoluto. Nouatiõe etiã tollitur obligatio, quæ eſt prioris debiti in aliã o-
bligationem vel Ciuilem,vel naturalẽ transfuſio,atq; tranſlatio,aut vnius eiuſdẽ-
que propter præſcriptionẽ interrumpendã conditiõe,die,aut fideiuſſoribus adie
Delegatione. ctis renouatio. Finitima nouatiõi eſt Delegatio, cum aliquis vice ſua alium dat
Compenſatione. reum creditori volenti: vel ſi de euictione ſibi tenetur, etiam inuito. Porro Cõ-
penſatio nõ ita tollit obligationẽ, vt eam tantum innouet, aut in aliũ transferat,
ſed eã relatiõe alterius obligatiõis remouet. Eſt enim Cõpenſatio, debiti ac cre-
diti inter ſe cõtributio. præſertim ſi mutuus creditorũ aſſenſus accedat. Inuito e-
Confuſione. nim creditore pro me alium debitorẽ obiicere nõ poſſum. Confuſiõe etiã,ſubla-
ta dicitur obligatio:cum caſu quodã obligatus in obligatoris,vel e cõtrario,Ius ve
nit:vt ſi reus ſtipulanti,vel e diuerſo ſtipulator reo,ſuccedat,atq; obligetur: prior
Depoſitione. tollitur obligatio. Depoſitiõe aũt debiti cõſignati liberatur obligatus,ſi in eo lo-
co in quo cõſtituta eſt ſolutio creditori offerat debitum, & ipſe illud accipere re-
cuſet.Nam iſto caſu,ſi debitum corã teſtibus,vel Iudicio vel Officio deponat,ip-
ſo Iure liberatur:neq; poteſt cauſari quod fuerit in mora.Liberat nos quoq; obli-
gatione ſpeciei debitæ interitus eius, ſi nulla noſtra culpa, nec poſt factã moram
Violentia. iſtud eueniat. Sed & propter violentiã extinguitur obligatio,ſi quis rem debitã
ante diem ſolutiõis debitori auferat:& eo inuito eam ſibi vſurpet.in hoc enim ca-
ſu leges permittunt, vt tali violatori nõ ſolum res rurſus recipiatur, ſed Ius quoq;
Diſſenſione. quod in ea habuit amittere eum iubent.Sed & nudæ conuentiões anteq; preciũ
numeretur,vel res tradatur,nuda contrahentium diſſenſiõe reſcinduntur.accidit
ſæpe fit ut naturales vero nõ infrequenter,vt naturaliter obligatio ſoluatur,ciuiliter aũt maneat: vt ſi
obligatiões ſoluantur creditor nudo pacto polliceatur ſe credita nõ petiturum. Eo enim caſu naturalis
maneant uero Ciui- obligatio extinguitur,ciuilis tamẽ remanet. Nam debitum Iure ciuili contractũ,
les,uel e contra. niſi eædem Iuris ciuilis ſolennitates in extinguendo adhibeãtur,nõ cenſetur eſſe
remiſſum. Itaq; creditor poteſt Iure experiri cũ debitore, & actiõe crediti ab eo
exigere debitum legitimis obſeruatiõibus cõtractum. Nihilominus exceptione
pacti conuenti de nõ petendo Actor depelletur. Atq; ita obligatio quæ pacto te-
nus ipſo Iure propter colligationẽ ciuilium obſeruationũ ab initio cõtractus ad-
hibitarum non fuit diſſoluta,per exceptionẽ demum extinguitur.E cõtrario ve-
ro aliquando ciuilis tollitur,remanet vero naturalis: vt ſi te pro debito imprudẽ-
tia, vel iniquitas Iudicis abſoluat. Hic enim licet auctoritate Iudicis liberatus ſis,
nihilominus tamẽ mentis Iudiciũ & cõſcientia tenẽt te obligatũ.Quocirca ſi ſol-
uas poſt latam ſentenciã,illud quidem repetere nõ potes,tanq; indebite ſolutum.

Nihilominus

Nihilominus ſi creditor ex naturali illa obligatiōe, quæ iam quoq; extincta eſt, ciuili denuo petat abs te creditum, exceptiōe rei Iudicatæ potes te aduerſus eum tueri. Idem fere fit pluribus aliis exceptiōibus, quę cauſa doli, metus, Iuris iurādi, & ex multis aliis cauſis opponūtur. Poſtremo obligatiōes tolluntur Præſcriptione, ita vt ſi creditor obligatas res intra trienniū & ſex menſes nō apprehendat, aut ſaltem intra hoc tempus pro eis debitori litem nō dicat, beneficio Iuris ſui cadat. E cōtrario vero ſi debitor per longiſsimā, quæ eſt triginta annorū, Pręſcriptionem, creditorem rebus ſuis vti permittat, Iure ſuo hæreditario quod ei in rebus competit, cadat perpetuo. Ac proinde Leges noſtræ de obligandis, exemendisq;, ac præſcribendis rebus, infra tempora præſcripta ex æquitate ſumma conditæ obſeruentur.

Præſcriptione.

De debitis rerum aut pecuniarū verbalibus, & inſcriptis: pignorib. ac hæreditate iudicialiter acquirenda, & in eandē ratione debiti inſcripti poſſeſsione accipienda.

Debitori ſiue intra ſiue extra Regnum ſit, quomodo decēocto hebdomadę ad ſoluendū indulgētur. Lex xxxij.

Cū ob graue debitū rixę plerūq;, ut pote, ſexaginta, trecentarū, aut plu
37. rium Marcarū ſuſcitentur: qđ tantū debitum breui tēpore prouideri, ac
inopinate, & ſubito ſolui nō poſsit: ex gratia conferendū Statuimus, ut
decem & octo ſeptimanis Terminus incluſiuus ad ſoluendū ſtatuatur,
et obſeruetur: Pro primo Termino ſex ſeptimanę, pro ſecundo alię ſex,
pro tercio ultimæ ſex ſeptimanæ. ¶ Hunc etiam Terminū, dum quis
extra Terrā ſit, & citatur, pro Termino perēptorio eidem ad Iudicium
præfigendū declaramus: alias Iudex ad diffinitiuam procedat ſenten-
ciam, huiuſmodi contumacia Citati non obſtante.

Kazim. Viſl. 1368.

Extra Terram agenti citato, Terminus de cēocto ſeptimanarū conceditur, alias Iudex ad ſentenciam procedat, citati contumacia nō obſtante.

Si quis pro hæreditate, debito, aut aliquibus rebus non inſcriptis, in Termino peremptorio ſe non ſiſtit, condemnatur. Lex xxxiij.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Statuimus, quod ſi aliqs ſuper capitali et hęreditaria quæſtiōe, primo,
16. & ſecundo citatus non cōparuerit, a Iudicioq; ſe cōtumaciter in Termi
no ſibi aſsignato abſentauerit, tunc ob Contumaciā eiuſdem citati, A-
ctor in Termino peremptorio per Iudicē admittatur ſentencia diffiniti-
ua mediante in uerā eiuſdē hæreditatis poſſeſsionē, & ab omni Iure e-
iuſdem hæreditatis, & ipſius qualibet uenditiōe per Iudicis ſentenciam
reus decernatur, & pronūcietur cecidiſſe. ¶ Si aūt quęſtio erit perſo-
nalis, puta pro pecunia debita, aut quibuſcūq; rebus obligatis, & pri-
mo, ac ſecundo Termino citatus cōtempſerit, uel in Termino parere ne-
glexerit ſibi aſsignato: decernimus, quod tunc creditor quarūlibet rerū
obligatarū ſibi poſt certum Terminū per ſentenciā Iudicis præfixū di-
ſtrahendi, & alienandi, autoritate Iudicis plenā habeat facultatē. ¶ Ita
tamē quod ſi auctoritate pręmiſſa res obligatæ, diſtractæ, et alienatę mi-
noris ualoris inueniātur, & exiſtant tēpore alienatiōis, quā fuerit pecu-
nia obligata ſeu credita: et ipſe creditor pro ſumma pecunię per ipſum

Si in cauſis pro hæreditatis ꝓprietate motis, in perēptorio Termino citatus ſit cōtumax, hæreditatē perdit: & actori Intromiſsio decernitur.

Eiuſdem eſt mentio lib. 4. cap. 15. art. 2.

In pecuniarū debitorum, & aliarum rerum, citato in peremptorio Termino non cōparente, diſtrahendas res Iud. decernet.

Cum pignora diſtrahuntur ex decreto Iudicis, creditor nō excedat conditiones & ſummas in obligatiōe nominatas.

ſimpliciter & ſine aliqua cautiõe credita Vadiũ receperit, ſufficiat creditori Vadiũ, qui nulli alteri quã ſibi ipſi quod ſimpliciter Vadiũ receperit, imputabit: ſed ſi conditionẽ creditor appoſuerit, circa res obligatas maioris uel minoris quãtitatis: Si pro minori pecunia res obligatas alienauerit, debitor per Iudicẽ decernatur creditæ pecuniæ ſummã adimplere. Si uero pro maiori ſumma pecuniæ res alienauerit obligatas, reſiduum quitquid fuerit ultra ſummã creditam debitori creditor reſtituere teneatur. ⁘ ⁘ ⁘

Sed itã pro re qualibet, & pro debito inſcripto bona dentur. Lex xxxiiij.

In Conſuetudinibus Cracou. 1505. Item cum aliquis citatus fuerit pro quacũqꝫ re, pro qua nõ inſcripſerat 124
ſe, ipſe aũt citatus nolens admittere ſe damnificari, dat circa Iudiciũ Intromiſsionẽ: tunc ſuſcipiẽda eſt Intromiſsio per citantẽ. ℂ Sed ſi citatur aliquis pro re, uel pro debito inſcripto, ſic quod inſcriptionẽ fecerat, quia debuit ſoluere nõ dando Intromiſsionẽ, ſed principale ſeu originale debitũ ſoluturus eſſet, prout ſe inſcripſit. Talis ſi citatur in Termino nõ ſatisfaciens, Si Intromiſsionẽ Actori dare uellet, cui Intromiſſiõi dãdæ citatus in ſua inſcriptiõe abrenũciauit: decernendũ eſt. Quod citatus nõ aliter quã cum triplici pœna triũ Marcarũ Intromiſsionẽ dabit in re debita, usqꝫ ad ſatisfactionẽ, & pro ipſa re principali, & pro pœnis faciendã, quã Intromiſsionẽ Actor cum triplicata trium Marcarum pœna recipere teneatur.

De debitis aũt Nobiliũ cum Mercatoribus contractis.

Vide Folio 310.

Quod ſi Victus neqꝫ pign⁹, neqꝫ bonorũ poſſeſsionẽ det, quin diſcedit rebelliter a Iudicio nõ facta etiã fideiuſsione pro debito: pœna xiiij. Marcar. punitur.

Vide Libro Quarto Capitulo 22. Articulo Secundo.

COMMENT. De Pignoribus. Pignus appellatum eſt a pugno, quia res quæ a debitore in pignus datur, creditori manu traditur, vt ſit pro debito obligata. Idemqꝫ fere eſt hypotheca: vt ne in rebus paruis anxie differentias aſsignemus. Et tã mobilia quã immobilia, præterea tam corporales quã incorporales res, in pignus dantur: vt prędia, reditus, ſeruitutes. (Quæ res pignori dantur, uel non.) Nihilominus vrbanorũ prędiorũ ſeruitutes perpetuę, vt ſunt ſtillicidii, & tigni immiſsio, ab hac lege excipiũtur. Nec ſolum noſtras, verum etiã alienas res, ſi debitæ nobis fuerint pignori dare poſſumus. Ita tamẽ vt Dño earum ſaluũ ſuũ Ius in eis maneat, niſi forte de alienandis ſecus fuerit cõuentum. res enim mere alienas pignori dare nõ poſſumus. niſi forte in hunc caſum, ſi ſcilicet venerint in noſtram poteſtatẽ. cõſimiliqꝫ ratiõe fœtus pecorum pignori dari poſſunt. Contrahitur etiã pignus tacite. (Pignus contrahitur tacite.) Nam bona tutorũ & curatorũ pupillis: parentum liberis in aduenticiis rebus: mariti bona, vxori pro dote: defuncti legatariis: cõductorum, locatori: & alia huiuſmõi in pignoris ratiõe veniunt. generaliter vero obligatiões pi-

gationes pignorum pro ratiõe contrahentiũ cõſtringi vel extendi ſolent, ita vt etiam debitor cadat proprietate rei, ſi intra præſtitutũ tempus nõ redemerit eam. Illa tamẽ cõuentio flagicioſa eſt ſi ita conuenit, vt pro noſtro debito ſubditorum, aut municipum noſtrorũ bona ſint oppignorata, ſi nos ceſſemus illud ſoluere. & vocantur hodie tales pignoratiões Repreſſalię. quę quidẽ nullo Iure ſunt licitę, niſi a Magiſtratu, qui habet Ius cõdendæ legis, cõcedantur aduerſus ſubditos, vel vicinos, qui recuſant, aut manifeſtę negligãt debitorẽ ad ſoluendũ cogere, vel animaduertere in delinquentẽ. Creditor etiã nunq̃ poteſt ſibi pignus vſurpare, niſi dominiũ eius a Iudice ſibi impetret: ita tamẽ, vt debitor illud repoſcat intra tempus, intra quod vnã quãq; rem repetere de Iure aſtringitur: niſi cadere eius proprietate velit. Soluitur vero pignoris obligatio ſolu iõe, acceptilatiõe, & aliis huiuſmodi ratiõibus in ſuperiore Cõmentario de modis ſoluendarum obligationum recenſitis.

Repreſſaliæ pignorationes quando permiſſæ?

Creditor niſi iubente Magiſtratu dominium in pignore non acquirit.

Formula locatiõis & conductionis, ſeu Arrendæ. Lex XXXV.

50. Comparens perſonaliter corã Iudicio Nobilis A. de B. heres (ſiue Tenutarius) publice & expreſſe recognouit. Quia bona ſua hæreditaria (ſiue obligatoria) uidelicet Villã C. Nobili D. de E. M. Marcis pecuniæ bonę monetę & numeri Polonicalis locauit ſeu arrẽdauit, ad tres duntaxat annos a feſto Sancti F. proximo cõtinue ſe ſequeñ. quas M. Marcas præfatus C. prædicto A. tenebitur ſoluere ad quodlibet feſtũ Sancti F. in loco G. Et præfatus A. tenebitur præfatũ D. quietare ad Acta Caſtreñ. G. Diſtrictus eiuſdẽ. & ſic quolibet anno uſq; ad expirationem pręfatæ arrendę, quæ quidẽ bona pręfata, uidelicet Villam C. prædictus D. Arrendarius tenebit, poſſidebit, illaq; utifruetur uigore pręfatæ arrendæ, & nullo alio Iure, cũ omni Iure, dominio, omnibusq; uſufructibus ad prædicta bona quoquo modo ſpectãtibus, & utilitatibus ex illis prouenietibus uniuerſis, nullis exceptis, ex nunc uſq; ad decurſum triũ annorũ, & non ulterius, prout ſupra eſt expreſſum. Et iã præfatus A. dedit ipſi Conductori ſeu arrendario D. realem poſſeſſionem in præfata bona C. tenebiturq; ipſum tueri, protegere, in pręfatis bonis arrẽdatis, ab omnib. onerib. Iurib. Inſcriptiõib. Citatiõib. dãnis, & ab omniũ perſonarũ ſtatus & ſexus utriuſq; omni impetitione iuridica, uſq; ad expirationẽ pręfatæ arrendæ, ſub damno Terreſtri, uel Vadio, pro quo ſi ſe citari, ut ſupra. Et hic idem ſtans præfatus D. Arrendarius etiã recognouit ſe arrendaſſe prædicta bona apud pręfatũ A. iuxta continentiã præſentis inſcriptiõis, quæ bona recognouit nõ alio iure, tantũmodo Iure Arrendę prędictę, ſe tenere, & poſſidere. Poſt cuius Arrendę expirationẽ pręfatus A. uel eius ſucceſſores inequitabũt in dictam Villam C. & nullam in eo uiolentiam facient.

Sigiſm. Petr. 1523.

¶ De Locatiõe & Conductione ac Emphiteuſi.

COMMENTARIVS.

Locatio & Conductio proxima eſt emptiõi & venditiõi, iiſdem enim regulis Iuris cõſiſtunt, Nam & emptio & venditio, ita demũ cõtrahitur, ſi de precio cõ-

trahi intelligitur, ſic quoq; Locatio & Conductio coaluiſſe videtur, ſi merces ſit conſtituta. Et Locatori quidẽ cõpetit locati actio, Conductori vero cõducti. Duplex aũt eſt, temporalis nimirũ, quæ fit ad certum tempus, eaq; apud nos retinuit nomen locatiõis: & perpetua quæ dicitur Emphiteuſis.

Locatio quid eſt. Eſt aũt locatio & conductio, perſonæ, vel rei, pro mercede in pecunia numerata, vel cõuenta, ad vſum facta cõceſsio. Pro mercede inquã ad differentiã cõmodati: quod eſt gratuitũ. In pecunia numerata dico, quia ſi cõueniatur, vt tua res vſui detur mihi pro mea, nõ eſſet locatio, verũ potius cõtractus innominatus, facio, vt facias: do, vt des. Dico etiã ad vſus, qui extemporarius eſt, ad differentiã emptiõis & venditiõis: in qua res nõ ſolum cõceditur ad vſum, verũ etiã dominiũ transfertur perpetuo, ſi vendens fuit verus Dñs. Ac proinde cõductor cauet de reſtitutiõe rei finito tẽpore in cõtractu præſtituto. In hac actione locati, præſtatur dolus, lata & leuis culpa. Ideo ſi res cõducta dolo, vel culpa cõductoris periret: periculũ cõductoris eſſet: ſub culpa cõprehundũtur, primo imperitia, ſecundo error, tercio negligentia, vt ſi veſtes des fulloni poliendas, quas corrũperet, mutaret, vel amitteret fullo. Abeſt aũt ille demum a culpa, qui omnia pręſtitit, quę diligentiſsimus quiſq; obſeruaturus erat. Certe in actiõe locati, merces præſtetur, & res finito vſu reſtituatur. Nam ſi exacto luſtro locator in rebus ſuis manere conductorẽ pateretur, relocaſſe cenſetur.

Actiões ex cõducto. Ex conducto vero datur actio, puta, ſi re vel perſona nõ liceat vti quã quis cõduxit, vel quia poſſeſsio totius agri, vel partis eius, nõ præſtatur cõductori: aut dom9 non reficitur: aut aliquid ſimile ex pactis nõ fit, quo caſu, cõductor poteſt agere quominus mercedem ſoluat, præſertim ſi ipſemet cõductor ſit in culpa, vel ſi cum poſſet nõ prohibuit. Nam ſi prohibere nõ potuit, agit cõductor pro remiſsiõe penſionis: puta propter inſignem ſterilitatẽ, vim fluminum, graculorũ, ſturnorũ, hoſtium, vredinis, æſtus ſolaris inſoliti, terræ motus, incendii. Eademq; actiõe conductor cõtra locatorẽ agit, ſi ſeruum, furem, vel vicioſum, vaſaue vicioſa, ſcienter, ſiue ignoranter locauerit ad vtendũ. Alioqui is qui cõducit prædium ruſticũ ad colẽdum, tenetur proſpicere, ne intempeſtiua, aut negligenti cultura fundus fiat deterior, exceptiſq; caſibus ſuperius expreſsis, vel horum ſimilibus, ſi damnũ fuerit modicum, cõductor illud ferat, citra remiſsionẽ penſionis vtrinq; cõſtitutæ, quia per hoc damnũ modicum lucrum illi nõ aufertur. Secus fit cum partiario conductore. Nam ille quitquid accidit fundo ſocietatis, quaſi Iure ſocietatis lucrum & damnũ cũ locatore partitur, & diuidit. Vt aũt in omnibus obligatiõibus propter priuatã affectionẽ, licet cõtrahentibus aliquid inuicem ſibi per pactum remittere, aut aliquid addere illis, quæ regulariter in obligationẽ cuiuſcũq; contractus venire poſſunt. Ita quoq; permittitur, vt vltro citroq; inter locatorem & cõductorẽ, etiam pericula, ad quæ alioqui obligãtur, pactis remoueãtur aut recipiãtur ab illis. Nam leges latæ ſunt vt ſuccurratur illis, qui nolentes, nõ qui vltro in ſe bonaq; ſua grauiorem cõditionem Iuris recipiunt.

Emphiteuſis quid eſt Altera vero pars Locatiõis eſt Emphiteuſis, Cõtractus ſcilicet per quẽ Dominus retento dominio directo, & ciuili poſſeſsione, vtile dominiũ & naturalem poſſeſsionẽ rei immobilis in Emphiteutã eiuſq; hæredem transfert: habetq; nomen a Græco Emphiteuin quod inplantare ſignificat. Vt ſi prædium meũ perpetuo alicui fruendũ tradã, id eſt, quãdiu pẽſio, ſiue reditus pro eo locatori præſtetur: tum liberum eſt, vt ipſe cõductor, eiuſue ſucceſſores hoc prædium vendãt, donent, dotis, alioue Iuris titulo obligent. Sin aũt de periculo fuerit pactum inter nos, tunc ſi quidẽ totius rei interitus euenerit, ad me fundi Dñm hoc redũdat periculũ: ſin aũt particularis, ad Emphiteutam huiuſmõi damnũ veniet. Dico primo in deffinitiõe, dominiũ directũ trãsferri in vtile dominiũ Emphiteutæ, ad differentiã emptiõis, in qua tam vtile quã directum dominiũ per traditionẽ trãsfertur: ſi modo is qui vendit fuerit rei verus poſſeſſor. In Emphiteuſi aũt non directũ, ſed tantũ vtile dominiũ transfertur. Secundo, ad differentiã locatiõis temporalis, in qua neq; dominiũ, neq; poſſeſsio trãsferuntur.

runtur. Prę-

runtur. Præterea inuenire eſt, & alias inter Locationẽ & Emphiteuſin differentias: ſiquidẽ Locatio fit ad certum tempus, Emphiteuſis vero eſt perpetua. Irẽ Cõductor rem locatã alienare poteſt, irrequiſito etiã Dño: Emphiteuta vero præter annuos ſuos reditus fundũ ipſum nõ niſi cõſenſu Dñi accedente alienat. qui etiã propinquior eſt ad redimenda illa bona, præ alieno. Dico in deffinitiõe rei immobilis, in rebus enim mobilibus Emphiteuſis eſſe nequit: vt in locatiõe, quæ tam in rebus ſoli quã mobilibus fit. Dico, vt ſingulis annis penſionẽ ſoluat: ad differentiam feudi ratiõe cuius vaſallus cum ſuis ſucceſſoribus maſculis iuxta præſcriptũ ſeruit. Nihilominus eſt & alia differentia inter vtrumq; horũ. quod Emphiteuta bona ſua inuito Dño, ſeruato Iuris ordine, alienare poteſt: vaſallus nõ poteſt. Dico ad hæredes eius, ac differentiã vſusfructus, qui nõ tranſit ad hæredes, ſed vna cum vſufructuario extinguitur, niſi ſecus fuerit conuentũ. Beneficiũ tamen Emphiteuſeos, niſi penſio iuxta pacta ad certum tempus ſoluatur, interit.

Inter Emphiteuſin et feudum quæ ſit differentia?

De Vſufructu, Vſu, & habitatione.

COMMENT.

Quid eſt uſusfruct9

Hic rurſus occaſio nos inuitat, vt aliquid de vſufructu, de vſu, deq; habitatione dicamus. Ac primo, vſusfructus eſt Ius alienis vtendi fruendique rebus, ſalua ipſarum rerum ſubſtantia. Quod qdẽ Ius cũ ſit in corpore, eo ſublato, & ipſum quoque tolli ac perire neceſſe eſt. Cum ergo in quolibet fundo duplex Ius ſit, proprietariũ ac vſufructuariũ: proprietariũ hæres, vſumfructuarium vſufructuarius habent. Conſtituitur aũt vſusfructus nõ tantũ in fundo & ædibus, verũetiã in ſeruis & iumentis. exceptis tamẽ aliis rebus, quæ ipſo vſu cõſumuntur, ac pereũt, vt vinum, oleum, frumentũ, veſtimenta. Quibus quidẽ proxima eſt pecunia numerata: namq; ipſo vſu, aſsiduaq; permutatiõe quodã modo extinguitur: ſed cõmunis vtilitatis cauſa cõſenſu omnium fere gentiũ receptum eſt, in pecunia quoq;, quinimo & in aliis rebus, quæ vſu ipſo conſumũtur, vſumfructũ cõſtitui. ita tamẽ vt eo nomine de hæredis indẽnitate caueatur: ita ſcilicet, vt pecunia, vel res, vſufructuarii fiant: hæredi vero de reſtitutiõe tantæ pecuniæ, quãta fuerint æſtimatæ ſatis detur, ad certũ tempus, vel ſi vſufructuarius moreretur, capiteue diminueretur. Atq; ea æquitatis ratiõe in his rebus, in quibus natura ipſa vſumfructũ fieri non permittebat, Magiſtratus, per cautionẽ quaſi vſumfructũ cõſtituit. Sed is qui quocumq; tandem modo vſumfructũ cõſecutus eſt, eo vtatur boni viri arbitrio, neq; licet cuiq; re vſufructuaria pro libidine abuti, cũ detrimẽto proprietarii. Propterea ſi quis in prædio ruſtico habeat vſumfructũ: licet quidẽ illi percipere quitqd vel ſponte vel cultura hominũ in eo naſcatur, ſed ſuo tamẽ quodã modo. vt ſi habeam vſumfructũ in cædua ſylua, licebit quidẽ mihi in ea cædere arbores, ſed ita vt eam nõ penitus ad ſolitudinẽ deducã, aut arbores glandarias, fagarias, idq; genus alias fructiferas, omnino, præter vel domus, vel nauigiorũ, vel aliorũ inſtrumentorum, lignorũ, aſſerumue venaliũ moderatã neceſsitatẽ, exterminem. Si vero nõ ſit ſylua cædua, tantominus in ea grandes arbores, ſed tantũ pedamenta, & ramos ex illis ſumere mihi licebit. Vſufructuarius enim cauſam proprietatis deteriorem facere nõ debet, meliorem tamẽ facere poteſt etiã hærede inuito. Itaq; venas lapidicinarũ & metallorum vſufructuarius inquirere poteſt, ſi modo agriculturæ nõ noceat. Debet enim vſufructuarius tanq; bonus paterfamilias fructus agri quærere: nõ cum detrimento proprietarii queſtũ ſuum ſectari. Sic & in predio vrbano ſi quis habeat vſumfructũ, pertinent qdem ad eum omnes obuentiões quæ ex ædificiis, areis, cæteriſq; huiuſmõi ſunt: non aũt licet quitq; in illis facere, quod qdem noceat proprietario. Sicut nec proprietarius quitq; in eo facere poteſt, quod obſtet cõmoditati fructuarii. In re vero mobili ſi quis vſumfructũ habeat, omnino exigitur ab eo, ne eã ſua ſæuitia aut ferocitate corrumpat, aut perdat. Itaq; ſi ruſticorum vſus tibi legatus ſit, ſecundum cõditionem ac leges eorũ iiſdem vtere, nec librarium rus mittas ad ſaxa portãda, nec athletã latrinis purgãdis præponas, nec ſcænica veſte alibi quã in ſcæna vtare. Licet tamen vſufructuario, vt vel

In quolibet fundo duplex ius eſt.

In quibus rebus uſusfructus eſt, uel non?

In pecunia, & rebus mobilibus an poteſt conſtitui uſusfruct9?

Vtendum ſane uſufructu, non abutendũ.

Si in prædio urbano habeat quis uſumfructum.

Si quis in re mobili habeat uſumfructũ.

ario, vt vel

ario, vt vel ipſe fruatur, vel vſumfructũ alteri vendat, vel locet, vel precario cõcedat, vel donet. Nam & per illos ſuo Iure vti videtur, cum eius voluntate fruantur.

Vſufructuarius ad quæ onera teneatur, uel non.

Sed quoniã omnis fructus rei ad vſumfructuariũ pertinet, tenetur etiã ad onera quædã rei fructuariæ: modica tamẽ. Nam ſi prædium vetuſtate corruit, vel exuratur: nõ cogitur illud reficere. Licet alioqui ſarta tecta ædificia habere, arbores ſubſerere, tributum, vel ſtipendiũ, vel alimenta ab hærede relicta præſtare teneatur. Item ſeminariũ & inſtrumenta ruſtica renouare cogitur, vt finito vſufructu reſtituãtur.

Cautio ab uſufructuario exigi poteſt per proprietarium.

Quocirca hæres a fructuario exigere poteſt ſatiſdationẽ de fruendo fundo boni viri arbitrio.

Finitur uſuſfructus morte naturali, uel ciuili, uel ceßione uſufructuarij. Iuris conſolidatione. Rerũ conſumptione.

FINITVR aũt vſuſfructus morte vſufructuarii, & duabus capitis diminutiõibus, maxima, & media: & nõ vtendo per modũ ac tempus conceſſum permiſſa facultate: item ſi cedat Iure ſuo Dño proprietatis: nam cedendo extraneo nihil agitur: e contrario aũt ſi ipſe vſufructuarius proprietatẽ rei aquiſierit, tum enim Ius extemporariũ perpetuo cedit, eaq; res cõſolidatio Iuris appellatur. Quod ſi ædes incendio fuerint cõſumptæ, vel etiã terræ motu, vel vicio ſuo corruerit: itidẽ ipſum vſumfructũ extingui neceſſe eſt: adeo, vt nec areæ vſuſfructus debeatur. Cum aũt aliquo modo præmiſſorũ vſuſfructus fuerit finitus, tum heres reuertatur ad proprietatẽ rei, & ex eo tẽpore nudę proprietatis incipit plenã habere poteſtatẽ.

Vſus iiſdem Regulis procedit quibus uſuſfructus, minus tamẽ Iuris habet.

Quibus aũt modis vſuſfructus cõſtituitur, ac finitur: iiſdẽ etiã nudus VSus cõſtituitur, atq; deſinit. Niſi quod minus Iuris eſſe in vſu, quã in vſufructu, ait Iuſtinianus. Is eñi qui fundi habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quã vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis ad vſum quotidianũ vtatur. In eodẽ quoq; fundo hactenus licet ei morari, vt neq; Dño fundi moleſtus, neq; his per quos opera ruſtica fiunt impedimẽto ſit. Preterea nec vlli alii Ius quod habet aut locare, aut vẽdere, aut gratis cõcedere poteſt Cum is q̃ vſumfructum habet hæc omnia facere poſſit.

Et ſi uſus ad aliũ nequeat transferri, uſuarius tamẽ hoſpitem, uxorẽ cũ liberis, libertis, ac ſeruis: & uxor maritum recipere poßunt.

Item is qui ædium vſum habet, hactenus Ius habere intelligitur, vt ipſe tantũ inhabitet, neq; hoc Ius ad aliũ transferre poteſt: adeo, vt vix receptum ſit, vt hoſpitem ei recipere liceat: cũ vxore tamẽ liberiſq; ac libertis ſuis, immo etiã aliis perſonis liberis, quibus pro ſeruis vtatur, Ius habet habitãdi. Quod ſi ad mulierẽ vſus pertineat, cũ marito ei habitare licet.

Vſus in ſeruo, iumento, uel pecore, quatenus ſe extendit.

Item is ad quẽ vſus ſerui pertinet, ipſe tantũ opera atq; miniſterio eius vti poteſt, ad aliũ vero nullo modo Ius ſuũ trãsfere ei cõceſſum eſt. Idem ſcilicet Iuris eſt & in iumento. Sed ſi pecorũ: vel ouium vſus legatus ſit, neq; lacte, neq; agris, neq; lana vtetur vſuarius: quia ea in vſufructu ſunt. Plane ad ſtercorandũ agrum ſuũ pecorib. vti poteſt.

Habitatio eſt Ius diſtinctũ ab uſufructu & uſu: & ideo qui illam habet, locare poteſt. Aretinus.

Quod ſi alicui HAbitatio legata, ſiue aliquo modo cõſtituta ſit, neq; vſus neq; vſuſfructus videntur eſſe conſtituta: ſed quaſi propriũ aliquod Ius cõceſſum eſſe apparet, in factoq; magis quã in Iure cõſiſtit. Is tamẽ qui habitationem habet nõ ſolũ in ea habitare cũ familia ſua, etiã ſi capite diminuatur, verum etiã aliis eã locare poteſt, ſi modo deteriorẽ habitatiõis cõditionem nõ faciat: idq; vſq; ad mortem ſuam. Nec enim tranſmittitur ad hæredes Ius habitandi, ſicut nec vſuſfructus, nec vſus.

¶ De Societate ac Mandato.

Et quamuis Legiſlatores noſtri de Contractu ſocietatis ac mãdati etiam nihil ſcripſerunt: quia tamẽ aliarũ gentium Legiſlatores egerũt de illis copioſe, turpe videbatur nobis eorũ illuſtria deſerere exẽpla, & nos noſtris anguſtiis cõtineri.

Societas quid eſt?

Eſt igitur SOCIETAS, duorũ pluriumue cõuentio, honeſte cõtracta, ad vberiorem queſtũ, & cõmodiorem vſum faciundũ, ex rebus in licitos Cõtractus vel negociatiões incidentibus. Quocirca ſi ita cõuentum eſt, nõ inique fit in ipſa ſocietate, vt in vtrumq; ſociorũ, par lucrũ, par quoq; damnũ redundet. vel vt ad vnum q̃dem duę partes, lucri, & dãni, ad alterum tercia refundatur. Quorundã enim ita precioſa eſt opera in ſocietate, vt nõ iniquũ eſſe videatur, qui meliore conditiõe in ſocietatem admittatur. Inde fit, vt alter pecuniã cõferat, alter operã: & tamẽ ex æquo lucris participent. Opera ſi q̃dem ſæpe valet pro pecunia. Quin etiã cõueniri poteſt,

niri poteſt, vt quis lucri partẽ ferat, damni vero ferre nõ teneatur:præſertim ſi in alia re lucrũ,in alia damnũ ſit illatum. tũ enim lucris prioribus,poſteriora damna cõpenſantur. illudq; ſolum, quod ſupereſt, in lucro eſſe reputetur. Diximus vero honeſte cõtracta,ne quis putet in maleficio ſocietatẽ vllã eſſe poſſe. Item in rebꝰ in cõtractus incidentiũ, vt ſi aliquod lucrum ex emptiõe vel venditiõe, locatione & conductiõe, harum vel illarũ rerum, mobilium vel immobiliũ,deſcendit. Non aũt hæreditates,legata, donatiões cauſa mortis in ſocietatem iſtã incidunt: Hæc enim nõ ex queſtu,nec opera,ſed ob meritũ quoddã accedunt.multoq; minus in ſocietatem veniunt quæſita ex prohitis,turpibusue cauſis. Nam ſocietas ipſa ſemper fere fit inter negociatores honeſti lucri cauſa. Illud certe in confeſſo eſt,quia particula adiecta in lucro, tacite videtur quoq; adiecta eſſe in damno, & e cõtra. Soluitur aũt ſocietas 1. propter quãcumq; cauſam renunciatiõe tempeſtiua: qua ſoluta lucrum quoq; quod poſt renunciationem acquiritur, nõ cõmunicatur. Niſi forte aliquis callide in hoc ſocietati renunciauerit,vt aliquod lucrum ex ipſa ſocietate imminens atq; obueniens ſolus habeat,ſociiſq; præripiat:cogitur enim hoc cõmunicare. Secus eſt, ſi quid aliud lucrifaciat,quod nõ captauerit,vel ex hac ſocietate nõ fuerit profectum. 2. morte vnius ex ſociis. 3. interitu rei. 4. capitis vnius ſociorũ diminutiõe maxima, media,vel minima. 5. ob aliquod delictũ publicatiõe bonorũ alterius ex ſociis. 6. ſi vnus ex ſociis mole debitorũ grauatus bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica & priuata debita ſubſtantia eius veneat. Quod ſi reliqui in ſocietate perſeuerent,noua videtur incipere ſocietas,non antiqua cõtinuari. Socius aũt ſocio,ac hæredes hæredibus alterius,res lucraq; adferre necnõ dãna ſimul ferre tenetur. Quin etiã de negligẽtia, deſidia, atq; culpa ſocius ſocio reſpõdere tenetur. Hæc tamẽ nõ ad exactiſſimã diligentiã ſunt exigenda. Sufficit enĩ talẽ diligentiã cõmunibus rebus adhibere ſociũ,qualẽ ſuis rebus adhibere ſolitus eſt. Nã qui parũ diligentẽ ſociũ ſibi aſſumit, de ſe queri, ſibiq; id imprudẽtiæ imputare debet. Atq; iam hic eſſet dicendum de mãdato,ſed quia eius vſus, apud nos tantũ in Actionibus forẽſibus familiariſſimus eſt. Idcirco ad Libr. 4. Capi. 5. de Procuratoribus eius tractationem differimus.

Soluitur ſocietas.
1. Renunciatione.
2. Morte unius.
3. Interitu Rei.
4. Capitis diminutione unius ſociorum.
5. Publicatione bonorum.
6. Ceßione bonorũ.
Si poſt aliquem ex memoratis caſib. maneant in ſocietate?
An de negligentia ſocius teneatur ſocio?

De forma ac validitate omniũ obligationum in genere. Lex xxxvi.

Sigiſm. Crac. 1523.

Ad effugiẽdas difficultates in Inſcriptiõibus, & Citatiõibus, quas uafri homines,& eorũ Procuratores,in longũ,inutiliterq; trahere,ſimplicitatẽ uero Iuris, ac iuſticiã impedire ſolent: cõſtituimus,quia Inſcriptiones Reemptionales, Cõmutatoriæ, Donatoriæ, Obligatoriæ ad certũ tempus,& debitorũ, in certã diem fieri ſolitæ, bonorũ utendorũ,inter coniuges Aduitales, & Arrendarũ, aliæq; huiuſmõi obligatiões, ſint iuxta formulas ipſarũ Inſcriptionũ in Statuto cõſcriptas, ita, ut ſi etiã breuiter in Actis ſcriberentur, debẽt tamẽ ualere, & hoc ita, ut quilibet uendendo bona ſua,uel quocũq; modo inſcribẽdo,aut oppignorando, cõparens corã Iudicio recognoſcat,Quia bona ſua,hoc eſt,hanc,uel illã Villam uẽdit huic,uel illi Nobili,& ſucceſſoribus eius, hac uel illa pec. ſumma,cum omni Iure,proprietate,& dominio,ſicut eandẽ ſolus habuit:utq; dat realẽ Intromiſsionẽ perpetuo per Miniſterialẽ hunc,uel hũc hoc adiecto,ſicut latius in formula Statuti deſcriptũ eſt. Quod ſi prędictus uenditor,inſcriptor,alienatorue bonorũ haberet uxorẽ: tũ eam tenebitur cũ amicis eius adducere, ut cedat de reformatiõe Dotis & Dotalicij ſui,

Omnes obligatiões ad exemplũ formularũ in ſtatuto delintatarum fiant & ſcribantur.

Vxores ad cõſentiendum adducantur per eos qui bona ſua alienant.

Tuitio ſub qua pœna ſcribi debet?

talicŋ ſui, & hanc receſsionē faciet, & recognoſcet iuxta formulā uenditionis ſuperius in Statuto contentā, cū cōſenſu amicorū ſuorū. Quarum quidē Inſcriptionū tuitionē, ac deffenſionē, unicuiq; liberū erit facere ſub damnis Terreſtribus, uel ſub Vadio prout ſcilicet inter partes cōtrahentes fuerit conuentū. Contra tales uero Inſcriptiōes Obligationū, & Oppignorationū quarūuis, iam nullus locus nulli hominum, ne Procuratoribus quidē, ad dicendū erit reliquus: nec quiſquā cōtrouerſiam, atq; cōtradictionē cōtra eaſdē inſtituet ac faciet, ſed duntaxat eiſdem Inſcriptiōibus ſatisfacere, & eaſdem implere iuxta obligationē tenebitur, nullā motionē Iudicis faciēdo, pro quibuſcūq; tandē debitis inſcriptæ, & quacūq; tandē tuitiōe roboratæ fuerint. Sed neq; ullam dilationē, atq; procraſtinationē debitor habebit, niſi fortaſſe corā certo Iudicio demonſtraret, & allegaret Quietationē ſui ratiōe ſatisfactiōis pro eodem debito inſcriptā. In tali enim caſu ſemel ad futuros Terminos beneficio Dilatiōis uti debet. Quā quidem ſatisfactionē, & Quietationē ſui tenebitur comprobare in futuris Terminis, ex eiſdē Actis, ad quę ſe reciperet, ſub amiſsione ſuæ cauſæ.

Contra tenorē obligationum nihil fiat, nihil dicatur.

Citatis pro debito dilatio tantū ad Quietationis oſtenſionem detur.

¶ De Nouatiōibus, Delegatiōibus, ac Ceſsione Iuris.

COMMENT.

Obligatio per obligationē nō nouatur, etiam ſi noua perſona interueniat, uel obligatiōi aliquid addatur, uel detrahatur: naturalib. enim et expreſsis uerbis debet fieri nouatio nō p ſubauditū ſeu extrinſecū uerborum intellectū.

In nouādis obligatiōibus hoc Iure noſtro obſeruatur, vt ſi quis creditor aliqd mutuo, vel cōmodato, alioue Iuris titulo debitori dederit: quātitatēue rei debitæ auctā a creditore receperit: vel ipſemet diminuendā eſſe crediderit: vel conditionem, ſeu tempus in obligatiōe expreſſum paulo produxerit: vel cautionē minorem acceperit: prior cautela ſuo loco nō mouetur, ſed porro ſtat, præſcriptioq; ab ea currere incipit, poſteriore vero cautela incrementū ei accedit. niſi fortaſsis ipſe creditor ſpecialiter remiſerit priorē obligationē, ſeu cautelā: ſecunda vero eſſet cōtentus. Delegatio aūt fit, cū ego creditor meū debitorē pro me meo creditori ad ſoluendū tantundē pecuniarū obiicio. ad cuius cōtractus ſtabilimentū, tametſi neceſſarius ſit cōſenſus mei debitoris, ne fortaſsis & mihi, & meo creditori, vnū & ſimplex debitū ex cōtractu ſoluere cogatur: nihilominus donare, vel vendere meum debitū, ſuper quocūq; creditore, vel cedere omni Iuri meo, inſcio, atq; etiā inuito meo debitore poſſum. ita vt ceſſionarius omni meo Iure quodcumq; mihi ſeruiebat vti cōtra te debitorē meum queat. Et tamē actiōes meæ vigore obligationis pro iniuriis contra te directæ, niſi vel ceſsionario vendantur, vel expreſſe aboleantur, ſaluæ mihi remanent.

Delegatio inuito debitore fieri nequit, ſed Iurium ceßio inuito ipſo debitore fieri poteſt.

Formula vero Ceſsionis hæc eſt.

Comparens perſonaliter corā Iudicio præſenti Nobilis A. de B. ſpōte publice ac expreſſe recognouit. Quia de omni Iure ſuo, ac Inſcriptionibus ſuis perpetuis (uel obligatoriŋs) in Actis quibuſcūq; contentis, a quibuſcūq; perſonis, quacūq; ex cauſa, in & ſuper bonis C. habitis una cum tuitiōe in eodē Iure ac Inſcriptiōibus contenta, latius in ſe cānente, nihil Iuris, dominŋ, proprietatis, ac uſumfructuū ex eiſdē Iurib. ac bonis prædictis ſibi & ſuis ſucceſſoribus relinquen. ſed prout ea ſolus tenuit, habuit, & poſſedit, Nobili D. E. & eius ſucceſſoribus ceſsit, prout iam exnūc cedit, ac reſignat, aliaq; omnia ipſius Iuris ac Inſcriptionum ſuarum beneficia, bonorūq; dominiū, ac utilitates uniuerſas in

eundem

eundem D. & eius ſucceſſores transfudit perpetuo, & in æuū. Et iā ipſe A. eidē D. dat realem Intromiſsionē & actualem poſſeſsionē tam in hoc ipſum Ius ſeu Inſcriptiōes, quā in bona prædicta, per Miniſterialē Terreſtrē quemcūq; iam ex nūc de Iure additū ad intromittendū: præfata bona C. uigore ipſius Iuris ceſsi ac Inſcriptionū originaliū teneñ. habeñ. & utifrueñ. perpetuo ac in æuum (uel alioqui usq; ad exemptionem eius uel ſucceſſorum ipſius realiter facieñ.)

Repetendū hic etiā eſſe videtur, quia omnes obligatiōes fiunt, aut pure, aut in diem, aut ſub conditiōe. Si pure fiunt, & tūc ſtatim debetur id quod in obligatione venit. Si in diē, tū expectādus eſt totus dies, præſtādis his rebus, vel factis, quę in obligationē deducūtur. Conditiōis aūt obligationi adiectæ ea eſt natura, vt ea poſtpoſita, neglecta, vel omiſſa (vt finalis quædā cauſa actui deficiens) perficiēdam rem interdum impediat, ſuſpendat, vel iā perfectā irritet, ac perimat. Illud quoq; poſtremo addā, omnes formas Contractuū nullis legibus poſſe cōplecti, qđ infinitę ſint. Proindeq; noſtri Legiſlatores ſufficere arbitrati ſunt, qđ tantū ſumma illarū genera deliniarūt verius, quā conſcripſerunt. ex quibus tamē apparet, quia in quolibet fundo duplex eſt Ius, dominiū fundi, & vſusfructus, vt paulo ſupra dixi. Proindeq; & duplex Iudiciū de eo cognoſcit, de altero Iudex Terreſtris, de altero plærūq; Capitaneus, præſertim ſi per vim adimatur.

COMMENT. *Omnis obligatio aut pure fit, aut in diem, aut ſub conditione.* *Natura conditionum obligatiōi adnexarū.* *Omnes Contractuum ſpecies non poſſe legibus complecti.* *In quolibet fundo duplex Ius habemus.*

De Euictionibus.

Abſolutis vtcūq; formis Contractuū, ordo poſtulare videtur, vt aliquid dicam9 de Euictiōibus rerū, quas aliis tradimus, quo libere iis perinde ac nos ipſi vtātur. Quæ qdem Euictio inde in vſum introducta eſſe creditur: qđ plæriq; hominum res vel alienas, vel natura liberas, vel iā antea aliis quacūq; de cauſa obligatas in contractū deducerēt, impuneq; iis quibus eas tradere videbātur, illudebant. Itaq; LEGIB. QVAE SVNT PECCATI ET ERRORIS FILIAE, ſtatutum eſt: vt etiā veri rerū ſuarum Dñi citra æſtimatiōis læſionē de Euictiōe cauerent ſolēniter. Sed ne valde dura neceſsitas euictoribus impoſita ſit. Principio venditor hæreditatis nō tenetur de Euictiōe rerum ſingulariū, cum emptorē vniuerſitate hæreditatis iā potiri cōſtet. Is enim iā agere tenetur nomine iniuriarū cōtra vſurpatores violentos, poſſeſſoresue illarū illegitimos: niſi aliud nominatim tam de rebus ipſis, quā de ſumptu litis, ac etiā periculo vtriuſq;, vel alterius tantū, inter cōtrahentes cōueniret. Proindeq; neq; a vi, neq; ab actiōe finium regundorū euictor intercedere tenetur, multoq; minus intercedit ob eam rem, quā emptor in obligatiōe per omnes præſcriptiōes prius tenuit pacifice. Itē ſi emptor ſciens fundū alienū, aliiue obligatū, vel natura ſui rem liberā cōparauit nec de Euictiōe caueri ſibi fecit, nomine euictiōis agere nequit: ſecus ſi ignorans emit. Sic enim Iure Euictionē fundi petet quāti ſua intereſt, vel ſaltem pecuniā numeratā. Ipſi vero Emptori tā venditoris quā ſua Iura ſuffragari nō eſt ambigendum. Alioqui & venditoris, & eius fideiuſſoris hæredes, per tēpora præſcriptionū, tam a ſe, quā ab aliis tueri Emptorē cū eius poſteris obligātur: quos enim de tuitiōe tenet Actio eoſdē de nō petendo repellit Exceptio. At pro ſeruo mortuo, vel re perēpta, euictiōis Actio fruſtra intenditur. Quod ſi vere liberū hominē quis ignorās vendiderit, ac poſtea de eo edoctus, fauore libertatis ei recuperandę, ipſimet venditiōi cōtradicit: nō quāti Emptoris intereſt, ſed tantū ad reſtitutionē numerati obligatur. Perindeq; ſi prædiū emiſti liberū, ac poſtea creditor tui venditoris ſyngraphā protulit priorē, quā tu diſſoluiſti: tenetur venditor de Euictiōe & ad præſtandū tātundē quātum dediſti. Quod ſi etiā inter cōtrahentes perfecta ſit venditio, nōdum tamē numerata pecunia: interea aūt hæreditas in quæſtionē vocetur, vel mancipia vendita libertatē appellent: quādo qdem Euictio in ipſo limine cōtractus immineat, & deſideretur: niſi venditor caueat, vel ſatisdet: emptor

COMMENT. *Euictionum uſus unde introductus.* *Leges peccati & erroris filiæ, etiam a bonis uiris euictionem exigunt.* *Venditor hæreditatis non tenetur de euictione rerū ſingularium.* *Neq; a ui, neq; a lite finiū regundorū, neq; pro re ante ea præſcriptionib. firmata.* *Neq; pro re, quam ſciens alienam emptor aquiſiuit.* *Emptori & ſua & venditoris Iura ſuffragantur.* *Pro ſeruo mortuo, uel pro re perempta, euincere nō tenemur.* *Si quis ignoranter liberum hominē uendat, & poſt ea contradicat.* *Si fundus emptus nec dum tamen ſolutus in controuerſiam reuocatur.*

vel ad integrũ, vel ad reſiduũ precii ſolutionẽ nõ eſt cõpellendus: ſed porro hæreditatem velut Iure pignoris obligatã tenebit, quouſcꝫ venditor ſponte ſua, vel ab Iudice coactus, de Iure venditorio cauebit, vel ſatisdabit.

Cohæredes hæredem euincere tenentur.

Illud etiã vſu venit, vt cũ auus paterue tuus tibi prædiũ donaret, de Euictiõecꝫ eius cauit: potes aduerſus cohæredes tuos ex cauſa ſtipulatiõis agere pro euictiõe, pro portione ſcilicet hæreditaria illos cõtingente. Alioqui ſi nudũ interuenit pactum, necꝫ donator necꝫ ſucceſſores eius ad Euictionẽ ſunt aſtricti.

Si fundus abs te emptus, prius fuit obligatus.

Quod ſi fundus abs te emptus prius ab venditore fuit obligatus, nõdumcꝫ tibi traditus ſit, actiõe empti facile cõſequeris, vt a creditore, diſſoluto ei per te vel tuũ euictorẽ debito, liberetur. Idem etiã ſiet ſi aduerſus venditorẽ ex vendito actiõe precium petentẽ exceptionẽ doli opſueris.

Tria faciunt ceſſare euictionis periculũ.

Illud memoratu vtile eſt, Quod tria ceſſare faciunt periculum euictiõis, ſi ſcilicet emptor citatus dilationem ad euictorẽ cõueniendum ab Iudice non obtinuerit, quin ſeſe ſuo periculo defendere cœperit: per abſentiãue ſeu contumaciã ſuã, abſente ſuo venditore: aut etiã per Iudicis iniqitatem ruerit in cauſa.

CAPITVLVM VIII.

De Fideiuſſoribus.

PRÆFATIO.

Vnde fideiuß. ortæ?

Fideiuſſor quid eſt?

Fideiuſſorũ ſpecies.

Quod ſi iis cum qbus cõtrahimus, vel propter tenuitatem fortunarũ, vel propter iurgãdi libidinem, domiciliumue nullum, aut remotum parum credimus, ii Fideiuſſores pro ſe ſiſtunt. qui qdem eorum obligationem in ſuã recipiãt fidem, principali debitore manente nihilominus obligato. Sunt aũt fideiuſſorum ſpecies, mãdator, ſponſor. & promiſſor, Quarũ deffinitiões ac differentiæ ex etymologia ipſarum vocum facile internoſcũt.

Quibus in obligatiõibus fideiußores aſſumi poſſunt?

Si quis oblatum fideiuſſor. accipere nolit

Qui fideiußores eſſe nequeunt?

Fideiußor quid præſtare debet?

Licet vero in omnibus obligatiõibus fideiuſſores aſſumi poſſunt, oblatum etiã fideiuſſorem recipere quiſcꝫ tenetur, alioq datur cõtra eum iniuriarũ actio, tam ei a quo exigitur, quã illi qui vt fideiuberet, eſt cõductus. Nihilominus de Iure obſeruatur, qđ miles, clerici, & fœminæ, fideiubere nõ poſſunt: niſi renuncient ſuis Priuilegiis. Item ſeruus, quia Iuri ſtare nequit. Item ille qui nullas, vel paruas poſſeſsiões habet. & omnes illi qui de Iure, vel facto in Iudicio cõueniri nequeunt. Item cauilloſi, & rixoſi, aliocꝫ migraturi a fideiuſsiõe reiiciuntur. Nam fideiuſſor omnino pręſtare debet ſtipulata. Nec ſe ſolum verum etiã hæredem obligat. Quod ſi ipſemet reo ſuccedat, nõ iã vt fideiuſſor, verum vt hæres & ſucceſſor rei eſt cõueniendus. Illud eſt familiare, quod põt fideiuſſor præcedere obligationẽ, vel ſequi. Qui qdem exilio, aliaue calamitate rei. ſeſe tueri nõ poteſt, quominus fideiuſſum præſtet.

In criminali cauſa fideiußio locum non habet.

Attamẽ pro maleficio fideiuſſor accipi nõ poteſt, ſi capitali pœna, nõ pecuniaria multa plectendũ ſit: ad pœnam enim capitis, nec etiã ad duriores conditiões fideiuſſor obligatur quã ſuus principalis.

Si creditor pro eodẽ debito & pignora et fideiußionẽ accepit.

Quod ſi creditor pro eodẽ debito, & pignora, & fideiuſſorẽ accepit: licet ſi malit fideiuſſorem cõuenire pro ea pecunia pro qua ſe obligauit, ſed Ius pignorũ in eum transferre debet: niſi forte in alia cauſa eadem pignora & hypotecas habeat obligatas. tunc enim nõ prius trãsferet omnia pignora, quã omne debitũ ſibi exoluatur.

Si plures fideiubeant

Quod ſi plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli tenentur in ſolidum, etiã ſi de eo nihil ſit in obligatiõe expreſſum. Itacꝫ liberũ eſt creditori, a quo volet ſolidum petere: præſertim ſi cæteri tempore litis cõteſtatæ ſoluendo eſſe nequeãt: niſi in obligatiõe vnus quiſcꝫ tãtum pro rata parte cauerit.

Si fideiußor pro Reo ſoluat.

Quod ſi fideiuſſor pro Reo, aliiſue fideiuſſoribus ſoluat, ipſos vna ſecum ab Actore liberat: ſed tamẽ recuperãdi expenſi cauſã habet cum eo eiſue mãdati, & quaſi ſocietatis Iudicium.

Fideiußor an ſit conueniendus prius, quã Reus? uel contra.

Modus cõueniendi et euincẽdi fideiußoris.

Tametſi vero ratio iudicet, vt præſente Reo fideiuſſor non cõueniatur, prius quã Reus ſiue in totum ſiue in partem minus idoneus reperiatur: nihilominus vſus obtinuit, vt ſi a Reo primum petas, fideiuſſorem omiſiſſe videare. Si aũt fideiuſſorem cõueniſti, ipſo poſtulãte, Iudex ei tempus definiet, intra quod ſibi cõueniat Reum: ipſum tamẽ fideiuſſorẽ in ſubſidiũ a cauſa nõ liberando. quod

ran do, quo tempore tranſacto, interceſſor acceptis a fideiuſſore ſuo Actionibus, vel alioqui ſi nõ fuerit ſoluendo, ipſemet obligatiõi ſatisfaciet. Certe ſi obligatio in eſſentialib. ſui partibus nouata eſt, fideiuſſor liberatus eſſe nõ dubitatur: multoq; minus vel Notarius, vel teſtis inſtrumenti ex fideiuſſiõe obligatur. Sed neq; mandator obligatur, ſi creditor pignus a debitore, vt ei mandator iubebat, nõ accepit: formã'ue fideiuſſiõis nõ ſeruauit. In ſtipulatiõibus etiã fideiuſſorum quæcumq; ſcripta ſunt, videntur omnia ſolenniter acta eſſe.

Qui creditori mandauit ut crederet, quo caſu nõ obligatur.

ARTICVLVS I.

De debitorum fideiuſſorũq; & creditorũ mutuis obligatiõibus, debitorũq; per illos ſolutionibus: necnon hæredibus, vel ſubditis fideiuſſorũ: deq; verbalium fideiuſſionum valore, & præſcriptione.

Iudicato ſatisfiat, vel fideiubeat. L. I.

Quæ Libro 4. Capitulo 22. de Condemnatis videatur.

Si fideiũſſor dicat ſoluiſſe debitorẽ creditori. Lex ij.

Kazim. Viſl. 1368.

29. Nicolaus Matiæ mutuauit decẽ Marcas, pro qbus Matias Laurentiũ dedit fideiuſſorẽ. Et poſt aliquot dies idem Matias debitor ipſi Nicolao creditori in abſentia Laurentij fideiuſſoris eandem pecuniã exoluit, & ut debuit, reſtituit. Tempore uero procedẽte prædictus Nicolaus creditor Laurentiũ fideiuſſorẽ præfatum traxit pro dicta pecunia ad Iudiciũ, ſeu ad cauſam. Et quia idem fideiuſſor in Iudicio cõſtitutus aſſerebat prædictã pecuniã per Matiam debitorẽ principalem fuiſſe perſolutã: Nos in tali caſu decernimus probandam factam fuiſſe ſolutionem.

¶ Quod ſi debitor creditori partẽ debiti ſoluat, fideiuſſore neſciente: ad reſiduum tamẽ debiti obligatur.

Ex ſtatut. Mazou. 1407.

Præterea damnoſa cõſuetudo in Terris noſtris ſeruabatur, quod cum aliquis pro
81). pecuniarũ vel aliarũ rerum debito fideiuſſor extiterat. Et ſi principalis debitor aliquã partem eiuſdẽ debiti ſuo creditori exoluerit, in abſentia fideiuſſorũ eiuſdẽ, ipſo facto ipſe fideiuſſor ab ipſa cautiõe fideiuſſoria fuerat abſolutus. Ideo eandẽ cõſuetudinem excludeñ. Statuimus quod quãuis in abſentia & ſine ſcitu fideiuſſorum ipſe debitor ſuo creditori de aliqua parte ipſius debiti ſatisfaceret, nihilominus dictus fideiuſſor ad ſolutionem remanentiæ ipſius debiti ratione ſuæ fideiuſſoriæ obligatur.

Fideiuſſor cõuincit principalẽ. Lex 3.

Kazim. Viſl. 1368. Si principalis citatus debitũ negat, fideiuſſor ſi erant 20. Mar. ſolus, ſi 40. met ſecũdus, ſi maioris quantitatis mettercius iurabit. Et qđ fideiuſſor equũ, uel bouẽ, alias ue res ſui principalis obligare prohibetur: alioqui ad damni reſtitutionem tenetur.

Præterea Statuimus, quod quilibet fideiuſſor illo negãte pro quo fide
38. iuſſum fuerit, ſi debitum fuerit xx. Marc. ſolus: Si uero fuerit 40. metſecundus: In maiori uero pecuniæ quãtitate mettercius ipſum debitũ pro quo fideiuſſum fuerat, fideiuſſor, & duo alij firmabũt proprijs iuramẽtis. ¶ Etiã Decernimus quod nullus fideiuſſor pro illo pro quo fideiuſſit in Iudicio equum, & bouẽ obliget: alias ſi obligauerit, ad reſtaurationem damnorũ principalis debitor procedet, ſi præſertim proceſſerit de eius uoluntate.

Si reꝰ nõ ſoluit, fideiuſ. qđ agit. Lex 4.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Principali debitū non ſoluente, pro Termino fideiuſſor non debet damnū ſuſtinere,

Eſt eiuſdem mentio libr. 1. capi 16 de Ciuibus articulo 9.

Debitū paruum ſi fuerit, pign9 ad diſtrahendum: ſi magnum, poſſeſſio debitoris per fideiuſſorē creditori concedatur.

Quia ex facilitate obligatiōis ad magna damna plærūq; homines deueniunt, Iure tenendū eſt, Quod ſi quis fideiuſſit pro aliquo ſuo amico pro certa pecuniæ quātitate alicui Ciui, uel alteri cuicūq;, cuiuſcūq; ſtatus uel conditiōis exiſtat: Illo tunc nō ſoluente, in Termino adueniente, & tempore ſtatuto, fideiuſſor nō debet propter hoc ad hoſpiciū ſeu diuerſoriū ſubintrare, aut aliqua damna facere in deſtructionē nō ſoluentis. ¶ Sed ſi eſt paruū debitum, detur ei pignus, & diſtrahatur. Si aūt magnū, poſſeſſio debitoris pro ualore debiti per fideiuſſorē apprehendatur, tradatque illi cui debitum dare tenetur. 38.

Hæredes fideiuſſoris minorēnes citati reſpondent. Lex v. Quam uide Folio 471.

Kazimirus Viſliciæ.

Sed Villanus pro pœna, obligatiōe, ac fideiuſſione Dñi non pignoretur. Lex vi. Quam uide Folio 338. 39.

Sigiſm. Crac. 1540

Sed fideiuſſio uerbalis pro reb9, ſummis pecuniarijs, aut contractib. niſi ſit libris Actor. publicis inſcripta, poſt annum & 6. hebdomadas euaneſcit.

Et tamē fideiuſſio uerbalis extēditur in ſucceſſores, ſi pro ea pater fuerat citatus, dū uixit. Ipſa tamē fideiuſſio uerbalis ad res immobiles, fundū uēdendum, uel reſignandum ſeſe nō extendit

Fideiuſſiōis verbalis præſcriptio. L. 7.

Sæpe fieri edocti ſumus multas contentiōes & cōtrouerſias exoriri inter ſubditos noſtros ex eo, quia fuit incertū, quo ad robur habitura eſſet cautio uerbalis per fideiuſſores uerbotenus facta. Volentes igitur eā dubietatē declarare, Statuimus Cōſiliarijs & Nuncijs Terrarū ita petentibus, & cenſentibus, ut huiuſmōi fideiuſſiōes uerbotenus factæ, pro rebus, ſeu ſummis, & cōtractibus quibusuis, nō ulterius robur firmitatis obtineāt, duntaxat per unū annū & ſex hebdomadas, quibus currētibus huiuſmōi fideiuſſiōes per illoſmet fideiuſſores ad Acta Caſtreñ. Terreſtria, ſiue noſtra Regalia inferātur, aut corā nobis recognoſcātur. Tunc enim ſic ingroſſatæ robur debitæ obtinebūt firmitatis ſecundum Terrarum, & Iurium Caſtreñ. conſuetudinem.

ARTICVLVS II.

De Contractibus filiorum familias, ac Fideiuſſoribus ex Ludo illicitis.

PRÆFATIO.

Libido iuuenum coercenda.

Quanta mala ex prodigalitate iuuenum in Remp. deriuantur

In Rep. noſtra opus eſſet cōuiuiorum, ac ueſtium, & id genus ſumptuum Cenſorib. qui Duronios luxu perire uolentes compeſcerent.

Quia libido iuuenū nihil nō licere ſibi putat, facultatūq; affluentia ad ſcelera accenditur: idcirco legibus quoq; noſtris interminatū eſt, ne ſumptus ac prodigalitas illorū, vel parentib. vel fratribus, vel fideiuſſorib. vel ipſiſmet adoleſcentibus omnino fraudi fiant. Cum enim ab ipſis neceſſarijs ſuis adiumenta luxui ac ſceleribus ſuis ſperent atque petant, æquum omnino eſſe videtur, vt ab illis ipſis nihil referant ac lucrentur. Quod aūt prodigalitas, & alieni cōcupiſcentia agmē omnium malorū in vitā mortaliū inferant, notius eſt ex quotidianis exēplis, quā vt dici oporteat. Tales enim ſemper ad res nouādas intenti ſunt, vt ſcilicet aliena clade ruinas patrimonii ſui expleāt: & vt habeant quod ſemper dent, ſemper locupletibus inſidiātur: ſeditionūq; capita facti, vel Respub. præcipitāt, quo inter imbecilliores Tyrannidē ſuam poſt ea cōfirment: vel ſi ita res poſcat, malunt, vt cōmuni omniū rerum potius, quā priuato incendio cōflagrent. Quod qdem ne in Repub. Romana vſu veniret, notatus eſt a Cenſorib. Duronius quidā, quod legem de coercendis cōuiuiorū ac veſtium ſumptibus latā Tribunus plebis abrogauerat: ita inquiens, Freni ſunt nobis iniecti Quirites nullo modo perpetiendi,

conſtrictiq;

cõſtrictiq; ſumus amaro ſeruitutis vinculo, Lex enim lata eſt, quæ nos iubet eſſe frugi: abrogemus igitur iſtud horridę vetuſtatis rubiginæ obſitum imperiũ. Eteni quid opus eſt libertate, ſi volentibus luxu perire nõ licet? hæc ita Duroniũ dicere ſolitum accepimus. Nõ intelligebat ſiquidẽ ille bonus vir, quod male viuitur in Repub. in qua nihil licet: peſsime, in qua quitquid cuiq; collibitũ ſit, liceat impune. Ignorabat etiã, quia libertas poteſtas eſt viuendi rectæ ratiõis iudicio. Quod quidem ſi ita eſt, indulgere voluptatibus corporeis erit ſeruitus bono viro nõ ferenda. Si enim affectus corporei regnãt, animus ſuo imperio excidit, nõ ſecus atq; cũ aurigã quadrigæ effundãt in præceps. vt aũt frugalitas cos eſt ad virtutem, ita in ſymposiis, ludis, atq; iocis, aliisq; luxus ancillis huiuſmodi, nõ ſolum temporis rei omniũ cariſsimæ, facultatũq; iacturam facimus, verũetiã omnium bonorũ animi, atq; corporis naufragiũ nullis æſtimandũ mercibus, tanq; ad ſcyllam, patimur. Nihilominus tamẽ quia homines ſumus, & nihil humani a nobis alienũ putare debemus, vt ait noſter Terentius: moderatis & bono viro nõ aſpernãdis gaudiis, tum demum vt ſomno, locus erit, cum ſeriis negotiis defatigamur, vel potius fecerimus ſatis. Seriorũ aũt negociorũ multiplex mediusfidius materia ſeſe aperit, ſiue quis animũ ſuum pro eo ac diuinus eſt, diuiniſq; cibis paſcitur, ad cognoſcendũ colendũq; ipſũ n vniuerſi parentẽ ac moderatorẽ Deum, in vſusq; Reip. futuros excolendũ deſtinet: ſiue corpus exercitiis honeſtis, & patriæ neceſſariis aſſuefaciat: aut ſi poſtremo ipſas etiam facultates ſibi ſuorũq; vſibus neceſſarias quærere incipiat. ita enim fiet, vt vita hominis guſtu cœleſtiũ delibuta, vitã beatam in hoc etiã corporis ergaſtulo viuere incipiat: meritis quoq; in Rempub. & patriã ſuam tantum laudis & gloriæ cõſequatur, vt in hac varietate fortunę quęcumq; tandem cõtingat, iucundũ tamẽ lucis huius fructum ſibi eſſe putet: præterea corpus ſanum exercitio ad iuſtã ſenectutẽ perducat: ac poſtremo præter tot tantaq; meritorũ ſuorum decora liberis ſuis externarũ facultatũ etiã paret pręſidia. Quæ ſingula cum vel mediocriter obire cœperit, tunc vero experietur vitam hominis, ſi longiſsima etiã cõtingat, breuem admodũ videri: tantum abeſt vt aliquid eius in ſymposia, ludos, atq; iocos decidat. E regiõe vero ſi breuiſsima etiã periodus ipſius vitæ detur, longa admodum eſſe videatur, ſi illius vſurã in res nihili, aut aperte malas quis impendat. Bene vero iniicitur capiſtrum adoleſcentũ cupiditati, ſi ſtatim a puericia iis ſtudiis ad quæ vel naturæ bonitate, vel inſtituto paterno ſponte ſua propendent, mãcipentur, formentur, & ſumma diligentia aſſuefiant. Quãto enim quiſq; illorum meliore ſit ingenio a natura, tanto pernicioſior Ciuis futurus eſt, ſi malã, vel ſuæ naturæ contrariã ac repugnãtem inſtitutionem fuerit ſortitus. Derelicto ſiqdẽ naturæ ſuæ cõtrario ſtudio, ad id tandẽ quo propendet violenter reuoluitur. ita ſæpe fit, vt niſi iuſtus ingeniorũ Iudex ac æſtimator culturã cõpetentem adhibeat, ingenioſi ſtatim ad homines circumueniendos, fortes ad vim, liberales ad prodigalitatẽ, moderati ad torporem & ſegniciẽ, alacres ad ſymposia, aliiq; ad alia virtutibus proxima vicia deflectãt. Quocirca ſi parentes, ſi deniq; Reges ſuas Respub. eaq; omnia bona quæ Rerump. appellatione veniunt, ſalua fore, & quodã modo poſt mortẽ ſuam ſempiterna manere volunt: permagni eorum curare refert, quibus nã artibus quiſq; iuuenum (qui ſunt Reipu. ſeminaria) ſtatim ab ephebis imbuatur: nõ ſecus atq; agricolarum intereſt, quod genus ſeminum alicui agro cõmittant: vel mangonum, quã culturam & exercitationẽ alicui equo adhibeant: ſi vtiq; volunt alteri vt ſeges ex agris, alteri vt precium, vel vſus equorum votis ſuis atq; expectatiõi reſpondeant.

Libertatis ſacrũ nomen ſæpe ab improbis licẽtiæ prætexitur

An nihil, uel omnia in Rep. licere debeat?

Libertas ac ſeruitus quid ſint?

In ſymposijs naufragium omniũ uerorũ bonorum tanquã ad ſcyllam accipimus.

Quodnam tẽpus, & qui modus gaudiorum eſſe debeat?

ſeriorum negociorũ materia multiplex, parque utilitas.

Erga Deum.

Erga patriam.

Erga ſe ſuosque.

Studium bonarum rerum pro capiſtro adoleſcentibus eſt iniiciendum.

Bona ingenia perniciosſima ſunt, ſi legitima cultura deſtituantur.

Parentum ac Regum intereſt curare, ut iuuentus recte inſtituatur, ſi Remp. ſaluam manere cupiunt.

Parentes luſorũ filiorum Contractibus non tenentur. Lex I.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368.

Parẽtes nulla damna ludorum, uſurarum, aut mutuationũ, ſeu contractuũ exoluent pro filijs in ſua poteſtate conſtitutis.

25. Vt noxius ludus taxillorũ abiciatur, per quẽ ſæpius iuſti patres propter filiorũ exceſſum de bonis ſuis pellũtur, & abſq; ipſorũ cõmeritis ad nimiam de-

ad nimiā deducūtur paupertatē: Statuimus, ut ſi filius quiſquā utriſq; parentibus uiuis & ſanis ludo amiſerit aliquā pecunię quantitatē, prędicti ludentis parentes nō tenebuntur ipſi Victori pro ſuis filijs, uel filio, ad pecuniæ perluſæ ſatisfactionē. Idēq; dicimus de Iudæis, ſi mutuarent pecuniā tali filio ſuperſtitibus dicti filij parētibus & ſanis. Quod uidelicet eius parentes nō teneantur de mutuo, nec aliquo modo cōpelli debeant, nec poſſunt: ſic etiā dicimus de omni Contractu inito cum filio familias, quod nō ualet, cum ſit in paterna poteſtate cōſtitutus (iuueturq; Senatus cōſulto macedoniano) ꝓpterea quod nō habet alicuius rei dominiū, uel aliquam poſſeſsionis traditionem.

Idem libro 1. cap. de Iudæis.

Neq; luſor neq; fideiuſſor eius obligātur. Lex ij. 25.

Kazim. Viſl. 1368.

Qui ludit taxillos ad præſtandū, & ſi uictus fuerit ad ſatisfactionē uictori nō tenetur, nec ipſum poterit admonere debiti, neq; fideiuſſorem fideiuſſi, tantominus uerbis probroſis adficere. alioqui pœnā duplicē ſoluet monitor, hoc ita fit ideo ut ſtudia & opes militarium uiror. non in dedecus, detrimentū, ac ſcelera: ſed ad dignitatē, defenſionē, uirtuteſq; in Repub. promouendas inſumantur.

Ad pręcludendā luſoribus taxillorū malicię ſubtilitatē, qui cōſueuerunt cū inebriatis, aut ad iracundiā prouocatis, & deductis nouā taxillorū ludi formā adinuenientes, ſuper credito, aut obligandis rebus etiā, & impignorādis quibuſuis pecunijs, equis, bonis, & hæreditatibus ludere, eoſq; ſibi debitores taliter facere, ſpoliare bonis, & malicioſe amouere. Qui tandē ſic ludis exuti, & ad inopiā deducti, ut plurimum ad uicia deteriora labūtur: propter quæ ultio Iudicialis iuxta ipſorum cōmerita a nobis cōſueuit in talibus exerceri. Quare ad hoc malum euitandū, quo præſertim noſtri Nobiles rebus abundātes, ſtrenuitati dediti, pro defenſiōe Regni fortius peruigilēt, Decernimus, quod deinceps nullus Terrigena noſter cū alienigena cuiuſcūq; ſtatus aut cōditiōis exiſtat in Regno noſtro ludat taxillos ad præſtā, aut creditū, ſeu credentiā: Sed tantū modo pro pecunia parata. Quod ſi quiſpiā contra hoc Statutū uenerit temerarie, ipſo Iure nō ualeat creditū, nec ad aliquā ſolutionē, ſeu ſatisfactionē Victus Victori tenebitur, nec fideiuſſor datus ab ipſo uincente poterit pro debito cōueniri. Si quis uero cōtra ueniens Statuto, proq; pecunia ſic credita acriter monuerit ſuū debitorē, cum uerbis turpibus, uel eius fideiuſſorē: quotieſcūq; maledixerit & improperauerit pro debito prælibato, totiens illi pro ſua uerecūdia pœnā pyathnadzyeſta ſoluet, & noſtro Iudicio nihilominus aliam ſimilem pœnam pro inobedientia aſsignabit.

Kazim. Magnus Viſlicię 1368.

ſi filius nō emancipatꝰ ludit ac perdit aliquid: ex ſua ſorte defalcatur. Porro qui ludit cum filio non emancipato, pro equis & alijs rebus, nullum Ius inde acquirit. cum enim negocijs libero ac bono uiro dignis defatigamur, ludi tantummodo conceduntur ſolatij cauſa.

Si filiꝰ ludit ac perdit aliqd. Lex iij.

Filius nondū emācipatus, in paterna cōſtitutus poteſtate, nec a fratribus diuiſus uel ſeparatus, ſi globos, uel teſſeras, aut quēlibet aliū ludū 28.
damnoſum ludendo, aut alia exercendo, aliquid perdiderit: talia omnia & ſingula per ipſum deperdita uolumus & decernimus, quod in ipſius partem ſeu ſortē cōputentur. ¶ Nihilominus tamē decernētes, quod ſiue taxillis, aut ſcacis, uel in quibuſcūq; alijs ludis lucroſis ipſis ludentibus pro pecunijs, equos, aut alias res lucratas, ſeu in huiuſmodi ludis acquiſitas, mutuos fideiuſſores interpoſuerit, monendi, requirēdi, petēdi, ſeu uen-

di, ſeu uendicandi, nõ obſtante qualibet fideiuſſoria cautiõe, ſeu obligatiõe, penitus nullũ Ius ex prædictis ludis ſit acquiſitũ. ¶ Sed duntaxat quoſlibet ludos habere cõcedimus, & uolumus, gratia temporis deducendi, & cauſa ſolatij, & exercitij habendi.

Quod ſi quis amic⁹ amicũ ludẽdo, ſeu iocando uulnerauerit, pro uulnere ſatisfaciat. Lex iij.

Quam uide Lib. j. Cap. jſ. Art. ſ. & 6. de vulnerib. & homicid. Nobiliũ.

Nobilis quando fideiuſſores nõ ſiſtit in cauſa criminali, captiuetur. Lex v.

Ex Priuil. Iagell. Iudlnen. 1433.

Quam Libro j. Capitulo jſ. Articulo quarto vide.

De fideiuſsiõib. vero ex dãno illato cõtractis. Lex vi.

Quam uide xi. Capit. Articulis iij. iiij. v. vi.

CAPITVLVM IX.

De Literarum obligatione.

PRÆFATIO. Cur obligationes in Literas referantur?

Sed ne Contractus hominũ vel obliuiõe, vel diſſenſiõe, vel peruicatia contrahentium facile irritentur: eoſdẽ in Literas referre ſolemus. Quarum quidẽ teſtimonio & auctoritati ita ſtatur, vt ſemel cõſcripta fruſtra quis vel vi prærumpere, vel argutiis circumuenire, vel negatione peſſundare conetur. Alioqui

Actorum Libris niſi geſta fideliter inſint,
Et fido calamo diuiderentur agri.
Communis ſtatim cunctos inuolueret error,
Et male confuſum, tum ſine luce chaos.
Mox pugnæ, cædes, furor armatusq́ colubris
Inde cierentur, concuterentq́ ſolum.
Quanta fides ergo ac uigilantia debet ineſſe
Actorum Scribis, Iudicijque foro?

Quos quidẽ verſiculos ego cũ nuper Notarii Cracouieñ. Officio fungerer ex tẽpore dictaui, et Actis vt vocãt, Terreſtribus libenter præfixi. Porro Literarum quæ pariunt obligationẽ duæ ſunt ſpecies. Quædã teſtantur debitum eſſe contractum, & dicuntur Syngraphæ. Quædã vero debitũ ſolutũ docent, & dicũtur Apogæ. vtræq́ aũt a publica perſona ſcribẽtis capiunt auctoritatẽ, & pondus. Nam priuatis Literis in noſtra gente adeo nõ creditur, vt ex chirographo etiam non niſi ad decẽ Marcas pecuniȩ Nobilis obligẽ tur. Hoc nimirũ cõſilio, ne rerum dominia facile a militaribus viris alienentur. Inter Mercatores vero, quia & ipſi publicũ officium gerere videntur. & chirographis. & rationariis eorum fides habetur: quaſi nihil in eis ſine expreſſo ac vtili contrahentiũ cõſenſu geſtum eſſe præſumatur, vt ſupra diximus. Sed & publicæ Literæ vt ſint efficaces ad gignẽdam obligationẽ, neceſſe eſt, vt cõtineant res quæ honeſtati, legibus, & cõſuetudini nõ aduerſentur. quibus etiã teſtes ſubſcribi mos eſt, nec reuocãtur niſi præſtitione ſoluti, aut ſaltem conſenſu creditoris: aliiſque modis, quibus cæteras obligationes ſolui ſuperius admonuimus.

Publicarum Literarũ duæ ſunt ſpecies.

Priuatæ literæ chirographa & Mercatorũ rationaria quo loco?

Publicæ literæ de quibus etiam rebus ſint conficiundæ: & qua ratiõe reſcindantur?

XX ARTICV-

ARTICVLVS I.

De Iure, quod ſe aliquis habere credat, vtendo: deq; Literis ac Priuilegiis Terreſtrib. corā Capitan. nō reponeñ. interpretādis, culpatis, ad Acta nō inſcribēdis: itē in Limitatiōe bonorū nihil valituris, & Iudęis nō dandis.

Iura abuſu euaneſcunt. Lex I.

Reſ. M. Viſl. 1368.

Secundū patrum ſanctorū Decreta Lex decernit illos amitere Priuilegij auctoritatem, qui conceſſa ſibi nō utuntur poteſtate. 23.

ITAQVE omne Ius etiā hæreditariū, p[r]æſcriptiōe, put ad quālibet perſonā, rem, vel Actionem, pertinet extinguitur. Vide de ſingulis Præſcriptiōibus ſuis locis, & præſertim Capitulo ſequenti.

¶ Iura abſq; poſſeſſione poſt tres annos inutilia.

Ex ſtat. Duc. Maz. Sig. Varß. 1536.

Quicumq; habuerit aliqua Priuilegia, Iura ſeu munimēta, ſiue etiā Inſcriptiōes, & lapſus perpetuos, in qualibuſcūq; ſummis ſuper bona aliqua hæreditaria. Et ſi 39.
infra tres annos a data huiuſmōi Iurium & Inſcriptionū perpetuarū, ſiue a lapſu perpetuo nō apprehēderit poſſeſſionē dictorū bonorum, neq; ſe per Miniſterialem Terreſtrem in eadē bona intromiſerit, ac ipſa bona realiter & in effectu non poſſederit: Talis ab huiuſmodi Priuilegiis, Iuribus & Inſcriptiōibus quibuſcumq; perpetuis cadet, & tam Iura prædicta, quā etiā ſummas pecuniarum in eis contentas amittet perpetue, & in æuum.

Literas corā Capitan. ne ponas. Lex ij.

Sigiſ. Crac. 1532

Ad reponendas literas coram capitaneo ſuper bona hæreditaria nemo cogitur.

Querela ſubditorū noſtrorū permoti, qui ſe plerūq; grauari ſentiunt, cum per bonorū Regaliū Tenutarios ſeu Capitaneos ad exhibendū Literas ſuper bona eorū hæreditaria, & perpetuā illorum proprietatē, eo prætextu tanq; bona ipſa Regalia eſſent, adigūtur: Decernimus & Statuimus, ut nemo Capitaneorū ſeu Tenutariorū noſtrorū aliquē ex Regni noſtri Incolis ad exhibendū huiuſmōi Literas cōpellere audeat, niſi ipſe Capitaneus uel Tenutarius indiciū certū, uel Literas quaſcūq; habuerit, ex quibus bona illa eſſe noſtra Regalia & nō hæreditaria conicere poſſit. In tali enim caſu poſſeſſor bonorū illorū ſuper ſua proprietate Literas exhibere & producere teneatur.

Sigiſ. Petr. 1538.

Literas & priuilegia nemo ponet ſuper bonis, quæ hæreditaria putata ſunt, niſi doceretur omnino bona Regalia eſſe, alioquin res antiqua et perplexa ad conuentum remittatur.

Idē poſitum eſt. l. 2 ca. 1 a. 4 de literis una cum alijs infra poſitis.

Similis.

Ad Literas & Priuilegia reponenda ſuper bonis, quæ hæreditaria putata ſunt, nemo cogi debet, aut poterit, niſi in cauſis manifeſtis & claris, quādo doceretur ſufficiēter Regalia bona omnino eſſe. Vbi uero res eſſet nimiū antiqua, perplexa, & dubia: tum negociū tale, & cauſam non alibi, quā in Cōuentu Reg. generali cū Cōſiliarijs noſtris iudicabimus.

Quod aūt Libri ſeu Regeſtra Cancellariæ ad probandū ſuper bona Regalia nihil ualent, & quid ſit Libris Cācellarię inſcribendū, deq; taxa ſeu æſtimatiōe Literarū Regiarum in Cancellaria ſoluenda. Vide Folio 202.

Si falſitas Literis obijcitur. Lex iij.

Sigiſm. Crac. 1532.

Vt deinceps calumniarū iniquitas & periuriorū licentia refrenētur, & cohibeātur, ſtatuendū duximus & Statuimus præſentibus, ut qui in Iudicio Literas parti eius aduerſę de falſitate ſuſpectas producit, parte cōtendente, & poſtulante: Actis Iudicialib. Terreſtrib. illas cōprobare teneatur, ad quæ Acta, cum producens Literas ſe retulerit, ac remitti poſtulauerit, dari illi debet Dilatio ad primos Terminos Terreſtres, actionem introductā immediate conſequeñ. In quibus ſi docuerit Literas ſuas eſſe in Actis, cōprobare illas aliȷs modis probationū nō teneatur. Cū aūt producens Literas Actis Terreſtrib. probare illas nō ſuffecerit, in hoc caſu nominare ibidē is ipſe producens teneatur decē & octo teſtes Nobiles poſſeſsionatos, bonę integręq́ fidei & famæ uiros: ex quibus per eum qui ſuſpectas de falſitate aſſerit eſſe Literas uiri ſex deligentur. Qui ſimul cū ipſo produceñ. eiuſmõi ſuſpectas Literas iureiurañ. illas non eſſe falſas, ſed legitime ex Actis Iudicialib. emanatas cōprobare debebūt. Si uero producens Literas Actis illas ueras & legitimas eſſe probauerit, ille tum demū qui temere falſitatē Literis obiecit xiiij. Marca. pecun. cōmunis pœna parti applicāda puniatur, & ultra hoc in tribus Mar. pec. Iudicio ibidē ſtatī ſoluēdis cōdemnetur. Vbi uero Acta & Libri Iudiciorū nō extarent, ſiue incendio abſumpti, ſeu ui ac iniuria hoſtili, uel quocūq́ alio fortuito caſu deperditi: ſatis eſſe cenſemus, ut in eo caſu Literas de falſo ſuſpectas probet quiſq́ & purget ſecundū cōſuetudinē antiquā, hoc eſt, ſuo & duorū teſtiū Nobilium poſſeſsionatorum bonæ ac nō inculpatæ famæ corporali iuramēto. Ad obuiandū uero futuris falſitatibus, Volumus & Decernimus, ut Notariȷ Terreſtres omnes Literas Iudiciȷ Terreſtris manibus propriȷs ſubſcribāt. Literas uero Caſtreñ. ſubſcribāt, uel ſoli Capit. uel eorū Iudices Caſtr.

Cum aūt aliquis obȷcit falſitatē literis pducentis, Libris actorum Terreſtrib. eaſdē uel alioqui, ſiue in Actis nō ſint, ſiue Acta cōbuſta fuerint, cum Teſtib. uerificat producens.

Quare Notariȷ Terr. Capitanei uero, uel eorū Iudices Literas Caſtren. ſubſcribant.

De eo latius lib. 4. ca. de Offic. Collegarum Iudiciȷ pacto Iudicio

Sigiſm. Petr. 1538.

Literis ex Libr. Terreſtr. extractis, nil ꝓbatur. Lex iiij.

Ad pręcludendā uiam dolis in detrimentū hominū excogitatis, Decernimus, ut Literæ ad Libros Terreſtres inſcriptæ, et poſt ea ex Libris denuo deſcriptæ, nō aliter in Iudiciȷs faciant fidem, niſi, cum originales fuerint productæ.

Similis.

Sigiſm. Crac. 1539.

Multas & magnas ſæpe fraudes admitti cognouimus, dum quidam adulteratas Literas profereñ. ut hæ in Libros Terreſtres inſcriberētur, obtinuerant, quę ſimul atq́ inſcriptę fuerant, exemplar ſibi periȷſſe fingeñ. exemplū ex Actis Terreſtribus dari poſtulauerūt: atq́ eo tanquā robur & auctoritatē habeñ. intrepide utebantur. Quare fraudi huic & calliditati obuiā uenire uoleñ. Statuimus hac lege noſtra, deq́ Senatorū & Conſiliariorū noſtrorū ſentēcia: ut nullæ deinceps Literæ in Libros Terreſtres inſcribātur, niſi quæ in aliȷs Libris Terreſtrib. inſcriptæ eſſe probari poſsint. Si enim quas inſcribi qs cupit, quæ quidē alibi inſcriptæ non re-

Literæ ergo niſi antea fuerint aliquibus Actorū Libris inſcriptæ, in Acta etiam Terreſtria non inſcribantur.

ptę nõ reperiantur, eas inſcribi uetamus. Quod ſi contra hãc Conſtitutionẽ inſcriptæ fuerint, eiuſmodi Literas nullũ pondus habere uolumus. Cæterũ quę Literæ alicuius Inſcriptiõis ex Libris Terreſtribus deſcriptæ ſint: ut non niſi ante acceptæ Literæ, ut fieri ſolet originaliter factæ, in Iudicijs fidem faciant, decernimus.

Sigiſm. Grac. 1538.

Literæ qualiter ſũt interpretãdæ. L.v.

Priuilegia publica & priuata nõ debent interpretatiõe aliqua in alium quam ſonant ſenſum uerti, ſed ita ut in ſuis tenoribus ſcripta ſunt, & non aliter intelligi debent.

Quid generaliter ſentiendũ eſt de generalitate uel ſpecificatiõe in Priuil. et Inſcriptiõib. cõteta. Fol. 381. uide

COMMENT.

De interpretandis Literis & Inſcriptiõib.

Quia omnes Contractus & Obligatiões ex cõuentione legem partibus imponunt, suntq; veluti matrices actionũ: in interpretandis illis parũ ciuile eſſe puto, niſi tota obligatiõe perſpecta, vna eius particula propoſita, iudicare, vel reſpondere. Sed & benignius Obligatiões ſunt interpretandæ, quo voluntas earũ cõſeruetur. Porro in ambigua voce ſcripti, ea eſt potius accipienda ſignificatio, quę vicio caret, pręſertim aũt cum voluntas obligatiõis ex circũſtantiis certa colligi poteſt. E contrario vero in fraudẽ obligatiõis ille mihi facere videtur, qui ſaluis obligationis verbis aut in alienã, proximamue ſignificationẽ detortis ſẽtenciã illius circumuenit, aut euertit. Fraus aũt obligationi tũc fit, cũ id fit, quod illa fieri vetat: vel cum non fit, quod illa fieri præcipit.

Quod aũt neq; bona Reg. neq; Nobilium ſecundũ Literas ſunt limitanda. Vide Folio 259. & 390.

An aliquis Iudæo Literis obligatur.

Vide Folio 361. & 364.

ARTICVLVS II.

De Inſcriptiõibus in fraudem oppreſſorũ per facinoroſos, ac etiã creditorũ per debitores factis: per falſatoreſq; recognitis: item per Procuratores neq; caſſandis, neq; recognoſcendis, pecuniiſue nõ tollendis. Et quod liberi homines in Actis Spiritualiũ, vel extra municipiũ ſuum poterint ſe obligare: verum tamẽ ad euitandas calumnias vulnera non Pręconi ſed Iudicio Terreſtri vel Caſtreñ Officio propinquiori oſtendantur.

PRÆFATIO.

Aliquorum ua fre eſt conſiliũ in alienandis facultatib9 ſuis.

Iudicium in recognoſcentis perſona nihil non ſcrutetur, ac uideas.

Atqui non ſemper vera neceſſitas cogit, fideſue ſyncera inuitat homines ad alienationẽ bonorum ſuorũ: multos enim reperias, qui quidẽ vt impune, vel ſaltem citra iacturã bonorũ ſuorum licentius mala faciãt, bona ſua amicis ſcelerũ ſuorũ conſciis, vel ad tempus, vel quaſi perpetuo obligãt, vt eadem rurſus patratis pro libidine, & ſi fieri poterit, etiã abolitis ex ſentencia ſuis facinoribus, repetant. Sũt, qui corã Iudicio ſuppoſitas perſonas ad recognoſcendas obligatiões ſibi in alienis bonis vtiles per fraudem ſiſtunt, bonorũ illorum veris heredibus inſciis, & nihil tale ſibi metuentibus. Proindeq; in Repub. noſtra legibus cautũ eſt, vt & Rei nihil doli atq; fraudis in ipſorũ bonorũ reſignatiõe interceſſiſſe iureiurando probent: & vt Iudices in cognoſcendis perſonis ſeſe obligantib. Argo etiã oculatiores ſint: vel vt alioquin Actoris & Iudicii circumuentores pœnis percellãtur. Qui quidem, aut ſimilis error, ne ſæpe cõtingat, vetitũ etiã eſt, vt ne Procuratores mãdatarii vel

datarii vel nouis inſcriptiõibus Dños ſuos onerent, vel veteribus ex„dant:quin ſoli tantũ Dñi nõ modo in municipiis propriis, verũ etiã in Spiritualiũ, aliarumue Prouinciarũ Iudicio ſeſe vtcũq; velint, obligent: obligatiões q; ſibi ſeruientes diſſoluant. Neq; hic comemoratu fuerit alienũ, quod debitores quoq; in fraudem ſuorum creditorũ res ſuas alienare Iure Ciuili prohibentur. Alioqui permittitur ipſis creditoribus, vt quod eis ex bonis per creditores alienatis legitime debetur, ex eiſdem bonis, & perſonis obligatis, quiue in ipſa bona locumq; earũ ſucceſſerunt, Iudicio perſequãtur. adeo enim prior obligatio ipſum debitorẽ bonaq; obligata tenet, vt opprimi poſteriore nequeat, quinetiã ſemper illi cedat, & tanq̃ in fraudem facta reſcindatur, aut ſaltem in alia bona perſonãue obligãtis transfertur, etiã ſi pater filiæ in dotem, vel filio in hæreditatẽ det eadem: præſertim verò ſi ipſe debitor primo creditori nõ eſſet ſoluendo. Hoc tamẽ certũ eſt. quia filius q̃ de bonis paternis nihil poſſidet, a creditorib. paternis cõueniri nequeat. niſi fortaſſe vt dicimus poſſideat aliqua bona paterna quæ ſibi fuerunt alienata in fraudem creditoris. Quæ q̃dem impoſtura cum vnã rem pluribus oppignoret, diſſimulando in poſteriore obligatiõe, quod eædem aliis pignori tenentur, iuſte crimen ſtellionatus in Iure Ciuili appellatur: nec niſi oblato prioribus creditoribus debito, eluitur. Sed ne quis calumniator vulnerũ quoq; ſuorum quaſi quandam mercaturã exerceat, noſtris etiã prouiſum eſt legibus, ne amplius a Pręconibus, verum potius ab ipſis etiã propinquiorũ Iudiciorum collegis vulnera cæſorũ cõſpiciantur, eorumq; teſtimonio vera fuiſſe vulnera cõprobentur. tantũ enim cædendorum hominũ libido, vaframent aq; & artes quærendarũ opum inter mortales inualuerunt. vt Legiſlatores in dies alia atq; alia eiſdem remedia quærere, & quaſi obices opponere pœnasq; pœnis cõmutare cogantur.

Procurator nihil nouum de Inſcriptiõib. domini ſui diſponat.

Ne debitores in fraudem creditorũ bona ſua alienent.

Vulnerum Mercatoribus itũ eſt obuiam.

Inſcriptiões in fraudẽ factæ quomodo probãdę. Lex I.

Sæpe cõtingit circumueniri ſubditos noſtros per
¶. Inſcriptiões bonorũ in fraudẽ eorundẽ, & in impedimentũ iuſticię cõtra delinquentes factas. Quapropter Statuimus, ut cum actio, & lis iudicialiter alicui intentata fuerit, pro quouis delicto: ſi reus ille reſignatione & inſcriptiõe bonorũ in Iudicio tutari ſe uoluerit, & ſi perpetua fuerit Inſcriptio, probabit eandẽ Inſcriptionẽ per iuramentũ cum ſex teſtibus ſuæ conditiõi paribus, quod nõ in fraudẽ partis, aut adminiſtrationem & executionẽ iuſticiæ, occaſiõe delicti obiecti, illã fecerit. Si uero ad certum tempus eadem Inſcriptio facta fuerit, cum duobus teſtibus nullo dolo factam eſſe iurabit.

Sigiſm. Crac. 1507

Si q̃s alteri9 nõĩe falſo recognoſc. L. ij.

Quia impunitas magna dedit hominibus in malũ propenſis ad falſitates & colluſiões admittendas audaciã, ut nõ uereantur per ſubmiſſas perſonas, aut in Iudiciis, aut apud Libros Terreſtres certas recognitiões nomine earũ perſonarũ quas ſæpe cõtingit longius abeſſe a loco Iudicii facere, & procurare, in detrimentũ, & perniciẽ ignorantiũ. Quam licentiam refrenare uolentes, Statuimus ut omnes tales ubi ſufficienti teſtimonio conuicti fuerint pœna Statuti de inuaſione domus Folio 278. expreſſa puniantur.

Sigiſm. Crac. 1538.

Huius mentio libr. 1. cap. 2. ar. 10. de Inuaſione domeſtica.

Procurator ergo nil de Inſcriptionibus diſponat. Lex iii. XX iij Statu-

Sigiſm. Petr. 1511. Repetetur lib. 4. ca. 5. de Procura ar. 4.

Statuimus ut Procurator ſiue ſit poſſeſsionatus, ſiue nõ poſſeſsionatus licet habeat ſufficiẽs ꝓcuratoriũ * Inſcriptiões tñ nec nouas faciat, nec de antiquis quietet, nec pecunias tollat inſcriptas: ſine præſentia ſui Principalis, ſeu Actoris.

Si quis in foro Spiritua. obligat ſe, pareat. Lex iiij.

Sigiſm Crac. 1543. Idem lib. 1. ca. 4. ar. 8. de cauſis Iudicij Spiritualium.

Etiam ad forũ Spirituale pertinet eorũ Iudiciũ qui ſe ſua ſponte in Spirituali Iure obligant, & inſcribunt.

Itẽ qui renũciat Terræ, proprioq; Diſtrictui: cogitur reſpõdere in Diſtrictu, in quo ſe reſponſurũ inſcripſit, tandem obtenta re iudicata, Capitan. ſub quo manet Victus, faciet executionẽ huiuſmodi perlucrorũ. Lex v.

Quam vide Libr. 1. Capit. 12. Articul. 27. de Executiõe rei Iudicatæ.

Vulnera Iudicio Terreſtri vel Caſtrenſi Officio oſtenduntur. Lex vi.

Quam vide Libr. 1. Cap. 15 Artic. 5. de Vulnerib. & homicidiis Nobiliũ.

CAPITVLVM X.

De Poſſeſsione ac Præſcriptiõibus.

PRÆFATIO.

Poſtquã ſuperioribus explicaui Capitibus, vt in tãta temporis anguſtia, feſtinatiõe, ac turbis me obruentibus potui: qua nã ratiõe ex Teſtamento, vel ab Inteſtatis, tum ex Contractib. res acquirimus: Supereſt, vt de reliquo acquirẽdi modo, Vſucapiõe videlicet, ſeu Præſcriptiõe agamus pari cõpendio. Quæ quidem duo quoniã ex poſſeſsiõe diuturna gignuntur, ac robur capiunt: res quoq; exigit vt eius definitio tractatiõi illorũ præmittatur.

Poſſeßio quid eſt?

Eſt igitur poſſeſsio Ius inſiſtendi rei corporali, quæ nõ prohibetur poſsideri.

Ad poſſeßionẽ quid requiritur?

Itaq; ad verã rei poſſeſsionẽ requiritur, vt rebus inſiſtamus, & quaſi pedem imponamus, iiſq; corporalib. Res enĩ incorporales, vt ſunt ſeruitutes, nõ proprie, ſed quaſi poſsidentur. Item dicimus, quę nõ prohibeãtur poſsideri, ad differentiã rerum publicarũ, ſacrarum, & pupillorũ quæ poſsideri nõ poſſunt: vel ad differentiã earum rerum quarũ poſſeſsiõe omnino prohibemur.

Poſſeßio Naturalis.

Eſt aũt poſſeſsio duplex, Naturalis, & Ciuilis. Naturalis eſt, quę qdem tãtum in præſens reſpicit Ius fructuum per ſe vel per alium percipiẽdorũ. ſicut videmus in vſufructuario, vſuario, fœudario, & aliis huiuſmõi qui tãtum naturalem ac præſentẽ poſſeſsionẽ fructuum habent, nõ proprietatis: niſi fortaſsis res nullius antea fuerit, & tum fiet propria occupãtis: præſertim ſi hæres eius intra Præſcriptiões nõ fuerit repertus. Et quamq; Naturalis poſſeſſor nequit ſe cõtra Ciuilem tueri: nihilominus ſi Naturalis poſſeſſor vi a vero Dño vſu bonorum ſpolietur, naturalem poſſeſsionẽ ab Officio Caſtreñ. recuperat prius, quã proprietatem ille adeat. Spoliatus enim poſſeſsiõe, ante omnia eſt in illã reſtituendus.

Amittitur naturalis poſſeßio.

Amittitur vero hæc ipſa Naturalis poſſeſsio, in rebus mobilibus, ſi res in aqua demergatur, ſi vi aut clam ſurripiatur, & ſi fera animalia euadendo noſtrã poteſtatẽ ad naturalem libertatẽ reuertãtur. nec diſsimiliter eadẽ poſſeſsio in rebus ſoli, inundatiõe, hoſtili ademptiõe, poſſeſſoris in Capite diminutiõe, & Iudicato aut vſu finito perditur.

Ciuilis poßeßio quid eſt?

CIVIlis aũt poſſeſsio diſtinguitur a naturali in eo: quia hãc habet proprietatis, emphiteuſeos, fœudi, ſoli Dñs: & is cuius bona occupãtur, cum abeſt. Hic

abeſt. Hic enim abſens amittit naturalem poſſeſsionē, ciuilem tamē retinet: quip-
pe quod cauſa retinens Ciuilis poſſeſsiōis, eſt ipſe conatus animi, quē aliqs reti-
net in mente, vt poſſeſsionem legitime ſibi ſeruientē de facto, vel naturaliter amiſ-
ſam nūc vel paulo poſt recuperet. Ideoq; hæc poſſeſsio dicitur Intellectualis, pro-
pterea quod in animo & intellectu cōſiſtit. vt ſi Princeps aliquis poſſeſsiōe alicu-
ius Prouinciæ per vim pellatur. tametſi enim hic naturali poſſeſsiōe vi deiiciatur,
ciuilem tamē retinet, quā diu adnititur, vt naturalē recuperet. Sed vt poſſeſsio
Vſucapionē in mobilibus, Præſcriptionē vero in immobilibus bonis operetur,
neceſſe eſt, vt ſint quæſitæ res bona fide, veroq; titulo, ſeu actu, aut modo per quē
dominia rerū ſolent transferri: puta Legatiōe, Donatiōe, Emptiōe, & ſimilibus ti-
tulis. quā quidē rem vt etiā reuera poſsideat, exigitur. E contrario ſiqdem vel nul-
la, vel male fidei, nulloq; titulo poſſeſsio, ad vſucapionē, Præſcriptionēue nō ſuffra-
gantur. itaq; res furtiuæ, & vi occupatæ, ac præreptæ nō vſucapiuntur: niſi fortaſ-
ſis poſt 30. vel 40. annos. ita tamē vt iis palā vtatur poſſeſſor, vt actoris negligentiæ
imputetur, quod pro eiſdem tāto temporū interuallo ſcienter ſiluerit. Alioquin
talium rerū poſſeſſor ad pœnā etiā ac reſtitutionē obligatur. niſi forte poſſeſſor
credat ſibi a vero Dño eſſe traditas, vel ſaltē bona fide a ſe quæſitas doceat. Hic enī
reſtituta re, pœnā euitat. Nam hoc ipſo bonæ fidei poſſeſſor, a poſſeſſore male fi-
dei diſtinguitur. Quin etiā a bonæ fidei poſſeſſore exigitur, ne emat ab eo quē
ſciebat impuro luxu breui conſumpturū pecuniā: vt ſi quis a pupillo, vel prodigo
aut furioſo, ſine Tutoris, vel Curatoris auctoritate prædiū emat: aut accipiat ali-
quid a quoquā, quod natura ſui alienari nequeat. talibus enim nō prodeſt verus
titulus, aut bona fides ad vſucapiendū: niſi forte iuſto errore facti ſit ductus, puta-
ritq; eum ſanæ mentis, vel iuſtæ ætatis, aut verum hæredē eſſe. Sufficit enim in
initio poſſeſsiōis bonā fidem habuiſſe. neq; enim ex ſcientia rei alienæ, proceſſu
temporis ſubſecuta, vſucapio interrūpitur. Vt aūt is qui precario poſsidet, cum
voluntate Dñi rem tenet, vſucapere nō videtur: ita & illum qui rem violenter ce-
let, eandem acquirere nō poſſe arbitror. Poſſeſsio enim propria, & libera eſſe de-
bet, quæ vſucapionē parere debeat. Item vt res vſucapiātur, oportet, vt ſiue per
acquiſitorē, ſiue per traditorem eius poſſeſsio cōtinuetur per tempus, quod cuiq;
rei vſucapiendæ legibus eſt definitū. Tempus vero totū ad extremū diem defer-
tur, & ſupputatur: quā qui attigerit pacifice, is demū præſcribit. Nam Præſcri-
ptiōes repertæ ſūt, ne perpetuo fraudi eſſet bonę fidei poſſeſſori ſua ignorantia,
& in infinitū prodeſſet negligenter res ſuas curātibus. Itaq; fauore poſsidentis &
odio negligentis, vtile, & ex trāquilitate publica, Legiſlatoribus viſum eſt, vt cer-
tum temporis ſpaciū repetendi res ſuas omnibus cōſtitueretur: ne ſi liberū eſſet
repetere quandocūq; libuiſſet, dominia rerū eſſent incerta. Sunt aūt ipſæ vſuca-
piones ſeu Præſcriptiōes ex parte MATERIAlis cauſæ introductæ, vt fun-
di, (niſi Dotalis ſit, aut in ſumma pecuniaria quæſitus ex iudicato) item frumen-
torum, ſepis, aggeris. itaq; in rebus incorporalibus, vt in ſeruitutibus, per ſe Præ-
ſcriptio nō procedit: niſi quatenus in rebus in quibus hærent, acquirūtur, vel a-
mittuntur. Præſcriptiōes vero ex parte EFFICIentiū cauſarū ſeu Perſonarū
ſunt diuerſæ, vt Spiritualiū, Fiſci, Virorū, Pupillorū, Mulierū, Virginum, Monia-
lium, Maritarū, & Viduarum, ac poſtliminio reuerſorū. Ex parte aūt FORma-
lis cauſæ ſunt, vt ſi litē ſuā poſt annum quis nō proſequatur, illa cadit: niſi cauſa
Reipub. abſit. Porro FINAlis cauſa Præſcriptiōis eſt, vt acquiratur Ius hæredi-
tarium, ac dominiū poſſeſſori in rebus. vocāturq; omnes huiuſmōi Præſcriptiōes
Temporales, quod certis temporū ſpaciis circumſcriptæ ſint, ab eiſq; robur cōci-
piant. Interrumpitur vero vſucapio ſeu Pręſcriptio, ſi quis poſſeſsiōe deiiciatur,
ita vt naturaliter poſsidere deſinat, aut ſi pro ipſa partem debiti vel fœnoris ſoluat
aut ſi pro ea litem cōteſtetur. Nam ea quālibet actionem temporalē facit perpe-
tuam. Item ſi inter pręcedentes poſſeſſores fuerit aliquis qui rem nō poſſederit,
eiuſue poſſeſsiōe exciderit. & ſi præſcribēs quoq; nō ſtatim a ſuo autore rē ipſam
in poſſeſsionē acceperit. Itaque ſi medius aliquis ex autoribus non poſſederit,
præceden-

Ad incipiendam in rebus ueram poſſeßionem, bona fides, ueruſq; titulus aquirendi, primo requiruntur.

Nulla, malæ fidei, nulloq; titulo poſſeſſio ad præſcriptionē nō ſuffragantur.

Exceptio ab hac lege

A bonæ fidei poſſeßore quid ſummo iure exigitur?

Qui precario poſſidet, & qui celat ui, an præſcribit?

Ad præſcriptionem continua poßeßio requiritur.

Quæ debet eße ratio temporis in præſcriptionem ſupputandi?

Præſcriptiones quo conſilio ſunt introductæ?

Ex quatuor cauſis quaſi fontibus præſcriptiones ducūtur.

Quibus nam de cauſis præſcriptio interrumpitur? expulſione. ſolut ione. litis cōteſtatione. poßeßionis intermißione.

præcedentiũ autorũ poſſeſsio nõ prodeſt ſequenti.nec iuuatur autoris ſui poſſeſsione, niſi ipſe quoq; rei plenã habeat poſſeſsionẽ, & iuſtum titulum quo illa bona acquiſiuit. Cõmune enim ac verum illud verbum eſt, ſine poſſeſsiõe continuã ſcilicet Præſcriptio nõ procedit: & poſſeſſor male fidei nullo tempore præſcribit. Atqui nihil impedit hãc ipſam acceſsionẽ temporum, ſi res a nõ Dño ſit empta, aut tradita: ſi modo cõſtet de voluntate Dñorum, aut de auctoritate & poteſtate eorum, a quibus eas res ſumus cõſecuti. Cæterum in rebus publicis,ſacris,& minorenniũ:Præſcriptio verius ceſſare,ſeu nõ exiſtere,neq; incipere:quã interrumpi quaſi cœpta,dicitur:niſi forte longi temporis Præſcriptio publice & bona fide

Probanda eſt Præſc.

poſsidenti ſuffragetur, vt ſupra diximus. Hoc familiare Præſcriptionẽ alleganti vſu venit.quod niſi eam ab acquiſitiõe veri tituli trãſiiſſe Iudicio probauerit,rem

An Deus approbet præſcriptiones.

alienã ſe tenere cõfiteatur.Et quia Deus quoq; Leuitici cap.25.nõ ſolum omnes Contractus politicos,verumetiã domuũ iuſto titulo venditarũ Præſcriptiões annales approbat: certe ſine ſcrupulo cõſcientiæ res mere alienas bona fide quæſitas Iure Præſcriptiõis Legibus præfinitæ tenere poſſumus. Videtur enim hæres in vſucapionem illorum cõſenſiſſe,quod pro eiſdem infra tempus definitũ a Magiſtratu nihil egit iuridice.cuius qdem Magiſtratus trãquilitatem publicã prouidere intereſt,quæ tum certa eſſe videtur,cum qlibet res ſuas poſsideat:aut ſaltem aliquo caſu alienatas Iudicialiter tempori repetat, ac perſequatur.

ARTICVLVS I.

Poſſeſſor nudus nudo Actore propinquior ad probandum, Poſſeſſor etiã contra Ius Actoris tribus annis & totidem menſibus præſcribit,ſepis & aggeris Præſcriptio, item virorum, & fœminarũ,Actorum facinorum,actionum,aliæque multæ Præſcriptiones hic continentur.

Vulad. Idgello Cracouiæ 1423. Idem Folio 513.

Poſſeſſor nudo Actore potior. Lex I.

Poſseſsori alicuius hæreditatis quaſi in obligatione eam poſsideret citato, præſertim ſi utraq; pars literatorijs teſtimonijs forte te deſtituitur, incumbit probatio, Actore a probatione repulſo

Ad præcludendã uiam calumnijs per nos prouiſum eſt, Quod ſi quis 44.
uellet quempiã pro hereditate impetere,dicendo,poſſeſſorẽ eandẽ in obligatiõe, aut pignoratiõe poſsidere, & tenere, quã fortaſsis legitime & libere poſsidet. Quod tũc poſſeſſor Actore repulſo ad probationẽ cum Teſtibus admittatur. Et maxime, ubi utraq; pars literatoria & legitima teſtimonia ſuper huiuſmõi poſſeſsionẽ nõ habuerit. In tali itaq; caſu poſſeſſoris probatio admittatur.

Kazim. Viſl. 1368.

Poſſeſſor cõtra Ius Actoris trib9 annis & menſibus præſcribit. Lex ij.

Poſſeſsor triũ annorũ & trium menſiũ nullo iure uincitur, niſi conſtaret, quod interim nõ potuit aliquis ipſum poſſeſſorẽ iure conuenire.

De Iuriũ præſcriptione uide ſupiore ca.

Cum Preſcriptio propter ſegniciẽ & pigriciam Dñorum ſit inſtituta.
Proinde Statuimus & Decernimus quod ſi aliquis credit uel reputat 18.
ſe habere aliquod Ius ad aliquã hæreditatẽ, quã aliquis præſentialiter poſsidet:ſi infra tres annos & tres menſes tempore pacis & cõcordię ſuſtinet & patitur pacifice ipſum poſſeſſorẽ poſsidere eandẽ hereditatem: ita tamẽ quod licet poſsit de facili infra prædictũ tempus & ſpaciũ trium annorũ & menſiũ ad ipſum poſsidentẽ uenire,uel corã Iudice conuenire eundẽ:tamen immotã eandẽ reliquit queſtionẽ,& paſſus eſt poſſidentem, extũc ab omni Iure hæreditatis quomodolibet ſibi cõpetente cenſemus eundẽ poſt decurſum triũ annorũ & triũ menſiũ cecidiſſe.

Seps duobus

Seps duobus annis præſcribit. Lex iij.

Kaz. M. Viſl. 1368.

19. Franciſcus depoſuit querelã cõtra Egidiũ, Quod in ipſius hæreditatẽ & fundum poſuit ſepes, & intra illos ſepes omnes fructus quos fecit & facere poterat percepit. Egidius aũt reſpondit, quod idẽ Franciſcus in eadem Villa die ac nocte præſens eſt, & fuit cũ ipſo & per duos annos, tacuit tamẽ nec unquã admonuit ipſum Egidiũ unico uerbo pro ſepibus prænotatis amouendis. Nos itaq; attendentes deſidiã ſeu pigriciã ipſius Franciſci, declaramus in hoc caſu ipſi Franciſco duorum annorum obſtare Præſcriptionem.

Seps in alieno rure poſita, per duos annos non impugnata, biennij ſilentio perpetuabitur.

Eadẽ eſt præſcriptio aggeris alicubi in fundo erecti.

Virorum, Viduar. ac maritarũ præſcriptio. Lex iiij.

Kaz. M. Viſl. 1368

Cum realis diſtinctio perſonarũ habeatur: inter quas
31. quædã perſonæ ſunt liberæ ut uirorũ, aliæ aũt ut mulierũ minus liberæ: quę agere nõ poſſunt in Iudicio quãdo uolunt ſuper rebus & hęreditatibus ipſis debitis & obligatis. Propter quod Statuimus, ut uiris tãtum & maſculis præſcriptio triennalis currat. Viduis uero ſex annorũ præſcriptio propter fragilitatẽ ſexus apponatur. Mulieri aũt maritatæ cum nõ habeat ſuiipſius poteſtatẽ liberã propter maritum, decem annorum opponatur præſcriptio.

Præſcriptio uirorum trium annorũ, Viduarum ſex, Maritarum decem.

Idem de mulieribus 494. folio.

Præſcriptio vero Monialium videatur Folio 150.
Præſcrip. Actorum Caſtreñ. 209.
Præſcrip. Actorum Succamerar. 260.
Præſcrip. Nobilium captorum Fol. 272. Occiſorum 288.
Præſcrip. Mercatorum ad repetenda debita 310.
Præſcrip. Kmetonum repetendorum Fol. 338. & 345.
Præſcrip. Iudæorum Folio 364. & 365.
Præſcrip. Pupillorum 470. & 472. Folio.
Præſcrip. Virginis orphanæ contra Tutorem ſuum Fol. 473.
Præſcrip. Diuiſionis bonorum inter fratres 475.
Præſcrip. Mulieris oppreſſæ ac violatæ 214.
Præſcrip. Tuitionis in bonis venditis 500.
Præſcrip. Eius qui emit Villã & maiorem partem intra triennium & tremeſtre non ſoluit. Folio 501.
Præſcrip. Emptoris Villę contra propinquos venditionẽ reuocantes 501.
Præſcrip. Frumenti mutuati 505.
Præſcrip. Equi commodati ac læſi eodem.
Præſcrip. Bonorum obligatorum 512.
Præſcrip. Fideiuſsionis verbalis Folio 529.
Præſcrip. Furti variarumq; iniuriarum & pecoris abacti ad foreſtãq; Regiam ducti Capitulo ſequenti videatur.
Præſcrip. Recentis criminis Folio 230.
Præſcrip. De bonis violenter expulſoris vide Libr. eodem Cap. 12. Art. 7.
Præſcrip. Actoris infra annũ nõ proſequẽtis ſuã cauſam Libr. 4. Cap. 17.
Præſcrip. Perlucrorum Folio 249. in gloſſa videatur.
Præſcrip. Nõ currit Reip. cauſa abſentib. vide Lib. 5. in fine de Legatiõib.

Eadẽ præſcriptiões in Ruſsia. Lex v.

Sigiſm. Crac. 1532.

Preſcriptiones Terreſtres quæ in alijs Terris Regni noſtri currũt, eti-

Idem ſupra fol. 495

tiam in Terris noſtris Ruſsiæ currere uolumus, & decernimus, præter eas Terras & Diſtrictus in quibus propter hoſtilitatē Iudicia celebrari & agi non poſſunt, nec celebrantur.

Eadem in Terris Drohic. Bielſcen. & Mielniceñ. Prǽſcriptiones, de quibus Libro quinto uideatur.

Præſcrip. tēpore belli & captiuor. L. vi.

Kazim. Magnus Viſlicie 1 3 6 8.

Volumus tamē & declaramus. Quod prǽmiſſæ Prǽſcriptiōes tempore pacis & cōcordiæ uendicent ſibi locū. Tempore aūt guerrarū ſeu di- 18.
ſcordiarū nullatenus ſibi locū debeant uendicare. Sed tunc oportebit ſe 19.
ſalubri remedio eiuſdē præſcriptiōis prouidere iuxta diſcordiā guerrarumq́ qualitatē. ¶ Sicut & captiuis per Tartaros nullam uolumus fieri Præſcriptionem. ⁂ ⁂ ⁂

Per Tartaros captis nulla unquam præſcriptio opponatur.

CAPITVLVM XI.

De Iniurijs, violentijs, ac damnis.

PRÆFATIO.

Non ſolū officia ac res Ciuib. in Rep. diſtribuēda ſunt, uerū etiam pœnæ iniurioſis edicendæ. facit ad illuſtrandū hunc locum lib. 1. cap. 2. art. 3. de dignitate & uſu legū fol. 32. & 33.

Iniuria quid eſt?

Iniuria cōmittitur re uel uerbis.

Iniurius nō ſolum a Magiſtratu, uerum etiam cruciatu conſcientiæ punitur, a Deoq; uindictam expectat.

Cum iam Iura Perſonarū, rerumq́ Fiſci, & Priuatarū, adnumerauimus: ratio methodi exigit, vt de Iniuriis, violentiis, ac damnis eadem quoq́ perſequamur. Fruſtra enim in Rep. vel Perſonis Officia diſtribuerētur, vel Dominis rerū proprietas Iure addiceretur: niſi ſimul pœnæ cōtra iniurioſos, violentos, ac damnidatores edicerentur, vt ea ratione ſcilicet, PROPOSITIS PRAEMIIS ac POENIS, vnus quiſq́ ſeſe intra SEPTA ſui Officii, quaſi in ſtatiōe, cōtineat: tantūq́ cupiditati ſuæ frena imponat, vt ſuo cōtentus viuat, abſtineat alieno. Quocirca nihil a ſocietate Ciuili alienius, nihil maiore odio dignius, quam bene cōſtituta Rep. agi quitq́ per iniuriā, ac vim, damnoue afficere quemq́ Ciuium, quos omnes naturæ cōſenſio, propter vtilitates cōmunes in vnam Ciuitatē cōgregauit. Porro ipſius Reip. neceſsitas in tot ordines velut claſſes diſtinxit, certiſq́ functiōibus alligauit. Cum aūt INIVRIA inde dicatur, quod non Iure fiat: ad vimq́, & damna referatur: admonendus eſſe Lector videtur, illā ſolere fieri re, vel verbis. RE, cum manus nobis, rebuſq́ noſtris inferūtur. VERBIS, cum corā, vel literis falſo alicuius cōuicio, probro, cōtumelia, libellisue famoſis laceſsimur, aut cū etiā præter Iuris præſcriptū aliqd ab aliquo Magiſtratu fit, ac decernitur. Indeq́ INIVRIVS dicitur, qui verbis, re, aut ſentencia facere qtq́ cōtra Iuris ordinē audet. Ac proinde ſi quis quocūq́ horum modo peccat, corā Iudice cōpetenti cōuentus, dat pœnas, ne quid cuiq́ libeat, facere, rapere, dicere, ſcribere, decernereue liceat impune. Quod ſi etiam iniuriarū reus non conueniatur, vel ab Iudice pœnæ nō dedatur: ſuopte tamē teſtimonio, Iudicio, ac cōſcientiæ remorſu iniqtatis accuſatur perpetuo. & vultures Ticii in ſe naſci nocte dieq́ experitur. Alioqui ſi tantū pœna, metuſq́ ſupplicii, nō ipſa turpitudo, prǽceptiq́ naturalis ac Diuini tranſgreſsio nos ab iniuria inferenda, facinoribuſq́ patrādis deterreant: nemo me hercle eſſet iniuſtus, nemo calamitoſus: ſed porro iſti ipſi iniurioſi, prædones, criminatores, ac Iudices Cambyſis, vti plærūq́ fit, promiſſa ſibi impunitate, in medio ſcelerum & iniuſticię triumpho, & boni viri ac fœlices eſſe poſſent, & hoc nomine cōpellari gauderēt. Qui quidē, etſi ipſius cōſcientiæ carnificinā vel ebrietate ad tempus extinguāt, vel ſpe impunitatis mitigent, vel prǽſentia raptorū cōſolentur: Deus tamē ſcelerū vltor, grauitate vindictæ tarditatē pœnæ cōpenſabit. Eodem enim ſenſu & Poetæ laneis id eſt tardis pedibus Deū

incedere dicunt,& staterã appenſam geſtare manu,prætereaq; memorẽ eſſe fandi atq; nefandi nõ mentiuntur. SED quia omnis iniuria ab animo nocẽdi proficiſcitur: neq; impubes,neq; furioſus,& horum ſimiles nomine ſuorũ delictorum ſed eorũ Curatores ac Tutores obligãtur pro illis. Poteſt tamẽ dici hoc illorũ delictum CVLPA, quæ quidẽ etiã contra æquum & bonũ per negligentiã admittitur. Quãuis aũt culpa dolo malignoue animo iniuriandi plærũq; vacet, ex ea tamẽ,nõ ſecus ac ex iniuria,ratione damni dati quis obligatur: vt tanti ſcilicet cõdemnetur,quanti res rapta vel corrupta tunc veniebat. Quod ſi iniuriæ VIS accedat,ſub genus tamẽ iniuriæ datæ redigit. niſi qđ vis ſeuerius quã negligentiæ,vel ignorãtiæ culpa vindicatur. Etenim in inferenda vi,additur iniuriæ quędam cõtumelia & cõtemptus. Proprie tamẽ dicendo, ſolum in cæſo homine libero,ſeruo,ac etiã pecore cõmittitur. hæc enim absq; vi nõ cęduntur. FORTVItum aũt peccatum cũ non a propoſito nocendi proficiſcatur, vel Dei præcepto de homine caſu cœſo,remittitur: niſi forte Reip. interſit illud vindicari,vt incendium: ne ſcilicet aliquis vel ſpe impunitatis malicia, vel in curandis rebus ſuis ex lata culpa tantum peccet, vt etiã vno momento Ciuitates integras in cineres redigat, campusq; ſit vbi Troia fuit, vt inquit Poeta. Sed audiamus noſtras Leges de nõnullis iniuriis,violẽtiis,ac damnis cõſcriptas, vt ad earũ Analogiã alię quoque iniuriæ harũ ſimiles vindicentur. neq; enim ſingulis peccatis ſingulæ pœnæ edici poterãt. Quod plures ſint res,quã verba:& caſus,quã Leges,quæ etiã nullæ fierent,niſi caſus in vitam hominum acciderent,& ferendis Legibus occaſionem porrigerent. Ac principio quod ad INIVRIAS PERSONALES attinet, nempe quomodo crimen læſæ Maieſtatis tantũ in perſona Regia committatur: Et quomodo ab vno quoq; Magiſtratu litigantibus corã ipſis fiat iniuria: Item quomodo verbis,vulneribus,homicidiis, ac etiã in Officio,aliisq; omnibus cauſis: Nobiles,Ciues,Kmetones,Serui,Vagi,ac Iudęi in ſeſe,vel in alios peccent. Libro primo ſingulis Capitulis videatur. Similiterq; de omnibus REBVS FISCI Libro ſecundo qui volet, inueniet.

Qui iniuriarũ teneri non cenſentur.

Culpa quid eſt: & quomodo ex ea quis obligatur.

Vis ſeuerius quam culpa vindicatur.

Fortuitum peccatum quando obligat nos ad pœnam, uel nõ.

Ad analogiam paucarum Legum omnia fere delicta emendantur.

De Iniurijs perſonalibus libr. 1. ſingulis capitul. videatur.

De Iniurijs fiſcalib. libro 2. uide.

ARTICVLVS I.

De Iure dominii, ac poſſeſſorio: deq; his, qui violenter poſſeſsiõe bonorum deiiciuntur, per Capitaneos reſtituendis.

Tametſi dominiũ & poſſeſsio ita ſeſe cõſequuntur, vt vix fere vsq; de aliquo illorum agatur, quin ſimul incidat alterius quęſtio. Nihilominus quia ſępe ita fit, vt alterius ſit dominiũ, alterius vero in eiſdẽ bonis vſusfructus: Iuriscõſulti hęc ipſa Iura tantũ diuiſerunt, vt nihil omnino cõmune ſecũ habere videãtur. Cum ergo Iura quibus res tenemus duo ſint: Dominii videlicet, atq; poſſeſsiõis: in cõfeſſo eſt, quia Actiões quoq; quæ ex vtrisq; Iuribus proficiſcuntur, duplices ſunt: Poſſeſsiõis videlicet, & dominii ſeu rei petitoriæ. Quo ſenſu in noſtra Rep. cõſtitutum eſt, vt alteras Capitaneus, alteras Iudex Terreſtris cognoſcat. Ac proinde nõ raro vſu venit, vt alterũ Ius in re cõſecuti, ad aliud peruenire nequeamus. Et quidẽ quantũ ad Ius Poſſeſſoriũ attinet: Nihil omnino intereſt, an corpore, vel animo, ſi modo Iuris aliquo titulo deiectus fundum poſſederat: e contra nihil etiã refert, an per ſe, vel per familiã ſuã quis deiiciat, vimq; inferat, aut factum ratũ habeat. Certe Actor recuperata per Officiũ Capitaneale poſſeſsiõe, res quoq; omnes mobiles, quas in fundo, vel in domo, ex quacũq; cauſa, tũc cum deiiceretur habuit: vel poſtea ex occaſiõe deiectiõis ibi illi perierint, Iudicio, vt vocatur, Terreſtri recuperat. Prædo enim interitu rei nõ liberatur. etiã ſi ſine eius dolo perierit. Sed ſtatim poſt vim admiſſam in culpa eſſe cenſetur, ſed & omnes fructus quos deiectus percipere potuiſſet, ſi deiectus nõ eſſet, cum omnibus rebus ex quacũq; cauſa ad ſe pertinẽtibus reſtituere illi cogitur. Quare & fructuarius reſtituitur ob eam cauſam vnde vi pulſus fuit. Et licet cõdemnatus deiectiõis non notetur infamia Iuris, tamẽ nihilominus apud bonos & graues viros infamiã non

PRÆFATIO.

Iura dominij, ac poſſeſsionis quare ſint diſtincta.

Ad illuſtrandũ hunc locum neceſſaria eſt cognitio formulæ Capitaneal. Iudicij coram Officio libr. 1. ca. 12 ar. 13 cõtentæ.

Iuris poſſeſſorij for.

Vis per quos fieri poteſt.

Deiectꝰ poſſeſsiõe, una cũ fundo res quoque omnes mobiles, quas amiſit recupat.

Fructuar. etiam reſtituitur, unde ui pulſus fuit.

Expulſo datur actio in hæredes expulſoris, nomine earũ rerum quæ ſint in rem illorum uerſæ.

Actor prouideat an rem ſtatim uendicare uel potius eius poſſeſſionem petere debeat.

ſcrutinij nuperrime inuenti qui uſus?

ſi quis primo fundũ uẽdicet, nõ poſſeßion.

euitat. Itaq; expulſio datur etiã actio in hæredes, ſed tantũ in id quod ad eos peruenit: aut etiã quod dolo malo factum eſt, quominus ad eos perueniret. Verumenimuero diligenter eſt Actori prouidendũ, an rem ſtatim vendicare, vel eius poſſeſſionẽ petere prius malit. Cum aũt poſſeſsio habet per ſe magnas cõmoditates, vtilius eſt aduerſariũ ad onera petitoris cõpellere, quã illo poſsidente petere. prȩſertim quod minus difficilis eſt eius probatio, quã dominii. Et tamẽ ne quis vel Actori, vel Officio Capitanei illudat. Scrutiniũ de vero poſſeſſore inquirendo ante ſentenciã de reſtituẽdo in poſſeſsionẽ ſpoliato, prȩmittitur. Cauſa igitur poſſeſsiõis prius terminetur, quã de dominio agatur. Alioqui ſi quis per imprudentiam primo fundũ petat nõ poſſeſsionẽ: is de via valde deflectere. & aduerſarium quaſi quodã Iure poſsidere palã cõfiteri videtur: fruſtraq; poſt inſtitutã rei vendicationẽ ad poſſeſſoriũ Ius recuperandũ niteretur. niſi forte palã petitiõi ſuȩ vẽdicatoriæ dominii renunciauerit: vel ſentencia Iudicis ei petitiõe ſit interdictum: aut ſi etiã probabiliter ignoraſſe videatur ſe poſsidere rem cũ inſtitueret eius vẽdicationem, id quod fieri poteſt, ſi quis ignoret eum cui ſuccedit, rem quã ipſe petit, per aliũ poſſediſſe: ac ſe ſucceſſorẽ poſtremo vi eſſe ab ea deiectũ. in eo enim caſu, poteſt Actor impune ab rei vendicatiõe deſiſtere, & ad poſſeſſoriũ regredi: deq; retinenda poſſeſsiõe, quã habuit ille cui ſucceſsit, cum aduerſario experiri.

Idem Actor ſimul poteſt agere iure petitorio, & poſſeßorio.

ſi contra agentẽ pro poſſeßione citatus opponat dominij exceptionem?

Et nihilominus eadem pars poteſt agere Iure petitorio, & poſſeſſorio ſimul, dummodo ipſe Actor nõ ſit ſibi in Citatiõibus edendis cõtrarius, alteraq; alterã ne viciet. Et tamen poſt reſtitutionẽ poſſeſsiõis, Capitaneus Vadio interpoſito prohibet, ne deiector moleſtus ſit reſtituto in poſſeſsionẽ naturalem: Iure tamẽ vtriusque partis ſuper actionem petitoriã fundi illæſo. Quod ſi qs pro retinenda poſſeſsiõe agat, & citatus opponat dominii exceptionẽ, aut directe petat ſe declarari dñm, vel ediuerſo: nulla obſtat cõtrarietas, quominus pariter audiãtur. quia alter poſſeſſorem, alter dñm ſe eſſe cõtendit. quæ ſimul euenire poſſunt, vt pote ab ſeſe diuerſa. Quia tamen is qui ſe dñm eſſe dicit, vtiq; fatetur, quia concertator ſuus poſsidet: Quocirca in definitiõe litis, merito prȩcedit quȩſtio poſſeſsiõis, ita vt Iudex prohibeat illum in ſua poſſeſsiõe turbari, ab eo, a quo Iure petitorio eſt conuentus, donec probabit ſuũ dominiũ. Neq; enim licet Dño turbare poſſeſſorem in ſua poſſeſsiõe propria auctoritate, etiã ſi eius iniuria teneat illã. Itaq; exceptio dominii, nõ obſtat quominus deiectus ad retinendã poſſeſsionẽ cõtendat, ſi modo ei Iure debeatur.

Spoliatus ante omnia in poſſeßi. reſtituatur

ſi utraq; pars de poſſeſſorio iure Actionibus concurrit?

Bonorum poſſeßione quæ ueniant?

Spoliatus enĩ ante omnia eſt reſtituendus. Si vero vtraq; pars de poſſeſſorio actiõibus cõcurrit, & altera ab altera ſe ſpoliatã eſſe queritur: de vtraq; ſpoliatione cognoſcitur. Sed ita vt qui prior appellat, agat prior. hic enim in reconuentiõibus ordo eſt ſeruãdus. Cum aũt poſſeſsio bonorũ admittitur, extra dubium, cõmoda & incõmoda hæreditaria, itemq; dominiũ rerum, & quæcumq; in his ipſis bonis ſunt, poſſeſſori tribuũtur. Si qdem hæc omnia bonis ſunt cõiuncta. In omnibus enim vtilitatibus vtendis poſſeſſores vice hȩredum ſunt habendi. finium regundorũ, aliiſq; huiuſmõi hæreditariis actiõibus, exceptis.

Bonorũ nomine quid ſit intelligendum?

Bonorum aũt nomine hic intelligas oportet vniuerſitatẽ bonorũ poſt hunc, vel illum mortuum, vel Iure victum acceptã: atq; ideo Iure optimo ſuſcipienda ſunt eorũdem cõmoda & incõmoda. Nec obſtat, ſiue ſoluendo ſint bona, ſiue nõ ſint: ſiue damnum habeãt, ſiue lucrũ: ſiue in corporibus ſint, ſiue in actionibus: quominus hoc loco proprie bona appellentur. Hæreditatis aũt, bonorũue poſſeſsiõe, nõ vti rerũ

Poßeßio Iuris eſt magis quam corporis.

poſſeſsio eſt accipienda. eſt enim Iuris magis quã corporis poſſeſsio Deniq; & ſi nihil corporale in hȩreditate ſit, attamen hæreditariã bonorũ poſſeſsionem recte nucupamus.

Bonorum poßeßio quid eſt?

A quo bon. poß. eſt danda?

Bon. poß. per quem acquiritur?

ſi bon. poß. nomine meo fuit petita?

Bonorũ igitur poſſeſsionem Vlpianus dicit eſſe Ius perſequendi, retinendiq; patrimonii, ſiue rei, quæ cuiuſq;, cum is moritur, fuerit. Quæ quidem bonorũ poſſeſsio nõ alibi quã pro tribunali ab Iudice dari debet. Neq; enim vel decretum de plano interponi, neq; cauſa cognita bonorũ poſſeſsio alibi quã pro tribunali dari poteſt. Sed ſicut inuitis dari & acquiri nequit, ita per noſmetipſos vel per alium illam acquirere ſolemus, alioqui ſi ſine meo ſcitu ac mãdato bonorum poſſeſsio nomine meo petita ſit, mihi tamen cõpetit, ſi ratum habuero, quod

nomine meo

nomine meo fuit geſtum, niſi forte anteq̃ ratum habeam moriar: tunc enim neq̃ mihi, neq̃ hæredi meo cōpetet. Vt aūt actionem, ita bonorū poſſeſsionem pupillo ſeruientem Tutor repudiare nequit. petere enim nō repudiare ei eſt cōceſſum nihilo minus ſi ipſe Tutor bonorū poſſeſsionem pupillo petierit, & plus incōmodi quā cōmodi hæc bonorū poſſeſsio habeat: Tutor Iudicio tutelæ tenetur, prodeſſe enim nō obeſſe debet Tutor, qui q̃dem maiorem etiā prouidentiā in rebus pupilli, quā in ſuis habere tenetur. Idem de furioſo intelligimus. Cæcos tamen ſurdos, ac mutos, ſi modo intelligāt quid rerū agant, ipſosmet pro cōpetentibus poſſeſſoribus habendos eſſe putamus. Econtrario vero, ſiue per ſe, ſiue per alium quempiam, puta vxorem, liberos, familiarē, vel ſeruum, Impubibus & furioſis exceptis, poſſeſsionē dare quis poteſt. Quocirca ſi ſe abſente impugnetur, excuſari ignorantia nequit. ita enim quiſq̃ etiā abeſſe ſua domo debet, vt Iuri ſemper ſatisfiat. niſi forte Iuratus probet contrariū ſe mandaſſe, vel intra tam breue tempus mandare iuſta de cauſa non potuiſſe, ſi pœnā edicto Iudicis vallatā deuitare cupit. Certe in his bonis quæ caduca eſſe dicuntur, poſthumis, furioſis, & poſtliminio reuerſis, fiſcus, vt pote ſucceſſor vltimus, poſſeſsiōe poſterior eſt. Quibuſcunq̃ aūt Lex capere hæreditatē prohibet, vt proſcriptis, capite damnatis, vel diminutis: eiſdem & bonorū poſſeſsiōe eſt interdictū. Qui etiā Inſcriptionē falſam eſſe dicit, videtur bonorū poſſeſsionē agnoſcere, ſi de viribus illius certus eſſet. Si aūt is cui bonorū poſſeſsio ab altero eſt poſtulata, furere cœperit: tantumq̃ rati habitio eius fuit deſiderata, ratum habuiſſe videtur. Ratihabitio enim ad confirmationem prioris poſtulatiōis pertinet. Quod ſi duo vigore Iurium ſeu Actionū ſuarum, ad poſſeſsionē bonorū cōtendant: ei qui Citationē prior importauit, debetur. Si vero alter ex vi ſuæ prioris inſcriptiōis, bonorū poſſeſsionē, in Iudicio Terreſtri quod tardius peragitur, petat: alter vero ex inſcriptiōe poſteriore, in Iudicio Caſtreñ quod celerius peragitur, ad eorundē bonorū poſſeſsionē cōtendat: Priori Iure Victori eſt aſsignanda. Secundus aūt Iure Victor, licet priorē obligationē habuerat, in eiſdem quoq̃ bonis, ſi priori Iure Victori, quātitate, vel qualitate ſui ſuperſint, vel in aliis bonis eiuſdē debitoris liberis, vel alioqui in perſona eiuſdem Iudicatum ſuū exequatur. quod q̃dem quia poſterius eſt, licet ex priore Inſcriptione deduceretur, eo eſſe deteriore cōditione videtur. tantiſper enim quaſi libera bona debitoris fuiſſe creduntur, quātiſper ea Iudex creditori non addixit. Atq̃ ſic præiudicata multa fuiſſe accepi. ego aūt priorem creditorē potiore quoque Iure eſſe debere nō dubitarē. ne in fraudem creditorū ſuorum debitores bona iam pignori data ſubinde aliis atq̃ aliis creditoribus impune alienarent: & ſtelliones iſti ipſi credulitati hominū illuderent. Illud quoq̃ vſu obſeruatur, quia in ſucceſsiōibus naturalibus poſt propinquas gradu perſonas, vt poſt patrem, matrē, vel germanos fratres, aut ſorores, immediateue deſcendeñ. Intromiſsio in poſſeſsionem nō eſt de neceſsitate per Miniſterialē accipienda: videntur enim tales in ſuis propinquis poſſediſſe. Quæ quidē Miniſterialis auctoritas in acceptādis bonis poſt ſteriles, vel remotas gradu perſonas deuolutis, aut Iure quæſitis, periculoſe omitteretur. quippe quod tales inuaſiſſe bona viderentur, ſi eis hoc nomine lis diceretur. Sed filius poſſeſsiōis nō capax, ſicut mortuus, nō obſtat ſequentibus in gradu, quominus poſſeſsionē apprehendant. Idemq̃ intelligendū eſt, ſi pater pœnæ ſeruus efficiatur, & reſtituatur poſtea. Quod ſi aliquis ex liberis adoptetur, durante huiuſmodi adoptiōe, ſuccedit prout adoptatus eſt. ea finita, ſuccedit prout naturaliter vocatus eſt. Sed poſthumos quoq̃ hic preterire nō poſſumus, his enim etiā nondū natis, ſi modo tempore mortis paternę in vtero fuiſſe probētur, datur poſſeſsio, per Tutores ipſorūmet futuros, vel alioq̃ per Curatores, a matre, vel Magiſtratu eligēdos, apprehendēda. Quod ſi mulier poſthumi futuri vxor defuncti viri, vel ex eo prægnans fuiſſe negetur: nuptiis, atq̃ cōuerſatione honeſta oſtenſis in poſſeſsionē mittitur. Idemq̃ eſt, ſi mulieri ſtatus cōtrouerſia moueatur. fauorabilior enim cauſa eſt partus, quā pueri. partui enim in hoc fauetur, vt in lucem Reipub. Ciuis producatur: puero vt in familiā inducatur. inquit Vlp.

An Tutor uel Curator poſſeſsionē pupillo uel furioſo ſeruientē recuſare queat?

Per quos dari poteſt bon. poſſeſs?

Poſthumis, furioſis, & poſtliminio reuerſis fiſcus eſt poſterior

Qui bono poſ. non capiunt?

Qui obligat. culpat?

Si is qui bon. poſ. per alium poſtulauit, furere cœpit?

Si duo ad una bona poſsidēda cōcurrant

An omnis bonorum poſ. per Miniſterialē eſt apprehēdenda?

Si filius poſſeſsionis non ſit capax?

Si pater pœnæ ſeruus efficiatur?

Si aliquis ex liberis adoptetur?

Poſthumis nondū natis datur bonor. poſ.

Si mulier uel uxor fuiſſe, uel ex marito cōcepiſſe negetur? uel eidem cōtrouerſia ſtatus moueatur?

Si uenter in bon. poſ. mittatur, quatenꝰ uti debet bonis mariti ſui?

Ex quibus bonis Victus uentri eſſet aſſignandus?

Ex quib. Curator mulieri eligatur?

Si Curator mulieri nondū ſit datꝰ, quid faciat hæres ſubſtitutus?

Si aūt (idē ait) mater poſthumi in bonorū poſſeſsionē mittatur, ea ſola ſine quibus ſe ſuſtinere, & ad partum vsqꝫ perduci nō poſſet, ſumere ex bonis debet. Et in hanc rem Curator conſtituendus eſt, qui cibū, potum, veſtitū & tectum mulieri præſtet pro facultatibus defuncti, & dignitate eius, atqꝫ mulieris. Diminutio aūt ad hos ſumptus fieri debet primū ex pecunia numerata, ſi vero ea nō fuerit, ex his rebus quæ patrimoniū onerare magis impendio, quā augere fructibus cōſueuerunt. Eligitur aūt Curator mulieri, aut ex iis qui Tutores dati ſunt poſthumo, aut ex neceſſariis, affinibusqꝫ, aut ex ſubſtitutis, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus: ſed is vtiqꝫ qui idoneus videbitur. at ſi de perſonis eorū quæſtio moueatur, vir bonus eligitur. Quod ſi nondū ſit Curator cōſtitutus, quia plerūqꝫ aut non petitur, aut tardius petitur, aut ſerius datur: res hæreditarias hæres inſtitutus, vel ſubſtitutus obſignare nō debet: ſed tantū numeratas mulieri det. Porro ad cuſtodienda ea, quæ ſine cuſtodia ſalua eſſe nō poſſunt, vt ſunt pecora, cuſtos ab hærede ponatur. Et ſi nondū meſsis facta ſit, fueritqꝫ cōtrouerſia quātum frugū ad tempus partus mulieri dari oporteat, arbiter cōſtituat. Si aūt Curator cōſtituatur, hæc omnia ceſſant. Attamē Curator res conſcriptas accipiat, ſiue eas vendat, ſiue poſthumo, hæredibusue inſtitutis eas ſeruet. Tamdiu aūt venter in poſſeſsione eſſe debet, quādiu nō pariat, aut abortiatur, aut certum ſit eā nō eſſe prægnantem. Quod ſi ſciens ſe prægnantē nō eſſe, quid cōſumpſerit: de ſuo id eam cōſumpſiſſe arbitror. E regiōe vero ſumptus ab ea facti bona fide, nō repetātur. Habitatio quoqꝫ ſi domū vita defunctus nō habuit, cōducenda erit mulieri. Inſuper & ſeruis ei neceſſariis ſecundū dignitatē cibaria præſtanda ſunt. Curator vero ventris alimenta mulieri ſtatuere debet. nec ad rem pertinet, an dotē habeat vnde ſuſtentare ſe poſsit, quia videntur, quæ ita præſtantur, ipſi præſtari qui in vtero eſt: qui quidem ſine flagitio vel fame necari, vel negligi nō poſsit. Quin & ipſe Curator ventri datus, ſoluendi eius debiti rationē habere debet, eius aūt præcipue, quod ſub pœna, aut pignoribus precioſis ex obligatiōe paterna creditoribus debetur. Quod ſi ventris nomine mulier in poſſeſsionē miſſa ſit, adulteriiqꝫ rea peragatur, differendā eſſe accuſationē putamus, ne quod præiudicium fieret nato. Iſte quoqꝫ poſthumus quocūqꝫ tempore editus, ſi modo ante mortem teſtatoris conceptus fuiſſe probetur, bona poſsidere incipit. Nam venter propter eum mittitur in poſſeſsionē bonorū. Qui qdem miſſus non fuiſſet, ſi ei nato bonorum poſſeſsio negari debuiſſet.

Curator res poſthumi conſcribat.

Quamdiu, ubi, & cū quibus uenter in bon. poſ. eſſe debat?

Curator debitorum rationem habeat.

Poſthumo bon. poſſ. debetur.

Kaz. M. Viſl. 1368

Ne quis res quoqꝫ ſuas vi repetat. L. I.

Recipiens uiolenter rem ab aliquo tenebitur ad reſtitutionē cū pœna 6. Marc.

Si quis mantelum ſuum, uel aliā rem propriā quamcūqꝫ alicui uiolenter, autoritateqꝫ propria receperit, Iure repetendo: cum pœna ſex Marcarū eandē reſtituere teneatur, de proprietate aūt rei Actio utriſqꝫ partibus ſalua eſt reſeruanda.

Mantelum ſiue mantile dictio ex manus & tela cōpoſita, quaſi mappa a manibus tergendis dicitur. Eſt que genus penulæ militaris, ſiue torax, tegmen, uel palium metaphorice.

Si quis ergo vi bonorum poſſeſsione expellatur a Capitaneo reſtituitur. Lex ij.

Quā vide fol. 230. de formula Capitan. Officii in iudicādo. & fol. 493. de ſtatu mul.

Sigiſm. Crac. 1539.

Sed pro parte fundi Capitan. nō iudi= (cat. Lex iij.

Crebris ſæpe ſubditorū noſtrorū Nobiliū querimoniis ſolicitati, ut in Capitaneorū Iudiciis, & Officio, nihil in illos ſtatuere permittamus, quā quod & deceat, & ad illorū Iudiciū, & Officium, in Articulis Iudicij & Officij ſtatuto expreſsis pertineat, decreto preſentis Conuentus ſancimus: ut Capitanei iniurias de rebus minutis, iugero, prato & id

prato & id genus particula uniuerſitatis bonorũ nõ iudicent, ſicut de uiolenta expulſiõe: Et ut ceſſet mos ille ſcribendi, & citãdi, cum dictiõe præſertim. Sed Officiũ & Iudiciũ ſuum intra metas Statuti de articulis Iudicij, ac Officij Capitan. expreſſas, tantũmodo iudicãdis cõtineãt.

Intra annũ & 6. hebd. olim pulſi bonis

Conſuetud. Cracon.

Quam vide Libr. 1. Cap. 12. Artic 13. de formula Iudicii corã (agebãt. Lex iiij. Capit. Officio Fol. 230. 231. &c. Hæc eñi iniuria illa Iuris forma eſt definiẽda.

Nũc quomodo pulſi reſtituãtur in bo-

Sigiſm. Crac. 1543.

Quia negociũ de uiolenta expulſione de bonis inter ho- (na. Lex V. mines uehementer motũ eſt, & increbruit, adeo, ut iniquus iuſtum, nocens innocentẽ reum peragat, boniſq; depellendo citet in ſpem probationis, quæ ex cõſuetudine Iuris bonis expulſo ſeruit, ut bona eius intercipiat, tametſi fortaſsis nunq; in poſſeſsiõe eorundẽ bonorũ fuit, nec Literas ullas ſeu Priuilegiũ ſuper eadẽ acquiſiuit. Quocirca nos huiuſmodi licentię ire obuiã, & eandẽ intercipere uolẽtes, id illi remedij cũ Senatoribus noſtris & Terrarũ Legatis reperimus, ut hi qui ſe expulſos ſeu deiectos bonis affirmãt, ad Officiũ Caſtreñ. in quo eiuſmodi bona ſunt poſita, in recenti ad maximũ infra mẽſem(facturi eo nomine proteſtationẽ ſi uolẽt) cõfugiant, & pro expulſiõe deiectores citẽt. Nihilominus Officiũ ex cõtrouerſia Partiũ, deſcendendo in illa bona, Scrutiniũ ſeu inquiſitionẽ a uicinis illis bonis adiacentibus facere, & teſtimoniũ ab eis ſub onere cõſcientiæ & bona fide Nobili: a Kmetonibus aũt illorum bonorũ ſub corporali Iuramẽto inquirere debet de hac expulſione, ſi ita ſcilicet facta ſit, nec ne: & quis ante hanc expulſionẽ, uel menſem, illorũ bonorũ poſſeſſor fuit: num uidelicet expulſus, aut Citatus. Qui quidem Kmetones tenebũtur narrare quis eorũ illos tenebat, cui cẽſum dabãt ante hoc tempus, quiſue eiſdẽ imperitabat. Et iuxta hanc teſtificationẽ in utraq; partẽ, Officium huius negocij iudiciũ ſeu deciſionem faciet. Præter pueros illos quorũ fortaſsis patrui uel Tutores Iure tutelæ uſi, dum minorẽnes adhuc eſſent, illa ipſa eorũ bona uendidiſſent, aut alienaſſent, cõtra eorũ Ius & iuſticiã. Talibus enim pueris, poſtq; ad annos diſcretiõis peruenerint, Officiũ tenebitur iuſticiã facere: tametſi nõ in recenti facto ad hoc ipſum Officiũ cõfugierint. Ne eo modo ſcilicet Tutores bona puerorũ perdãt, neue quis ab eiſdẽ incerta bona emat. Quod ſi Citatus reciperet ſe ad munimẽta, debet narrare ad qualia munimenta ſe recipiat, unde, & ex quibus Actis producenda: tum enim nõ ulterior debet ei dari dilatio, niſi ad Terminos proximos illorũ Actorũ ad quæ ſe receperit. Quod ſi aliud quitq; poſtea oſtenderit, extunc cauſam ſuã amittere debet, indeq; Actor pro damnis, quęcũq; hac depulſione ſua Reus fecerit, ad Ius Terreſtre iuxta Statutũ remitti debet.

Qui ergo habet Inſcriptionẽ cum Intromiſsione, tametſi fortaſsis bona locauerat is utiq; hac lege poſſediſſe cenſend9 eſt, poſtquam locatio eſt finita.

Scrutinij uſ9 quis.

Si Tutores pupillorũ bona alienarent.

An reo danda ſit dilatio ad munimenta.

ARTICVLVS II.

De Pratis.

De Pratis, Graminibus ac Feno: Item de Agris & Segetibus, & Hortis ac Plantis, ex empto, vel vi in alieno fundo demeſsis, depaſtis, cultis, conſitis, receptis cõculcatis, nocte dieue per Dños vel ſeruos furatis, deq; eiſdem ſeruis ob furta captis, vulneratis, vel occiſis. Præterea de Chartis & ſcriptura, Tabulis & pictura, Aedificiis & materia, Dominio & vſu fructu, Theſauris & alieno ſolo, Clauib. & domo, præterea de rerũ quarũuis Incenſorib. plectẽdis.

Kaz. M. Viſl. 1368

Accuſato de falcaſtratiõe alicuius prati, & cõfitenti ſe illud falcaſtraſſe: propter emptionẽ factã apud Vuladariũ accuſantis iam uita functum, incumbit probatio accuſato.

Prati demeſſor, ꝓbet ſe emiſſe. Lex I.

Bartholdus depoſuit querelã cõtra Andream, Quod pratũ ipſius falca- 19.
ſtraſſet & gramina abſcidit. Andreas licet ſit cõfeſſus prædictũ pratum ſe falcaſtraſſe, tamẽ adiiciendo propoſuit, quod idẽ pratum Vuladarius Bartholdi pro certa pecunia ſibi falcaſtrandũ uendidiſſet, & pro eodem prato pecuniã idem Vuladarius recepiſſet, quẽ tamen mortuũ aſſerebat. Nos aũt cõſiderantes confeſsionẽ prædicti Andreę, & morte ipſius Vuladarij: in tali caſu decernimus, eundẽ Andreã probare prędictã prati emptionem, & ſolutionẽ, taliter ut præmittitur eſſe factam.

Kaz. M. Viſl. 1368

Currus feni uiolenter receptus, tribus ſcotis ſoluitur, cum duplici pœna pyath. Iudici, et parti altera

Feni currus vi raptus quanti: Lex ij.

Item pro curru feni uiolẽter recepto damnũ inferẽs ſoluat huic cui ab- 28.
ſtulerit tres ſcotos, cum pœna pyathnadzyeſta. Et pari modo Iudicio, ſeu Iudici prædictã pœnam in cuius Iuriſditione hoc perpetratur idẽ perpetrans ſoluere teneatur.

Idem Rex.

ſeminator agri alieni ſeminatis careat, cum pœna pyathn.

Qui vi colat, aut cõſerat alienos agros. (Lex iij.

Si quis excolat, uel ſeminet agros alicuius uiolenter, ſemine careat in eiſdem agris ſeminato, cũ pœna pyathnadzyeſta. 28.

Si ſata, vel prata ſeru⁹ poſſeſsionat⁹ vel

impoſſeſsionatus cõculcet. Lex iiij. Quam uide Folio 349.

Kazim. Viſl. 1368.

Caßulam cuiuſuis grani in die recipiens Iudicio 6. Marc. pœnam, & parti pœnã pyath. ſoluet. In nocte aũt recipiens fur iudicatur.

Qui alienas fruges capit in die vel no- (cte. Lex v.

Item pro una caſſula cuiuſcũq; grani in die recepta pœnã Iudicio ſex Marcarũ et damnũ paſſo quindecim alias pyathnadzyeſta recipiens ſoluere teneatur. Si aũt tempore nocturno id factum fuerit, tunc furtum eſſe decernimus & declaramus. 28.

Kazim. Viſl. 1368

Idem folio 278.

Frumentorũ nocturni fures deprehenſi in crimine, equos, et omnia quæ ſecum uexerint, perdunt. Et ſi reſiſterint, pro occiſis nullam pœnam occiſor incurrit.

Si frugũ nocturn⁹ fur capiatur vel oc- (cidat. Lex vi.

Et licet Canonica ſanctio depopulatiões agrorũ magno odio habeat, tamẽ temerarios a malo nõ reuocat niſi addatur tor- 27.
ques collo ipſorũ, & temporali diſciplina impie puniãtur: propter qđ Statuimus, ut ſi alicuius Militis, Prælati, Ciuis, aut alterius hominis ſimplicis familiaris, Kmetonũ, uel quorumcũq; frumenta de nocte receperit, licitum ſit Dño frumenti, aut ſuis ſeruis, uel amicis ipſa defenſare, equos rapientiũ, uel alias res pro ſe libere tollere. Et ſi tũc quẽpiam occiderint impune uolumus hoc ipſum pertranſire, Dñm uero illũ de

cuius do-

cuius dominio tales exiuerũt depopulatores in pœnã pyathnadzyeſta nobis decernimus incidiſſe. Et ſi uulnerauerint, uel occiderint frumentorum defenſorẽ, ſoluãt uulnera læſo, uel caput pueris, aut amicis cum pœnis prænotatis. .·. .·. .·.

De fure, depaſtore, ac demeſſore graminum, feni, frumenti. Lex vij.

Idem Rex.
Fur feni, frumenti, damnum cum pœna ſoluat.

38. Præterea Statuimus, quod ſi quis in alterius Villa, uel poſſeſsiõe, in feno in frumento, aut in campis furtũ fecerit: Iudicio cõuictus damnum paſſo ſatisfacere. & Dño Villæ in qua huiuſmodi furtũ cõmiſſum eſt, ipſe fur pœnam ſoluere teneatur. ¶ Depaſcentes uero & incidentes gramina falce, in tunica, uel pallio impignorentur.

Depaſcenti, aut incidenti gramina falce, tunica recipienda.

Nocturni dãnidatores in frugib. & fundis alijsq; huiuſmõi malefici etiã ex Tẽplis & Monaſter. capiãt. L. viij.

Quam vide Libro primo Capitulo quarto Articulo octauo.

COMMENT.
An in ſterili regione, uel famis tempore furandum ſit?

Tametſi nihil intereſt, nũ quis a paupere, vel a locuplete furetur: vtriusq; enim res ex æquo cõcupiſcere prohibemur. Nihilominus boni iudicis arbitrio eſt relinquendũ, an furti cõdemnare cum debeat, qui extrema fame coactus ſibi vel ſuo animali furetur pabulũ, quo miſer eſurientẽ impleat animã. Quod quidẽ fit in ſterili regiõe, vel in ſumma annonę caritate. Quorũ poſtremũ ne accidat, animaduertendũ eſſet in eos e cõtrario, qui vel frumenta coemunt attenuandę onerandęue annonæ cauſa, vel illa ſupprimunt, æquisue preciis vendere nolunt, vt paulo poſt etiã carius vendant. huiuſmõi enim reuẽditoribus negotiatiõe merito interdici ſolet. Locupletibus aũt inuitis iuſte frumenta venum exponi poſſent. Summæ tamẽ neceſsitati hoc extremũ remedium eſſet reſeruandũ. ne vel Mercatores in officio mercandi impediantur, vel locupletes de rerum dominiis, leui ex occaſione periclitentur. .·. .·. .·.

Reuenditores ac frumentorum ſuppreſſores puniendi eſſent.

De plantarũ deſtructiõe vel euulſiõe. Lex ix.

Kaz. M. Viſl. 1368

Statuimus & decernimus, Quod ſi aliquæ plantatiões iam
27. inſertæ & radicatę euellãtur, & extirpentur, etiã ſi fuerint propriæ ipſius extirpãtis, qui (domo aliqua diſcedens) debet medietatẽ illarũ plãtationum dimittere in ſolo, ſeu area: pœna ſex Marcarũ teneatur.

Si quis in tranſlatiõe domicilij plantas iam inſertas deſtruat, uel euellat, pœnam ſex Marc. ſoluet.

COMMENT.
Plantarũ alieno ſolo inſertarũ ratio quæ?

Hæc Lex intelligi debet de plantis, quæ iam radices egerunt. nam eo caſu, etiam alienæ plantæ ſolo cedunt. alioqui, eius cuius fuerãt. permanent. adeo enim proprietas plantæ cõmutatur, vt ſi meam terrã premat, pro ea parte mea ſit: ſi vero in cõfinio arbor ſuccreſcens in meũ fundũ agat radices, mihi ſit cũ vicino cõmunis. Eadẽ quoq; ratiõe frumenta mala fide ſata, cedere ſolo intelligũtur. ſecus qui alienũ fundum ſua impenſa bona fide cõſeuit. Scriptura etiã chartæ, & pictura tabulæ cedunt: ſi mala fide illas ſcriptor, vel pictor cæperat. ſecus ſi bona fide. & ex pacto fuerat conuentũ. Tunc enim tam charta ſcripturæ, quã tabula picturæ, vt viliores carioribus cedunt. Ad hãc quoq; Legem quaſi generalẽ referri poſſunt illæ. Si quis ſpeciẽ nouã ex aliena materia faciat, eius Dñs efficitur: pręſertim ſi poſsit ad priſtinã reduci, vt vas ex aliqua precioſa materia factum. Qui vero partim ex ſua, partim ex aliena materia faciat aliquid: illã ſpeciem ſibi quęrit. vt ſi quis ex ſuo vino & alieno melle faciat mulſum, aut ex lana veſtimentum. datur tamen cõtra vſurpatorẽ Actio iniuriarũ. Niſi forte voluntaria, vel fortuita specierum, vt vini, aut olei cõmixtio faciat rem eſſe cõmunem. ſecus, ſi caſu eę res

Frumentorum quæ?
Scripturæ & chartæ item picturæ & tabulæ quæ?
Si quis ex aliena materia ſpeciem nouam faciat?
Si quis partim ex ſua partim ex aliena materia faciat? uel ſi res miſceat?

miſceantur quæ ſegregari poſſunt, vt frumentũ, & greges. certe, ſi quis ex aliena materia ſibi ædificauerit, Dñs ædificii eſt habendus: ædificiũ enim ſolo cedit, ſed duplum pro materia eſt ſolueñ. ne ædificia diruere cogatur. Qui enim de ſua materia ſcienter ædificauit, videtur ad alienationẽ materiæ ſuæ cõſenſiſſe. Quod ſi quis bona fide ex ſua materia in alieno ſolo ædificet, tantiſper Dñm fundi repellit, donec ſibi tam in materiã quã in fabros perſoluat expenſa. Ita etiã bonæ fidei poſſeſſor, facit fructus ſuos, ſi forte a ſolo fuerint per eũ eiusue Procuratores ſeparati. Quocirca ſi eos nõ recolligat, ac moriatur: nõ hæredibus ſuis, ſed Dño fundi eos relinquet. Fructuarius etiã & tantũ pecorũ quantũ accepit relinquere, & in locum demortuorũ capitũ ex fœtu ſubmittere, ſed & arbores pro arboribus ſufficere debet. recte enim colere, & quaſi bonus paterfamilias creditis vti debet.

Aedificiorũ, & materiæ, quæ debet eſſe ratio?

Vſufructuarij quæ?

Theſauros etiã ſi in fundo proprio, ſacro, vel religioſo reperies: tui ſunt. ſi in publico, vel alieno: cum Principe vel hærede fundi, niſi ſecus fuerit conuentũ, communes. Traditiõe aũt clauium poteſtas domus, atq; eorum quæ intra ſunt, tradita eſſe intelliguntur.

Theſaurorum quæ?

Clauium quæ?

De incenſorib. aũt domorũ, horreorũ,

aut quorũuis bonorũ: nec non aruorum, ſyluarũq; plectendis. & ſi Plebei fuerint ac fugiant, in Ciuitatib. Iure Pol. iudicandis. Si vero Nobiles fuerint, captiuandis: vtriſq; aũt ex Eccleſiis & Monaſteriis recipiendis, ac pœnæ dedendis. Vide Libro 1. Capitulo 12. de Capitan. Articulo 9. Folio 216. de fortuito tamẽ incendio, vide in Præfatione huius Capituli.

ARTICVLVS III.

De quarũcumq; ARBOrum in ſyluis alienis exciſiõe.

Kazim. Viſl. 1368

De quercu exciſa, aut lignis cõmunibus. Lex I. 26. 27.

Quidã de ſua audacia multũ præſumentes, intranteſq;
ſyluam uel gayum alicuius pręter Dñi uoluntatẽ, quercus & ligna excidunt meliora: nullã pœnam ex hoc ſequi poſſe prætẽdentes. Ideo Statuimus, ut ſi quis inciderit quercũ in bonis alicuius Dño inuito ad axẽ ualentẽ, uel de minoribus quercubus, uel alijs lignis currum impleuerit: pœnã quę dicitur pyathnadzieſta illi ſoluat, in cuius dominio ſunt inciſa. Statuimus etiã quod pro qualibet arbore fructifera ſeu pomifera exciſa, duodecim groſsi duntaxat paſſo damnum cum pœna pyathnadzyeſta exoluantur.

Qui in alienis ſyluis quercũ axi aptam exciderit, aut de lignis cõmunibus currũ impleuerit inuito domino: pœnam L. domino ſyluæ ſuccumbat, & ſi arborẽ fructiferam inciderit: ultra dictam pœnam punitur in 12. groſsis.

Kazim. Viſl. 1368

Ne in alienis ſyluis ligna quis ſecet. Lex ij. 34. 35.

Statuimus etiã, Quod quicũq; habens cũ aliquo limites, uel terminos trãsgrediendo, ligna, uel utenſibilia in alicuius ſylua uel gayo inciderit: is cuius ſylua fuerit, incidentẽ prius in ſecuri. Secũdo, in pallio, uel tunica. Tercio, in bobus, uel equis, ſeu in uno equo impignorare poterit ſine pœna. Sed ſi impignorauerit, in duobus bobus, uel equis: unum pro ſe obtinebit, & aliũ bouem, uel equũ ſuper fideiuſſoriam cautionẽ dimittat: & ſignũ in arbore ubi impignorauit illũ, facere, & incidere teneatur. ¶ Si uero quis in gayo alterius furtiue unã, uel duas quercus inciderit: pro qualibet quercu ſex ſcotos. Si uero tres inciderit, tres fertones illi in cuius gayo hoc fecit, cum tribus Marcis pro pœna, &

In alterius ſylua arbores incidentes, pro prima uice ſecurim, pro ſecunda tunicam pro tercia iumentum perdent.

Excidẽs quercus furtiue alienas, fertonẽ pro qualibet ſoluat, cum pœna triũ Marc. plantas minores excidens, quatuor ſcotos ſoluet.

pœna, & Iudicio alias tres Marcas ſoluere teneatur. Et ſi tantũ propagines uel plantas minutas exciderit, quatuor ſcotos ipſum incidentem ſoluere oportebit. Et idem uolumus eſſe tenendũ de quercubus ſyluarũ ſeu in ſyluis aquaticis circa quaſlibet aquas. ℂ De quercub. uero mericarum, uulgariter dambroua, duos ſcotos quilibet ipſam incidẽs perſoluat. Si aũt propagines, ſeu ramos inciderit, ſolũ modo pignora ab eo recipiantur. ℂ Si quis aũt arborẽ cũ apibus ſucciderit paſſo damnum Marcam, & Iudicio alterã. Qui uero ſine apibus, tamẽ ad apes aptatam arborẽ ſucciderit, paſſo damnũ Marcã mediam, & Iudicio pariter mediam conuictus exoluat.

A quercu uero mericarũ 2 ſcoti ſoluãtur

Qui arborẽ cũ apib. ſuccidit, Marc. damn. paſſo, alteram Iudicio: pro arbore uero ſine apib. reparatam tamẽ ad apes, mediã Marcam ſoluet.

Capiat' precioſorũ lignorũ exciſor. L. 3

46. Primęua Conſtitutiõe, in Capitulo, Statuimus, &c. noſcitur eſſe obſeruatũ: Quod cũ aliquis Kmetonẽ, uel quempiã in ſua ſylua arreſtauerit: eundẽ pro prima impignoratiõe in ſecuri tantũ pignorabit, prout ſcilicet in eodẽ Capitulo eſt deſcriptũ. Et quod diuerſę ſint ſylue, inter quas aliquę reperiũtur in quibus ſunt arbores magni ualoris & precij, ut eſt taxus, uulgariter Czyſz, & aliæ huiuſmõi: his igitur attentis, quia pignora debẽt præcellere in ualore res pro quibus accipiuntur: Æquũ uiſum eſt nobis, & noſtris Baronibus. Quod ſi aliquis ſyluam intrans tales arbores, uel his ſimiles inciderit, poterit per hæredẽ & Dominũ ſyluæ capi, & ad fideiuſſoriã cautionẽ petentibus aſsignari. Nõ enim uidetur conſonũ & ſufficiens eſſe, ut pro tã notabili damno ſylue pignus recipiatur, ſolumq; in ipſo pignore ipſe deprehenſus puniatur. Et ſimiliter de Gays ubi paucæ ſunt ſylue obſeruetur.

Vulad. Iagel. Craco. & Varthæ 1423.

Arbores ſingulares, & magni ualoris, uti eſt taxus, incidens, ac deprehenſus, debet ad cautionem dari: quia non ſufficit pignorari talẽ. ſimile intelligitur ſi inuentus fuerit in gays ubi paucæ ſyluæ fuerint.

ARTICVLVS IIII.

De ſyluis glandarijs, fagarijs, & porcis.

Statuimus, Quod quãdo aliquis habẽs ſyluã uel mericã a ſe (Lex I.
35. diſtantẽ porcos ſuos, uel ſcrophas, per bona alterius inter media & uicina uoluerit ducere ſeu pellere ad eandẽ ſyluã, id facere nõ poterit per bona alterius, niſi per uiã quæ ducit ad ſyluã ſuam. Et idem dicimus eſſe per omnia obſeruandũ de eo, qui pro ſuis ſcrophis uel porcis pro precio conduxerit ſyluã glandibus abundantẽ, uel fagis, & bona alterius ſint inter media inter ſyluã huiuſmodi, uel mericã. ℂ Is ergo per cuius bona pecudes huiuſmõi Dñi, qui mericã uel ſyluã cõduxit, pelli debebunt, ex utraq; parte uiæ ad triginta ulnas glãdes proprias prius colligat, ſeu depaſcat: ut ſic prędictus cõductor mericę uel ſyluæ prędictas ſcrophas uel porcos abſq; ſuo dãno, ſeu offenſa, poterit pellere ad eandẽ

Kaz. M. Viſl. 1368

Porcos ſeu ſcrophas ad glandes pellẽs, nõ per bona alicuius, ſed ꝑ uiam debet pellere.

Domin. mericæ in 30 ulnis a uia remouebit glandes.

Si alienos porcos in tua ſylua reperias.

Statuimus etiã, Quod quicũq; ſcrophas proprias ad glandes (Lex ij.
35. ſyluæ alterius depulerit, hic cuius ſylua fuerit, pro prima uice porcum

Kaz. M. Viſl. 1368.

Inueniens porcos in glandib. ſuis prima uice unũ, pro ſecũde du

os mactabit, tercia uice eos ad Cur. R. M. uiciniorẽ depellet, per mediũ cum Rege diuidendos. Vbicũq; aũt mactati fuerint, ſignabitur arbor, ad quam porcꝰ cædetur

De Apibus in alieno nemore habitis uide infra articulo 6.

unum: ſecunda uice ſi inuenerit, duos porcos mactare poterit & ualeat: & tercia uice ſi inuenerit, omnes ſcrophas pellere poterit ad Curiã noſtram uiciniorem, eaſdem nobiſcum per mediũ diuiſurus. Ita tamẽ, qđ ubicũq; prædictos porcos infra ſuos limites mactauerit, ſignum in arbore facere teneatur. Et ſi pars aduerſa damnũ ibidem illatum eſſe negauerit, tunc impignorans tenetur ſignum in arbore inciſum & factũ exhibere. Et hoc proprio ſuo iuramento firmare uidelicet, ibidem porcos eſſe inuentos.

ARTICVLVS V.

De abigeis animaliũ quorumlibet, ſeu de vendicatiõe rerum cuſtodiã noſtram nuperrime effugientiũ, Terminoq; facietenus dato: Nec nõ de animalibus cicuribus vi ablatis, e damno dato per vicinum vel Capitaneũ abactis, ſub cuſtodia paſcendis, ad Villam impellendis, vulneratis, in cõmodatione læſis, a fideiuſſore debitori non accipiendis, alea non perdendis, furatis, & pignori tantum recipiendis.

PRÆFATIO.

In Repub. noſtra uaria ſunt Iudicia.

Verbales Termini propter cito rem officio exhibendam introducti.

Tametſi de Iure dominii & poſſeſſorio ſupra Artic. 1. niſi fallor, copioſe egimus: præſens tamẽ Lex exigit, vt de eodem etiã aliquid agamus. Legiſlatores enim noſtri ſecundũ varietatẽ cauſarũ, maturã, vel repentinã cognitionẽ ac vindictam deſyderantiũ in Rep. noſtra, cõplura Iudicia ſtatuerunt. Quorũ quidẽ alia ſunt tardiſsima, vt Terreſtria: alia matura, vt ſunt Caſtreñ. alia etiã iis velociora, vt ſunt Officii Caſtreñ. alia velociſsima, vt ſunt Termini verbales: iiq; duplices, alii enim ſunt corã Rege, de quibus Fol. 53. egimus: alii corã Capitaneis, de quibus Lex præſens agit. Verbales ergo ſeu facietenus Citatiões inde ſunt introductæ, quia ſæpe fures: aut alioqui violenti prędones animalia noſtra de ſtabulis, vel paſcuis abigere: vel ſeruos de agris, itinere, domoue propria capere: aut res quaſcũq; mobiles ex noſtra poſſeſsiõe, ac poteſtate rapere: caſuue amiſſas die noctuue tollere, & quaſi captiuas tenere nõ reformidãt. Quæ quidẽ animalia, vel res, ita Domini perſequi ſolent: vt veſtigiis abactorũ, ac prædonũ inſiſtere, & ea ipſa quaſi oculis ac facietenus tenere exiſtimetur. idcirco vt recuperãdæ poſſeſsiõi eorum omnium præſentiſsimũ eſſet auxiliũ, placuit, vt pro talibus animalibus, vel rebus cuſtodiã noſtram nuperrime effugientibus, nõ ſcripta Citatiõe, ſed tantũ per Miniſterialẽ quemcũq; rei ad Capitaneũ loci verbo citentur, ac vocetur. Qui qđẽ citati ne ipſa animalia, vel res, negent, abſcondãt, mutent, aut corrumpãt: animalia auriculæ: res aũt quacũq; parte earũ inciſiõe: vel alioqui alia conſignatiõe per Miniſterialẽ notari ſolent. vt ita notata corã Capitaneo intra vnam ſeptimanã ſiſtãtur: & exhibeantur. Quod ſi reus vel præuenta notari nõ permittat, vel notata non ſiſtat, neq; exhibeat: vtroq;, vel altero tantũ nomine, in pœna cõtumacię iuxta Miniſterialis citationẽ (quæ ad Acta inſcribatur cum valore animalis vel rei iuxta formã citationũ) cõdemnatur. Secundus aũt Terminus eidem detentori ex citatiõe, ſeu citatiõibus ſecundis Literalibus Caſtreñ. primas citatiões per Miniſterialem recognitas, & in Acta relatas, iuxta formã Querelarũ ſolitã inſertas cõtinentibus, intra duas hebdomadas præſtituitur. In quo ſi reus nõ cõparet, inherendo Statuto de reſtitutiõe alienæ rei, in pœna triũ Marcarũ parti, & totidem Iudicio: in tantũq;, ſi notari præuenta nõ permiſit, cõdemnatur. Quod ſi in Termino Cõcitatorio ad ſatisfaciendũ etiã abſit, ibidẽ poſt Termini aſtitionẽ Actor ſuper vtraſq; citatiões remittitur ad intromittendũ in bona citati, recte (vt fit in Artic. Caſtreñ.) cum Vadiis triplicatis: hoc eſt 18. Marc. pecun. ne ſub eo Vadio Intromiſsionẽ in pœna ſex Marc. parti & Officio ſigillatim decreta, & ſeruiente, impediat. Quod ſi impediat, Vadiũ decernitur in reo. prætereaq; fit vlterior executio vſq; ad banniendũ: toties quoties aliqđ prædictorũ notari, ſeu vt ita loquar, aſ-

Quare notatiões rerum ſunt in uſu.

Primus Terminus Citationis uerbalis.

ſecundus Terminus & proceſſus in eo qualis.

quar, arreſtari, vel facionari nō permittat: aut corā Officio cōtumaciter nō ſiſtat, nec exhibeat. Quod ſi reus animal vel rem præuentā ſiſtens, ac exhibens, ſuam propriā eſſe aſſerat: cū pœna tamē ſex Marcarū quodlibet eorū reſtituat poſſeſſori, præſertim ſi illius rei verus poſſeſſor fuiſſe appareat, & probetur. ſuper dominio aūt ſeu proprietate animalis, vel rei: nec nō pro fructibus tempore poſſeſsiōis interruptæ prouenietibus: ſimulq; pro viciatiōe rei ex facto, vel lata culpa detentoris ſubſecuta, partes ad Iudiciū Terreſtre Capitaneus remittat: preſertim ſi in Citatiōe pro eiſdem fuit actio reſeruata. Nec ſolum fructus peti poſſunt, qui ex animali, vel re intercepta prouenerunt, ſed qui etiā prouenire potuerunt, ſi nō fuiſſet detenta. In fructu vero vel damno pecorū, ſunt fœtus, lac, lana, & labor. Seruorū vero cenſus, & operę. Eſt aūt in hac actiōe perpetua Iuris regula, Quod poſſeſſor bonæ fidei lucretur fructus ante litis conteſtationē perceptos: malę vero fidei poſſeſſor, tenetur de fructibus perceptis, tam ante quā poſt litis conteſtationē, etiā ſi habeat titulum. Nam & titulus bona fide quęſitus a reddendis fructibus tantū liberat ante litis cōteſtationē perceptis: verum a reddendis iiſdem fructibus poſt litem conteſtatā perceptis nō liberat. Quocirca bonus titulus, ſcripto, teſtimonio, vel alioqui iureiurādo ab reo eſt probandus. Nec tamē ob id viciſsim ſeuere Capitaneus ab Actore ipſo requirat, ex qua cauſa rem poſsideat, quæ petitur: ſiue enim ei cōmodata ſit, ſiue cōducta, adeoq; ſiue habeat titulum poſſeſsiōis ſuæ, ſiue non: hoc eſt, ſiue ſit poſſeſſor, ſiue eam tantū habeat in ſua cuſtodia, ſi modo Actor probare queat eam eſſe ſuā, ex quacūq; cauſa acquirendi iuſti dominii: tunc detentor iniquus neceſſe habebit ea reſtituere. Quinimo ſi dolo malo fecit reus, quominus in eius poteſtate eſſet res, quæ petitur: poteſt ab eodem tanquā a vero poſſeſſore peti. Nam qui in rem cōueniuntur, illi & doli & culpę nomine cōdemnantur: ſed diuerſo Iudicio. nec enim Capitaneus, ſed Iudex Terreſtris de ea culpa cognoſcit. vt Lex de Villanis & vicinis furem inſequi nolentibus Cap. ſequenti Artic. 3. ponenda, eo nomine pœnę dedendis documento eſſe poteſt. Atq; hęc de animaliū ac rerum a non Domino, & iniuſto poſſeſſore vendicandis tradere ſufficiat, ſaluo ſemper aliorum meliore iudicio.

ſi reus exhibeat rem præuentam & dicat ſuam eſſe propriam, prius de Iure poſſeſſorio quam de proprietate ac fructibus iudicetur.

Fructus poſt rei uendicationē peti poſſūt.

Ne qs vi boues alienos recipiat. Lex I

Kaz. M. Viſl. 1368

28. Cum alicui quatuor boues fuerint recepti uiolenter, & de huiuſmodi uiolentia fecerit proteſtationē, Volumus quod pro huiuſmōi negligētia boum, & laborum, pro qualibet ſeptimana quatuor ſcotos damnū & iniuriam paſſo cū pœna pyathnadzieſta, & Iudicio aliā ſimilem pœnam ſoluere illator iniuriæ teneatur.

Recipiens boues uiolenter, a quolibet boue ſeptimanatim ſcotum ſoluet: inſuper actori ſoluat pœnam pyath. & aliā Iudici

Hi boues, ſimiliterq; aliæ res ſi facieteneātur, & arreſtētur Cap. iudicat. Lex ij

Conſuetud. 1505.

Item Terminus facietenus da-
123 tus, alias qui facionatus dicitur, in una ſeptimana dari debet, ſic dum res aliqua arreſtatur cum Miniſteriali, tunc ſi nō reſtituit ille apud quem fit arreſtatio, ponit Terminū Miniſterialis illi apud quē eſt arreſtatio facta cōparendi coram Capitaneo in una ſeptimana.

¶ Vſu Magiſtro ita hoc Statutum explicamus.

Itē Terminus Facietenus datus, qui alias facionatus ſeu Verbalis dicitur, in vna ſeptimana dari debet. ſic, & pro eo ſcilicet, cū res aliqua animata vel inanimis quocūq; caſu noſtrā nuperrime elapſa poteſtatē ita inueſtigatur, vt quaſi facie teneri videatur, & cū Miniſteriali arreſtatur: tunc ſi eā nō ſtatim ille detentor illegitimus apud quē arreſtatio facta eſt, reſtitu-

ſi res arreſtatæ mox non extradūtur, Termin. per Miniſterial. ei, apud quē facta eſt arreſtatio, unius ſeptimanæ præfigitur facietenus.

it: eidem detentori illegitimo apud quem eſt arreſtatio facta, Miniſterialis Terminum, verbis ad inſtar Citatiōis ſcriptæ cōceptis, ponit, & aſsignat: vt videlicet cum illa re corā Capitaneo in vna ſeptimana cōpareat, & ſuper Iure poſſeſſorio cum Actore Iudicialiter experiatur. Deinde vero ſuper dominio rei Partes ad Iudicium Terreſtre remittantur. ⁂ ⁂ ⁂

Quin & Villani furē inſequi nolentes

quaſi rē ipſi pdidiſsēt, cōdemnātur. Vide Capitul. ſequenti Artic. iij.

Kaz. M. Viſl. 1368

De pecore de ſeminib. abacto. Lex iij.

A pecore quolibet in damno pars quarta denariorū decernitur pro depaſtis ſeminibus ſoluenda.

Vt quilibet de proximi indemnitate uigilet, a damniſq; & iacturis diligentius caueat inferēdis, Statuimus, Quod ſi quis alterius ſemina iumētis, uel quibuſcūq; pecoribus maioribus depaſcat: quod ille homo cui9 pecora reperta fuerint, pro quolibet iumēto uel pecore, unā quartā denariorū damnū paſſo ſoluere teneat.

Ex conſuetudine, ab equo ſeu equa vnum groſſum, a boue medium groſſum, ſimiliter a vacca: a quatuor pecudibus vero groſſum, a quatuor ſcrophis groſſum, ſimilter a quatuor aucis: ab equo autem in compede ferreo reperto in damno duos groſſos foreſtaliū qlibet ſoluere tenet.

Kaz. M. Viſl. 1368

Pecora quādo ad foreſtā R. dātur. L. 4.

Iumenta in damnis abacta, non domi ſeruētur, ſed in Curiam Regis uiciniorem pellenda decernuntur.

Ad euitandū aūt quālibet altercationē, Decernimus, Quod ad proximiorem Caſtellaniā ſeu Curiā Caſtellaniæ, ſiue fuerit Regalis, ſiue alterius cuiuſcūq; Iudicis, iumenta damnū paſſus depellendi hābeat facultatem. Ita tamē, quod ſub teſtimonio uicinorū in propria domo iumentis ſiue pecoribus per noctē ſeruatis, in craſtino ad proximiorē Curiam Caſtellaniæ prædicta iumenta depellere teneatur.

Conſuetud. 1505.

Si pecus triduo detineatur. Lex v.

Qui quocūq; modo abacta pecora nō dat intra triduum ad foreſtam Regiam, punitur pœna triū Marc.

Quod ſi aliquis alicuius pecora habuerit quocūq; modo, & ea nō dederit ad foreſtam Regalē, alias do Obory ad diem terciū: tūc ſi apud eum arreſtabūtur per Miniſterialē & per duos Nobiles, citatus in Caſtro reſpondebit, & reſtituet pecora cū pœna trium Marcarū. ¶ Sed Iudex Caſtri pro dāno partes nō iudicabit, ſed eas remittet ad Terrę Iudiciū.

Si pec9 e dāno abactū ad fideiuſ. nō det.

Conſuetud. 1505.

Pro pecore in damno abacto, detento, & ad cautionem fideiuſſoriam nō reſtituto: admonitus ad Iudicium Caſtr. pro pœna decernenda citatur, Pro damno uero illato partes ad Iudiciū Terreſtre remitti debent.

Itē ſi aliqs alicui pecus detinet alias Zaymie de dāno, et noluerit (L. vi. illud dare ad fideiuſsionē, cū fuerit monitus per Nobiles & Miniſterialem: pro tali nō datiōe debet citari ad Ius Caſtreñ. & luens pœnā triū Marcar. debet dare pecora ad fideiuſsionē, cum deducetur prius, quia illud dare noluit ad fideiuſsionē. Fit aūt iſtud ideo, ut ne pecora deſtruerentur propter longęuā detentionē. Item ea ratiōe, quia Iure Terreſtri non cito adiri poſſet reſtitutio pecoris illius abacti, pro pœna aūt illa Iudiciū Caſtreñ. iudicabit, ſed pro damno illato Iudex Caſtri partes ad Ius Terreſtre remittit.

De eodem.

De eodem.

Cõſue.Ter.Cr.1505

Item ſi quis pecus alienũ in damno abegerit, aut ſimpliciter ſeruauerit, 123 teneatur illud dare intra triduũ ad foreſtã Regiã, alias do Obory. Vbi ſi aderit Dñs pecoris, dabitur ſibi ad cautionẽ fideiuſſoriã, & pro damno remittentur partes ad Iudiciũ Terræ. ℂ Si aũt Dñs pecoris nõ eſſet, tũc cum pecus daretur ad foreſtã Regiam, tunc iſte qui ſeruat abactum pecus, effideiubebit illud, qua fideiuſsiõe facta, dandum erit ei uiceuerſa ad ſeruandũ in cautiõe fideiuſſoria, ad duas ſeptimanas: quibus decurſis iterum pecus præſentabit in foreſta, & iterũ Burgrabius foreſtæ reſtituet ei pecus in cautiõe fideiuſſoria per alias duas ſeptimanas. ℂ Fieri aũt iſtud poteſt ad alias tercias duas ſeptimanas, uidelicet, pro tercia uice fideiubendo, & qualibet uice abactor ſeu cõſeruator pecoris dabit Burgrabio fertonẽ Iuris Regij. ℂ In ultimis duabus ſeptimanis conſeruatori in cautiõe præfixis. Si Dñs pecoris ueniet, dandũ ſibi erit pecus in cautiõe fideiuſſoria. Pro damno uero remittãtur partes ad Ius Terreſtre: ſi nõ ueniet Dñs pecoris, tũc cõſeruator pecoris præſentando pecus Burgrabio in foreſta habebit medietatẽ pecoris, tanq̃ Iure lucratam, & medietas debetur mẽſæ Regiæ, ſeu ad mẽſam Regiã. ℂ Cum aũt ſit ipſa pecoris diuiſio inter partẽ Regis, & partẽ cõſeruatoris: conſeruator, & pro damno, & pro illis tribus fertonibus pro Iure Regio in foreſta datis, medietate contentus ſit pecoris, ſeu pecudum.

Porro ſi peco9 ad foreſtam Regiã datur, attamen per eum dominũ cuius ſit proprium nõ effideiubetur: ter per ipſum pecoris abactorem, cum totidem fertonib. Iuris Regal. Burgrabio dandis effideiubetur, & iterum Burgrabio ter præſentatur, poſtea uero abſolutis ternis effideiuſsionib. & totidem præſentationib. inter abactorem & Burgrabium diuidatur.

Si Tenutarij bonor. Reg. pecora de dã-(nis abigãt. Lex vij.

Kazim. in Nyeſʒoua & Opoki 1454.

Item Statuimus, ut Tenutarij bonorũ menſę no- 95. ſtræ Regię, ſi uicinis, aut alijs hominibus iniuriati fuerint, teneãtur ſta- 96. re Iudicio Terreſtri poſtq̃ fuerint per iniuriã paſſos euocati. ℂ Et ſi pellãt pecora, aut pecudes, ad domos, aut Curias Regales, occaſiõe differentiæ granicierũ, aut ratiõe deſtructiõis ſeminatorũ, tenebũtur ea dare ad cautionẽ fideiuſſoriã, ſuper decretũ Dñorum iuxta cõſuetudinẽ Terræ diutius obſeruatã. Quod ſi ſecus fecerint, luent pœnas, ſicut alij Nobiles quæ pœnę poterint peti, & exigi ab eis, etiã in pecunijs, ſi quas habuerit in bonis Regalibus inſcriptas.

Tenutarij bonor Regalium, qualiter pro iniurijs iure ſint cõueniendi?

Tenutarij pecora de ſegetib. aut granicieb abacta, ſuper cautionem libera mittant. Alioqn in pœnis more Terrigenarum ſuccumbent.

Huius mentio fol. 237 Idem uero 383.

Iumenta quatenus paſcẽda. Lex viij.

Kazim. Viſl. 1368

35. Statuimus, Quod omnes habentes iumẽta indomita, a uigilia Sancti Adalberti uſq; ad feſtũ Sancti Michaelis illa ſub cuſtodia paſcere teneantur, alias qui ſecus fecerit, extimatiõe damni cõuictus, Iudicio & dãnum paſſo cũ pœna unius Marcæ ad ſoluendũ ſit aſtrictus. Sed deniq; ipſa iumẽta damnũ patiens ad ſuã domũ propriã pellere nõ pręſumat.

Cuius iumenta tempore æſtatis inferunt dãna in ſegetib. pœna unius Marcæ puniantur & damnũ ſoluãt

Paſtor oues ad Villã impellat. L. ix.

Kazim. Viſl. 1368

Accuſatore paſtorem conueniente pro oue,

25. Præterea de Villanorũ paſtore Egidius depoſuit, Quod ouẽ ad gregẽ

impulſam

& paſtore affirmante eius reductionem ſtari debet iuramento paſtoris.

impulſam, & cuſtodię paſtoris cōmiſſam, de grege amiſit, nec per paſtorem ſibi eſſe reſtitutã dicit: paſtor uero aſſerebat ſe ouem prædictã una cum aliјs ad Villã reduxiſſe. Nos in tali caſu decernimus, paſtorē hoc uidelicet qđ ouē cū cæteris ad Villã impulit, iuramēto firmare debere.

Kaz. M. Viſl. 1368

Si qs vulnerat, aut occidit iumētū. L. 9.

Pro uulneratis, ſeu interemptis iumentis, aut poledris, pœnæ certæ ſtatuuntur.

Statuimus inſuper, Quod interficiens iumentū indomitū cuiuſcunq;, quatuor Marcas: poledrū uero interficiens, tres Marcas: & ubi iumentum ictu, uel plaga, culpa alicuius lęſum fuerit ad dorſum, Marcã cum dimidia, & pro poledro ſecundi anni quinq; Marcas huiuſmõi ictum uel plagã inferens ſoluere teneatur. Vbi uero tercij, quarti, uel quinti anni poledrū uulgariter Zrebcza occiderit, iuxta quod paſſus damnū ſuper æſtimatione eiuſdem poledri occiſi iuramento ſuo firmauerit, ſatisfacre teneatur. ⁂ ⁂ ⁂ 35.

De equo cōmodato ac læſo, vide fol. 505

¶ Ne Equū uel Bouē debitoris ſui fideiuſſor in Iudic. obliget, fo. 528.
¶ Equi ludo ſcacorū non amittuntur. Vide Folio 531.

Frumentorū tamen nocturni fures in

crimine deprehenſi, equos, & omnia quæ ſecū habuerint perdunt.
Vide Capitulo eodem Articulo ſecundo.

Quod ſi vicini requiſiti furē equi in-

ſequi noluerint, illum damnū paſſo ſoluãt. Vide Capit. xij. Art. iij.

Præſcriptio pro pecoribus, vel iumē-

tis, ui, uel furto ablatis. Lex x.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Paſsus damnum furto in pecoribus infra annum, in equis aūt & iumentis infra biennium ad Iudicium euocet: alias non niſi cum teſtib. ad agendum admittitur.

38. Statuimus inſuper, Quod paſſus damna per furtū, uel ſpoliū, in pecoribus uel pecudibus, uel rebus minutis, infra annū tantū modo euocãdi ad Iudicium quē uoluerit habeat facultatē. Sed in iumentis, & equis, uiolenter, uel furtiue ablatis, infra duos annos: poſt annos uero ſupradictos ad agendum non niſi cum Teſtibus admittatur.

Pec9 pignori captū ad Pala. vel Caſtel.

Idem Rex. Idem cap. de Pala. & Caſtell. & Capit. & iterum lib. 4. cap. 10. ar. 1. poſt antiquū Iuris proceſſum ponitur.

Item ubi Curiæ noſtræ ſunt remotæ, Terrigenę noſtri poſſunt pignora recepta, ad Curiã Caſtellani, aut Palatini in Terra illa commorantis propellere. (datur. Lex xi. 32.

De cane alieno recepto, vide ſequēti ar.

ARTICVLVS VI.

De animalibus feris, Ceruis videlicet, Apris, Onagris, & id genus aliis, nec non Canibus alicui vi receptis: aut Leporibus, Apibus, Piſcibus in alieno fundo quæſitis, vel furatis.

Tametſi ho-

Tametſi homo in hoc pulcherrimo cœli theatro, ac elementorũ ʋtura ſit quidam æconomus, atq; adeo Dñs omniũ animantiũ ab opifice rerum poſitus: Nihilominus vt Iure naturali ac Ciuili fundorũ dominia eorũq; fructus, inter ipſos homines ſunt diſtincta, ita quoq; & feræ, quodã modo ſunt diuiſæ. Etenim inuito Dño nefas ſit cuiq; alterius fundũ ingredi venandarũ earum cauſa. d... Leges infrapoſitę ſunt cõditæ. Secundũ aũt quod ſunt tria elementa, in quibus animalia vſui hominũ neceſſaria viuunt, degunt, & generãtur: vt pote, terra, aqua, & aer: ita triplex eſt venatiõis forma, terreſtris, aquatilis, & aerea. Neq; nunc dicam quã multiplices inſidias capiendis feris homo repererit, hoc enim eſſet arenã numerare: illud naturæ opus dignũ memoratu, dignũ etiã admiratiõe eſt, quod homo cicuratis ſibi nõnullis feris, earundẽ auxilio venatur alias. ita cũ canibus quadrupedes in terra, cũ vermiculis piſces in aqua, cũ falconibus & accipitribus aues in aere capit, & prædatur: pariterq; cum illis diuidit prædã. Licet vero ſiue vtilitates ſiue potius miſeriæ venatorũ Tragędiis, atq; etiã carminibus variis ſint decantatæ, ne dicã irriſæ: ex venatiõe tamẽ maximã vtilitatẽ militaribus viris ſolere venire, proptereaq; charã illis eſſe debere arbitramur. Quod ſimilitudinẽ ſcilicet magnã cum re bellica teneat. In ea ſi quidẽ vnus quaſi ſummo Imperio præficitur, cuius dicto omnes parẽãt: ille hoſtem excurſiõibus prouocat, exploratores in ſpeculis diſponit, inſidias abdit, apertũ martem diſſimulat, alteros canes in loris quaſi in ſtatiõe milites cõtinet, alteros qui hoſtem veſtigẽt, atq; laceſſant, pręmittit: quæq; ad fugã patent diuortia obſeruat, per ſaltus & arua pedites cũ venabulis pręmittit, loca plana & aperta equitũ alis pręcingit, cornuũ ſtrepitu, & clamore multiplici, progreſſui receptuiq; canit, prędæ atq; victoriæ ſigna dat, prædã aduentantẽ aut euadentẽ ſignificat, caſtra mouere indicat: In vniuerſumq; nihil nõ illic fit, in quo veri prælii forma nõ exprimatur. Nam & niues ac æſtus, famẽ & ſitim, laborẽ & vigiliã iuxta venatores tolerãt: tantũq; auiditate prędæ feruntur, vt equitando, currendo, proſiliendo, montes ſuperãdo, ad mille pericula obdureſcant: in ſimulatoq; prælio ad verũ certamẽ exercitatiores, & feris congrediendo in hoſtes quoq; promptiores reddũtur. Et quamq; præter has vtilitates tales viri minime etiã male cogitãtes ſunt, nihilominus ſicut in omnibus rebus ita in venatiõe modus quidã eſt adhibẽdus: ne ſtudio eius nimio vel cultum animi, in Repubq; officia negligamus, vel etiã a feris quandã morum & corporis cõtrahamus feritatẽ: vt interim taceã, quod venatiõi dediti domeſticas quoq; curas plærumq; intermittunt, & cũ Acteone a ſuiſmet canib. dilacerãtur, atq; cõſumunt. Certe piſcatio minus vtilitatũ habet, exercitatiõis aũt ingenuo homine dignæ, prorſus nihil. inſuper piſces male nutriunt, ipſi aũt piſcatores ſemper algent, nudiq; ac inopes eſſe apparẽt. vt cauſa nõ ſit cur piſcatio bono viro ſit exercenda, niſi per eos homines, qui nihil induſtriũ, nihil etiã forte vnq; ſibi ad gerendũ proponunt, ſed ſemper ſtagnis, lacubus, ac etiã fluminibus immerſi piſcatiõi indulgẽt. Sed quoniam feræ, vt ſunt, beſtiæ, volucres, piſces, & omnia animalia, quæ in mari, cœlo, & terra naſcuntur, in nullius peculio eſſe poſſunt, ideo ſimul atq; ab aliquo captę fuerint, Iure gentiũ ſtatim illorũ eſſe incipiunt: vt ex ſentencia Aretini tradit Iuſtinianus. Quod enim ante nullius eſt, id naturali ratiõe occupanti conceditur. Nec intereſt feras, beſtias, & volucres, vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno: plane qui alienum fundũ ingreditur venãdi aut aucupandi gratia, poteſt a domino, ſi is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur. Quicqd aũt eorũ cœperis, eouſq; tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coercetur. Cum vero tuã euaſerit cuſtodiam, & in libertatẽ naturalẽ ſeſe receperit, tuum eſſe deſinit: & rurſus occupantis fit. Naturalẽ aũt libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in cõſpectu tuo, vt difficilis ſit eius perſecutio. Quocirca feram, tametſi vulneraueris, niſi tamẽ perſequendo eã cõtinue cæperis, erit occupãtis. Nec diſſimilis Apium ratio eſt, ſi enim in arbore tua cõſederint, anteq; a te alueo includantur, nõ magis tuæ intelliguntur eſſe, quã volucres quę in arbore tua nidum fecerunt. ideoq; ſi alius eas iucluſerit, is earũ Dñs erit. Fauos quoq; ſi quos effece-

PRAEFATIO.

Homo eſt huius mũdi æconomus.

Inuito domino cauſa uenandi alienum fundum ne ingreditor.

Triplex eſt uenationis forma.

Venatio quod uero prælio ſimilis ſit, militaribus uiris utiliſſima eſt.

In uenatione modus eſt adhibendus.

Piſcatio ſemper uilis habita.

Feræ nullius ſunt propriæ. Idcirco occupantium ſunt.

Apes occupanti conceduntur, & earũ fauũ: poteſt tamẽ dominus fundi prohibere ingredientẽ, & quod

 rint, eximere

[Si ex] alueo tuo examen euolauerit, eouſq; tuum eſt, quouſque perſequaris.

Pauonum, columbarum, & ceruorū fera natura eſt, & animum reuertendi habere deſijſſe creduntur, quando reuerti deſueuere.

Gallinæ & anſeres quamuis conſpectum exierint, non deſinūt eſſe noſtræ: & qui animo lucrandi ea retinet furtum facit.

rint, eximere quilibet poteſt. Plane integra re, ſi præuideris ingredientē fundum tuum, poteris cum Iure prohibere ne ingrediatur. Examen quoq; quod ex alueo tuo euolauerit, eouſq; intelligitur eſſe tuum, donec in cōſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio ei9 eſt, alioqn occupātis fit. Pauonū quoq; & columbarū, fera natura eſt: nec ad rem pertinet quod ex cōſuetudine euolare & reuolare ſolent. Nā & Apes idem faciunt quarū cōſtat ferā eſſe naturā. Ceruos quoq; quidā ita māſuetos habent, vt in ſyluā ire & redire ſoleāt: quorū & ipſorum ferā eſſe naturam nemo negat. In his aūt animalibus quæ ex cōſuetudine abire & redire ſolent, talis regula cōprobata eſt, vt eouſq; tua eſſe intelligātur, donec animū reuertendi habent. Nam ſi reuertendi animū habere deſierint, etiā tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantiū. Reuertendi aūt animū videntur deſinere habere, tunc cū reuertendi conſuetudinē deſeruerint. Gallinarū aūt & anſerū nō eſt fera natura. id quoq; ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt gallinæ quas feras vocamus: Item alij ſunt anſeres quos feros appellamus. Ideoq; ſi anſeres tui aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæq; euolauerint, licet cōſpectum tuum effugerint, quocūq; tamen loco ſint, tui tuæue eſſe intelliguntur. & qui lucrādi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

Fera acta, vel canes ne vi capiātur. L. I.

Vulad. Iagello Crac. & Varthæ 1423.

Feram aut canē alterius aliquis recipiens pro pœna 3. Marc. & alias 3. Marc. ei cuius fuerit ſoluere tenetur.

Nonnullæ diſplicētiæ ſeu cōtrouerſiæ inter noſtros ſubditos & Nobiles in uenatiōibus oriūtur, ex eo, quod aliqui feras agitatas, aut canes alterius recipere nō formidāt, nec uerētur. Vnde Statuimus, ut ſi quis impoſterum ceruū, aprum, aut onagrū alterius agitatum, uel captum, ui, aut occulte, aut canes alienos ceperit, aut rapuerit, & pro ſe uſurpauerit: talis uſurpans pro ferinis, ſiue canibus, tres Marcas pro pœna, & alias tres Marcas illi cuius fera fuit ſoluere ſit aſtrictus. 47.

Lepores in alieno fūdo quādo venan.

Vulad. Iagello Cra. & Varthæ 1423.

Qui in alterius hæreditate uenationē tempore ſegetum exercet, 3. Marc. luat.

Cum aūt Leporū uenatores ſolent pauperibus hominibus (Lex ij. non modica inferre nocumēta, bona eorū & fruges cōculcando: ea propter ſtatuendo inhibemus, Quod a feſto Sancti Adalberti uſq; ad cōgregationē omniū frugum hyemaliū & æſtiualiū de campis in bonis alterius abſq; uoluntate eiuſdē uenari non præſumāt. Alias paſſo damnū pœnam trium Marcarū pecuniæ talis nouerit ſe luiturum. 47.

De mellificiis in diuerſis nemorib. ha-

Vulad. Iagello Cra. & Varthæ 1423.

Kmeto in alieno nemore habens mellificia, tributa ſoluet domino nemoris.

Mellificia in nemoribus ſeu Borris alterius Dñi Kme- (bitis. Lex iij. tones tenentes, aut Iure hæreditario poſſidētes, & ſub alio degentes, de tributis alias Dany ſeu melle reſpondere tenentur Dño nemoris, in quo huiuſmōi mellificia habentur, quod ſi in ſolutiōe tardi fuerint, tūc Dñs poterit pro tributo ſuo iudicare, & impignorare illos, & Dñs ſub quo deget nō debebit eum defendere, ſed cū eodē iuſticiam petenti tenebitur miniſtrare, ut de cōmuni molendinatore etiam in Libro priori eſt prænotatum Folio 335. 46. 47.

Si quis apiſteria ſuccidat. Lex iiij.

Kaz. M. Viſl. 1368 Arborem cum Apib. ſuccidens, Marcā dānū paſſo alteram luat.

Si quis aūt arborem cū Apibus ſucciderit, paſſo damnū Marcā, & Iudicio alterā.

dicio alterã: Qui uero ſine Apibus, tamẽ ad Apes aptatã arborẽ ſuccide rit, paſſo damnũ Marc. mediã, & Iudicio pariter mediã cõuictus exoluat

dicio ſoluere, pro arbore uero ſine Apib. reparatam tamẽ ad Apes mediam Marcam ſoluet.

Fur apiũ & mellis quomodo expurgatur. Lex v.

17. Petrus traxit Iohannẽ ad iudiciũ, aſſerẽs, quod apes ſeu mellificia ipſius tẽpore nocturno furtiue ad domũ propriã deportaſſet, quod ſe offerebat probaturũ. Iohannes uero negabat ſe hoc feciſſe. Sed dicebat propriũ ſuum mel, ut decuit, in domũ ſuam propriã portaſſe. Tandẽ Petrus per Iudicẽ pluries interrogatus, ſi per eos qui uidiſſent apes ſeu mellificia ſua per Iohannẽ recipi, & in ſuã domum deportari, intentionẽ ſuam poſſet probare: Petrus reſpondit, quod tales Teſtes de uiſu nullo modo poſſet habere. Nos itaq; ſtatuendo decreuimus, in tali caſu, iuramentũ Iohanni imponendũ. Si alias fuerit bonæ famæ, & ſi pro expurgatiõe ſui aſſerat, qđ propriũ ſuũ mel in domũ deportabat.

Kaz. M. Viſl. 1368. Accuſatus quod mel aut Apes furatus fuerit, ſi bonæ famæ eſt & aſſerit proprium mel ſuum tuliſſe, iuramento ſe expurgat, actore uiſum furtum non probante.

De alueis piſcarijs, deq; alluuiõib. L. vi.

Quæ Folio 258. videatur.

Quodq; retibus nõ ſepibus ſit piſcandum. Folio 412. uideatur.

De furto Piſcium. Lex vij.

38 Præterea Statuimus, Quod ſi quis in alterius Villa, uel poſſeſsione, in lacu, piſcina, in aqua fluenti, furtum fecerit: Iudicio cõuictus damnum paſſo ſatisfacere, & Domino Villæ in qua huiuſmodi furtum commiſſum eſt, ipſe fur pœnam ſoluere teneatur.

Kaz. M. Viſl. 1368. Fur in lacu, piſcina, & flumine damnum cum pœna ſoluat.

¶ De Alluuiõibus, paludibus, & paſcuis.

COMMENT.

Quamuis fluminis naturalẽ curſum opera noſtra auertere Legibus prohibemur, tamen ripã aduerſus fluminis impetũ cuiuis munire eſt integrũ. Quod ſi fluuius derelicto priore alueo aliũ ſibi faciat, ager quẽ circuit, prioris Dñi manet. Si vero paulatim alteri auferat, alteri aũt applicet, id extra cõtrouerſiam Iure alluuionis non fiſco, vel ærario, ſed ei queritur, cuius fundo accreſcit. niſi quod ii qui ea quoque ratiõe locupletãtur, vel diminuũtur patrimonio: tributorũ etiã præſtationẽ, vel diminutionẽ agnoſcere debent. Porro ea quæ paludibus, vel paſcuis antea fuerunt adſcripta: ſi ſumptu, ac opera poſſeſſorũ ad meliorẽ frugem quoquomodo deducta fuerint, nõ ſolum ipſorũmet poſſeſſorũ propria eſſe, verum etiã nomine horum fructuũ nõ debere cenſus nouos eiſdẽ imponi arbitror, ne ſcilicet ſumptus ac diligentia ipſiſmet poſſeſſoribus fraudi fiant.

ARTICVLVS VII.

De Occupationibus, ac Inuentionibus.

PRAEFATIO.

Eas itaq; res Iure occupamus, quas quidẽ, quod nullius ante eſſent, primi omnium poſsidemus: vt ſunt omnia animantia, quæ in terra, mari, & cœlo naſcũtur. Res aũt nullius eſſe dicuntur, aut noſtro ac hominũ inſtituto, aut facto, aut tempore, aut caſu. Noſtro vel hominũ inſtituto res nullius eſſe poſſunt, vt ſunt res ſacræ, publicæ, & liber homo. hæc enim occupãtis eſſe nequeunt. Facto hominis res nullius fiunt, quæ cum eſſent propriæ, domini ſui negligentia pro deſertis

Quæ nullius ſunt occupantis ſunt.

Quæ res nullius ſunt hominum inſtituto & Facto.

Tempore. *Caſu.*

atq; derelictis haberi cæperũt, vt ſi quis agrum colere deſinat, vel nulla cura poſſidendæ rei tangatur: tales enim occupantiũ fiunt. Tempore nullius cenſentur res, quarũ poſſeſſor vetuſtate tẽporum ignoratur. Caſu res nullius habetur, quæ quodã euentu in incerta poſſeſsiõe eſſe cæperit, non tamẽ deſunt, quibus debeatur: vt eſt hereditas nondũ adita: quæ aũt nullius eo modo eſſe videtur, occupantium nõ eſt: quãuis enim poſſeſſore carere videatur, attamẽ ſtatim vt mortuus eſt is, a quo relicta eſt, hæredis eſſe fingitur.

Quas res inuenire cenſemur? *Iura Inuentionum.*

Porro inuenimus res, cum aliud agẽtes in illas caſu incidimus, vnde homines primo terrã occupaſſe cũ vacua eſſet, Inſulas aũt nauigando, quas ante ignorabãt, inueniſſe dicũtur. Inuentionum aũt ea Iura eſſe putãtur, quia inuentoris fit illud, quod alterius nõ eſt. donec enim rei inuentæ dominiũ probari a quoq; poteſt mihi id vendicare nõ poſſum.

Quæ Iure inuentiõis cenſeri nequeunt? *Defoßa ſeu depoſita.*

Ac proinde ſi quis aliquid lucri, vt frumentũ: vel metus, vt hoſtiũ: vel quocũq; alio reſpectu, cuſtodiæ cauſa defodiat: neq; dum eius depoſitiõis memoria exoleuerit, nõ cedit inuentori; ſed furtum cõmittit qui ſibi id præter Dñm vendicat. Conſimiliq; ratione, nec naufragio expulſum, nec ſalutis cauſa naui eiectum, aut caſu aliquo præter Domini voluntatẽ perditũ, Iure inuentiõis nobis vendicare poſſumus.

Theſauri in proprio fundo inuenti, domino cedunt.

Item Theſaurus a Dño loci data opera, vel fortuito inuentus, cedet inuẽtori. Nã cum ignoretur a quo ſit depoſitus, naturali æquitate Dño loci videtur reddendus tanq; res quæ in nullius bonis ſit.

Theſauri in loco ſacro, uel publico inuenti.

Quod ſi quis Theſaurum in loco ſacro vel publico inueniat, dimidio inuentor, dimidio vero Eccleſia propter pios vſus, vel fiſcus Reip. cauſa potiuntur. Quod ſi quis inuentum neget, loco pœnæ totum, cũ altero tanto Eccleſiæ vel fiſco cedit.

Theſauri in loco priuato inuenti.

Similiterq; Theſaurus in loco priuato, non data opera, ſed fortuito inuentus, inter inuentorẽ & Dñm fundi diuiditur. Nam ſi Dñs ſciat, vel querere permittat, ei inuentũ acquiri nõ eſt dubitandum.

Theſauri arte magica reperti.

Ecõtrario vero Theſaurus arte magica inuentus, totus fiſco cedit, quia inuentor indign9 ſit, qui illã poſsideat, quod arte religiõi cõtraria illum quæſierit.

Theſauri ab ſeruo uel a cane inuenti.

Quod ſi Dñs induſtria ſerui, vel canis ſui rem repererit, ei cedit.

Theſaur. cedit Emphiteutæ.

Cum aũt Emphiteuta omnes fructus fundi percipiat, Theſaurus inuentus etiã ad eum, nõ aũt ad Dñi fundum pertinet, qui quidẽ tantum Iuris habet in illo quãtum ſibi a principio reſeruauit.

Bona fide poſſeſſori.

Eadem ratiõe & illi, qui bona fide, & cum titulo præſcripſit fundum, Theſaurus in eo inuentus cedere videtur, & non Dño directo. ſequitur enim Theſaurus fundum.

Vſufructuario, hypotecario, & marito

Similiterq; & vſufructuarius, hypotecarius, ac maritus, ſi in fundo ipſis in vſumfructum, hypotecã, aut vſum dato theſaurum inueniãt, mea quidẽ opiniõe, illis cedit, niſi ſit perhennis, vt mineræ metallorũ quæ fundum ſequãtur, neq; ab eo queãt auferri, in vſumfructumq; temporalẽ computari non poſsint.

Kaz. M. Viſl. 1368

Si inuẽtor inuenta neget, iuret. Lex I.

De inuentione alicuius rei accuſatus, quã ſe negat inueniße, proprio iuramento expurgatur.

Item Martinus depoſuit cõtra Nicolaũ, Quod cũ agros coluiſſet pro- 30.
prios, burſa eidem cecidiſſet, in qua fuiſſent tres ſcoti. Nicolaus uero ſeminans burſam inuenit eandẽ cum eiſdẽ tribus ſcotis, & eos monitus reſtituere nõ curauit. Nicolaus aũt negauit ſe prædictã burſam inueniſſe, uel pecuniam habuiſſe. Nos itaq; in tali caſu ediximus, ut idẽ Nicolaus proprio ſe iuramẽto expurgaret, quod non inuenit, nec habuit pecuniam eandem.

CAPITVLVM XII.

De Violentijs, prædis, ac furtis.

PRAEFATIO.

Tametſi in baptiſmo veterem Adamũ ita occidamus, ſolenniq; iureiurãdo eidem renunciemus, vt eo depoſito corpori Chriſti ad facienda opera bona inſeramur, quæ

mur, quæ Deus præcepit, vt ambulemus in illis: nihilominus cõcupiſcentiæ Adami radix adeo hæſit in nobis, tantumq; viciorũ in nobis procreat, vt omnipotens pater ſcelera noſtra vindicando iam fere vniuerſam iræ ſuæ officinã cõſumpſerit: e contrario vero ignoſcentia & miſeratiõibus ſuis ad quiduis audendum animos ſuppeditare videatur. Eo enĩ prauorum audacia plærumq; progreditur, vt ſubinde ſeſe ad flagicia Satyrici Poetæ verſu exhortentur.

Veteris Adami concupiſcentiæ radix in nobis eſt relictus.

Vox prauorum.

> Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
> Si uis eſſe aliquid: uilet quem ſæua pudebunt.

Quocirca ne Deus iterum facinoroſos velut Gigãtes diluuio abſorbere, vel vt Sodomam incendio perdere, vel vt Iudæos hoſtili gladio diſpergere, vel vt Adamum paradiſo huius deniq; mundi incolatu ad antipodas relegare cogatur: gladium ſuum dedit Magiſtratibus, quo ſecundum Leges, ad analogiã preceptorum Dei cõdendis, ad pacem bonorum, vindictã vero malorum vterẽtur, Iudicioq; ſuo Iudicium Dei anteuertãt. Et Iure quidẽ iſtuc ipſum fit, Quemadmodũ enim quis ex cõtractu obligatur, ita quoq; ſi quis lædit alium, eidẽ ex illa iniuria, ſeu delicto cẽſetur eſſe obligatus, vt ſuperiore Capite egimus. Ac primo ex violentia, quis obligatur, quæ quidẽ quod corpus, vel res alienas, vi clam, vel aperte inuadat, omnia fere peccata ſub ſe cõprehendit. Primo tamẽ Siccarios & Veneficos cõplectitur, quorum alter telum, alter toxicum fraudulẽter ad perniciẽ hominum occultat, vel vendit. Similiterq; & illos qui dolo falſum teſtimoniũ in perniciẽ alterius dicunt, alioſq; huiuſmõi, qui nomine alicuius maleficii rei tenentur. Quorum omniũ nõ ſolum factum, ac exitus, verum etiã voluntas & apparatus in maleficiis ſpectãda ſunt, ac puniẽda. Sub hoc quoq; genus violentiæ Prædones & Direptores poſſunt redigi. Prædones enim ſunt qui alienas poſſeſsiões infeſtant, & vi depopulãtur, ſicut faciunt Abigei, qui pecora ex paſcuis vel armentis ſubtrahunt. Nam qui bouẽ aberrãtem abducit, nõ abigeus ſed fur eſſe videtur. Poſſint & inter Prædones numerari, qui furtim alienas arbores ſuccidunt, alienaſq; poſſeſsiões infeſtãt. Itẽ illi qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, aut naui expugnata, vi aliquid diripiunt: Hi enĩ adeo improbi ſunt, vt ex alieno periculo ſumere occaſionẽ prædandi, alienaq; miſeria paſci nõ reformidãt. Non diſsimiles iis ſunt Expilatores qui ita veſtibus homines exuunt, vt ne pilum qdem illis faciant reliquũ. Qui tamẽ hæreditatẽ, nec dũ ab vllo poſſeſsã expilat, criminis qdem ille, at nõ furti reus tenetur. Porro Plagium cõmittitur, cum quis alienis liberis vel ſeruis perſuadet, vt neſcientibus parẽtibus, aut Dñis aufugiãt. aut cum aliqs fugitiuum ſeruũ, aut liberũ hominẽ tanq; ſuum vendit, cũ ſciat eſſe alienũ. Quorum qdem plagiariorũ pœna ſemper eſt capitalis: Niſi probabiles cauſæ ac circũſtantiæ facti nequitiã extenuent. Porro Furtũ eſt fraudulẽta rei mobilis inuito ipſius Dño lucri ſui cauſa cõtrectatio. Quæ qdem definitio, & ſi ſatis indicat, qui nomine furti teneãtur, vel nõ: Has tamẽ generales de furtis regulas addã. Quia ſi qs agnoſcit ſe rem furtiuã emiſſe, eã pro precio retinere nequit. quinimo, niſi bona fide ſe emiſſe probet, Dño rei ſuſpectus habetur. Multo magis aũt poſſeſſor rei furtiuæ autorẽ ſuum nominare tenetur, ſi vtiq; omnem ſuſpicionẽ euitare cupit; quæ a bono viro debet eſſe remota. Licet vero is qui aliena vendit Dño rei non præiudicat, nihilominus ſi eã cõtrectat, furti reus eſſe videtur. Similiter & illẽ q pecuniã ad alium perferendũ accepit, doloq; nõ totã partemue eius reddit, furti reus eſſe cenſetur. Eoq; magis furti reus eſt publicanus, qui dolo malo indebitũ extorquet, ac ſibi vſurpat. Ac proinde rei furtiuę, vel vi poſſeſſæ, periculum ad furem & violentũ pertinet: niſi morã offerendo purgauerint. Ipſa etiã res furtiua, vel plagio abducta, vſucapi nequit. Sed & nouerca rea furti eſt, ſi poſt hæreditatem per pupillum aditã de ea aliqd tollat. ſecus ſi qd accipiat anteq; pupillus bona apprehendat. tunc enim nõ crimen expilatæ hæreditatis, neq; furti, ſed actionem iniuriarũ ipſi nouercæ arbitror eſſe intentandã. Qui aũt recipit in ſuã cuſtodiã res furtiuas, vel ſi paſtor efficitur lupus, furti quoq; tenẽtur. Nam alter

Pœnæ ſceleribus neceſſario ſunt a Magiſtratu irrogandæ.

Obligatiõ. ex delicto Ex uiolentia.

Inter uiolentos ſicarij, Venefici.

Falſi Teſtes.

Prædones.

Abigei.

Arborum ſucciſores & poſſeßionum inuaſores.

Direptores ex periculo occaſionem prædandi accipiunt.

Expilatores ueſtium uel hæreditatis.

Plagiarij.

Furtum quid eſt?

Qui agnoſcit ſe rem furtiuam emiſſe?

Qui rem alienam uẽdit, & contrectat?

Qui accipit perferẽdam pecuniam, nec reddit.

Publicanus indebiti extortor.

Res furtiua uſucapi nequit.

Quando furti teneatur nouerca?

Furum receptator, & pro paſtore lupus an fures ſint?

quaſi ex ſocietate, alter etiã ex perfidia obligãtur. Quod ſi ſeruus furetur aliqd inſcio Dño, Dominus pro eo obligatur ad ſolueñ. ęſtimationẽ rei furtiuæ: vel ſi hoc nolit facere, integrum ei eſt noxium ſeruũ, aut familiã noxæ dedere, actoriqꝫ addicere. Alioqui ſi ſceleris ſit conſcius, tum ſuo & ſingulorũ ſeruorũ ſuorum nomine poteſt cõueniri. Sed Dñi propter delicta ſeruorũ criminaliter cõueniri nequeunt: neqꝫ rurſus Dñi dedere noxæ ſeruos poſſunt, ſi ſcientibus illis delicta cõmiſerunt. quin etiã ſi hoc caſu ſerui ad pœnam rapiãtur, Dñi tamen coguntur præſtare ęſtimationẽ damni. Idemqꝫ de animantibus noſtris cicuris ſi pauperiẽ fecerint, intelligendũ eſſe arbitramur, quod de ſeruis. Quod ſi nautæ, caupones, aut ſtabularii hoſpiti quitqꝫ furentur, in duplum reddere, aut alioqui cõuicti capite exoluere delictũ tenentur. Leuiora aũt furta ſeruorũ patresfamilias coercẽt. Certe ſi quis materiã furatã ædificio ſuo inſerit, nõ ad ipſiusmet, ſed ad reſtitutionem dupli obligatur. Sed Actio criminalis quę pœnam illatura erat, non tranſit ad hæredes.

Si ſeruus inſcio, uel cõſcio domin. furetur

Si quadrupes pauperiem fecerit.

Si nautæ, caupones, aut ſtabularij furentur:

Si qs materiã furetur

Actio criminalis tantum obligat autorẽ.

ARTICVLVS I.

De violentiæ, ſpoliorum, ac furtorum variis formis: ratione perſonarum, rerum, locorum, temporũ, ac modorum: deniqꝫ inficiatione, conuictione, confeſſiõe, ac ſupplicio inter ſe differentib. ac diſtinctis.

De vi in via publica cõmiſſa. Lex I.

Kazim. Magnus Viſlicia 1368.

Vt itaqꝫ certa menſura & regula de Pœna, quæ cõſueuit noſtro Fiſco, 15.
ſiue noſtræ Cameræ applicari, quæ ſyedmdzyeſyat (ſeu 14. Marc.) dicitur, habeatur. Statuimus quod tantũ in caſibus in Statuto deſcriptis, & non in pluribus noſtræ Camerę applicetur, nempe ubi aliquis de uiolentia, ſiue ſpolio publicę ſtratæ accuſatus fuerit, & defecerit in ſui expurgatione. Tunc enim uolumus quod in præmiſſo caſu ea pœna noſtræ Cameræ applicetur.

Si die forenſi in via ſit vis. Lex ij.

Kaz. M. Viſl. 1368

Duodecim Teſtibus expurgatur accuſatus de ſpolio in uia publica die forenſi cõmiſſo.

Martinus cõqueritur de Nicolao, Quod die forenſi in uia publica ſibi de pera octo ſcotos uiolẽter recepiſſet. Nicolaus uero negabat, iniuſteqꝫ 30.
ſe ab eo accuſari aſſerebat, cum eandẽ pecuniã nõ amiſiſſet, nec ſibi recepta fuiſſet, uolens ſe tantũ ſex Teſtibus de hoc expurgare. Nos in tali caſu decernimus cũ duodecim Teſtibus fide dignis, & non paucioribus fieri huiuſmodi expurgationem.

Præterea nullꝰ pabula pro equis in via

hoc eſt, in Villis, Tabernis, aut locis ſolitarijs, uiolenter recipiat: aut ad 39.
uendendũ cogat nolentes: quin unuſquiſqꝫ re ſua pro libito ſuæ uoluntatis utatur. Lex iij. Quam uide folio 331.

Violẽtus niſi cõuincatur, expurget ſe.

Kaz. M. Viſl 1368.

Pro uiolentia accuſatus iuramento ſe purgabit, ſi Actor non probauerit.

Prętera, ut Calumnijs uia prącludatur, Statuimus, quod ſi (Lex iiij.
aliquis bonæ famæ in Iudiciũ pro quibuſlibet uiolentijs euocatur, A- 16
ctor teneatur quod aſſerit cõprobare, alias Reus tantũmodo proprio iuramento ſe ualeat expurgare.

Si vim faciat diues inopi. Lex v.

28. Itẽ cũ pauper diuitẽ pro uiolentia citat,diues per Teſtes debet,& poterit ſe expurgare,alias iuxta uiolẽtię qualitatẽ debita pœna eſt multãdꝰ

Kaz. M. Viſl. 1368. Diues pauperi uiolẽtiam inferens,aut teſtib. expurgetur,aut pœna mulctetur.

Si quis clã vel vi ablata reddit. L. vi.

24. Egidius propoſuit cũ querela, Quod cũ in uia dormiuiſſet, Falco ſuperueniens taliter dormiẽti gladiũ recepit, & peram in qua fuerũt tres ſcoti groſſorũ. Et quãuis gladiũ & peram ſibi reſtituiſſet,tamẽ tres ſcotos nõ reſtituit, ipſos pro ſe uſurpãdo: Falco uero Reus quãuis de gladio & pera cõfitetur,et ſe eadẽ reſtituiſſe fatetur,tamẽ prędictos tres ſcotos ſe habere negat. Vnde nos attẽdentes quod nullus debet res alienas attrectare Dño rerum inuito,prędictũ Egidium Actorẽ in tali caſu decernimus ad iuramentũ fore admittendũ. ¶ Quod ſi accuſato de furto, ſed non cõuicto, adhibito certo numero teſtiũ fuerit indicta purgatio. Et is ſi unius teſtis teſtimonio defecerit, propter hoc infamis nullo modo habeatur,ſed paſſo damnum ſatisfacere teneatur.

Kaz. M. Viſl. 1368. Qui inuito domino clam uel aperte res auferet, poſteaq; reſtituit & ſi quid ſupplendũ reperitur, iuramento actoris debet ſtari.

Accuſatus de furto ſe expurgando ſi in uno teſte defecerit infamis nõ habetur ſed reſtituere teneatur.

Pro furto in vna parochia intra annũ agas. Lex vij.

36. Si aliqui fuerint eiuſdẽ Parochię,ſeu Diſtrictus,& de furto quarũlibet rerum unus aliũ ad Iudiciũ uoluerit euocare, Statuimus, quod infra annũ tantum modo ad hoc faciendũ liberã habeat facultatẽ.Si uero ſecus facere uoluerit,annoq; elapſo eandẽ moueret quęſtionem, tunc Accuſatus rationabiliter per idoneos teſtes teneatur, & poteſt ſe comprobare in facto eſſe innocentem.

Kaz. M. Viſl. 1368. Accuſatio pro furto fieri debet infra annum inter perſonas de una parochia, aut Diſtrictu, anno decurſo accuſatꝰ per teſtes ſe expurgabit.

Cõtra remotiorẽ intra trienniũ. L. viij

Cum furta & latrocinia propter criminis immanitatẽ,& inflictionem,
31. ſeu formidinẽ pœnæ pro delicto cõmiſſo impẽdentis per maleficos interdum plurimũ occultãtur. Itaq; noticia criminis breui nõ poteſt propalari & manifeſtari,& ſic furta quãdoq; remanẽt impunita,et cum cõtra tales Actio proponitur, aut opponitur, tũc per exceptionẽ præſcriptionis annualis uolunt & nitũtur ſe tueri. In deteſtationẽ itaq; criminis & maleficiorũ, decernimus, ut ſi quis de furto aut latrocinio in Iudicio accuſetur,Si Accuſatus cũ Accuſante ſunt ſimul in una Villa,uel in una Parochia,audientes ſimul diuina,tũc obiectio & exceptio annualis Pręſcriptiõis procedat & habeat locũ cõtra agentem de furto.Si aũt Actor & Reus ſunt ab inuicẽ diſtantes, nec taliter, ut præmiſſum eſt, uicinitate cõiuncti: nõ alia Præſcriptio uel exceptio agentẽ de furto repellit,niſi tantũ triennalis,ut imputent etiã ſuæ pigriciei omnes deſides & lenti,qui in ſui damni recuperatiõe minime curauerant uigilare.

KaZim. Magnus Viſliciæ 1368.

Accuſãs de furto & ſi eſt in eadẽ uilla aut parochia cũ accuſatore habet annualem præſcriptionem cõtra agentem, alioquin triennalis præſcriptio cõceditur diſtantib. ab inuicem.

De graminũ,feni, ac frumẽti, & caſularum furtis.

Vide Capitulo xi. Articulo ij.

Præſcriptio

Præſcriptio vero pro pecorib. pecudibus, uel iumētis, ac equis, ui, aut furto ablatis, ſupra Cap. xi. Ar. v. uide.

De furto Apium, mellis, aut piſcium,

Etiam ſupra Capitulo xi. Articulo vi. uide.

Fur licet fugiat, reus manet. Lex ix.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Fures tametſi captiuitatē effugierint, attamē debitum furti, qui in eo fuerint condemnati, ſemper ſoluere tenebuntur. 9.

ARTICVLVS II.

Qui Prædones ac fures infamia, captiuitate, ac extremo etiā ſupplicio adficiendi ſint, vel non. Et quod boni viri nomine furti ac latrocinii accuſati, pro varietate, ac iteratione criminis, & famæ integritate, vel tantum proprio, vel etiam cum Teſtibus Iuramento expurgantur.

Vagi raptores infames ſint. Lex I.

Kaz. M. Viſl. 1368

Vagabundi raptores bonis & honore priuantur.

Sunt nōnulli qui per indiſcretionē uictum longi temporis breui hora cōſumunt, tandemq; aſſumunt ſibi extra propria occaſionē uagandi, & taliter uagantes aliena rapere nō formidāt: ut igitur tales a qualibet occaſione uagādi, & rapiendi, ſaltē formidine pœnę retrahantur. Statuimus, quod taliter uagantes & rapinas cōmittentes quibuſlibet bonis ipſorum quæ habent ipſo facto ſunt priuādi. Et ſi cōtigerit huiuſmōi fugitiuos noſtræ gratię recōciliari, uolumus nihilominus quod inter ſuos pares, ut infames habeantur. 22.

Sed vir bonæ famæ furti notatus expurgetur. Lex ij.

Kazim. Magnus Viſlicia 1368.

Vir celebris, & bonæ famæ, nulla ſuſpicione notatus, accuſatus de crimine furti, uel latrocinij, proprio ſe iuramēto purgabit.

Vt uiri famoſi & iuſte uiuentes aliqua ſpeciali prærogatiua apud nos inter cæteros noſtros fidedignos conſolentur: Statuimus de noſtra Baronūq; noſtrorū uoluntate, ut ſi quis miles, uel alius uir Nobilis, cui aliqua quæſtio de eo prius in Iudicio mota nō fuit, de furti, uel latrocinij crimine accuſetur, fas ſibi ſit, propter bonā præſumptionem apud uicinos de ipſa habitā, proprij iuramenti præſtatione a tali accuſatione ſe expurgare. 24.

Si quis prædo fugiat, prædones ſeruet, ac redeat. Lex iij.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Si Nobiles patratis rapinis, ex libidine ſua e Regno fugierint, tādem interuentu amicorū in gratiam Regiam fuerint aſſumpti, remiſſa pœna, tenebuntur tamē reſpōdere cōuenientibus ſe & nihilominus infames declarantur.

Sæpius cōtingit, Quod quidā de militari proſapia procedētes, ueluti prodigi honoris & famæ ſuæ, furta ſiue latrocinia cōmittentes, fiunt profugi noſtri Regni, ſua ſpontanea uolūtate: & ſic occaſionē quęrentes mala cōmittere nō formidant, pro quibus in irā noſtræ indignatiōis incidūt. Tandem de cōmiſſis furtis & cæteris actibus malis pœnitentia ducti, amicorū ſuorū interceſſiōe mediante, noſtram conſueuerūt implorare clementiā, & ſic noſtræ gratiæ de nouo inſinuātur. Volumus itaq; quod licet noſtra ira ſit dimiſſa eis, & pœna: nihilominus pro 26.

lominus pro furtis, & damnis, uiris bonis & iuſtis illatis tenebũtur iudicialiter reſpõdere & ſatisfacere iuxta deffinitionẽ per deputatũ Iudicem factam uel faciendã. Et nihilominus tales infames reputamus, necꝫ alijs Nobilibus, qui nuncꝫ profugi extiterunt in fama & ſublimitate honoris poſſe adæquari. ℭ Statuimus etiã tales qui occulte inſidiãdo inhabitatoribus Regni noſtri fures, & profugos, aut prodigos ſeruãt, eis hoſpiciũ præbẽt, aut partiuntur cũ eis rapta, & male cõquiſita, hoc facto infames eſſe, imparesꝫ uiris probis & bonis debere reputari. *Furibus profugis & prodigis hoſpicia præbentes, & portionem ac ſortẽ cum eis habentes, cenſentur infames.*

Furti enĩ vel ſpolij ter cõuict⁹ infamis eſt. Lex iiij.

Kaz. M. Viſl. 1368.

14. Statuẽdo declaramus, qđ ſi quis tribus uicibus de furto, uel ſpolio, in Iudicio cõuictus extiterit, etiã ſi rem furtiuã, ſeu ablatã reſtituerit, is infamis remaneat perpetuo, nec eidem portæ pateãt Dignitatum, nullaꝗ donaria in ueſtibus, aut alijs rebus penitus cõſequatur. *Conuictus tribus uicibus de furto etiam ſi reſtituerit infamis erit perpetuo.* ℭ Quod ſi accuſato de furto ſed non conuicto adhibito certo numero Teſtium fuerit indicta purgatio, Et is ſi in unius Teſtis teſtimonio defecerit, propter hoc infamis nullo modo habeatur, ſed paſſo dãnum ſatisfacere teneatur. *Si accuſat⁹ de furto, ſe expurgando, in uno teſte defecerit, infamis nõ habetur, ſed reſtituere teneatur.*

Nobilis fur, capiatur. Lex v.

Ex Priuil. Iagellon. 1433. Idẽ li. 1. ca. 15. ar. 4.

51. Nullus Terrigena poſſeſsionatus pro aliquo exceſſu, niſi Iure cõuictus, captiuandus eſt* illo tamen homine qui in furto, uel publico maleficio * deprehenderetur excepto.

Quomodo fures ac prædones expurgẽtur. Lex vi.

Kazim. Iagello Petricouiæ 1447.

89. 90. Licet cuncta Iure deteſtemur ſcelera, & omne quod iniquum eſt Regius horreat auditus, ſed ea maxime quæ ſpoliatorũ & furum agũtur in Repu. dolo, arte, uel uiolẽtia, incõmoda: hęc enim tãto rigidiorem cõtra ſe incitant cenſurã, quãto magis hactenus multiplicata eſt eorũ nequitia: Et propterea hoc firmamus edicto, ut quilibet cuiuſcumꝗ conditionis exiſtat, notatus, culpatus, infamatus de furto, uel ſpolio, teneatur ſuã innocentiã ęquali ordine, uel grauitate, & teſtium numero, ac ſi Nobilitatẽ ſuã probaturus eſſet, clarificare, purgare, & demonſtrare, alias uolumus eum tanꝗ furem puniendũ. *Infamatus de furto, numero teſtiũ (ac ſi Nobilitatẽ probaturus eſſet) ſe purgabit, alioquin pro fure reputat⁹ punitur.* ℭ Illi aũt tãtum modo uolumus prodeſſe purgatiõis beneficiũ, qui ſemel, aut bis, et ad maximũ ter, de furti, aut ſpolij fuerit notatus uel culpatus ſcelere. Eũ aũt qui quarta uice culpatus fuerit relinquimus Legibus plectendum. *Culpatus quarta uice de furto legibus relinquitur plectendus.* ℭ Purgationẽ aũt huiuſmõi facturus, ſine turba, aut tumultu, ſed cũ purgatoribus ſui dũtaxat ueniat. Si qui uero ultra cõpurgatores ſuos uenire preſumpſerint, omnes decernimus honore priuatos. *Purgandus nõ cũ turba, ſed cũ cõpurgatorib. ueniat, alioquin omnes honore priuantur.* ℭ Omnium aũt de furto uel ſpolio culpatorũ, & cõtumaciter in primo, ſecũdoue Termino cõparere nolentiũ, bona Theſauro noſtro inſiſcamus Regio: mandãtes omnibus Capitan. ut de illis ſe noſtro nomine intromittant, & illorũ realẽ apprehendãt poſſeſsionẽ. *Bona culpatorũ & ſe primo ac ſecundo cõtumaciter abſentãtium Theſauro Regio confiſcantur.*

Alexa.Rad.1505.

Qui Nobiles capiēdi ſint,uel nō.L.7.

Ter in Regeſtris reꝑertus uti malæ famæ captiuandus decernitur.

Quācꝙ pœnę eſsēt intendeñ.obprauā adoleſcentiū Nobiliū multitudi-
nē,quorū hac tēpeſtate adeo aucta eſt licētia,ut etiā tācꝙ ꝓdigioſe iſtud 115
cōmiſſum eſſet,quod nō poſſet coherceri eorū temeritas, conſtitutiōib
antiquis decernētibus nullū captiuandū fore,niſi Iure uictus eſſet : At-
tamen innitendo ueteri prędeceſſorū noſtrorū inſtituto , decernimus,
nullum Nobilē captiuandū eſſe,qui bonę eſſet famæ,niſi Iure prius fu-
erit cōuictus.Non cenſebitur uero bonæ famę eſſe quilibet ter in Rege.
ſtris maleficorū deſcriptus. Is ergo uti malæ famę abſcꝙ Iuris proceſſu,
præſentis duntaxat Statuti patrocinio capi,detineriq̃ poterit.

Ad biennium hæc Lex prorogatur.

Sigiſm.Crac.1507

In Statutis Radomienſib. Statutū,de his qui ſuſpecti fuerint in crimi- 2.
ne, qui uidelicet ter in Regeſtris maleficorū reperti fuerint, ut infames
eſſe cenſeantur, non in perpetuum,ſed ad duos annos robur ſuum ha-
biturum decernimus.

Sigiſm.Petr.1510.

Eadem ad quinque annos prorogatur.

Hæc Lex quinquennio nō exoleuit, cum enim nō eſt alia de coercendis maleficijs, hanc uſus retinuit, et retinet.

Statutum Sereniſs.olim Alexandri Regis de malefactoribus,& prędo-
nibus,ſiue ipſorū fautoribus,in Radomieñ.Conuētu quondā ęditum, 13.
ab hinc ad quincꝙ annos exercendū,etiā & exequendū Conſiliarijs no-
ſtris id ipſum ſuadētibus & petentibus promittimus,& pollicemur.De
quibus etiāCapitanei locorū nos certiores facere teneāturRegeſtra exa
minum nobis tradendo ſub pœna præmiſſa.

Qui ſub Interreg.de Theſauro aliquid

furatur. Lex viij. Quam uide Lib. i. Capitul. i. Articulo iij.

Hi ex Tēplis ac Monaſter. capiātur ad

Sigiſm.Crac.1543 Idem lib 1.cap.4.ar. 8.Lege 11.poſitū eſt.

Ius Regni hos maleficos a Templis defendi nō per- (ſuppliciū.Lex ix
mittit,ut ſunt qui noctu in ſegetibus,fundis,uel agris damna dant : itē
Siccarij alias diſpercuſſores libere iter facientiū,fures publice proclama-
ti,uel ter inRegeſtris cōſcripti,incendiarij,& uiolatores libertatū Eccle-
ſiarum: iſti & tales ex Templis recipi,necꝙ defendi debent.

Pater tamē ꝑ ſcelere filij nō tenetur,nec

Kaz.M.Viſl.1368

Pater pro exceſſu filij,& e contra (niſi ſit particeps criminis) nō eſt puniēdus.

Cum dicit ſcriptura, Quod filius nō portabit ini- (e cōuerſo.Lex x.
quitatē patris,nec e conuerſo.Ideo Statuimus quod pater pro nequā fi- 39.
lio,& e conuerſo,minime cohercеatur,uel puniatur. Et idē de fratribus
germanis,uel quibuſcūcꝙ cōſanguineis declaramus fore ſeruandū, niſi
pater de culpa filij , uel filius de culpa patris , aut frater de culpa fratris
participando in crimine delatus uel accuſatus ſe nequierit expurgare,
quia tunc ſecundū exigentiā culpæ puniendū eſſe crimen decernimus.

Sed cōmittēs

¶ Sed committens crimen ſecundũ magnitudinẽ eiuſdem percellatur, & puniatur in bonis mobilibus, ſeu in parte hæreditatis ſibi cõtingente, nobis & noſtræ Curiæ applicanda.

Committens crimẽ, ſecundũ quãtitatem criminis in bonis ſuis eſt puniendus.

ARTICVLVS III.

Capitanei, Nobiles, & Ciuitatũ Conſules ocioſos inquirant, & laboribus mancipent, Prędones aũt & fures, furumq; ſocios captiuent, ac Queſtiõibus primo, poſt ea, & ſontes ſupplicio dedant, idq; vt faciant, Rex vt Reip. cuſtos, & ſontium vindex Capitaneũ hortabitur. Sed & Kmetones requiſiti ac Serui furem perſequãtur, villici & familiares culpati expurgẽtur. Iudei vero, ſimiliterq; et alii, niſi pro re furtiua euictorem ſtatuant, ſuſpendantur.

PRAEFATIO.

Et iuſte quidẽ, vt pręmia virtuti, ita pœnas ſceleri Magiſtratus irrogat: Nihilominus fruſtra pœnas pœnis cumulat, ſeuerioresq; ſeuerißimis addit, niſi primo omniũ prouideat publice, quo bonis ac ſobriis patribus boni ac ſobrii filii naſcantur: deinde vt ſtatim a teneris annis ad virtutẽ, prætereaq; ad certum vitæ genus, atq; artem exercendã alligentur. Quod quidẽ genus vitæ ſuæ ſi quis temere relinquat, vt non ſecus, ac ſi miles ſtatiõe ſua cedat, Legum animaduerſiõi ſubſit. Quo ſenſu maioribus noſtris placuiſſe credo, vt vagi, ſimiliterq; & mendici validi ac errones, quocũq; diuerterint, inquirãtur, & niſi intra triduum, alicui artificio, vel ſeruitio ſeſe addicãt, per Capitaneos, Nobiles, Ciuitatũue Conſules, ad exercendã hanc artẽ quã norint, vel alioq ad fodiendos aggeres, alioſue labores exercendos, publice, & priuatim captiuẽtur. Aliter enĩ Ciuilis ſocietas cõſeruari neqt, niſi vt quiſq;, nolit, velit, certo generi vitæ ſit addictus. Licet aũt homicidæ, ac ſicarii, nõ niſi capite ſcelus ſuũ exoluãt: Nihilominus ſi dignitas naturæ humanę, ſimulq; miſeria plærũq; ad furandũ impellens expendãtur: certe nõ ab re fuerit, ſi mitiore in ſpeciem, reuera aũt atrociore pœna furtũ plecteretur. nempe ſecundum magnitudinẽ criminis, ad exemplũ captiuorum Scytarũ, tẽporaria, vel æterna ſeruitute. Vt ita fures publicis operibus Caſtrorũ, Ciuitatũ, vel Villarum compedibus addicerẽtur potius, quã protinus, velut pecora mactarẽtur. Nam & Moſes Legiſlator durißimus alioq, furem tãtum quadrupli: Romani aũt tanti fœneratorem, furem aũt ipſum tantũ dupli condemnabãt. Eſſet enim ſceleratis, mea qdem opiniõe, publica ſeruitus morte obſcura triſtior, & Reip. cõmodior, & gratia Euangelii longe cõuenientior: citiusq; hoc exẽplo fortaßis quã mactatiõe inhumana alii a furto cohiberẽtur: dum ęternis probris amicorũ & inimicorũ paterẽt, atq; perpetuis laborũ cruciatibus vexarẽtur. Quod ſi ſic habiti etiã recalcitrarẽt, tum demum velut indomitæ beluæ, quos catena & carcer nõ coercerẽt, trucidari poſſent. E contrario vero patientibus omnis ſpes vitæ, vel libertatis, beneficio Principis, aut Senatus cõſulto recuperãdæ nõ præcideretur. At in ſumma difficultate annonæ cum quis egens panẽ, vel nudus lacerã veſtem abundãti ſurripuerit, nõ tam actiõe furti tenetur, quã is qui venum ementibus nõ offert, vel etiã pereuntibus gratis ſua nõ cõmunicat, in culpa eſt. Hoc enim ſenſu Chriſtus iuueni illi locupleti dixiſſe narratur. ſi vis perfectus eſſe, vade, vẽde omnia, & da pauperibus. Occidit enĩ, qui cum poſſet tempore famis nõ paſcit, vel tempore frigoris nõ veſtit, in aliisq; calamitatib. nulla charitate erga proximũ cõmouetur. Quod ſi forte tãta ſit in reo ſceleris immanitas, vt neq; pecunia ſolui, neq; carcere domari, neq; verberibus corrigi, neq; infamia deiici, neq; taliõe rependi, neq; exilio abigi, neq; ſeruitute vinciri, ſed porro primo quæſtiõibus, poſt ea & morte eluẽda Magiſtratui videatur: certe in queſtiõibus ſagaces atq; integri Iudices ſint. Primo enim ſeruus nõ eſt torquendus cõtra Dñm præſentẽ, vel prꝺteritũ: ſimiliterq; cõtra patrem, matrẽue, aut Tutorem ſui Dñi: nec Libertus cõtra patronum. niſi forte in Principis vitã cõſpirauerit, vxorem, aut ſocium occiderit, idq; ex probationibus aliunde accerſitis verum eſſe appareat. tantoq; minus pro Dño ſerui ſint torquendi. Et licet veneficæ, vel parricidę, aliæq; huiuſmõi fœminę torqueãtur:

Danda eſt Magiſtratui opera, ut bonis boni naſcantur.

Deinde ut quiſq; ab ephebis certæ arti addicatur.

Vagi ut morbi Reipublicæ captiuentur.

Furta ſeruitute potius quã furca aliquo uſq; plecterentur.

Furtum quando eſſet remittendum.

Si alia pœnarũ genera eluendo crimini nõ ſufficiant, tunc demũ ad quæſtiões & crucem eſt ueniendum.

Seruus cõtra quos torqueri non poteſt.

Ad torturam liberi hominis an ſit perueniendum?

Milites ueterani, eorumq; filij, necnõ decuriones ac cæteri in dignitate poſiti torqueri nõ debent.

Iudices in quæſtiõib. ordinem ſeruent.

Confeſſiõi rei an ſemper, & contra quos ſit credendum?

Accuſatore præſente reus torqueatur, & tantũ legitime conuictus obtruncetur.

Si accuſator actionẽ criminalẽ non proſequatur, pœna taliõis percellatur. uel ſi reo illuſtris, accuſator uero obſcurus ſit, morte.

ad torturã tamẽ liberi hominis nõ eſt perueniendũ, niſi præcedant veriſimillima indicia, ac probatiões, vt dicitur, luce clariores. Nihilominus milites veterani, & eorum filii, necnõ Decuriões, cæteriq; in dignitate aliqua poſiti, etiã præcedentibus indiciis torqueri, plebeiorũq; pœnis addici nõ debent: etiã ſi nõ emeritis ſtipendiis ceſſerint: niſi forte a militia ignominioſe fuerint dimiſſi. Iudices aũt criminum, nõ a tormentis, (crudele enim hoc eſſet & inhumanũ) verum ab argumentis veriſimilibus atq; probabilibus, a perſona, & facto Rei trahendis, initium perueſtigãdę veritatis capiant. Atq; cum iã Reus patratum a ſe ſcelus cõfitetur, ne tormentorũ acerbitate coactus ſit falſa loqui, ex cauſis & circumſtãtiis facti eſt cognoſcendũ. tantoq; minus fidei eidem habeatur, ſi vel cuſtodem, vel captiuatorem ſui, aut virum bonæ famæ quaſi criminis adiutorẽ culpet: niſi res manifeſta dictis habere fidem, & extremum ſuppliciũ criminibus irrogare ſuadeat. Sed ne quis odio, vel ſtulto errore aliquẽ tormentis obiiciat, omnino nõ niſi Accuſatore pręſente Reus torqueatur. nec niſi euidentia facti, vel ſuamet cõfeſsione cõuictus necetur. Quod ſi Accuſator pœnitentia forte ductus actionẽ criminalẽ, vel ad diem præſtitutũ, vel intra Iuris præſcripta tempora nõ proſequatur, pœna talionis vt pote tergiverſator percellatur, velut in crimine violatæ domus ſolet obſeruari. Niſi forte in Reo infamia grauiſsima eſſet pœna, in Accuſatore vero propter obſcuritatẽ ſui leuis & ludicra, tum enim infamia illius nõ niſi morte huius eſſet rependenda. Ac proinde Accuſator ſatisdet de lite proſequenda. Nam ſi in Ciuilibus cauſis Actores temere litigãtes pœna pecuniaria mulctãtur, quãto iuſtius in Criminalibus id vſu venit? Aliter enim homines, iidemq; innocẽtes viri a vafriciis aduerſariorũ ſuorum tuti eſſe nõ poſſent. Sed impune tormentis atque cruciatibus, vt pecora ad lanienã, infamięque obiicerẽtur.

Quia ocioſi ex Ciuitatib. ſæpe ſeruitũ,

ſæpe prædatum exeunt: ideo nõ foueantur in eis absq; annuo ſeruitio, & teſtimonialibus Literis. Sed per Capitaneos & Officiũ Ciuile & bonorum hæredes capiantur ad laborandum.

SIMILITER & Kmetones, Hortulani, ac eorũ filij a Dñis ſuis profugi per Capitaneos, uel per Ciuile Officiũ capiantur ad laborandũ.

GENERALIterq; omnes ocioſos, uagabũdos, nulliſq; ſeruitijs, aut artibus addictos, Capitanei perquirant, & eoſdẽ Nobiles in ſuis bonis coherceri permittant, uel alioqui citati illos ſtatuant.

PERINDEq; & mendici ſub certo nũmero in Ciuitatib. & Villis habitẽt, & ſub ſignis Conſulũ in Ciuitate, aut Plebanorũ in Villis mẽdicent. alioqui in manus Capitaneorũ uel Dñorum tradantur.

¶ EX hoc enĩ pręcipue genere hominũ pręдones ſunt ac fures. De quibus Leges vide Libr. 1. Cap. 16. Artic. 7. fol. 307. 308 & 309 & de Vagis ac Philiſtæis fol. 351. necnõ de veris & falſis mẽdicis diſcernendis fol. 352.

Sigiſm. Crac. 1532.

Idem libr. 1. capi. 12. art. 21. de Capitan.

Rex aũt Capit. hortabitur, ut tales coherceãt. Lex I.

Licet omnes Dignitarios ad exequẽda ſua Officia, inprimis tamẽ Capitaneos noſtros, Literis noſtris ad ſatisfaciendũ debito ſuo cõmonefaciemus, pręſertim in inquirendis Golotis & Inquilinis uagabũdis: cõtra quos ut Statuta ſuper his iam dudũ cõdita per ipſos Capitaneos locorũ diligenter exequãtur, ad eoſdem etiam admonitionis cauſa Literas dari faciemus.

Si uicini

Si uicini furē inſequi noluerit. Lex ij.

Kaz. M. Viſl. 1368. Fit eiuſdē mentio lib. 1. cap. 17. articulo 9. de Kmetonibus. Vicini requiſiti ad inſequendū furem pro auxilio ſi inſequi noluerunt ad ſolutionē furti condemnantur.

Nagoth depoſuit querelā cōtra ſuos uicinos, Quod cum equus tempo-
20. re nocturno fuiſſet ſibi ſubtractus, Idem Nagoth cū inſtantia requiſiuit
& petijt ſuos uicinos Villanos, ut per ueſtigia eundē furem ſequi ue-
lint, ſibiq; eſſe auxilio, quo a fure ſuum equū habere poſſet. Villani ue-
ro furem inſequi recuſarūt, & ita Nagoth prædictū furem cū equo a-
miſit. Nos itaq; in tali caſu declaramus Villanos ad ſoluendū equum
prædicto Nagoth eſſe condemnandos.

Serui furē inſeq nolētes infames. L. iij.

Alexan. Rad. 1505. ſerui qui iubentibus dominis maleficos nō inſequerentur, infames ſunt. & eodem decreto ſubiacent illi, qui inſequentibus infamiæ obijcerent culpam.

116 Cum hac tēpeſtate familiares ubiq; ſe excuſarent, quia cū Dñi eorum
ad inſequendos fures maleficos aut hoſtes nō irent, ipſi quoq; eoſdem
maleficos inſequi nollēt, qua quidē re nō mediocre dabatur patrocini-
um nequā hominibus manus euadētibus eorū per quos cōmode pote-
rant detineri. Quapropter Statuimus, ut quicūq; ſeruorū ſiue famulā-
tium iubentibus Dñis fures & malefactores quoſcūq; inſequi & appre
hendere noluerint, recuſauerintq;, perpetuo ſint infames. Qui aūt fures
inſequentibus & apprehēdentibus infamiā obijcerent, eandem pœnam
infamiæ incidant eo facto.

Si Villic9 ſeu familiaris p dominū de aliqbus rebus ablatis culpatur, cū ſex Teſtib. ſe expurgat. Lex iiij.

Kazimirus Viſliciæ. Idē fol. 334. de Kmetonib & 351 de Seruis fit mentio.

30. Præterea cum Dñs contra ſuū Villicū aut cōtra alium familiarē pro
aliquibus rebus, uel iniurijs, mouerit quęſtionē: Tunc ipſe Villicus aut
familiaris Dño ſuo nō defferendo iuramentū, teneatur ſe cum ſex Te-
ſtibus expurgare.

Iudæ9 ſi euictorē pro re furtiua nō ſtatuit ſuſpēdat. L. v.

Sigiſm. Petr. 1538. Idem cum alijs lib. 1. cap. 21. de Iudæis folio 366.

Cæterū Iudęi pignora debebūt inſcribere in Li-
bros ſecundū Statutū noſtrum Cracouiæ in Conuētu Regni generali
anno Dñi 1532. æditum, ſupra Libro primo Cap. de Iudęis poſitum.
QVOniā uero nimia furū licentia & pluralitas, eo maxime creuiſſe
uidetur, quod fures ipſi habeāt rerum furto ablatarū, apud Iudeos tutā
uenditionē. Cui malo ut obuiā iri poſſet, ex cōſilio Senatorū Regni no-
ſtri, & poſtulātibus Nuncijs Terrarū, decreuimus, decernimusq;, ut ſi
Iudęi pro re furtiua ad ſe delata, euictorē ſtatuere nō poſſent, aut nollēt:
in Iudicio ad hoc citati, pœna furcæ ipſi, ut culpæ participes & conſcij
puniri debent.

Bos p pignore accipiatur ſi furtū redimatur. Lex vi.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1368. Idem libro 4. cap 12.

37. Volumus, quod Officiales alias Miniſteriales quan-
do pro furto pignorant, habeant bouem mediocrem.

CAPITVLVM XIII.

De Falſarijs & Calūniatorib. Præuaricatoribus & Tergiuerſatorib. Incantatoribus, & Mathematicis.

PRAEFATIO.

Epilogus ſuperioris Capituli.

Prædones ergo aperta vi vt Leones ad cędendū, econtra fures tecta fraude vt vulpeculæ ad rapiendū, opportunitatibus inuitari ferūtur. Porro Falſarii & Calumniatores eundē quoqꝫ finem cōſectantur, ſed via diuerſa.

Falſarius quis?

Nam Falſarius dicitur impoſtor, qui imitatiōe veri ſuum cōpendium alterius diſpendio per dolum quærit, vt ſi qs inſtrumenta publica aut priuata deleat, aut eis aliquid addat cōtra eorum quorū intereſt voluntatē, falſum dicat teſtimoniū, monetā radat, vectigalia trāsgrediatur, vnā rem duobus vendat, merceſue alienas, vel ſuas, in quātitate, vel qualitate deteriores tradat, muteue nomē ſuum in damnū alterius. Quorū qdem omnium audacia iuxta criminis cōditionem aliis atqꝫ aliis coercetur pœnis. Non tamē imputatur illi crimē falſi, qui ſine dolo malo aliqd fingit, idqꝫ ipſum ſibi licere putat impune.

Dolus malus qd eſt?

Dolus enim malus quo falſarii vtūtur dicitur omnis calliditas, fallatia, machinatio, ad circumueniendū, fallendū, decipiendūqꝫ alterum adhibita. Cum aūt bona fides ab omnibus pariter exigat ne quē circūueniamus, recte ex delicto illi obligari iudicātur, qui in fraudē aliorum aliqd machinati ſunt, laudentqꝫ vituperāda, vt inde aliqd lucri eis accedat. Ac proinde in tantū poſſunt cōueniri, quātum lucri ad eum peruenit, ſi ciuiliter nō criminaliter cōueniantur.

Calūniator quis eſt?

Calumniator vero eſt, qui ſciens falſa crimina alteri intendit in Iudicio. Neqꝫ tamen Calumniator eſt cenſendus, qui nō probat quod intendit. Nam inquiſitioni Iudicis cōmittitur, vt videat, an Actor iuſto errore ductus crimen intenderit, qđ probare nequeat: an euidenti calūnia accuſationē ſuſcepiſſe deprehēdatur. Nam tantū propter euidentē calumniā aliquis eſt pœnę dedendus, nō propter eā quæ ex aliqua ſuſpiciōe alicuius præſumitur. Vt tamē in patrandis aliis flagitiis, ita in Calumnia deſtinatus conatus facto eſt æquandus. Neqꝫ enim debet prodeſſe ei, per quem nō ſtetit, quominus nihil defuerit. Eſt aūt legitima Calumniatori pœna talio, vt videlicet eidem pœnæ ſubiiciatur, cui Reus fuerat ſubiiciendus, ſi fuiſſet criminis cōuictus.

Præuaricator quis?

huic eſt confinis Præuaricator, qui in Iudicio deſerte ſua cauſa partes Aduerſarii tuetur. Dicitur aūt abuſiue ille Præuaricator, qui in Iudicio cum Aduerſario colludit falſas probatiōes Aduerſarii admittens, veras diſſimulat. Quod ſi facit, vt in cauſa euictor euadat, de exiſtimatiōe integritatis periclitatur. Sin aūt vt ſuus Dñs cauſa cadat, doli Reus tenetur.

Vt bella iuſte ſunt gerenda, ita etiam litigandum.

vt enim iuſte bella ſunt gerenda, ita etiā bona fide a bonis viris eſt in Iudicio diſceptandū. non quo quacuqꝫ tandem via vincant, ſed vt quod ſit iuſtum æquum teneāt. Cadmęa enī victoria plus nocet victori, quā victo. ſua enim quęqꝫ fraus vt ait Cicero & ſuus error maxime vexat, ſuum quęqꝫ ſcelus agitat, amentiaqꝫ afficit. ſuę malæ cogitationes conſcientiaqꝫ animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticęqꝫ furiæ, quę dies noctesqꝫ pœnas a ſceleratis repetunt.

Tergiuerſator quis?

Confinis eſt Præuaricatori Tergiuerſator, qui nō impetrata abolitiōe, in vniuerſum ab accuſatiōe publica vel priuata deſiſtit. Quod quidē in cauſis Ciuilibus eſt Actoribus liberū: In Criminalibus ſane pœna talionis coercendū. ne quis, cui, quitquid velit criminis citra iniuriā impune intendat.

Incantatores tollēdi.

Sed & Incantatores, Ariolos, Magos, aliosqꝫ huiuſmodi maleficos. & Veneficos, ſub hunc quoqꝫ titulum redigimus. qui quidem ſi vel ſaluti vel fortunis aliorum circumeundo dæmoniacis artibus inſidiātur, & ſint noxii, vna cum ſuis ſectatoribus iuxta Leges citra reſpectū dignitatis tormentis ſubiiciuntur, & igni poſtremo cremātur. Excipiuntur tamē Mathematici ab hac animaduerſione, qui

uerſione, qui quidem ſyderũ motus, poſitiones, & qui ex illis ſequuntur effectus, quamq; in inferioribus corporibus habeāt vim & operationē inquirunt, & tempeſtates futuras, elementorũq; affectiones prædicunt. Animorũ tamen noſtrorũ hos vel hos motus, ac etiã fortunas noſtras, item tempora & momenta, ſuperſticioſe magis & arrogãter, quam pie & vere ſeſe prædicturos promittunt. Quæ vel pater cœleſtis abdidit in ſua poteſtate, vel hominũ momentaneo arbitrio reliqt. Propterea q; ipſi Mathematici malã opinionem ſuæ arti atq; odium conciliant, quod ſcilicet fines artis ſuæ transgreſsi, audacter de his pronunciant, quæ a ſenſibus & ab experientia hominum aperte diſſentire videntur.

Mathematicæ profeſſores ab hac lege excipiuntur.

Quare Mathematici male audiunt?

ARTICVLVS I.

Calũniatrices, falſæ, & inordinatæ Citationes locũ in Iudicijs non habeãt. Falſarij uero, & autores huiuſmodi Citationũ per Dignitar. Iudicijs præſiden. ſunt puniẽdi. Lex I.

Quam Libro 4. Capitulo 16. Articulo 3. & 4. vide.

De calũnia, calũniatore, & calumniato.

Kazim. in Nyeſʒoua & Oppoki 1454.

Cũ calumniatus ſe purgauerit, luet ei calumniator pœnam 3. Mar. & totidẽ iudic.

Cum omnis Iuris Regula uiã pręcludat calũnijs, ſtatuendũ (Lex ij.
94 cenſuimus, Quod ſi cõtigerit, ut cuipiã obijciatur calũnia, calũniatorq; ab antiquo nũcupetur, quia uidelicet procurauit, aut procurat cauſam calumnioſam. (ipſe calũniator) luet calumniato, cũ ſe purgauerit, pœnam trium Marcarũ, & Iudicio trium. ¶ Talis aũt purgatio ipſis calumniatis duntaxat tribus uicibus eſt indicenda. Si uero quarta uice qs culpatus fuerit de opere, ſeu crimine calũniæ, amplius ad purgationem admitti nõ debet. Sed (ſi cõuictus fuerit) pro ſuo ſcelere nares ſibi pręcidi debent, ad inſtar equi caſtrati. Et eo ipſo ſit honore priuatus, nec Iure Nobiliũ peramplius, aut eodem aliquatenus ſe tueri poteſt.

Sed ſi citatus Actori obijceret, quia calũnioſe me pro eo uel illo citas: Actor præſtito iuramẽto, & honorem ſuũ tueri, & cauſam lucrari propior erit. & hoc ideo ita ſolet decerni, ut ne citati ad cõuicia facile proruant, ſed ut iuridice Actori reſpõdeãt.

Calũniatorib tribus uicibus purgatio eſt cõceſſa, pro quarta cenſeatur infamis, ignobilis, & nares præciſas habeat.

Eiuſdẽ lib. 4 ca. 5. ar. 2. de Procuratorib. fit mentio.

Qui innocentẽ calumnioſe pro inuaſione domeſtica Citauerit. Lex iij.

Quam Libro 1. Capit. 12. Articulo 10. de Inuaſione domus vide.

Si quis Nobilem pro vulneribus aut homicidio falſo culpauerit. Lex iiij.

Quam Libro 1. Capitulo 15. Articulo 5. & 6. de homicidiis vide.

Eodẽ modo, ſi fœmina falſo, & calumnioſe aliquem pro uiolatione ſui accuſauerit. Lex v.

Quæ Libro 1. Capitulo 12. Articulo 7. de Violat. fœmi. videatur.

De Falſarijs uero menſurarũ, ponderũ, & pannorum, aliarumq; rerum uenalium. Lex vi.

Quam Libro 1. Capitulo 16. Articulo 10. de Mercatoribus vide.

Porro de falſarijs monetæ Libro ſecundo Capitulo de Moneta uide.

Prætereaq́ de falſarijs Teloneorũ ſeu commiſsis Libro 4. Cap. de Teloneis, per omnes Artic. Et iterũ Capit. 5. de Regni viis per omnes itidem Articulos vide.

De falſarijs Inſcriptionũ, & procuratio-num Libro 3. Capitulo 8. Articulo 6 de acquiſitione rerum ex Contractibus, & iterum Libro 4. Capitulo 5 de Procuratoribus vide.

Itẽ ſi quis obijcit falſitatẽ Literis pro-ducentis. Lex vij. Quam uide Libro iij. Capitul. viij. Artic. i.

Quilibet pro delictis ac criminib. ſuis reſpondeat. Lex viij. Quã uide Lib. iiij. Cap. xvi. Ar. iiij. de Except.

Euictor ꝓ crimine reſpõdeat. Lex ix. Quam Libro 4. Capitulo 16. Articulo 4 vide.

Si coadiutores citati per principalẽ nõ interceduntur. Lex x. Quæ Lib. primo Cap. xviij. de Seruis uideat.

Quin pater pro exceſſu filij, & ecõuer-ſo, niſi ſit particeps criminis non puniatur, quin qui committit crimẽ, ſecundũ quantitẽ criminis in bonis ſuis uel etiam in corpore eſt puniendus. Lex xi. Quæ ſupra Capi. xij. Artic. ij. uideatur.

¶ De extraordinarijs Criminibus.

COMMENT.

Plura ſunt delicta, quam iura.

Nationum & Ordinum peculiaria uicia.

Particularia crimina ſub certum aliquod genus criminũ Legib. comprehenſum redigantur.

Sed quia cor hominis eſt abyſſus profunda, tantũq́ viciorũ ex ſe profert quotidie, vt nulla ratiõe vel numerari, vel nominibus ſuis appellari queãt. tantũ abeſt vt Legibus cõprehendi, pœnisq́ deſcriptis ſigillatim coherceri poſsint. Idcirco placuit Legumlatoribus, quaſi remiſsiõe generali, eorum cenſurã atq́ coherciõnẽ nobili Iudicis officio cõmittere. Neq́ enim ſolũ natiões integræ, verum etiã & ſinguli fere ſtatus hominũ, immo etiã quisq́ mortaliũ peculiaribus morbis laborant, ac infeſtãtur. vt enim taceã de natiõibus: certe omnes Ordines hominũ in Repub. noſtra expendẽdo, facile quisq́ animaduertet, quia alii ſunt morbi Præſidum, & Nobiliũ: alii Ciuium, & Plebeiorũ. Quibus quidẽ ita laborãt & ſunt obnoxii, vt citius eos tollas, quã malo ipſo liberes, inq́ officio moderatorũ virorũ cõſtituas. Ac proinde Iudicis cognitiõi proponendũ eſt, vt pro conditiõe in ſui vel alterius Ordinis hominẽ admiſsi, pœnã in cõuictos ſtatuat. ita tamẽ vt quoad fieri poteſt, particularia crimina ſub genus aliquod Legibus cõprehenſum redigantur: aut ſaltem ex æquo & bono, ac vtilitate Reipub. euidenti coerceantur.

CAPITVLVM XIIII.

De fide publica, deq́ ſentenciã paſsis, ac reſtitutis, ſeu de Treugis pacis.

PRAEFATIO.

Tametſi iuratus Rex Reip. noſtræ præeſt, vt ne ſumma potentia eius timeatur; Lege etiã tenetur, a Senatu inſuper coercetur, ne quitqd velit arbitratu ſuo

faciat:

faciat: Quia tamē propter tenues defendendos Leges cōduntur, Magiſtratusqꝫ inſtituuntur, maiores noſtri pręter ea, Epiſcopū Cracouieñ. & Cracou. & Sandomirieñ. imo & omnes alios Palatinos, tanqꝫ ſupremos Aduocatos, velut olim Romæ Tribunos plebis cōſulari, Regiæ, & Capitaneorū oppoſuerunt poteſtati. vt

Quo ſenſu Senatores quaſi Aduocati profugorū ſunt inſtituti?

ſcilicet quiſqꝫ profugorū, publica fide ab illis munitus, ſubiato omni timore, corā ipſo Rege ſuam cauſam libere diceret, & ſi forte facto, vel in aliquo Iuris gradu ab Iudice aliquo ſit oberratū, in integrū peteret reſtitui. Quo quidē in Rep. noſtra inſtituto, quid prudentius? iuſtius? deniqꝫ humanius excogitari potuit? nō facile inuenio. profecto quoties mecū ſenſum huius Legis penitius examino, toties in Repub. noſtra ſummā Ciuiū libertatē, cum ſumma Principis potentia cōiunctam, & his quaſi intermediatorib. conciliatā demiror, veneror, atqꝫ colo. tantū abeſt vt metuā ne vnqꝫ in Repub. noſtra, vel populus ad ſeditionē ob iniurias, vel

Duo ſigna Reip. bene conſtitutæ retinemus.

Princeps eiuſue Capitanei ob potentiā, in perniciē Ciuium, more Tyrannorum obuia quæqꝫ proſternentiū, graſſent. & ferātur. cū vtrinqꝫ innocentię tuēdę atque Iuſticiæ conſeruandæ tantopere ſtudeatur. Et ſontes quidem ea pœna, quæ cuiqꝫ delicto Legibus eſt aſsignata, a Principe & Capitaneis plectendi ſunt: nihilominus ne errore, odio, ira, cupiditate, aliiſue cōſultoribus peſsimis peccēt, & vt omnibus profugis ab iratis ad placatos, ſub tutela ipſorū Regni Procerū prouocare ſit integrum, his cōſtitutiōib. eſt prouiſum. Atqui ea eſt Regum noſtrorum in Imperio moderatio, ea etiā in Iudiciis æquitas, vt nō ſolum a ſcitis illorum

Regum Polon. ſumma moderatio.

litigantes nō diſſentiāt, verumetiā noſtro ſæculo nō vidimus, qui ſe nō ſuo prius quā Regis calculo cōdemnarit. Erga profugos etiā ita Reges noſtri clementer ſe ſe gerunt, vt ipſimet eoſdem auctoritate ſequentiū Legum, ſi ab reliquis Magiſtratib. vel ab aduerſariis opprimātur, data illis fide publica, cum ſuis Capitaneis tueantur, & defendāt. Qua qdem Lege Prouinciarū Legati freti in Comitiis anni huius fidem atqꝫ patrociniū Regis, ac vniuerſi Senatus, pro quibusdā patriciis & Presbyteris implorarūt. quorū alteri ob vſum Euchariſtię ſub vtraqꝫ ſpecie, iuxta inſtitutū Chriſti: alteri ob legitimū matrimoniū ab Epiſcopis hæreſeos fuerāt condemnati. poſtularuntqꝫ, vt deinceps cauſa hæreſeos, nō ab vno Epiſcopo, quod

Rex etiam inique oppreßis patronus eſſe debet.

quidē & Conciliis apparet eſſe prohibitū, verum ab omnibus Epiſcopis, & Rege cum Senatu integro, idqꝫ in Comitiis Regni, tanqꝫ in cauſa vtriusqꝫ fori diſcuteretur. Sed quia ratio operis noſtri poſtulat, vt ſumma tantū genera huius tituli paucis attingamus, hoc itaqꝫ miſsis aliis faciemus. Ac principio in proſcribendis

Quæ demū ſententia proſcriptionis rata eſſe debet?

Reis eſt hoc ſciendū, Quia ſententia proſcriptiōis ab eo qui nō habet Iuriſdictionem, vel præter cauſam, Iuriſue ſolennē formā lata, ipſo Iure nulla eſt putanda. Item calamitas matris vel patris nō nocet filio antea cōcepto: licet etiā poſtea in

An proſcriptio patris nocet liberis?

lucem edatur. Sed neqꝫ liber homo damnetur ad perpetuos carceres, vel ad metallum, opuſue publicū. Licet ætas nullum excuſet, quominus delictū puniatur.

Liber homo ad perpetuos carceres ne damnetur.

Exulum etiā bona cōfiſcantur, vel aduerſario Iure victori cedunt. Ad clamorem aūt populi Iudex nō debet illicita perpetrare, quin Legibus iudicet. ita tamē, ne

Exulū bona cui cedūt

Iudex quid attēdat?

ſententiā ipſemet poſtea corrigat, vel eandē iuſte in reprehenſionē vocari experiatur. Sed ad pœnalem ſententiā nō peruenitur, niſi Reus fuerit cōfeſſus, vel

Quando ad pœnam eſt procedendum?

probationib. clariſsimis cōuictus. Et tamē nemo ſignādus eſt in fronte, quia homo creatus eſt ad imaginē Dei, quæ de induſtria ab homine deformari nō debet.

Nemo ſignetur in fronte.

Tantūqꝫ pœna debet tenere eos, qui delinquūt. prætereа tantū exilii, vel carceris pœna Reus eſt afficiendus, nunqꝫ vtroqꝫ ſimul. Generaliter aūt nullus Iudex bona Fiſco addicere poteſt, niſi forte ſolus Princeps, ex cauſa in Comitiis integro Senatu examinānda. Publicatis autē bonis, Rei obligatiōes transferuntur in Fiſcum.

Quos pœna tenere debet?

Qui Iudex bona confiſcat?

Atqui nō eſt Principi noſtro ea inhumanitas ſequenda, quin bona proſcripti liberis, pręſertim nō emancipatis, pro rata parte ſimul cum Fiſco partiatur. Multoqꝫ magis omnia dotalia bona, tam ante, quā intra, & poſt nuptias a marito vxori data ab oneræ ſententiæ libera eſſe permittat. Conſimiliterqꝫ aliis omnibus quibus bona noſcuntur eſſe obligata Fiſcus nihil præiudicat. Quod ſi quis nō metu, neque conſcientia vllius intentati criminis, ſed ex inſania, vel doloris impatientia

Quæ bona fiſcus non capit?

Bona eorum qui ſibi mortem conſciſcunt, cui cedunt?

mortem ſi-

Si Princeps ſentenciā paſſos in integrum reſtituit?

Conditio & prærogatiua reſtituti quanta?

mortem ſibi cōſciſcat, hæreditatē ſuam ad liberos transmittit, non ad Fiſcū. Quod ſi Princeps ſentenciā paſſum in priſtinū ſtatum reſtituit, etiā quo ad honorem militiæ, & bona, hoc eſt in integrum reſtituiſſe illum videtur. niſi forte expreſſa Lex ob aliquod maleficiū id fieri vetet, aut Princeps ex indulgentia tantū aliqd horum, nō totum reſtituat. Certe vt Actor proſcriptus & reſtitutus poteſt ad priorem redire Actionē, ita etiā nequit ſe tueri cōtra ſuos creditores. Quin etiam reſtituto damnato filii recidunt in eius poteſtatem, proptereaq; Teſtamenta illorum irritātur. Cōtractus tamen per eos interim legitime celebrati, rati remanent. eorumq; Tutela expirat, ſi pater probos habeat mores. & nō aliter. Geſta præterea per filium tempore proſcriptiōis paternæ valida ſunt. Sed Tutor & Curator dati filio proſcripti, patre reſtituto, deponunt officiū Tutelæ, & Curæ: patriq; ea cedunt. niſi pater eſſet prodigus, & viciorū ſeruus. tunc enim neq; Tutela, neque Cura finitur: neq; Ius adminiſtratiōis ad patrem reuertitur. vt luctuoſior ſit filiis paterna reſtitutio, quā fuerit eius deportatio. Generaliterq; vſu obſeruatur, quia quicquid proſcriptio abſtulit, reſtitutio redintegrat. niſi ſit aliqua cauſa ab extrinſeco impediens.

ARTICVLVS I.

Omnibus Oppreſſis, ac Profugis tam Magiſtratus contra Regem & eius Capitaneos, quam Rex contra omnes ſubditos patrocinātur. Si modo Literę publicę fidei publicētur. Quas etiā Cancellarii ne irritēt.

Kazim. Magnus Viſliciæ 1 3 6 8.
Idem poſitū eſt libr. 3. ca. de ſtatu mulier.

Aduocati cōtra metū Regis vel Capitanei. Lex I. 35. 36.

De aliquo crimine accuſato & profugo, Epiſcop aut Palatin. dabit ſaluū conductū ad duos mēſes, ut gratiam Regis quærat, poſſitq; admitti ad iuſtificandū, alias Palatinus eum ad metas Regni cōducet extra Regnum per annum manſitans, & gratiam abſque infamia quæritabit.

Statuimus, Quod ſi aliquis corā nobis, uel noſtro Capitaneo, de aliquo crimine, uel maleficio fuerit accuſatus, & ad oſtendendum ſuā innocentiā, per nos, uel noſtrū Capitaneū nō fuerit admiſſus, & ob hoc ipſum fugere cōtingat, & ne huiuſmōi fuga ad infamiā reputetur: Idem fugiens corā Reuereñ. in Chriſto patre Epiſcopo Cracou. aut Palatino Cracou. aut Sandomir. proteſtabitur quod nos, aut Capitaneus noſter ad expurgandū ipſum admittere nolumus, et tales pręnotati, aut Palatinus noſter illius Terræ, profugo Treugas duorū mēſium dare poterit, & ipſum profugū ſeruare: infra quod tempus idē Palatinus apud nos, uel noſtros ſucceſſores eidē profugo quęrat gratiam, & fauorem, ut ipſum ad iuſticiā admittamus. Quæ ſi prędictus Palatinus nō poterit obtinere, quod eundē uidelicet ad expurgandū ſuā innocentiam admittere nollemus, extūc Palatinus ad metas Terræ ſuæ illū conducere tenebitur. Qui a tēpore Cōductus Palatini infra annū Terræ, Regno, & Terrigenis nocumēta inferre nō debebit, uxore ſua in bonis ſuis pacifice infra annū prędictū dimiſſa in quiete. quo anno euoluto, infra quē gratiā noſtram ſemper quęrere debeat. & ſi ipſam inuenire non poterit, & præfatus profugus aliqua nocumēta Regno, uel Terrigenis intulerit, propter hoc infamis nō debet reputari, nec ipſum per Terrigenas captū ad mortē nobis aut noſtro Capitaneo dare tenebuntur, nec propter hoc indignationē aut offenſam noſtrā incurrāt Terrigenæ ſupradicti.

Bona malicioſe de Regno fugientis & facientis damna confiſcantur dotalicio uxoris ſaluo.

¶ Si uero malicioſe & abſq; culpa cōtigerit aliquem profugere, & Iuri parere noluerit, & profugendo nocumēta Regno, aut Terrigenis intulerit, bona ipſius immobilia, pręter dotaliciū uxoris Cameræ noſtræ

meræ noſtræ perpetue applicentur. Mobilia uero inter nos & Barones noſtros per mediũ diuidãtur. Et ſi captus fuerit per quempiã, in gratia noſtra cõſiſtat, nec propter captiuitatẽ eius, per amicos debet aliqua indignatio, uel inimicicia occulta, uel manifeſta ſuboriri: uxor uero eius in Dotalicio ſuo remanebit, prout ſuperius eſt notatum, uel illud uendendi liberam habeat facultatem.

Omnib. pſugis publica fides eſt dãda.

300 Item quoniã cõtingit ſæpius Regnicolis caſu cõtingeñ. alias (Lex ij. propter inſecuritatẽ uitæ, extra Regnũ neceſſario egredi: Idcirco ne Dignitas Regia per iniuſticiæ culpã prophanetur, Volumus, Statuimus, & decernimus, ut Regnicolis Nobilibus, uel Plebeis, cuiuſcũq; status, & conditiõis exiſtentibus, ſexus utriuſq;, in ſecuritate perſonæ, caſu quocũq; eis cõtingente, & iſtud exigente, extra Regnũ ſe cõferentibus, ſaluus cõductus, & affidatio, per nos, & ſucceſſores noſtros dari debeat petentibus, ut ſub libertate publica, uel ſe expurgarẽt, uel iuſticiam peterent, eamque ex ſe redderent accuſati.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

Extra Regnum ſi quiſpiam propter inſecuritatẽ uitæ in Regno habitam ſe transferat, dandus eſt ſaluus cõductus: ut ſub eo ſe expurgaret, aut iuſticiã peteret. Eiuſdẽ mentio libr. 1. ca. 16. ar. 12. de Ciuib. & capi. 17. ar. 9. de Kmet. delictis.

Capitanei tamẽ ſaluos cõductus ſubditis cõtra dominos ne dent. Lex iij.

Conquerẽtibus Prælatis & Proceribus Maioris Poloniæ, Quod cum
316 quodã deſpectu & leuitate eorũ hactenus Capitanei Poſnanieñ. ſaluos conductus Kmetonibus illorũ & Terrigenarũ dare cõſueuerãt: Statuimus cõmuni ſenſu, quod de cætero Prelatorũ, Baronum, Procerum, & Terrigenarũ noſtrorũ ſubditis Kmetonibus, Ciuibus, Oppidanis, aut ſeruis, Capitanei locorũ ſaluos cõductus dare non debeãt: ſed ad Ius cõmune in euẽtibus recurrendũ decernimus Kmetonibus talibus & quibuſlibet cõquerentibus, ſic ut cuiq; Iuris patrocinium debeatur.

Alexa. Rad. 1505

Capitanei locorum nulli Kmetonũ Terrigenarum ſaluos conductus dabunt.

Saluus cõduct9 ne ſubditis cõtra dominos, uel eorum ſubditos detur, ſed tantum inter Ciues. Lex iiij.

Ex mutuo colloquio ac conſenſu Dñorum Conſiliariorũ, & petitione Nunciorũ Terreſtriũ, ſic eſt conſtitutũ, quia Literæ publicæ fidei, alias Zelazne liſty, & ſalui cõductus amplius dari nõ debent a nobis famulis contra Dños illorũ, ſtatus & ordinis Militaris: nec etiã contra ſubditos illorũ in damnum eorundẽ, ſed nobis & Cõſiliarijs noſtris liberũ erit hoc facere, tales uidelicet Literas dare ſubditis noſtris, ſtatus Ciuilis contra Ciues, iuxta arbitriũ noſtrum, tamen cõtra Nobiles & ſubditos illorum, nullas dabimus.

ſigiſm Crac. 1543.

Eſt eiuſdem mentio lib. 1. cap. 16. ar. 12. de Ciuib. & cap. 17. de Kmetonib. & ca. 18. de Seruis.

De eodem. Lex v.

Literę publicę fidei, ſeu ſalui cõductus alias Gleithy nullę, quęcũq; cõtrarię Iuri et ſtatuto eſsẽt, dari debẽt: et ſi qs eas obtineret, hę ſunt nullę.

ſigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Saluus cõ-

Saluus cõductꝰ tamẽ publicet. Lex vi.

Sigiſm. Crac. 1539

Vt in utrãq; partẽ circa rationẽ ſalui cõductus & ſecuritati eorũ quibus inimiciciæ denunciantur, prouideatur: ut illi quos pœna manet ſalui conductus calumnijs nõ inuoluãtur innocẽ. Statuimus, ut nullius ſalui conductus pœna incurratur, niſi qui fuerit publicatus, & qui illo uelit ſeſe palam tutari.

Cãcellaria aũt literis literas cõtrarias, & contra Ius commune, ac Conſtitutiões ne det. Lex vij.

Quam vide Libro primo Capitulo 9. de Cancellaria Articulo 2.

De iuſto uel iniuſto Exilio.

COMMENT.

Vt ob uirtutẽ externi Ciuitate donantur ita nõ niſi ob aliquod ſcelus Ciuib. Ciuitate interdici ſolet ꝑpetuo

Apud Rom. etiam Ciuitas amittebatũr, ſi Ro. Ciuis urbis alterius iura adſciuerat, quod nemo duarũ Ciuitat. ciuis eſſe queat.

Exilium per ſe minꝰ onerosum eſt.

Exilium a perpetua peregrinatione ſola ignominia differt.

Cum in omni Repub. aduenæ & noui homines nõ niſi ob aliquã ſingularẽ virtutem Iure Ciuitatis donenrur, profecto e cõtrario nõ niſi ob aliquod maleficiũ inſigne Ciues Iure ipſius Ciuitatis a Magiſtratu eximi, eoq; deſtitui debent, vt citra ſpem reſtitutiõis perpetue vertere ſolũ cogantur. Licet vero exiliũ per ſe triſte ſit, quod eſt ſcelerũ pœna; multa tamẽ preter ea incõmoda illud cõſequuntur, paupertas ſcilicet, ignominia, & cõtemptus, inprimis aũt neceſſariorũ qui cõmode deſeri nequeunt cura perpetua, cõtinua querela, & certa calamitas. Quę quidem omnia ſi qua ratiõe detrahi poſſent, nihil ſane eſſet, qđ exilium tantopere ſit pertimeſcendũ, mutatio etiã loci minus grauis videretur, qđ genus humanũ aſsidue diſcurrat, atq; ſic ſua transferat domicilia, vt nemo fere mortaliũ ſit, qui intra paucos annos ſedes ſuas atq; etiã patriã ſemel vel aliquoties nõ mutarit. Quod ſi etiã rerum naturã penitius inroſpiciamus, nõ aũt in ignominiæ vocabulo hereamus pertinaciter, ipſum exiliũ quantum demũ a perpetua peregrinatiõe differt: quę qdem tametſi obſcura debet videri iis, quorũ induſtria, aut fortitudo in patria poterat eſſe illuſtris: nõ ſolũ tamẽ plurimarũ rerũ cognitionẽ vel inuitis obtrudit, verum etiã multas occaſiões benemerendi de patria, illuſtrãdiq; ſui nominis cauſas frequẽter ſuppeditat, quas perpetua domi mãſio nunq; fortaſsis attuliſſet. Ac proinde ſemper habitare domi, aliquãto pœna terribilior eſt quã peregrinando multos mores hominũ, multas videre & vrbes. quæ duo Homerus in ſuo Vlyſſe prędicat.

ſi forte bono uiro ab malis exiliũ indicatur

Cum aũt nõ ſolum flagicio, verũ etiã ſępiſsime virtuti exiliũ indicatur, maliq; bonos, impii pios mulctẽt hoc infortunio: tales omnẽ orbem Terrarũ vnã vrbem, & fortib. vbiq; eſſe patriã cogitẽt, ſimulq; exẽplis ſapientiſs. ac fortiſs. virorum tã in ſacra quã in prophana hiſtoria celebratorũ ſuã ſortẽ cõſolentur.

Boni raro in patria ſepulti, uel ſaltem naturali morte ex hac luce ſublati ſunt.

quorũ admodũ pauci in patria ſunt ſepulti, vel ſaltẽ naturalẽ mortẽ obierũt: ſed parti iniuſtiſsime patria pulſi vt Solon, partim ferro percuſsi ſunt vt Abel, Eſaias, Ieremias, Iohãnes, Chriſtus cũ Apl̃is: alii etiã beſtiis obiecti fuere., vt Daniel. Porro nõ nulli gẽtiles tędio malorũ voluntariã mortẽ ſibi cõſciuerũt, vt Socrates, Seneca & Cato. Adeo enĩ ſemper virtus excellẽs inuidioſa fuit, vt eã Tyrannorũ furor inuſitatis pœnis ad necẽ vſq; fuerit perſecutus.

Quomodo tam bonis quam malis in patria exilium eſt.

Expẽdat preterea diligenter, quia vel in patria exiliũ eſt, ſi in ea virtuti nullus ſit locus, nullꝰ honor: Quĩ etiã ſcelerati et impii, quib. Legib. exiliũ debetur, ſunt exules quamq; ſolũ nõ vertãt. ſemper enim furiis agitãtur, ſemper cõſcientia carnificinã ſuã in eos exercet, & nocte dieq; ſcelus ponit illis ob oculos, vt ſe fugere vellent maxime, ſi qua ratiõe poſſent, ꝙ viuãt ad pœnã nõ ad voluptatẽ.

Ex cauſa iuſta uel iniuſta exiliũ triſte uel iucundum eſſe debet.

Ac proinde exules penſiculatis omnibus exilii ac miſerię ſuę cauſis, habeãt perſuaſum, quia exiliũ nõ tam ſuppliciũ eſt, quã profugiũ, portuſq; ſupplicii: nec tã ſe pelli ab iniurioſis, quã fugere illos cogitent. ſi qdem ob virtutẽ aliquã nõ ob ſcelus ad eã calamitatẽ fuerint coniecti.

Libri Tertij Statutorum Finis.

STATVTORVM REGNI POLONIÆ DE IVDICIIS & ACTionibus Terreſtribus, POSitiõe Actorum & Dignitariorũ COLloquijs.

LIBER IIII.

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM Dños, VALentinũ DEmbyenski de Pyotrkouicze Caſtell. Bieczeñ. & Burgrabiũ Cracou. necnõ PETRVM DEMbyenski IVdicem Terræ & Caſtri Cracouieñ. generalẽ, fratres germanos, affines ſuos longe chariſsimos ac honorandos.

PRAEFATIO.

Iure imi ſummis exæquantur.

CVm iã de Perſonarũ Officiis, Rebusq; Fiſci, ac Municipũ, tres Libros abſoluerim, affines mihi longe chariſsimi: ſupereſt vt agam ſequenti Libro de Iudiciis, & Actionibus. Ita demũ enim Reſpub. (quę eſt vita Regni) omnibus ſui partibus perfecta erit, atq; ſatis munita: ſi Iure & æquitate ſuum quisq; in ea faciat Officium, ſuũ etiã quisq; poſsideat, vt neq; tenuiores propter imbecillitatem fraudentur officio, neq; locupletibus ad ſua tuenda vel recuperãda obſit inuidia.

Vſus in Republica Iuris quis.

Iudiciorũ uſus quis.

Namq; & Iura in hũc vſum diuinitus ſunt inuẽta, vt ſemper ac omnibus vna voce loquerẽtur, omnibus ex æquo iuberent honeſta, prohiberẽt aũt cõtraria, ac vnicuiq; redderẽt quod ſuũ eſt: Et omnia Iudicia diſtrahendarũ cõtrouerſiarum, aut puniendorũ maleficiorũ cauſa, in Repu. ſunt inſtituta, vt recte credamus omnis noſtrę libertatis fundamentũ atq; conſociatiõis vinculũ poſitũ eſſe in Iure & Iudiciis. Quæ duo ſi qs violet, is nõ modo Iudiciorũ vincula reuellere, verũetiã vtilitatis vitæq; cõmunis Officia turbare, ac præterea rerũ proprietatẽ audaciſsimis quibusq; prodere, indeq; quaſi ruptis repagulis ad vim omnes cohortari videtur. ad quã ne deuenire ſit neceſſe, vnanimi populi cõſenſu Iudiciũ Principi, ab eoq; Iudicibus conſtitutis eſt creditũ: vt ſi quis re vel verbo alterũ offenderet, vel nõ faceret quod facere debuerat, reus lege teneretur. Princeps itaq; Ordinarius Iudex eſt, quod ex Iurisdictiõe ſibi publice cõmiſſa Ius habeat de litibus Ciuium cognoſcendi. Qui vero ab eo delegata poteſtate vtuntur, appellantur delegati.

Grande flagicium eſt Iura & Iudicia uiolare.

Princeps in Rep. Iudex ordinarius eſt, cæteri Iudices ſunt ab eo delegati.

Quorũ qlibet ſi ſapientis Iudicis exiſtimationẽ cõſequi cupit, meminiſſe debet, tantũ ſibi eſſe permiſſum, quantũ cõmiſſum ſit & creditũ: neq; tantũ ſibi ſoli facultatẽ eſſe creditã, verũetiã fidẽ habitã eſſe, cogitare: ita vt omnẽ poteſtatẽ de vita atq; fortunis Ciuium iudicãdi, vltro citroq; data fides moderetur, & coerceat.

Sapiens Iudex quorũ meminiſſe debet.

Ac proinde Iudex diligẽter animaduertat, qua lege Reus ab Actore cõueniatur, vel defendatur, quæue res in quæſtionẽ vocetur. Quo quidẽ Officio vt citra reprehenſionẽ defungi poſſet, magni atq; ſapientis etiã Iudicis eſt noſſe Legum voluntatẽ, æquitatis regulã, præiudicata, morẽq; decernendi, inprimisq; religionis ſanctitatẽ: libidinem aũt, crudelitatẽ, metum, omnesq; reliquas cupiditates abiicere. & ſi enim fortaſsis a regula iuſticiæ caſu, vel cõſilio, ad tempus deflectat, vt ſibi commodet vel amico gratificetur, cõſcientia tamẽ bene vel male facta ſemper exagitat, & facinus admiſſum vlciſcitur. ita vt magna neceſsitas Iudici ſit impoſita videre etiã quibus verbis pro tribunali vtatur, ne quod verbum minus moderate elatum, ab aliquaue cupiditate prolapſum eſſe deprehendatur. Omnino enim de-

Iudex in iudicando quid uidere debet.

Sapientia Iudicis multiplex eſſe debet.

Non ſolũ affectib. uicioſis Iudicem uacuũ uerũetiam uerborum penſiculatorẽ eſſe decet.

ponenda eſt tā aduerſarii quā amici perſona cū IVDICIS induitur. Quippe quod Iudex inter mortales DEI locum ac Officium retinet. Quē qdem ne ſiniſtra cupiditate cōtaminet, apud Thebanos in foro propoſita fuit imago Principis oculis velata, ne Princeps perſonā in Iudicio acciperet: Senatorū vero imagines erant propoſitę truncis manibus, ne Conſiliarii ſeu Iudices muneribus corrūperentur: iidemq; pingebātur ſine pedibus, vt laborē in iudicādo his ambagibus admoniti tolerarēt: quo ſic in eo officio Areopagitarū, vel etiā Rhadamanti, Aeaci, atq; Minois integritatē pręſtarent.

Thebani Magiſtratui ſuo quid ſpectandum offerebant?

Quod aūt de Iudicibus dicimus, idem ſentimus & de Arbitris, & Cōpromiſſariis Iudicib. qui qdem ad Iudiciū ordinariorum cōmodum, etiā ſunt in qualibet Rep. introducti. & hoc quū ſentencię illorū ſe parituros, Actor & Reus promiſſo, aut etiā pœna interpoſita, ſponte ſua obligant, vt impenſarū atq; curarū moleſtias vitarent.

Vſus Arbitrorū & Cōpromiſſariorū q?

Omniū tamē Iudicū officiū eſt generale, lites dirimere, grauaminaq; ſecundū æquitatē, in ſingulis cauſarū circumſtantiis, & principiis naturaliū pręceptorū animaduertendā tollere, vt per hoc omnium publico bono & trāquilitati cōſulatur. Si itaq; pulſatur quis hac vel illa iniuria, officiū Iudicis legitimi imploret, vt eius auctoritate, atq; ſentencia cōſequatur, quod ſuū eſſe, ſibiue deberi putat. Et dicitur ab ea actiōe, ſeu Iure perſequēdi Actor.

Generale omnium Iudicum officium.

Qui vero in litem pro quacūq; re adducitur, etiā ſi nullā debeat, nihil etiam in ſe admittat, dicitur Reus. Ita tres perſonæ ad Iudiciū quodlibet concurrunt, Iudex, Actor, & Reus.

Tres perſonæ ad Iudicium concurrunt.

Sed quoniā ii omnes, nō facile iuſtum ab iniuſto, factumq; ab nō facto ſecernere, ſub quāue Legem lis redigenda ſit coniicere poſſūt, vel quod pars partē omnibus inſidiis oppugnare ſolet, vel quod moles opinionum Iuri aſſutorū veri cognitionē impedit. Idcirco iudicādi Formula cōſcripta eſt: quā vnuſqſq; illorū, vt pote Actor perſequēdo, Reus ſe defendendo, Iudex vero iudicando, ſequantur. Non ſolū aūt ob id, vt quā pauciſſima ſuæ cōiectationi relinquant, verūetiā ne prudentiores ſe Legibus ſcriptis, aut Cōſuetudinib. Regni faciant. Porro cū particulares Caſus definiri nō poterāt, quod infiniti ſunt, vniuerſales cōſcripti extāt, ſub quos illi plerūq;, vel natura Cauſæ poſcente, vel Conſtitutionū inopia cogente redigūtur.

Iudicandi formula quare eſt cōſcripta?

Et quoniā Naturalis via eſt vnū quodq; per Cauſas, Materialē, Formalem, Efficientē, & Finalē cognoſcere. MATERIAlis cauſa Actionū deducitur ex Iure Naturali, Gentiū, & Ciuili: cōtractu, vel quaſi contractu: item ex maleficio, vel quaſi maleficio: & id genus fontibus, & obligationibus, ex quibus Actor putat ac cōtendit Reum ſibi, hoc vel illud debere, ac teneri.

In omni actiōe quatuor cauſæ cōcurrūt.

Materialis cauſa Actionum unde deducitur?

Ex quo fonte profecta eſt illa diuiſio cōmunis omniū generaliter Actionū. Quarū aliæ ſunt in Rem, vt cum res aliqua, pœna, vel vtrumq; ſimul, ex hoc vel illo Iure, cauſa, obligatiōe, facto, vel quaſi quodā maleficio, petitur: & appellantur huiuſmōi Actiōes Ciuiles. Aliæ vero in Perſonā, vt cum cuipiā, nō pro re, ſed p crimine capitali in Perſonā Actio intenditur, appellaturq; Criminalis, ſeu Noxalis, & ex maleficio nata Actio huiuſmōi.

Diuiſio Actionū ex parte Materialis cauſæ.

FORMALIS vero cauſa docet nos inueſtigare, quomodo, & apud quē Iudicem, quibuſq; verborū adminiculis Actio in animo cōcepta, ſit proferenda in forum: pręterea vtrū pręmature, an tarde nimis agatur: Item vt intra tempus de Iure ſtatutū, propoſitio ſeu ipſa Citatio inſinuetur Reo, idq; ita vt oportet, & per quē oportet: & hoc vt omnifariā ordo ſeruetur in agendo, tam a Partibus quā ab Iudicibus, aliogn periculoſe erratur, ab vtriſq; in forma Iudicii, & ipſius Actiōis.

Formalis cauſa Actionis quæ?

EFFICIENS aūt cauſa Actiōis, quia ad perſonā Actoris & Rei refertur, primo cōſtituenda eſt, vt ſcilicet ſit qui agat, vtq; agere poſſit iuridice. Neq; eni agit, qui nō eſt: neq; vtiliter aget, qui Iure agere nō poteſt: quod ſi etiā agere poterit, nō aget tamē cōtra illos qui nō habent Ius ſiſtendi ſe in Iudicio, neq; litem cōteſtari poſſunt.

Efficiens cauſa Actionis quæ?

Porro FINALIS cauſa omniū potiſſima (propter quā illæ tres ſunt, ac ſuſcipiunt) cōtinet Actiōis exitum, qui cōtingit per adiudicationē petiti, vt pote per cōdemnationē Rei in lucro, vel abſolutionē ipſius a cauſa. Qua in re illud omniū cogitari ſolet, vtrum Reus facilis ad cōuincendum ſit, & num Victus habeat vnde ſoluat Iudicatū. inanis eſt enī Actio, quā excludit, vel potentia aduerſarii, vel inopia debitoris: niſi quis

Finalis cauſa in Actione quid intendit?

forte velit

forte velit proſcribere Reum, quod nõ ſit ſoluendo, aut ob crimen ſæuire in illius corpus. Quibus qdem fontibus omniũ Actionum cõſtitutis, & expenſis mature, facile eſt tã Actori, materiã, formã, & finem Actiõis inuenire: quã Reo ex iiſdemmet fontibus cõtra illum ſe tueri: perindeq; Iudici, qđ iuſtum eſt, ex vtrinq; productis & allegatis decernere. aliogn ſi omnes ignorent, quã methodum in Actiõe inſtituenda, perimenda, vel dirimẽda, ſequãtur, huc atq; illuc fluctuãdo toto cœlo errabunt, priuſq; quod rectum, ac iuſtum eſt vtrobiq;, ac ſcopum cõtrouerſiæ animaduertãt. Sed me de his apud vos viri præſtantiſsimi diſſerere, niſi ratio operis ſuſcepti me excuſaret, inſignis cuiuſdã vanitatis eſſe videretur. Ea etenim Iuriſperitia vobis cõſenſu omniũ tribuitur, vt veſtræ domus oracula Ciuium habeantur. Quod qdem vel ex eo verum eſſe apparet, quia cum vterq; veſtrum ſibi ac ſuis in agro paterno, remoti ab omni cõtentiõe forenſi, alieni etiã ab omni ambitiõe Curię aliquãdiu viueretis, te VALENTINE Caſtellane rure tuo nihil tale ſperãtem, Inprimis Illuſtris vir PETRVS KMITA ad gerendam præfecturã Cracou. ſibi Collegã & adiutorem, vt olim Romanus populus Quintium arãtem ad Dictaturã, vocauit: in qua functiõe cum ſingularis ingenii, virtutiſq;, & memorabilis tempore magnę illius in ea vrbe peſtilẽtiæ fortitudinis exẽpla edideris, nõ tam creatus quã ſummo Nobilitatis cõſenſu ad Notariatũ Crac. nobis ſpectantib. raptus extitiſti. Quæ qdem admiratio tui concors intra duos fere menſes effecit, vt D. olim SIGISMVNDVS Rex te auditorẽ ſupplicũ, ſeu Referendariũ ſacri ſui Palatii: deinde vero SIGISM. AVG. Caſtellanũ hoc eſt Senatorẽ Regni, & Burgrabium id eſt Cuſtodẽ Caſtri Cracou. pleno Senatu renũciauerint. In quibus qdem omnibus Magiſtratib. ea moderatiõe te geſſiſti, atq; etiãnum geris, vt neq; Ciuem æqorem, neq; Iudicem integriorẽ. neque Senatorem grauiorẽ, neq; Conſiliariũ prudentiorẽ te quiſq; adhuc viderit: Bello aũt Ducem fortiſsimũ fore omnes ſperent. Quibus qdem præclaris tuis dotibus primo fratrem tuum PETRVM Iudicem ad imitationẽ tui tantum excitaſti, vt quem tibi Deus ac natura fratrem germanũ dedit, eundem omnibus ingenii dotibus proximum habeas, virtutib. aũt veris, humanitate in ſuos, gratia apud Nobilitatem, in iudicando ęqtate, ob idq; inter ſuos æquales auctoritate certe parem. Quæ quidem tuæ vitæ ratio ac diſciplina nõ ſolum tã eximium fratrem, liberoſq; tuos magnæ ſpei iuuenes, verumetiã ex fratrib. & ſororib. nepotes adeo excoluit, vt etiã alii inſignes viri tuę curę ſe dederẽt. inter q̊s primo Generoſiſs. vir Staniſl. SZAFFRAnyecz de Pyeskoua Skaſa & Seczemin, naufragium omnium fere rerum ſuarum in iuuentute ſua paſſus, accepta in vxorem tua filia, cõſilio & auctoritate tua rem paternã ab iniuſtis poſſeſſorib. cum animi cultura recuperauit: Ego aũt paulo poſt BARBARA tua nepte ex optimo viro FOELICE fratre tuo procreata in cõiugem itidem Dei & tuo beneficio ſumpta, tandem turpitudinem, laqueos, ac mille pericula vitæ Cœlibis euaſi, pręterea aũt certum viuendi genus, totq; alia bona in hac vna Nepte tua reperi, vt omniũ fere rationum & deliberationũ mearũ cõpendium te duce & autore quæſiuiſſe, ac etiã Dei munere inueniſſe videar. Vt itaq; te Petrus Kmita vicinis, Nobilitas Kmitæ, vtriſq; aũt Diui Reges cum Repub. præripuerunt, & ad capeſſendos Magiſtratus coegerunt: ita tu viciſsim varia beneficia in nos omnes tibi addictos refundis, vt nemo fere in hac regiõe ſit, qui nobiſcũ aliqua neceſsitudine nõ cupiat eſſe tibi coniunctus, & tã apud ſummos quã apud infimos tui nominis cõmemoratiõe & gloria nolit eſſe cõmendatus. Quod qdem ſtudium & ſi mihi ſit cum illis cõmune, certe hoc ſoli mihi propriũ eſt, Quia hunc Librum Quartũ de Iudiciis noſtris cõgeſtum, tuo Iudicio ſubiectũ, tibiq; tanq; forenſiũ ſcriptorũ Ariſtarcho aut Triboniano Curię ſagaciſs. cõſecratum eſſe volui. Qua in re duas mihi vtilitates propoſui, alterã vt potiſsimũ cenſuræ tuæ Liber hic ſubdatur, vt ſcilicet calculo tuo cõprobatus aut dãnatus in manus hominũ euulget: alterã aũt vt officia mea erga te ita omnib. in illuſtri loco teſtata facerem, quo facultatẽ potius quã voluntatẽ tibi gratificãdi nobis defuiſſe omnes norit, & quã grato animo me familiæ tuę cõiunxerim, vel ætas ſera nepotũ intelligat.

Vſus ac methodus iſtarum quatuor cauſarũ tam Iudici quã Reo, & Actori eſt neceſſaria.

Apoſtrophe ad Dembinios.

Valentinus Dembinius quomodo honores fuerit conſecutus, & quomodo ſe geſſerit in illis.

Petrus Dembinius Iudex Crac. imitator fratris ſui.

Imitatores virtutis Valentini & affines.

Staniſlaus Szaffranyecz.

Exẽplo V. Dembinii digni cogendi eſſent ad capeſſendos Magiſtratus, qppe quod aliis, non ſibi ſe geſturos illos intelligãt

CAPITVLVM I.

De creandis Iudicij Collegis.

ARTICVLVS I.

Iudex, Subiudex, & Notarius quando, vbi, & ex quibus per Palatinum & Nobilitatem eligantur, vel iurent: & quod ſoli per ſe Iudicia celebrent, ſuaq; Officia exequãtur propter iuſticiã populo miniſtrandam.

Kaz. M. Viſl. 1368. Idẽ inter officia Pal. lib. 1. ca. 6. uideatur, & ca. 7. de Caſtellanorum Iudicibus. Palatini Terrarũ ſuos Iudices Terreſtres habeant.

Palatini ſuos Iudices habeant. Lex I.

Item, ut Palatini certo numero ſuorũ Iudicum ſint cõtenti, Statuimus, quod ſecundũ tempora antiquiora Palatinus Sandomirieñ. uno, & Palatinus Cracou. pariter uno, ſimiliterq; alij Palatini omniũ Terrarum in Regno noſtro exiſtentiũ ſuis Iudicibus contententur. 11.

Vnus ſit Iudex in qualibet Terra. L. ij.

Idem Rex.

Quia propter multiplicitatẽ Iudicum, prout experientia nos edocuit, in cauſis ſuper eodẽ facto uarie & diuerſimode plærũq; ſentenciæ proferebãtur: Ideo uolentes certũ numerũ ſtatuere Iudicũ, & occurrere uarietati prędictæ, Statuimus, quod unus in Cracou. & alter in Sandomirieñ. Similiterq; alij in alijs Terris Regni Iudices noſtri habeantur. 10.

Iudices in ſuis Terris reſideãt. Lex iij.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496. Iudices in ſuis Terris reſidere teneantur. alias anno poſt non reſidentiam uel poſt mortem decurſo nouus eligatur.

Item cum nõnulli ſubditi noſtri aut domicilia propria, aut ſeruitiorũ ſuorum Officia Terris in alijs obtinentes, Iudicatus Terrarũ in quibus nõ reſident, occupare, & Officij miniſteria negligere ſępenumero uiderentur: Nos ſuper hoc conſultationẽ habentes generalẽ cũ Prælatis & Baronibus uniuerſis, decreuimus ſtatuendũ, ut in ſingulis Terris Iudices Terrarũ reſidere, & iuſticiã petentibus miniſtrare per ſe & perſonaliter teneãtur. Alioquin ſi interim Iudicijs nõ pręeſſent, nec in Terra reſiderent, extũc anno decurſo (aut ſi morerẽtur quanto ocius fieri poteſt, per Palatinũ) & Nobilitatẽ Terræ illius eligãtur, iuxta conſuetudinẽ antiquitus inſtitutam. 10.

Officiales Iudicij in Conuẽtu eligãtur (ac iurent. Lex iiij.

Alexa. Rad. 1505. Officiales Iudiciorũ eligantur iuxta uetus cõmune Priuilegiũ, Iuramentum tamen præſtẽt, ſubſtitutosq; non habeant.

Officiales Iudiciorũ eligantur in Conuentiõibus Terreſtribus iuxta conſuetudinẽ diu obſeruatã, alias iuxta Conſtitutiones in Iohann. Alberti Regis Priuilegio ſcriptas, electiq; præſſent noſtri pręſentis Statuti uigore Iuramentũ, nec habeãt ſubſtitutos, excepta infirmitate ſub amiſſione Officiorum. 11.

In primis Termin. corã Pal. vel Caſt. (iurent. Lex V.

Sigiſm. Petri. 1519.

Iudices Terreſtres, & * Subiudices * ſint iurati, & in primis Ter- 27.

primis Terreſtribus Terminis Iuramentū præſtent, ſub pœna priuationis Officij, Terreſtres uidelicet Iudices, ac Subiudices coram Palatinis ſuis, aut Caſtellano illius Terræ. SIMILIS.

Iudices Terreſtres necnō Subiudices Terreſtres ſint iurati, iuxta tenorem Statuti, ſuper eo conditi. Sigiſm. Crac. 1532.

Iuramentū Iudicis & Subiudicis.

Ego A. Iuro. Quia iuſte ſecundū Deum, Ius ſcriptū, æquitatē, & partium cōtrouerſias iudicabo, recognitiōesq́ ſuſcipiā, diuitis & pauperis, amici & inimici, Ciuis & peregrini diſcrimine ſublato. Et neq́ fauorē neq́ odium, neq́ præmium neq́ pœnas mihi propoſita curabo, ſed in iudicādo ſolū Deum, & Ius ſcriptum, æquitatē, partiū cōtrouerſias, & recognitiones: in hiſq́ omnibus cōſcientiæ meæ Iudiciū ſequar, & audiā, aliaq́ negocia mihi incumbentia fideliter, & pro poſſe meo faciam. Sic me Deus adiuuet, & ſancta Chriſti crux.

Etiam Camerarij Palatini & Succamerarij Iudicijs olim prēſidebant. Lex vi.

Vulad. Iagello Crac. & Varthæ 1423.

85. In Terminis Particularibus Camerarij Iudiciū & Subiudicū: Item alij duo Camerarij uidelicet Palatini & Succamerarij, ſunt eligendi: ac per eoſdem ad illos adiungendi: ſine quibus Iudex & Subiudex & Camerarij eorū non habeāt iudicandi facultatē. Prædicti etiā Camerarij, ſeu Officiales Iudicij ſic locandi, nō debebūt alias cauſas niſi proprias procurare, uel ad procurandum ſe de Iudicio leuare.

85. Sed deinceps Iudex cū Subiudice p̄ ſe iudicent. Lex vij.

Idem Rex.

Ac bonum & cōſultum eſſe uidetur. Quod Iudex uel Subiudex Particularibus Terminis perſonaliter cū poſſint, præſideant: ſicut in Maiori Polonia eſt conſuetum.

83. Nō p̄ Camerarios ſed p̄ ſe Iudicijs præſideāt. Lex viij.

Kazimir. Tertius in Korczyn 1451. Iudex & ſubiudex non per Camerarios ſed p̄ ſe Iudicijs præſideant.

Iterum decreuimus, quod Iudices & Subiudices proprijs in perſonis & nō per Camerarios Iudicijs teneantur prēſidere.

Iudex cū Subiudi. ac Not. ſine Camer. iudicēt. Lex ix.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

96. 97. Iudiciorū Terminis interſint, & eis præſideāt illi, qui ad Iudicia celebrāda ratiōe Dignitatis aut Officij pertinēt. ¶ Si uero non intereſſent, neq́ aliū a ſe ſubſtituerēt, nihilominus Iudex cū Subiudice Terminos & Iudicia iudicabūt, nō obſtante abſentia illius, & illorum qui intereſſe debuit, & debuerāt: & ſimiliter Camerarij ſui, uel Camerariorū eorundē. ¶ Tamē ad minus Iudicijs & Terminis eiſdē Iudex cū Subiudice & Notario intereſſe teneantur. Pro quibus ſi aliqs eorundē trium Officialiū Terreſtriū nō uenerit, aut omnes nō uenerīt: extūc puniendus, puniēdiq́ erunt quatuordecim Marc. pœna Fiſco Regio irre-

Iudex ſubiudex & Notarius ſub pœna 14. Marca. pec. ſint in Iudicijs.

gio irremiſsibiliter applicāda: uera infirmitate, & Reipub. negocijs exceptis, ſi eis impediti ad Iudicia uenire nō poſsēt, uel eiſdē nō intereſsēt.

Alexa. Rad. 1505. Idem ſupra eodem Capitulo.

Nec habeāt ſubſtitutos, infirmitate ex- (cepta. Lex x. 118

Officiales Iudiciorum non habeant ſubſtitutos, excepta infirmitate, ſub amiſsione Officiorum. SIMILIS.

sigiſm. Crac. 1532. Iudices Terreſtres necnō Subiudices iuxta tenorē Statuti ſuper eo cōditi officia illis incūbentia diligēter curent, & per ſemetipſos expleāt.

Iudex, Subiud. ac Not. a Nobil. eligāt (L. xi

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Vt in omnib. reb. libertas Nobiliū cōſeruetur, libera electio Iudicis, Subiudicis, & Notarij illis eſſe debet. Nos aūt nemini alij tale Officium dabimus, niſi uni ex his quatuor uiris, qui quidē ab omnibus generaliter fuerint electi, & nobis patentibus illorū Literis declarati.

Iudices Capitanei ne ſint. Lex xij.

Vulad. Iagello prope Czeruyen. 1422. Idem ſupra li. 1. ca. 5. de Dignitatibus.

Item cū ex hoc nō modica ſubditis noſtris cōtingant diſpendia, cū Iudices in Terris in quibus præſunt Iudicijs, in Capitaneos præficimus: propterea exnūc, & in antea, nolumus aliquē Iudicem ullum Terræ illi in Capitaneum præponere, in qua Iudicio præſidet, & Iudicij obtinet poteſtatem. 48

Iudices ac Not. Terr. Caſtr. ne ſint. L. 13

Sigiſm Auguſtus Petricouiæ 1550. Idem fol. 208. de Capitaneis.

Quia quodlibet Officium habet ſua negocia amplius nō debent tenere Iudices & Notarij Terreſtres Caſtrenſia Iudicia uel Notariatus una cum Terreſtribus.

Vt Iudices ita Notarij eligātur. L. xiiii

Kazim. in Nyeſʒoua & Oppoki 1454. Ad Notarium inſtituendum quatuor uiri ſunt eligēdi de quibus unū quē uult cōſtituet Maieſtas R.

Vacante aūt Notariatu Terrarū in qualibet Terra, Terrigenæ illius Terræ ubi Notariatus uacat in Conuentiōe Terreſtri nominabūt quatuor perſonas idoneas pro eodē Officio aptas, prout de Iudicib. & Subiudicibus ſeruari ſolitū eſt. Ex quibus quatuor ſic nominatis perſonis uni illorum conferemus Notariatū ad placitum noſtrum. 94

Ex Spūalib. neq; Notar. neq; Vicenotar. (ſint. Lex xv.

sigiſm. Petr. 1538. Idem lib. 1. cap. 4. ar. 7. de officio Epiſcoporum in Republica poſitum eſt.

Petitiōibus tamē Nunciorū Terreſtriū permoti, & ad ſopienda odia quæ aduerſus Eccleſiaſticos uiros ob quorundā inſolentiam apud Sęculares excitari cōtingit: Statuimus ut Eccleſiaſtici uiri beneficiati, aut Sacerdotes, nō ſe immiſceāt deinceps Iudicijs Sęcularibus, neq; Officiū Notariorū, aut Vicenotariorū in Sęcularibus Iudicijs obeāt, ad quæ per Iudices Terreſtres nō admittātur. SIMILIS.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Quia quodlibet Officium habet ſua negocia, ideo Spiritualis perſona Notarius Terreſtris eſſe nequit.

Notarij

Notar. quoq; electi corã Pal. aut Caſtel.

Sigiſm. Petric. 1519. In officijs Palatini & Caſtell. idẽ Statutum poſitum eſt.

27. Terreſtres quoq; Notarij ſint iurati, & in primis Ter- (iurẽt. Lex xvi. reſtribus Terminis Iuramentũ præſtent, ſub pœna priuationis Officij uidelicet corã Palatinis ſuis, aut Caſtellano illius Terrę. SIMILIS.

Sigiſm. Crac. 1532.

Notarij Terreſtres ſint iurati, iuxta tenorẽ Statuti ſuper eo conditi.

Iuramentum Notarij.

Ego A. iuro. Quia iuſte ſecundũ Deum, Ius ſcriptũ, æquitatẽ, & Partium cõtrouerſias iudicabo, conſulã Iudici, fideliterq; Partiũ recognitiones, cõtrouerſias, affectatiões ſeu proteſtatiões iuridicas, uel Iudicis decreta in Librũ Actorũ Terreſtriũ inſcribã, & inſcribi curabo: diuitis & pauperis, amici & inimici, Ciuis & peregrini diſcrimine ſublato. Et neq; fauorẽ neq; odium, neq; pręmiũ neq; pœnã mihi propoſita curabo: ſed in iudicando, cõſulendo, & ſcribendo, ſolũ Deum, & Iuſticiã ſanctam, & ęquitatẽ, Partiũ recognitiões, cõtrouerſias, ac Iudicis ſentẽcias, in hisq; omnibus cõſcientiæ meæ Iudiciũ ſequar, & audiam, aliaq; negocia mihi incumbentia fideliter, & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuuet, & Sancta Chriſti crux.

Notarij p ſe in Iudicijs reſideãt. L. 17.

Vulad. Iagello Iedl.

Notarij Terreſtres per ſe in Iudicijs reſideant. alias ex cauſa rationabili ſubſtitutos ad arbitrium Iudicum, & aliorum Nobilium habere poſſunt.

52. Item Notarij Terreſtres ad Officiũ Notariatus promoti ſemper ſoli Iudicijs, & nõ per alios uel ſubſcribas uel ſurrogãdos reſideãt, ubi cõmode potuerint, alias liceret habere eis ſubſtitutos quos Baronibus, Iudicibus Terrarũ, in quibus Officiũ huiuſmodi poſſidẽt ſubſtituendos pręſentare teneantur. Et quod tales ſint bonæ famę, & a dictis Baronibus, & Iudicibus ad Officium huiuſmõi approbati. ¶ Alias nobis continuo hoc ipſorũ Officium alijs habilioribus, & magis aſsiduis eſt conferendũ, nulla aũt leuis cauſa niſi ardua abſentiã Notarior. poterit excuſare.

Notarius negligens priuatur officio & alius in locum eius ſubſtituitur.

Notarij Vicenot. habere poſſunt circa

Sigiſm. Crac. 1532.

Notarij iuxta tenorẽ Statuti deſuper cõditi Officia illis (ſe. Lex xviij. incumbentia diligẽter curent, & per ſemetipſos expleãt. Attamẽ eiſdem ſubſtitutos ſeu Vicenotarios, qui in ſcribẽdo dũtaxat illos adiuuẽt, habere permittimus, hoc expreſſo, ut ipſemet præſentia ſua tam Iudicijs Terreſtribus, quã Repoſitiõi Librorũ, & alijs iuridicis Actibus interſint & Literas & Reſcripta quæcũq; ex Actis Terreſtribus in pergameno & papiro extradenda, manu ſua ſubſcribant.

Notarij Iuridicis Actionibus interſint, & omnes Literas manu ſua ac nomine cõſignent.

Pœna abſentis Notar. niſi abſit ex cau:

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quia inanimaduertẽtia Notariorũ multæ negligẽtiæ (ſa. Lex xix. fiunt, itaq; renouantes antiqua Statuta cõſtituimus, ut ſoli Notarij Iudicijs aſsideãt, & litigantiũ cauſas abſoluãt, non per ſuffectos Vicarios. Quod ſi in eo negligentes fuerint, Palatini Terrarũ Nobilitati diem no/

uæ electiõi

uæ electioni præſtituere tenebũtur, ad eligendũ nouum Notariũ,exce-
pto ſi Notarius Reipub. cauſa ſit occupatus, uel ægrotet.

Reipub. cauſa & ægritudo abſentiã Notarij excuſant.

CAPITVLVM II.

Vt certo tempore ac loco iudicetur.

ARTICVLVS I.

Terminus proprie dicitur ſignũ, quod agrũ ab agro diuidit, a terẽdo dictũ. quod hæ partes maxime terantur, hinc Termin. pro fine accipitur. Terminare uero, idẽ quod finire, definire, cõcludere hanc uel illam rem, ſeu cauſam

Iudiciales Termini olim quolibet menſe, poſt ea quater in anno celebrabantur:
poſtremo tantũ ter, pro quartis vero Colloquia: idq; certis locis peraguntur. Qui
qdem Iudiciales Termini ne forte intermittãtur, Palatini prouideãt.

Iag. Cr. et Var. 1423

Iudicia ſemel in mẽſe celebrabãt. L. I.

De Terminis aũt Particularibus, ſimplicibus, Quia uexatiõi & tur- 45.
batiõi noſtrorũ pauperũ Militum ſumus cõpaſsi: taliter duximus pro-
uidendum. Quod prefati Termini Particulares nõ pluries, niſi ſemel in-
fra mẽſem in q̃libet Diſtrictu, ſeu Iurisdictiõe, alias Pouiat fieri debebũt

Kazim. Tertius in Korczyn 1451. Iudicia Terreſtria in anno quater tantum iuxta priorẽ cõceſsionẽ, ut expenſis parcatur, celebrentur.

Sed deinceps tantũ in anno quater fiebãt. Lex ij.

Item uolumus & decernimus, qđ Iudicia Terreſtria qua- 87.
ter in anno, iuxta priorem conceſsionẽ & admiſsionẽ, ad euitandũ ina-
nes expenſas & fatigas, celebrentur.

SIMILIS.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1495. Iudicia Terreſtria ſeu termini quater in anno celebrentur.

Quoniã crebriuſcule cõtingit Iudicia nõ teneri Terreſtria, propter ab- 96.
ſentias eorũ, e quorũ auctoritatibus generalis dependet adminiſtratio
iuſticiæ: Idcirco ſtatuendũ putauimus, & Statuimus, ut in ſingulis Ter
ris Regni noſtri Iudicia Terreſtria quater in anno celebrentur.

In Ruſsia vero ſic ſunt Iudicia diſpoſita. Lex iij.

Sigiſm. Petr. 1523. Termini Terrarum Rußiæ ſexties annuatim celebrabantur, niſi legale impedimentum obſtiterat.

Inſuper ordinauimus, & pro cõſuetudine obſeruari uo-
lumus, ut in Terris Ruſsię ſexties in anno Termini Terreſtres celebrẽ-
tur. Nec licebit Iudicibus & alijs eiuſdẽ officij Officialibus ſuapte ſpõ- 43.
te ſine legitima cauſa, uel legali impedimẽto, puta belli, aut Conuentio-
nis generalis Terminos differre, ſed tẽporibus inferius deputatis & aſ-
ſignatis, ſub pœnis cõtra Iudices negligẽtes, & ſua officia nõ exercentes
ſtatutis, ipſi Termini Terreſtres celebrẽtur. Quorũ prima celebratio e-
rit primo die feriali poſt feſtum Epiphaniarũ, ſi fuerit Iuridica, quã ui-
delicet dies Dñicus aut aliquod feſtum celebre nõ præpediret. Secunda
celebratio poſt feſtũ ſancti Mathiæ Apoſtoli in Vere, etiã die feriali Iu-
ridica proxima. Tercia celebratio erit prima ſeu proxima die Iuridica
poſt feſtum Sancti Adalberti. Quarta celebratio poſt feſtũ Sancti Iohã-
nis Baptiſtæ etiã proxima feriali die Iuridica. Quinta poſt feſtũ Sancti
Barptolomei Apoſtoli feria proxima Iuridica. Sexta prima die poſt fe-
ſtum beatorũ Simonis & Iudę Apoſtolorũ Iuridica: & ſic quotãnis ob-
ſeruabitur.

IN TEMPORE IVDICETVR.

ſeruabitur. Sed quia in Ciuitate Premiſlieñ. ubi Iudicia Terreſtria celebrantur, Nundinæ ſiue annuale forũ pro feſto Epiphaniarũ peragitur: propter quod Termini quiete nõ poſſent eodẽ tempore iudicari. Ea propter Termini Terreſtres Premiſlieñ. poſtponẽtur una ſeptimana poſt tempus celebratiõis Terminorũ in alijs Terris, uidelicet incipiendo primã celebrationẽ prima die poſt octauas Epiphaniarũ. & ſic deinceps poſt Terminos Leopol. ſemper in una ſeptimana celebrabũtur.

Præmiſliæ Termini poſt feſtũ Epiphaniarum una ſeptimana poſtponũtur, propter Nundinarum celebrationem.

Poſt Terminos Leopol in una ſeptimana

Iudicia vbiqꝫ vſqꝫ ad Cõuentũ particularẽ ſint. Lex iiij.

ſigiſm. Petr. 1538.

Quoniã abuſu quodã inoleuit, Iudicia Terreſtria nõ celebrari, mox ut Literæ de Conuentu generali ſtatuto emittũtur, quod fit cũ magna Iuſticię negligẽtia. Proinde Statuimus, ut deinceps futuris temporibus, nõ obſtantibus Literis huiuſmodi & Conuentus generalis publicatiõe, Iudicia Terreſtria ubiqꝫ celebrentur, uſqꝫ ad Cõuentum Particularem in uno quoqꝫ Palatinatu inſtitutum.

Poſtremo ſic Iudicia & Colloquia ſunt diſpoſita. Lex v

ſigiſm. Crac. 1543.

Repetetur hoc Statutum infra ca. 27. ar. 3. de Colloquijs.

Diſpoſitio Terminorũ & Colloquiorũ in Terra ſandomir.

In Terra Craco. Lublin. & alijs.

In Rußia.

Viſum eſt nobis, & Cõſiliarijs noſtris ſatis eſſe, ut tãtum ter in anno Terreſtres Termini celebrarẽtur: idqꝫ ſi aliqua legitima cauſa nõ impediat. quarta pars uero anni, ut ad iudicãda Colloquia cõuertatur. & hoc propterea, ut Colloquia in Terra Sandomir. quolibet anno ſemel fierent, idqꝫ in tribus locis iuxta ueterẽ conſuetudinẽ, incipiendo feria ſecunda in Autũno poſt feſtum S. Franciſci, primo Sandomirię, poſtea Radomij, ultimo Viſliciæ. Similiterqꝫ in Cracou. Lubliñ. & alijs Palatinatib. ac Terris ipſi Termini Terreſtres & Colloqa eodem modo celebrari debẽt. hoc eſt, ter Termini Terreſtres, quarto aũt Colloquia. Perindeqꝫ & in Palatinatu Ruſsiæ ter Termini Terreſtres, quarto aũt Colloquia celebrari debẽt. hoc eſt, incipiendo Terminos Terreſtres Leopol. feria quarta poſt feſtum S. trium Regũ. Poſtea uero in alijs Diſtrictibus ordine iuxta ueterẽ cõſuetudinẽ. Alij uero Termini Terreſtres feria quarta poſt feſtum S. Adalberti. Porro tertij Termini Terreſtres poſt feſtũ S. Margarethę. Atqꝫ ad eundẽ modũ in alijs itidẽ Diſtrictibus. Ipſa uero Colloquia Leopoli feria quarta poſt feſtũ Exaltatiõis S. Crucis incipiẽtur. Poſtea ſimili ordine in alijs Diſtrictib. ut Premiſliæ, & Haliciæ. Porro in Diſtrictu Chelmeñ. Termini Terreſtr. iuxta conſuetudinẽ celebrari debẽt. Colloquia aũt, poſt Colloqa Haliceñ. ut ſcilicet Palatinus obire illa poterit. In Lublineñ. aũt Terra in tribus locis cõſuetis, in quarto uero loco in Buſko Termini ſeu Iudicia Terreſtria peragi debẽt. Ipſa uero Colloquia tantũ Belſzæ poſt feſtũ Exaltatiõis S. Crucis peragãtur. Ipſis aũt Colloquijs Literę noſtrę quibus Comitia edicemus, impedimento eſſe non debent.

Si aliquis Collegarũ Iudicij ab Iudicio abfuerit.

Quod ſi Iudices, Subiudices, & Notarij Terreſtres propter uerã infirmitatem a Terminis Terreſtrib. abfuerint, propterqꝫ illorũ abſentiã Termini, quomi-

mini, quominus procederēt, impedirentur, tum in futuris proxime Terminis anteq́ in ſuis locis cōſidebunt, tenebūtur præſtare iusiurandum corporale: quod uera & nō ficta infirmitate ab his Terminis abſuerint. Niſi forte ſeruitijs Reipub. uel Legatiōibus occupati fuiſſent, propter quæ ipſis Iudicijs intereſſe non potuiſſent. hæc enim illorum abſentiam excuſarent.

Certis locis Iudicia ſunto. Lex vi.

Kazim. Magnus Viſlicia 1368.

Quia plærūq́ ij qui habent Iuriſdictionē, a caſu, & pro libito ſuæ uoluntatis cōſueuerunt ad Iudiciū acceptare uel eligere ſibi loca quęlibet 12.
indeterminate. Quocirca ut unusq́sq́ ſuis Terminis ſit cōtentus, Statuimus, quod dūtaxat in locis ſolitis & deſcriptis quilibet Iudex ſua debet & tenetur Iudicia pertractare. alias tanq́ a non ſuo Iudice, quitquid factum fuerit, uel iudicatum, nullā habeat facultatem. Idemq́ de omnibus Iudicibus fieri Statuimus.

Palat. videāt ne Iudicia negligāt. L. vij.

Sigiſm Crac. 1507.

Idem lib. 1. cap. 6. ar. 2. de Palatinis.

Querelis cōmuniter omniū ſubditorū noſtrorū finem imponere uolētes, decernimus, & auctoritate noſtra mādamus, ut Palatini officia ſua 9.
exerceant, & ne Iudicia, ipſis nō curantibus, cū detrimento cōmunis iuſticiæ, temporibus debitis negligātur, ubi uero Palatinus deliquerit, & officiū ſuum qualecūq́ neglexerit, promittimus ipſum puniendū Cētum Marc. Fiſco noſtro applicādis, quoties de hoc cōpertum fuerit.

ARTICVLVS II.

Ergo Termini ſint perēptorij. Lex I.

Kazim. Tertius in Korczyn 1451.

Eiuſdem cap. 27. de Colloquijs fit mētio.

Item uolumus, quod reclamatio Terminorū nō debet eſſe deinceps, nec 87.
ſit neceſſaria. Sed Termini Partibus aſsignati iudicabūtur. Quia Termini erunt perēptorij, pro partibus cōſtitutis ac litigātib. celebrandi.

Nemo Terminos tranſponat. Lex ij.

Sigiſm. Petr. 1538. Eiuſdem mentio fuit libr. 1. capi. 6. articulo de Palatinis.

Terminos proclamatos qui tranſponeret, pœna Centū Marcar. punietur.

Ne ſubditi noſtri in aſſequenda Iuſticia impediātur, aut negligantur. Statuimus, ut Iudicia Terreſtria, quæ fuerint Pręconis uoce publicata, per Palatinos locorū tranſponi in aliud tempus non debeāt, neq́ poſſint. Vbi uero Palatinus, aut Iudex, ſeu alter Officialis ea ipſa Iudicia proclamata, ut nō celebrentur, quomodocūq́ ſiue trāſpoſuerit, ſiue aliter impediuerit, talis pœna Centū Marcar. pecunię puniatur, cuius medietas nobis, altera parti ea in re iniuriā ſuſtinenti cedet.

CAPITVLVM III.

De Officio Iudicis generali.

Quia Iudex eſt vir bonus, Iuris dicendi & æquitatis ſtatuendæ peritus ad id muneris publica auctoritate vocatus. Idcirco officia hic adnumerata faciat, & fideliter exequatur.

ARTICV-

DE IVDICIS OFFICIO.

ARTICVLVS I.

Vt Iudicium oculate Recognitiões ſuſcipiat. nec aliter illas niſi quã ſunt recognitæ & legitimę in Acta ſcribi curet. ad ægrotos tamẽ nõ niſi Rex mittat.

Iudices qđ in recognoſcẽte videãt. L. I.

Sigiſm. Petr. 1523.

64. Notandũ, quod Iudicio præſidentes debẽt diligenter intẽdere & cõſiderare perſonã recognoſcentẽ aliquã Inſcriptionẽ, ſi uidelicet habeat debitam ætatẽ, aut diſcretionẽ bonam. quod ſi aliter, nõ ſuſcipiatur Inſcriptio. Etiã debent cõſiderare, ſi eſt ſanus corpore: tũc poteſt ſcribi ſanus mente & corpore. ſed ſi æger corpore exiſtat, cõpos tamẽ ratiõis: prout eſt in re ſcribatur. ita uidelicet, æger & languens corpore, tamen ſanus mente, & compos rationis.

Idem libr. 1. cap. 12. art. 4. de Iudicio Caſtren. & idem lib. 3. cap. 7. ar. 2 fol. 498. De formulis recognitionũ uerarũ, & per colluſionẽ factarũ, Minorẽnes enim & furioſi, item alienæ ſubditi poteſtati bona ſua alienare nequeunt.

Tantũ Rex mittet ad ægrotos. Lex ij.

Occurrendo difficultatibus hominũ, quæ forſan ſuboriri poſſent, Statuimus, Quia nulli Officiales debent ad quemq; equitare ſuſcipiẽdę Inſcriptiõis, ſeu Recognitiõis alicuius cauſa: neq; ſuſcipere debebũt ullius Recognitionẽ cuiuſcũq; ſtatus hominis, dũtaxat circa Acta, cũ fiet perſonaliter cõſtitutus ad Acta ſanus mente. Quod aũt attinet perſonã noſtram, hoc ita relinqui debet prout fuit ad hoc tempus conſeruatum. Quia circa perſonã noſtram mittere nobis liberũ erit ad unũquẽq; ea re egentem, & infirmitate decumbentem.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Eiuſdem Legis pars folio 498.

De Inſcriptionibus in fraudem factis.

¶ ET ſi quis alterius nomine falſo recognoſcat.
¶ QVODq; Procurator nihil de Inſcriptiõib diſponat.
¶ ET ſi qs in Spũali foro ſe obliget uel in alio Diſtrictu, ut pareat.

Quodq; vulnera Iudicio Terreſtri vel

Caſtrenſi oſtendantur. Vide Folio 536. & 537.

Quodq; Iudices Terreſt. & Caſtr. nõ ſu-

ſcipiãt Inſcriptiões bonorũ Plebeiis faciũdas, alioqn erũt nullę. fol. 456. videat.

Iudices cũ Subiudicib. prouideãt, vt

Inſcriptiones diligenter per Notarios in Libros inſcribantur.
Infra Cap. 25. Artic. 1. de Officio Colleg. Iudicii peracto Iudicio vide.

ARTICVLVS II.

Iudiciũ Ter. omnes cauſas iudicat. nec ſolum Curiales Citatiões terminat, verum etiã in Curia Regia Iudiciis præſidet.

Iudiciũ olĩ tantũ ꝑ paruis ſummis iu- (dicabat. Lex I.

68. Itẽ decernimus, quod Iudices & Subiudices pro ſummis Centũ Marcar. triginta Marc. excedẽtibus nullo pacto iudicabũt.

Kazimir. Tertius in Korczyn 1451.

Sed iã Iud. oẽs cauſas iudicat. Lex ij.

Sigiſm. Petr. 1523.

Volumus aũt ut liceat unicuiq; aliũ quempiã pro quacũq; ſumma pecuniæ, uel iniuria hęreditaria, & perſonali, aut bonis quibuscũq;, totiẽs 33.
quotiens uelit, citare ad Iudiciũ Terreſtre. ubi citatus parere reſpondere- 34.
req; tenebitur & debebit, non excipiendo ſe ad Terminos generales ob ſummę magnitudinẽ. Vel potius licebit Iudicibus Terreſtribus etiã pro magna ſumma iudicare: cum licebit unicuiq; partiũ (a ſentencia iniqua Iudicis mouere) atque appellare.

Etiã Curial. cauſas Iud. finiat. Lex iij. 25.

Sigiſm. Petric. 1519.

De Termino Curiali uide fol. 52. & 53.

Cauſæ uero corã nobis (ex Termino Curiali) nõ terminatæ, ad Diſtrictũ Rei ſeu Citati remittẽtur. quas Iudex Terreſtris iudicabit etiam in Terminis Particularibus pro quacumq; ſumma, pro qua corã nobis Actio fuerit incępta.

Quod aũt & in Curia Regia Iudex iudicat. Lex iiij. Quam uide Libro primo Capitulo ij. fol. 59.

ARTICVLVS III.

Vnus ſit liber Actorum. Lex I.

Kazim. in Nyeſſoua 1454.

Liber Iudiciorum ſit unus in quolibet Diſtrictu Terræ.

Item Statuimus, Vt pro Iudicijs iuſte expediendis, & negocijs in Iu- 93.
dicium deductis ſcribendis fideliter, fiat unus Liber Iudiciorum ſeu Actorum in quolibet Diſtrictu.

ARTICVLVS IIII.

Libri Actor. Terreſtr. vel Caſtrenſ. ſub tribus clauſuris ſeruentur. Lex I. 44.

Vulad. Iag. Crac. & Varthæ 1423.

Liber Actorum Terreſtrium ſub tribus clauſuris habeatur ſcilicet Iudicis, ſubiudicis, & Notarij Terreſtris. Idẽ infra cap. 27. de Colloquijs.

Et quia Barones Terrarũ noſtrarũ in Iudicijs Colloquiorũ generaliũ 45.
perſonam noſtrã repręſentãt, corã quibus cauſæ hęreditariæ, & alię maiores agitãtur, & tractantur, & ſentenciæ per eoſdẽ latæ robur accipiũt firmitatis, ac ſi noſtra in præſentia agerẽtur, corã quibus etiã Reſignationes bonorũ magnorũ peragũtur, & aliæ cauſæ per eoſdẽ deffinitæ in ſpeciali Libro cõſcribuntur. Vnde cũ maiori pondere diligentiusq;, & cautius debeãt obſeruari, Volumus quod Liber prænotatus, ſeu Acta Colloquij generalis, ſub clauſura triũ clauiũ a modo cõſeruetur. Quarum unã Iudex, aliã Subiudex, tertiã uero Notarius Terreſtris habeãt, & conſeruent. Nec liceat uni ſine alijs clauſurã prædictã aperire.

Similis.

Kazim. in Nyeſſoua & Oppoki 1454

Item Statuimus, ut Libri Terreſtres Actorũ Iudicialiũ ſeruentur, iux- 94
ta Statuta Vartẽſia, ſub tribus clauibus, quarũ unam Palatinus habeat, aliam

at, aliam Iudex, & terciam Notarius.

SIMILIS.

Decernimus, ut Libri Terreſtres, ubicꝗ locorũ in Regno noſtro, ſub trib. clauib. ſecundũ Statutorũ diſpoſitionẽ, in bona cuſtodia ſeruenẽ. Sigiſm. Petr. 1538.

109 **Libri etiã Caſtr. in Prætorijs ſub clauibus Palatini, Iudicis Terreſtr. & Capitaneorũ ſeruetur. Lex ij.** Albert. Petr. 1496.

Quam vide Libro 1. Capitulo 12. de Capitaneis Artic. 5. fol. 233. fuit tamẽ eius mentio Libro 1. Capitulo 6. Articulo 6. de Palat. officio.

ARTICVLVS V.

De Literis ex Libris Terreſtrib. extractis. Lex I.

Sigiſm. Petr. 1538.

Ad præcludendã uiam dolis, in detrimentũ hominũ excogitatis, decernimus, ut Literę ad Libros Terreſtres inſcriptæ, & poſtea ex Libris denuo deſcriptæ, non aliter in Iudicijs faciant fidem, niſi, cũ originales fuerint productæ.

Porro quæ Literæ in Acta inſcribi non debent ſupra lib. 3. cap. 9. ar. 1 fol 534. uide.

ARTICVLVS VI.

De præſcriptiõe Librorũ Terreſtriũ & Caſtreñ. Lex I.

Iohann. Albertus Petricouiæ 1496.

89 Item dubia declarantes ſuper Librorũ Terreſtriũ & Caſtrenſiũ pręſcriptiõibus, Statuimus, Quod Libri Terreſtres Pręſcriptiones habeãt, ſic ut Statuta antiquiora Kazimiri Magni, & aliorum ſucceſſorũ eius cõtinent. de Caſtri uero præſcriptiõe meminimus ſatis ſupra dictũ eſſe circa tribunalia Capitaneor. loca, ſic ut ibidẽ ſpecialiter colligitur, quã diu Inſcriptiões in eis contentæ ſint ualituræ.

Libri Iudiciorũ præſcriptionem habeant antiquitus introductam, ſed Caſtr. tantũmodo ad unum annum ut ſupra de iudicio Cap. li. 1, ca, 12.

CAPITVLVM IIII.

Vt vno Iure omnes iudicentur.

PRAEFATIO.

Vinculum omnis Reip. eſt Iuſticia: quæ quidẽ virtus quod aliena eſt, in probiscꝗ, & egenis viris maxime eluceſcit: illa ipſa & honores Reipub. tantũ dignis diſtribuit, vt Libr. 1. Cap. 1. 3. 4. & 5. egimus: & in Iudicio Contractibuscꝗ reddit vnicuicꝗ quod ſuum eſt, omni Perſonarũ diſcrimine ſublato. In cuius adminiſtratione, vt quã minimũ coniectatiõi Iudicum relinquatur, Iudex nõ recedat ab Iure ſcripto propter æquitatẽ. quamcꝗ enim teſte Cicer. Iudices gratia vel odio, ignorantia vel calliditate, aliiscꝗ modis ſeduci, labi, & errare queãt: Lex necꝗ gratia inflecti, necꝗ potentia perfringi, necꝗ pecunia adulterari poteſt: ſed omnibus vna voce loquens, & imos ſummis exæquat, & reddit vnicuicꝗ quod ſuum eſt. vt cauſa nõ ſit cur certa Lex, ob incertã æquitatẽ deſeratur: & cur Iudex ſapientiorem ſe Legibus ipſis oſtentet, cum ipſe nõ ante Leges incedere vt magiſter, verũ eas ſequi debeat vt diſcipulus: niſi forte diuturno & cõſtanti vſu ipſa æquitas ſit approbata, tamcꝗ certa, vt Iudex crudelis eſſe videatur, qui in verbis Legis hæreat, reuera aũt ſenſum illius in more populi, aut ſaltem Iudicio bonorũ virorum, vel præiudicatis Principis poſitum circumueniat, & adulteretur. Eo enim caſu ſcriptam Legem ſequi calumniatoris eſt, boni vero Iudicis voluntatẽ Legiſlatorum, authoritatẽcꝗ tueri, atcꝗ defendere, alioqui nulla Lex nõ infirmari aut cõuelli poterit ſi in

Iuſticia eſt uinculum Reip. quæ in probis honeſtandis, & iuuandis egenis maxime eluceſcit.

Iudex ab Iure ſcripto propter æquitatem non ſcriptam an recedere debeat.

Quæ demum æquitas ſit ſequenda.

terit ſi in

terit,ſi in verborũ cortice hærere voluerimus: conſiliũ aũt reconditũ,ſeu mentẽ, & rationẽ illius negligamus. Quippe quod nõ ex verbis pendet Ius.ſed verba ſeruiunt & accõmodantur hominũ cõſiliis & caſibus in Iudiciũ deductis. Ac proinde neq; verba in Iudicium deducũtur,ſed tantũ res ipſæ quarũ vtiq; cauſa illa ipſa verba in Leges ſunt relata. Quocirca Argum hic eſſe Iudicem oportet,vt videlicet,& Legi ſcriptæ ſatisfiat per eũ: & ſi ipſa aperte nõ aduerſetur,æquitatẽ ſectetur.ne ſi in alterutrã partem vehementer declinet, auſteritate vel remiſſiõe in officio integri & ſapiẽtis Iudicis peccet;& litigãtes a foro ad vim cõfugere cogat.

Iudex uideat ut & Legi & æquitati ſatisfiat.

ARTICVLVS I.

Vno Iure,vnis etiam cõſuetudinib. ac ſimilibus præiudicatis omnes Terrę totius Regni iudicẽtur. Et quia Iuris proceſſus necdũ fuit cõciliatus,priora Statuta poſteriorib.cedãt,quoad cõcilientur.& fiat vna Lex de vno quis negocio.

Vniformiter, & Iurib. iudicetur. Lex 1

Kazim. Magnus Viſlicie. 1368.

Nos itaq; KAzimirus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ necnõ Terrarum Cracou.Sandomir.Siradiæ,Lancic. Cuiauię,Pomeraniæ,Ruſſiæq; Dñs & hæres,una cum Prælatis,Baronibus,cęteriſq; Nobilibus, 8.
& ſubditis noſtris,animaduertẽtes,& proinde reuoluẽtes. ¶ Quia iuxta temporũ antiquitatem in Terris & dominio ditiõi noſtræ ſubiectis, cauſæ plerũq; in Iudicijs nõ uniformiter,ſed ſecundũ animorũ,& ſenſuum diuerſitatẽ,hominũ etiã excreſcente malicia & improbitate,uarie & diuerſimode uentilãtur, decidũtur, & diffiniũtur: Ex qua uarietate Actiones ſiue cauſæ,nonunq; poſt multiplices uexatiões,altercatiões,& contentiões,remanẽt indeciſę,& quodã modo immortales.Quapropter ad laudẽ Dei omnipotẽtis,beatiſsimęq; Mariæ Virg.totiuſq; cœleſtis Curiæ, & ad profectũ, cõmodum, & utilitatẽ noſtrorũ ſubditorũ, decreuimus dictorũ Iudiciorũ ſeu cauſarũ (potiſsimũ in ijs quæ frequẽter accidunt) decidere & euellere uarietatẽ. ¶ Volentes & Statuẽtes, Quod deinceps perpetuis tẽporibus hæc eadẽ Statuta & Conſtitutiões habeãtur,exerceãtur,& obſeruẽtur per omnes & ſingulos Iudices,Officiales,ac eorũ miniſtros,reliquoſq; noſtros ſubditos, & Terrarum noſtrarũ inhabitatores,Nec quiſq; audeat illis quouis modo temere contrauenire,ſub graui noſtræ indignationis aculeo.

Cauſas Rex deſcribit ob quas præcepta quædam iuris ſcribit

Præceptum Regis Kazimiri perpetuum ad inhabitatores Regni promulgatum.

In R. Pol. vnũ omnib. Ius ſit. Lex ij.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Cum ſub uno Principe & capite eadẽ gens Iura diuerſa habere nõ debeat, ne ſit tanq; monſtrũ diuerſa habens capita, expedit Reip. ut uno 32.
& æquali Iure tam Crac. ſeu Minoris quã etiã Maioris Poloniæ inhabitatores,et cęteræ Regni noſtri Terrę utantur, & iudicentur. Ex quo unus Princeps eſt omnium, & Dñs. SIMILIS.

In omnibus Regni Poloniæ Terris ſicut unus Rex & Dominus ita unũ Ius debet eſſe. Idem libr.1. cap. 1.artic. 1.

Vlad. Iage. prope Czeruyensko 1423

Cęterum cũ omnibus Terris quas Regni noſtri ambitus cõprehendit, uelut unicus Princeps & Dñs æqualiter dominemur, nõ eſt æquũ, ut 49.
uarijs modis iudicandi populus nobis ſubiectus & ſub noſtro exiſtens regimine in uarios ritus Iudiciorũ dilabatur. ¶ Propter ea perpetuo edicto Statuimus, ut omnes & ſinguli homines Regni noſtri cuiuſcũq;

In omnibus Terris Regno Pol. ſubiectis unum Ius, una conſuetudo Iudicij debet obſeruari.

conditiõis.

VNO IVRE OMNES IVDICENTVR.

conditiõis, ſtatus, dignitatis, aut gradus fuerint, cauſas in Iudicijs noſtris Terreſtrib. proponeñ. uel proponere uoleñ, ſingulariter ſinguli, & generaliter uniuerſi, eodem Iure, modis, Conſuetudinib. & ritibus nobilibus per Regnũ noſtrũ potiãtur, nec audeãt Iudices Sedibus & Tribunalibus Iudiciorũ noſtrorũ præſidentes alios modos, ritus, & cõſuetudines, circa Terminos & ſentẽcias obſeruare, niſi illos quas Regũ Poloniæ Statutorũ Liber & Cõſuetudines Regni doceãt, & informent, ad quẽ ſemper recurrãt. Quitquid aũt per ipſos aliter fuerit iudicatum, & ſentenciatũ, irritũ remaneat, & nullius roboris uel momẽti. SIMilis.

Ex Priuil. Vuladiſl. Iagell. Iedlne.

52. Item pollicemur quod omnes Terras noſtras Regni Poloniæ, etiã Terram Ruſsiæ includendo ad unum Ius & unã Legem cõmunem omnibus Terris reducemus, adunamus et unimus, tenore pręſentiũ mediãte.

Omnes Terræ ad unum Ius reducantur.

Legibus iudicetur. Lex iij.

Kazim. 3. in Nyſſoua & Oppo. 1454

Iudicia ſecundum Statuta exerceantur.

94. Huiuſmõi aũt Iudicia iudicentur ex Libro Statutorũ Regis Kazimiri diuę memorię, & ex Statutis in Vartha (alibiq; ab alijs Regibus) cõfectis & conficiundis. SIMILIS.

Kazimir. 3. in Nyeſſoua 1454.

92. Iudices Terrarũ Regni noſtri Conſtitutiõibus innixi, & ex ipſis eruditione ſumpta, in iudicando cõſeruent ſtateram æquitatis.

De ſimilib. ſimiliter iudicetur. Lex 4.

Kaz. in Nyeſ. 1454.

93. Et cum in aliqua cauſa in Iudiciũ deducta, ſuper aliquo articulo audita propoſitiõe, & reſponſiõe, fuerit in Iudicio ſentenciatũ, uolumus, ut illa ſentencia in Librũ Actorũ inſcribatur, ut poſtea ſuper eodem Articulo, uel ei ſimili, ſimilis ſentencia proferatur.

ſentenciæ inſcribantur Libris Iudiciorũ, ut in futurum pari modo caſus ſimiles iudicentur.

Cõſuetudines Terr. Craco. p Iure ſint.

Alex. in Rad. 1505

120 Quãuis nos ALEXander Rex perſcripſerimus ſuperius (Lex v. omnes paſſus ac Priuilegia Iuſticiæ cõmunis, per olim prædeceſſores noſtros Duces, atq; tandẽ Reges Poloniæ, ad Iuſticiã cõmuniter miniſtrandã Regnicolis in iſto inclyto Regno noſtro conceſſa, ſub tempore quibus cũ Iudices Terrarũ Iuſticiã & negocia Iudiciaria abſoluere dirigereq; cõſueuerunt: Tamẽ quia ultra hęc quęlibet Terrarũ ſuas ſpeciales habere cõſueuit Conſuetudines. ¶ Idcirco Terræ Cracou. eas, quæ in ipſa approbatæ ſunt, pręſentiũ cõmuni Iuris Terreſtris Regni noſtri corpori adſcripſimus, eaſq; approbauimus, & pro Iure perpetuo tenendas decreuimus, adſcribimuſq;, approbamus, & decernimus præſentium per tenorẽ. Quæ quidẽ Conſuetudines huic Libro ſuis locis ſunt accommodatæ.

Confirmat Rex Cõſuetudines Terrarũ approbatas perpetuo tenendas.

Conſuetudines Iuris teneantur.

Alex. in Rad. 1505

Puncta ſupraſcripta nos ALexander Dei gratia Rex ex cõſuetudini-
124 bus tam Terreſtris quã Caſtreñ. Iudiciorũ Terræ Cracou. collegimus,

quæ Iuri

quæ Iuri corporis aſcripta decernimus in Terra Cracou. pro plebiſcito priuato Terræ eiuſdē tenendo perpetua. Quod decretū noſtrū etiā uniuerſis alijs Terris præſentiū tenore innoteſcimus, cõſultiue hortañ. ut pro Iuſtitiæ cultu, conſeruatiõeq́ꝫ, aut iſtas approbēt, aut inſtar iſtarū ſuas conſcribant. Sic tamē ut cum reliquæ Terræ ſuas conſcribent Cõſuetudines, primū eas nobis, uel ſucceſſorib. noſtris offerāt, per nos in ſtilum congruentē redigēdas: quas tandē in ſtilū redactas, nos, uel ſucceſſores noſtri ad Libros Statutorū Regni in Terra ipſa, de qua Cõſuetudines nobis porrectæ eſſent, exiſtentiū, in xij. folijs prædictis fideliter ſcribendas reſtituemus, ſucceſſoreſque noſtri reſtituent, per appoſitū Maieſtatis Regiæ decretū emēdatas, moderatas, & approbatas.

Iuris ꝓceſſus a Sigiſ. cõditus ſeruetur.

Sigiſm. Crac. 1507. Adiecimus ergo nos formulā proceſſus Iudiciarij in cõpendium & modū unum per Iuris peritos iuſſu noſtro reductā, ac per nos, & Conſiliarios noſtros approbatā, & obſeruari decretā, ut quæ iam in tantū Labyrinthū ceſſerat, quod cautelarū, nodorū, tricarū, et captionū rabulariū, neq́ꝫ modus eſſet, neq́ꝫ finis: nūc a quouis perdiſci, & agi citra difficultatē, & ullas ambages poſsit, utq́ꝫ deinceps unicuiq́ꝫ uia iuſticiæ ſuæ cõſequendæ facilior & celerior per ipſum Iuris proceſſum pateat, & ſit communis. (Lex vi. j.

Idē ꝓceſſus Nobilitati mittitur. L. vij.

Sigiſm. Crac. 1511. Quod ad diuerſitatē Conſuetudinū Proceſſus Iudiciarij attinet, qui in omnibus Regni Terris diuerſus eſt, ut in unam aliquā formulā redigatur, promiſimus, & pręſentibus Literis pollicemur, quod deſignabimus in Terra Cracoui. aliquot ex Nobilitate uiros Iuris Terreſtris peritos, qui reuiſis prædictis omniū Terrarū Cõſuetudinib. per Palatinos ad nos mittendis, poſsint eundē, & uniformē ubiq́ꝫ Iuris proceſſum inuenire & cõſcribere, quē nos demū ad Palatinos tranſmiſſuri ſumus, ut illi cū Caſtellanis, Officialibus, & reliqua primaria Nobilitate illū reuideant, & examinēt, uſq́ꝫ ad futurū generalē Conuentū: in quo nos tandem id quod omnibus æquabile uidebitur approbabimus, & cõfirmatum in omnib. Reg. noſtri Iudicijs perpetuo ſeruandū ſtatuemus. 16.

De cõciliandis ijſdē Statutis. Lex viij.

Sigiſm. Bidg. 1520. Diuerſitas Conſtitutionū diuerſas inter homines cõtrouerſias generat, & diuerſos Iudices cauſas iudicantes diuerſa intelligere & ſentire cogit: Supplicatiõibus itaq́ꝫ crebris Nunciorū Terreſtriū moti, in proximo generali Conuentu futuro omnibus Cõſuetudinib. Iuribusq́ꝫ, & Statutis uetuſtis, ex omnibus Palatinatib. cõgregatis, reformationē omnium Conſtitutionū per deputatos & deputādos Iuriſperitos Regni noſtri, fauēte Deo, aggrediemur: Doctoribus etiā Iuris Pontificij & Legū adhibitis, qui 21.

Pugnantia Conſtitutionum Reip. pernicioſiſsima eſt, iniuſtitiæ cõueſtiendæ, ſeditiõisq; ferendæ appoſitiſsima.

hibitis, qui a loco Conuentiōis generalis proxime celebrādæ nō diſcedant, donec eandē Regni Iuriū & Conſtitutionū debitā emendationē fecerint, & tales per nos deputatos, & deputādos expenſis noſtris prouidebimus. Alios aūt uiros Iuriſperitos, quos Nobilitas ex Palatinatib. adiunget ſuis expenſis prouidebit, ita tamē quod omnes Palatini Terrarū ſub pœna in Conſtitutiōibus noſtris expreſſa Cōſuetudines Terrarum pro eadem proxima Conuentione nobis præſentent.

Vna ſit Iudiciorū forma, ſublata cōtrarietate. Lex ix

Sigiſm. Crac. 1532.

Etſi iam antea publicis exigētibus ratiōibus & cōmuni omniū ſuadente cōmoditate, decreueramus in pluribus Regni noſtri generalibus Cōuentibus, ut omnia Regni Iura, & dudū obſeruata quęuis Statuta, a certis deſignatis Iuriſperitis, tam Spiritualibus quā Sęcularibus perſonis, recenſeretur, utq; in illis cōtrarietas omnis, & noxia dubitandi occaſio tolleretur. Quia tamē multis interueniētibus impedimentis, quæ ex pluralitate deſignatarū perſonarū ſero hinc inde conuenientiū, & plerūq; inuicē diſſentientiū, cōtingebant, hæc res, utcūq; in aliqua parte inchoata hucuſq; ad exitum perduci nō potuit, Nos ut neceſsitati cōmuni, & ſimul in perficiēdo maturius opere, dignitati noſtræ cōſulamus, Primā Iuriſperitorū deſignationē ad pauciorē numerum redigentes, cōmuni omniū Conſiliariorū noſtrorū cōſilio decreuimus & decernimus pręſentibus, ut ſex tantūmodo ex utroq; ſtatu uiri inferius deſcripti ſint, ad eam ipſam expenſionē & correctionē Iuriū deſignati, qui huc Cracouiā ad diem primā Maij proxime uēturi cōuenientes Statutorū Iudicialiū obſcuritatē, Priuilegijs & alijs Statutis ad Iudicia nō pertinentibus intactis relictis, illuſtrēt, ambiguitatē tollant; & omnia quæ illis ad æquanimitatē in Iudicijs ſeruandā neceſſaria uidebuntur, in conſonantiā reducāt, reiectis & abrogatis ſingulis clauſurarū nodis, ex quibus in poſterū dubitatio, quæ hucuſq; Iudices reddebat perplexos, ſuboriri poſſet. Quod cū ab illis erit factū, amplius decernimus, ut forma Statutorū, & Iuris Iudiciarij per dictos ſex uiros emēdati, in plura exemplaria redacta, ad Conuētus Particulares deferatur, illicq; in præſentia Dignitariorū Officialiū & reliquorū Nobiliū perſonarū, nō tumultuarie, ſed cum attentiōe omniū perlegatur, ſubindeq; Nuncij e medio Nobiliū, ſic ut dictum eſt, congregatorū, eligantur, qui forma Statutorū & Iuris emendati ad generalē proxime tunc futurum Conuentū relata, uel aſſentiri omniū nomine dictæ emendatiōi, uel illā pro neceſsitate rationabilius inſtituere, cū noſtro totiuſq; Senatus cōſilio & auctoritate poſsint, ut tandē pro incertis certæ, & pro incōmodis cōmodæ Iudiciariæ Conſtitutiōes efficiātur, & ne amplius per incertā interpretantium contentionē ab adminiſtrāda æqua litigātibus Iuſticia Iudices remorētur. Sunt aūt per nos deſignati Iuriū & Statutorū prædictorū Correctores, ex Maiori Polonia Generoſus Nicolaus Nyemoicuski Iudex

ADLECTOREM. IAC. P.

Cum tam pium ſtudium ſapientiſs. principis, ac labor ipſorum Correctorū, neſcio quo fato interierit, nihilq; fere utilitatis Reip attulerit: D. Sigiſm. Aug. idem negocij, diſponendarū ſcilicet methodice Legū patriæ, mihi denuo credidit. Quæ quidē meæ lucubratiōes ſi itidem in caſſū recident, uti ſpero, facile me exemplo magnorum uirorū tuebor, atq; etiam cōſolabor. Quod uidelicet me canēte nemo ſaltauit.

ieuski Iudex Iuniuuladiſl. & Generoſus Mathias Krzyzanouski Subiudex Poſnanień. Ex Minori uero Polonia Generoſus Iohannes Pyenyazek de Kruſloua Iudex Cracou. & Generoſus Bernhardus Macziejouski Iudex Sandomir. Referēdarij noſtri. Quibus adiūximus Spirituales duos Iuriſperitos, uidelicet Venerabiles Nicolaum Zamoſczki Scholaſticū Lancicień. & Georgium Myſzkouski Canonicum Cracouienſem Secretarios noſtros.

Conſuetudines quoq; ad concilianda ſtatuta proſunt.

Quoniā aūt in Regno noſtro nō ſolū ſcriptę Conſtitutiōes, ſed & Cōſuetudines inueteratę pro Lege in pluribus locis obſeruātur, Statuimus ut ſinguli Palatini Cōſuetudines ſui quiſq; Palatinatus conſcribāt, & huc Cracouiā ad primā Maij menſis diē ad nos mittant. Illas enim ſicuti & reliqua Iura Correctorū Iudicio cōmittemus, ut æque in his, ut in reliquis Statutis æquanimitas & uniformis Iudiciorū modus, contrarijs, & obſcuris, ambiguiſq; interpretatiōibus reiectis, ſtatuatur.

Aliogn poſteriora Statut. ſeruētur, quo ad cōciliabunt.

Sigiſm. Crac. 1543.

Lex x. Statuta poſteriora in omnibus forenſib. cauſis teneantur uſq; ad futura Comitia, ita ut iuxta poſterius Statutū omnes cauſæ Terreſtres, Caſtreń. & Cōmiſſariales iudicētur, reiectis interim ad partem alijs omnibus prioribus Statutis prius factis, & poſterioribus Statutis fortaſſe cōtrarijs. Etenim in futuris Comitijs debemus cum Dñis Conſiliarijs noſtris, & Nuncijs Terrarū hos quęrere modos, quibusnā iuſticia hominū cōſtabiliretur, differentia aūt Statutorū cōciliaretur. Quod ſi fortaſsis in primis & proximis Comitijs nihil tale fecerimus, tunc hoc Statutū de tenendis Statutis poſterioribus conditum euſq; durare debet, quoad in aliquibus Comitijs cū ipſis Conſiliarijs noſtris & Terrarū Nūcijs aliqd ſalubrius eo noīe cōſtituere poterim9.

CAPITVLVM V.

De Syndicis, Aduocatis, & Procurib9.

PRAEFATIO

Ratiōe & oratiōe ſecernimur a brutis.

Vſus rationis & orationis in foro quis?

Sicut ſola ratiōe ſecernimur a brutis animātibus, quę Deus abiecit ad paſtum, ita facultate intelligendi atq; eloquendi homo homini præſtat, & ſtulto intelligens. Cum aūt ratio & eloquentia in omnibus rebus plurimū valent, tum in forenſibus negociis fruſtra quis vel iuſtiſsima nitatur cauſa, niſi hæ ipſæ rerū humanarum pulcherrimę Reginæ pręſto ſint. quarū qdem altera iuſtę cauſæ probatiōes inueniat, inuentaſq; diſponat ordinate: altera vero vel Reum Lege accuſet, vel excuſet, ex Naturaliq;, Gentiū, ac Ciuili Iure diſerte, ac etiā eloquenter argumētando, refellendo, & cōcludendo, Iudicem doceat, quid potiſsimū in lite ſequi, vel vitare debeat: ita vt ſcelera fraudeſq; nocentis ſubiiciātur odio Ciuiū, iuſtoq; dedantur ſupplicio: e cōtrario aūt innocentia Iudiciorū pœna liberetur, & præmiis ornetur. Quæ qdem facultas ſicut ab magno ingenio, ab arte etiā varia. & vſu diuturno quęritur: ita nō cuiuſpiā triobolaris rabulæ, ſed olim fuit eximiorū Oratorum atq; Iuriſconſultorū propria: qui de Iure ſeſe adeuntibus publice reſpondebant, publice virtutes laudabāt, publice etiā accuſabāt ſcelera. Quo ſenſu veteres Orato-

res Oratorem Iuriſperitũ Imperatori cõferre nõ dubitarũt. quippe quod vterq; in periculis patriæ & amicorũ verſetur. Oratores enim Iuriſperiti ambigua facta cauſarũ explicando, item ſpem, honorẽ, vitã, ac fortunas litigantiũ cõtra iniurioſos ratiõe ac oratiõe defendendo, nõ minus generi humano proſunt, quã ſi præliis ac vulneribus patriã parentesq; ac poſteros ab hoſtibus ſeruarẽt. Sed quia apud nos omne fere Oratorũ & Iuriſper. Officiũ in Syndicos, Aduocatos, & Procuratores forenſes tranſlatum eſt, dimiſsis illis excellentibus viris, de his ipſis mediocribus & priuatis noſtris pauca dicamus. Ac primo illud, quia Syndicus eſt qui alicuius Ciuitatis, Vniuerſitatis, aut Collegii cauſam defendit: quaſi in defenſionẽ cõmunis cauſæ incumbens. Aduocatus vero ille eſt, qui quocũq; ſtudio, cõſilio, aut opera poteſt patrocinatur cauſæ clientis in Iudicio, vt cõmode & cũ dignitate peragatur. Procurator aũt ille proprie eſt, cui adminiſtratio rerũ omniũ ab aliquo credita eſt. Attamẽ hoc loco Procuratorẽ intelligi volumus illum, cui ſpecialiter data ſit procuratio actiõis iniuriarũ: & qui negocia mãdato domini, ſeu clientis, in forenſi, vel arbitrali Iudicio adminiſtret. Procurator ergo vel omniũ rerum, ac ſemper: vel vnius rei, & ad certũ tempus poteſt eſſe: ſecundũ quod fit per Literas Principis, per eum cuius cauſa eſt, cõſtitutus. Vſus aũt Procuratorũ propter eos introductus eſt, qui rebus ſuis ipſimet, ex quacũq; cauſa intereſſe nolũt, vel nequeunt, illisue agendis occupari, vel ſufficere nõ poſſunt. Porro cũ præcipue circa Accuſatiões & deffenſiões Syndicorũ, Aduocatorũ, & Procuratorum verſetur officium, procul dubio Ars dicendi, item Iuris Naturalis, Gentiũ, ac Ciuilis præcepta, horumq; omniũ vſus ac æquitas illis cognita eſſe debẽt. Ridiculus enim ille litis Patronus eſt, qui ordiri, item proponere, ac diuidere illã neſciat. Prẹterea Legibus, Cõſuetudinibus, Prẹiudicatis, aliisq; ratiõibus in lite ipſa, ex cauſis Efficiente, Materiali, & Formali ſitis, cõfirmare ſuã ſentenciã ignoret. Porro aduerſariorũ ex iiſdem, ſeu aliis fontibus dicta, per cõmodam inficiationẽ, extenuationem, interpretationẽ, ſeu auerſionẽ, aliisq; modis cõfutare nequeat: atq; hæc omnia ſummatim cõcludendo: Iudicem ad ſummũ Ius, vel æquitatẽ, hoc eſt clementiorem interpretationẽ, ſeu emendationẽ Iuris diſerte cohortari. & vt eſt in prouerbio, vti foro nõ poſsit. Quia tamẽ differt, vt eſt in prouerbio, Dauusne loquatur an Herus; perindeq;, NEQVAM AN BONVS vir dicat, intereſt: certe opiniõe virtutis idẽ Procurator cõmendatus eſſe debet. Citius enim, & plus bono, quã nequã viro credit Iudex, quod huius omnia verba cõficta, & ad decipiendum ſe cõpoſita ſuſpicatur: illius aũt vera, certaq; oracula, & ad declarandã cauſam producta, eſſe credit. Ac proinde Rhẹtores negãt quenq; bonũ eſſe Oratorẽ, niſi idẽ ſit vir bonus: huius enim oratio ſimplex, grauis & cõfidens eſt: quia veris, ac vbiq;, & ſemper ſe æqualiter habentibus nititur: Illius aũt cõtorta, leuis, & titubans: quia falſis, ac pro tempore, & loco cõfictis probatiõibus ſuperædificatur. Idcirco Demoſthenes Græcorũ facile Princeps Orator, cũ aliquãdo cõcionaretur, Phocioneq; aduenientẽ videret, dixiſſe fertur. En oratiõis meæ malleus & bipẽnis aduenit. Nimirũ ſignificans, pauca verba illius viri boni, plus valere ad perſuadẽdum, quã alterius, ſuorũq; argumentorũ aceruos. Cum itaq; aliquis vium dicendi aliquẽ, beneficio naturæ, item arte, & exercitatiõe, cõſecutus fuerit: amore Iuſticiæ aſſerendæ, tuendiq; clientis gratia, nõ libidine iurgãdi, cõflandæq; pecuniæ, ad hoc munus accedat, & nõ veriſimilia, (quæ ſolũ in dubiis, cõiecturisq; locum habent) nec aperte falſa, defendat. ſed quæ vera vel falſa in cauſa eſſe ſcit, ac ſentit, corã Iudicio, tanq; in conſpectu Dei, publice dicat, neq; tã ſuo, ſuiq; clientis quã Iudicis periculo, veritatẽ dolis, mendaciis, periuriisq; euertat. Ita boni Oratoris, ac integri viri exiſtimationẽ cõſeruabit, & litibus amputãdis fecerit magnũ cõpendium. Alioquin (vt vltionẽ a Deo paratã taceamus, noſtræ quoq; ætatis ſexcenta exempla prẹtereamus ſilentio) certe pecuniẹ a Procuratoribus per iniquitatis ac doli nundinationẽ cõgeſtẹ, (bonos viros, & iuſta illorũ ſalaria excipimus) vel nullos omnino, vel nunq; fœlices hæredes habebũt. Nihil aũt ea laude illaudabilius eſt, QVAM ABVNDARE NVMMIS, EGERE

Oratores Imperatoribus cõferuntur.

Oratorũ officium in ſyndicos, Aduocatos & Procuratores trãſlatum eſt.

Syndicus.

Aduocatus.

Procurator.

Facultas Procuratoris quomodo, & quatenus datur?

Vſus procuratorum propter quas cauſas eſt introductus?

Procur. officiũ circa quid verſatur?

Ars dicendi & Iuriſperitia propria Procurator. debet eſſe.

Procurator debet eſſe uir bonus, dicendi peritus.

Vis dicendi ad aſſerendam miſerorũ iuſticiã eſt cõuertẽda.

Bonus Procur. clam dicat clienti ſuo malæ cauſæ nitenti, ſi ſa tebere, cauſam ſi nes gabis, animam perdes. Attamẽ publice uel ad tranſactionẽ uel ceſsionem amicã contendat cum illo. non aũt prævaricetur

Nonnullorum Procuratorum technæ & encomia.

BONA FAMA & virtutibus:& nihil prꝺclarum,niſi de pane lucrãdo cogitare: indeq; vulgo dici bonorũ extortor, Iuris cõtortor, Legum proditor, clientis ac Reipub. depeculator,Iuris cõtrouerſi peruerſi & inuerſi cõſultus, protrimentum fori,tam captionũ quã cautionum, tam excipularũ quã formularũ callentiſſimus,ex alieniſq; miſeriis mendacio atq; impoſtura Pluto.Cum vero huiuſmodi Aduocati publice puniri deberent,quod vel ſapientiſs.Iudicem dicendo circũueniant citius,quã corrumpãt pecunia,proh dolor,multi hoc hominũ genere armãtur:vt ſimplas lites duplicent,perelapſas Citatiões reuiuiſicent,cõmententur per lucra,numerent Triplicata Vadia & de fortunis,vita, atq; honore Ciuiũ impune negociẽtur.Quocirca ego cũ primũ poſt mortẽ Nicolai Thaſicii Iudicis,& in Repub.noſtra ætate grauiſs.Neſtoris,te PETre DEMBIni Iudicem Cracou.renunciatũ ſalutaui,hoc Tetraſtichon tibi primo pro tribunali ſedenti adſcripſi,

Ad Petrum Dembinum poſt Nicolaum Thaſyczki Iudicem Crac. creatum apoſtrophe.

Venalis ſi te oppugnauerit ira Patroni,
Et rotet in fratrem uerba doloſa ſuum.
PETRE caue a recto flectas: REX, atq; SENATVS,
CHRISTVS erit Iudex Iudiciiq; tui.

Etſi enim omnia naturę,artis,& exercitatiõis adiumenta ad eã prouinciã attuleras,vt omniũ maxime dignus viderere, qui N. Thaſicio ſuccederes: amor tamen meus erga te,& veneratio quædã ſingularis hæc me tibi tum occinere coegerãt. Quod ſcilicet impenſe fauebã, quo omniũ expectatiõi de te cõcitatæ reſponderes:metuebã aũt ne tui nominis claritas alieno pollueretur cæno. Vt enim Procuratorũ vſus nõ ad turpe ipſorũ cõpendium, nõ ad perniciẽ innocentũ,circũueniendoſue Iudices: ſed ad exercendũ ingeniũ, ad tuendos bonos viros,Iudiceſq; inprimis informãdos eſt introductus: ita niſi impoſturarũ,ac vitilitigandi illorum licentia mature aliqua pœna hoc tẽpore reprimatur, reuera olim tot definiendis cauſis, ſæpe ſola iurgandi libidine vexandorũq; hominũ cauſa ſuſceptis, nulla fora ſufficient: tantũ abeſt,vt vnus PRINCEPS appellationũ Iudex,tot captionum centones retexere, tot etiam inſidiarum latebras diſcutęre, ac ita vt oportet, diiudicare queat.

Coercenda eſſet Procuratorum uitilitigãdi licentia.

ARTICVLVS I.

Qui volunt,ignorant,vel egent Procuratorib,vtantur illis,cũ poteſtate corrigẽdi vel quiſq; ſuam cauſam agat. Mulieres tamẽ in hoſpicio Procuratores conſtituunt,ſed non in maritorum cauſis.

Kaz.M.Viſl.1368

Qui vult, Procuratore vtatur. Lex I.

Iure habẽdi ſunt cauſarum aduocati, Procuratores, aut proloquutores, ab eis quibus expedit.

Quia cuilibet ſua defenſio & tuitio(cũ Iuris ſit naturalis) nõ eſt dene- 1o.
ganda. Ideoq; Statuimus.quod in Iudiciis noſtri Regni quilibet homo cuiuſcũq; ſit ſtatus & conditiõis poteſt & debet habere ſuum Aduocatum, Procuratorem,ſeu Proloquutorem.

Kazimir.in Nyeſſoua 1454.

Ignaris,& egentib.Procur.detur. Lex ii

Qui ſuam cauſam neſcit exponere, aut Procuratore caret, Iudex ex officio ei procuratorem det.

Si quis uero in Iudicio conſtitutus rem debite ſuã proponere neſciuerit,
aut in lingua impeditus fuerit, nec amicũ pro eo loqui uolentẽ poterit 94.
habere,Iudiciũ ibi ſedens ex ſuo officio ſibi petenti Procuratorẽ idoneum deputare debebit.

Ea vero quæ Procuratores præſentibus iis quorũ cauſæ aguntur,allẽgant: perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium proferãtur. Error tamẽ Procuratoris per Principalẽ ante ſentenciã Iudicis reuocari poteſt. Sed & Iudex poteſt ſupplere & proferre, quod qdem minus a litigatoribus dicatur. Iuri aũt ac Legibus conuenire intelligat.

Qui tamẽ

Qui tamē velit, ſuā cauſam agat. Lex iij.

Omnis qui Procuratore careret, poterit ſuā cauſam corā Iudicio exponere, uel controuerſiā & defenſionē ſui facere, ſepoſitis atq; reiectis in partem captiunculis pœnarū, quas captiōes Iudex permittere nō debet, niſi hoc cuſtodire, ut unicuiq; iuſticia miniſtretur.

Sigiſm Crac. 1543. Idem repetetur infra cap. 16. art. 3. de modo controuertendi in Iudicio.

Mulieres in hoſpicio Procuratorē cōſtituūt. Lex iiij.

Vt dominarū habitatio propter fragilitatē ſexus a
10. cœtibus uirorū omnimode ſit diſtincta, & ne ad cauſas uocatæ premāt ſe in turmis & cōuentibus maſculorū, Sanxit noſtra auctoritas de præſenti, ut ſi quæ Domina ſiue Virgo citans aut citata uenerit ad Terminum ſibi prǽfixum, Iudex præſidens Iudicio Officialē ſuū cum eius aduerſario ad hoſpiciū illius Dominę mittere teneatur: corā quo Actionē ſiue defenſionem ſuæ cauſæ Aduocato uel ſuo Procuratori cui placet in toto delegabit. ⁂ ⁂ ⁂

At ſi mulier cōpareat pro marito, qui ex probabili & Reipub. neceſſaria cauſa abſit, neq; eum legitime defenderit, poteſt maritus petere reſtitutionē in integrum aduerſus ſentenciā cōtra ſe latā, per mulieres enim aliena negocia, nō aliter agi poſſunt, niſi Actiones in rem & propriū lucrum earū mandatæ ſint eis.

Kaz. M. Viſl. 1368. Eiuſdem mentio fuit libr. 2. cap 6. art 7.

Dominæ aut Virgines ad Iudicia citatæ in hoſpicijs cōmode procuratorē conſtituant, & cauſæ actionem Iudice ſuper id uiſorē & aduerſariū dirigente cōmittent uel Aduocato uel Procuratori.

ARTICVLVS II.

Qui procurare nequeunt.

Camerarij cauſas ne procurent. Lex I.

45. Palatinorū & Succamerariorū Camerarij, quod Iudicijs Terreſtribus etiā olim intererāt, alienas nō procurabāt, niſi forte ſuas cauſas.

Iagello Crac. 1423. Idem ſupra fol. 577.

Neq; Notarij neq; Vicenot. cauſas ꝓcurent Lex ij.

Prǽcauendo difficultatibus hominū, prohibemus ne ullus Notarius & Vicenotarius apud hoc Iudiciū circa quod reſident in officio cauſas ullas procurent.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Nec Spūales etiā ꝓcurēt, niſi cauſas ꝓprias. Lex iij.

Petitiōibus Nunciorū Terreſtriū permoti, & ad ſopiēda odia, quę aduerſus Eccleſiaſticos uiros, ob quorundā inſōlentiam apud Sęculares excitari cōtingit. Statuimus, ut Eccleſiaſtici, uiri beneficiati, aut Sacerdotes nō ſe immiſceant deinceps Iudicijs Sęcularib. neq; cauſas procurent & promoueāt Sęculariū perſonarum ad quas per Iudices Terreſtres nō admittātur, exceptis cauſis proprijs, aut aliarū Spiritualiū, in quibus agendis procurādisq; liberā habeāt ubiq; facultatē.

Sigiſm. Petr. 1538.

Procurator calūnioſus ter expurgetur,

94 quarto nares incidatur. Lex iiij. Quā uide ſupra Libr. iij. Cap. xiij. Artic. j. fol. 569. de crimine falſi aut calumniæ.

Kazim. Tertius in Nyeſſoua 1454.

Qui a patrocinio cauſarum repelluntur. In Rebuſp. bene cōſtitutis amittit cauſam qui potentioris adſciſcit ſibi patrocinium, vel eidem in fraudē ac terrorē aduerſarii ſui cauſa cedit: vt hac pœna propoſita Iudiciariæ lites potius ſuo ordine decurrerēt, quā potentiorum illegitimis præſidiis nitātur. Ac proinde D. Sigiſm. Aug. Rex noſter mirabilē de ſe cōcitauerat opinionē, quod in Lithuania quendā Senatorē ſuo familiari aperte ſuffragantem loco ac ordine tanquam Conſiliariū ſuſpectum monuiſſe ferebatur. Quales aūt pro ſuis familiarib. Procerū ſuffragatiōes eſſe vel nō eſſe oporteat, Nobilis vir Staniſlaus V A P Ouius in quodā ſuo cōmentario prudenter ſane deſcripſit. *Staniſlai Vapouij commentaria.* ne ſcilicet in Repub. noſtra aliquis Iudicis & patroni ſimul partes agat. Porro etiam repelluntur ab officio Procuratoris ſurdi, muti, cæci, impuberes, mulieres, infideles Chriſto, & qui de quotacūq; parte litis cū Actore paciſcuntur. vt enim Tutores ſic Procuratores rebus pupilli & clientum inſidiari nō debent: Item reiiciūtur a procurandis cauſis Iure ipſo, & legitimi Iudicis ſententia, ex graui & legitima aliqua cauſa infames legitime facti. Ac proinde Procurator qui ab aduerſario per vim vel inſidias gladio aut fuſtibus cæditur, aut qua parte ſui mutilatur, per hoc nō infamatur, niſi iniuſte litigaſſe, ob idq; iuſtā pœnā tuliſſe cēſeretur. Quia tamen nemo ſibi de quoq; Ius dicere debet, certe iniuſticiæ, nō vi, ſed corā Iudice erat ab aduerſario cōuincendus: ſi facinus ſuum inultum abire, Procuratorem autem aduerſarii puniri volebat.

ARTICVLVS III.

Sine mādato, vel Actore ne qs procuret, vel citet: Senior tamē frater pro cauſa cōmuni, & Tutor pro capite parentis pupillorū, perindeq; negociorū geſtores dominorū, necnon mariti vxorū, ſimiliterq; Dn̄i ſeruorū cauſas agunt. Inſufficientes aūt mandatarii, falſarii, & colluſores puniātur. Procuratores ergo ſint Iurati, diligentes, ac fideles, alioquin de ipſis Ius dicatur clientibus.

Procūrium mādatū trib. groſ. venit. L. j

Sigiſm. Petric. 1511. *Idem lib. 1. cap. 9. ar. 3. de taxa Literarum Cancellariæ.*

Item ne prædicti noſtri ſubditi in Cancellaria noſtra a Notarijs plus iuſto grauentur, decernimus quod deinceps a Procuratorio, tantum tres groſsi accipiantur. 16.

Sine Actore ne qs pcuret, vel citet. L. ij

Nulla Citatio detur ubi Actor non eſſet, qui aliter procurat fieri, 15. pœnam debeat. *Huius mentio infra Quod calumniatrices falſa & inordinatæ citationes locum in Iudicijs nō habent*

Præterea quicūq; præſidentes, aut ipſorū Officiales, uel eorū familiares aliquos malicioſe laboribus & expenſis grauare uolentes, cupiētesq; 13. 14. & laborātes emungere & extorquere aliquid pecuniarū, aut rerū ab innocentibus pro uexatiōe redimenda, quāuis penitus nihil habeāt cauſæ ſeu quæſtiōis aduerſus eoſdē, faciūt & procurāt diuerſas citatiōes, finguntq; & dictant cauſas: Idcirco Statuimus, quod ſi quis citauerit, uel procurauerit aliquē ſine legitimo Actore uulgariter przez pouoda citari, taliter citans uel procurans talē citationē pœnā pyathnadzyeſta ſoluere Citato teneatur, prohibētes nihilominus Caſtellanis & quibuſlibet Iudicibus & Subiudicibus, quod deinceps ſine certo Actore & cauſa expreſſa nō debēt decernere nec dare (nec audire) aliquas Citatiōes.

Si ſenior frater cauſam perdat, iunior

eā ne renouet. Lex iij. Quā ſupra Lib. iij. Cap. v. Ar. ij. fol. 477. uide.

Tutor agit p capite patris occiſi pupil

lorum. Lex iiij. Quam Lib. j. Cap. j. Art. 6. fol. 286. vide.

Inſufficiẽs mãdatarius punitur. Lex V.

Conſ. Ter. Cra. 1505 Idem lib 1. cap. 12. de Iudicio Caſtrenſi. ſurrepticium & inſufficiens mandatum procuratiõis producens luet pœnas quas per ſe ſoluet & non Principalis ſuus.

121 Item aliquis manifeſtãs ſe cũ procuratiõe in Iudicio, ſi malũ Procuratoriũ ſeu procurationẽ habuerit, luit pœnã in Iure Terreſtri triũ Marcarum: in Iure uero Caſtreñ. ſex ſcotos. quã ſolus ipſe Procurator ſoluet non Principalis ſuus: alias non ille a quo cauſam dicit.

COMMENT.

Mandatum tria in ſe habeat.

Mandatum tria in ſe habeat, nomen cõſtituentis, cõſtituti, & cauſæ cõmiſſæ in genere vel in ſpecie: & quod cõſtituens ratum habere velit, quodcũꝗ cũ Procuratore fuerit geſtum. Ille vero dicitur habere mandatũ qui vltro & gratis alterius negociũ ſuſcipit agendum. proficiſcitur enim mãdati obligatio ex libera obſequendi voluntate. qui enim coactus neceſsitate, vel legitima poteſtate, aut ex pacta mercede gerit alterius negocia: illi Iure, aut metu, hic vero ex locato obtẽperant. Et tamẽ ſi mandator aliqd cõpenſandi officii cauſa promittit, aut dat, nihilominus mãdati obligatio exiſtit: multoꝗ minus remuneratio impedit obligationem mãdati. Porro Mandatum cõtrahitur quinꝗ modis, ſiue ſua tãtum gratia aliquis tibi mãdet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tãtum, ſiue ſua & aliena, ſiue tua et aliena. At ſi tua tantũ gratia mandatũ ſit, ſuperuacuũ eſt mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio, nec mãdati vtrobiꝗ Actio naſcitur. nõ tam enĩ mandatum quam dicitur cõſilium. At mandato rei turpis, vel cõtra bonos mores, nõ eſt obſequendum: nec eius nomine mãdatarius obligatur. Nunꝗ aũt mãdatarius excedat fines mandati. licet illud & in diem differri, & ſub conditiõe fieri poteſt. Re quoꝗ integra mãdatum poteſt reuocari: perindeꝗ re integra mãdatum finitur mandantis, vel mandatarii morte. Ipſum quoꝗ mãdatum poteſt ab initio reſpui, ſed poſtquã eſt ſuſceptum, debet tempeſtiue executiõi demãdari: niſi ex iuſta cauſa, et cõgruo tempore recuſetur. reuocatur vero mãdatum propter inimicicias, furorẽ, & mutationem conditiõis: qua minus idoneus ad ſuſtinenda mãdati negocia mãdatarius efficitur. Quod ſi Procurator incertum mãdatum producat, de ratihabitione cauere tenetur. ſi tãtum poſſeſsionũ habeat. Quæ tamẽ exceptio procuratoria niſi ante litem conteſtatã opponatur, inutiliter obiicitur. Quod ſi forte falſus Procurator inueniatur, reddit Iudicium retro nullum: tãtum abeſt vt in præſens cõtrouertere permittatur. At ſi quis bona fide negocia abſentis geſſerit, vltro citroꝗ inter eos naſcũtur Actiões, quæ appellãtur negociorũ geſtorum. ſed Dño qdem aduerſus geſtorẽ directa Actio, geſtori aũt cõtra Dñm cõtraria. Quippe ita naſcuntur obligatiões huiuſmodi, ſi ſine mandato quiſꝗ alienis negociis gerendis ſe obtulerit: ex qua cauſa, hi quorum negocia geſta fuerint, etiã ignorãtes obligantur: Idꝗ vtilitatis cauſa receptum eſt, ne ex ſubita feſtinatiõe, vel grandi cauſa abſentium deſererentur negocia, quæ ſane nemo curaturus eſſet, ſi de eo quod quis impendiſſet nullã habiturus eſſet actionẽ. ſicut autẽ is qui vtiliter geſsit negocia dominum habet obligatum, ita quoꝗ negociorũ geſtor ad exactiſsimã diligentiam adminiſtratiõis ſuæ reddat rationem. neꝗ enim ſufficit talem diligentiã adhibere qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modo alius diligentior eo cõmodius adminiſtraturus eſſet illa negocia, caſu violento ſemper excepto. Multo magis autẽ maritus poteſt agere pro vxore etiã ſine mandato, dum modo caueat de rato in quacumꝗ vxoris cauſa: ne mulieres periculo pudoris Iudiciis virorum intereſſe cogãtur. ſin aũt mãdatum ſuſceperit, licet maritus ſit, id ſolum in rẽ vxoris exequi debet, quod procuratio producta eidẽ præſcribit. At qui mater in cauſa pupilli nihil agat, ſed ei Curatorem petat: quod alterius ſuſcipere defenſionem eſt virile, & vltta ſexum muliebrem.

Qui obligantur mandato?

Mãdati obligatio cõtrahitur quinꝗ modis iuxta Aretini ſententiam.

Mandato turpi non eſt parendũ, honeſti uero mandati fines nõ ſunt excedendi.

Quando mandatum reuocatur?

Si incertum mandatum præferatur?

Si falſus Procurator inueniatur?

Negociorum geſtorum conditio.

Mariti uxorum cauſas agant, cum, uel ſine mandato.

Mater non agat nomine Pupilli.

De falſatore & colluſore pcuratore. L. 6.

Sigiſm. Petr. 1538. Idẽ lib. 3. ca. 9. fo. 536 Fit aũt mentio eiuſdẽ de Inuaſione domeſtica lib. 1, cap. 12, ar. 10.

Quia impunitas magna dedit hominib. in malum propenſis ad falſitates & colluſiões admittẽdas audaciã, ut non uereãtur per ſummiſſas & ſubornatas

ſubornatas perſonas, ut in Iudicijs, aut apud Libros Terreſtres, certas Recognitiões faceret, nomine earũ perſonarũ quas ſępe cõtingit longius abeſſe a loco Iudicij, & Procurare, in detrimentũ & perniciẽ ignorãtium. Quam licentiã refrenare uolentes. Statuimus ut omnes tales, ubi ſufficienti teſtimonio conuicti fuerint, pœna Statuti de Inuaſione domus expreſſa puniantur.

Sigiſm. Crac. 1543.

Hæc Lex ueteris in exercẽdo Iudicio ſanctitatis eſt. quod non niſi iuratos patronos adhibeat cauſis, ne ſcilicet uel ſcientes ſuſciperent, uel ſucceſſu tẽporis reſcientes proſequerentur iniquã cauſam. Iuſtam uero ut ſumma fide defenderẽt. eadẽ enim uox Procuratoris quæ et Legiſlatoris eſſe debet

Qui Procuratores debẽt eſſe iurati. L. 7

Procuratores mercenarij, qui mercede cõducti hominũ cauſas in Iudicijs cõmuniter procurãt, ne amplius difficultates & cõperendinationes in Iure facerẽt, debent eſſe iurati: Quia iniuſtas cauſas nec ſuſcipere, nec eis cõſulere, nec illas promouere debent in gratiã alicuius partis. Præterea æſtimatiões pecuniales quas pro iniurijs uel damnis in citatiõibus ponũt, debẽt ita moderari, & ad eũ ualorẽ redigi, quãti damnũ ualet: ne ob hoc probatiõibus, & teſtibus homines grauarẽtur. Iudex aũt qui Iudicio præſidet debet proſpicere, & animaduertere in talem, & punire illũ, ſicut eſt de inordinatis Citatiõibus ſtatuto deſcriptũ. Quod ſi certo cõperientur aliq Procuratores huius Statuti trãsgreſſores & audaces, extũc debent per Iudicem ad nos remitti. Quod ſi decreto noſtro Regio transgreſsiõis reus reperietur, extũc ei officio procurandi in omnibus Iudicijs noſtris Regalibus, Terreſtrib. & Caſtreñ. inhiberi debet. Hoc aũt intelligi debet, præter illos qui cõſanguinitatis, aut amice conſuetudinis Iure ducti, amicorũ: necnõ præter famulos qui Dñorum ſuorum cauſas procurarẽt, nec cõmuniter in Iure cauſas dicerẽt: deniq; præter illos, qui ipſimet ſuas proprias cauſas Iudicialiter agerent: tales enim huic Statuto ſubdi nõ debẽt. Attamẽ Procuratores Dñorum, tametſi Dño aliquis eorũ ſeruiat, & eius cauſas procuret, ſi modo cõmuniter Procuratoris officiũ exerceat, eo nõ obſtante, tenebitur hoc Iuſiurandum pręſtare, & Literas autenticas Iuramẽti ſui ab Iudicio Terreſtri accipiẽdas habere: cũ qbus Literis ubiq; fides habebĩt ei indubia.

Aeſtimatio damnorũ p Iudices moderetur.

Procuratores huius ſtatuti tranſgreſſores Regi delati ab officio procurandarũ cauſarũ deponuntur.

Qui ab hac Lege excipiuntur.

Literas Iuramenti ſui ferat Procurator.

Procurat. ſint diligẽtes & fideles. L. 8.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1548.

Edicimus, ne cũ inordinatis Citatiõibus, & Actiõibus, Procuratores ad Iudiciũ accedãt, ſi uolunt pœnã Statuti euitare. item ut uocati ſecũdum Regeſtrũ præſto ſint: ſi quidẽ in uocãdis Perſonis iuxta Regeſtrũ nos cõſeruabimus. Quod ſi quis uocatus abfuerit, cõdemnari permittetur. Etenim ſtudioſe extrahũt cauſas, ut nõ ſolum Iudices prouinciales, uerum etiã Regia Maieſtas Aſſeſſoresq; ipſius non tum quãdo uolebãt, ſed quãdo Procuratorib. libebat iudicabãt. Quocirca ſi quis Procurator negligentia, uel nequitia nõ cõtrouertendo cũ aduerſario permitteret Principalẽ ſuum cõdemnari, is aũt Principalis tali damno affectus eo nomine quereretur, extũc ibidẽ corã Iudicio, uel in Comitijs adminiſtrabitur de eo iuſticia, non ſecus atq; de ſeruitore: etiam ſi fuerit poſſeſsionatus.

Procuratores ex induſtria ne litem protrahant, neq; præuaricentur.

ARTICV-

ARTICVLVS IIII.

De ptāte Procurator. in Ciuilib. vel criminalib. cauſis.

Item antiquū Statutū ęqua moderatiōe interpretantes, Statuimus, ut Procurator ſiue poſſeſſionatus, ſiue nō poſſeſſionatus, habens ſufficiens procuratoriū, poſſit in Iudicijs cōparere, omniaq; agere, & exercere quæ ipſius Prīcipalis Cauſam, uel Cauſas attinēt, ſeu tangunt: Etiā partē citatiōe Verbali, alias naduornym citare, & Iudicē mouere, ac alia omnia facere, quæ ad defenſionē Cauſæ pertinēt: præter Inſcriptiōes. quas nec nouas facere, nec de antiquis quietare, nec pecun. tollere inſcriptas poterit, ſine pręſentia ſui Prīcipalis, ſeu Actoris

Lex I. ſigiſm. Petric. 1511.

18.

Euſdē Statuti ſit mētio lib. 3 cap. 7. ar. 2. de formulis inſcriptionum. Item lib. 4. ca. 25. de Motionibus.

PROCVRATOR in Citatiōe verba criminalia ne ponat fol. 48. vide.

NEVE SINE Actore criminaliter accuſet, folio 49. vide.

Citatus tamē criminaliter poteſt per Procuratorē Iuri parere, ac reſpōdere: excepto eo, ſi Citatus de Iure eſſet criminis cōuincēd & eius noīe in perſona puniēd9.

SED NEq; Procurator abſente ſuo cliente a cauſa ſponte in Iudicio recedat, vel de ea tranſigat illamue ad aliud forū transferat. Quod ſi ſentenciā contra ſe tulit, Iudicem mouere, non tamen motionem ipſe proſequi tenetur.

QVOD SI PROCVrator moreretur, ſalarium eius annuum, vel alioqui tanti temporis quanto ſeruiuit, hæredibus a cliente debetur.

Quæ ſit poteſtas Procuratoris in criminalib. cauſis uel etiā in Ciuilib absente cliente, & an mortuo ſalarium detur.

CAPITVLVM VI.

Ne Sæculares ad forū Spirituale euocentur nec e contra.

PRAEFATIO.

Iam ſatis liquet ex pręmiſſis, Leges eſſe ob id introductas, vt inter homines certa ſit vnicuiq; viuendi diſciplina, & vt quiſq; Lege veluti cōmuni ſponſiōe obligatus ſuum faceret officiū, ſuoq; cōtentus viueret: tam aūt officiis quā rebus alienis abſtineret, vt ſ. illa ipſa IVſticia inter mortales cōſtaret, quæ qdem ita vnicuiq; Ius ſuum ac dignitatē tribuit, vt omnes virtutes in ſe cōplectitur: atq; propterea Heſpero & Lucifero admirabilior eſſe a Sapientib. pdicatur. Sed quia fruſtra Ius in Repu. fuiſſet conditū, niſi ſimul eſſent per qs illud redderetur: Itaq; ſecundum quod res diuinę & humnę diuerſæ ſunt, ita quoq; Iuris diuini ac humani, necnō Magiſtratuū Iuri vtriq; reddendo neceſſariorū eſt magna diuerſitas, ob idq; in duas partes diuidunt. Quarū altera Regnū Chriſti, mundi altera appellatur. Tametſi enim prior omniū Melchiſedech idem erat Rex & Sacerdos: nec valde longo poſt interuallo Moyſes tā in temporalib. Iſraeli quā in Spiritualibus Aaroni præfuit, ipſumq; Aaron ac filios eius cōſecrauit in Sacerdotes, ad quem præterea ſermonū Dei fuit interpres: Deinde vero Dñs difficile & ambiguū Iudicium inter ſanguinē & ſanguinē, cauſam & cauſam, leprā & leprā ad Sacerdotes Leuitici generis referri, & obedire Sacerdotis decreto iuſsit: Poſtea vero Samuel fuit Sacerdos & Princeps populi in tēporalib: poſtremo etiā tempore Machabeorū reductum erat Regnū ad Sacerdotes: Nihilominus luce Euangelii per Chriſtū allata, Sacerdotioq; Chriſti ſecundū ordinem Melchizedech inſtituto, Chriſtus omnes ſuos fideles Regale Sacerdotiū eſſe voluit: Miniſtros tamē Euāgelii ſui nō tantū prophanis functiōibus impediri vetuit, verū etiā patrem, matrē, vxorem, & liberos, ſi ita res poſcat, relinquere, ſubſtantiāq; ſuā vendere, ac dare

Cauſa Legū cōditarum, & Magiſtratuum introductorū eſt IVSTICIA.

Vt res & iura diuina & humana diuerſa ſunt, ita etiam Magiſtrat9 diuini & humani a ſe diuerſi exiſtunt.

In ueteri Lege ſæpe ijdem fuerunt sacerdotes qui & Reges, & econtra ſæpe alij atque alij.

Chriſtus Rex cœli & terræ, Regib. huius mundi ſe, ſuosque ſubiecit.

pauperibus,baculo aũt & pera eſſe cõtentos. Quin etiã tãtopere vnũ quęcq; illorũ ſeſe abnegare debere præcepit,vt etiã ſiſti ante impios præſides,ſubeſſe illis,cenſumq; dare Ceſari iuſſerit: omninoq; exemplo ſui miniſtros nõ Dños eſſe mãdauerit: quod Regnũ ſuum nõ fuit ex hoc mundo, in miniſterioq; & cruce non in Imperio & gloria conſiſtat. propter quod nõ ſolum ipſe præ Herode Regno ſuo ſtulte timente fugit,a turba Regem ſe creari, diuiſorẽq; inter fratres cõſtitui noluit, verũ etiã cum caperetur ad ſuppliciũ,Petrum ad recõdendũ gladiũ ſuum coegit,& in media criminantiũ, blaſphemantiũ,cædentium,ac poſtremo crucifigẽtium ſe turba os ſuum nõ aperuit:atq; ideo & veros ſuos diſcipulos a carnis gloria & mundi illecebris ad ſolius Spiritus curã toties reuocauit,deq; ambitiõe dextræ & ſiniſtræ,maioritatis, primi accubitus, magiſterii, & ſolicitudine ventris obiurgauit. Poſt cuius aſcenſionẽ in cœlos,Paulus Apoſtolus eius ipſius Chriſti militẽ negociis Sęcularib. implicari,relictoq; verbo Dei miniſtrare menſis,ac cœleſtib. cõſecratum prophanã dominarionẽ affectare crimen præuaricatiõis eſſe iudicauit.

Regnũ Chriſti in conſcientijs hominũ fundatur.

Chriſtus ſiqdem Regnũ ſuum nõ in carnis gloria,quã adeo ignominioſe cruci adfigi voluit:nõ in vlla rerum externarũ affluentia,cum in pauperũ perſona etiãnum eſurire,ſitire,nudari,& vagari credatur:& opes tantas eſſe ſpinas appellet vt diuites difficile in Regnũ cœlorũ ingreſſuros propheret:verũ enimuero in cõſcientiis hominũ,quarũ fidem reſpicit, regit, & inhabitat,fundatũ iri volebat. Vt ſcilicet mens humana,expenſa magnitudine iræ Dei erga peccatũ,perpetua ſcelerum pœnitentia quateretur,iugi mortificatione carnis ipſi ſacrificaret,fide aũt eius Euangelio adhæreret, præterea operũ piorum fructu certã faceret vocationem ſui.

Leges Regni Chriſti, eſt uerbum eius & traditiones.

Quod qdem Regnum ipſius pro Legibus habet VERBVM DEI, & traditiões Eccleſiæ,nõ cõtra, ſed ad analogiã factorum; & præceptorũ Chriſti ad hæc vsq; tempora transmiſſas.

Magiſtratus Regni Chriſti ſunt miniſtri Eccleſiæ, quorum officia attinguntur.

Porro Magiſtratus,ſeu verius Diſpenſatores,ac miniſtri ipſius Regni ſunt, Prophetæ, Apoſtoli, Epiſcopi,Doctotes,Paſtores,& Diaconi,qui iram Dei propter peccata populo anunciãt, ad renouationem vitæ omnes vocãt,quos peccatorũ pœnitet,iis Euangeliũ de beneficiis crucis Chriſti pręedicãt,illudq; ſacramentis obſignãt, & ad fructus bonorũ operum adhortãtur, nimirum vt illis certã facerent vocationẽ ſui in ſpem & gloriã filiorũ Dei. Corporis aũt & externarũ rerum poteſtatẽ, adminiſtrationẽ, & tutelam Magiſtratibus Politicis tanq; ſua functiõe inferiorẽ relinquunt, ſi modo ſine grandi peccato eo fungãtur officio, inprimiſq; nihil ab eis in genere religiõis veræ,nimirum contra præceptum Dei expreſſum fiat,& exigatur.vt ita plus Deo quã hominibus obedire videãtur. Alioqn tunc Chriſtus Paſtores ſuper Regna & Reges cõſtituit,& Piſcatores Monarchis pręepoſuit , atq; exulibus omnem poteſtatẽ anunciatione irę Dei ligare pręcepit,vt videlicet veritatẽ cœleſtis doctrinę cõtra Reges & Pręſides huius mũdi Verbi ſentencia, prodigiis,ac poſtremo iugulis ſuis tueantur,& defendant:cõtumaces aũt & inobedientes ſuę voci cõmunione fidelium pellant, quoad reſipiſcãt,& ad Dñm Deum,eiuſq; Eccleſiæ ſanctę cõmunionẽ reuertantur.

Ciues Regni Chriſti ſunt auditores & cuſtodes uerbi Dei.

Si qdem Ciues ipſius REgni Chriſti ſunt,qui de iis omnibus audiunt Verbũ Dei,& ſi portæ etiã inferorũ ingruãt, corde ei credunt, ore cõfitentur,opere aũt cuſtodiunt illud:quo ſic pie quo ad Deum,iuſte quo ad proximũ,& ſobrie quo ad corpus verſantes in terris guſtum æternorũ bonorũ haurire incipiant in cœlis.

ſi miniſtri Regni Chriſti delirare incipiant, a Magiſtratu Politico aliquouſque uiceuerſa emẽdantur

Quod ſi forte e cõtrario Sal hoc infatuatũ fuerit,& lux obſcurata,procq; Paſtorib. lupi ſint,& pro veritate Dei ſomnia capitis ſui prophetent, Item zelo traditionũ ſuarum transgrediãtur præceptũ Dei, prætextuue paſtoralis officii dominentur gregi,aut Baal mercedẽ ex maledictis,Iudæq; loculos ex altaribus conſectentur, atq; adeo de animab. noſtris in hypocriſi ac mẽdacio negociẽtur,tãtaſq; functiones cum Simone emãt ut vendant,aliaq; huiuſmodi in ſe admittãt,tunc vel deferendi ſunt Epiſcopis,& cõcilio,vel alioq exempla illuſtria ſupra de officio omniũ ordinum in Eccleſia Chriſti fol. 120. recitata,Magiſtratib. Politicis in repurgãda religiõe,emendãdiſq; Eccleſiæ Paſtorib. in vniuerſum ſunt imitãda.

Quare falſi Eccleſiæ miniſtri ſunt emendandi?

Ne videlicet cæci cæcos ſequãtur,falſa prophetãtib. manibus applaudãt,vel poſtremo pro

miniſtris

miniſtris verbi Dei Tyrānos experiātur. Neq; enim Lucifero Angeli, Adam Euæ, vituli adoratores Aaroni, Heli filiis ſuis, nouem leproſi Sacerdotib. Iudæ Apoſtolo Ieruſalē Pontifices, Pontificib. miniſtri, Turcæ Machometo, aliiq; cæci ſectatores cæcis ductoribus impune ad præuaricationē mandatorū Dei obſecuti ſunt: ſed vna cū ducibus ſuis iuſto Dei Iudicio perierūt, aut ſaltem turpe iugum dominatiōis illorū duxerunt, nempe qđ obſequi Satanæ ac Phariſeis potius quā reſiſtere, hominibusq; falſa prophetātib. obedire magis quā Deo vero adhærere, & ſcortari cū meretrice Babilonica libentius quā cuſtodire mādata Dei & fidē Ieſu maluerint. Atq; hāc Regni Chriſti rationē, & miniſtrorū ipſius Iurisdictionem ex ſcripturis ſanctis hauſimus, ſaluo ſemper meliori piorū ac eruditorū iudicio.

Regnum huius mundi ſolum per ſe, Regno Chriſti eſt contrarium.

Porro e cōtrario REgnū huius mundi ignorat hęc omnia, duntaxat enī corporum ſalutē, rerumq; proprietatē per Leges, Reges, ac vtriusq; ad miniſtros, & Iudices tuetur, cōtraq; cōtumaces gladio defendit, inprimis aūt gloriā huius mundi, honorē, potentiā, ac opes ſummū bonum eſſe ducit, de gloria vero Dei ꝓpagāda, & potentia, beneficiisq; predicādis nihil omnino ſolicitum eſt: de vita etiā æterna nō cogitat, ob idq; Legē ac Euangeliū Dei neſcit, crucem ridet, vel vicioſiſſimā trāqllitatem tuetur, in ſcelera latentia nō inquirit, ſed tantū ſubditis dominat, ab eisq; cenſum accipit, & animę bona ſusq; deq; faciens, tantū omniū bonorum externa larua, Iuſticiaq; forenſi, ac fœlicitate extēporanea eſt cōtentum: ſemperq; ſibi occinit illud Epicureorū, ede, bibe, lude, poſt mortē nulla voluptas: & illud, ſunt fabula manes.

Qui in Regno mundi optimi fuerint.

Porro q in hoc mundi Regno optimi atq; ſapientiſſ. fuerunt, vt Socrates, Plato, Iſocrates, Legiſlatores, & Romani, cenſebāt demonē ſemper venerādum, Ciuitatis preſertī, vt ita & in Demones pii, & Legib. morigeri fuiſſe viderent. Nā ſolus fere omniū Triſmegiſtus Mercurius Deū creatorē cœli & terrę in ſuis dialogis ſerio admirari, atq; cōſtanter credere cęperat. Tā ſtulta eſt et inhumana hominū ſapientia ſine cognitiōe verbi Dei & Euāgelii Chriſti: cuius viceuerſa ſectatores mundo & carni ſtulti & cōtempti eſſe videnſ.

Omnis ſapientia ſine cognitione Dei eſt ſtulticia.

Et hęc vtriq; ſola per ſe ſic ſe habēt, qđ vel ex Eccleſia Dei, & Ethnicorū Philoſophorū factis atq; ſcriptis facile apparet, vt nulla ratiōe inficiari queāt. Quia tamē oculos cæcorū per Chriſtum iā illuminatos eſſe agnoſcimus, & tā Leges in verbo Dei cōdi, quā Reges diuinitus dari credimus: nō ita Regna Chriſtianorū Dei Iurisq; diuini exortia ſunt ac ignara, qn omnia corpora noſtra templa Spiritusſancti eſſe agnoſcamus, rebusq; omnib. in gloriā creatoris vtamur.

Regna tamē chriſtiana Regno mundi ratiōe corporū, & rerum, ad Regnū Chriſti multū acceſſerunt.

ſanctius quiddam chriſtiani Reges quā Reges huius mundi in inſtituenda Repu. ſua habent cōſilium.

Ac proinde ad Legum diuinarum preſcriptū, ad exemplarq; Moſi in mōte oſtenſum, in his omnib. dirigimur: vt nō ſolum inter hoīes cōſtet humanitas, verū etiā vt domiciliū ipſius Dei eſſe videamur: & ita ſancte peregrinemur in terris, vt cōuerſatio noſtra cœlis digna eſſe appareat: & Reſp. noſtra nō tā ex huius mundi, quā ex filiis Dei cōſtitu a credaſ.

Miniſtri religiōis & Magiſtratus Politici in chriſtianis Regnis non ſunt inter ſe cōtrarij.

Quapropter & miniſtri religiōis & Magiſtratus Chriſtianę Politię ſolis functiōibus, officiis, ac rata parte curarū ab ſeſe diſtinguunt: quin alteri alteros iuuāt, honorant, & ſibi ipſis iucunda quadā harmonia ſubſunt & pręſunt, mutuoq; ſeſe in bono laudāt, vel in malo obiurgāt, nō aūt reuera ex diametro ſecum pugnant, & ſunt aduerſi: vtriq; enī ꝓpter populi ſalutē ac tutelā ſunt diuinitus inſtituti. Nihilominus ne vnq; alter alterius Iurisdictionē ſibi temere vſurpet, inuadat, & arroget: his legibus eſt interminatū.

Summa poteſtatis Sacerdotum & Politicorum Magiſtratuū.

Vt enī repetamus hoc, Eccłiæ Chriſti miniſtris tātum ea quę ad animarū ſalutē vel cōdemnationē pertinent, ſunt credita: vt aūt gladium ſuum exēplo Petri in vaginā cōuertant a Chriſto iubenſ: niſi forſan exēplo Phinees etiā gladio viſum, vel exēplo Pauli Satana auditum incœſtū plectāt: Petri aūt imitatiōe ſacrilegos Simones obiurgent, vel mendaces & fures Ananias & Zaphiras aliqñ morti tradāt. Gladius enī Regum ꝓprius eſt, quē ad pacē bonorū, metum vero malorū portāt: & tā in corpore quā in ſubſtātia ſontes puniūt: verā aūt doctrinā, itē innocentes defendunt: qđ eos Iudicio ac ſapientia præſtare, oſculari filium Dei, verēq; Eccłię nutricios & hoſpites itidē agere oportet, ne intereāt: vel ne ſaltem more infideliū Ciuitati Dei pręeſſe iudicenſ. Quod autē Spirituales in Tēporalib. habent Iurisdictionē, ea ipſis cum ſubſtātia Eccleſiis beneficio Princi-

ſicio Principum magis quã Iure diuino obuenit: Eſt autẽ ad hoc vſq; tempus inuiolata, qppe qď animarum ſalutẽ illis credere, rerum autẽ Eccleſiæ in pios vſus collatarum diſpenſationẽ, ac etiã de eiſdem Iudicium eripere, inciuile maioribus noſtris videbatˢ vt cauſa hoc tempore nõ ſit, propter quã autoritas alterutrius iuriſdictiõis eleuetˢ: vel trãsgreſsis finib. a maiorib. poſitis vtraq; confundatˢ. Si modo quæuis illarum intra ſuos fines atq; cãcellos cõſiſtat, neq; iis trãsgreſsis in alienã meſſem immittat falcẽ, aut etiã in forma, efficiente, vel fine ꝓpriarum functionũ delinquat, aut peccet. De hac tamẽ TEmporali Iuriſdictiõe, hoc quoq; licet fortaſſis parergon, hic bona cum gratia addere placuit. Quia tametſi Salomõ impenſæ in templum & Sacerdotes Dñi factæ, Zacheus autẽ hoſpitalitatis, Magdalena & Ioſeph effuſorum vnguentoru in pedes & corpus Ieſu, præterea q; illi qui ſubſtãtiam ſuã ad pedes Aplorum proiiciebãt liberalitatis nominib. laudentˢ: raptores aũt, & obtrectatores horum, & mendaces ꝓmiſſores puniti fuerint: Altaris qppe miniſtri ex altario, paſtores de lacte, vinitores de vite vtãtur. verum tamẽ ſi volumus dicere id qď res eſt, magnæ opes Eccleſiæ veneno eſſe cœperunt Sacerdotibus. Nãq; cum opibus alienã Iuriſdictionẽ affectãdo ſuã propriã modo nõ ꝓfecerunt. Quinimo cum Noach de fructu vitis inebriari, cum Epulone Lazaros contemnere, dextrã & ſiniſtrã cum filiis Zebedei ambire, & certare cum Aplis quis eſſet illorum maior, cum Iuda loculos affectare, cum Simone ſacra mercari, auroq; & argento habito claudos preterire, adeo vt ſtellæ cœli in terrarum ima cadere, a fructuq; frumenti incraſſati diſciplinã ꝓiicere cœperint: vt Eccl'ia Chriſti lõge nunc in ea omniũ rerum tranqlitate peiora a domeſticis & a falſis filiis patiatˢ, quã olim in medio certamine, paupertate, fuga, atq; cruce ab externis & Tyrãnis paſſa fuiſſe legitur. vt D. Gregor. Nazianz. & Bernardus aliiq; eã calamitatẽ deplorant. Futurum tamen Dei beneficio omnes ſperamus, vt ii ſpeculatores poſt tot ſcãdala vulneraq; Eccl'iæ Dei opibus cõceſsis in rem veræ Eccl'iæ vti, non in res carnis & huius mundi abuti, & ad ſobrietatem priſcã, officiaq; propria relictis retibus ac ſpinis redire hoc eſt, ad archetypon Chriſti Ieſu eiuſq; Aplorum effingi incipiãt: & ſi fortaſſe oculũ, manum, vel pedem, atq; ipſas diuitias habent, quę illos deteriores faciũt, eruant, abſcindãt, & proiiciãt ab ſe, vt vocatiõi & aratro ſuo intenti dignos ſe agricolas vineæ, ac Regno ſui Dñi aptiores præſtent & exhibeant. ne valde carnaliter nõ ſpiritualiter, ira nõ gratia, traditionibuſq; ſuis ſolum & libidine, nõ Verbo neq; voluntate Chriſti tantum munus gerere, parti a zelatoribus veritatis, partim ab reprehenſorib. Momis dicãtur: quin ipſi potius vt Spirituales diiudicent omnia, a nemine aũt iudicentur. Alioq nihil minis, nihil pœnis, nihil edictis, nihil interdictis, nihil excõmunicatiõibus ac etiã proſcriptiõib. & cædibus nihil proficient. Si enim taceãt ſerui, iumenta loquentˢ, lapideſq; clamabũt: quoad filii patrem, ſerui Dñm, creatura creatorem factis referãt: doctrinãq; eius amplectãtur: Deniq; Reges attollãt portas ſuas, vt introeat Rex gloriæ, cuius nutu creatum eſt, ſtat, & cõflagrabit hoc quod cernimus, quodq; in theſauris Dei & naturæ nobis abditum latet, vniuerſum.

Temporalis ſpiritualiũ iuriſdictio opes ſubſecuta ẽ, quæ propriam illorũ poteſtatem attriuit, & fortitudinẽ effæminauit.

Sperandum eſt ſpirituales aliquãdo ad priſcam integritatẽ redituros, retibus ac ſpinis dimiſsis.

ARTICVLVS I.

Ne quis Sæcularis pro cauſa Ciuili ad forum Spirituale euocetur, nec e contra. Lex I.

Bodzan. Epiſc. 1369. Laici in Cauſis Ciuilibus ad Ius Spirituale per Clericos ne euocentur.

Idem lib. 1. ca. 4. articulo 7. de ſpirit.

Præterea uolumus, Quod Laici deinceps pro debitis & aliĳs Cauſis 57.
Ciuilib. per Clericos ad forũ Eccleſiaſticũ nõ trahãtur: niſi forte ſit Cauſa Spũalis, uel Spũali annexa, aut debitũ fuerit Decimale. SIMILIS.

Alexan. Rad. 1505. Cauſæ Sæculares in

Quamuis in antiquioribus Statutis & Priuilegĳs cõſtat uetitũ eſſe, ne
Spirituales Iudices arrogarẽt ſibi Cauſarũ Secularium iudicandi faculta- 117.

tem: tamen

tem: tamē cum clamore communi pulſaremur, quia nō obſtātibus Cōſtitutiōibus antiquis Seculares perſonæ plærūq; euocantur ad Spiritualia Iudicia ꝓ negocio Seculari: Quapropter decernimus & Statuim9 quod Iudices Spirituales Sæcularia Iudicia non exerceant, neque iudicent in futurum. *foro Eccleſiæ iudicari prohibentur.*

SIMILIS.

10. 11. Concordiā quæ mater incrementi eſt cōſeruare uolentes inter Spirituales & Seculares perſonas, prohibemus deinceps, ne Seculares perſonæ ſexus utriuſq; Iudicijs Spiritualibus ſe implicent pro re Sæculari, uel debito contracto, uel cōtrahendo, nec aliquis Secularis Secularē pro re mere ſæculari in Ius Spirituale conuenire audeat. *Sigiſm. Crac. 1540. Eſt eiuſdē mentio li. 1. cap 3. art. 3. de cōcilianais ſenatorib.*

SIMILIS.

Vt ordo debitus in Iuribus & Iudicijs obſeruetur, & temeritas nōnullorum in euocādis hominibus ad Iudicia impertinētia coerceatur. Statuimus, Quod Secularis Secularē ad forum Spirituale pro re mere ſæ-
24. 25. culari citans, aut actioni ſuæ perſonæ Spirituali cedens, pœna 28. Marcar. puniatur: cuius media pars nobis, altera parti aduerſæ cedet. Quæ quidem pœna Iudicio Caſtreñ. repetetur. Pœna uero cōtra Spiritualē euocātem Sæcularē pro re ad forū Eccleſiaſticū nō pertinente in Synodo generali proxima cōſtitui debebit. & interim Dñi Epiſcopi Officialibus ſuis cōmittere & prouidere tenebuntur, ut Sæculares perſonæ ad Iudicium Spirituale pro re mere Seculari non euocentur. *Sigiſm. Petric. 1519. Eiuſdem mentio lib. 1 capi. 4. articul. 7. Ne euocentur ſeculares ad ſpirituale Iudicium. Idem libr. 1. cap. 12. artic. 11. fol. 220. de alijs art. Iudicio Caſtren. ſubiectis.*

Quæ aūt cauſæ foro Spūali cōpetūt. L. 2

Quam vide Libr. 1. Cap. 4 Articulo 8. folio 125. & 126.

Si quis ſe in Iudicio Spirituali parere obliget, pareat. Lex iij.

Quam folio 127. uide.

E cōtra vero hæ cauſæ Spiritualiū Iure Terreſtri definiuntur. Lex iiij.

Quam uide folio 125.

Ne ergo alteri alteros hinc inde euocent. Lex v.

Quam uide Libr. 1. Cap. iiij. Artic. viij. fol. 128.

CAPITVLVM VII.

Ne quis extra forū ſuum euocetur.

PRAEFATIO

omne peccatū in proximum duabus iuris dictionib. coercetur. & quid ſit propriū uniuſcuiuſq; officiū.

Vt omni peccato in proximū cōmiſſo, Deum & ipſum proximū noſtrum offendimus, nimirum, qđ Dei præceptum præuaricemur, & fratrem lædamus: ita ipſi peccato eluendo atq; coercendo duæ ſunt Iuriſdictiōes diuinitus inſtitutæ, vt ante paulo diximus, Spiritualiū nempe & Politicorū Magiſtratuū. quorum alteri tantum internā cōſcientiā reſpiciunt, expenduntq;, num peccatorem ſatis ſcelerum pœniteat, vel nō: vt ſic ira propter impœnitens cor peccatori, vel gratia Dei per Chriſtum propter cōuerſionem & fidem in illum eidem anuncietur. Alteri aūt duntaxat externam in Repub. cōuerſationem intuentur, vt ſcilicet publica pax maneat, fides in cōtractibus ſeruetur, ſuo quiſq; cōtentus viuat, abſtineat alie-

ſtineat alieno:& ſi qs damnũ det,vel quocumq; nomine alteri obligatur , ſoluat:
Genera pœnarũ criminalium.
vel alioq enorme ſcelus vinculis, verberibus, taliõe, ignominia, exilio,morte,vel ſeruitute dependat,vt ſic quo ad Deum cõſcientia pura,quo ad proximum innocenter viuamus, ad PIETAtemq; & mutuã IVSTIciã facti eſſe iudicemur. Et quamq; vnicuiq; IVDIci Iuriſdictio publice data in Ciues,vel aduenas ratiõe Perſonarũ,delictorum,cõtractuum,vel rerum cõpetit: Ipſaq; poteſtas,& Iuris do-
Iuriſdictio quid ſit, & quis eius eſt uſus?
minantis cõmunicatio,ꝓpter trãqlitatem publicã,æqualitatemq; omnium eſt introducta : ſed & nulli animantiũ, at ſolius hominis ꝓpria eſſe apparet: qui qdem & ſuã iniuriã DEO,hoc eſt Iudici,relinqt vlciſcendã.& is qui deliquit ſentencia
Iudicio diſceptare propriũ eſt hominis.
aliena emendat : ne ad vim vi repellendã , nõ ad ratiõis præſidia more belluarum ferãtur: a quibus,hac ipſa forenſi diſceptatiõe excepta, robore corporis, armis in aduerſa,præterea architectandorũ cubilium,obſeruatiõe aſtrorũ,ſalubris victus, ac medicinæ etiã peritia,aliiſq; multis modis ſuperamur. Nihilominus tamẽ miſera hominis cõditio eſſet,& nulla ratiõe expetẽda,ſi quoq̃ ſe vertat extra prouinciam domicilii ſui,vnicuiq; Iudici ſubſit,& per aliena raptetur fora: Hoc enĩ non
Nemo quẽquam extra forum domicilij ſui Iure cõueniat.
Legibus eſſet viuere,ſed in morem feræ venatorib. ad prædã exponi,vt quãdocũq;,& vbicumq; libeat,alter ab altero litibus excarnificetur. Quocirca in Repub. quoq; noſtra Legibus infraſcriptis eſt ꝓhibitum,ne qs aliquem extra forum domicilii ſui Iudicialiter vexet,& apud incõpetentem Iudicem impune conueniat.
Quis eſt ordinarius Iudex?
Sed quãuis is ſit vnicuiq; ordinarius Iudex,in cuius Territorio,vel Diocæſi quis domicilium habeat,& apud eum cõueniri quẽq; regulariter ſit neceſſe,Sed & A-
Nihilominus plurib. Iuriſdictiõib. homo ſubditur;ac primo ratione animæ ſpiritualib. ſubeſt.
ctorem oporteat ſequi forum Rei: Attamẽ in quãcumq; partem orbis Chriſtiani te cõnertas,ibi te in his quæ ſunt ad Deum & animã,Spiritualiũ Iudicio ſubeſſe oportet,quod qdem ꝓprie verſatur circa verã vel falſam doctrinã, diſpẽſatiões vel nundinatiões ſacrorum,matrimonia,vota,decimas,necnõ circa ea quæ ad cõſeruationem Eccleſiaſtici ordinis,ac externos ritus pertinent,& canonice ſunt ordinata. In qbus omnibus omnino audiendi ſunt Spirituales, niſi qd mere contra præceprum Dei, & eius catholicũ intellectum exigãt , plusq; ſibi obediri velint, q̃ Deo,cuius illi fideles miniſtri nõ aduerſarii eſſe debent. Itẽ ꝓpter cõditionẽ per-
Ratione perſonæ.
ſonæ ſubeſt qs alieno foro,vt clericus ipſorum Spiritualiũ;Porro ꝓpter naturã cauſæ,vt ſtatus ſeu natalium,vel rerum fiſci ac publicarũ, vel Magiſtratus ratiõe ali-
Iudici uero loci ſubſumus ratiõe delicti.
cuius delicti cõuenitur qs in alieno,Principis videlicet, foro. Ratiõe vero delicti & criminaliũ cauſarum cognitiõi Iudiciali ſubiectorũ,illi Iudicio in cuius Iuriſdictione eſt facinus criminale admiſſum,vnusqsq; ſubiicitur; vt id liquet exemplo Nobilium,violentiæ in Ciuitatib. cõmiſſæ,vel alicuius maleficii,reorum;idq; vbiuis odio ſcelerũ receptum eſt , ne fortaſsis impunita manerent. Et tamẽ ſi criminis reus euadat locum cõmiſsi delicti,in foro domicilii ſui cõuenitnr. Vagus autẽ, ſi Plebeius ſit, ratiõe nullius domicilii omnis loci Magiſtratuũ ſubeſt Iudicio : Si
Ratiõe neceſsitudinis
Nobilis,Dñorum ſuorum tãtum,vel Capitaneorũ. Ratiõe vero arctiſsime neceſſitudinis etiã alienum ſeqt qs forũ,vt vxor,viri:& filii familias,patris foro ſubſunt Sed & ratiõe Cõtractus alicuius de rebus mobilibus cõſumati,ſi qd ex eo nõ præſtatur emptori apud Iudicẽ loci venditor cõuenitur:& viciſsim venditor emptorẽ ibidem recõuenit,ſi pacto nõ ſtat. Abſurdum enĩ eſſet alterum ab altero domi ſuæ
Ratiõne fundi non niſi proprijs Iudicib. ſubſumus. niſi alienũ uel Arbitrum nobis eligamus.
quæri, & dãno affectum Iudicia ordinaria expectare. Atq ratiõe Bonorum fundi,vel iniuriarum in eiſdem factarum ꝓprio Iudici,in cuius Iuriſdictiõe bona conſiſtunt,vnus qsq; noſtrũ ſubiicitur. Ita vt quæcumq; Actio tibi ratiõe fundi competat,Iudicem ꝓuinciæ legitimum te adire oporteat. Niſi fortaſsis Reus ex contractu in quocumq; Iudicio, vel corã Arbitro electo ſiſtere ſeſe, vel ſuos ſucceſſores ꝓmittat,atq; pœna interpoſita obliget. His itaq; modis volentes & nolẽtes ad
Actor primo omnium ſecum ſtatuat coram quo Iudice Reum conueniat.
nõ ordinarium Iudicem traducimur. Ac proinde acturus qs,prĩcipio ſecum ſtatuat oportet,ad quẽ Iudicem cauſam ſuã deferre debeat:ne exceptione incõpetentis Iudicis ab agendo etiã luita pœna repellat. Qui aũt nullã poteſtatẽ appellare,
Læſum ad Iudices cõfugere,eorumq; au-
nulli etiã Iudicio ſubeſſe velit:ſed vel temere ſibi de aduerſario Ius dicunt,vel Iudicio parere nolunt;ii ordinationẽ diuinã recognoſcere,eiq; ſubeſſe nolũt:& vt Pla-

to ait , ex ge

to ait, ex genere Titanum ſunt: qui poſt tot patrum ſuorum ſupplicia, vt Poetæ aiunt, aduerſus cœlum etiamnum bellum gerere nō reformidant.

ctoritati parere oportet.

ARTICVLVS I.

Nemo contra Ius ſuum, vel extra Diſtrictum euocetur: neq̧ etiā Reconuentus in alieno foro reſpondeat: ſed ſemper Actor Rei forum ſequatur, niſi ſit Regia vel Officii cauſa, vel niſi qs ſponte ſeſe alieno, vel etiā Spūali Iudicio ſubdat.

Ne qs citetur cōtra ſuū Priuileg. L.I.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Statuimus, quod cū aliquis cōtra ſuum Priuilegiū in qualicūq̧ cau-
24. ſa citatur, & exhibet ſuum Priuilegiū in Iudicio, amittit groſſorū ſexagenam, quā Iudex ab exhibente pro ſe tollit: At ſi Actor iurare renuerit quia neſciebat Reum quē citauerat fuiſſe priuilegiatū, ſoluet Reo dictā ſexagenā, ſic uti præmittitur amiſſā. Sed idem Actor ſi uelit iurare ſe neſciuiſſe Reum fuiſſe priuilegiatū, & prouiſum tali Priuilegio: præſtito huiuſmōi Iuramēto, ſexagenā illā nō ſoluet Reo quē citauerat.

Priuilegiato ſeu exēpto contra ſuū Priuilegium citato, & ſexagenam amittente: Actor ſi iurare noluerit, quod neſciebat fuiſſe priuilegiatum, ſexagenam ſoluet.

Actor recōuentꝰ, nō niſi in ſuo foro reſpōdeat. Lex ij.

Kazim. Viſlic. 1368. Idem folio 294.

Cum Actor forum Rei undiq̧ ſequi debeat, Volu-
25. mus, Quod ſi quis in Iudicio Iuris Theutonici, uel alterius cuiuſcūq̧ cōtra Reum ſuā dirigat Actionē, & uiceuerſa proponat cōtra eundē Reus: ibidem ille Actor ſuper aliqua Quęſtiōe ſimili, uel inæquali reconuenire nō poterit. Sed ipſe Reus ſuā litem, aut cauſam corā Iudice competenti cum uoluerit, agitabit.

Euocator, punitur: & forum Rei ſequatur. Lex iij.

Iohan. Alb Pe. 1496

27. Ad Iudicia ſeu Terminos ſi aliquis de proprio Diſtrictu in alium ſe euocantē quereretur, extunc euocans decernatur puniēdus ſex Marcar. pœna per medium & Iudicio & Parti euocatę ſoluenda. Et inſuper euocatus cum adiudicatione pœnæ ad proprium remittatur Diſtrictum.

Euocans aliū de ſuo in alium Diſtrictum pœnam 6 Marc. ſoluet, & nihilominus euocatus remittatur ad ſuum Diſtrictum.

SIMILIS.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Tametſi hoc iā ſit Iure cōmuni deſcriptū, attamē & nunc Statuimus, quia nemo quemq̧ debet euocare ad ullū Iudiciū pro Cauſa quę quidē ad illud Iudiciū nō pertineret, ſub pœna in Statuto deſcripta.

Ne ergo qs euocetur, præter Reg. & officij cauſam L. iiij.

Sigiſm. Petric. 1511.

18. Itē Statuimus ne quis audeat quēpiam extra Diſtrictum ſuū euocare, præter Regiā & Officij cauſam, quæ nō habet Diſtrictum. Contrariū faciens quatuordecim Marcar. pœna puniatur.

Regiæ cauſæ ſūt, quas Rex ratiōe Reip. uel rerū fiſci læſorum alicui reo: Officij uero, quas aliquis litigātiū Magiſtratui quōcūq; in exercendo officio cōtra ſe peccanti [illegible], intentant.

Si tamē qs alibi ſe obliget, pareat. L. v.

Conſ. Ter. Cra. 1505.

Item, ſi quis renūciabit Terræ & proprio Diſtrictui, debet reſpondere
123 ibi ubi renunciando ſe inſcripſit. et cum ſuper tali res obtinebitur iudicata, alias perlucrabitur, idem qui Ius perduxit remittetur ad Capitaneum illum

Renuncians Terræ proprioq; Diſtrictui cogitur reſpondere

in Diſt. cta ubi renū ciatio eſt inſcripta, tandē obtenta re iudicata, Capitane9 ſub quo manet Victus faciet executionē huiusmodi Perlucrorum.

um illū ſub quo manet Victus. Capitaneus tandē ille executionē faciat rei iudicatę, alias illorū Perlucrorū in alio Diſtrictu Iure obtentorū.

Etiā ſi quis ſe in foro Spirituali obligget, pareat. Lex vi.

Quam uide fol. 127. de Iudicijs Spirirituali ū.

CAPITVLVM VIII.

De Inhibitionibus Iudiciorū.

ARTICVLVS I.

Nec Spirituales, nec Rex Inhibitionibus ordinaria Iudicia ſiſtant, niſi pro eo, qui Reipub. cauſa abſit. alioquin & proferens Inhibitionē, & Iudex eandem ſuſcipiens punientur.

Spūales ne Iudicia Sæcularia Inhibitionib. turbēt. Lex I.

Albert. Petric. 1496. Idem folio 125. Inhibitiōes Eccleſiaſticæ ad Iudicia ſæcularia dari ſolitæ, ceſſent, niſi cauſæ mere Spirituales eßent.

Item uiam diſcordiarū inter ſtatum Spiritualē & Sęcularē occaſiōe Inhibitionū, quas Prælati Spirituales in Iure Sęculari ſuis Literis & Interdictis facere conſueuerunt, feruentius exortarū, exoriundarūq; pręcludere uolētes, Statuimus, Quod deinceps Prælati Spirituales a talibus Inhibitiōib. faciendis penitus ceſſent: præſertī pro cauſis ad Ius Sęculare pertinētibus. exceptis cauſis Iuri Spūali ſubiectis, de quibus ſe nullatenus Iudiciū Terreſtre debet ingerere. 109

Nec Rex Iudicio inhibeat, niſi qs Reipu. cauſa abſit. L. ij.

Kazim. 3. Iagello in Korczyn 1451. Literæ ius & iuſticiam impedientes non ſunt dandæ præterq̄ illis qui in bello fuerint uel Reipu. negocijs intendunt. Eiuſdem mentio libr. 1. cap. 9. ar. 2. de Offic. Cancell.

Item decernimus, quod a modo & deinceps Literę Ius & iuſticiā prohibentes in grauamē & præiudiciū iuſticiā quærentibus nō dabuntur, nec cōcedentur, niſi illis qui in bello fuerint, aut reb9 et negocijs Reip. intēdūt: tēpore medio q̄ huiuſmōi onera ꝑtulerūt. 88.

Regiæ Inhibitiōes ſint nullæ. Lex iij.

Kaz. in Nyeſſ. 1454 Idē li. 1 ca. 9. de Canc. Inhibitiones ad Iudicia dandæ ſint nullæ.

Item pollicemur, Quod nō dabimus Literas prohibitorias iuſticię, aut has per quas poſſet impediri aut differri Iudiciū in præiudiciū alicuius Partis, Actoris, aut Rei. Quod ſi aliquādo huiuſmōi Literas de Cācellaria noſtra per importunā alicuius inſtantiā, aut quouis modo emanare cōtigerit, ſint eo ipſo nullæ, Iudicesque per huiuſmodi Literas minime ab iudicando deſiſtere ſint aſtricti. 93.

Ergo Cācell. Inhibitiōes ne det. L. iiij.

Alexand. Pe. 1504. Idem libr. 1. cap. 9. de Cancell. ar. 2.

Literæ aūt Iuri cōtrariæ intelligātur, Inhibitiōes ad Iudiciū, quæ emanant abſque neceſsitate Reipub. 113

SIMILIS.

Sigism. Crac. 1532.

De Inhibitiōibus Iuri cōmuni & Statutis Regni cōtrarijs nō concedēdis, Mandabimus, ut Cancellariæ noſtrę præſiden. in contrariū Statutorum illas

torum illas nemini cõcedant,& ſi cõceſſerint,illæ iuxta Statutorũ præſcriptum nullæ cenſentur.

Quin etiã is qui Inhibitiõis Literas p̃ducit,aut Iudex eas ſuſcipit puniãt: niſi q̃s Reip. cauſa abſit. Lex v. Volumus ut nullæ in poſterũ Inhibitiões ad Iudicia dentur, fiatq́ in hoc executio Statutorũ Regni noſtri, & is qui huiuſmõi Literas in Iudicium produxerit,pœna quatuordecim Marcar. parti aduerſæ puniatur. Similiter Iudices tam Terreſtres quã Caſtrẽ. huiuſmodi Literis Inhibitionũ, in preiudiciũ Partium parentes,& locũ dantes,quatuordecim Marc.pœna plectãtur. Exceptis Cauſis eorũ qui in ſeruitijs Reipub.puta Legatiõis,aut ubi aliquis per nos Exercitui cõtra hoſtem noſtrum, etiã extra Regnũ præfectus fuerit. quorũ Cauſæ ad unius anni ſpacium,ſi tanto tẽpore fuerint in ſeruitio noſtro,ſuſpendi poterũt,iuſſu aut declaratiõe noſtra per Literas Iudicio faciẽda. SIMILIS. *Sigiſm. Petric. 1538.*

Quandoquidẽ de Inhibitiõibus ſunt antiqua Statuta,iuxta hæc tã Cãcellaria noſtra: quã Iudicium uel Officiũ ſeſe cõſeruare debent.Quod ſi aliquod Iudiciũ uel Officiũ aliter ſeſe conſeruaret, extunc pœna Statuto deſcripta puniri debet. *Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.*

CAPITVLVM IX.

De Securitate Iudiciorũ & Cõuentuũ.

PRAEFATIO. *Omnis commendatio hominis ab ratiõe & oratione proficiſcitur,uſus enim eorum late patet.*

Si HOMO EST MAGNVM MIRACVLVM, vt ait Triſmegiſtus Mercurius,reuera nihil admirabilius in eo reperias,niſi quod in tã anguſto & fragili corporis ſui ergaſtulo ratiõe vigeat,oratiõe aũt res ſuas cõficiat. Atq́ ita ſit,vt altera harũ facultatũ, nõ modo res humanas peruideat,earũ ordinẽ & cõſequentias teneat,verum etiã ad fruitionẽ immortalis DEI erigat:altera aũt facultate cõſequitur, vt res bene ꝓuiſas eloquatur, cõſilium ſuum de eis explicet, & ſi q̃d ei cum alio de ſentencia,factis,vel rebus parum cõueniat,Iudicẽ appellet: a vi aũt inferenda abſtineat in vniuerſum, quod hęc belluarũ ſit propria,nõ hominũ: quorũ ꝓprium eſt ratiõe & cõſilio gubernari,nõ imprudẽtia neq́ temeritate ferri:& verbis de omni etiã cõtrouerſo diſceptare, nõ viribus decernere. *Inter hominẽ & belluam quid interſit.* Quã q̃dem hominis conditionẽ ne forte luxari, ab eaq́ deflectere cõtingat: vbiuis gentium Magiſtratus diuinitus ſunt inſtituti:q̃ ea omnia de quibus aliquis ambigat,habeatq́ ſuum Ciuẽ ex quacũq́ cauſa obligatũ,prudentia ſua diiudicẽt,Iuſticia addicant,auctoritate vero ſumma tueãtur,& defendãt. *Vſus Magiſtratuum & Iudiciorum longe maximus.* Quę q̃dem in genere humano Magiſtratuũ ordinatio,certiſsimũ eſt ſignum inter nos habitãtis DEI,qui vtique homines per hoĩes hic diiudicat,pœniſq́ ſubiicit:nõ ſolum vt ne iudicentur ab illo,verum etiã vt angelos ipſos ſecundũ ſcripturarũ promiſsionem iudicent. At ſi alter alteri ſine peccato vim nõ infert,vel honorẽ nõ impendit:quo tãdem ſupplicio ille dignus erit,q̃ Magiſtratũ,hoc eſt vicarium Dei munere fungentẽ inhonorat, aut etiã petulãtibus verbis laceſsit, eoq́ magis ſanguinariis manibus pulſat: eloqui nõ poſſum. *Inhonorare, eoq́ magis pulſare Magiſtratum crimen magnũ.* Hoc tamẽ Lectoris admonendi cauſa dicã: quia ille haud ſcio an nõ merito parricidii reus teneat, qui Iura dantẽ,Legeſq́ interpretantẽ Magiſtratum aut Iudicem cõtumelia afficiat, verberibuſue, q̃d abſit,pulſet. Neq́ enĩ hic priuatus priuatũ iniuria afficit,vel cędit,quod alioq̃ iexpiabile piaculũ in Ca-

imo fuit, ſed Magiſtrũ, hoc eſt moderatorẽ vniuerſi populi, id vero eſt, vniuerſam Remp. euertere, quin imo Dei ipſius iugum excutere tẽtat: vt ne regnet ſuper illum. Si aũt Sapientes in illa demũ Ciuitate viuendum ſibi eſſe putãt, cui perſuaſum ſit, omniũ rerum vindicem & moderatorẽ eſſe Deum: millies ergo perire melius eſt, quã pulſo omni timore Dei, ꝓfligatis etiã Legibus ac vindicibus innocẽtiæ, in Repub. cuncta agi per vim, ſineq; armorũ præſidio viuere nõ poſſe: cũ ſumma præſidia vnicuiq; in religiõe cuncta tuentis atq; regentis Dei, in Legum æquitate, ac Magiſtratuũ Iudiciis poſita eſſe debeãt. Vbi aũt metus Dei nullus eſt, itẽ Leges ad reprimendã audaciã nihil valent, Iudiciorũ præterea ſanctitas oppreſſa iacet, ibi Ciuitas nõ eſt: Reſpub. etiã nulla eſſe poteſt. Quod ſcilicet hæc ipſę innocentiæ aræ, Iuſticiæ oracula, Reorũ etiã vnica aſyla, hoc eſt, omnia bona quæ appellatiõe Reip. veniunt, ꝓphanata, euerſa, atq; cõculcata eſſe videntur. Porro cum & loca ipſorũ Iudiciorũ ſacroſancta eſſe debeãt: hoc Tetraſticho eius Loci ingeniũ nuper ego deſcripſerã, cum me literatiorib. curis liberiorẽ pro ſe ad gerẽdum munus Præfecturæ Cracouieñ. Illuſtris vir PETRus KMIta ſuffecerat.

In qua Ciuitate viuẽdum eſſet ſapienti, ac bono viro: ex qua vero fugiendum ſ.

Loca publicorũ Iudiciorum etiam religioſa eſſe deberent.

Verbera, uincla, iugum, Proſcriptio, talio, damnum,
Mors cum ignominia ſedibus hiſce manent.
Ne timeas tamen hæc Hoſpes, ſint terror iniquis:
At contra fiant gaudia ſumma probis.

Præmium & ſupplicium duo Dij in Repub. neceſſarij.

Ac paulo poſt altius meditatus, quia ipſi duo Dii, præmium nempe & ſuppliciũ, quãlibet Rempub. cõtinent: eiuſdem fere argumenti aliud Tetraſtichon, ruditer quidem, hoc eſt more meo, ſentencia tamen, niſi fallor, verum, etiam in Dicaſtirion Capitaneale Cracouieñ. adſcripſi.

Hic habitat metus, horror, imagoque pallida mortis:
Hinc nam ſupplicio noxia turba datur.
Hic habitat quoque libertas, ſpes, uita, uoluptas:
Hinc ſtatuuntur enim præmia certa bonis.

Iudex qua ratiõe populum a ui ad Iudicium reuocet.

Iudex minimum ſibi licere putet.

Iudex in iudicandis cauſis, quorum meminiſſe debet.

Ars tractandorũ hominum Iudici tanq̃ communi omniũ magiſtro neceſſaria.

Ac proinde Leges noſtras de ſecuritate Iudiciorũ recenſeamus, vt ne qs a foro ad vim cõfugiat, vel in Iudicii Collegas inciuiliter irruat, in locoue ipſius Dei irreligioſius verſetur. Vel ne e cõtra Iudex, qui Iuris dicendi creditã ab omnibus habet poteſtatem, ꝓculcatis Legibus, quitqd velit in litigãtes ſtatuere integrũ ſibi arbitretur: & ex ſua libidine, nõ ex cõſenſu populi in Leges relato, lites dirimere tẽtet. Ob id enĩ neq; ſibi Ius dicere debet, neq; vxori vel liberis ſuis, neq; libertis vel cœteris quos ſecum habet: vt inqt Vlpianus. In Ciuiũ aũt Cauſis diiudicãdis meminiſſę debet ſe Iuris æquabilis decernendi gratia eo loci calculis atq; ſentencia Ciuium collocatũ eſſe: quod qdem Ius recte præſtabit, ſi ſe tunc demũ populo ſuperiorem eſſe putauerit, cum Leges ſibi pro magiſtro recognoſcat. Verum enĩ vero, vt quidã ſcripſit, quo honeſtius ſanctiusq; eſt duci quã trahi, vltro obedire quã cogi, amari quã metui: eo magis bono Iudici curę eſſe oportet, vt ſuę ditiõi fideiq; creditos per omnem occaſionẽ ſcita ratiõe cõmodiſq; decretis adueſcat, vltro ſuas cogitatiões eo reducere, ne vlla in re vtilitatẽ ab honeſtate ſeiungãt, tum vt id ſaltem ex vniuerſali Iuſticia in mores trahat, vt nihil magis cõtra natu:ã eſſe arbitretur, quã queq; ſui cõmodi cauſa nocere alteri. Quo ſic Iudex raro ſummũ Ius dicat, atq; boni Chirurgici exẽplo ferro & vſtiõibus nunq; niſi coactus vtatur: ſemper aũt æqtatem exacerbatis litigãtium animis inſtillet, & velut lenioribus emplaustris vulneribus cæſorũ medeatur. Cum enĩ prudentis, Iuſti, ac beneuoli hominis opinionẽ ea ratiõe cõquiret: tum vero facile vel ferociſsimis mititatẽ, iniuſtiſsimis æqtatẽ, & efferatis moderationẽ perſuadebit, in omniq; Officio ſuo ſummam fidem, cum ſumma auctoritate, & beneuolẽtia emerebitur. & cõquiret. Et ne Iudex vlla acceptiõe perſonarũ integritatẽ ſuã ſuiq; muneris ſanctitatẽ traducat, inprimis aũt Deo exprobret, qui fecit diuitem & pauperẽ: meminerit qd D. Iacobus de ea re ſcripſerit, Si Chriſtianũ Iudicem ſeſe præſtare cupit. Si introieris (inquit) in Cõ

Tribus uirtutibus Iudex fidem ſibi apud populum acquirit.

Iudex in Iudicio ne ſit acceptor Perſonarum.

Fol DE SECVRITATE IVDICiorũ.

(inquit) in Conuentũ veſtrum vir aureum annulum habens, in veſte cãdida: introierit aũt & pauper in ſordido habitu: & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hic bene: pauperi aũt dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorũ. nõne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis Iudices cogitationũ iniquarum? Audite fratres dilectiſsimi, nõne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes Regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Vos aũt exhonoraſtis pauperẽ. Nonne diuites per potentiã opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad Iudicia? Nonne ipſi blaſphemãt bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper vos? Si tamẽ Legem perficitis Regalem ſecundũ ſcripturas, Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum: benefacitis. Si autẽ perſonã accipitis, peccatum operamini, redargui a Lege quaſi transgreſſores.

ARTICVLVS I.

Ad Iudicium, ſeu Conuentus, cum ſtrepitu, clamore, armis, vel pixidibus nemo veniat: multoq; minus illud inhonoret, armis imperat, vel cruentet. vt ita ſecure vnicuique Ius dicatur.

13. Nemo ad Iudiciũ cũ ſtrepitu accedat.

Kazi. M. Viſt. 1368. Ad Iudiciũ cum clamore uenientes, & per aßiſtentiam uincentes, pœnam L. luant Regiæ Cameræ applicandam.

Plærumq; fit, Quod aliqui propter Cauſas cõſanguineorũ, (Lex I. uel familiariũ ſuorum, ad Iudicia uenientes, per ſtrepitũ, & importunã ſuam acclamationem, & infeſtationẽ, ſentenciã ſeu uictoriã Cauſarũ reportare cõſueuerunt: unde ſuper hoc prouidere uolentes, Statuimus, Quod deiceps nemo cuiuſcũq; ſtatus uel cõditiõis exiſtat, propter Cauſam cõſanguinei, uel familiaris, aut ſeruitoris, ad Iudiciũ uenire tali modo, non ſeruata quadã reuerentia, & diſcreta decentia, præſumat. Quod ſi quiſquã contra facere præſumpſerit, pœnam quæ dicitur L. noſtræ Cameræ applicanda puniatur.

Tantũ ad petẽd. Citatiõm Iudiciũ accedas.

Kazi. M. Viſt. 1368. Ad Iudiciũ nemo accedat, niſi ex cõſenſu Iudicij, uel pro citatione: ſub pœna L.

Si quis aũt eo tempore quo Iudices præſideãt, ad locũ (cedas. Lex ij.

11. in quo præſident, præterq; ad petendã Citationẽ, uel de ſpeciali ipſorũ Iudicum licẽtia & mandato, quauis præſumptiõe uel temeritate intrare præſumpſerit: abſq; aliqua remiſsiõe pœna quæ dicitur L. per Iudices puniatur. ⁂ ⁂ ⁂

De inhonorato Iudicio, Lex iij.

Conſuetud. Cracon.

122 Item ſi quis Iudicium inhonorauerit, aut poſuerit ſe in menſa, ubi iudicatur: pœnam trium Marcar. ſuccũbet, pro qua debet ſatisfacere ſub alia pœna quatuordecim Marc. ab Iudicio non diſcedendo.

Violẽti etiã p quẽlibet famulũ citãtur

Kazi. M. Viſt. 1368. Per Miniſterialẽ ſemper fit Citatio. In recenti tamen crimine fit etiã per familiarẽ

Poſsibilitas hoc dictat ratiõis, Quod Iudices in exercẽdis ſuis (Lex iiij

13. Iudicijs habeãt ſuos certos Miniſteriales ſeu Officiales: Quapropter Statuimus, quod penitus nullus Iudex per aliquã aliam perſonã, quã per certum ſuum Officialem ſeu Miniſterialem faciat & expediat ſuas Citationes, Milites aũt ſuperiores, per Literas: Excepto hoc, ſi aliquod crimen in Iudicio, uel in Curia Iudicij, recenter & de nouo cõmittatur: tũc

pro huiuſmodi crimine per quemlibet familiarem contra tales liceat fieri Citationes.

Punitur, qui corã Iudicio cultellũ vel gladium extraxerit. Lex iiij.

Kazim. Magnus Viſliciæ. 1368.

Vt itaq; certa menſura & Regula, de pœna quæ cõſueuit noſtro Fiſco ſiue noſtræ Cameræ applicari, quæ ſyedmadzyeſta dicitur, habeatur: 15.
Statuimus quod Cameræ noſtræ applicetur, ubi aliquis Iudiciũ noſtrũ paruipẽdens, corã Iudicio cultellũ, uel gladiũ extrahere præſumpſerit.

Qui in Iudicio, vel corã eo vulnerauerit. Lex v.

Kazi. M. Viſl. 1368. Eſt etiam mentio lib. 1. capi. 15. artic. 5. de uulnerib. Nobiliũ. In iudicio cultellũ extrahens, in gratia Regis erit. Vulnerans aliquem pœnam 70. luat, et læſo 15. ſoluat

Statuimus etiã, Quod ſi aliquis in Iudicio cultellũ extraxerit, neq; aliquẽ uulnerauerit, ut talis deniq; in gratia noſtra cõſiſtat. 39.

❡ Si uero gladium, uel cultellũ extraxerit, & uulnerauerit aliquẽ, pœna quæ dicitur ſeptuaginta puniatur. Et illi quem dehoneſtauerit, pœnam L. ſoluere teneatur.

Violator Iudicij vltra hãc pœnã, incarceretur. Lex vi.

Kazi. 3. in Kor. 1451. Violans iudiciũ iuxta pœnam ſtatutam punitur & 12. ſeptimanis in carceribus recluditur.

Vt uiolentiæ & inuaſiões in Iudicijs coerceãtur, & uiæ calumniatorib. amputentur, decernimus, Quod ſi quis auſu temerario Iudiciũ inuaſerit, & uiolentiã cõmiſerit, in Cauſa ſua quã coram Iudice habet, uel habiturus eſt: ſecundũ pœnã ſtatutam punietur, & duodecim ſeptimanis mancipetur, & carceribus recludatur. 87.

❡ Si ex litigantibus alter alterum percutiat.

Ex ſtatut. Mazouiæ. 1536.

Quando aliqs Terrigena citat alium pro quacũq; Cauſa, percuſſeritq; Citatum, ſtando ſecum in Citatiõe: Extunc Citatus pro huiuſmodi percuſsiõe tenetur reſpondere ad Citationẽ percuſsi, nõ obſtante Citatiõe eius priore: Et ſi ſe iuſtum & percuſsiõis inſontem nõ fecerit, Cauſam pro qua percuſſum citauerat, totaliter perdet. Et nihilominus vulnera percuſſo ſoluere debebit, iuxta Statutum & Cõſuetudinem Terræ. Et idem eſt intelligendum de pluribus Citatiõibus. 7.

Similiter ſi Citatus percuſſerit Actorem, pendente Citatione indeciſa, teſtibusq; plenis ſe nõ expurgauerit, Cauſam pro qua erat citatus, perdet: & ſimpliciter in amiſsione debet condemnari, vna cum ſolutione vulnerum Actori: iuxta Conſuetudinem Terræ. 8.

Puniũtur qui arma in domũ Iud. inferrent, ea uibrarent, uel aliquem uulnerarent. Lex vij.

Albert. Petric. 1496. Nemo in domum ubi Iudicia celebrãtur cũ armis intrare audeat ſub pœna 14. Marc. Arma uero Capitaneus aut officialis Iudicio præſidens tollet.

Quare magna cum reuerentia Iudicium ſit adeundum?

Poſt præmiſſa inſtituta noſtra, cum reuoluiſſemus puncta Statutorũ in Conuentiõe proxime præterita, in qua primũ poſt fœlicem Coronationem noſtrã has cum ſubditis noſtris conſultatiões habuimus, publicitus per nos ſancitorũ: quoniã tunc ex tempore facta, ad præſentẽ dietam reſeruata erant interpretãda: Idcirco de cõſenſu & conſultatiõe cõmuni, amputatis alijs quæ uidebãtur aut oneroſa multum, aut ſuperſtitioſa, aut æquitati nõ quadrãtia, de illis infraſcriptis duntaxat Conſtitutiões approbauimus, & approbamus perpetuo duraturas. In primis, Cum Iudiciorũ tribunalia ad dicendã & diſcernendã iuſticiã dexteræ excelſi pro- 106

exceſſi proprijſſime diuinitus fuerint reſeruata, Nobis tandē mortalib. qui uices gerimus ſolicitudinū mundanarū, cōmodata. Nos, cum in nomine iuſticiæ ueritatē, in ueritate Deum implicite credamus: Statuimꝰ, ut ob reuerentiā iuſticię & tribunalis quod ex parte Dei iudicātibus nobis cōceditur, nullus in domū ubi Iudicia Terreſtria celebrātur, cum armis quibuſcūꝗ uel cōmunibus uel excogitatis intrare audeat: ſecus faciens pœna quatuordecim Marc. per Iudiciū puniatur. Cuius arma Capitaneus, uel Burgrabius Terreſtris, ſi Iudicio pręſidet, aut Officiales Iudicio præſidentes pro ſe tollent. ¶ Quod ſi quis auſu temerario in Iudicio gladium, uel cultrum, uel lanceā exerere, uibrareꝗ præſumeret, 60 Marcar. pecuniarū in Terra currentiū Iudicio exoluat. ¶ Quod ſi aliquem uulnerauerit, collo priuetur. Tales quoꝗ uiolatores per loci Capitaneum, uel Burgrabium detineatur, incarcerandi uſꝗ ad ſatisfactionem, & ſolutionem pœnarum ſupraſcriptarum.

Vibrans gladiū in Iudicio 60. Marc. iudicio ſoluat. et tales per Capitan. aut Burgrabiū detineantur, aut incarcerentur uſque ad ſatisfactionem. Vulnerans aliquē circa Iudiciū pœna capitis puniatur.

Iudicia vel Cōuentus violare, præſertī

Quāuis in Cōſtitutiōibus nouis diuę me- (Capitaneis, capitale. L. viij
5. moriæ Sereniſs. Iohannis Alberti prædeceſſoris & germani noſtri cha-
riſsimi prouiſum fuerit, qua pœna afficiendi ſint, qui cum inſolentia &
manu potenti ad Iudicia ueniunt, quia nō ſolum in Iudicijs, ſed etiam
in Conuentiōibus generalib. & Particularib. ac Conuētibus, qui de no-
ſtro uel Conſiliariorū noſtrorū mandato fiunt, uariæ contentiōes, & ex
ijs etiā ſeditiones, impedientes ac interrūpentes eorundē Conuentuū
publicas cōſultatiōes oriri cōſueuerūt: Statuimus & decreuimus (quo
maiori ſeueritate huic incōmodo amouendo cōſulatur) quod ſi quis in
armis, uel cum armis, inſidias & ſeditionē uiolentiā præſeferentibus ad
præfatos Conuentus, aut Iudicia uenerit: tanꝗ pacis cōmunis uiolator
pœna capitis puniatur. quā ſi forte fuga euaderet, bona eius cōfiſcētur.
Et hoc Statutū ad perſonas cuiuſlibet ſtatus, conditiōis, & præeminen-
tiæ extendimus. præſertim uero in Capitaneos, qui cū aliorū ſecuritati,
prouidere debeāt, ſi quid tale in oppoſitū, & cōtra hoc ſtatutū cōmiſerit
merito eadē pœna, aut etiā ſeueriori puniendos eſſe decernimus.

Sigiſm. Crac. 1507. Hoc Statutum eſt in uſu, ſit aūt eiuſdem mentio folio 292. de Conuēt. Nobil ſimulque aliorum duorum proxime poſitorum.

Senatores vel Legatos violare infame.

Item contra eos, quorū licentia eo uſꝗ progreſſa eſt, uti iam (Lex ix.
13. promiſcue, ſiue in uijs publicis, ſiue in Villis, & Oppidis, nō ſolum pri-
14. uatas ſed etiā publicas perſonas uiolare nō formidāt: Itaꝗ taliū homi-
num inſolentiā cohibere coercereꝗ uoēltes, cum conſilio omniū Regni
Conſiliariorū ſtatuimus & decernimus, ut quicūꝗ Prælatos, Barones,
& Conſiliarios Regni ſtatus cuiuſlibet. Item Nuncios, ſiue noſtros, ſiue
Terreſtres, noſtra ac Reipub. negocia obeuntes, ad Cōuentus publicos,
ſiue Terreſtres, ſiue generales proficiſcētes, & in ijſdem Conuētibus ma-
nentes, ſiue ab eiſdē in domos ſuas redeuntes, quatuor ſeptimanis ante

Sigiſm. Craco. 1510. Idem lib. 2. cap. 1. ar. 6. de pœna contra uiolatores Commiſſariorum conſtituta.

Conuentus, & poſt alijs quatuor ſeptimanis, ſiue in uijs, ſiue in Villis, & Oppidis quoquo modo inuadere,& uiolare auſus fuerit: crimine læſę Maieſtatis reus iudicabitur. Idem uero de ijs, qui in Iudicijs,ſiue ordinarijs,ſiue cōmiſſarijs,Cōmiſſarios Iudices,uel Officiales publica officia exercentes, uiolare præſumpſerit, erit intelligendū: ut eiſdem criminis læſæ Maieſtatis obnoxij iudicentur.

De crimine læſæ Maieſtatis uide infra Lege 12. alias fol.22. ſupra de Rege.

Qui in Cōuētu gladiū ſtringat,aliquē (uulneret,uel occidat. L.x 22.

Sigiſm. Bidgo. 1520.

Statuto hoc pręſenti etiā ſancimus,quod q- cumq; in Conuentib. rixas facientes gladios euaginauerīt,pœna Marcar. uiginti Polonical. puniātur: Si uero aliquē uulnerauerīt,extūc pœna Statuti antea promulgati puniātur. Sed ſi aliquē occiderint, pœna capitis puniātur, & cōtra tales Capitanei locorū inquiſitionē,& executionem facere debēt,ſub pœna Centū Marcar. Polon. Hi uero qui crimine patrato aufugerint ex Regno,ſunt banniendi, & infames pronūciandi, prout & infames eos declaramus.

Qui in Iudicio,anteq; & poſt illud bellum faceret, reus uiolati ſalui conductus habebatur.

Sigiſm. Petric. 1538. Abrogatur hæc Lex per ſequentem.

Ad pręcludendā uiam audacię hominū,qui ad Iudicia,ubi ſumma pax & tranquilitas eſſe debet,non ſolum ipſi armati,ſed etiā magnis cateruis ſtipati,uenire, atq; ibidem in locis Iudiciorū nō ſolum rixas aut cōtentiones, ſed etiā pugnas & bellum facere præſumūt. Statuimus ut in omnibus Regni noſtri locis ubi Iudicia aguntur, toto tempore Iudiciorum,atq; ante Iudicia octo diebus, & poſt alijs octo diebus, plena & omnimoda ſecuritas fiat,ad ea ipſa Iudicia ueniendi, & in illis negocia ſua curandi, domumq; propriā tuto cuilibet redeundi. Quod ſi quiſpiam huiuſmōi libertatē & ſecuritatē publicā ſub præſcripto tempore, quomodocūq;,& in quacūq; perſona uiolauerit,talis puniri debet,nō ſecus quā ſi ſaluum conductum noſtrum Regium uiolauerit.

De ſecuritate Iudicior. quæ Lex eſt tenēda. Lex xi.

Sigiſm. Craco. 1539.

Quoniā intereſt omniū ut ad Iudicia tuto uenire,atq; abſq; ullo metu uerſari in illis liceat, quū non alibi pax maior & tranquilitas requiratur,quā ubi Iudex,& alię publicæ perſonæ pręſunt: alij uero pro iuſticia Ius petunt. Volumus hac de re decretum noſtrū obſeruari. Quod anno Dñi 1507. Crac. factum per nos fuit tempore fœlicis Coronationis noſtræ: Quod uero Petricouiæ in proxime pręterito Conuentu ea de re factum, abrogamus, & tollimus.

Crimē quoq; læſæ M. tātum in Rege

committitur. Lex xij. Quā uide Lib. j. Ca. j. Art. iiij. de Rege fol. 22.

Qui autē corā Rege, vel Capitan. Ar-

chiepiſcopo,

chiepiſc.uel Milite gladiū extraxerit, uel aliquē uulnerauerit. L.xiij.
Quę fol.22.de Rege, fo.98, de Archiep.fol.206.de Capit.fol.279.de Milite videat

Capit.ergo pixides deferri phib.L.14. *ſigiſm Petric. 1519. Idem de Capitaneis folio 234.*

Nemo deinceps tempore pacis ſeu eques, ſiue pedes, pixides breues quas
27. Rucznicze uocant deferre audeat. ab hac tamē Conſtitutione Terras
Ruſsiæ liberatas eſſe uolumus, quæ parata arma contra inſultus hoſtium habere ſemper ſolent, & debent.

CAPITVLVM X.

De Actionibus.

PRAEFATIO.

Actio quid eſt?

Reſtat, vt Iudicio vndequaq; inſtructo & munito, de Actionibus in Iudicio agitari ſolitis loquamur. Actio aūt eſt Ius ac modus perſequendi in Iudicio legitimo id quod vnicuiq; ex quacūq; cauſa debetur. Porro vt ex matrice fœtus, ita ex obligatiōe Actiōes deducuntur. Quæ qdem in duo ſumma genera diuiduntur. Aliæ enī ſunt in Perſonā, aliæ in Rem. In perſonā Actiōes ſunt, quibus Reum ex hoc vel illo Iure, cōtractu videlicet, vel quaſi cōtractu: vel ex maleficio, vel quaſi maleficio nobis obligatū eſſe ad faciendū, vel dandum aliqd cōtendimus. Et huiuſmōi Actiōes proprię appellātur condictiōes. In Rem vero Actiōes diriguntur contra illum, qui qdem & ſi nullo Iure Actori ſit obligatus, nihilominus cōtra eū de quacūq; re ab ipſo poſſeſſa cōtrouerſia ſeu quęſtio mouetur. & huiuſmōi Actiones proprie rei vendicatiōes, ſeu petitiōes appellātur: veluti ſi quis rem aliquā petat quā alius poſsideat, ſuamq;, nō aūt illius, vel ſaltem ſibi cū illo cōmunem eſſe cōtendat. Perindeq; ſi Actor petat Ius in fundo, ædibusue alterius, vtendi, fruēdi, per illumq; eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquā ducendi, ædes altius tollendi, proſpiciendiue, vel proiiciendi aliqd, vel immittendi tignū in ædes vicini: vel contra aduerſarius cōtendat & neget. Semper tamē illi Actio cōpetit, qui hoc vel hoc petat, & ſibi ex hoc vel illo Iure deberi cōtendat: nō ei qui poſsidet. Mixtæ etiam Actiones ex vtriſq; deducūtur: quæ ſcilicet tā in Rem quā in perſonā dantur, vt eſt Actio familiæ herciſcundę, cōmuni diuidundo, & finiū regundorū. ſiqdem his Actiōib. & res noſtras petimus a poſſeſſore ad diuiſionē cōferri, & perſonas quaſi ex cōtractu obligatas ad diuidendū eas nobiſcū cōtendimus. Cum enī nulla ibi poteſt eſſe petitio, vbi nulla eſt obligatio, vbi aūt nulla petitio, ibi nulla Actio poteſt cōſtitui: proinde apparet, quia Actio pręſupponit aliquod Ius, vel obligationē. Obligatiōis aūt ſunt cauſę 4. vt diximus. Contractus, quaſi cōtractus: delicta, quaſi delicta. Contractus fiunt 4. modis, Re, Verbis, Literis, & Conſenſu. ex Cōtractibus qui Re cōtrahuntur, oriūtur Actiōes, nempe cōdictio certi, cōdictio indebiti, actio cōmodati, depoſiti, & pignoris. Ex Verbali Cōtractu oritur Actio ex ſtipulatu. Ex Literarū obligatiōe oritur Actio de nō numerata pecunia. Ex Conſenſu oriūtur Actiōes ex empto, vendito, locato, cōducto, pro ſocio, mandati: Ex quaſi cōtractu oriūtur Actiōes negociorū geſtorū, tutelæ, cōmuni diuidundo, familiæ herciſcundæ. Ex delictis oriūtur 4. Actiōes, furti, vi bonorū raptorū, damnorū. & iniuriarum. atq; hæ obligatiōes ex delicto ſubdiuiduntur. quædā enī oriuntur ex delicto, ſiue facto proprio cuiuſdā: quædā vero ex facto ſeruorū: ſiue laſciuia animalium ſuorū. Ex quaſi delicto oritur Actio perſonalis in factū. atq; ſic obligationes & Cōtractus ſequitur Actio. Hoc aūt eſt cōmune in Actiōibus edendis, vt rē quā petimus, omnibus circūſtantiis ita depingamus, vt in indiuidui ſignificatione accipiatur. exempli cauſa, vt in Libello indicetur, inter quos vicinos fundus ſit poſitus: & an totū, vel partē eius: item num hæreditariū, vel poſſeſſoriū ſaltem, aut vtrumq; Ius

Actiōes in Perſonam

Actiones in Rem.

Actiones mixtæ.

Actio præſupponit aliquod ius, uel obligationem.

Omnis res uel factū in indiuidui ſignificatione in Citatione deſcribatur.

trumq; Ius

trumq; Ius in eo petas. Omnino enim in Libello ſiue mobilis ſiue immobilis res petatur, ita deſcribenda eſt, vt manifeſte de ea cõſtet: nec poſsit alia res eius deſcriptione cõprehendi.

Perſequi iudicatum dicimur.

Cum aũt Iudicis ſentencia, id quod petit Actor cõſequitur: non amplius agere, ſed iã perſequi iudicatũ dicitur. Quia vero nõ niſi ordinarius Iudex de lite cognoſcit, & ſtatuit: nõ videtur ille agere qui temere hic vel alibi ſine certa actiõis forma queritur.

Actio quid ſit & repetitur.

Actio enĩ, eſt Ius ac modus, hoc eſt data Legibus facultas, cõſtitutaq; forma in Iudicio petẽdi, nõ quantum cuiq; videatur, ſed quãtum illi deberi Leges ex hac vel illa cauſa exiſtiment. Quæ qdem Actio cum ad Iudiciũ introducitur, cogitur Iudex ſecundũ Actiõis propoſitæ formã pronunciare.

Hæredi Actoris ſeruit Ius agendi, uel cœptas actiones proſequendi, contra Reum uel heredem ipſius.

Et quia hæres propemodũ eadem ſit perſona cum defuncto, omnino omnes hæreditarię Actiões, quæ vel cõpetebant defuncto, vel etiã fuerunt cœptę ab eo, hæredi ſeruiunt, ab eodẽq; cõtinuantur. Sed & Actiões in Perſonã Rei, ob quãcumq; cauſam vel delictum, priuatum præſertĩ nõ publicum, ſemel in Iudiciũ deductæ ab hærede Actoris cõtinuãtur. Porro hæres Rei defuncti ſi in rem cõueniendus eſſet, nõ tanq; ſucceſſor, ſed tanq; poſſeſſor cõuenitur. Si aũt cõtra illum continuãda eſſet Actio, tanq; cõtra hæredẽ Citati, & bonorũ poſſeſſorẽ Actio cõtinuaẽ. Qui etiã ſi nihil ad hęredem ex maleficio defuncti Rei peruenerit, tamẽ ſi lis per eum anteq; moreretur, cõteſtata ſit: hæres tenetur. Omnes enĩ Actiones qualeſcũq; tandẽ ſint in Iudiciũ ſemel deductæ ſaluę permanent, quoad ſentencia

Sentencia definitiua uel tranſactione lites ſopiuntur.

Iudicis definitiua, vel tranſactiõe ſopiãtur. Qui tamẽ pro cauſa criminali trãſigit, confiteri crimen, & illud in ſe recipere videtur.

Si quis in fraudẽ creditorum res ſuas alienaret ?

Quod ſi qs in fraudem creditorũ rem ſuã alicui tradiderit, creditores eo nõ obſtãte, rem traditã, quaſi tradita nõ eſſet, petent, quaſi in bonis debitoris mãſiſſet.

Qui plus petit, denuo petat.

Qui vero cauſa, re, tẽpore, vel loco plꝰ petit, ſummo Iure olĩ lite cadebat, hoc tempore vero tãtum Termino cadit, & denuo iuxta formã & exigentiã Iuris petere cogitur.

Iudicio tria perſequimur, rẽ, pœnam, uel utrumque ſimul.

Perſeqmur aũt Iudicio tria rẽ, pœnã, vel vtrumq; ſimul. Cum aũt reales & perſonales actiões perſequunẽ rẽ, excipitur tamẽ ab hac Lege actio depoſiti, incendio, tumultu, ruina, vel naufragio amiſsi.

Iudicij tres ſũt partes

Porro Iudicii tres partes eſſe exiſtimo, primã, quæ a Citatiõe vſq; Litiscõteſtationẽ perducitur. Secundã, quæ a litis cõteſtatiõe ad cõcluſionẽ in cauſa vſq; extendiẽ. Terciã, quæ a concluſiõe ad ſentenciæ diffinitiuæ executionẽ vſq; cõtinuatur.

Citatio quid ſit ?

Ac principio ſciendũ eſt, Quia Citatio nihil aliud eſt quã vocatio Rei legitima Iuris experiundi cauſa de eo quod Actor petit, cum præſtitutiõe diei, q̃ in legitimo Iudicio appareat. Itaq; niſi qs euocetur ad defenſionẽ ſui, nõ ꝑceditur cõtra illum Iudicialiter.

Neceſsario Reus citatione eſt coueniendus.

Si enĩ extra Iudiciũ Iure naturali omnes vim vi repellere iubemur, multo magis vnusqſq; pro conſeruatiõe ac defenſiõe ſui Iuris in Iudicio admittetur, ita vt altera auris Iudicis Actori, altera ipſi Reo reſeruẽ. Ac proinde Citatio fundamentũ eſt Iudiciarii ordinis, cui omnis Actiõis perſecutio innititur.

Sine permiſsu Iudicis nemo citatur.

Et quãq; Citatio ſit Iuris naturalis, regulariter tamẽ nõ deberet aliqs citari, niſi hoc pars litigans ab Iudice petat: cui ſolennitati nuper ſucceſſerũt mẽbranæ, qbꝰ

Inſtantia Actoris Citationi inſeritur.

hęc auctoritas publice impertitur ad citandũ. Inſeritur etiã Citationi Inſtãcia .i. ſolicitatio apud Iudicẽ Actoris.

Citatio quare ſcripta eſſe debet ?

Scripto etiã cauſa potius quã viua voce explicaẽ, propter vitandã perplexitatẽ, vel Rei circumuentionẽ. Porro ne qs cauſetur ſe feſtinata citatiõe obrutum, olĩ, quinimo & adhuc alicubi ter: certe in Minori Polonia bis duntaxat Reo lis per citationẽ denunciaẽ, vt ad defenſionẽ ſui Iudicio ſe ſiſtat, niſi per contumaciã cauſa cadere malit. ſi modo die feſto ab iudicãdo Iudex ſuperſedeat, diebus enĩ feſtis audiendo Verbo Dei & cultui diuino vacãdum eſt, non litibus dirimendis. Citari tamẽ die feſto quis poterit.

Citatio triplex eſt.

ſcripta,

Citatio aũt triplex eſt, nãq; alia fit ſcripto, vt ſunt Terreſtres, Caſtreñ. & Regiæ Citatiões: & tales in domum, vel in bona citati inferuntur cũ publicatiõe ſolenni. Quod ſi Caſtreñ. Citatio cõtra impoſſeſsionatos fit, ad valuas parochię ipſorũ, aut domos eorum qui ipſos cõſeruant inferẽ.

Viua.

Alia vero Citatio viua vocis denunciatione fit, vt eſt Verbalis ſeu Curialis Citatio, de qua ſupra egimus. & talis in manus citatorum, quocumq; loco, & tempore traditur.

Citatio realis omniũ eſt peſsima cum ſuis ſpeciebus.

Aliæ vero Citatiões ſunt reales, quando ſcilicet Reus pro crimine præſertĩ ita citatur, vt etiã ducatur ad Iudicem, q̃ ſe iuſtificet.

Hoc uero

Hoc vero genere Citatiõis vti nõ licet in Ciuilib. cauſis, niſi cõſtet Reum vagum
eſſe, fugãq; meditari. Et Actori qdem priuata poteſtate prehendere Reum nõ li-
cet, vt ab eo extorqueat debitũ: quinimo neq; Iudex ab Actore cogitur, vt Reum
cauſa debiti ipſius prehendat, niſi ſit ante citatus, & cõtumax. Hoc tamẽ in vſu ha
beri cœpit, vt ſi ceſſent debitores ſoluere quod debẽt, ad inſtantiã creditoris publi
ca Iudicis auctoritate ꝓhibentur, ne quo abeãt, vel ſaltem merces ſuas aſportent,
priusq; ſatisfecerint creditorib. ſuis. dicebaturq; olim hoc genus citatiõis iniectio
manuum, hodie Arreſtatio corporis, vel bonorũ nũcupatur. Cuius Legis analogia
repreſſaliç pignoratiões a Prĩcipib. ſunt permiſſç, vt videlicet a Ciuib. debitoris exi
gatur, cuius nomine ad inſtantiã Actoris Reum cõdemnare noluerint. Sed & vl-
timum refugiũ debitoribus eſt, ſi creditoribus ſuis cedãt bonis, & de paupertate
Iuſiurandũ præſtent. Quod ſi poſtea aliqd acquiſierit, quantũ poterit, ſoluẽt. in-
humanum enĩ eſſe videtur, vt ſpoliati fortunis ſuis in ſolidum damnẽt. Et tot q-
dem modis Rei ad inſtantiã Actorum corã Iudicio cõueniuntur. Tametſi aũt Le
gibus noſtris eſt ſanctiſſime prouiſum ne in criminali cauſa Rex vel Capitaneus
absq; præſentia Actoris cognoſcat: Nihilominus tamẽ in notoriis & publicis cri-
minib. Iudex nõ rogatus ex officio citare, aut alioq captiuare, ſed nõ niſi cõfeſſum
aut re ipſa cõuictum cõdemnare poteſt aliquẽ. Quod ſi e cõtrario neſciat quẽ ci-
tare debeat, & tamẽ rei æqtas ac dignitas facti id exigat, tum generali citatione
omnes ex qbus autorem ſceleris cognoſcere poſſet ad Iuſiurãdum vocat, & dete-
gere cogit, & ſi forte certo reſciat, de ipſo ſumit ſuppliciũ. ita qppe nullum ſcelus
abire poſſet impunitũ, ne modo Iudex æqui, prudentis, & moderati inqſitoris ſe-
pta tranſiliat. Et ne ſummum Ius perſequendo, iniurius fiat. Prohibentur aũt
certis pœnis Citatiões inferri in bona innocentũ, vel in Ciues alterius Territorii,
vel Iurisditiõis. Prohibenẽ etiã citari quędã perſonæ ꝓpter religiõis, vel Magiſtra
tus reuerentiã, aut ꝓpter neceſsitudinis vinculũ, vel ratiõe ꝓcreationis, aut ciuilis
alicuius beneficii cauſa, vel propter mentis inopiã, ætatis imbecillitatẽ, vel ꝓpter
rerum publicarũ quibus incumbunt & occupanẽ ſanctitatẽ. His addimus eos, qui
ſunt in aliena poteſtate, vt ſunt filii familias, ſerui, pupilli, furioſi, & qui datis cura-
toribus ſubſunt. Pater enĩ, maritus, & Dñs, cõueniunẽ nomine filii familias, vxoris
& ſerui, pro ea parte qua ſufficit eorum peculiũ. poſſumus etiã ſolos tutores & cu-
ratores noĩe illorum qbus præſunt citare, ſicut licet illis eorundẽ nomine aliquem
in Ius vocare, per ſe, vel eorum quibus præſunt, nomine. Sed ne plura & limatio-
ra de hac materia ſcribã, partim domeſticæ occupatiões, partĩ importunitas Ty-
pographi me prohibent: & quæcũq; tandẽ in mentem veniunt, ita ex tempore
ſcribere cogunt, vt vix relectiõi vnam interdum horulã me impertire permittant.
Recoquat igitur hæc olim melius, qui plus ocii, plus etiã doctrinæ habebit. nos
quod poſſumus candide noſtris hominibus cõmunicamus, neq; ſolum nullo præ-
mio prouocati, verum etiã ſummis periculis, aut ſaltem inuidiæ eius of-
ficii cauſa expoſiti damus, nihilq; tale expectãtib. obiicimus.

Arreſtatio.

Pignorat. repreſſaliæ

Ceßio bonorum.

In notoriis & publicis criminibus an ſine Actore Reus criminis cõdemnetur, & quid faciendũ ſit iudici, ſi Accuſator cõtra Reum defuerit.

Qui citari nõ poßũt, uel ſaltem ſuo nomine iuri non parent.

ARTICVLVS I.

Vt leges & ſolẽnitates Citatiõis ædendæ per omnes ipſius Cauſas Materialem uidelicet, Formalem, Efficientem, & Finalem ſeruentur.

Vnusqsq; libere utatur re ſua pro libito ſuæ uoluntatis. *Kazi. M. Viſl. 1368.*

39. Alioqui licet cuilibet Iure proſequi ſuas iniurias. de quibus uide Libro *Kazi. M. Viſl. 1368*
21. iij. Capitulo xj. xij. xiij.

Nam Iura quoq; abuſu euaneſcunt uide Libro iij. Cap. ix.

Præſcriptio aũt propter ſegniciem & pigriciã Dominorũ & Actorum
eſt inſtituta uide Lib. iij. cap. x.

hh Quas

Quas Cauſas etiam Iudiciū Terreſtre cognoſcit: Supra Capitulo iij. Articulo ſecundo folio 586. uide.

Alexand. Rad. 1505. In Capitaneatu quoque Maioris Pol. ſint Citationes Terreſtris Iudicij ſub Titulo Regio ut in cæteris Regni Pol. Terris.

Conformare cupientes Terras Capitaneatus Maioris Poloniæ Terris aliorū Capitaneatuū Regni noſtri, Statuimus, Quod in Maiori Polonia Citatiões ad Iudiciū Terreſtre deinceps nõ emanabūt ſub Titulo Capitanei, ſed ſub Titulo noſtro, & ſucceſſorū noſtrorū: & Sigillo Terreſtri. Ad Iudicia autem Capitanealia ſub Titulo & Sigillo Capitanei emanare, & dari debebunt. ut ſupra Libro j. Capitulo xij. de Capitaneis extat præſcriptum. 116

Sigiſm. Petric. 1523. De Titulo Regio quātum in Citatione eſt ponendum.

Igitur pro cõſuetudine uolumus obſeruari, ut in Citatione Terreſtri ſufficiat ponere tantū de Titulo noſtro Regio, uidelicet, Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ. &c. & non plus. (obſignata. 32.

Idem Rex. Citatio Terreſtris ſigil. diſtric. cõſignatur

Item quod eadē Citatio Terreſtris Sigillo Terreſtri ſui Diſtrictus ſit 32.

Idem Rex. In citatiõe exprimatur nomē Actoris, & Rei, ac res.

Item ut in ea Citatiõe exprimatur nomē Actoris, & Rei, & pro quo Reus fuerit citatus: ita ut citatus intelligat propter qd ſit p Actorē euocatꝰ 32.

In Citatione enim eſt exprimendū nomē Actoris, & Cauſæ ſub pœna de quo uide ſupra Capitulo v. Artic. iij. Lege ij. folio 596. 14.

Sigiſm. Petric. 1523.

Attamē ſi quis in eiuſmōi ſua Citatiõe omiſerit Titulū uel nomē Actoris, aut Rei: uel ſi Citatio ipſa Sigillo adulterino fuerit obſignata, talis Actor luendo, ſoluendoq; ibidē mox pro huiuſmodi inſufficientia ſuę Citatiõis ſex ſcotos parti, & totidē Iudicio, in inſtanti ibidē proponere poterit ex eadem ſua Citatiõe: inſufficientia illa non obſtante. & citatus tenebitur ſibi ad obiecta reſpondere. 32.

Actor declaret intentionem ſuæ citatiõis.

De Citatiõis uero importatione per Miniſterialem in domum ſeu bona citati. uide Capitulo ſequenti.

Citatio ad domū uel bona citati legitime importatur.

Vbi aūt debite nõ intellexerit Reus Citationē, tenebitur Actor ibidē corã Iudicio in ſua propoſitiõe ſuam intentionē Citato declarare.

Pœnæ a coadiutorib. olim ſoluebãtur.

Cõſue. Ter. Cr. 1505. Abrogata eſt hæc cõſuetudo per proxime ſequentem Legem.

Item ſi aliquis citabitur cum Coadiutoribus, et ipſe citatus nõ interceſſerit, alias nõ recuſabit Coadiutores: qđ uidelicet nõ dicet, Coadiutores non intercedo mihi ſimiles, & diſſimiles: & alia Pars interponet, alias Zalozy gy: et ex eo, qa ipſos Adiutores nõ recuſauit, alias nõ interceſsit. luet pœnam a quolibet Coadiutore ſibi ſimili tres Marcas, & a diſsimili ſex ſcotos, idque tam in Iure Terreſtri, quam Caſtrenſi. 122

Ob diſcordiã vero intercīſarū amitte:

Conſ. Ter. Cr. 1505. Citatus cupiens uidere citationē interciſam, ab Actore eſt ſibi præſtanda: & ſi diſcordant interciſæ, Actor perdit cauſam.

Item cū aliquis fuerit citatus ad quodcūq; Ius, & Pars (baĩ olĩ Cauſa. uult uidere, ſi concordãt Interciſæ: tunc Citatiões cõponendæ erunt. Et ſi ſunt cõformes earū Interciſæ, ualet Citatio: Nam ſi Interciſæ uniformes nõ ſint, alias ſi nõ concordãt: tunc Actor amittit Cauſam ſuã, ex eo quia præſumitur falſificatio commiſſa. (rogatæ. 123 124

Abrogata eſt hæc quoque conſuetudo.

Sed iã iſtarū pœnarū captiões ſunt ab:

Item ad abo:

Itē ad abolendā iniquā cōſuetudinē in Terra Szochaco. & alijs Ter. R.
20. noſtri in qb. Citatiōes ob immutatā Literā, uel Dictionē, uel mutā, ſeu mancam in ea ſcriptā propoſitionē, uel propter I N T E R ciſam caſſari ſolent cum amiſſiōe Cauſę: Statuimus, ut eiuſmodi Cōſuetudo ut pote pernicioſa, nō teneatur: nec deīceps alicui ullū afferat nocumentū. propter indecentias uero & defectus Citatiōis correctus Actor pœna conſueta pōt meliori citatiōe Cauſam releuare denuo, & īcipere. SIMILIS.

Sigiſm. petric. 1511.

Omnes aūt alias pœnas acceſſorias uidelicet propter defectū Literę u-
32. nius, aut totius Dictiōis: uel alterius cuiuſcūq; defectus in Citatiōe: ſiue ex quacūq; alia cauſa quā Citatus Actori obijceret, uolens Dilatiōibus & Diffugijs laborare: etiā a COadiutoribus antea ſolui ſolitas penitus annullamus: exceptis pœnis poſt decretū negocij Prīcipalis fieri ſolitis.

Sigiſm. Petric. 1523.

Formula Citationum ex OFFICIO.

Sigiſmundus Auguſtus Dei gratia Rex Polonię Magnus Dux Lithuanię, Rusſię, Pruſſię, Mazouię, Samogitię, &c. Dñs & hęres. Tibi A. B. C. noſtro D. ex officio tuo C. D. deq; omnib. bonis tuis mobilibus & immobilibus ubilibet in Regno noſtro habitis & poſſeſsis, Iuribus aliarum perſonarū in eiſdē nihil nocendo, Mandamus, ut Crac. uel ubi tunc cum Curia noſtra fœliciter cōſtituti fuerimus corā nobis Conſiliarijsq; noſtris nobis protūc lateri noſtro aſſeſſuris feria E. F. proxima ad inſtantiā G. H. legitime ac perſonaliter cōpareas, citat te pro eo, quia tu præſidens in loco Officij tui C. D. a nobis tibi credito & cōmiſſo, in cauſa Iudiciali inter eundē G. H. Actorē ex una, & inter I. K. citatum ex altera partibus, occaſiōe L. M. mota latius in ſe canente, eundē G. H. Actorem circa horā N. O. cōtra Iuris & Iudiciorū formulā, nō expectato ſcilicet tēpore debito, quo iuxta Statuti diſpoſitionē Actores euadi debent, nec etiā præmiſſa ſolenni uocatiōe ſui per Miniſterialē, loco etiā ac forma Iuris incōpetenti, in euaſione ipſi I. K. cōdemnare: Sed nec arreſtare eidē ipſam cōdemnationē, motionemq; ab ea interponere, & in Acta ſcribere permiſiſti, in magnum grauamen & præiudicium ipſius. prout de eo Acta tua C. D. uel alioqui proteſtatio ipſius G. H. corā Miniſteriali Terreſtri P. Q. & Nobilibus multis facta, & in recēti corā Actis R. S. latius uereq; recognita canūt, & teſtificātur. Quā iniuriam penſat ſibi cōtra te ad T. V. Marcar. pec. numeri & monetæ Pol. & totidem damni, prout hæc omnia tibi latius in Termino declarabuntur iudicialiter ſis reſponſurus. Datū X. feria Y. proxima. Anno Dñi Z.

Formula Citatiōis alicuius Magiſtr. ex eius officio, cuius fortaſſis functione abuſus contra quēcūq; litigā eum delinqueret: ut enim tutorū apud pupillos, ita Magiſtratuū bona apud Ciues pignori poſita eſſe uidentur, nam utriq; de ſuo refundūt, ſi quid alienū rapiant, aut qt quam præter Ius & fas in ſuo officio cōmittāt. hoc aūt ita merito fit, ut quiſq; in ſumma poteſtate minimum ſibi licere arbitretur. alioqui ſi qd ut priuatus delinquat ad Iudicium Terreſtre aliudue ſibi pro ratione cauſæ competens citatur, & conuenitur.

¶ Similiſq; Citatio ipſius Magiſtratus fieri ſolet ab Reo, ſi e cōtrario Iudex pręter tēpus locū ac ſolēnitates Iuris illū cōdemnari in Lucro permitteret: uel alioqui ſi cauſam ad ſuum forū de Iure cōmuni non pertinentem, exceptiōe ipſius Rei nō obſtante, iudicaret: aliquidue aliud in Officio ſedens cōtra Iuris præſcriptū, & bonos mores, cōtra alterutram partem faceret, exceptiōes uidelicet, allegatiōes, motiōes, proteſtatiōesue facere, uel ſcribere ꝓhiberet: ſecusue q̄ factę auditęq; fuerāt ſcriberet: et alia huiuſmodi, abuſus ſui Officij auctoritate, præter Iuris præſcriptum & æquitatem deſignaret.

Cū uero ita Magiſtratus citatur, aduerſarius etiam ad profeſ quēdam motionē (ſi tamē fuit aliqua litiſ riuia interpoſita, uel ſi cōditio cauſæ hoc exigeret) pro ſuo intereſſe ad Principis, uel propriū illius forū ad candē cauſam ſolet adcitari.

Farrago Citation. Regiarũ ad inſtantiã Inſtigatoris Regij, ſeu Fiſci Procuratorũ.

Citat te, quia tu poſtpoſito boni Ciuis & fidelis ſubditi Officio, hoc uel illud in & contra perſonã noſtrã Regiã dixiſti, uel quod abſit, machinatus es: per quod hanc uel illã pœnã Statuti cõmeruiſti. prout tibi latius in Termino declarabitur. uel pro hoc, aut illo Nobili occiſo pœnã carceris nobis & Reipub. debitã nõ ſuſtinuiſti. Iudicia, Cõmiſſarios, Conuẽtus, uel Legatos noſtros uiolaſti. Bonis Fiſci his uel his hoc uel illud dãnum intuliſti. Ex illis ue pecunias a nobis tollas. Exactiões Cenſuũ de bonis noſtris, uel penſionẽ retinuiſti. Sal pręter prohibitionẽ noſtrã publicam huc uel illuc intuliſti. Mare noſtrũ piratis armaſti. Res ad litus eiectas occupaſti. Flumina nauigabilia impediſti. Vias noſtras inſediſti coarctaſti, intercluſiſti, inundaſti, deterioraſti. auertiſti. Equireas, uel boues extra Regnũ præter publicũ decretũ egiſti. Vectigalia, ac Telonea noua inſtituiſti. ex cõmiſſoq́ ad nos deuoluta ui accepiſti. Monetã falſam cudiſti, uel intuliſti. Has uel illas pœnas ex Iudicato nobis & noſtro Fiſco prouenieẽtes nõ ſoluiſti: uel ob crimen peculatus, famoſorũ libellorũ, uel ob aliud facinus incurriſti. Virginẽ, Viduã, uel uxorẽ huius uel illius rapuiſti, & uiolaſti. Literas publicæ fidei huic uel illi per nos datas, miſſas, Conuẽtus, belli ue denũciatiuas retinuiſti, & accepiſti, fidem ſponſiõe obligatã fregiſti, collecto exercitu Caſtrum huius uel illius hoſtiliter turbãdoq́ pacẽ Reg. publicã expugnaſti, uel illũ ad hoſtẽ Regni, præter ue decretũ Comitiorũ extra Regnũ eduxiſti. Statiõe profugiſti. conſilia tibi credita, tormẽta, arma, pixidariũ puluerẽ, exercitũ Caſtra ue, aut Oppida noſtra hoſtibus prodidiſti. in publica expeditiõe, uel accepto ſtipendio non meruiſti, & id genus alia.

¶ Citatio pro improperio bonę famæ uel Nobilitatis ad pœnã Statuti uel alioqui per Regẽ decernendã, ex Lib. j. ca. xv. ar. ij. facile elicitẽ.

Formulæ Citationũ Terreſtrium.

Citatio pro vulneribus habetur Libr. j. Capit. jſ. Artic. ſ. folio 279.
Citatio vero pro capite Nobili occiſo Libr. j. Cap. jſ. Artic. 6. folio 288. videatẽ.
Citatio pro Kmetone profugo Libr. j. Cap. j7. Artic. 8 fol. 346. eſt cõſcripta.

Citatio a Kmetone ſiue alio quouis ſubdito pro iniuria.

SIGISMVNDVS Auguſtus Dei gratia Rex Polonię. &c. Tibi Nobili A. hæredi de B. alijsq́ omnibus bonis tuis mobilibus & immobilibus, per te quocũq́ Iure poſſeſsis, Iuribus aliarũ perſonarum in eiſdẽ nihil nocendo: Mandamus, ut in Terminis C. in D. proxime celebrañ. ad inſtantiã Laborioſi E. de F. legitime & perſonaliter cõpareas. Citat te pro eo, quia tu in hæreditate G. recepiſti ſibi uiolenter bos uem ualoris triũ Marcar. pecunię, et ipſum in totidẽ damnificaſti, iudicialiter reſponſurus. & Dñs ipſius pręfatus C. ſtat pro pœna ſua triũ Marcarum iuxta præfatum A. ſubditum ſuum. Datum.

A Kmetone, ſiue quis alio ſubdito. pro non adminiſtratiõe Iuſticiæ.

Pro eo, quia tu nõ uis ſibi iuſticiam miniſtrare cũ Laborioſo A. Kmetone & ſubdi-

tone & ſubdi-

ſone & ſubdito tuo de Villa tua B. qui ſibi excidit robora diuerſi generis nempe C. D. E. F. in ſylua ipſius in hæreditate Villæ G. quā non adminiſtrationē iuſticię penſat ſibi ad H. Marcas pec. & totidē dāni.

Citatio a Minorennibus adultis contra Tutorem.

Citat, ſeu citant te, quia tu exiſtens ipſius Iure naturali, ſeu inſcriptionis paternæ, aut datiuo Tutor, nō feciſti ſibi hactenus rationē de bonis mobilib. & immobilib. ueſtibus uidelicet, auro, argēto, pecu. ſuppellectili domeſtica, equis, bobus, uaccis, ouibus, capris, prędijs, &c. poſt olim A.B. patrē ipſius legitimū in tuam tutelā & adminiſtrationē aſſumptis quorū etiā omniū rerum publicū & autenticū inuentariū nō feciſti in damnum ipſius Actoris, ſeu quondā pupilli tui. Quæ omnia penſat ſibi cōtra te ad C. D. Marcas pecunię & totidē damni uel prout Ius decernet, quæ tibi latius omnia in Termino declarabūtur Iudicialiter ſis re-(ſponſurus.

¶ Similis etiā Citatio fit a pupillo cōtra eundē Tutorē pro nō reddita ratiōe de cēſib. cuiuſlibet anni & iumētis indomitis. etc.

¶ Citatio pro limitibus faciundis ſupra Lib. I. cap. xiiij. uideatur.

Citatio pro diuiſione bonorum communium.

Pro eo, quia tu non uis cū ipſo diuidere bona hæreditaria A. B. quorū medietas ipſum C. cōcernit, & ipſe tecū eadem diuidere uult, quod ſibi penſat ad B. Marcas pec. & totidē damni iudicialiter reſponſurus.

Eadem Citatio fit ad Officiū Caſtr. uel Iudiciū Cōmiſſariale. & cōcluditur ſic Citatio Caſtr. ideo ad præfatam diuiſionē faciēd. per nos ex officio noſtro diuiſores dari, & noſtro Vadio Capitaneali eandē firmari. Vel ſi corā Cōmiſſarijs cauſa agitetur, ideo præfatā diuiſionē per nos in bonis præfatis iudicialiter fieri, & in defectu ratihabitiōis eiuſdem ad loci Capitaneū remitti propter executionē ipſius faciendam, Iudicialiter ſis reſponſurus, & attentaturus. uide fol. 231. & 388.

¶ Similiter Citatio fratrū ad inſtantiā ſororū pro nō ſoluta dote, uel alioqui paternis & maternis bonis non exdiuiſis, facile ex Libro iij. capitulo VI. Articulo iij. folio 486. formabitur.

¶ Perindeq; Citatio cōtra mulierē ſecundo nuptā pro bonis ab hærede ex obligatiōe dotis & dotalicij redimēdis, ſine difficultate cōficietur

Citatio pro bonis propinquitate deuolutis. (ex folio 494.

Citat te pro eo, quia tu poſſediſti & tenes propinquitatē ipſius uidelicet Villam A. & eius hæreditatem, ad quā ipſe eſt propinquior, quā tu, & hoc poſt Nobilē olim B. patruum ſuū germanū. quæ bona præfata extimat ſibi ad C. Marcas pecun. & in totidē ipſum damnificaſti, prout tibi latius in Termino declarabitur, iudicialiter reſponſurus.

Pro redimendis vero bonis a propinquo venditis.

Folio 501. de eo uideatur.

Citat te pro eo, quia tu tenes & poſsides bona A.B. a Nobili C.D. fratre, uel patruo, alioue propinquo ipſius tibi uendita. ad quā tenendā ille eſt Iure naturali propinquior quā tu, ideo ut ſtares, Inſcriptiōes tuas legitimas oſtenderes, pecuñ. ab eodē reciperes, et de bonis eiſdem ipſi cōdeſcenderes, iudicialiter ſis reſponſurus. Datum.

Huic redemptioni ut occurratur, uenditores bonorū uel ſummam emptori augere ſolent, uel Titulo donatiōis, cōmutationis ue bona eidem inſcribunt, ne redimi a propinquioribus poſſint.

Citatio pro redimendis bonis obligatis.

Citat te ad recipiendū pecu. q̃s te in bonis ipſius hæreditarijs, uidelicet Villa A. prętendis habere inſcriptas, & ideo ut ſtares, & Inſcriptiones tuas corā Iudicio oſtenderes, & pecunias reciperes, ſibiq; tanq; heredi de bonis ipſius præfatis iudicialiter cōdeſcenderes. Datum.

¶ Citatio ſupraſcripta poteſt fieri etiã ad Actorũ poſitionẽ nõ expectata celebratione Terminorũ & hoc fiet in arbitrio Actoris.

¶ In Maiori tamẽ Polonia Tenutarius etiã coram Iudicio uel Officio Caſtrenſi conuenitur, ut ex folio 231. & 513. apparet.

Porro quæ Actiões ex ſingulis Contractuũ formis, a quouis cõtrahentiũ ſingi ac deduci poterint, facile iudicare poteſt is, qui vim, naturã, ac conditiões vniuſcuiuſq; Contractus ſeu obligatiõis penitius teneat, atq; introſpiciat: vt ſunt a nobis Libr. 3. Cap. 7. per omnes Articulos & eorũ Cõmentaria digeſtæ atq; cõſcriptæ. Fruſtra quis enim Actionem inſtituturũ ſeſe paret, qui Cõtractum ſeu obligationem, vel quaſi obligationẽ (nimirum fontem Actiõis qua aduerſarius Reus tenendus eſt) penitius ex ipſo 7. præſertim Cap. non peruideat.

Citatio pro debito Verbali.

Pro eo, quia tu non uis ſibi ſoluere A. Marcas pecuniæ monetę & numeri Pol. certi debiti tibi mutuatas, quas debuiſti atq; bona fide cõdixiſti ſibi ſoluere ad tempus iam præteritũ, & non ſoluiſti: & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus.

Citatio pro debito inſcripto ſine Vadio.

Pro eo, quia tu non uis ſibi ſoluere A. Marcas pecuñ. certi debiti quas iuxta obligationẽ B. C. debuiſti ſibi ſoluere ad tempus iam præteritũ, & non ſoluiſti, prout de hoc Inſcriptio in Actis B. C. latius canit, & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus.

Citatio pro debito ſi Vadium obligationi ſit appoſitum.

Qui te citat pro eo, quia tu nõ attenta tua Inſcriptiõe A. B. qua te ipſi C. D. inſcripſiſti & obligaſti cum tuis poſteris ſoluturũ, uel ad Acta E. F. repoſiturũ G. H. Marc. pecuñ. ad tempus I. K. proxime preteritum, idq; ſub Vadio totidẽ ſummæ facere debuiſti, & nõ ſoluiſti neq; repoſuiſti, prout de eo tam tua Inſcriptio quã Proteſtatio ipſius C. D. eo nomine in actis præfatis facta latius in ſe teſtificãtur. propter quod Vadiũ pręfatũ L. M. in Inſcriptiõe contentũ eidem ſuccubuiſti ad ſoluendum: pro quo te citat, & prout tibi latius in Termino hæc omnia declarabuntur. Iudicialiter ſis reſponſurus.

Citatio pro cautione fideiuſſoria.

Ex libr. 3. cap. 8. fol. 528. materia huic Citationi amplior quæretur, ſiue ſit fideiuſſio inſcripta, ſiue uerbalis.

Pro eo, quia tu ſibi fideiuſſiſti pro Nobili A. de B. ſoluere C. Marc. pecuñ. ad tempus iam præteritũ. quas C. Marc. nec ipſe A. Principalis, nec tu tanq; pro eo fideiuſſor ſoluiſtis: pro quibus te citat, & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus.

An aũt Actori de Iure poſſeſſorio, vel hæreditario prius agere: vel ſi Reo vſucapione, ac præſcriptiõe ſe tueri expediat: vide Libr. 3. Cap. 10. Certe de Iniuriis, violentiis, ac damnis: quiq; ex maleficio, vel quaſi, obligantur: Cap. 11. vide: ad qđ Capitul. etiã infraſcriptę Citatiões referuntur: vt ad earum Archetypũ alię quoq; formentur. Quod ſi fortaſsis Capitanei Regii ea mala dent, vide Libr. 2. Cap. 1. de Rebus Fiſci Articulo 5. folio 383. & 384.

Citatio pro receptione Feni.

Aliæ Citationum formulæ pro huiuſmodi iniurijs facile formari poterint ex libr. 3. cap. 11. de iniurijs, uiolentijs, ac damnis.

Pro eo, quia tu recepiſti ſibi uiolenter decem caſſulas feni in prato ipſius hæreditario Villæ A. laboris ipſius. Quod fenum penſat ſibi ad B. groſs. & totidem damni. Iudicialiter reſponſurus.

Citatio

Citatio pro conculcatione & depaſtione frumentorum.

Pro eo, quia tu immiſiſti de induſtria, & uiolenter familiā tuam cum equis & pecoribus in & ſuper hæreditatē ipſius A. & cōculcaſti ſibi frumenta diuerſi generis laboris ipſius, quæ ſibi penſat ad B. Marc. pecu. & totidem damni. Iudicialiter reſponſurus.

Citatio pro exciſione ſyluæ, aut mericæ.

Pro eo, quia tu uiolenter excidiſti ſibi robora in ſylua ipſius nēpe quercus &c. in hæreditate A. ualoris B. Marc. pecuñ. & in totidem ipſum damnificaſti. Iudicialiter reſponſurus.

Citatio pro arboribus fructiferis.

Pro eo, quia tu excidiſti ſibi uiolenter A. arbores fructiferas uidelicet B. & C. in hæreditate ipſius Villæ D. ualoris E. Marca. aut prout Iudicium decernet, & in totidē ipſum dānificaſti. Iudicialit̄ reſpōſurus.

Aliæ ex Cap. 12. de Violentiis, prædis, ac furtis Actiões deducuntur. Porro cōtra falſarios, calumniatores, præuaricatores, & diuinatores mathematicos: ex Capitulo 13. itidem propriæ Actiones deduci poſſunt.

Adcitatio ad Citationem tranſlapſam.

Qui te concitat alias przypozyua ad paratā Citationē Trāſlapſam, quę ſibi eſt tranſlapſa in Terminis Terreſtrib. in B. iā præteritis, qua te citauerat, pro eo, &c. Et inſeratur Citatio: & cōcludat. iudicialit̄ reſpōſur.

Adcitatio ad paratā Citationē patris, fratris, vel cuiuſcūq; anteceſſoris mortui cuius Citationi Terminus nondum venerat.

Qui te concitat alias przypozyua ad paratā Citationē Nobilis olī A. patris prædicti Nobilis B. legitimi, qua te præfatus olim A. pater ipſius citauerat, uidelicet pro eo.

Hæc adcitatio ſeu reuiuificatio cauſæ ſit intra annū & ſex ſeptimanas, etiam ſi Actoris uel citati ſucceſſores eſſent minorennes.

¶ Et inſeratur Citatio patris, & taliter cōcludatur. Et pręfata Actio concernit prædictū B. tanq; filiū legitimū pędicti A. ideo ad pręmiſſa prædicto B. tanquam ſucceſſori iudicialiter reſponſurus.

¶ Quod ſi e cōtrario Pars citata moritur pendente & indeciſa cauſa, Actor tenetur cōtra pueros & ſucceſſores eius Citationē & cauſam per Cōcitationem reuiuificare intra annū & ſex hebdomadas. Alioqui ſi id Actor facere neglexerit, cauſam totā pro qua Actio inter eos uertebatur ut ſupra eſt ſcriptum, perdet in perpetuū ſecundū cōſuetudinē Terræ

ſi citatus moritur.

¶ Si uero plures fuerint Actores, & ſimiliter Rei in una Ci (antiquā. tatiōe: Et ſi aliquis eorū pēdente Citatiōe ex utraq; parte moreretur, uel plures, aut omnes morerentur: Extūc Actores ſuperſtites a ſe, & ſucceſſoribus defunctorū participū ſuorum, uel ſucceſſores Actorum: contra Reos etiā uiuentes, aut hæredes, & cōtra ſucceſſores defunctorū, Citationē huiuſmodi & cauſam reuiuificare tenetur, totiens quotiens id acciderit, uſq; ad finē cauſæ. Nam ſi quis moritur in Citatiōe exiſtens, moritur Citatio ſua & Actio niſi fuerit reuiuificata per Citationē contra hæredes, & ſucceſſores mortui.

ſi plures Actores, uel Rei morerentur.

¶ Si aūt Pars habēs Actionē ad quodcūq; Iudiciū pendentē moritur intra Terminos, uel eo die quo dicta Actio debuit iudicari: Extūc Pars aduerſa ſiue ſit Actor, ſiue Reus, nō debet proſequi Cauſam huiuſmōi

ſi alteruter litigantium infra Terminos moreretur.

propter

Conſuetudo.

propter mortẽ Partis ſuę in eiſdẽ Terminis & Iudicio ubi pendebat: niſi præmiſſa concitatiõe cõtra ſucceſſores mortui iuxta cõſuetudinẽ Terræ. Si uero in tali caſu attentaret Terminũ, & cauſam proſequeretur contra defunctum: hoc Partem proſequentẽ non releuabit. quin cum laruis, hoc eſt, cum mortuis luctari uidebitur.

Si duo uel tres Actores citent terciũ ſigillatim pro una & eadem re: prius de potioritate iuris ſui inter ſe experiantur, quã Reum impetant.

Conſuetudo.

¶ Quandocũq; aliquis citauerit aliũ pro aliqua re, aut bonis aliquibus, aut debito: & alia Pars eundẽ ſimiliter citauerit pro eadẽ re, citatus nõ tenetur, nec debet cogi ad reſpondendũ utriq; Citatiõi, & Partibus diuerſis, donec Partes actoreæ de Iure ſuo prius inter ſe experiãtur: quæ illarũ ſit propinquior & maius intereſſe habeat ad huiuſmõi debitũ, aut bona, & res alias, pro quibus dictæ Citatiões uertũtur, & interea citatus pacem habere debet a prędictis Citatiõibus, aut utraq; Pars actorea ad unã Citationẽ ſe inſcribat, & unum Actorẽ ſe cõtra prędictũ Citatũ faciat, nec alio modo Citatus ad reſponſionẽ dictis Partibus, & Citationibus earum debet compelli.

Actor interceptor Actionis reijcitur.

Conſuetudo.

¶ Si quis citauerit aliũ, reuocando aliqua bona ab eo, uel alias pro quacũq; alia cauſa, & ex aliqua occaſiõe Iuridica Citationẽ uel alioqui Terminũ amitteret Iudicialiter: & tandẽ aliquis alius pro eiſdẽ bonis, & eadẽ cauſa partẽ prædictã citauerit, uolens Actori primo uiã agendi in præmiſsis precludere: extunc in tali caſu cõſuetudo Terræ obſeruat, Primũ Actorẽ locũ habere ut cauſam inceptã cõtinuet Citatiõe alia meliori, & hoc infra fatalia de Iure cõceſſa, nõ obſtante Citatiõe Actoris ſecundi. quæ modo ſupraſcripto locum non habet in Iudicio, donec Actor primus actionem inceptam ad finem deduxerit.

Qui errat in perſona poſſeſſoris.

Conſuetudo.

¶ Quicũq; in tempore a Iure cõceſſo ponit Citationẽ in aliquibus bonis cõtra poſſeſſorẽ pro aliquo debito, aut onere in illis bonis inſcripto, uel reuocando aliqua bona prędicta propinquitate, credens illum poſſeſſorẽ eſſe & hæredẽ prędictorũ bonorũ: ſi per hęredẽ uerũ aut per citatum, talis Citatio impugnaretur, eo quod Actor errauit in proprio nomine ueri hęredis: nõ nocet Iuri ſuo error huiuſmõi, etiã ſi talis Citatio fuerit ſecunda: quin luendo pœnã ſolitã propter Citatiõis importationẽ illicitã, poterit cauſam inceptã Citatiõe alia meliori cõtra uerũ hęredẽ illorũ bonorũ proſequi, & cõtinuare iuxta Iuris formã.

De cognomine trienno præſcripto.

Conſuetudo.

¶ Si quis alio nomine ſeu cognomine quã proprio, quod ſibi in Baptiſmo impoſitũ eſt, per trienniũ uocaretur: Talis poterit in Citatiõib. ſcribi iſto cognomine, & in teſtimoniũ quodcũq; tanq; proprio nomine absque omni obiectione & iacturæ cauſæ.

Conſuet. Ter. Craco. Citatio ſuper Citationẽ nõ ponitur pro una re: niſi uiolentia iteretur.

Conſuetudo.

¶ Item ſi quis importauerit Citationẽ ſuper Citationẽ pro una re, tunc luens pœnã triũ Marcarũ Iudicio, & totidẽ Parti: Citationẽ unã deſtruat, ſeu una Citatio eiuſdem ſit nulla.

Si uero aliquis exiſtens cũ alio in Citatiõe pro aliqua cauſa, aut uiolentia: & nõ terminata ea iudicialiter, facit parti aliã nouã uiolentiã, aut iniectionẽ

iniectionē in eadem bona, pro quibus prima Citatio penderet indeciſa: Extunc poteſt talis citari alia noua Citatiōe pro ſecunda uiolentia, & iniectiōe, faciendo mentionē in iſta Citatiōe ſecunda de prima, hoc uidelicet modo: ſtando mecū in Citatiōe priori pro eiſdē bonis, ſiue pro eadē uiolentia, & nō finito Iure pro eadē Citatiōe priori: Et hoc facere poteſt licite, quotiens in eiſdē bonis uiolentiā nouā fecerit, Citatiōibus prioribus nō determinatis, neque Iure finito pro eiſdem abſque iactura cauſæ, & Citationum priorum.

Sigiſm. Petric. 1523. Si Actor amittit Citationem, ante, uel poſt Litiscōteſtationē: uel denuo citet, uel ex acticata ſua propoſitione proſequatur ſuam cauſam, nulla pœna inde ſecutura.

¶ Item ſi Actor amiſerit Citationē ante cōteſtationē litis, ſiue ante
44. Terminos ad quos citauit Reū: extunc poterit citare Reum alia Citatione ad inſtar prioris: quę quidē tametſi in ſua narratiōe a prima amiſſa diſcrepauerit, ſi modo eundē effectū in ſe cōtineat, & ſummā: talis citatio habebit locū in Iudicio: nec Actor ob hoc aliquā pœnā luet, ſed citatus ęque ſicut ad illā primā amiſſam ſibi reſpondere tenebitur. Nec etiā poterit citatus Actori obijcere quod dediſſet Citationē ſuper Citationem. Et idem erit obſeruandū, ſi poſt cōteſtationē Litis ipſam Citationem amiſerit. nam poterit etiā adcitare, ſiue denuo citare ſine aliqua pœna. Et ſi idē Actor habuerit Citationē ſiue Propoſitionē acticatam, extunc ualebit ſibi pro Citatiōe: & nō tenebitur Citationē citato oſtēdere. ſufficiet enī Adcitatio illius. Et ſi citatus amiſerit Citationē, extūc Actor poſt propoſitionē ſuā ad poſtulationē citati tenebitur ſibi accōmodare ſuam Citationē ad reſpondendū, quam reſtituet Actori poſt reſponſionem faciundam. ⁘ ⁘ ⁘

Si Citatus Citationem amittat.

¶ Quando Nobilis, uel quiſcūq; alius receperit ſubditis & Kmetonibus alterius res aliquas, uel retia, aut aliqua alia iuſtrumenta aquatica, in fluuio, uel in alijs locis pro quibus inter partes prædictas cōtrouerſia fuerit mota: Non Kmetones illi pro tali uiolentia, & iniuria, ſed Dñi eorum agere debent, quia actio hęreditaria eſt, quæ non cōpetit Kmetonibus. Et ſimiliter intelligendū eſt de alijs bonis uidelicet ſyluis, borris, gaijs, mellificijs, limitū uiolatiōe ſeu transgreſsiōe, & his ſimilibus, pręſertim in confinio bonorum indiſſimitatorū poſitis.

Pro quibus cauſis Kmetonum Domini agere debent.

Conſuetudo.

Sigiſm. Petric. 1523. Cum pater, aut filius anteceſſoris, ante litē cōteſtatam, uel poſt: ſiue ſcripto Termino aut condemnato Reo mortuus fuerit.

¶ Qui te concitat alias przypozyua ad paratā Citationē, & Actionē & ad paratum Terminū: Si Terminus eſt tranſlapſus, tūc ſcribatur, ad tranſlapſum Terminū, qui ſibi trāſlapſus eſt in Termino &c. Et ad om
53. nes Actus Iudiciarios Nobilis olim A. patris prædicti B. & ad eū punctum in quo ceſſauit cauſa morte præfati Nobilis olim A. patris prædicti B. ad quā Actionē ipſe B. eſt propinquior, & eum cōcernit tanq; filium poſt patrē: prout Citatio & Proceſſus cauſę ipſius in Actis Terreſtribus C. latius diſponit, uidelicet occaſiōe D. E. Ideo te cōcitat alias przypozyua ad attentandū ipſum procedi ad ulteriores gradus, & Proceſſus Iudiciarios. Et ſi nondū erat Lis cōteſtata, cōcludatur: ad præmiſſa Iudicialiter reſponſurus. Sed ſi poſt cōdemnationē in Lucro, uel poſt latā ſentenciā, extūc ita cōcludať: in præmiſsis iudicialiť attētaturus ipſum cōtra te per ulteriores gradus ꝓceſſurū.

 Por-

Porro de Citatiõib. Comitialib. Libr. 1. Cap. 2. Artic. 8. fol. 47. de VERbalib. aũt & Curialibus Capituli eiuſdẽ Art. 9. fol. 53. & 55. Item de Citatiõibus Caſtreñ. Libr. 1. Cap. 12. Artic. 12. fol. 224 Item de Citatiõibus Succamerarialibus Libr. 1. Cap. 14 Artic. 1. & 2. fol. 254. 255. Poſtremo de Citatiõibus Facionatis Libr. 3. Capitu. 11. Articu. 5. de Abigeis animalium folio 551. vide, & alibi de aliis.

Sigiſm. Petrik. 1523.

Notarius a ſigillatis membranis recipiet per medium groſſum. 39

COMMENT.

Vniuscuiuſq; Citationis ſut quatuor cauſæ Materialis. Formalis. Efficiens. Finalis.

Ex iiſdem quatuor cauſis Reus munimẽta ſui petit.

Vſus Citationũ ſcriptarum quis. Primus. Secundus. Tercius.

Sine certa Actiõe nemo conueniri poteſt.

Si Actori duplex ius ad agendũ cõpetit.

Si dubitet Actor, quo Iure Citandus poßideat rem.

Libellus ineptus ab Iudice reiicitur, & propter quid cenſendus ſit ineptus.

Quouſq; Actori licet emendare Libellũ.

Actor tantum petat, quantum ſua intereſt.

Conſortis litis quæ poteſtas.

Qui ſuo etiam nomine non poſſunt uerſari in iudicio.

Qui non uidentur eſſe infamiæ notati.

Infames quibus patrocinari poſſunt.

Apparet itaq; ex præcedentibus, quia Libellus ſeu Citatio, vt in Præfatiõe huius Libri diximus, quatuor cauſas in ſe cõplectitur. Materialẽ .i. rem ſeu cauſam in Iudiciũ adductã, quæ ſemper ex aliqua Rei obligatiõe, vel quaſi: ex delicto, vel quaſi: eſt petenda. Atq; ita appellatiõe Materialis cauſæ duo cõtinentur, facti narratio, & Ius quod inde colligitur Actori cõpetere ad agendũ. Complectitur etiã Libellus cauſam Formalẽ .i. legitimã ſic vel aliter petendi formulã. Efficientem .i. nomẽ Actoris, Rei, & huius vel illius Iudicis. Finalem .i. intentionem ſeu cõcluſionem Actoris legitimã, vt ei ſcilicet Reus ea Lege, aut illa obligatus, hoc vel hoc det, aut faciat. E cõtrario vero Reus ex eiſdem cauſis quaſi ex communi armamẽtario munimenta ſui petit, & depromit, quibus ſe aduerſus Actorẽ tueatur, ac defendat. Si eius Citatio in aliqua cauſarũ, vel earundẽ legitima coherentia titubauerit. Offertur aũt Libellus Reo ab Actore, primo vt Actor Reo Ius ſuũ ac intentionẽ ſuã declaret. Secundo propter Reum, vt deliberare poſsit, an dare vel facere quod petitur ab eo, vel incertam Iudicii aleam experiri malit, Tercio propter Iudicem, vt ſciat qualiter debeat formare ſentenciã: quæ vtiq; ſecundũ petitiõis formã eſt ferenda. E cõtrario vero ſine certa Actiõe, & mandato Principis, nemo Iudicialiter aduerſariũ cõuenire poteſt. Certe ſi Actori duplex Actio cõpetit, qua agere malit, expeditiſsimã ſibi eligat. vt ſi Actionẽ furti intẽtaturus ſit, in manu habet, an criminaliter ad pœnã agat, vel Ciuiliter rem perſequatur. Quod ſi dubitemus quo Iure Citatus poſsideat rem, duæ Actiões ſimul proponãtur in vno & eodẽ Libello, cum hac proteſtatiõe, qđ altera harum proceſſuri ſimus ad cõſequendum id, quod nobis debetur, poſtq; ex cõgreſſu aduerſarii cõperierimus, qua potiſsimũ nobis ſit experiundũ. Alioquin ineptitudo Libelli, ſi ſcilicet in aliqua prędictarũ 4. cauſarum inſigniter claudicet: vel ſi inter ſe nõ cohęreant, ita vt certa ſentencia ex eo formari nequeat, ab Iudice reiicitur, & vt denuo legitime citet Reum, poteſtas ei relinquitur. Nihilominus ante litiscõteſtationẽ licet Actori emendare Libellum, hoc eſt, demere ei quantũ volet ex ipſo: item obſcura verba eius illuſtrare, ambigua proprie efferre, & intentionẽ ipſius cõfirmare: ſi modo emendatiõe, forma, & alię eſſentiales ipſius cauſæ nõ mutentur, & Reo nihil ea re pręiudicetur. Quibus quidẽ omnibus ita vt oportet cõfectis, Actor ex Libello tantum petere debet, quantũ ſua interſit: Poſt litem tamen inchoatã, cõmune negociũ etiã abſentibus quibuſdã litis cõſortibus inſolidũ ab aliis ſine mandato agi poteſt: ſi modo ii qui præſto ſunt, de ratihabitiõe illorũ caueant: vel ſi Rei ſint, Iudicatũ ſolui ſatisdatiõe firmauerint. Sed & illud feſtinãti pene exciderat memoria. Quia nõ omnes ſuo etiã nomine verſari in Iudiciis poſſunt: Nam furioſi, ac dementes: item ſurdi, muti, captiui, ſerui, impuberes, niſi per ſuum Curatorẽ, Dñm, aut Tutorẽ: præterea Lenocinii, vſurarũ, furti, ſpolii, alteriusve ſceleris damnati, infamiave ob grande aliquod aliud flagiciũ in Deum, Principẽ, Magiſtratũ, Ciuem, vel Rempu. de Iure notati: eoq; magis publica ſentencia Iudicis legitimi cõdemnati: aut ex cõſcientia delicti transactiõe rei facti, locum ſtandi in Iudicio nõ habent. Alioqui ab incõpetenti Iudice, cõpromiſſario arbitro, non publicove Iudicio, vel ob alienũ delictum, aut grauius quã Leges volunt infamiæ cõdemnati: vel qui prouocauerũt a ſentencia, reſtitutive in integrum infames eſſe de Iure nõ videntur. Ac niſi quis illorũ hoc modo nominis ac famę integritatẽ per legitimã Iudicis cõndemnationẽ amiſsã iuſta ratiõe recuperauerit, locum ſtandi in Iudicio nõ habet, multoq; minus Aduocatus aut Procurator cuiuſq; eſſe poteſt: niſi forte parẽtũ, patroni, liberorũ, vxoris, ſororũ, pupil-

lorum, furioſorū, & aliarū quarundā miſerabiliū perſonarū: quarum vt patrociniū ſuſcipiamus, pietatis Chriſtianæ ratio exigit a nobis. Porro ii qui infamia facti infames eſſe dicuntur, vt ſunt illi quorū exiſtimatio vel ab Iudice extra cauſam per increpationē oneratur, aut notatiōe per patrem in Teſtamento perſtringitur, aut ſi etiā pater a filio, vel patronus a cliente ſuo iniuriæ, aut etiā fraudis cōdemnantur: ab Iudicio nō excluduntur. Quāuis enī tales omnes opiniōe hominū non effugiunt infamiæ notā, honor tamē iis Perſonis (patris inquā & patroni) tantus tribuitur, vt ne ſint, & habeātur infames: preſertim quo ad ſtandū in Iudicio. niſi quod repelluntur a querela inofficioſi Teſtamēti, & Dignitatibus. quæ quod dignis tantū dandæ ſint, & qui nunq̄ alicuius delicti conuicti ſunt: inde nucupantur & habentur ſacroſanctæ. Porro de Citationū, ſeu Ceſsionū viciis in quæ Reus, vt coruus in cadauer, aut hoſtis in negligentiam Ducis intentos habent oculos infra Capitulo ſedecimo vide.

Qui ſunt Infames infamia facti.

De Citationū ſeu Ceſſionum uicijs infra cap. 16. uideatur.

CAPITVLVM XI.

De Miſterialiū inſtitutiōe, ac Officio.

ARTICVLVS I.

Miniſterialis a Pal. inſtitutꝰ adſit Iudicio, qui citet: nec uerberetur. Lex I.

Æquitas hoc dictat rationis, ut Iudices in exercendis ſuis Iudicijs ha-
13. beāt ſuos certos Miniſteriales ſeu Officiales. Quos quidē Officiales, uel
32. Miniſteriales, ſi defuerint, nullus niſi Palatini inſtituere, & eos iudicare, procq; afflictiōe, & uulneribus, uel pro capite eorundē pœnas exigere, uel leuare, omnimodam habeant poteſtatem.

Kazi. M. Viſl. 1368. Miniſterialē Palatinꝰ creabit.

Qui Miniſterial. percuſſerit tunc cū Officio ſuo legitime fungitur, uiolati Iudicij Reus ex cōſuetudine iudicatur, de quo ſupra cap. 9. de ſecuritate Iudicij.

Iuramētū Miniſterial. quādo inſtituūtur per Pal. Lex ij.

Ego B. Iuro, quia exnūc & in futurū fidelis ero Sereniſs. Dño meo Regi &c. negocia Iudiciorū mihi cōmiſſa, & credita,
163 & Citatiões fideliter faciā: ſuper quibuſcūq; negocijs, poſtq̄ in teſtimonio requiſitus fuero, fideliter recognoſcā, nō amore, odio, precio, uel fauore, ſed pro Deo & Iuſticia: nec ero cōſentiens cuiq̄ maliciæ, quę poſſet quoquo modo opprimere ueritatē, obediens etiā ero Iudicio Regali, omnia mihi cōmiſſa per Dños Palatinos, & alios Officiales Iudicij Terreſtris fideliter recognoſcā: nec promouebo falſam cauſam, & omnia mihi cōmiſſa fideliter, abſq; dolo, & fraude promouebo. Ita me Deus adiuuet, & Sancta Chriſti crxu.

Idem lib. 1. cap. 6. ar. 4. folio 189. de Pal.

Forma literarū Pal. Mlī dari ſolitarū.

PETRus KMita Comes in Viſznicze Palat. & Capit. Cracouieñ. generał. Reg. Pol. Mag. Marſch. necnō Pręmiſl. Scepuſs. Coleñq; Cap. VNiuerſis & ſingulis in Palatinatu noſtro Cracou. exiſtentibus, Iuris Terreſtris municipibus, Significamus tenore pręſentiū: quia cū atten-

diſſemus iuſticiã hominũ foreſem ob Miniſterialiũ paucitatẽ ſolere negligi, aut ſaltem difficile expediri: ne noſtro Officio, illorũ aũt utilitati hac parte deeſſe uideamur, prouidũ A. B. de cuius uirtute, induſtria, ac integritate, cõplurium bonorũ uirorũ accepimus teſtimonia, in Miniſterialem Terreſtrẽ Cracou. creandum atq; tondendũ duximus: prout creamus & tondimus in Dei nomine per pręſentes, ab eodẽq; Iuſiurãdum fidelitatis ſuſcepimus, ipſiq; eo nomine has præſentes Literas noſtras dedimus: ſimulq; cõceſsimus illi poteſtatẽ, omnia Miniſterialis Officia ubiq; in Palatinatu noſtro Cracoui. legitime exequẽdi. Quocirca uobis denunciamus, ut eo A. B. tanq; uero, creato, iurato, & fideli Miniſteriali in omnibus ueſtris Iudicijs, atteſtatiõibus, alijsq; omnib. Iuridicis actibus utamini, ſaluo ſemper ipſius ſalario debito, & cõpetenti: & ſi, quod abſit infideliter ſuũ fecerit Officiũ, pœna. In cuius rei teſti moniũ pręſentes Literas noſtras Sigillo noſtro cõmunitas eidẽ dedim9.

Kazi. M. Viſl. 1368. Idẽ li. 4. ca. 9. fo. 609

Per Miniſterialem ſemper ſit Citatio attamen in recenti exceſſu, ſit etiam per familiarem quẽcumq;.

Ergo p̃ Mlẽm Iudex citet, ni ſit crimẽ

Quapropter Statuimus, quod penitus nullus Iudex (cõmiſſum. Lex iij per aliquã aliam perſonã quã per certũ ſuum Officialẽ, ſeu Miniſterialem faciat & expediat ſuas Citatiões: Milites aũt ſuperiores per Literas. Excepto hoc, ſi aliquod crimen in Iudicio, uel in Curia Iudicij recenter & de nouo cõmittatur: tunc pro huiuſmodi crimine per quelibet familiarem contra tales liceat fieri Citationes. 32.

Kazi. M. Viſl. 1368. Miniſteriales ſub pœna priuatiõis Officij & bonorũ, non citẽt Iudice irrequiſito, alias cauteriſatiõis pœnam formident.

At ne citẽt Mlẽs Iudice irreqſito. L. 4.

Flebili querela ſæpius recepimus, quod Miniſteriales per Terrã girantes & curſitantes, pauperes Villanos, uel Religioſorũ Villas, aut pau- 12.
peres Milites, cęteroſq; ſubditos noſtros, fatigandi uel uexandi modos 13.
exquiſitos adinuenerũt: Ita quod ſi alicuius Villę pauperes Milites, aut Villani Religioſorũ, eos pro beneplacito ipſorũ Officialiũ quibuſlibet expenſis nõ pertractãt, nec procurãt: ijdem Miniſteriales ipſos pauperes Nobiles, aut Villanos, ſine culpa ſeu cauſa, & abſq; Iudicis pręcepto citant, ſola libidine uexandorũ illorũ, Terminoſq; eis pro libito ſuæ uoluntatis aſsignãt. Sicq; ijdem pauperes Milites ſeu Villani uolentes redimere huiuſmõi uexatiões & moleſtatiões ſępiſsime de certa pecunię ſumma cum eiſdẽ cõponunt: unde nos huiuſmõi malicię & machinationi obuiã ire uolentes, Statuimus, Quod deinceps Miniſteriales ſub pœna priuatiõis ſui Miniſterij, & priuatiõe omniũ ſuorum bonorũ, abſq; ſpeciali Iudicis mandato aliquẽ citare non præſumãt: alias præmiſſam pœnã, & in facie aduſtionẽ, & notationẽ nõ immerito debẽt formidare.

Kazi. M. Viſl. 1368. Rex, Capit. Pal. Caſtell. iudex, ſubiudex & Notar. & quilibet Officialis Miniſterialẽ ad citandũ dans

Alij quoq; Mlẽm addũt, & q̃ mos citã-

Decernimus etiã declarando, Quod nos, uel Pala- (di olĩ fuit. Lex v. 37.
tinus, Caſtellanus, Capitaneus noſter, uel Iudex, Subiudex, Notarius, uel quilibet

uel quilibet Officialis habeant facultatē dandi Miniſterialē, qui dicitur Vozny, ad citandū. Prohibentes nihilominus horum quibuslibet Iudicibus, & eorū Subiudicibus: Quod deinceps ſine certo Actore, & cauſa
14 expreſſa nō debent decernere nec dare aliquas Citatiōes. Sed & ij qui habeant Ius aliquod in his uel illis bonis, libertateq; cōmuni gaudent, nō citentur niſi per Literas noſtras, uel noſtri cuiuſcūq; legitimi Iudicis, illiq; per Literas duntaxat citentur. Sed Curia noſtra præſente, uel Iudi-
87 cio noſtro generali exiſtente, poterit Officialis ad mandatū noſtrū, uel noſtri Capitanei ſeu Iudicis, ſine Litera citare in hoſpicio, aut in foro. ¶ Extra Curiam noſtrā, uel Iudiciū noſtrū, ſi quis citari debuerit, non in domo Militis, ſed apud Vuladariū ſiue Scultetū edictum citatoriū proponatur, Actore præſente, uel eius nuncio, ei cōtra quē Actio fuerit dirigenda, cauſa Citationis per quem citatur expoſita, & aſsignato ſibi certo Termino comparendi.

di facultatē habent.

Qui Ius habent, & abſunt, nō niſi per Literas citentur. At Curia præſente, uel Iudicio Regali præſidēte, olim ſine Litera Rei citabantur. ſed iam in locū huiuſmodi citationū ſucceſſerūt citatiōes Curiales ſeu Verbales Literales tamen de quibus lib. 1. ca. 2. ar. 10. folio 52. 53.

SIMILIS.

Quoniā ex modo Citatiōis nō nulla grauamina & oppreſsiōes per no
12 ſtros Iudices ſeu Officiales noſtris ſubditis euenire cōſueuerūt. Et ideo eiſdem grauaminibus & oppreſsiōibus obuiam ire uolentes, Statuimus quod Miniſteriales ſiue Officiales per nos, ſeu quoſlibet Iudices deputandos fore & eſſe in hunc modū formandā uel faciendā Citationē, qđ ipſe Miniſterialis cum ſuo ſolito baculo accedere debet ad Dn̄m Villæ, pro quocūq; etiā exceſſu fuerit citandus, & omiſsis eiuſdē Villæ Villanis in pace, & in tranquilitate illis relictis, ad domum ſeu ad portā eiuſdem Dn̄i ſuo baculo tangendo, & clamādo, eundē citet, Literaſq; Citatiōis porrigat, exponendo nihilominus in dicta Citatiōe cōtenta: de cuius uidelicet Iudicis mandato, & ad cuius inſtantiā, & propter quā cauſam fecit eandē Citationē. ¶ Si aūt eiuſdē Villæ Villani, & ipſe Dominus Villæ fuerint ſimul culpabiles, uolumus, quod eodē modo tangēdo portā cuiuſlibet Villani ſeu Kmetonis et clamādo faciat ſimili modo, ut præmiſsū eſt, Citationē. Qui Villani ſi nō fuerint culpabiles in delicto ſui Dn̄i, uolumus & prohibemus omnino, quod per eandē Citationē quomodolibet nō grauentur, nec fatigētur. ¶ Tamē plerūq; in cōtemptum & odium Dn̄i Villæ, & ex rancore, cōſueuerunt aliqui Villanos indebite fatigare & moleſtare: Quare huic morbo mederi uolentes, Statuimus, Quod quādocumq; ipſos Villanos abſq; iuſta & legitima ratiōe citatos & uocatos eſſe cōſtat, quod ille extrahens Citationem, & qui hoc malicioſe procurat, puniatur pœna quæ dicitur L. Et eodem modo uolumus fieri Citationē prædictam, ubi ſine delicto Dn̄i Villæ ipſius fuerint Villani cōmuniter uel diuiſim culpabiles, uel delicto obnoxij, ita quod ad portā tangendo quēlibet ipſorū citare teneatur mō et ordīe ſuperius expreſſo, ceſſante qualibet oppreſsiōe ſupraſcripta.

Kazi. M. Viſl. 1368. Miniſteriales cū baculo Citationes ad domos citatorū deferāt clament citando, & citationem porrigant

Quod ad Citationes Kmet attinet, eſt abolitū: Domini enim citati, de illis Ius dicunt & iuſticiam faciunt, fit mentio huius Statuti lib. 3. ca. 17. ar. 3. de Kmeton. libertatibus & ſeruitutib.

Cum Villani citabantur, in cuiuſlibet domo portam tangebāt Miniſteriales.

Cum Villani malicioſe citabantur, pœna decernebatur L.

Citati cohæredes ter per Miniſterialē in Parochia citātur ad proſequendā cōmunē cauſam, uide infra ca. xvi.

ii iij Deinceps

Deinceps Mlis cũ Nobili vno citet. L.6.

Conſue. Ter. Crac.

ſi moreretur Miniſterialis, iniurato Nobili de poſitione Citationis creditur.

Quando Miniſterialis cũ Citatiõe equitat, tunc ſufficit eũ Nobilẽ habere unum. Qui quidẽ Miniſterialis propter mortẽ ſuam cum uno Nobili in perſona Actoris miſſo debet ponere Citationẽ indifferenter, uel apud Nobilẽ citandũ in Curia eiuſdẽ, uel apud Aduocatũ, aut Kmetonem, ſiue apud Hortulanũ. publicando nihilominus Citatiõis poſitionem in Curia Nobilis citati, quæ ſi defuerit in eadẽ Villa, extũc Villanis idipſum idẽ Miniſterialis notificabit, ut ad noticiã citati deueniret.

Mos citandi ex deſertis bonis.

Citationis importatio præcedat Terminum una ſeptimana.

¶ In Villis uero deſertis, poſſeſſionatis deficientib. Citatio in lignũ reciſum poſita, terræq; infixa publicet, uel in Villa uiciniori, uel in Parochia eiuſdẽ Villæ deſertæ. Ita tamẽ ut poſitio Citationis præcedat Terminum una integra ſeptimana.

Sed impoſſeſsionatus in Parochia vel

in bonis hoſpicij ſui citetur. Lex vij. Quam folio 231. uide.

Reus ne reſpõdeat, niſi Mlẽm videat.

Conſ. Ter. Cr. 1505.

Citat9 cõparẽs in Iudicio, ſi cupiat uidere Miniſt. qui citauit eũ non cogitur reſpondere niſi uiſo Miniſteriali. Quo ſi Actor protunc careret ad ſtatuendũ Miniſt. ei datur dilatio.

Item cum aliquis aliquẽ citauerit pro aliqua re: Pars citata (Lex viij. dicet, Domine Iudex, uolo uidere Miniſterialẽ qui Citatiões portauit, & cũ Miniſterialẽ uidebo, uolo reſpõdere id quod Iuris erit. Extũc non tenebitur reſpõdere donec uidebit Miniſterialẽ, qui Citatiões portauit. Et ſi Actor protunc nõ habebit Miniſterialẽ, poteſt ſibi diferre, alias accipere ad proximos Terminos pro Miniſteriali ſtatuendo.

Relatio Miniſterialis ex alio Diſtrictu

pro perſonali recognitione ualet. Lex ix.

Cõſu. Ter. Cr, 1505

Qui eget teſtimonio Miniſterialis alteri9 Diſtrictus, ducat Miniſter. ad Iudiciũ Caſtren. cuius eſt Miniſt. & quitqd recognouerit, remittatur ſub Sigillo ad alium Diſtrictum, & adhibebitur ei fides.

Sigiſm. Crac. 1543

At ſi alicui neceſſe fuerit Miniſterialẽ producere ex alia Terra in aliam Terram, & nõ poterit educere ipſum Miniſterialẽ: tũc illũ debet ducere ad Iudiciũ Caſtreñ illius Diſtrictus, ubi eſt Miniſterialis, ibiq; idẽ Miniſterialis debet facere Recognitionẽ, et ille cui debet Recognitio eſſe, Literas accipiat ab Iudicio illo, ubi ſit Recognitio ad aliud Iudiciũ, ad qđ ducendus erat Miniſterialis. quæ Literæ ſint ſub Sigillo Iudicij illius, uel Capitanei ubi recognouit. & tandẽ talib. Literis credendũ erit, perĩde ac ſi ipſemet Miniſter. ꝑſonalit́ ſtetiſſet, et recognouiſſet. SIMILIS. Relatio Miniſterialis corã quibuſcũq; Actorũ Libris de poſitiõe Citationis facta, uolumus, ut tantũ ualeat, quantũ perſonalis Recognitio eiuſdem Miniſterialis ualere debet. niſi quod recognoſcat in eiſdẽ Actis tempus & locũ poſitę Citatiõis, et cui eandẽ Citationẽ publicauit in bonis, & cũ quibus Nobilib. aut Nobili hoc fecerit, iuxta Statutum.

ARTICVLVS II.

Vẽditor vel obligator bonorum det p

Mlẽm Intromiſs. in bona alienata. Lex I. Quã vide li. 3. ca. 7. ar. 2. lege 36. fo. 524.

Quandocũq; enim aliquis acquirit bona aliqua hereditaria ſiue Titulo perpetuo, ſiue obligatorio, aut ex re Iudicata, ſiue quocũq; alio modo, de neceſsitate Iuris per Terreſtrẽ Miniſterialẽ propriũ ab Officio Terreſtri receptum debet induci, & intromitti in talia bona manifeſte, ut nullum lateat noui Dñi in illis bonis poſſeſsio, qui aliquod Ius, aut intereſſe habere ſe prętendat ad eadẽ. Et hæc Intromiſsio ex Recognitione Miniſterialis debet inſcribi & induci in Librũ Terreſtrẽ ſeu Caſtreñ. in Diſtrictu proprio, ubi prædicta bona cõſiſtunt. A qua Intromiſsiõis inſcriptiõe omnis Præſcriptio, & diuturnitas Terreſtris in omnibus bonis perpetuo Titulo acquiſitis accipit initiũ, & firmitatẽ. Quæ quidẽ Intromiſsio licet ab antiquo nõ obſeruabatur cõmuniter, de cõſenſu tamen cõmuni omniũ approbata eſt, & inſtituta, initiumq;, uigorẽ, et neceſsitatẽ præſertim in omnibus perpetuitatib. iam ab Anno 1543. accepit, & habebit in perpetuũ. Vt ſupra Lib. iij. Cap. vij. Artic. ij. Lege xxxvj. folio Dxxiiij. conſtitutum habetur.

Conſuetudo.

Alia teſtimonia p Mlẽm cũ duob. Nobilib. ſint. L. ij.

123 Sed cum Actor aliquis teſtificatur aliquid corã Miniſteriali, ſeu per eum: tunc Actor ipſe Nobiles duos habiturus eſt cum Miniſteriali, & pro pœna falſi. Lex iij.

Conſu. Terr. Crac.

Salaria Miniſterialis a Teſtib. & furib.

87. Item uolumus, quod Officiales ab uno producente Teſtes habeãt quatuor ſcotos: a pœna uero quæ dicitur L. bouem: Et quando pro furto pignorant, bouem mediocrem.

Kazi. M. Viſl. 1368. officiales a producẽte Teſtes 4. ſcotos: pro pœna quæ dicitur L. bouem: pro furto pignorato etiam bouẽ mediocrem tollant.

87. AT ſi Officialis aliter formã Iuramenti Teſtibus dixerit, quã eſt mãdatũ: & de hoc cõuictus Iudicio fuerit, perpetuo de Officio deponatᷣ.

Idem Rex. Officialis formam Iuramenti Teſtibus mutans, & cõuictus, perpetuo ab Officio deponitur.

COMMENT.

Quod vero fuit, vel etiãnum ſit Miniſterialiũ Officium in cõſpicien dis occiſis, vel vulneratis. Lib. 1. Cap. 15. Artic 5. & 6 vide. Porro quod circa teſtificationem iniuriarum, vel violentiarũ, in omnibusq; Citatiõibus, Motiõibusq; exequẽdis, ac Viſionibus ſeu pignoratiõibus Iudicialiter decretis aliisq; Officiis Miniſterialis peragendis, partim ſuis locis deſcriptum habetur, partĩ moribus Iudiciorũ, ac Regni Ciuium obſeruatur. Atqui Miniſterialis Recognitiões, & Atteſtatiões, tantum in omnibus ſui Palatini Iudiciis habent locũ, in Cauſis videlicet Iuris, vt dicitur, Terreſtris. At ſi quid vel inter ſolos Spirituales, vel Oppidanos, aut Kmetones negocii intercedat, proteſtandũq; veniat: non Miniſterialis, verum proprii illorũ Tabelliones. & Teſtes Iurati Miniſterialis Officia ſeu vices obire atque implere debent.

CAPITVLVM XII.

Quãdo, & quõ ſit iudicãd. & cõdẽnãdũ.

ARTICVLVS I.

Mane &

Mane & ſobrie, prudẽter ac reuerẽter, ſi ne acceptione Perſonarũ & iuſte, ordineque ex Regeſtro ad finem iudicetur, atque condemnetur. Lex I.

Rex M. Viſl. 1368

Iudicia duntaxat mane, & ante prandia celibrentur.

Reuerẽter qu ſq; uerſari debet in iudicio.

Praua cõſuetudine noſcitur eſſe obſeruatũ, Quod ſine temporũ & horarum differentia & diſtinctiõe per Iudices Iudicia celebrabãtur, & ita plærięꝫ nõ aliter ad cauſas ueniebãt pertractãdas, quã poſt prandiũ repleti & inebriati: propter quod Iudiciũ parui pendebatur, & debilitabatur, reuerentiaꝗ; Iudicis minime obſeruabatur, nec ad ueritatẽ aliqs habebatur reſpectus. Itaꝗ; decernimus & uolumus, ut certis tẽporibus ſiue horis, & cum debita animi diſcretiõe Iudicia pertractẽtur, & obſeruentur. & quod deinceps Iudices diebus Terminorũ, & ad iudicandũ cõſuetis, a mane usꝗ; ad horã nonã ſiue ad meridiẽ in quibuſlibet Cauſis præſideant, & Cauſas pertractẽt. Et ſi primo die Terminorũ ad horam meridiei omnes Litigantes in Cauſis & Litibus ipſorũ nõ poterĩt expediri, uolumus, quod absꝗ; alicuius Cauſæ læſione, aut adetrimento, diebus proxime ſequentibus præſidendo duntaxat ad horam prædictam omnes & ſinguli Litigantes debito modo ſecundũ ordinem infraſcriptum expediantur. S I M I L I S.

Idem Rex.

In Iudicijs non cateruatim audiendi ſunt Citati: ſed per Notarium uocati ad audientiam admittantur.

Et ut facilius & ſine clamore, uel ſtrepitu, Cauſarũ expeditio habeatur Statuimus, quod ad locũ audientię, in quo Iudices præſident, non ſecũdum merita perſonarũ, nec ſecundũ maioritatẽ uel minoritatẽ Cauſarum, ſed ſecundũ ordinẽ Litigantiũ tantũ modo Actor uel Reus uocati accedentes per Iudices audiãtur & expediãtur. Ordinem aũt in uocãdo ipſos Litigãtes ad pręſentiã ipſorũ Iudicum taliter duximus deſcribendum. Quod Notarius Cauſarũ ſub pœna priuatiõis ſui Officij, nõ aliter quã ſecundũ ordinem Citationũ Litigantes per Miniſterialẽ uocandos pronũciabit ſeu nominabit. Ita quod qui prius ad Cauſam prouocauerit, prius nominetur, & expediatur. Et ſic deinceps, uidelicet, qui ſecundo loco, ſimiliter loco ſequenti, & taliter, donec ad extremos procedatur. Quod ſi altera Partiũ uocata ſe pręſidentib. non exhibuerit, ſiue quouis caſu fuerit impedita, & tribus uicibus euocata: Tunc mox Pars aduerſa, quę fuerat præſens, de audientia remoueatur: Et alij Litigantes ſecundo loco inſcripti nominẽtur, & ad audientiã euocentur. ¶ Et nihilominus Pars quæ fuerat præſens, & tribus uicibus euocata: Si circa extremã horam meridiei, Iudice quaſi ſurgere uolente, primo, ſecundo, & tercio, hoc eſt tribus uicibus euocata nõ curauerit parere, extunc uel in Lucro, ſi Reus: uel in euaſiõe, ſi Actor fuerit, cõdemnetur.

Condemnatio niſi in extrema diei hora fiat, proclamatione ter ante meridiem, & ter poſt meridiem præmiſſa.

Si Procurator litem ꝓtrahat, aut Principalem ſuum condemnari permittat. Lex ij.

Quæ ſupra Cap. de Procuratoribus folio 698. videatur.

COMMENT.

Vt omnia alia, ita quoq; Iudicia ordine ſunt peragenda.

Si omnia diuina & humana negocia ordine cõſtant & gerũtur: e cõtrario uero ordine ſublato res omnes turbantur, atꝗ; etiã pereunt: Iudicia ipſo ordine geri,

& a primo

& a primo vſq; ad poſtremū cōtinuari oportet. quemadmodū ſingulas fere circū-ſtantias eius ſacroſanctæ functiōis Legiſlatores noſtri attigerunt. Sed & ad ordinem Iudiciorū pertinet, vt ſi alicui Actori hereditatē, aliquidue aliud petenti ſtatus, generis, aliaue huiuſmodi quæſtio obiiciatur: ea ipſa quęſtio prius quā hæreditatis, rei, vel facti in controuerſiā poſiti, ab eodem, vel alioqui ab alio Iudice cōpetenti definiatur. Similiterq; prius de Criminali quā de Ciuili Cauſa eſt pronūciandum: ita vt finis Criminalis negocii initium Ciuili quęſtiōi tribuat. Quocirca interea dum huiuſmōi quæſtiōes pendent, Rei nō poſſunt de crimine ſuos recōuenire Aduerſarios. Certe ne poſt lapſum quinquenniū de ſtatu vita functorum dubitetur, & tam a Fiſco, quā ab alio quoq; inquiratur: perindeq; ne vxoris, aut liberorum ipſius ſtatus in quęſtionē vocetur, ſanctioribus Legibus eſt prohibitū. Quęſtio vero ſtatus, vel in vita, vel poſt mortē alicui moueri ſolet: vt ſciat̄ quē habeat ſucceſſorē. In dubiis autē ſtatus conditiōibus, tempus mortis, & cōmunis opinio ſunt inſpicienda. ita vti etiam Conteſtatio Litis apud Iudicem incōpetentem hanc ipſam Præſcriptionem nō interrumpat.

Qui ſit ordo in cognoſcendis Actionib. Ciuilibus & Criminalibus.

Rei criminum recōueniri non poſſunt.

Poſt quinquenniū de ſtatu mortui quæſtio moueri prohibetur, & cur illa moueri ſolet?

In dubijs ſtatus conditionibus quid ſpectandum?

CAPITVLVM XIII.

De Proceſſu Iudiciario antiquo.

In confeſſo eſt apud Sapientes, Leges ex moribus populi originē cœpiſſe: nec; enim ſeruarent̄, niſi prius cōſuetudine Ciuitatis fuiſſent approbatæ. Ne igitur & ego nouas Leges condere, non antiquas recolligere viderer: Proceſſus Terminorum antiquitus receptos, hoc loci incōuulſos præmittere volui: ne fortaſsis in noſtri operis œconomia, vel fidem, quæ ſyncera eſt: vel diligentiā, quā tanto ſudore etiā inimicis probare videor, aliquis deſyderet. vt ita ſcilicet ſuum cuiq; per me ſit pulchrum. futurū tamē cōfido, vt ſi quæ prouinciæ ea Terminorū obſeruatiōe vtantur, dimiſsis tot Labyrintis illorū, ad vnā, eandemq; cōpendioſiorē formulā Terminorum cōſentiant. ne in Repub. tot formæ Iudiciorū ſint, quot ſunt fere prouincię: & vt dicitur, quot homines tot ſententiæ. Si qua enī alia res ſeditiōi, iniuriis, violentiis, immo etiā Tyrannidi aliquo honeſti tituli cōueſtiendæ occaſionē ſuppeditat: certe Iuris ac Iudiciorū diuerſitas atq; pugnantia id fere ſola efficit. Cum enī neminē tam audacem, tam etiā effrontem inuenias, vt ſeſe omnino male & iniuſte quitq; facere agnoſcat, quin ipſe aliqua ſpecie honeſti ſeſe ad facinus duci prætendat, ac tandem Iudici adductum probet: id vero magis atq; alacrius faciet, ſi alicubi gentiū hoc vel illud per ſuæ alicuiuſue Ciuitatis Iura atq; Leges licuiſſe, vel etiānum licere cōfirmare queat. vt cauſa nō ſit, quin ii quibus hoc ipſum inutile eſt, ad vnum, eundemq; ſimpliciorē ipſius Iuris ac Iudiciorū proceſsū publica cū auctoritate accedāt: vt videlicet vna & eadem voce omnes omniū Regni prouinciarū Iudices cum Ciuibus loquerent̄, & paribus temporū interuallis diſceptantibus Iura dicerent. Quod ſi fortaſsis hæc nō ſatis magna cauſa eſſe videatur, quæ diſsidia tollat, & ad vnionem cohertetur: at illa ſufficiat, quod Princeps, qui Appellationū eſt Iudex, tot differentias Iuris & Terminorū vnus memoria complecti, tantoq; minus iudicando obſeruare queat. quin cōmuni, & vſitata magis ratione, ac præiudicatis, de Litibus in quocūq; Actionum cardine ad ſe deuolutis, ſtatuat: & id quod eſt in cōtrouerſo definiat. quippe quod generalē ſentenciam de ſimilibus rebus tenere, & vniuerſalē Iuſticiā tueri in Repub. vehementer expediat: Particulares vero, vt ſunt infinitæ: ita cognitioni humanæ nō ſunt ſubiectæ. quas qui etiā anxie cōſectari cupiat, is nihil aliud quam arenam numerare, vel hydræ capita reſecare velle videretur.

PRAEFATIO.

Ex moribus Ciuitatis Leges originem acceperunt.

Quare antiquus Iudicij proceſſus hic præponitur.

Quæ incommoda in Remp. ueniunt ex Iuriumdiuerſitate?

ARTICVLVS I.

Proceſſus Iudiciarius antiquus.

Quamuis fere in uniuerſis Terris Regni Poloniæ diuerſa obſeruentur tempora celebrandorũ Terminorũ ſeu Iudiciorũ Terreſtriũ, prout in quibuſdam, quater in anno uidelicet, ſuper quælibet quatuor tempora, in aliquibus uero crebrius Iudicia fiunt: Tamẽ qualitercũq; obſeruetur differenter cõſuetudo ipſa temporũ, Nihilominus Sereniſs. Dñs noſter ALExander Rex decreuit ſcribendã cõſeruandorũ Terminorũ. & totius Proceſſus Iudiciarij inſtructionẽ: per quã inſtructi eſſent Iudices ad ſeruandũ rectum & cõformem ordinẽ in Terminis cõſeruandis, & Proceſſu Iudiciario, ſic ut infra ſequitur. 1.

I. TERMINVS.

Differtur ſimplici infirmitate per Citatũ. Et ſi in eodem primo Termino Citatus non compareret, extunc in primo Termino condemnatur in pœna Contumaciæ, alias in pœna nõ paritiõis.

II.

Differtur per Citatum uera infirmitate, & in tercio Termino cũ duobus Teſtibus uera infirmitas Iuramento probatur: ſic ut nec Iudex neque Actor dubitaret Reum tũc infirmum fuiſſe. fit etiã iſtud, quia ſi ſecundo ſecunda Citatiõe citatur Citatus: tũc eandem Dilationẽ uerę infirmitatis habet Terminus ipſe ſecundus.

III.

Sæpius aũt cõtingit terciũ Terminũ alia uera infirmitate differri, ſic, quia diceretur in Termino ſic iacet, ita iacet: & adhuc non cõualuit. Nihilominus tamẽ in quarto Termino cum duobus teſtibus Iuramentũ facere debet. ſic quia tũc erat infirmus, & ex ipſa infirmitate nõ cõualeſcens, in ipſa infirmitate tunc infirmus iacuit.

AD IDEM.

Non cõſtat uero in Iudicijs Terreſtribus & Regijs Regni Polonię plures unquam fieri Terminorũ Dilationes, itaque de Terminorum obſeruatione hactenus ſit dictum.

Idẽ Iudiciari9 Proceſſus fit alibi alius.

In Terris nõnullis Regni Poloniæ, in quibus Termini Iudiciorũ Terreſtrium fiunt ſingulis quatuor ſeptimanis, plures Dilatiões fiunt, Proceſſusq; longior fit Iuris. Sic, quia duo Termini ſimplici infirmitate per Dilationẽ concedũtur. Sed expletis eiſdem duobus Terminis ſimplici Infirmitate prorogatis, alij Termini, prout de uera Infirmitate, & Maiori: cęterisq;, ut ſupra ſcriptũ eſt de Terminorũ cõſeruatione, usq; ad ſentenciæ diffinitiuę prolationẽ, & primę Pignoratiõis decretũ, obſeruantur. Attamẽ in eo fit iterũ differens Proceſſus, quod in illis Terris in quibus ſingulis quatuor ſeptimanis Termini iudicãtur, ter datur de Iudicio ad Pignorationẽ ſucceſsiue. Similiter ter ad Intromiſsionẽ datur, & poſtea remittitur ad loci Capitaneũ, de quo ſupra Lib. j. Cap. xij. Articulo xxviij. folio 243. & 244. & cętc. 2.

In aliqb. Terris ſic ex vſu obſeruatur.

Primus

Primus Terminus differtur ſimplici Infirmitate, Secundus uera Infirmitate, & tercius etiã Infirmitate: in hæc uerba, iacet, ſicut iacet. Et dum
5. comparet ad reſpondendũ in Termino peremptorio, tunc Citatus debet iurare, quod uere fuit infirmus.

AD IDEM.

Et ſi Citato nõ differtur Terminus Infirmitate, & neq; per ſe neq; per Procuratorẽ cõparet in Iudicio, tunc cõdemnatur in pœna Contumaciæ. & datur Miniſterialis in Iure Actori ad auiſandũ Reum, ut ueniret ad alios Terminos immediate celebrãdos, & diceret, quare ſup ſe Termino aſtare permiſit: q ſi cãm nõ dixerit, iterũ tunc cõdemnat̃ per Actorẽ in toto ſecundũ Citationem. Et Iudiciũ decernit ſolutionem Parti ſub pœnis Iudicialibus, uidelicet ſub tribus Marcis pecuñ. Actori in quatuor ſeptimanis.

AD IDEM.

Item ſi nõ fecerit ſolutionẽ in quatuor ſeptimanis, tunc ſcribitur cõtra Citatum pœna ſex Marcar. ut ſupra dictum eſt in communi Terminorum conſeruatione.

AD IDEM.

Porro reliqua exequendę taliter rei Iudicatæ formula ſupra poſita eſt Libr. j. Cap. xij. Artic. xxix. folio 247.

In alijs qbuſdã Terris fit ſic etiã ex cõſuetudĩe.

Per Infirmitatẽ recipiũtur Termini, & Citatus iurat ſolus ſine Teſtib. quod fuit uere infirmus: & ſi Terminus nõ differt̃ ſibi In-
6. firmitate, tũc Actor cõdemnat eum in Cõtumacia pro primo Termino, & adcitatur Literali Adcitatiõe ad Citationẽ originalẽ in Adcitatione inſertã: & in ſecundo Termino ex Adcitatiõe ſimiliter cõdemnatur Reus in pœna Cõtumaciæ: & adcitatur ſecundo ad Citationẽ originalẽ, & ad Adcitationẽ: & ſi non cõparet, tunc cõdemnatur per Actorẽ in toto, ſecundũ Citationẽ. Et decernitur ſatisfactio pro rebus citatis. Et ſcribuntur pœnæ, & proceditur ad finem, ſicut in iſta immediate ſeu proxima cõſuetudine eſt deſcriptum.

Quæ lib. 1, ca. 12. ar. 29. de executione antiqua & fortaſſis iã exoleta uideatur.

AD IDEM.

Fit etiã Terminus pro Maiori, qui nulli denegari debet, & pro primo, pro ſecundo, & tercio recipi poteſt: ſed recipiens huiuſmodi Terminũ ad alia Iudicia, Iudicis, & Subiudicis illius Iudicij, ubi dixit ſe pro Maiori habere Actionẽ, Literã ad Iudiciũ portare debet, cum deſcriptione ſufficientis teſtimonij, de Iudicio altero, in quo pro Maiori habuit: prout de hoc in cõmuni infra ſcripta Terminorũ cõſeruatione eſt informatio abundius exarata. Si enim in Litera teſtimoniali nõ ſufficienter deſcriptũ eſſet id, pro quo in alio egit Iudicio, tũc cauſam iſtam perdet, prout infra ſcribetur Capitulo ſequenti.

AD LECTOREM

Porro de Dilatiõibus, Exceptionibus, & modo cõtrouertendi, uſq; ad diffinitiuam ſentenciã: infra Cap. 15. 16. 17. 18. 19. &c. de Concitatiõe vero ad ſatisfaciendum Cap. 24. Preterea Formula Executiõis rei Iudicatæ Libro 1. Capit. 12. de Capitaneo triplex habetur, Articulis 28. 29. & 30.

ARTICVLVS II.

Mos antiqu⁹ pignorãdi ꝑ pœnis Iudicialibus.

Kazi. M. Viſl. 1368.

Iudices aliquẽ pignorantes, ſeruabunt integrum pignus in æſtate per duas ſeptimanas: in hyeme per 8 dies. Alioquin ſi diſtraxerint interim, preciũ dabunt cum pœna L. pignorato, qui animalis ualorẽ probare debet Iuramento.

Vt in rapinis aut pignorib. noſtrorũ ſubditorũ aliquis modus habeat, & obſeruetur, Cõſueuerũt enĩ hactenus auari Iudices & eorum Officiales, ut poſtq; pro pœnis, aut mulctis in Iudicio cõdemnatis, aliquos pauperes, aut Nobiles cuiuſuis ſtatus impignorent, ſtatim pignora & ſpolia diuidant, nullã gratiã & beneuolentiã pignorato faciẽtes. 9. Ad ſuccidendã itaq; & amputandã hãc cõſuetudinẽ pernicioſam, eamq; obſeruari amplius nolentes ac prohibentes, Statuimus, ut ſi quis Iudex, Palatinus, Caſtellanus, aut ipſorũ Officiales, uel maleficiorũ Iudex qui Opraucza dicitur, aut alius quicũq; pro pœnis Iudicialib. per eos latis, aut aliĳs exceſsibus, aliquẽ noſtrũ Terrigenã diuitẽ uel pauperem Nobilem uel ſimplicẽ impignorauerint, uel pignorare iuſſerit: pignora in equis, pecudibus, aut in aliĳs ſubſtãtĳs quibuſcũq; ſic recepta nõ diſtrahendo, uel minuendo, Si fuerit in æſtiuo tempore, duabus ſeptimanis integris: Si aũt hyemali tempore, octo diebus illibata per recipientẽ debeãt obſeruari: ſiue iuſte pignorati fuerint, uel indebite rapina in eos cõmiſſa. Et ſi extũc per illũ, uel illos, quorũ, uel cuius ſunt pignora: pro cõmiſsis pœnis nõ fuerit illis qui pignorauerĩt ſatisfactum, uel ſuã innocentiã nõ oſtenderĩt: Tandẽ licitũ ſit illis qui pignora detinent illa diſtrahere, diuidere, & pro libera ipſorũ uoluntate cõuertere. Quod ſi tales Iudices, aut aliĳ ſuperius nominati ſuę auariciȩ nõ parcẽtes infra prædicta debita tempora inter ſe diuiſerĩt, aut diſsipauerint, uel etiã alienauerĩt unum animal de prȩdictis, damna paſſo iuxta ualorem animalis deperditi, quod ſuo cõprobabit iuramẽto, cũ pœna L. tenebuntur reſtituere. Hoc itaq; Statutũ ſalubre, propter noſtrorũ Iudicum & Procuratorũ rapinã enormẽ, quã ſæpius cõmittũt, ad ipſos, & ad Iudices eorum extendimus, & promulgamus.

PIGNORA PRO CONTVMACIA AC POENIS

Kazi. M. Viſl. 1368

In pignoratione pro Contumacia a Dominis duo boues: a Villanis per unum recipiantur.

Iſtæ pignoratiões ſeu aliæ pœnæ pro Contumacia abrogatæ ſũt per ſigiſm. R. capi. ſequenti ponen.

Experientia nos edocuit, quod quãdoq; nõ Cõtumaces pro Contumacibus, uel ipſi Cõtumaces etiã, modum, & illud quod iuſtũ & æquũ eſt, 14. excedendo, pro Cõtumacia puniũtur, & grauãtur: In eo uidelicet, quod cum in aliqua Villa pignora recipiũtur, ubi ſex boues fuerint recipiẽdi triginta, uel quadragĩta recipiebãtur: Et anteq; ad locum debitũ depellebantur, per modum rapinȩ in nõ modicã pauperũ deſtructionẽ, diuidebantur, & cõſumebãtur: Ideoq; ad ſubueniendũ huic morbo peſtifero, Statuimus, & ordinamus, certã quandã menſurã & obſeruantiã, uidelicet quod pro prima Cõtumacia punienda, Miniſterialis cũ duobus famulis Iudicis ad Villã accedens, ſicut alias prȩmiſſum eſt, Si Dñs Villæ tantũmodo fuerit culpabilis, in duobus bobus duntaxat impignoretur: Si aũt Kmetones aut Villani extiterĩt culpabiles, & citati Cõtumaces, quilibet eorũ tantũmodo in uno boue pignoretur.

Pro ſecunda Contumacia eadem fit quæ ſupra pignoratio.

¶ Et idem decernimus pro ſecunda Cõtumacia eſſe faciendũ, & obſeruandum.

¶ Si aũt tercio Dñs cum Villanis fuerint Cõtumaces, decreuimus qđ Cõtumax cauſam pro qua dinoſcitur eſſe citatus perdat, & cedat ab ea per ſentenciã Iudicãtis. ¶ Declarãtes nihilominus; quod dicti boues pignoraticij per ipſos Iudices in ęſtate duabus ſeptimanis, in hyeme uero diebus octo, abſq; aliqua diſtractiõe obſeruẽtur. Volentes deniq; & decernentes quod dicti boues pignorati ſine pœna cuiuſlibet Cõtumaciæ tantũmodo nobis & Iudici noſtro applicẽtur. ¶ Decernimus etiã & Statuimus, quod ſi prędicto Miniſteriali deputato ad eandẽ pignorationẽ cũ familia ipſius Iudicis Villa pignoranda per Dñm Villæ, & Villanos nõ permittatur pignorari, iuxta prędictã ſeu pręmiſsã imitationẽ, uel ſi ipſa pignora habita per eoſdẽ Dñm, aut Villanos, in Villa, uel ante Villã, ſeu in uia recipiãtur uiolẽter, dolum & rebellionẽ eorum puniendo, uolumus, quod pœnã L. quę dicitur xv. alias ijdẽ rebelles nobis & Iudici ſoluere teneant. Et nihilominus cũ alia pœna Lxx. eadem pignora denegata, uel uiolenter ablata, integraliter obſeruare aut aſsignare teneãtur. Qui ſi in dandis pignorib. prædictis, & in ſatisfaciendo de pœnis prædictis fuerint doloſi, & rebelles, ita quod forte Iudex propter potentiã eorundẽ ad puniendũ & pignorandũ eoſdem paueſceret, uolumus & decernimus quod pœna Lxx. dicta noſtræ Cameræ applicanda puniantur.

Tercio Cõtumax cauſam perdit pro qua citatur.

Pœna Cõtumaciæ ſeu pignus in æſtate poſt duas ſeptimanas: in hyeme poſt octo dies diſtrahatur.

Qui nõ admittit pignorationẽ, aut eam adimit pœnam 15. ſoluat: & nihilominus & pignora det: alias Cameræ pœna Lxx. decernatur.

AD IDEM.

Kazi. M. Viſl. 1368

Præterea, quia per frequentẽ & immoderatã pauperũ pignorationem
15. plærique plurima damna & oppreſsiões multiplices patiunt, uidelicet in eo, quod cateruatim, & in turmis nõ per modũ iuſticiariæ poteſtatis ad aliquã Villã pignoratores accedẽtes dãnabiliter, & interdũ abſq; Iudicis mandato, & ſine culpa Dñi Villæ, uel Villarũ cõmittere plurimas præſumũt rapinas, prętextu pignoratiõis: Qua propter ſuper hoc prouidere uolẽtes, Statuimus, Quod deinceps Iudex uel Subiudex ad impignorationẽ faciendã nõ plures quã duos familiares cũ Miniſteriali mittant. Et quod ſine culpa, uel cauſa, aut nõ condẽnatos, ſeu cõuictos, aut in Iudicio nõ cõfeſſos, ipſe Iudex uel Subiudex nõ pręſumat nec permittat pignorari. Quod ſi ipſe Iudex uel aliqui alij quauis auctoritate, uel potius propria temeritate, uel præſumptiõe, pignorare uel potius rapinas cõmittere pręſumãt: pręcipiẽdo decreuimus, quod pecora, uel quaſlibet alias res ratiõe impignoratiõis ablata, & recepta, Iudex Dño Villæ uel Villanis Villę eiuſdẽ aſſerentibus ſe indebite & contra iuſticiã eſſe pignoratos, remota & ceſsãte qualibet difficultate, eadẽ pignora integraliter & ex toto, pręmiſſa tamẽ & recepta fideiuſſoria cautiõe, reſtituere teneãtur. Termino eidẽ Villæ Dño aut Villanis pignoratis ad oſtẽdẽdum ſuã innocentiã & iuſticiã aſsignato. Et nihilominus ut audacia & temeritas pignorantiũ reſtringuaт, decernimus, quod dum pręmiſſo modo patefacta fuerit eorũ innocentia, Iudex & Subiudex qui tenẽt Iuriſdictionẽ, ab omnib. & ſingulis qui fuerĩt in dicta impignoratiõe uel potius rapina, quiue auxiliũ præſtiterunt. Et a qualibet illorum in

Ad pignoratiões duo familiares & Miniſterial. tercius duntaxat mittantur. At tamen nõ condemnat9, nec confeſſ9, ſit a pignoratione liber: alias Iudex ad cautionẽ fideiuſſoriam pignora reddat, & cognita innocentia reſtituat, pignoratores quoque quilibet eorum pœnam 15. pignorato ſoluant.

ſpeciali recipiant pœnam xv. Domino Villæ pignorato, damnūq; paſſo perſoluendam.

Kazi. M. Viſl. 1368. Eiuſdē mētio fuit de Pal. lib. 1. ca. 6. & de Caſt. ca. 7. & de Capit. ca. 12. ar. 26. generaliter. ſed tamē li. 3. ca. 11. ar. 5. latius habetur folio 551.

AD IDEM. 32

Quod ſi alicubi Curiæ noſtræ ſint remotæ, Terrigenæ noſtri poſſunt pignora recepta ad Curiā Palatini & Caſtellani in Terra illa commorantis propellere.

Kazi. in Nyeſſ. 1454. Pignorando quid locorum Capitanei recepturi ſunt.

AD IDEM.

Item Statuimus, Quod quotieſcūq; per Capitaneos noſtros aut eorū uicesgerentes impignoratiōes fieri cōtingat ex decreto Iuris Terreſtris, aut pro Exactiōibus Regalibus, ut nō exigāt ipſi Capitanei plus quam illud quod pro pignore recipitur, quod pro ſuis pignoratorib. aut Miniſteriali conſueuerunt ipſi pignoratores accipere, quod omnino fieri prohibemus. 95

Cōſu. Ter. Cr. 1505. Qui obtinet in aliquo rem iudicatam, alias perlucratus bis ab Intromiſsione repercuſſus, bis repercutientē in pignore condemnat. Et tercio per Capi. intromittitur cū impoſitione Vadij.

AD IDEM.

Cum aliquis ſuper aliquo rem habuerit iudicatam, alias perlucratus fuerit Ius, & dabitur ad brachiū Capitanei: Extūc ille qui perlucratus eſt, duabus uicibus debet ire ad pignorandū, & duabus uicibus ad Intromiſsionē, & pro qualibet repercuſsiōe debet cōdemnare pro pignore, & pro Intromiſsiōe: & poſt hoc Capitaneus debet deſtinare cum eo aucto ritate ſua aliquē ſuo nomine, & intromittere Victorem, Vadiūq; imponere tenebitur. 123

AD IDEM.

Sed pro pœna, obligatiōe, aut fideiuſſoria cautiōe Militis, aut ſuperioris, alteriuſue cuiuſcūq;, Kmeto uel ſubditus nō debet impignorari, uel quouis modo aſtringi: ſed ille de ſuis proprijs bonis & rebus ſoluat & ſatisfaciat. ſupra Lib. j. Ca. xvij. Art. v. fol. 338.

AD IDEM.

Formula uero antiqua & noua Exequēdę rei iudicatæ Lib. j. Cap. xij. Articulo xxvij. xxix. & xxx. folio 24. &c. uideatur.

CAPITVLVM XIIII.

Hoc Iuris proceſſu recētiori in Minori Polo, & Ruſsia utimur

De ꝓceſſu Iuris nouo, & Terīo primo.

ARTICVLVS I.

Actori Terīn9 prim9 ꝑemptori9 ē. L. j.

Kazim. M. Vi 1368. Actore non cōparente Reus abſoluitur.

Cum Actoris ſit Officiū, ut faciat & procuret ad Cauſam Reum citari: Reo itaq; in Terminis cōparente, Actore uero totaliter ſe abſentante, decernimus ob Contumaciā Actoris, quæ eſt maior quam Rei, ipſum Reum Cauſam obtinuiſſe. 15

Idem Rex. Actor in primo Termino non cōparens, ab actione cadit cum pœna ſeptem Marc.

¶ Quinimo ſi Actor in primo Termino nec per ſe, nec per aliū ſuum Nunciū paruerit, ab actione ſua cadat: cū pœna ſeptē Marcar. 37

Conſ Ter. Cr. 1505. Actori condemnato ante tempus condemnationi ſtatutū, con-

¶ Atqui in Terminis Caſtrēn. uel Terreſtribus uſq; in fine Actores debent euadi ſeu cōdemnari. ſi enī Citatus prius cōdemnaret Actorem, 122 antequ Ius admittet alios Actores cōdemnari: Actori cōdemnato, Condemnatione tamē ſui per Miniſterialē & Nobiles tēpeſtiue arreſtāti, Iudicialit q; proponēti, nihil nocebit Condēnatio huiuſmōi.

Por-

¶ Porro ſimplex Infirmitas Actoribus non cōuenit: eo quod Actores
33. ſemper habent Terminos peremptorios: & propter hoc ſemper debent demnatio nihil nocebit. Idem de Condem. infra ca. 15. ar. 4. uide. mentio fuit libr. 1. cap. 12 ar. 12. de Iudic. Caſtren.
eſſe ad comparendum parati.

ARTICVLVS II.

Olī nō, nūc impune Re9 in primo Termino cōtumax. L. I.

Sigiſm. Petric. 1523.

Si Reus parere in Termino ſibi aſsignato nō curauerit, Actore per ſe, uel ſuū Nunciū cōparente: decernimus, quod pro huiuſmōi Cōtumacia Reus duorū boum pœna mulctetur. Kazi. M. Viſl. 1368. Reo non comparente, boum duorū pœna pro Contumacia multabatur.
35.

37. ¶ Vel alioquin ſi ipſe Citatus cōparere nō curauerit, uel cōtempſerit, pro primo Termino octo ſcotos pro pœna ſoluere teneatur. Kazimir Viſl. 1368

¶ Nos uero uolumus id obſeruari de Terminis Particularib. Quod Vulad. Iag. Cr. 1423.
42. primū Terminū per ſimplicē infirmitatē ſubditi noſtri traſponere ualeant.

¶ Citatus ergo ut euadat pœnæ Contumaciæ luitionē, poterit ſibi differre primum Terminū ſimplici infirmitate. Sigiſm. Petric. 1523.
33.

¶ Verūenimuero quia nuſq; in Statuto deſcriptū eſt, quo pacto pœna Cōtumaciæ ſuper Partibus Citatis exigi debeat (nā tantūmodo in Statuto Magni Kazimiri de receptiōe & pignoratiōe duorū boum tractatur) cui Statuto per abuſum tam longi temporis eſt abrogatū, proptereaq; nullū robur & firmitatē habere dinoſcitur, Ideo Sacra M. R. decernere dignata eſt, quia pręfatæ pœnę a Condemnatiōe in Contumacia, a nulla Parte Citata, in nullis Iudicijs, tam Regalibus, quā Terreſtribus etiā & Caſtreñ. per Iudiciū, neq; per Partem Actoreā, neq; pecunijs, neq; pignoratiōibus exigi, nec quouis modo recipi debebūt, nūc & in poſterum decreto præſenti mediante. Decretum Sigiſm. Cracou. 1537

38. ¶ Quinimo uolumus, ut quilibet Actor cōdemnans Citatū abſentē in Contumacia, ſoluat duntaxat duos groſſos pec. quorū unus cedet Notario, & alter groſ. Iudicio præſidēti. Sigiſm. Petric. 1523.

FORMA Cōdemnatiōis in pœna Contumaciæ.

¶ Nobilis A. B. Actor Nobilē C. D. Citatum per Miniſterialē Iuridice clamatum in pœna Cōtumaciæ ſuper Citationē ſuam E. F. occaſione G. H. ualoris I. K. latius canentem, condemnauit.

ARTICVLVS III.

Si qs in primo Termino reſpōdet, & temere ab Iudicio diſcedit. Lex I.

Quā uide infra Cap. xviij. art. iij.

ARTICVLVS IIII.

De quibuſdā Terminis peremptorijs.

Ac primo OBLIGAtarius Citatus peremptorie pecuniā tollat.

Vide Libro 3. Capitulo 7. Artic. 2. folio 513.

Item pro KMETONE profugo Citatus perēptorie eum reſtituat.

Vide Libr. 1. Cap. 17. Artic. 8. folio 344.

Conſuetudo.

Item IVSTICIA peremptorie adminiſtretur. alioquin Reus cum pœna triũ Marc. Parti & triũ Iudicio ex ſecũdo Termino illã miniſtrabit.

Item pro TELONEO inique extorto citatus Exactor peremptorie reſpondeat. uide Libr. ij. Cap. v. folio 416.

Item pro OBSTACVlis in fluminibus nauigabilib. factis Reus perẽptorie reſpondeat. uide Libr. ij. Cap. iij. Artic. j. fol. 412.

In nullo Iudicio Terminus eſt perẽptorius, niſi quis ſua SPONTE ſe ad hoc ſubmittat. uide folio 226.

Kazi. M. Viſl. 1368. Eſt etiam eadẽ Lex fol. 518 habuit uero locum tum cum Termini Terr. intra sex hebdom celebrabantur. Hodie Reo abſenti nihil omnino ſuffragatur, niſi quis Reip. cauſa abſit, & eo nomine Literas Inhibitiõis R. ad Iudicium in Termino peremptorio, litis ſiſtendæ cauſa mittat. de quo ſupra cap. 8 folio 606. uide.

¶ Porro, cum quis extra Terrã ſit, & pro Termino peremptorio citatur: eidem xviij. ſeptimanarũ Terminũ incluſiue, pro primo uidelicet 38. Termino ſex ſeptimanas: pro ſecundo alias ſex: pro tercio ultimas ſex præfigendũ declaramus. Quod ſi intra hæc tempora nõ paruerit, Iudex ad definitiuã ſentenciã procedat huiuſmõi Cõtumacia nõ obſtãte.

Conſuet.

Hæredes tamẽ Rei obligati, neq; extra Diſtrictum euocari, neq; peremptorie conueniri poſſunt: Quantũ enim ad hæc duo attinet, perſonalẽ hanc eſſe obligationem, non hæreditariã Iuriſconſ. putant: ita vt hæredes præter Ius cõmune illa obligari nequeant. ſecus ſi pater, aut anteceſſor alius illorũ, eo nomine fuiſſet cum viueret extra Diſtrictum cõuentus. tunc enim ſucceſſores adcitati ibidem, idque peremptorie cauſam cœptam proſequi tenerentur.

CAPITVLVM XV.

De ſecũdo, ac iã pemptorio Termino.

ARTICVLVS I.

Formula Citationis ſecundæ.

Sigiſm. Petric. 1523.

Citat te ſecũdo, prout te cõdemnauit in Termino primo in Terminis Terreſtribus in A. iam preteritis, in pœna Cõtumaciæ, iuxta ſuã pri- 54. mam Citationẽ, qua te citauit. pro eo &c. Et inſeratur Citatio originalis, & concludatur, Iudicialiter reſponſurus. Datum. &c.

Celeritas inimica Iudicio. Lex I.

Kazi. M. Vi. 1368.

Licet in pluribus caſibus celeritas cõmendetur, tamen eadẽ celeritas in Iudicijs & Cauſis expediendis rationabiliter quãdoq; non eſt obſeruãda, ſed potius amplianda, & dilatãda: Ex eo quod IVDICANTEM 16. CVNCTA OPORTET RIMARI.

PRAEFATIO.
De Dilationibus
Dilatiões quare ſunt permiſſæ, & quæ earum ſit conditio?

Ne Litigantes facile de Cauſis ſuis periclitarẽtur. permiſſæ ſunt eis Dilationes, id vero eſt, temporis quæ ad Iudiciales Actus perficiendos cõceduntur, prorogationes. Quæ quidẽ ſunt introductę, inprimis, ob tenerã Rei AETATEM, cui vnuſquiſq; bonus vir patrociniũ debet: vel ob VALEtudinẽ aduerſam, quã quęq; tueri par eſt: vel ob inſignẽ aliquẽ CASum, qui ad res mortaliũ mutandas plurimum poteſt: vel ob MINIſterialis abſentiã, q̃ eius copia nõ ſemper haberi poteſt: vel propter MAIus aliquod alibi negociũ, quod potius quã minus curare expedit: vel propter MVNImentorũ Cauſæ inopiã, quæ ſecuri Litium nõ ſemper ad manum habemus: vel quod REIP. cauſa peregre abeſſe cogimur, quod nos noſtraq; omnia ei debemus. Quocirca de ſingulis harũ Dilationibus ſigillati Leges

videre opor-

videre oportet, nimirum vt ita Iudex Actori, quod eius eſſe putat, addicere feſtinet, ne ea ſepta magna ex æquitate poſita tranſiliat. Quod ſi in SEQuēti Termino Dilatiōi ſuæ nō ſatis fecerit ille protelator, Cauſa cadit. Porro ſi EXTRA Regnum Inſtrumēta Cauſæ petenda ſint, duplum temporis differenti, ac eo nomine Iurato, impertiendū eſſe videtur. PENDente aūt quacūq; Dilatiōe, Iudicis Officiū cōquieſcit. Nihilominus tā feriati quā nō feriati dies in Dilatiōis tempus cōputantur. Quod ſi Iudex Dilationē, cum eius cauſa forte deſit, deneget: ſtatim ad vlteriora procedat. Eo magis vero poſt CONCluſionē in Cauſa, ſiue præceſſerint Dilatiōes, ſiue non: nulla Dilatio eſt cōcedenda. Sed & illud fuit in tranſcurſu attingendū, quia FISCVS in Dilatiōibus Iure cōmuni vtitur. Quæ quidē Dilationes, quoad fieri poteſt maxime, COERceātur, & amputentur: Ita vt niſi natura Cauſæ poſtulet, atque exigat, SEMEL ipſa Dilatio detur, nō amplius, ne Lites excreſcant in immenſum.

DILATIO I. PROPTER MINORENNITATEM A Citato, uel conſortibus eius eſt petenda. de qua Libr. iij. Capitul. iiij. artic. j. de Tutoria poteſtate & pupillis uide fol. 470. 471. &c.

Ibidēq; apparet In quibus Cauſis Minorēnes reſpōdere tenenē uel nō.

DILATIO II. PROPTER INFIRMITATEM.

Peruerſa cōſuetudo in tranſpoſitiōe Terminorū Particularium a noſtris ſubditis hactenus obſeruata extitit, unde diuerſa iuramēta, & per- *Vulad. Iag. Craco. & Varthæ 1423.*
42. iuria oriebātur, ac Infirmitates fictiuę allegabātur: Vnde talibus obuiā ire, & iniquitati uiā præcludere uolentes, de unanimi cōſenſu Prælatorum, & Baronū, ac Nobiliū noſtrorū, talem ordinē in prędictorū trāſpoſitiōe Terminorū uolumus a noſtris ſubditis fore obſeruandum, ut prædictis periurijs obuiā eatur, illicitęq; Dilatiōes amputēt. ¶ Quocirca uolumus id de Terminis obſeruari Particularib. quod in eis primum & ſecundū Terminos per ſimplicē infirmitatē ſubditi noſtri trāſponere ualeāt. Terciū uero Terminū etiā abſq; allegatiōe Miniſtri Eccleſiæ per uerā infirmitatē poſſunt, & debēt prorogare. ¶ Et in quarto finaliter corporale Iuramentū pręſtare debebit, quod nō fictiue tunc infirmabaē, ſi ſupuenerit. Sin aūt eum, qui Terminū procurat ſibi differri, cōtigerit in eadē infirmitate morari, & diutius perſeuerare: tunc quarto iterū prolongari poterit, & Procuratorē certum eo nomine mittere non poſtponat, alioqui cauſam amittat.

In Terminis Particularib. 1 & 2. Terminus ſimplici infirmitate, 3. uero uera olim prorogabatur.

In quarto Termino Iuramentū indicebatur proroganti.

¶ At nos decernimus, Quod omnes huiuſmōi Terminorū Repoſitiones ſeu Dilatiōes inutiles, caſſentur, & minorētur. Nam Repoſitio & *Kaz. 3. in Kor. 1451.*
88. Dilatio Terminorū ſi fieri debet, aliter nō fiat niſi uera infirmitate allegata. Et ille cuius nomine talis Dilatio propoſita extitit, iurabit cū Teſtibus met tercius quia pro illo tempore & die fuit infirmus.

Terminorū Dilatio non niſi uera infirmitate allegata, permittitur: iuramento eius cuius nomine propoſita eſt, cum duobus teſtibus cōprobanda.

¶ Ergo in Iudicijs nō recipiātur Dilatiōes Termini, pręterq; uera in-
94. firmitate: de qua etiā per Iuramentū in ſecundo Termino ac Terminis conſtare, ibidemq; Citatus cōparere, & reſpōdere debebit. *Kaz. 3. in Nye. 1454*

122 ¶ Conſimiliterq; ſi aliquis alicui ſe inſcribet quācumq; rem euincere, ſeu ratificare alias gyſczycz, & inſcribet ſe Terminū nō differre, alias non reponere; talis nō poteſt ſimplici infirmitate Terminū differre *Cōſ. Ter. Cr. 1505*

Inſcriptus Termino non poteſt differri niſi uera & Iuramēto cōfirmanda infirmitate.

alias reponere, excepta uera infirmitate: pro qua tamē debet iurare iuxta Statutum, quia ſcilicet uere tum infirmabatur.

Sigiſm. Petric. 1523. ❡ Eundem igitur ſecundū Terminū tanq̃ peremptoriū, poterit differre reponereq́ idem Citatus uera infirmitate a Deo permiſſa, per certum Nuncium ſuū, Nobilem poſſeſsionatū eiuſdē Terræ, ad Iudicium miſſum: iurabit tamē mettercius dictus Citatus in Terminis ſequētib. cum alijs duobus paribus ſuæ conditiōis, quod tūc temporis fuit infirmus uera infirmitate a Deo permiſſa, quādo ſibi Nobilis A. Terminū uera infirmitate a Deo permiſſa repoſuit. 33.

Si is qui reponit Terminum, neget ſe Nuncio ſuo Repoſitionē huiuſmodi petere, cōmiſiſſe. Si uero Citatus reponens in Termino ad præſtādū Iuramentū ſibi aſſignato non cōparuerit, permiſeritq́ ſe in Lucro cōdemnari, & poſtea cōparens in Termino Concitatorio ad ſatiſfaciendū negaret ſe reponere illi Nobili cōmiſiſſe, extūc iuxta ſuā negationē mettercius iurare debebit, quod illi Nuncio ſuo repoſitionē hūc Termini minime cōmiſerit. Præſtito aūt huiuſmodi Iuramento idem Citatus ibidem mox reſpōdere teneatur ſuper Citationem Actoris.

Si aūt dictus reponens, qui negauit hanc Termini peremptorij Repoſitionem, ſuper ſuā allegatā ægritudinē modo præmiſſo nō iurauerit, uel ſe a Termino huiuſmodi Iuramenti abſentauerit, talis ſuccumbet in Cauſa ſua ipſo facto.

In utenda Dil. infirmitatis idem licet Actori, quod & Reo, præter quam in infirmitate ſimplici. Vlteriores uero Dilatiōes eiuſdē infirmitatis penitus a modo abrogamus.

❡ Idē quoq́ uolumus de Actore intelligi. Cum liceat Actori quod & Reo: præter ſimplicē infirmitatē (qua primus Terminus poſsit differri) quæ Actoribus nō conuenit, eo quod Actores ſemper habent Terminos perēptorios, & propter hoc ſemper debēt eſſe ad cōparendū parati.

Sigiſm. Craco. 1532. ❡ Ab ipſa uero Dilatiōe Termini ob uerā infirmitatē, non niſi unus groſſus ratiōe Memorialis, pro nota a Notario exigatur, ſub pœnis in Statutis prioribus contra illos ſancitis.

Conſuetudo. ❡ Sub genus aūt infirmitatis ſolent referri & illa accidentalia impedimenta, ut uel cōmode differamus Terminū, uel etiā impune ab Iudicio abſimus: ſi modo id Iurati ad exemplū uerę infirmitatis cōfirmemus, & ea ratiōe perueniamus uel ad proponendū, uel ad reſpondendū denuo: ut ſunt maris tēpeſtas, & fluminū inundatio fractura pontiū uel nauigior. peſtis, funus domeſticū, inſult. Latronū, carcer public. uel priuat. & alia huiuſmōi, ꝑpter quę aliq̃s ſiſtere ſe Iudicio in Term. neq̃at.

DILATIO III. AD STATVEND. MINISTERIALEM

Actori ab Iudicio eſt danda, qui in futuris Terminis de poſita Citatione uel quapiā alia re præſens, uel ſi ex alio Diſtrictu fuerit, per Relationē ſuam teſtetur, uideatur ſupra Cap. xj. artic. j. fol. 628.

DILATIO IIII. PRO MAIORI.

Kazimir. Tercius. Ille cuius nomine Dilatio pro Maiori negocio ſcilicet, in alio Iudicio pro eadem die uertenti & habito poſtulata exiſtit, Literis Iudicij more Terreſtri ex Libris Actorū extrahendis probabit, Quia pro illo Termino, in hoc 88.

no,in hoc uel illo Diſtrictu, habuit Actionē, uel Terminū pro Maiori

¶ Quocirca cū aliquis differt Terminū pro Maiori,dicens, (cauſa. *Conſuetud. Cracou.*
quia in Iure alio pro Maiori cauſa habeo Actionē: danda eſt ei Dilatio
124 propter Maiorem Actionē. Attamē Termino adueniente ipſe differens
Terminū,probabit Literis teſtimonialib. Iudicialibus,quia pro Maiori cauſa habuit tunc Actionem. quibus ſi caruerit,amittet Cauſam pro qua Citatus Terminum Maioris negocij cauſa differebat.

¶ Quartum Terminū Iudicia cōſeruant interdū pro Maiori (qui q̊
3. ad Dilationē ſit ultimus) qui Terminus pro Maiori poteſt differri an te ueram infirmitatē,aut poſt. Quā quidē Dilationē pro Maiori Ius cōmune diffinit ſic, Cum in alio Iudicio Terræ cuiuſcūq; Regni Poloniæ eodem die,pro negocio Maiori Terminū haberet Citatus. Attamē quādocumq; Terminus pro Maiori recipitur , ſit ultimę Dilatiōis. Cuius etiā natura & proprietas iſto modo declarabitur: Citatus,iſue qui Terminum pro Maiori reponit,eodē die debet habere corā alio Iudicio Terminum pro Maiori ſumma,quā ſit Actio,in qua qdē fit Dilatio ob maius alibi negociū. Et debet notari iſtud in Dilatiōe pro Maiori,uidelicet, ubi eſt Actio,cum quo ex nomine, pro quāta ſumma, corā quo Iudicio. ueniēte enī Term. Dilatiōis,is q differt,debet portare Literas ab illo Iudicio ubi tūc ſe aſſerebat pro Maiori Actionē habuiſſe,ſub Sigillo illius Iudicij :in qb. Literis cōtineatur Actio,cū q̊, & pro quāta ſumma tunc cauſa Maioris momenti uertebat̃. Quas teſtimonij Literas ſi producet Citatus in Termino per Dilationē ſibi dato: nō ſuccūbet in cauſa,quia Dilatiōi pro Maiori ſatisfaciet. Sed ſi Literas huiuſmōi nō portauerit, aut portatas in aliqua parte eorum quæ debeāt cōtineri,ut pręfertur,inſufficiētes produxerit: tūc Citatus Actionē ſuā amittit,et totalit̃ pdit.

Rex Alex in ſuo Iudiciario Proceſſu.

Quæ cauſa ſit introductæ Dilationis pro Maiori.

¶ Qui Reip. cauſa abſit, ad imitationē harū Legum, Literis Regijs dat̃ ei Dilatio,donec illū abeſſe cōtingit. uide ſupra ca. 8. de Inhib. fo. 606

¶ His uero qui ex cauſa uoluntaria abſunt,ut Literarū bonarū,Militiæ,ſeruitij,uel peregrinatiōis gratia: uel ex neceſsitate impoſita, ut exilij,uinculorū,uel captiuitatis: datur quoq; Dilatio magis ex ęquitate quā ex ſummo Iure. quaſi & ipſi etiā pro Maiori cauſa abeſſe uideant̃. *Conſuetudo.*

DILATIO AD MVNIMENTA.

Poterint tamē & ACtores in faciundis documentis habere Dilationē, *ſigiſm. Petric. 1523.*
cum Citato idipſum ſit permiſſum.

33. ¶ Sed ad INScriptionē Citato , niſi ad QVietationem Dilatio non eſt concedenda. uide Libr. 3. Capit. 7. Artic. 2. fol. 525. *ſigiſm. Craco. 1543.*

¶ Qui uero recepit ſe aliquā ſuam exceptionē uel allegationē probaturū aliqb. munimētis,nec probat: q̊ lucrari uoluit ipſam cauſam pdit. *Conſuetudo.*

De Dilatiōe ad EVICtorē hic feſtinatiōe obmiſſā, vide Ca. pxīe ſequēti p9 Pręf.

ARTICVLVS II.

DE CONTVMACIA Rei in Termino SECVNDO.

PRAEFATIO.

Vt in hac Ciuili ſocietate vnusquisq; noſtrum innocēter viuat, diuinitus ſunt dati Iudices, qui inſolenter facta coercerent, vel etiā reſtituerent rapta iniuſte.

Pœna in peremptorio Termino Contumacis. *Qui Cōtumaces etiā cenſendi ſint?*

Ac proinde ſi quis ſemel atq; iterum in Iudiciū hoc vel hoc nomine vocetur, nec tamē in Termino peremptorio ſe ſiſtat, ac defendat: iam tum facti vel debiti Reus habetur. ſemel enim is & Iudicem contempſiſſe videtur, & ſe teneri agnoſcit. Quo in genere & ille Iure optimo eſt habendus: qui in Iudiciū adductus in facie Iudicii ſe nolle reſpondere, ſed ſimpliciter appellare cōteſtetur. Aut ſi compareat, taceat tamē, & nihil omnino agat, proferatq; Iuridice: id vnum cogitans, ut Actoris poſtulata irritet. Quod ſi Procurator, Tutor, vel Curator, accepto in ſuā curam hoc onere, ſe nō ſiſtant, aliove modo Contumaces ſint: ipſi tenentur, nō Dominus, non Pupillus, non etiam adoleſcens.

Kazi. M. Viſl. 1368.

¶ Is qui pro hereditate, debito, aut aliquib. rebus nō inſcriptis in Ter- 16.
mino perēptorio ſe nō ſiſtat, cōdemnetur. uide Lib. 3. Cap. 7. fol. 518.

Idem Rex.

¶ Itaq; ſi Citatus cōparere nō curauerit uel cōtempſerit in Termino
peremptorio Cauſam perdat, & ab Actione cadat cum pœna. 37.

Kaz. 3. in Nye. 1454

¶ In ſecundo aūt Termino in Terminis quilibet Citatus compare- 94.
re & reſpondere debebit.

Sigiſm. Petric. 1523.

¶ Quocirca ſi Citatus in ſecūdo Termino, ut pote perēptorio, temere, 34.
ſineq; repoſitione Termini nō paruerit: Actor eum cōdemnabit in Lucro, iuxta cōtinentiam ſuę Citatiōis. Attamē in talem Condemnationem Citatio debet inſeri, ſiue acticari.

Kazim Viſl. 1368. Idem ſupra capi. 12. folio 630. *Quod tēpus & quæ ſolennitates Condēnationi aptæ?*

¶ At ipſa Pars quę fuerat abſens, nō niſi circa extremā horam meri- 11.
diei, Iudice quaſi ſurgere uolēte: primo, ſecundo, & tercio, hoc eſt, tribus uicibus, euocata, uel in Lucro, ſi Rea: uel in Euaſione, ſi Actorea fuerit: quod ſcilicet parere non curauit, condemnetur.

ARTICVLVS III.

Quod duob. modis res Iudicata obtinetur. Lex I. 1.

Rex Alexander in antiquo Proceſſu.

Rem itaq; Iudicatā duobus modis ſcimus Iure obtineri, aut cum fit per ſentenciā definitiuam, aut cum Citatus in Termino peremptorio in Lucro condemnatur.

ARTICVLVS IIII.

Conſ. Ter. Cr. 1505

De iuſte vel iniuſte condēnatis. Lex I.

Iniuſte condemnatus arreſtat cōdemnationē in Libro, & ſi eo nomine aget contra cōdemnantē, Condēnatus luet pœnam 3. Marc. & deſcribetur condemnatio de Libro, alias ſine pœna deſcribetur.

Cum aliquis aliquē iniuſte (hoc eſt, etiā tum ſedente Iudicio, uel non in 124
legitimo Termino, uel non clamatū, uel nōdum Condemnatiōe per Iudiciū ac uel Miniſterialē edicta) cōdemnauerit: Condēnatus per Miniſterialē ab Iudicio addendū arreſtabit Cōdemnationē in Libro, reddetq; Aduerſario ſuo ſaltē memoriale quod dedit, ut ſecū cōtrouertat, alioqui ſi is qui cōdemnauit illud recipere, & de Lite experiri nolit, citaueritq; eundē Cōdemnatus pro iniuſta Cōdemnatiōe: tunc ille qui ſic cōdemnauit, debet luere pœnā triū Marc. et Condemnationē deſcribere. Sed ſi Condemnatus non arreſtauerit Cōdemnationē, tunc ille qui cōdemnauit, poteſt deſcribere ſine pœna.

Conſu. Ter. Craco. Idem folio 636.

¶ Atqui in Terminis, in quibus Cōdemnatiōes edicūtur, Caſtrē. 122
uel Terreſtrib. usq; in fine Actores debēt cōdemnari. Si enī Citatus prius cōdem-

us cõdemnaret Actorẽ, antecꝫ Ius admittet alios Actores cõdemnari: Actori cõdemnato, Cõdemnationẽ tamẽ ſui per Miniſterialẽ tẽpeſtiue arreſtãti, Iudicialitercꝫ proponẽti, nihil nocebit Cõdẽnatio huiuſmõi.

Actori ante tempus condemnato, nihil cõdemnatio nocebit.

¶ Qualis uero ſit Concitatio ad ſatisfaciendum poſt Condemnationem in Lucro uide infra Capitulo 14.

CAPITVLVM XVI.

De Reo cõparente, & Exceptiõib. eius.

PRAEFATIO. Flagitioſum eſt genus hominum quod non niſi iudicis pœna coactum iuſte facit.

Quod ſi Reus ſiſtat ſe Iudicio, & ſentiat ſe debere id quod petitur ab eo, omnino ſi boni viri exiſtimationẽ retinere vult, Deicꝫ Iudiciũ ac ſuæ cõſcientiæ morſus reformidat, virtute ſua potius adductus, quã Iudicis pœna coactus, det, vel faciat id quod Iure debet: necꝫ more Prothei ſe in mille formas rerum mutet, quo vincula Actoris effugiat. Alioqui ſi tuta cõſcientia Actoris petacitatẽ coercere, contracꝫ eum ſe tueri poteſt, integrum ei eſt. Vt aũt Actoris arma Actiões ſunt, ita Rei Exceptiõibus illorũ intentionẽ excludunt: Indecꝫ Reus, inquantũ Exceptiõe ſeſe defendit, dicitur quocꝫ pro rata parte Actor. Cõueniunt vero in hoc Actio & Exceptio, quia vti Actor ſuã Propoſitionẽ, ita Reus ſuam Exceptionẽ probat. Exceptiões aũt ſunt triplices, Declinatoriæ fori, quæ ſcilicet forum mutant ratione Iudicis: quia fortaſsis Iudex eſt alienus, atcꝫ incõpetens, ſine Collegis iniuratus, bannitus, infamis, minor 25. annis, repetundarũ damnatus, ſurdus, mutus, furioſus, mulier, dignitate ob delictum ſpoliatus, hęreſeos vel apoſtaſeos legitimis ex cauſis legitimocꝫ Iudicio cõuictus, vel Iudæus. quæ quidẽ Exceptiones ante omnem Litisconteſtationẽ ſunt pręponendæ. alioqui qui coram eo litigare cœpit approbaſſe illum videtur, niſi fortaſsis ignorauerit.

Actoris & Rei diuerſa arma.

Exceptiones ſunt triplices.

Declinatoriæ fori ex parte Iudicis.

Exceptiões etiam colliguntur ex perſona Actoris, quod cum ſit minorennis ſine Tutore agat, propter prodigalitatẽ bonis ei ſit interdictum, Principis decreto infamis, periurii conuictus, ceſsit Liti, non appellauit, appellationẽue non eſt proſecutus, Libellum non dedit, nõ cauit de Lite proſequenda, vel pœna ſoluenda, pepigit ſe non acturum, doli in eadem cauſa conuictus, capite ob crimen diminutus propter ſeruitutem ad agendũ inhabilis, Criminis læſæ Maieſtatis Reus, ab illegitimo hærede inſtitutus, coniunx ſit, ſeruus Rei ſit, vel patroni libertus, aut filius patris, in cauſa præſertim criminali, niſi forte agat pro Caſtrẽ peculio, alimentis, emancipatiõe iuſta intercedente cauſa, & ſi cum reuerentia factum patris arguat: Item ſi Actor furioſus ſit, Ciuiliter & Criminaliter ſimul pro eadem cauſa agat, proſcriptus ſit, abſcꝫ ſuperiori poteſtate necꝫ conuenire necꝫ cõueniri poteſt, vt Conuentus Monachorũ abſcꝫ ſuo Abbate, & e cõtra: Itẽ ſi ante tempus agat, vel pro aliena cauſa agat, ſi plus petit cauſa loco re tempore, ſibi Ius dicit de homine libero, quia idem repetit qui vendidit, Impuberi quæſtionẽ ſtatus mouet, præpoſtere agit. Si quis prius de proprietate agat quã de violentia, quod transegit, pepigit, vel cõpenſauit cum Reo: Si Actor petat ab Reo quod non poſsideat, cauſam in Libello non exprimat, contrarias Actiões edat, propter cõtumaciam ſit excaſus, non egit intra tempus. Si Virgo viuente patre, vel mulier viuente marito agat pro rebus dotalibus, ſi cauſam præſcriptiõe abolitam ſuſcitat, abſcꝫ mandato conſortis Litis agere incipit, vel poſt incœptam cauſam pro ipſo conſorte Litis ſatisdare non vult, ſi Clericus accuſet Criminaliter vel contra apud incõpetentem Iudicem, ſi incertam necꝫ ſuis circumſtantiis ſatis definitam rem petit, deſertam Litẽ poſt tempora de Iure cõceſſa redintegrat, & alię huiuſmõi. Vt aũt nemo inuitus agere poteſt, vel accuſare, ita qui agere cœpit ſuo periculo cauſam non proſequitur.

Exceptiones ex parte Actoris.

ET MVLTAE quidem Cauſæ ſunt, quæ quidem Actorem ab Lite retrahere debent. Quarũ prima eſt propter Euangelici Conſilii auctoritatem, vt ei qui voluerit tuam tollere tunicam, & tecum in Iudicio contendere, dimittas & pallium. Item propter D. Pauli ſcriptum inquientis, ſi Secularia Iu-

Quæ retrahant Actorem ab inſtituenda Actione.

Mathæi 5.

1. Corinth. 6.

dicia habueritis, peccatũ eſt in vobis. & vos cõtemptibiles facietis. Secunda, qa cogitur Actor Litem proſequi Aduerſario inſtante, hinc fit vt Actor habeat ſemper Terminos peremptorios, quando quidẽ ad hoc ſe debuit antea præparare. Tercia vero cauſa multo maxima, quia Litis euentus, vt aleæ, vel belli, ſemper eſt dubius.

Actoris Officium.

Nihilominus ſi Actori litigandũ eſt, primaria quatuor officia incumbere ſibi meminerit. Quorum primũ eſt, vt cum amicis, quorũ tempore neceſsitatis pauci fideles reperiuntur, prius conſulat, & deliberet, an ſibi agere expediat, vel non. Secundum, vt videat num probare poſsit, quod intendit. Tercium vt pręparet Teſtes, & Aduocatos fideles, quorum mendacibus promiſsis non decipiatur. Quartum, vt prius amice & in charitate pręmoneat eum quẽ Actiõe pulſare cõtendit.

In omni Actiõe quid eſt ſpectandum?

In omni vero Actiõe inſpiciendæ ſunt illæ quatuor Cauſæ, quę rerũ omnium effectrices ſunt, vt eſt Materialis, Formalis, Efficiens, & Finalis. de quibus ſupra diximus abunde. Ex his enĩ apparet, ex qua cauſa ſcilicet naſcitur Actio, ſi quidem ex obligatiõe, & perſonalis dicitur: vel rei detentiõe, & realis appellatur. Ex quo Iure proficiſcatur, nempe ex Iure Terreſtri, vel Caſtreñ: hinc aliæ Actiones Terreſtres, Caſtreñ aliæ dicuntur. Item cui cõpetat, aduerſus quẽ, quidue in ea veniat. Quodq; Iudicis Officium ex ea naſcatur. Sed ego iterum ad ſimulãdam cupreſſum delabor, fortaſsis præter inſtitutũ.

Ex parte Rei Exceptiones etiam declinatoriæ fori.

Ex parte vero Rei in Ius vocati, & ſe defendere volentis, dantur Exceptiões: quia huic vel illi Iuriſdictioni ratione ſexus, ætatis, intellectus, valetudinis, artis, perſonæ, ſtatus, officii, huius vel illius Cauſæ non ſubeſt: Vxor enim nõ niſi viro ſuo ſubeſt, pręterq; in Cauſa Criminali: minorennes Tutori, furioſi & valetudinarii Curatoribus, ſcholaſtici Magiſtris, Clerici Epiſcopis, Magiſtratus Principi, Milites Imperatori, Nobiles Capitaneis aliisq; Iudicibus, Oppidani Proconſulibus & Aduocatis, Coloni & ſerui Dominis ſuis, & alii aliis ſuis ſuperioribus ſubſunt: qui quidem omnes ratione diuerſarũ Cauſarũ diuerſum itidem forum ſortiuntur, vt pote Spirituale & Sęculare, idq; Ciuile vel Criminale, ordinariũ vel repentinũ, pro ratione ſcilicet Cauſæ in Iudicium adductæ.

Ex parte Procuratoris Exceptiones.

Ex parte aũt PRocuratoris Exceptiões ſeruiunt Reo, ſi Procurator ſit minorennis, nuncius, aut negociorũ geſtor tantũ, isq; poſſeſsionatus vel impoſſeſsionatus, Item ſi Procurator Mandatum ſufficiens habeat ad Cauſam vnam, vel plures: in genere vel in ſpecie, ad vnum annũ vel multos: & num intra fines facultatis Procuratorię ſe cõtineat, ac de ratihabitione caueat. Item an habeat facultatem alium ſubſtituendi pro ſe, ſi ad Iudicia vel tantũ ad negocia gerenda datus ſit, an ſit vir vel mulier.

Mulier in quibus Cauſis procuratrix eſſe poteſt.

Mulier tamẽ ad procurandum admittitur, ſi ſit in rem ſuam conſtituta, vel parentis ſui, vel filiorũ, vel fratris, vel alterius conſanguinei. Item videndũ eſt, nũ ad vnum actum, vel plures, in Cauſa Ciuili vel Criminali ſit Procurator cõſtitutus, in qua Procurator agere vel defendere nequit, niſi Reo incumbat expurgatio. Item in Cauſa ſtatus conſtitui neqt.

Quæ alia in Procuratore uidenda?

Item ſi ſit reuocatus, quia poſt vnum alter conſtitutus eſt, vel quod alter prius Cauſam hanc occupauit, præſertim ſi in Procuratiõis Inſtrumento cautum ſit, quod melior ſit cõditio occupantis. Item ſi Sacerdos ſit, Monachus, vel infamis, qui qdem niſi pro miſerabilibus vel cõiunctis perſonis, aut pro Eccleſia dicãt ad procurandũ nõ admittuntur. Item ſi ſit in Magiſtratu, potentior, Fiſcus, vel Reſpublica, furioſus, Cauſæ ignarus, amiſit Ciuitatem, vel libertatẽ, rędemptor Litis, non habeat Mandatum, vel Mandatũ ſit infinitum, vel certa ſpecies ſit in Mandato eius, & ipſe ſuper alia agit, ſi Mandatũ fuit ante Litem reuocatũ, ſi reſignauit Procuratiõi re integra, quod falſus vel calũnioſus ſit. I Tem ſi a Monacho ſolo ſit conſtitutus: qui abſq; ſuo ſuperiori Actionẽ mouere nequit, nec e contra, ſi a bannito ſit, ſi a minorenni, ab infami, læſæ Maieſtatis Reo, vel mortuo, furioſo, vel mente capto, vel prodigalitatis damnato, vel liberã bonorũ adminiſtrationem non habentę.

Exceptiones contra Proc. ex parte Conſtituentis.

Item ſi Procuratoriũ Inſtrumentũ ſit quacũq; parte ſui inſufficiens vel tantũ ad Ciuiles Cauſas, vel tantũ ad agendum, vel tantũ ad defendendũ. nã in Mandato Procuratoris debet cõtineri nomen Cõſtituentis, Conſtituti, contra quem, & in qua Cauſa cõſtituitur: quodq; ratum habebit Dñs, quodcũq; eius nomine geſſerit:

Ex parte Mandati.

mine geſſerit:& corā quo Iudice,an Delegato,vel Ordinario. Paria vero ſunt dicere, nō eſſe aliquē Procuratorē, vel nō poſſe eſſe. SED quia ſunt etiā CONIVNctæ perſonæ quę ſine Mandato pro alio agere permittuntur, vt ſunt liberi, fratres,cōſanguinei,affines,liberti,& coniuges,aut Clerici in Cauſa ſuæ Eccleſię.

Contra Coniunctas perſonas Exceptionum farrago.

Contra quos ſic excipitur ſigillatim, quia fortaſsis non eſt cōiuncta perſona,neq; cognatus, neq; agnatus, neq; cōſanguineus, neq; affinis, aut minorennis, vel pro minorenni agit,vel nō cauit de rato,vel cōtra voluntatē Principalis agit,vel natura Cauſæ nō admittit Procuratorē,vel mulier ſit,aut ab Euāgelio Chriſti apoſtata.

Contra Defenſorem Exceptiones.

Contra DEFENſorem vero,qui abſq; Mandato ſe alicuius defenſioni offert,excipitur id quod cōtra Principalē perſonā vel Procuratorē eius obiici potuiſſet,& præſertim ſi nō cauit de ſoluendo Iudicato.

Contra Excuſatorē Exceptiones.

E contrario aūt cōtra EXCVSatorē (qui ſcilicet venit ad proponendū Cauſas abſentiæ alicuius, qui nō poterat vel ratione ſui, vel ratiōe Cauſæ Procuratorē cōſtituere, vel qui ita vocatus erat vt perſonaliter veniret) excipitur, quod videlicet ſit ſimplex Nuncius, potuiſſetq; eadem opera mitti Procurator.

Contra Syndicum Exceptiones.

Contra SYNDicum aūt (qui eſt Procurator vniuerſitatis vel Collegii alicuius) excipitur,quod nō ſit cōſtitutus ab Vniuerſitate,vel Collegio licito, vel a duabus partibus Curiæ, aut Collegii, vel ſaltem a maiori parte:quin aliqui nō fuerint vocati,ſed cōtempti in conſtitutiōe ipſius. Nam in talibus caſibus nomina ſingulorū debent eſſe ſcripta, vel ſi nomina abſentium ſint inſcripta, vel inhabilis ad agendū ſit, quia ſit propter iuſtā cauſam excōmunicatus,Miles,minor,vel mulier,nec ſolēniter cōſtitutus,præſertim ab Rectorib. iuſte excōmunicatis,vel Mandatū ſit reuocatum, vel nō ſit cōſtitutus de cōſenſu Epiſcopi,vel alterius præfecti legitimi.

Contra Aeconomum Exceptiones.

Non diſsimiliter fere cōtra AECOnomū (cui videlicet Eccleſiaſtica res mandata eſt) excipitur, nempe quia non ſit conſtitutus autoritate Epiſcopi,vel Prelati, non vult Capitulo vel Epiſcopo reddere rationē,& alia huiuſmōi de quibus ſupra Cap.5.de Procuratorib. egimus.

Contra ægrotorū vel orphanorū altores.

Quin & cōtra NOSOtrophon & ORPHAnotrophon alioſq; huiuſmodi excipitur, quod nō fecerint inuentariū,minorennes ſint,turpes vel ſuſpectæ perſonæ,interdictum ſit eis adminiſtratiōe.

Cōtra Tutorē vel Curatorē Exceptiōes.

Contra TVTorem vero vel Curatorem excipitur, quod neq; naturalis neq; inſcriptus neq; datiuus Tutor ſit, aut Curator: nec Pupilli negocia,dignitas,ægritudo,ætas,aut valetudo illius hoc poſtularunt.vel quia non recepit Tutelā intra annum. Item cōtra DATIuum Tutorē opponitur, qd' alius ſit Teſtamentarius, vel legitimus, quod ſit datus ab eo qui dare non potuit, nēpe ab Iudice cuius Iuriſdictiōi pupil9 nō ſit ſubiectus,nec ſatis dedit rē pupilli ſaluam fore, & dubitetur an ſit Tutor vel Curator, an geſtio vel adminiſtratio ſit illi cōmiſſa.Quocirca nō audietur niſi caueat de rato.Generaliter vero cōtra quēuis Tutorem excipitur,quod ſit minorennis,capite diminutus,vel quod nō fecit, vel infideliter fecit inuentariū:vel ſi vidua ſit,quod ſecundo nupſit:vel ſi auia,qd' ſenio deliret. prout de multis harū cauſis Lib.3.Cap. de Tutoribus diſputaui,niſi fallor,ſufficienter. Poſtq; aūt Exceptiōes cōtra Iudicem,Actorem,vel Reū,Procuratorēue illorū, aut cōtra aliquā Cauſam Libelli effectricem, vel quacūq; alia ex cauſa ſupra memorata,ante Litiscōteſtationē conſumptæ, probateq; fuerint: aut ſi nullæ ſeruiant,vel ſi potius odio ſerendarū Litium amputentur,ne malicioſe illis videamur abuti: tum vero proferendæ ſunt EXceptiōes DILAToriæ ſeu temporales, quæ quidem ſolutionē rei in toto vel in parte; ex Contractu ſeu pacto,ex Legis diſpoſitiōe,aut Iudicis ſentencia,in aliud tempus vel locum differūt, ac prorogant: ne Actor ſcilicet loco ac tempore plus petat.

Exceptiones Dilatoriæ quando locū habent.

Eſt aūt hoc Exceptionibus propriū vt & ante Litiscōteſtationē premittātur,idq; tum,cum Actor ſuam intentionē fundauerit:& ea quę Reus in ipſa aſſerit,neceſſario probet:ne malicioſe Litem extrahere,Iudiciū vero deffugere videatur.

Quid eſt cōmune omnibus Exceptiōibus?

Alioqui grauitas Iudiciorum nō patitur,vt Actor & Reus quaſi velitaria quarūuis Exceptionū pugna ſeſe exerceant, quouſq; libeat. Ac proinde ab Iudicis decreto ſuper Acceſſoriis lato appellare nefas eſt: quinimo vt partes ſuper Principali negocio,velut ſtataria pugna,cōfligant,coguntur: niſi quaſi Contumaces malint periclitari de illo.

Acceſſoriis faciend9 eſt modus, ideoq; ab ſentencia Iudicis ſuper illis lata non appellatur.

ARTICV-

ARTICVLVS I.

Farrago Exceptionum.

Exceptio, eſt editio adnexa cauſæ, quæ uel Reũ eximit a damnatione, uel minuit, uel differt damnationẽ. Quæ quidẽ omnia munimẽta plerũq; ex Mater. For. Effic. & Fin. & alijs accidentalib. Citationum cauſis depromuntur.

Conſuetudo. si tamen ante Litis contestationẽ ab ea recedit, impune id fiat ſecundũ quod & condẽnatio mala, ſi ſponte expungatur, impune id fit, ut ſuperiore cap. ſcribitur ar. 4. folio 642.

Ne Reus Actorẽ proponentẽ, uiciſſimq; Actor Reũ reſpondentẽ impediat: ordo ac ſanctitas Iudiciorũ prohibẽt, & cõtra faciẽtes pœnis coercent.

℄ Reus ne reſpondeat niſi prius uideat Miniſterialẽ, eiuſue Relationem. uide 628. & de Dilationibus folio 640.

℄ Poſtea Exceptiões fori Declinatorię Reo ſeruiẽtes cõtra Actorẽ ratione Perſonarũ, Rerum, Iniuriarũ, & Actionũ ex Lib. iiij. Cap. vij. fol. 603. ne q̃s extra forũ ſuum euocetur, præmittuntur. quæ quidẽ ex folio 617. & 618. aliundeque aliæ petuntur.

℄ Si Actor uel Reus amiſerit Citationem uide folio 623.

℄ Quod ſi e cõtrario Citatio ſuper Citationẽ pro una re importaretur, uide fol. 622. ibidemq; alia eius generis multa. 123

ARTICVLVS II.

De Citatiõib. calũniatorijs & vitioſis.

Kazi. in Korc. 1451. Falſarij Citationum per Dignitarios Iudicijs præſidentes puniuntur.

Item uolumus & decernimus, Quod calumniatrices, & falſæ Citatiões ac inordinatę, locum in Iudicijs nõ habeant, pro quibus iuxta qualitatem exceſſus Dignitarij Iudicio pręſidentes habebunt facultatẽ eoſdẽ Calumniatores & falſas ac inordinatas Citatiões offerentes puniendi, corrigendi, & mutilandi. 88.

℄ Qui procurauit aut procurat Cauſam calũnioſam atq; eo nomine culpatur beneficiũ expurgatiõis tribus uicibus habebit. quarto conuictus naribus pręciſis notetur. uide hoc Statutũ Lib. iij. Cap. xiij. Art. 5. folio 569. de crimine falſi, aut calumniæ. mentio aũt huius Statuti eſt ſupra Capit. v. Art. ij. de Procuratoribus folio 595.

℄ Vt ergo et Procuratores iurent ſe falſas Citatiões nunq; adiuturos, & quod iniurię ab Iudicib. ęſtimentur, uide ſupra Ca. ij. de Proc. fo. 598.

Sig. Aug. Petr. 1550.

℄ Tametſi contra Citatiões calumniatorias, quæ uehementer increbruerunt, ſint Leges ęditę: quia tamẽ in hoc dubitatũ fuit, ubi nã tales Citatiões deberẽt cognoſci. Quã quidẽ dubitationẽ nos pręcidere uolẽtes, ita cõſtituimus, quia pro talibus Citatiõibus nõ alibi cognoſcendũ eſt, niſi apud illud Iudiciũ uel Officiũ apud quod producẽtur. Nihilominus duntaxat eo tempore cũ Pars hac iniuria grauata eo nomine Actionẽ inſtituere uolet. Appellatio aũt ſeu Motio ad nos ꝓcedere debet.

Conſ. Ter. Cr. 1505. Nemo propter errorem datæ, Tituli, dignitatis, proprij nominis, & aliquem alium defectũ in Citatione commiſſũ debet amittere cauſam, ſed tamen punitur. de alijs uero uicijs ipſarũ Citationũ uide ca. 10. ar. 1. folio 616.

℄ Atqui pro data Titulo, pro proprio nomine nemo debet Cauſam amittere. Et ſi aliquis defectus eſſet in Citatiõe, aut in Concitatiõe, ſucumbens pœnã triũ Marc. ſoluet, & denuo debet citare ſi uult. Quod ſi in uerbo Litera deeſſet, aut ſi Litera abecedarij male ſcriberetur, iſto nihil amittet aliqua Partium. 121

℄ Omnis ergo qui Procuratore careret, poterit ſuã Cauſam corã Iudicio expo-

dicio exponere, uel Controuerſiã & defenſionẽ ſui facere, ſepoſitis atq; reiectis in partem captiunculis pœnarũ, quas captiões Iudex permittere nõ debet, niſi hoc cuſtodire, ut unicuiq; iuſticia miniſtretur.

52. ℭ Vbi aũt debite nõ intellexerit Reus Citationẽ, tenebit̃ Actor ibidẽ corã Iudicio in ſua propoſitiõe ſuam intentionẽ Citato declarare.

Sigiſm. Petric. 1523. Idem folio 210.

Vt aũt occaſio calumniarũ, iurgiorũ, ac Iuramentorũ præcidatur, Iudex vero fiat certior, de quanam, quali, quanta, & cuius loci iniuria iudicare debeat, tã Actori quã Reo datur etiã Dilatio in duabus ſeptimanis ad videndum ſeu potius oſtendendũ Miniſteriali & Nobilibus talem vel talẽ, hoc & hoc loco factã iniuriam: qua demonſtrata, tum primũ Partes cõtrouertunt in ſequentibus Terminis pro iniuria, ſi ſcilicet talis & tanta eoq; loci illata ſit, qualem, & quantã, ac vbi Citatio continet. Quod ſi ſuper proprietate fundi nõ cõcordent, ſuſpenditur Actio iniuriarũ, quoad de proprietate fundi Actione vel finiũ regundorũ, vel vendicatoria experiant̃. Porro facta iã & in Iudicio per Miniſterialẽ recognita Viſione, cõtra defectus Citationis excipi nõ poteſt. Sed Viſione exaudita, cogitur Pars reſpondere ſuper Citationem. Si vero Viſio cum Citatiõe originali in eſſentialibus non cõcordat, hoc eſt, cum Citatio pro iſtis bonis vertitur, & Viſio in aliis bonis demonſtrat̃, & aliter quã Citatio diſponit: ex iſta cauſa ſequitur amiſſio Citatiõis & Cauſæ. Quod ſi aliqua Pars diem pro Viſione aſsignatũ non attentauerit, neq; cũ prædicto Miniſter. in loco & Termino Viſionis cõparuerit, talis ex Recognitiõe prædicti Officii in perditiõe Cauſæ pro qua Viſio fieri debuit, cõdemnari ſolet. Si vero vna Pars aliã minis aut aliquibus violentiis a Viſione repelleret, vel verbis inhoneſtis & cõtentioſis inuaderet, præſertim vero vulnerauerit, violati Iudicii reus haberi debet. Si vero Actor in Viſione coram eodem Officio exarationẽ aut alias violentias ſecundũ Citationẽ ſuam nõ monſtrauerit, Reus a tali Citatiõe debet abſolui, ex ſola Recognitione Miniſterialis ad ipſam Viſionem deputati.

De Viſiõib. COMM.
Viſiones iniuriarum quare introductæ.
Si ſuper proprietate fundi partes diſſentiant.
Poſt uiſionem cõtra uicia Citationis non excipitur.
Si uiſio cum Citatione nõ concordet.
Si Pars aliqua uiſionem non attentet.
Si in uiſione uis fiat.
Si in uiſione iniuria non oſtenditur.

ARTICVLVS III.

De Crĩnalib. cauſis, Euictiõib. & abſẽtib.

Statuimus, qđ in Cauſis Criminalib. in abſentia Accuſantis ſeu (L.I.
37. Actoris cuius intereſt, Nos, uel noſtri ſucceſſores, aut Capitanei noſtri cognoſcere non debemus: nec aliquem hominẽ condemnare, niſi conuictum Iudicio, & confeſſum.

Kazimir. Viſl. 1368. Idem lib. 1. de Capi. folio 225.
Nemo abſente accuſatore, niſi confeſſus & conuictus de crimine in Iudicio ẽ cõdemnandus.

ℭ Maieſtas Regia decreto ſuo in uim Statuti perpetuis temporibus duraturi, omnibus paſsim tã Procuratorib. quã etiã alijs Perſonis cuiuſcumq; ſtatus & conditionis exiſtẽtibus mandare & inhibere dignata eſt, ne quiſpiã Citationẽ inordinatã, & uerba in eadem quæ alicuius honorẽ & bonam famã tangerent deſcripta, & ad præſentiã Maieſtatis R. & Iudicium ſuæ Maieſt. & ad quodlibet Iudiciũ, Terreſtre ſiue Caſtrẽ deferre, & de eadẽ proponere audeat ſub pœna ſeſsiõis unius ſeptimanæ in turri, per omnes in contrariũ decreti ſuæ Maieſtatis præſentis facientes ſuſtinendæ.

Sigiſm. Crac. 1537. Idem libr. 1. cap 2. de Rege folio 48.
Sed in Citatione uerba criminalia, & honorem tangentia ne ponantur.

De Euictiõib. in crĩali uel ciuili cã. L. ij

Contingit etiã, quod cũ aliqui pro quibuſdã criminib. & delictis ad no
33. ſtram audientiã euocantur, nominãt Dños & quoſlibet ſuos ſuperiores, allegantes, Quod auctoritate & mandato ſuorũ Dñorũ & ſuperiorũ huiuſmodi crimina & delicta cõmiſerunt, Verũtamẽ quãuis de aliquibus

Kaz. M. Viſl. 1368.
Quilibet citatus exiſtens reſpondere per ſe debeat, non referendo ſe ad præceptorẽ, cuius iuſſu fecerit.

rit huius mentio li. 1. cap. 18. de ſeruis & lib. 3 cap. 13. ar. 1. de crimine falſi.

In Crim. cauſa Reus ſtatim ut cõuincitur ſceleris, luit pœnas. Quod ſi etiã in Ter. Cõcit. ad ſatisfaciẽd. abſit: uice remiſſienis in cauſa Ciuili fieri ſolitæ, Rex Literis ſuis Capitan. iure ui ctum comprehendẽd. iubet.

temporibus cõtra ratione fuerit obſeruatũ, quia huiuſmõi malefacto-
res per eandẽ nominationẽ a pœna liberabãtur, quæ nominatio cõtinet
in ſe errorẽ intolerabilẽ, ex eo, quod directe cõtrariatur præcepto diuino.
proĩde nos attẽdentes, quod peccata teneãt ſuos tantũmodo autores, &
ſecundũ canonicã æquitatẽ, nominatio in delictis nõ uendicat ſibi locũ,
nec liberat delinquentẽ oſtenſio auctoris delicti. Statuimus, quod citati
pro quibuſlibet criminib. & delictis in noſtro Iudicio iudicentᷓ & reſpõ
dere teneant, & cõuicti debita pœna puniatur: nõ obſtãte prædicta quaſ
libet nominatiõe. Etiam ſi ſuper hoc Priuilegijs noſtris, uel noſtrorum
prædeceſſorũ eſſent cõmuniti. Quæ quantũ ad hoc, ut pernicioſa & er-
ronea caſſamus, irritamus, & reuocamus.

Kaz. M. Viſl. 1368. Euincens aliquem in aliquo crimine, pro eo reſpondebit; alias principalis reſpondere compellitur.

Eiuſdem mentio li. 1. cap. 18 de Seruis, & lib. 3. cap. 3. de crimine falſi.

¶ Quotieſcũq; in Iudicio in Cauſis criminalib. ſeu quibuſcũq; alijs 18.
magnis & paruis quiſpiã cõuentus fuerit, qui Dñm aut criminis aucto
rem nominauerit, aut ſociũ, eiuſq; mãdato ſe feciſſe affirmauerit: & ille
tunc principalis ueniens ad Iudiciũ ipſum liberabit, aſſerens ipſum id
feciſſe ſuo mandato. Statuimus, quod ille Citatus libere ab Iudicio diſce
dere poterit, Actioq; huiuſmõi dirigi debebit contra Dñm, & criminis
auctorem: qui protinus & ex cõtinenti reſpondere tenetur, alias primus
ille, qui Citatus eſt, reſpondere compellatur.

¶ Quod olim pœnę ſoluebantur a Citato qui Coadiutores non in-
tercedebat: hodie uero non. uide ſupra folio 616. & 617.

Maledicus Criminator quomodo ſit cõueniendus.

Quod ſi forte Actor volens ſe expurgare de criminibus ſibi ab aliquo obiectis,
Citet ſui Criminatorẽ, ne in Citatiõe ipſemet illa ipſa crimina recenſeat: ſed ita
Citet, Quia tu neſcitur qua ex cauſa famam malã de eo ſpargis, & conuiciis illum
afficis, &c. ideo vt ſtares & ſi quid mali de eo ſcis, illud corã nobis tanq; honoris
Iudice cõpetenti ei obiicias, de qbus ipſe ſeſe tibi iuxta Statutũ purgare offert.

Kaz. M. Viſl. 1368. Citati & in Iudicijs nominati, ſi reſpondere noluerint, & Iuriſdictionẽ Regis declinarent, pro conuictis decernuntur.

¶ In hæreditarijs uero, & alijs quibuſlibet quęſtiõibus citati, & in no 13.
ſtro Iudicio nominati, tales ſi noſtrã Iuriſdictionẽ declinare uoluerint,
nolentes eaſdem quęſtiões in ſe recipere: Decernimus, quod extũc præ-
dicti Citati cuiuſcũq; ſtatus & conditiõis exiſtãt, habeantᷓ pro cõuictis.

DILATIO VI. AD EVICTOREM.

Conſuetudo.

¶ At ſi ex Munimẽtis in Termino ab Reo productis, appareret eũ poſ-
ſe habere Euictorẽ: uel etiã in quauis alia cauſa prouocaret quis ad ip-
ſum Euictorẽ ſibi in genere ſimilem, ad cõueniendũq; illũ dari ſibi pe-
teret Dilationẽ: eadẽ Dilatio datur ipſi, idq; ad Terminos per unos Ter
minos, ad conueniendũ ſcilicet ipſum Euictorẽ. Qui quidẽ niſi perſona
liter ſe corã illo Iudicio in Termino legitimo ſiſtat, & onus Cauſæ ſeu
Citationẽ in ſe recipiat, in Reum Actio eſt dirigenda. Quod ſi etiã Eui-
ctor Citationẽ recipiat, Actor tamẽ principalẽ nõ obmittit. ſi uidelicet
Euictor nõ fuerit ſoluẽdo Iudicato. de q̃ Li. iij. ca. vij. art. ij. fo. 526. uide

Kazim. M. V. 1368. Parte aliqua Citata exiſtente, & allegante quod propter abſentiam cohæredis in remotiorib. agentis, nõ eſſet reſponſurus: decernitur ille abſens citandꝰ in Parochia. Huius mentio ſupra ca. 11. de Miniſter.

De abſentibus Citandis.

Cum aliquis pro hæreditate citatur, & cõparens in Iudicio malicioſe
opponit, Quod Petrus uel Mathias in remotis partibus eſt cõſtitutus, 14.
cohęres eiuſdem hęreditatis, cum tamen forſan idẽ Petrus uel Mathias
nihil Iuris habeat ad eandẽ: Ideo ille Citatus dicit ſe nõ teneri reſpõde-
re pro eadẽ hæreditate, Propterea quod Petrus & Mathias cohæredes
ſui agerẽ

ſui agerent in remotiorib. Quapropter Statuimus, quod taliter Petrus
uel Mathias in Iudicio nominatus, de mandato Iudicis in aliquo emi-
nenti loco, uel circa Parochiã de qua Parochia eſt hæreditas pro qua ea-
dem quæſtio mouetur per Miniſterialẽ tribus uicibus publice procla-
mando, ad proſecutionẽ ſeu defenſionẽ Cauſæ ad certum locum & Ter
minum debebit citari. Quo non cõparente ipſius cõtumacia ſeu abſen-
tia non obſtante ad deciſionem ſeu deffinitionem Cauſæ licite per ſen-
tenciam diffinitiuam procedatur.

Kazi. M. viſl. 1368. Eſt etiam eadem Lex fol. 518. & iterũ fo. 638 habuit uero locũ tum cũ Term. Terr. intra 6 hebd celebrabantur. Hodie Reo abſenti nihil omnino ſuffragatur, niſi qs Reip cauſa abſit, & eo nomine Literas inhibit. R. ad Iudiciũ in Term. peremptorio, litis ſiſtendæ cauſa mittat, de quo ſupra cap. 8. fol. 606. uide.

¶ Porro cum quis extra Terram ſit: & pro Termino peremptorio ci-
38. tatur: eidem 18. ſeptimanarũ Terminũ incluſiue, pro primo uidelicet
Termino ſex ſeptimanas: pro ſecundo alias ſex: pro tercio ultimas ſex
pręfigendũ declaramus. Quod ſi intra hæc tẽpora nõ paruerit, Iudex ad
definitiuam ſentenciã procedat huiuſmõi cõtumacia nõ obſtante.

¶ Ab Acceſſorijs quæ nõ important perpetuã amiſsionẽ principalis
cauſæ, ſed tantũ perditionẽ Termini, aut ab Citatione libertatẽ, Iudex
moueri non debet: ſed in eius decreto Partes cõquieſcere tenẽtur. Alio-
qui a talibus Acceſſorijs quæ in ſe cõtineant Lucrum, uel amiſsionẽ prĩ-
cipalis Cauſæ, pro qua quis citaretur, in tali caſu, ſi cui Decretũ Iudicis
diſpliceret, poteſt Iudicẽ Mouere ad Colloquia iuxta cõſuetudinẽ Iuris,
& Statutorũ antiquorũ de Motiõibus cõſcriptorũ diſpoſitiõem. In Col
loquijs aũt mouens debet eſſe paratus cũ ſuis probatiõibus, ut ſuper ne
gocio prĩcipali citra oẽs Dilatiões iuxta Iuris formã in eiſdẽ experiat.

AB ACCESSORIIS NE APPELLET.
Sigiſm. Craco. 1543. idem infra capi. de Colloqu. repetetur.

CAPITVLVM XVII.

De Litiſcõteſtatiõe & except. pẽptorijs

PRAEFATIO.
Litiſconteſtatio eſt Iudicij ſecunda pars uſq; ad concluſionem

Cum iam Exceptiões Acceſſoriæ cõſumentur, nec quiſq; prohibebit, quomi-
nus ſuper negocio principali Partes ſecum experiãtur: Dimiſsis velitatiõibus, ad
Litiſconteſtationẽ quaſi ſeriã pugnã, eſt perueniendũ. Quæ qdem ita dicitur, qđ
hinc inde apud Iudicem negocii principalis ſit narratio, & cõtraria cõteſtatio, cũ
iam ſcilicet rem ipſam Actor petit, & Reus ſe defendit, Quod ergo Rhetores ſta-
tum ſeu Conſtitutionẽ Cauſæ, hoc Iuriſcõſulti Litiſcõteſtationẽ appellant. Quo
in conflictu Reus omni ratiõe ſtudet, vt propoſitionẽ Actoris, negatiõe ac Iure-
iurãdo euadat: vel Exceptiõe perimat: nẽpe qđ nõ debeat, vel ſit res Iudicata, trãſa
cta, ſoluta, præſcriptiõe exoleta, & ſi cõtra Iura & Cõſtitutiões Reg. aut obligatio
nem petatur. Quarũ qdem & huiuſmodi aliarũ omnium defenſionũ Reus poteſt
mentionẽ facere etiã ante Litiſconteſtationẽ, cum proteſtatiõe hac, quod nollet
ſibi eas perire, tum, cum ſuper principali negocio fuerit diſceptandũ. Certe Ex-
ceptiones falſæ Cauſę, ſatisfactionis, cõpenſatiõis, & acceptilatiõis ſunt extra om-
nem curſum Exceptionũ. Nam eæ etiã poſt ſentenciã opponi atq; probari poſ-
ſunt, ſemperque tuentur Reos, aduerſus Actores. Eiuſdem generis ſunt omnes
modi, quibus Ius in re aut perſona cõſtitutum extinguitur. Porro ſi Reus ſe de-
bere id quod petitur agnoſcat, & ſe quaſi dedat Actori, nõ Litiſconteſtatio, quæ
quidem ob luctam contrariã litigantiũ ita dicitur, ſed ſpontanea cõfeſsio facti, &
quaſi deditio Victori, eſt appellanda. Quod ſi Reus neq; ſe confiteri, neq; negare
dicat: talis reſponſio æquanda eſt taciturnitati, cõdemnariq; poteſt in ſolidum, tã-
q; is qui cõfiteatur ſe teneri. Diſerte quippe eſt reſpondendũ Actori. & videndũ,
num ad vnã partem Libelli reſpondeat Reus, vel ad integrum Libellum. Si qdẽ
narratio atq; petitio in Libello ſunt, ſicut antecedens & cõſequens in Enthyme-
mate. Itaq; refert ſane quatenus iſtorũ alterum neget cõuentus, vt enim cõſtare

Litiſconteſtatio quid eſt?

Quæ Exceptiones etiam poſt ſentenciam obijci ſolent?

Si Reus ſe teneri agnoſcat?

Si Reus neq; ſe fateri neq; negare aſſerat?

Diſerte & diſtincte Reus Actori reſpondeat.

 poſsit

Qui præſcriptionem opponit.

poſsit de Lite,neceſſe eſt diſerte exprimi,an dicat omnino ea inter ſe nõ cohgre-
re,an vero alterũ neget ex altero ſequi.ſit enim ſæpe,vt narratio in Citatiõe vera
ſit,ex ea tamẽ petitio nõ ſequatur. Qui vero Pręſcriptionẽ opponit,nõ negat Ius
petendi ſeruire Actori,ſed illud iam exoleuiſſe cõtendit: Ac proinde talis nõ tol-
lit Litem,ſed eam cõtrarii Iuris allegatiõe ſiſtit.Itaq; caute eſt vtendum Excepti-
one Pręſcriptiõis:niſi enĩ legitime probet,nocet:ſi quidẽ Reum debitorẽ cõſtitu-
it. Quod ſi Reus ceſſet reſpondere ad Cauſam,vel facta reſponſiõe ab Iudicio di-
ſcedat,Lis cõteſtata habetur: & Actor in eius poſſeſsionẽ mittitur. neq; vero re-
fert,an per Litis autores, vel per illorũ, alterutriuſue ipſorũ Procuratores fiat Li-
tisconteſtatio.Ea vero facta,Actio propoſita fit perpetua, & incipiũt deberi viu-
ræ, ſeu fructus rei petitæ.Et vt hoc quoq; loco ſumma Actoris & Rei Officia at-
tingam,vel potius repetã, Actor iniurias vel delicta exponit,pœnãq; eis ſecundũ
hanc vel illam Legem irrogari ab Iudice petit: præterea de induſtria,nõ caſu:
exemplo malo,nõ priuato Reum peccaſſe affirmat. & ſi etiã errore factum exte-
nuetur,exaggerat:aliaq; argumenta,& probatiões,ex aliis locis,tanq; ſedibus,pe-
tit. Locus ſi qdem eſt argumenti ſedes: Argumentũ aũt eſt, ratio quæ rei dubiæ
faciat fidem.Porro Deffinitio,id de quo quæritur,definit,& quaſi euoluit.Ducũ-
tur etiã argumenta ad Cauſam neceſſaria ex his rebus quæ quodã modo affectæ
ſunt ad id,de quo quæritur. nempe ex cõiugatis, ex genere, ex forma, ex ſimili-
tudine,ex differentia,ex cõtrario,ex adiunctis,ex antecedentib.vel cõſequentib.
aut repugnantibus,ex cauſis vel effectis,poſtremo ex cõparatione maiorũ,pariũ,
aut minorũ.de quibus omnibus Ariſtoteles Cic.& Bohet.in ſuis Topicis videan-
tur. Reus cõtra nihil horum ſe patrauiſſe oſtendat, aut ſe honeſte,iuſte,legitime,
& cum vtilitate Reip.feciſſe doceat ex iiſdem Locis,quos attigimus,qui quidem
Reo itidem ſeruiũt ex cõtrario illorũ vſu: vel alioqui per imprudentiã, caſum,vel
infortunium,vi,ac neceſsitate ſe peccaſſe oſtendendo factum extenuet. Inſuper
Leges tantũ cõtra eos latas eſſe interpretabitur, qui data opera in eas deliquerũt,
non caſu, vel inuiti.Plura & limatiora ſuper ea re ne ſcribam, prohibeor ſummis
difficultatibus,quæ me vndiq; circumuallãt,modoq; non obruunt:Typographus
aũt, ne horulã qdem expectare vult, ſed quãlibet ſchedulã atramẽto fere madidã
ſub prælũ rapit.Ac proĩde ea quæ eo loci volueram adferre,quaſi mihi erepta eſ-
ſe queror.Tenere tamẽ me nõ poſſum,quin addam illud,Quia in ſanctioribus Iu-
diciis tam ab Actore quã ab Reo Iuſiurandũ ſolet exigi. ab Actore quidẽ quod
ſe bona niti cauſa exiſtimet,quã in Iudiciũ adducit:ab Reo aũt quia nõ niſi iuſtis
ac Iuridicis Exceptiõibus,& Dilatiõibus: vterq; aũt quia probatiõibus veris non
calumnioſis,neceſſariis nõ ſuperuacaneis ſit vſurus.Quæ forma Iudiciorũ in Re-
pub.quoq; noſtra vehementer,mea certe qdem opiniõe,eſſet neceſſaria: ad exẽ-
plum ſcilicet Procuratorũ Iuratorũ, & ad exemplum eorũ qui in fraudẽ oppreſ-
ſorum bona ſua inſcribunt,vel Actione cedunt alicui. & hoc ideo ne alter alterũ
dolo tentet, impetitiõe moleſtet, tergiuerſatiõeue eludat,atq; ita ſumptu exhau-
riat:Sed porro vt Actoris cupiditas cohibeatur,Reus aũt citra vllas pręſtigias det
aut faciat,quod Iure debet,alioqui impunitas tantã iurgandi,ac poſtremo bellan-
di licẽtiã excitabit,quãtã armis potius reprimere,q Legib.ſedare cogeẽ Magiſtr.

Si Reus reſpondere ceſſet uel reſpondere incipiendo temere recedat.

Actoris & Rei in litigando officia, atq; ad confirmandam utriusque intentionem adiumenta.

In ſanctiorib. Iudiciis Iusiurandum tam ab Actore quam ab Reo ſolet exigi propter ui tandam calũniam.

Impunitas Reipubl. pernicioſa.

Conſu. Ter. Cr. 1505

ARTICVLVS I.

Farrago Exceptionũ pẽptoriar. & reſpõ(ſionũ.

ſi Actor citatũ condemnauerit una uice nec proſequeretur cauſam infra annum & 6 ſeptim. Reo etiam nihil faciente: Actor perdit cauſam, niſi aliqua neceſſitate imminente per illa tẽpora iudicia fuiſſent ſuſpenſa.

Si aliquis aliquẽ citando,cõdemnauerit una uice, & ulterius nihil face-
ret, usq; ad decurſum unius anni & ſex ſeptimanarũ. ¶ Item ſi etiam 122
aliquis aliquẽ citando,in Termino nihil faceret cõtra Partem Citatam,
Et ſi etiã Pars Citata nihil faceret,ſicq; Termin9 lapſus eſſet,alias prze-
pelznal by: Pręterea q; ſi Actor intra curſum eiuſdẽ tẽporis unius anni
& ſex ſeptimanarũ ad Terminũ lapſum nihil faceret,neq; adcitaret: tũc
decurſo iſto tempore amittit Actor id pro quo citabat. Excepto quod

Iudicia

Iudicia ex aliqua neceſsitate ſuſpenſa fuiſſent. in tali enĩ caſu Citationi Actoris prorogatio longi temporis nihil nocebit.

❡ Porro de uarijs uariarũ perſonarũ ac Rerũ prȩſcriptiõibus, quȩ etiam in cõtrouertendo Actoribus obijci, atq; Cauſam interimere ſolent: ſuis locis, & præſertim Libr. iij. Cap. x. Artic. j. fol. 539. uide.

❡ Item peremptoria Exceptio eſt. Si quis ſe debere, aut feciſſe quitq; confiteatur: ſed ſoluiſſe, aut Iure feciſſe dicat, atq; probet. — *Conſuetudo.*

❡ Si Reus alleget ſe calũnioſe eſſe Citatũ uide Li. iij. Ca. xiij. fol. 569. (de Calũniato.

❡ Atqui cũ Actor queritur ſuper Citatũ, poſt pro-
122 poſitionẽ aũt, alias poſt querelã dicet, ſi id Reus negabit, uolo id probare, prout Ius decernet, nullũ Ius omittendo: & Reus ſimpliciter negauerit. Extunc propinquior eſt Actor ſuã propoſitionẽ probare quã euadere Reus. ❡ Sed ſi etiã dicet Citatus, uolo id euadere, alias odbycz nullum Ius omittendo, prout Ius decernet: tunc Citatus erit propinqor euadere, exceptis Artic. in Statuto ſcriptis: pro qb. Actori ꝓbatio debẽt.

Con u. Ter. Cr. 1505 Vt uero Actor contra Citatũ ſimpliciter negantẽ propior eſt ad probandã Iuridice ſuam propoſitionem, ita Citat9, uolens euadere propoſitionẽ Actoris, & offerens ſe probaturũ Iuridice cõtrariũ, potior eſt in probatione quam Actor.

❡ Quia uero ſimplici Minuta nihil probari põt, ſed tantũmodo Lite-
122 ris, aut Minuta ſub Sigillo, aut Libris coram Iudicio.

Conſu. Ter. Cracou. Minuta non ſigillata nil probatur.

❡ Idcirco rametſi Notarijs Terreſtrib. ſubſtitutos ſeu Vicenotarios, qui in ſcribendo duntaxat illos adiuuent, habere permittamus: hoc tamen expreſsũ ſit: ut ipſimet pręſentia ſua tam Iudicijs Terreſtrib. quã Repoſitiõi Librorũ, & alijs Iuridicis Actibus interſint, & Literas, ac Reſcripta quæcũq; ex Actis Terreſtribus in Pergameno & papyro extradenda, manu ſua ſubſcribant.

Sigism. Craco. 1532. Idem lib. 3 ca. 9. ar. 1 de Literis ac Priuilegijs fol. 534 & li. 4 ca. 1. ar. 1. de creand. Iudicij Colleg. fo. 581

❡ Quod ſi etiã aliquis aliquẽ prouocauerit in Lite pro corylo, alias
123 zalaſzka, hoc eſt, paciſci uoluerit pro perditione ac pro lucro Cauſæ: ſiue etiã pro trib. Marc. pec. ſiue pro ſex ſcotis prouocet ad corylũ: in tali caſu prouocatus arbitriũ habebit eligendi, ut ſumat corylum ſiue pro Lucro, ſiue pro tribus Marcis, ſiue pro ſex ſcotis, ſiue pro nihilo.

Cõs. T. Cr. 1505 Quod ſi quis aliquẽ prouocet ad corylũ hoc eſt ad paciſcendũ de lucro Cauſæ, aut perditiõe 3. Marc. aut 6. ſcotorũ, prouocatus, habebit poteſtatem ſumendi illum uel non.

❡ Item Statuimus, quod in Iudicijs Terreſtrib. & Capitaneorũ con-
94 trouerſiæ alias vvſpory poſſunt fieri ante reſponſionẽ, alias przedodeprzam per Reũ factã. ❡ Poſt reſponſionẽ uero Rei ſuper Propoſitione Actoris Iudex amputatis controuerſijs & altercatiõibus ſuperfluis unicuique Partium faciat iuſticiam expeditam.

Kaz. in Nyeſ. 1454. Cõtrouerſiæ ante reſponſionẽ admittantur, & quod altercatio ſuperflua eſt in Iudicijs prohibita.

❡ Cum iam ſuper Citationẽ, Adcitationẽ ſeu Concitationẽ ad ſatisfaciendũ Partes cõtrouertent: tum ſi aliqua Partiũ ab Iudicio poſtularet, poterit ab Iudicio ad partem cũ Aduocatis ſeu amicis ſuis ad cõſilium ſecedere: idq; Propoſitiõe Actoris exaudita. Interea uero aliȩ Cauſæ in Iudicio peragi poterint. ita tamẽ ut rurſus ex illo conſilio redeundo Citatus reſponſionẽ faciat. Quilibet tamẽ qui Procuratore careret, poterit ſuã Cauſam corã Iudicio exponere, uel cõtrouerſiã & defenſionẽ ſui facere, ſepoſitis atq; reiectis in partẽ captiunculis pœnarũ, quas captiones Iudex permittere nõ debet, niſi hoc cuſtodire, ut unicuiq; iuſticia adminiſtretur. Sed & cõtrouerſię Partiũ plus iuſto maiores & longiores ab Iudicio ſuſcipi nõ debent: tametſi minores & breuiores fieri poſsint: hoc eſt propoſitio Actoris, cũ eius probatiõibus Literatorijs: ſi

Sigiſm. Craco. 1543. Reus exaudita propoſitione Actoris, poterit ſecedere ab Iudicio cũ amicis ad cõſultandũ de reſponſione faciẽda. Idẽ li. 4 ca. 5. de Proc. fo. 595

Quales & quantæ Controuerſiæ audiri & ſcribi debent.

quidē ſeſe eas oſtenſurū reciperet. ex parte aūt Rei reſponſio ſuper Ci-
tationē, uel Exceptio, hoc eſt diſceptatio neceſſaria ſuper aliquo Acceſſo
riorū ante reſponſionē ſuper negocio principali fieri ſolita, Item deffi-
nitiua ſentencia, & ſi res pręterea poſcat, Replicatio Actoris, poſtea Du-
plicatio Citati: ſimiliterq; Actoris Triplicatio, ac poſtremo Rei Qua-
druplicatio ſuſcipiatur, nō amplius. Quæ quidē omnia quilibet Iudex
moderabitur, ut ne Cōtrouerſiæ in longum trahātur, tametſi breuiores
eſſe poterint: in facilibus præſertim Cauſis, quando nō diſceptatur de
probationibus contrariarum Literarum.

Vt Citationes ita Cōtrouerſiæ qui ita uoluerint, polonice ſcribantur.

Vt aūt Citatiōes, ita cōtrouerſiæ, & reſponſiōes, ac etiā Decreta, ſi quis
fortaſsis ita uoluerit, polonice ſcribātur, & in præſentia Notarij Terre-
ſtris in loco Iudicij, queādmodū & Inſcriptiōes Terreſtres in Acta in-
ſcribantur, propter quod Notarij Terreſtres debent circa Acta ſede-
re, ſub amiſsione Officij ſui.

Sigiſm. Craco. 1543. Idem lib. 3. cap 7. folio 525. repetetur.

¶ Porro cōtra Inſcriptiōes obligationū, & oppignorationū quarū-
uis, iam nullus locus nulli hominū, ne Procuratoribus quidē, ad dicen-
dum erit reliquus: nec quiſq; cōtrouerſiā, atq; cōtradictionē cōtra eaſdē
inſtituet ac faciet, ſed duntaxat eiſdē Inſcriptiōibus ſatisfacere, & eaſdē
implere iuxta obligationē tenebitur, nullā Motionē Iudicis faciendo,
pro quibuſcūq; tandē debitis inſcriptæ, & quacūq; tandē tuitione ro-
boratæ fuerint, Sed neq; ullā Dilationē, atq; procraſtinationē debitor
habebit, niſi fortaſſe corā certo Iudicio demonſtraret, & allegaret Quie-
tationē ſui ratiōe ſatisfactiōis pro eodē debito inſcriptā. In tali enī caſu
ſemel ad futuros Terminos beneficio Dilatiōis uti debet. Quā quidem
ſatisfactionē, & Quietationē ſui tenebitur cōprobare in futuris Termi-
nis, ex eiſdem Actis, ad quæ ſe reciperet, ſub amiſsiōe ſuæ Cauſæ.

Citatis pro debito Dilatio tantum ad Quietationis oſtenſionem detur.

Sigiſm. Petric. 1523. Iudex a Partib. inquirat, an habeant aliqua munimenta.

¶ Debebit aūt Iudex præſidens a Partibus cōparentib. ante ſenten-
ciæ prolationē inquirere, an haberēt aliqua ſua Munimenta, uel docu- 32.
menta, defenſiōesq; Iuridicas ad Cauſę proſecutionē opportunas: ne ho
mines ſimplices ruditate ſua in Cauſis ſuis ſuccumberent.

Ante ſentenciæ prolationē Partes poſsūt producere ſuas allegatiōes, quas uellent.

LICEat enim utriq; Partiū introducere res ſubſidiarias, & Verba-
les, & Literatorias, ante prolationem ſentenciæ.

Captiones Memorialium abrogantur.

ET PROteſtatiōes Memoraliū captioſę: nullū deīceps robur ha-
beant, quæ ſolebant fieri ante prolationē ſentenciæ: ſed pro Re princi-
pali decreta tantummodo Memoriale ſoluatur.

QVIN liceat utriq; Parti omnia, quæ opus habet allegare, reponere-
req;, ante ſentenciæ prolationem.

Sigiſm. Petric. 1523. ſed ſi quis in Termino primo, uel etiam ſecundo reſpōdet, & ſuccumbens in Cauſa ab Iudicio rebelliter diſcedit, in pœna 14. Marc. Actori condēnatur, et iā recta, tā in ſumma principali ac damnis, q̄ in pœna ad Intromiſsionē proceditur. Idem infra cap. 22. repetetur.

¶ Si uero Citatus perſonaliter corā Iudicio, ſiue in primo Termino,
ſiue in ſecundo paruerit, factaq; reſponſiōe ad obiecta Actoris, in Cau-
ſa ſua ſuccubuerit, & nihilominus ab Iudicio rebelliter receſſerit, Victo- 34.
ri pro Re decreta ſiue Lucrata nō ſatisfaciendo, talis rebellis in pœna
quatuordecī Marc. pecuū. cōdemnetur: & illi Victori addetur Miniſte-
rialis ad intromittendū eū in bona Cōuicti uigore Perlucrorū eo mo-
do acquiſitorū: idq; tam in ſumma principali, quā etiā in dānis, & pœ-
na expreſſa, & procedetur contra Victū. prout ſupra Libr. I. Capit. xij.
art. xxviij. xxix. & xxx. fol. 243. &c. de Executiōe Rei iudicatę. Si

¶ Si Citatus pro Vadio, pœnis, aut damnis, ea euadere uult, ante decretum dicat: euadendo Vadiū, pœnas, ac damna: reſtituo, do, facio, ſatisfacio: tunc cum pœna L. id faciet. alioqui Vadio, pœnis, uel damnis erit obnoxius. Et ne Actori ipſe Reus illudat, ut intra duas ſeptimanas Actori ſatisfaciat Terminus Reo præſtituitur. Si uero nō ſatisfecerit, reſeruatur ipſis Partib. Term. pro Cā prīcipali ad Term. ꝓxīe fut.

Conſuetudo. Si quis ſe debere confiteatur id quod Actor petit.

Vt aūt pro varietate Perſonarū, Rerum, Iniuriarū, variæ Libellorū formę Actoribus cōpetunt: ita quoq; Reis variæ defenſiones Actorum Cauſam inficientes ſeruiunt. Quarū quidem hic mentionē facere potius, quā eas huc coaceruare malui. Alioqui omnes fere Leges de ſingulis iniuriis conditæ, & a me in locos cōmunes digeſtæ huc erāt cōferendæ. S I quis aūt ſentiat ſe debere id quod petitur ab eo, neq; tamē niſi coactus præſtat: is eſt audaciſs. vir. Neq; enī ſolū hic corā Accuſatore ſui ipudēter cōparet, & qđ intolerabilius ē, in Iudicio cōſidenter verſat: verū etiā Dei Iudiciū cōtemnit, cōſcientiæq; cruciatu nō vicitur, vt ſ. in diuino ac hum. foro predonē, in media etiā luce furē agat. Quia tamē aperta vi neq; vt leo, tecta fraude vt vulpecula inſidiat, q̄ & Actoris vincula effugiat, & iudici illudat, ac poſtremo Deum inſpectorem occæcet, & quantum in ſeſe eſt ſibi ipſi homo mēdax infert vim: ne cōſciētię verba reſpondeāt. Pręterea q; quantū ſibi permitteret in tenebris, ac in ſolitudine, abunde ſatis deſignat. Quocirca ei cui Iudicia ſunt cōmiſſa, iuxta Cicer. conſilium, neceſſaria eſt ORATIO & SAPIENTIA, qua regat populos, qua ſtabiliat Leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros, qua in exemplū proponat iuſtos viros, qua præcepta laudis & ſalutis apte ad perſuadendū edat ſuis Ciuibus, qua hortetur ad decus, reuocet a flagicio, conſoletur adflictos, facta & cōſulta ſapientum, fortiū, ac iuſtorū, cum improborum ignominia, niſi reſipiſcant, prodat Actorū ſempiternis monimētis. Id vero vt eo loco nūc ſcribā, tametſi nōnullorū Litigantū improbitas decantata me cōmonefecit, locusq; iſte inuitauit, Incredibilis tamē dolor, quem ex malorū ac bonorum diſſimilibus præmiis ſemper fere capio, adegit: ob id aūt maxime, quia quotidiana exempla iam fere in mores hominum, proh dolor, ſunt tranſlata, tantūq; proſunt ſcelera (vtinam aūt fallar) vt omnino is in ſeſe peccare videatur, qui recte quicq; faciat. Namq; iā & ipſe ob editionē huius ipſius mei operis, quaſi violator Reip. ac religiōis Reus peragor: ab his vtiq; fortaſs. q quidē ipſam Rēp. ac religionē ſibi propoſuerūt in quæſtū. ita vt ſi qs in vtriusq; morbos oculos inferat, ſtatim putēt de ſuo corio fieri Comitia.

COMMENT. Farrago defenſionū unde Reus petenda eſt.

Si quis ſentiat ſe debere id quod ab eo petitur, neq; niſi coactus præſtat, terna malorum hic uir putandus eſt.

Proinde Iudici neceſſaria eſt ORATIO & SAPIENTIA, qua bonos laudet, malos obiurget.

CAPITVLVM XVIII.

De Iure deliberādi, differēdi Termini, & alio transferendæ Cauſæ.

PRAEFATIO.

QVOD SI IVDEX bonos ab iniuriis aſſerere, malos cōtra deſperatiōe frāgere cupit: cogitādū ei ſane eſt, ne in tam ſācta prouincia vel imprudentia erret, vel iniuſticia delinquat: Neq; enim Magiſtratū gerere, verumenīuero recte gerere glorioſum eſſe exiſtimet, ne aūt feſtinationē errori prætexat, placuit maioribus noſtris, vt Iudici detur iuſtum deliberādi ſpacium, intra quod ſuper quæſtione dubia ſuperiores Magiſtratus adeat, Iuriſcōſultos roget, & ad Legū amuſſim omniū ſentencias exigat: ne ſi forte ſuo, vel aliorū errore adductus deliret: decretū eius ſuperioris Iudicis cēſura cum aliq̄ pudore ipſius corrigatur. Procurator aūt qui in Iudicio cōparet, & ſi ſit Dn̄s Litis, eius tamē poteſtas tantū ad cōtrouertendum, audiendū decretum, Iudicem mouendū, aliosq; Actus Iudiciales exercendos ſeſe extendit. atqui vt a Cauſa recedere, de eaue tranſigere ſua ſponte: ita eam niſi ſit poſſeſſionatus differre, tātominus in aliud forum transferre poterit abſq; ſuo principali. vt ſupra fol. 599. attigimus. Quin & Iudex Ordinarius de Cauſa cognoſcere, ſentenciāq; de ea ferre cogitur. Nam Iudex Appellationis, niſi hoc

Ne Iudex in ſua functiōe imprudentia uel iniuſticia peccet, datur ei ſpaciū deliberandi ſuper quæſtiōe difficili, ne ſe ſentencia ſuæ pudeat.

De Procuratoris poteſtate in Lite differēda, & in aliud forū transferenda.

niſi hoc oneris ſubire velit, non tenetur: tantū enim præiudicatū, ſi bonum fuerit, approbat: ſin minus, retractat: atque ideo ad vlteriores gradus ad quos ipſe de Iure non tenetur, in Lite faciundos, Partes ad forum Ordinariū remittit.

ARTICVLVS I.

Olī nō, nūc Iudex Ter. & Caſtr. ſeī deliberet. Lex I.

Conſu. Ter. Cr. 1505. Iudex Terr. olim in tercijs usq; Term. Caſtr. uero in 16. ſeptimanis debebat enunciare ſeu expedire Interrogationem.

Si quæſtio perplexa & difficilis in Iudicio oboriatur, Iudex accipiat ſibi ſpaciū aliquod temporis ad interrogandū ſuperiores 42 ſe Magiſtratus, uel Iuriſcōſultos de ipſa quæſtiōe dubia in Iudiciū adducta: atqui ulterius cunctationē ſuā protrahere nō poteſt, niſi ad tercios Terminos. In tercijs aūt Terminis Deliberationē expedire, & ſentēciā ſuā dicere teneaᵗ: IVDex aūt Caſtrē in ſedecim ſeptimanis ad maximum debet expedire ſentenciā ex Interrogatiōe conceptā. alioqui ſi alteruter nō expediuerit ipſam ſentenciā: poteſt Iudex eo nomine tempore medio ad interrogandū habito, & præterito, cōmonefieri: Cum aūt fit Interrogatio, Partes nec intereſſe interrogatiōi, nec eam audire debent.

Sigiſm. Craco. 1543. Idem de Capi libr. 1. cap. 12. folio 227. Controuerſia ſemel facta, neq; meliorari neq; locupletari debet: Quocirca ſemel etiam deliberetur.

¶ Nos tamē Statuimus, ut nō niſi ſemel Iudex etiā Terreſtris, deliberet: poſt quā quidē Deliberationē Iudicis, iam nulla Partiū poterit ſuā Controuerſiā meliorare, uel locupletare, tantū Decretū Iudicis audiet ex illa Cōtrouerſia, ſup quā deliberauit Iudex, faciundū. Sed quia Statuto nouo cautum extat, quia ante prolationē ſentenciæ, hoc eſt, ante Decretum, poteſt quælibet Pars ſuā Controuerſiā uel Cauſam meliorare, hoc debet intelligi, quia hæc melioratio Cōtrouerſię debet fieri ſemel in Term. pēptor. hoc eſt tū, quādo iā Iudex recipit ſibi ſpaciū tpis ad Deliberandū ſeu ad Interrogandū. Nā ſi Pars aliqua deberet Cauſam ſuā aliquoties meliorare, Iudex uero itidē ſup eadē aliquoties deliberare: tūc magna iuſticiæ comperendinatio fieret, & admitteretur.

Olī Iudex, nūc nō niſi Partes ſibi differunt Terminos, aut in aliud Forum transferunt. Lex ij.

Sigiſm. Petric. 1533. Forma inſcribendæ ſuſpenſionis Termini per Iudiciū ad interrogandū, ſiue ad Deliberandum, ſiue ex quacumq; alia cauſa partib. præfixi, antea etiā in Iudicio Terr. & Caſtr. nūc tantum in Ter. Reg uel Comitijs uſitata.

Iudiciū motu proprio, ex certis reſpectibus, Cauſam inter Nobiles A. 43. Actorē & B. Citatum occaſiōe C. D. uertentē, ad Terminos proximos Terreſtres differt, cum toto ipſius Cauſę effectu, Partibus pręfatis Terminum aſsignando in pręfatis Terminis Terreſtrib. hic in C. proxime celebrandis, talem qualē hodie habere debuerunt, nullius Partis Iure læſo, immo utrique Partium integre conſeruato.

Sigiſm. Petric. 1523. Forma ſuſpenſionis Term. hodie uſitata de conſenſu & uolūtate Partiū uel alioqui ipſorum Negocij geſtorum.

ET IN SImili forma trāsferebaᵗ Cauſa ad Cōuentionē R. generalē. 45. Nobiles A. de B. Actor, & C. de D. Citatus ex cōſenſu ipſarū Partium 44. uel alioqui Nob. E. F. ab Actore, & G. H. a Citato poſſeſsionati Procuratores, uel negocij geſtores, perſonaliter ſtantes ſcribunt Terminū ad Terminos proximos Terreſtres (uel ulteriores) iuxta ipſarū PartiūCitationē, uel Citatiōes, & totum Actoris Proceſsū, & effectū Cauſæ, occaſione I. K. inter eos uertentē, talem qualem hodie habere debuerunt, earundem Partium Iure illæſo, immo in toto conſeruato.

Sigiſm. Craco 1543. ¶ At deinceps Repoſitio & ſuſpenſio Terminorū Terreſtriū eſſe nō debet: ita

debet: ita quod Citatiões & Cauſæ hominum nullo modo, neq; ſigillatim neq; generaliter debẽt ſuſpẽdi per Iudices ad alios Terminos: Quicunq; aũt Iudices, tales ſuſpenſiões Iudiciorũ ſua ſponte fecerint, iuxta Statutũ debent puniri: excepto ſi tales Repoſitiões ex cõſenſu Partium (uel eorum Procuratorũ, ſiue Negociorũ geſtorum poſſeſsionatorũ) fecerint, & propterea Iudices ubiq; debent eſſe poſſeſsionati, ſub pœna amiſsiõis ſuorũ Officiorũ, cõtra quos Iudices, ſi id admiſerint, Nuncij illius Terræ ſi generaliter, uel alioqui Partes ſi quarũ Cauſam ſpecialiter diſtulerint, inſtigare poterint, & aſtringuntur.

Termini Terreſtres Iudicii priuata auctoritate neq; reponi, neque ſuſpendi debent. idem lib 1.cap.12. de Capitan fol. 232.

CAPITVLVM XIX.

De Lrãrũ ac Teſtiũ ꝓbõib. ac expꝓgõib.

PRAEFATIO.

Tametſi Litigantes, vt athletæ, omni conatu ſeſe petunt, quo Actor qdem Reum ſternat, Reus cõtra manus eius effugiat: Nihilominus fieri nequit quin Iudex vtriuſq; Cauſam tanq; vires peruideat, & qua parte ſui veræ ac firmæ, falſęue ac imbecilles ſint, teneat: ſi ſit certaminis eorũ ſpeculator paulo attentior. Ac in cõtrouertendo quidẽ Litigãtes argumenta duxiſſe oportuit, quæ artificioſa a Cicer. dicuntur, primo a deffinitiõe, poſtea a partitiõe, dehinc a notatiõe, a coniugatis, a genere, a forma, a ſimilitudine, a differentia, a contrariis, ab adiunctis, a conſequentibus, ab antecedentibus, a repugnantibus, a cauſis, ab effectis, a cõparatione maiorũ, minorum, & parium. Qui qdem omnes Loci in ipſa Cauſa de qua ambigitur, hærent: intraq; illas quatuor cauſas, vt rerum omniũ, ita Citatiõis quoq; effectrices, nẽpe Materialẽ, Formalẽ, Efficientem, & Finalem cõcluduntur. Quod ſi fortaſsis probatiões ex iis Locis quaſi ſedibus deprompt æ ad probandũ Actori ſuam propoſitionẽ, vel Reo ad depulſionẽ illius ſuffeciſſe omnino nõ videantur: Tum vero ad argumenta, quę extra Cauſam poſita ſunt, & artis expertia appellãtur, eſt cõfugiendum, quorũ in genere ſunt Probatiões quæ petuntur ab Literarum Inſtrumentis (quod inſtruũt Iudiciũ & de re geſta teſtẽtur, ita dictis) Quibus qdem authoritas petitur a Titulo & Sigillo Principis, & Cancellarii cõſignatione: vel alioqui ab Iudicis teſtimonio, ac ſubſcriptiõe Notarii: aut Capitanei, eiusue Iudicis: alteriusue qui Iurisdicendi publicã habet poteſtatẽ: et ſi præterea res, locus, tempus, ac Teſtes, aliæq; ſolennitates vſitatæ ſufficienter adnotentũ. De quarũ qdem Literarũ vi, vſu, repoſitiõe, veritate, falſitate, acquiſitiõe & interpretatione, ſupra Lib.3.Cap.9.fol.532: Porro de Contractibus Nobiliũ & Kmetonũ cum Mercatorib. & Regeſtris illorũ, Lib.1. Cap.16. Art.9.fol.310. vide. Priuatis aũt Literis (niſi fortaſsis inter Mercatores aliter obſeruetur) in Iudiciis Terreſtribus locus nõ eſt: Prototypo etiã, illi ſ. primæ ac ſubitaneæ annotatiõi recognitionis, eatenus creditur, quatenus ad Acta publica nõ refertur. ſecus ſe habent Teſtamenta de quibus Lib.3.Cap.2.fol.461. videatur. Certe vſus publicarũ Literarum præcipuus is eſt, vt Libelli petitiõibus ſuffragentur, & aduerſario occaſionem cõtra dicendi præcidãt: vel e cõtra poſtulationẽ Actoris differãt, aut etiã elidant. Quæ qdem Literarũ teſtimonia, ſi vel dubia, vel nulla fuerint vtrinq; producta, Tum vero vel Actor probat quod affirmat, vel Reus quod negat cum Teſtibus elidit. Ita ſi qdem more Iudiciorũ noſtrorũ cõparatum eſt, vt vel in minimis Cauſis homines ampliſsimi teſtimoniũ de ſua re nõ dicant: ne vel inimicis pateat via, quę perdite odiſſent, tollendi: vel auaris alienis bonis quibus oculum adieciſſent, inſidiandi. Sed neq; ii ad teſtificandũ admitti ſolent quos negocium de quo agitur, vel directe reſpicit: vel oblique futuri cõmodi ſpe, vel incõmodi timore cõcernit. Quibus qdem excluſis, nõ etiã qualis qualis perſona ad teſtificandũ pondus habet, quin ex Cicer. opiniõe ad fidem Iudicio faciendã quæritur in perſona auctoritas, quã vtiq; aut natura, aut tẽpus affert. Naturæ auctoritas in virtute ineſt maxime: In tempore aũt multa ſunt quæ afferant auctoritatẽ, ingeniũ, opes,

Iudex nõ difficile iuſtam cõcipiet ſententiam, ſi uideat argumenta artificioſa, ex quibus locus ducũtur.

Argumẽta extra Cauſam poſita, & artis expertia primo ab Literarum inſtrumẽtis ducuntur.

Vſus Inſtrumentorũ præcipuus quis.

Si Literarũ Inſtrumẽta dubia aut nulla ſint uel Actor ſuam propoſitionem uel Reus ſuam depulſionẽ Teſtibus confirmat.

Nemo Teſtis ſit in cauſa propria.

Qui ad teſtificandũ non admittũtur.

Perſonæ auctoritatẽ uel natura uel tempus adfert.

ætas,fortuna,ars,vſus,neceſsitas,nōnunꝗ etiā cōcurſio rerum fortuitarū. Nam & ingenioſos,& opulentos,& ætatis ſpacio probatos, dignos quibus credatur,putamus,nō recte fortaſſe,ſed vulgi opinio mutari vix poteſt,ad eamꝗ omnia dirigūt, & qui iudicāt,& qui exiſtimāt:qui,cum rebus his excellunt,ipſa virtute excellere videntur. Atꝗ hi ad teſtificandū in Iudiciis adducūtur. Et quāꝗ in aliis nulla ſpecies virtutis eſt, tamē (vt idē ait Cic.) eis creditur,ſi opinione artis ac ſcientiæ præſtent. Neceſsitas etiā multis facit fidem, vt ſi verberibus, tormentis, aut igni fatigati aliqd dicunt, veritatē ipſam dicere arbitremur,de quo ſupra Lib.3.Cap. 12.Artic. 3.de Violentiis fol. 565. nos egimus. Quin etiā & illis quæ a perturbationibus animi veniunt,nempe dolore,cupiditate,iracundia,ac metu: Nonnūꝗ etiā ex pueris,ſomniantibus,imprudentib.aut inſanis elicitur veritas. Concurſio aūt fortuitorū facit ſæpe fidem:cum videlicet interuenimus tunc cum aliqd clam proferretur,celatū ageretur,diceretur ue occultum. Inſuper fama,licet veris falſa remiſceat, eſt tamē quoddā vulgi teſtimoniū. ſed hæc in cōiecturalibus Iudiciis tantum locum habent. In Iudiciis tamē noſtris pueri,furioſi,ſenio delirantes,mulieres,nullis natalibus, quibus interdictū eſt bonis, periuri,infames,iuſta de cauſa excōmunicati,prodigi,Monachi,inimici,ſocii vel participes criminis, domeſtici, liberti,& ſerui cōtra Dñm,aſcendentes vel deſcendētes pro ſe,vel contra ſe nō ferunt teſtimoniū. Item vnus Teſtis nullus Teſtis habēdus eſt. Et ſi aūt Teſtes debent eſſe rogati,abſentes tamē poſſunt cogi per Iudicē ſuum ad perhibendū teſtimonium. Licet vero alibi etiā ante Litiscōt. Teſtes producunt,apud nos tamen, nō niſi ex ſentencia Iudicis cōſtituantur, parum valent: niſi timeatur de morte eorum propter infirmitatē vel ſeniū,vel de abſentia diuturna, vel agatur de alicuius crimine per modū inqſitionis,vel nomine finium regundorū,vel legati et fideicōmiſsi,vel timeatur de illorū variatiōe: & de aliis huiuſmōi rebus. Porro vt in vno quoꝗ Teſte fides reqritur,ac rei de qua teſtificaturus eſt peritia,ita in omnibus aut ſaltem eſſentialibus circūſtantiis concors teſtimoniū eſt exigendū a Teſtibus,iiſꝗ iuratis,niſi fortaſsis Iuſiurandū illis remittatur,habeaturꝗ pro praeſtito. Quocirca tametſi Teſtes,vel Aduerſarii,vel Iudicis minis nō ſunt a teſtificando abſterrendi, nihilominus ſine vllo examine ac interrogatiōe exacta ad Iuſiurandū illos admitti,prophanæ cuiuſdā audaciæ,ad peierandūꝗ occaſio eſſe videtur. proponendū enim eſt, eos iuraturos, quia neꝗ odio,neꝗ fauore moti,neque præmiis aut futuri cōmodi ſpe illecti, ſed ſolius veritatis amore ducti, ad ferēdum teſtimoniū venerint: quodꝗ ad ea omnia,de quibus interrogabunt,ſecundū veritatem quā ipſi in ſua cōſcientia nouerint, reſpondebūt. Requirat ergo Iudex a Teſtibus,vel alioqui ab eo ad id ſubdelegatus de perſonæ ætate,vel facti, aut rei antiquitate,qualis,quanta,vbi,& quādo fuerit: & quomodo ad eius cognitionem peruenerint,& quæ fuerit cauſa ſcientiæ eorū:tam diuꝗ ſunt vrgendi,quo ad ſuam turpitudinē non detegāt,ſi quā occultent. ſi enim mendaces fuerint,diu ſibi cōſtare nō poterint. Excipitur aūt cōtra Teſtes ſi ex numero illorū ſint, quos inhabiles eſſe diximus: vel alii qui teſtificari Legibus prohibentur,aut ſi variarint ſua dicta diſcordeſue ſint in ſuis atteſtatiōibus. Præſertim aūt illa,quod videlicet Teſtis ſit inimicus,vel cū inimicis habitet,ſit cōſpirator,vel cōiurator,ſit cōſanguineus,familiaris,& domeſticus, fur, raptor, adulter,infamis,dignitate ob turpitudinē deiectus,iuſte excōmunicatus, mulier, impubes,mutus,ſurdus,furioſus,cui bonis interdictū eſt,inteſtabilis,Monachus,ſocius criminis,libertus,ſeruus,preciū recepit, inſtructus ſit, obſcure vel cōfuſe dicat, audita loquitur, nō viſa,Iudæus ſit vel infidelis, non ſuper interrogata teſtificat, non reddit cauſam teſtimonii ſui, titubauit in ſuo dicto, verboſus ſit, ſimili crimine laboret, in eadē cauſa fuit Procurator, Actor vel arbiter ſit,adulator,vel hiſtrio vilis,nō nouit perſonas, ſit inſcius rei, diſcordent Teſtes de loco,tempore,perſonis, clericus ſit, Teſtis ſit & Accuſator, criminis famoſi damnatus, vel aliqd aliud huiuſmōi. Porro cum iam Teſtes inculpati eſſe videbuntur,tum vero omnibus ſimul Iuriſiurandi religio eſt ponenda ob oculos: & ſi enim homines latere poſſet eorū periurium,inſomnē tamē Dei oculum nō latebit:vltorꝗ erit periurii ille qui dicit,nō dices falſum teſtimoniū. Ac proinde in more obſeruatur,vt Iuraturi Chriſtiani ſcripturas Euangelii,vel ſignū crucifixi Chriſti dextra tangāt: quaſi aduocarent in teſtimoniū Chriſtum Ieſum Iudicem ſu-

In aliqua arte etiam peritis creditur.

Neceſsitas.

A perturbationib. animi aliquando elicitur veritas.

A fortuitis.

A fama.

Qui in Iudicio Teſtes eſſe nequeunt.

Teſtes ſint rogati, uel alioqui compellantur.

Quando ante Litisconteſtationem Teſtes examinantur.

Vt fides & peritia in Teſte requiritur, ita de omnib. circumſtantiis perſonæ, rei, uel facti cōſentienter ſūt examinandi.

Quas ob cauſas contra Teſtes excipitur.

Iuriſiurādi religio Teſtibus eſt ponenda ob oculos.

Iuraturi Chriſtiani quid tangant digitis.

Iudicem futurum viuorū & mortuorū, a quo præmia veri, vel pœnā falſi ſibimet imprecantur. Et quāq; Iusiurandū aliquando fit voluntate Iurantis, frequenter ex ſentencia Iudicantis, nōnunq; neceſsitate imponitur, cum Iudex neceſſario Iurare aliquā Partium cogit, vt rei veritatē expiſcetur: quodcūq; tamē horū præſtatur, finem Liti imponit, cogitq; Iudicem ſibi ita credi, vt ſtatim vel condemnatoriā vel abſolutoriā ferat ſentenciā. Nam periurii ſolus Deus vltor eſt, niſi de futuris Actibus peieretur. Recuſandi aūt Iuramenti iuſta eſt cauſa, ſi is cui deferatur, Inſtrumentis vel Teſtibus antea rem probarit. Plura ne ſcribam, ob futuram perſecutionem animus curis ingentibus æger non patitur.

Triplex ē iuramētū. Iuramentum finem Liti imponit. Poſt Iuramentū ſtatim fertur ſentencia cōdemnatoria, uel abſolutoria. Quando recuſatur Iuramentum?

ARTICVLVS I.

Si Literis falſitas obijciatur, pducētis

Teſtib. cōfirmātur. Lex I. Quā uide Li. iij. ca. ix. ar. j. de Lrīs fo. 534.

Si vn⁹ Teſtis defuerit expurganti ſe de

furto aut ſpolio. Lex ij. Li. iij. ca. xij. art. ij. de ſpolijs & furtis fo. 563.

Si Teſti excōmunicatio obijciatur. L. 3.

37. Per experientiā didicimus, quod ſentencia Excōmunicatiōis in producendis Teſtibus malicioſe plerūq; cōſueuit opponi: Ex qua opoſitione, pullulabat oppreſsio ueritatis, unde circa eandē exceptionē ſic duximus ſtatuendū: Quod cū aliquibus Teſtibus producēdis fuerit obiecta exceptio Excōmunicatiōis, producens Teſtes eoſdem abſq; ſuæ Cauſæ læſione, alios Teſtes, ſi poteſt nominādi & producēdi plenā & liberam habeat facultatē. Si uero nō poterit alios Teſtes nominare uel habere, præter eos quibus obijcitur ſentencia Excōmunicatiōis, Volumus, quod is ad cuius inſtantiā fuerint Excōmunicati, debito modo ſcilicet, cū ſufficienti fideiuſſoria cautiōe, uel iuratoria depoſitiōe, cum reuerentia aut ſatisfactione requiratur, & petatur, quod eiſdem Teſtibus Excōmunicatis ad perhibendū tantūmodo Teſtimoniū & ſubueniendū ueritati (ne ueritas opprimatur) beneficiū abſolutiōis impendat. Quod ſi Excōmunicator præmiſſo modo petitus pro teſtimonio perhibendo beneficium denegaret abſolutiōis huiuſmodi, poſtulātes ueniā & abſolutionē quantū ad Deū cenſeantur obtinere. Volumusq; & decernimus, quod extunc abſq; uulneratiōe Cauſæ teſtimonia eorundē Teſtium per Iudicem recipiantur, & habeant ipſorum teſtimonia firmitatem.

Kaz. M. Viſl. 1368. si Teſtibus in cauſa productis obijciatur excōmunicatio, nec producens alios habeat, obtineatur illis abſolutio ad cautionē aut promiſsionem. Quæ ſi non eſſet cōceſſa, cenſeantur abſoluti eſſe, teſtimoniumque uelut idonei perhibeant.

218 In probatiōe bonorū venditorū cōſan:

guinei, qui cōmuniter in Contractib. mediatores ſunt, licite teſtificabūtur. Videatē Lib. iij. cap. vij. art. iij. fol. 501. de Rebus creditis.

Kazimirus Viſlicie. De probatione uero poſſeſsiōis per Teſtes uide lib. 3. ca. 18. ar. 1. folio 530.

Si Teſtis Limitū nomine Nobilitatis

fuerit culpatus. Vide Li. j. ca. xiiij. art. iij. de Officio Succam. fo. 260.

Sigiſm. Petric. 1523.

Quomō vero Nobilitas p Teſtes pbet

Vide Lib. j. cap. xv. artic. j. de Nobilitate Regni inculpata.

Notarij p Teſtiū depoſitiōib. 3. groſ. ac (cipiāt. L. iiij.

Kaz. M. Viſl. 1368

Statuimus, quod Notarij Terreſtres a Teſtibus producendis, ſi ſcribere & ſignare eorū dicta oportebit, recipiāt tres groſſos. 37.

Officiales vero a pducēte Teſtes 4. ſco: (tos tollāt. Lex v.

Idem Rex. De eodem fit mentio ſupra cap. 12. ar. 1. de Miniſterialis officio.

Item uolumus quod Officiales ab uno quoq; producente Teſtes, habeant quatuor ſcotos. 37.

Forma Iuramēti ne mutetur. Lex vi.

Idem Rex.

At ſi Officialis alias Vozny aliter formam Iuramenti Teſtibus dixerit, quam eſt mandatum, & de hoc conuictus Iudicio fuerit, perpetuo de Officio deponatur. 37.

Cauſa cadit, q nō pbat id, quod ſe pba: (turum recepit.

Conſuetudo.

Si quis in Citatione, uel in Cōtrouerſia ſua recepit ſe probaturū aliqd, eaq; de cauſa retulit ſe ad Librū Actornm, Ius aliquod, Miniſterialis Recognitionē, Teſtes, ad aliudue aliquod ſummū Cauſæ ſuę fulcimētum: neq; eo probat, quo Cauſam ſuam lucrari uoluit, perdit.

CAPITVL. XX.

De Lite penden. p Arbitros trāſacta, ac (pœnis.

PRAEFATIO.

Præſtat Arbitri quā Iudicis ſentenciā audire.

Arbiter ſemel electus reijci nequit.

Si in duos compromittatur?

Qui proprie dicitur Arbiter?

Numero impari Arbitros eſſe oportet.

Quia Litis, vt aleæ, aut belli, incertus eſt euentus, certiſsima aūt alterutrius litigantum miſeria: is mediusfidius rebus ſuis optime cōſultum iri cupit, qui conſentiat Aduerſario ſuo, & ex æquo ac bono cum eo tranſigat de Lite, potius quā aleam Iudicii experiatur. Arbitri enim ob id in auxilium Iudicum Ordinariorū moribus hominū ſunt recepti, qui inter diſceptantes acceptis vadib. vel Vadio interpoſito, ex æquo bono de Lite ſtatuunt. Et ab initio qdem nemo cogitur Arbitrum ſuſcipere, ſed ſuſceptū recuſare nequit, etiā ſi grandi aliquo vicio ſit obnoxius. Si aūt in duos cōpromittatur, alter ſine altero ſentenciā ferre nō poteſt, niſi adiectum ſit, eos poteſtatē habituros in ſolidum. Vt aūt cōditio Arbitri inſpicitur tempore cōpromiſſi, Ita in Iudicem Ordinariū illius Cauſæ nō ſolet cōpromitti: quod alia corā Arbitris, alia corā Iudice iudicandi ratio eſt, tametſi & is Arbiter proprie dicitur, qui inter Partes Iudicis aſſumit Officium: nō qui amicabiliter cōponit. alioqui niſi Arbiter ſentenciæ ferendæ habeat poteſtatē, cōpromiſſum nō valet. Impari aūt numero ſunt Arbitri eligendi, ne duo vel quatuor forte ſecum diſſentiendo, ſentenciā irritent, quæ a Parte maiori lata, eſt ſequenda; ſi tamē pōderentur calculi, nō tantū numerent. Duorū ergo ſentencia, diſſentiente tercio, ſi modo adſit, valet. Quæ etiā neq; mutari, neq; ex cauſa erroris forte admiſſi corrigi poteſt. Alioqui ſentencia incerta, nulla eſt. Arbiter etiā ſuper pœna pronunciare nequit, Si aūt per Arbitrum ſtet, quominus ferat ſentenciā, cogitur pati, vt denuo in ſe Partes cōpromittant. alioqui ab Iudice Ordinario eſt ad id cōpellendus. Si aūt Terminus prorogatur, fideiuſſores denuo promittāt, vel ſimiles alii adhibeantur. Et cōpromiſſum qdem heredes nō obligat, niſi ſecus fuerit cautū, ſentencia tamē ad heredes porrigitur, etiā ſi fuerit iniqua, nullaq; illorū mentio præmittatur, niſi fortaſsis alter illam tranſire ad ſuos hæredes nollet: tunc enim neq; etiā ad alterius tranſiret. Quod ſi Pars aliqua in Termino abſit, vel Arbitrum impediat: pœnam interpoſitā Pars præſens & cōſentiens lucratur, nō Cauſam: niſi ita fuerit conuentū. Legatus aūt cogitur corā Arbitro litigare, in illis præſertim caſibus, in quibus corā Ordinario Iudice cogeretur, & nō aliter. Vt vero Iudex, ita Arbiter in re ſua nemo eſſe poteſt, Cōpromiſſum etiā ſimpliciter a Partibus

factum non eſt

factum,nō eſt ad futuras Lites trahendū.Quod ſi Arbiter efficiatur oſtendaturq́ eſſe inimicus Partis,exceptiōe doli ab officio ſubmouebitur:Porro nihil vltra poteſt Arbiter,niſi ad quod ſe Partes ſua ſponte ſubmiſerunt:alioqui impune illi nō pareē. Atqui de cauſa meri & mixti imperii, vel de cauſa ſtatus nequit cōpromitti. Tranſactio etiā metu facta, qui poteſt cadere in cōſtantem virum,non valet. ſimiliterq́ cum eo,qui dolo inductus ſit ad tranſigendū,inualida eſt transactio. Nō tamē eo dolo qđ qs metuebat concertatorē fore ſuperiorē in cauſa:ob hoc enim ipſum tranſactio initur. Prohibemur tamē tranſigere ſuper nōnullis cauſis puta ſuper matrimonio diſſoluendo,quod cū publice ſemel cōtrahitur,nō ſeparatur ab homine. Item de rebus Eccleſiaſticis quæ ſpeciē haberent Simoniæ. Super Criminalibus etiā cauſis,nomine quorū publice pœnā ſumi interſit,non tranſigitur: niſi fortaſsis accuſator illud probare nequeat.Quod ſi Reus tranſigere cupit,prodit crimen ſuum. Legitime vero facta tranſactio æquipollet Iudicato: quæ etiam non diſſoluitur,niſi Partium cōſenſu.Niſi vero legitime ſentenciæ Arbitri pareatur,ad Capitaneū tanq́ Ordinariū rei Iudicatę executorē Iure victor remittaē.

De quibus Cauſis trāſire prohibemurq́

ARTICVLVS I.

Quod Lite pēdente impune cōcordia

initur,pœnæ aūt legitime decretæ tantū pro Rege per Capitaneos exiguntur. Vide Libr. I. Cap. xĳ. Artic. xxvĳ. folio 242.

Vſu etiā obſeruatur quia Lite pendente nihil in cauſa innouari pōt.

Mediatores & Arbitri poſſunt eſſe conſanguinei. Vide Libro tercio, Capitulo ſeptimo, Articulo primo,folio 507.

¶ De Arbitris ab Iudicio datis, uel ſponte receptis.

Mediatores & Arbitri de Iure dati inter aliquas Partes pro quacūq́ Controuerſia cōponenda,aut diuiſiōe facienda: Si poſtea ad Iudiciū pro recognoſcenda cōpoſitione per eos facta per aliquā Partem fuerint vocati Iudicialiter, tum debet eis plena fides adhiberi abſq́ omni Iuramento. Et ſufficit Parti Arbitros & Mediatores ex ſua parte locatos ad Ius producere. Si vero aliquæ Partes extra Iudicii autoritatē per certos Arbitros ſuos concordiam aliquā inter ſe fecerint, tum ſi Pars Citata eandem concordiā neget, aut affirmet cōtra Actorem, educit ſe Arbitris ſuis ſicut cum aliis Teſtibus. Et hoc ita eſt intelligendū, ſi nō fuerit Vadiū in tali cōcordia per Arbitros appoſitū. Nam in tali caſu, Actor ſeu Pars probans concordiā cōtra Partem negantē docet Arbitris ſuis,& Teſtibus ſupplet,mediāte Iuramento tam Arbitrorū quā Teſtium.& iſti Mediatores poſſunt eſſe fratres & conſanguinei inducentis, iuxta conſuetudinem Terræ.

Conſuetudo æquitatis plena.

CAPITVLVM XXI.

De Actorum Terreſtriū Poſitione.

PRAEFATIO. Cur Actorū Terreſtrium Repoſitio introducta eſt.

Tametſi Reip.fortaſsis expediret,vt ad Libros publicorū Actorum,& in quoſlibet Municipio,& ſemper pateret acceſſus:nihilominus quia e contrario hęc ipſa facultas in ſtata tempora eſt diſtributa, reprehendi non debet. Neq́ enim Iudex Prouinciæ cum ſuis Collegis perpetuo,& vbiq́,ipſis Libris aſsidere:& vſibꝰ hominum ſeruire poteſt.credere aūt ſuffectis perſonis hanc Prouinciā perLeges non poteſt. Idcirco ad remediū huius ipſius moræ, & Actorum Caſtreñ annuus vigor, & Librorū Terreſtriū poſt ſingula Iudicia ſtatis temporibus Repoſitio introducta ſunt. Cui quidē Actorū Repoſitiōi Notarius cum Camerariis pręeſt,& tantum Recognitiōes cōtrahentiū ſuſcipit,deq́ profugo Kmetone,exemendiſq́ bonis obligatis cognoſcit. Quæ qdem formula ſeu ſpecies Iudiciorū publicorum Capitulo de Condemnatioīb. & ſentencia merito fuit præmittenda : quod in ea itidem Condemnationes exercentur, & ſentenciæ dicuntur , de quibus ſequenti agitur Cap.

Qui præſunt Actorū Terreſtrium Repoſitioni, quidue agatur in eaq́

ARTICVLVS I.

Poſitio Actorū publicetur. Lex I.

Vulad. Iag. Cracou. & Varthæ 1423.

Et quia ex Actis Terreſtribus, ſeu ex Libro nōnulli Literas habere & extrahere tempore debito cupiunt: Quapropter prouidendū eſt, Quod Iudex debeat per Miniſterialē publice, quādo opus fore uiderit, proclamare, quod in tali Diſtrictu, Loco, & die tali, Liber ſeu Acta ad extrahendas Literas aperiētur, Quocirca ijs, q eas habere uellēt, ſeu affectēt, 45.

Ex Stat. ſigiſ. 1543.

¶ Poſitio uero Actorum Terreſtriū etiam ſub tempus Comitiorum Regni celebrari debet. (pateant.

Notarij poſitiōi Actorū interſint. L. ij.

ſigiſm. Petric. 1519. Notar. Ter. circa Poſitionē Lib. præſentes eſſe debēt. alioqui pœna ſtat. puniantur, et Electio ad Palat. & Nobilit. deuoluatur. mentio li. 1 cap. 6. de Pal. et li. 4. ca. 1. ar. 1. de Notar. offic.

Notarij Terreſtres ſint præſentes circa Poſitionē Librorum Terreſtrium, & ſi moniti ſecus fecerint, pœna Statuti puniātur, Et Electio de more ad Palatinum & Nobilitatē deuoluatur. 25.

SIMILIS.

ſigiſm. Craco. 1532.

Notarij præſentia ſua tam Iudicijs Terreſtribus, quā Poſitioni Librorum, & alijs Iuridicis Actibus interſint.

Quæ ē Notarij & Camerarior. ptās. L. iij.

Ioh. Alb. Petr. 1496. Termini iuxta conſuetudinē celebrētur.

Terminos uero ac eorū Iudicia Statuimus in Terris & Diſtrictus ſingulis, ſic ut cōſueuerunt, teneri, celebrariq;. At ubi pro aliqua uice celebrari nō poſſent, pro qua celebrāda erant: nihilominus pro eiſdē die & loco, in quibus ipſa Iudicia fieri cōſueuerunt, Volumus & decernimus, ut totiens quotiēs Iudicia celebrāda erāt, ad minus. 97.

Terminis ad minus Notarius cum Camerarijs præſidebit cū Libris propter neceſſitatem cōmunem.

¶ Notarius Terreſtris perſonaliter ſub eadē pœna, per eum, ſi ſecus fecerit, ſoluēda, quā ad Iudicem & Subiudicē abſentes cōſtituimus, una cū Camerarijs, ſi ceteri Officiales uenire nō poſſent, cōſtituatur cum Libris Iudiciorū. Coram quib. Notario ſ. & Camerarijs homines ad Librū uenietes Inſcriptiones facient in Libro, aut deſcribant: prout cuilibet inſcribendi uel deſcribendi neceſsitas imcumbet.

Etiā p kmetone pfugo in Actorū Poſitione iudicatur.

De quo Lib. j. Cap. xvij. Art. viij. fo. 242. de profugis Kmet. & fol. 512. de Exemptiōe bonorū uide.

SIMILIS.

ſigiſm. Craco. 1543.

Camerarij cum Notarijs iudicēt pro Kmetone profugo iuxta Statutū, etiā ſi Poſitio Actorum intra Comitiorū Regni celebrationē cōtingat.

Etiā pro exemēdis bonis hic iudicatur

Vide de eo omnes Leges Lib. iij. Cap. vij. Art. j. fol. 512. & 513.

SIMIliter pro bonis redimēdis de manib. D. Dotalicialis ſecūdo maritatæ, hic iudicari poteſt. de quo uide Libro iij. Capitulo vj. Articulo vj. folio 493. de ſecundis Nuptijs.

SIMILIS.

ſigiſm. Craco. 1543.

Camerarij cum Notarijs iudicent pro exemptiōe bonorum iuxta Statutum, etiam ſi id fieri intra tempus Comitiorum Reg. contingat.

In Maiori

In Maiori vero Pol. Tenutarius bonorum,etiã corã Iudicio,uel Officio Caſtreñ,cõuentus pecuniam recipiet. Vide hoc Statutũ ſupra Libr.j. Cap.xij. de Capitan. Articulis Art. xj. & Lib.iij.Cap.vij. Art.j.fol.513. idẽ de exemẽdis bonis obligatis.

Quod aũt licet grauato & a ſentẽcia Notarij mouere, & quod,niſi moueatur ſentencia eius tranſit in rem Iudicatam. Vide infra Capitulo xxv. Artic.j. de Motiõe Iudicum.

CAPITVLVM XXII.

De Condemnatiõe ac Sentencia.

PRAEFATIO.

Cõdemnatiões uel Euaſiones cur introductæ ſint: & quando locum habent:

Atqui ne alteruter litigatorũ ſiſtere ſe ceſſet, vel iuſte ſentenciæ metu, vel vt Aduerſariũ Dilatiõibus fatigettum Actor Reum quouis modo cõtumacem,aut etiã nihil Iuridice agentem, aut ſi non probet quod aſſerebat, vel ſe probaturum recipiebat,poſt Iudicis edictum, in Lucro Cauſæ,damniſq; cõdemnet.aut e contrario iiſdem de cauſis Reus ipſe Actorem euadat,ne Lites trahantur in infinitũ. Iniuſta tamẽ Condemnatio, vel Euaſio ſedente adhuc Iudicio arreſtari poteſt,vt ſupra diximus: cum ea proteſtatiõe, quod cum Aduerſario Iure experiri cupiat. Poſt ea tã Actor Reũ pro Lucro, quã Reus Liber pro pœna ſeptem Marc.pec. ad ſatisfaciendũ pro futuris Terminis: vel alioqui intra tempora ab Iure definita, concitet:ne Lucrum vtriuſq; irritetur. Quod ſi fortaſſe Partes cõpareant,tum vero Iudex (Iuris æquabilis decernendi gratia conſtitutus) penſiculatis omnibus circumſtantiis (vt ſunt illæ,quis, quid,vbi,quibus auxiliis,cur,quomodo,quãdo) Iudex ſit pronior ad abſoluendũ quã ad condemnandũ Reum: ſi qdem nihil Actori debeat. alioqui non exempla, neq; præiudicata, ſed veritatis, Legum, iuſti rationes, atq; Partium Cõtrouerſias ſecutus, id quod de cauſa ſentit, vel pro toto, vel pro intereſſe,diſerte,mature,& grauiter decernat:ita,vt neq; ſuperiorẽ Iudicẽ, neq; etiã cõſcientiæ ſuæ remorſum, inprimiſq; Dei Iudiciũ nihil reformidet.

ſi Partes cõpareant qua prudentia,æquitate & grauitate Iudex ferat ſentenciã:

Cũ aũt Iudex ſiue bene,ſiue male ſemel officio ſuo defungatur:ſentenciã ſuam,antequã illam efferat,vel ſtatim atq; extulerit,in Librum Actorum ab Notario referri curet:ne vel obliuione obliteretur,vel vaframento mutetur aliquo. Quod ſi ab ea aliqua Partium non appellauerit,in rem aũt Actio dirigitur,ſatisfiat ſentenciæ per traditionẽ poſſeſsionis intra duas hebdomadas. Quæ ſi denegatur, Iure victor ad Capitaneũ ſub quo bona Iure victi cõſiſtunt, remittitur,propter Iudicati executionem faciendã. Si aũt contempto Iudicio Iure victus diſcedit, neq; audit cõtra ſe Decretum,pœna inſuper 14 Marcar. punitur:& nihilominus intra duas ſeptimanas ſatisfacit Iudicato,vel alioqui a Loci Capitaneo ſatisfacere cogetur.

ſentencia anteq̃ efferatur, uel ſtatim poſtea quam fuerit elata, ſcribatur.

Sentenciæ Iudicis ſatisfiat intra duas dierum ſeptimanas.

ſi Iure uictus ab Iudicio diſcedat:

Si vero in perſonã dirigitur Actio,hoc eſt,quia Reus hoc vel illud nõ fecerit,aut nõ ſoluerit:itidem intra duas dierũ ſeptimanas facere,vel ſoluere tenetur. niſi vero fecerit,vel ſoluerit,Terminus ad futura Iudicia propter Lucrum decernendũ Actori cõſeruatur.

ſi in perſonam Actio dirigitur:

At in Cauſa Criminali ſtatim atq; Reus ſceleris perſonaliter fuerit conuictus,ſi in corpore ſit puniendus,pœnæ addicitur:vel alioqui ſi abeſt,ad hanc ipſam pœnam ſuſtinendam concitatur.

In Cauſa Criminali ſtatim Reus ſceleris conuictus dat pœnas aut ſaltem ad eas ſuſtinendas concitatur.

Hoc certum eſt quia in omni Actione ſtatur condemnatiõi,vel ſentenciæ,a qua nõ ſit appellatum,etiã ſi fortaſsis contra abſentem,indefenſum,& ignorãtem feratur:ſi modo fuit legitime Citatus. Quod ſi fortaſsis ſentencia die feſto,vel extra tempus,ac locum legitimũ,cõtraq; formã, ac ordinem Iudiciorũ feratur, eſt nulla. Quod ſi etiã ſentencia nõ contineat in ſe condemnationẽ Rei,vel abſolutionẽ, aut ſaltem æquipolens, nõ habetur pro diffinitiua. At ſi Iudex Partes ad concordiã hortetur,ab Liteq; reuocet: neq; ſentẽciam ferre, neq; Actionẽ tollere videtur. Valet aũt ſentencia de futuro,ſi dependeat ab Iure,quod eſt de præſenti:ſi modo certam quantitatẽ rei quæ petitur cõtineat.

Quæ demum ſentencia rata ſit uel nõ:

Quod ſi pro intereſſe ſuo Actor agit, pro intereſſe quoq; Reus cõdemnetur, Intereſſe

ſi tantum pro intereſſe Actor agit:

Intereſſe quid, & q̃ multiplex ſit?

tur. Intereſſe aũt, eſt æſtimatio damni emergentis, aut Lucri ceſſantis, ratiõe alicuius ceſſatiõis, aut facti, contra pactum, vel bonos mores: vel alioqui culpa debitoris proueniens. Secundũ aliorũ aũt ſentenciã Intereſſe dicitur, iuſta alicuius vtilitas. Intereſſe aũt aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicũ, eſt reparatio ſtatus publici læſi propter ceſſationẽ, vel factum alicuius iniuſtũ contingens, quæ commode æſtimari nequit. Priuatum vero eſt omne quod nõ eſt publicum, & æſtimari poteſt: ſed & in Ciuitate Intereſſe quoddã publicũ conſiſtit, vt pote, quia intereſt publice cloacas purgari. Item in Criminalib. vt pote quia intereſt crimina non remanere impunita. Dicitur etiã Intereſſe tam Reip. quã priuatũ, vt hoc vel illud ſcelus vltione coerceatur, vel damnũ refundatur, æſtimetur, petatur, aut iudicetur, atqui omnis prolixitas Intereſſe tam in damno æſtimãdo, quã in Lucro

Si non a cõpetenti Iudice aliqd iudicatur.

petendo, vel Legibus, vel Iudicis arbitrio coercetur. Tantũ aũt valet Iudicis proprii auctoritas, vt tam in publicis quã in priuatis rebus ſentencia a non ſuo lata Iudice, ſed tantũ ad certã rem delegato, vel alioqui ab eo dato a quo dari nõ debuit, vel contra Ius diuinũ & naturale pronunciata, etiã nulla appellatiõe interpoſita, nulla ſit, firmitateq; Iudicati non habeat.

Sentencia quid eſt?

(Sentencia enim eſt, rei aptæ, coram cõpetenti Iudice, in dubiũ verſæ, rite, Iudicialiter, interlocutorie, vel definitiue

De pœna Iudicis corrupti.

cum aſsignatiõe Cauſæ humana veritas declarata) E contrario vero ſi Iudex pecunia corruptus, ſiue in priuata, ſiue in publica, ſiue etiã in fiſcali Cauſa, male iudicauerit: amittat Actionẽ is qui diffiſus iuſtæ Cauſæ in corruptela pecuniæ ſpẽ poſuit. quod qdem ſi Iudici obiectum fuerit, Iuramentoq; ſe expurgauerit, delator Lite cadit. Alioqui niſi Iudex ſeſe expurgauerit, crimẽ agnoſcere, & pœnam tam ſibi quã datori vel promiſſori conſciſcere videtur. Quod ſi rite omnes circũ-

Sentẽcia a quo reſcindi poteſt, vel nõ põt.

ſtantiæ & ſolennitates in iudicando obſeruatæ fuerint, etiã ipſe Iudex ſentenciã ſuam, vel anteceſſoris ſui retractare nõ poteſt: niſi fortaſsis ex iuſta cauſa reſtituatur in integrum, et ab appellatiõis Iudice, vel cõſenſu Partium: nõ aũt reſcripto

In ſentencia fiat mentio fructuum alias damnorum.

Principis retractetur. Cum aũt poſt latam ſentenciã Iudicis Officiũ expiret, omnino ſi Iure victori bene conſulendũ eſt, in ferenda ſentencia Iudex iuxta Citationem faciat mentionẽ fructuum amiſſorum, vel, vt nos dicimus, damnorũ ex rei occupatione, vel facti nõ pręſtitione ſecutorũ: Ac proinde ſentencia cõprehendatur, vel alioqui ad Iudicem proprium æſtimatio illorũ remittatur. prętereaq; pœ-

Victus pœnis adigatur ad ſatisfaciendũ iudicato.

næ minores maioribus pręmittant, quibus victus eiuſue hæredes præſtare iudicatum cogant. præſertim ſi mala fide poſſedit, vel nõ fecit, aut, quãuis bona fide poſſedit ſi ante Litemconteſt. non reddidit, vel non fecit. poſt abſolutum enim

De fructib. & Litium expenſis.

Iudicium, non licet alterã Litem conſurgere ex Litis primæ materia recens definita. certe ſi Actor Criminalẽ Cauſam non proſequat, pœna talionis punitur. ſi aũt a Ciuili deſtiterit, in expenſis Litis & aliis diſpendiis alibi gentium cõdemna-

Rei Iudicatæ ſtandum eſt.

tur, ne ſcilicet temere vel dolo quis litiget. Et ne Lites creſcãt in immenſum, Rebus iudicatis ſtãdum eſt: niſi fortaſſe cõdemnatus probet Actorẽ poſsidere id qđ furto, alioue modo amiſiſſe videbatur. ſic enim contra iudicatum exceptiõe doli oppoſita ſeſe tueretur. Res tamẽ inter duos acta tercio nõ præiudicat. ne tum qdem ſi noſtro nomine aliquid, ſine tamẽ noſtro mandato, aut ratihabitione fece-

Si Iudex in ſupputatione ſummæ pecuniariæ errauerit?

rint. Si vero Iudex in ſupputatiõe ſeu quãtitate ſummæ pecuniariæ quę petebatur, augmento vel detrimento eius, errauerit, Parteſq; ratum habuerint, ſtatur eiꝰ ſenteneciæ. Nec diſsimile eſt ab eo, quod Actor & rem, & pœnã, ſeu vadium vno

Res & pœna uno Libello peti poßunt.

Libello petere poterit. propter Inſtrumenta vero denuo reperta nõ retractat̃ ſentencia. Qui vero petit Dilationẽ ad ſoluendũ, is vtiq; ſentenciæ cõſentire videtur.

Si poſt ſentenciam inſtrumenta reperiantur noua?

quod ſi etiã appellauerat, appellatiõi renunciare videtur. Porro Liber Actorum publicorũ etiã mortuo, vel ex cauſa remoto Iudice, fidem facit: qđ Actorum Liber fidem publicã habeat. At ſi ita forte vſu veniat, vt Aduerſarius Iudicẽ circũ-

Libris Actorum creditur.

ueniat, quo minus rectum curuo dignoſcat: tum læſus omnino cogitet, conſcientiam ipſiuſmet Aduerſarii, ac Deum, tam iniuriæ ſuę quã doli ſemper fore Iudi-

Si Aduerſarius iudicem circũueniens delictũ impune ferat?

ces, ac vltores: ſe aũt breui acerbitate iniuriæ aliunde leuatũ iri: vt appareat in numeris gradibus læſo iniurioſum miſeriorẽ, iſtumq; præ illo maiore cõmiſeratione digniorem eſſe. Et quãuis res Iudicata vel cõdemnatiõe, vel abſolutiõe Rei con-

Qui & qua ratione reſtituãtur in integrũ

tingat. Attamẽ cõplures ſunt caſus, propter quos vel obligatiõe irretiti, vel Iudicio victi reſtituunt̃ in integrũ. vt minorennes, furioſi, ſerui, & vxores, ſi quid ſine

Tutoris,

Tutoris, Curatoris, Domini, ac viri auctoritate alienarent, vel Litem cōteſtarentur. Reſtitutio tamē conceſſa eiſdem, nō prodeſt Fideiuſſori, vel eorū Curatorib. legitimis. At frater ſenior ſi pro communi cum fratribus agens cauſa cadat, iunior eam ne renouet, vt ſupra Lib. 3. Cap. 4 fol. 477 diximus: finium regundorū Actione excepta, vt etiam ſupra Lib. 1. Cap. 14. fol. 262. eſt expreſſum. Perindeq́ & in aliis Cauſis reſtitui nequit minor, ſi veniam ætatis a Principe Iudici intimatā impetrauit. Sed & maior ſuccedens minori defuncto, ſimiliterq́ & ii qui Reipub. cauſa abſunt, vel in carcere, aut ab hoſtibus detinentur, ac reuerſi, infra tempora de Iure ſtatuta habent reſtitutiōis beneficium, pro ratione Cauſæ in Ordinario vel Principis foro Actione reſciſſoria petendum.

ARTICVLVS I.

De Re Iudicata antiqu⁹ Proceſſ⁹ Alex.

Alex. in ſuo Iuris antiquo Proceſſu.

1. Rem qdē Iudicatā, duobus modis ſcimus in Iure obtineri, aut enim
2. hoc fit, per ſentenciā definitiuā, aut cum Citatus, in Termino perēptorio
in Lucro cōdemnat: de qua Cōdēnatiōe ſupra uideat ca. xv. ar. iij. fo. 642

Ad Idem.

Iſte Proceſſus in executione ſentenciæ refertur ad illam executionē quæ lib. 1. ca. 12. ar. 28 fol. 243. extat conſcripta.

Si per ſentenciā diffinitiuā, tunc fit etiā dupliciter, aut fit præſens Citatus circa Iudiciū, aut fit abſens, ſed per Procuratorē cū Procuratorio ſentenciā diffinitiuā contra ſe Iure decernente ſcit reportari: Si præſens erat Citatus, cōtra quē ſentencia diffinitiua promulgatur: tunc, aut ſatisfacit, ut Iuris eſt Rei Iudicatæ: aut rebellis a Iudicio abſq́ paritione recedit. Si ſatisfacturus aut ſentencię pariturus eſt: faciet iſtud cōmode, aut per cautionē fideiuſſorialē, aut per certam Inſcriptionis obligationem, aut per bonorum obligationem. AD IDEM.

Si aūt rebelliter a Iure recedit nulla ſatisfactiōe Rei Iudicatæ, aut paritione facta: extunc per Actorem cōdemnatur in pœna triū Marc. quæ dicitur pyathnadzyeſta Parti, & alia pœna ſimili Iudicio: Propter quā rebellionē Rei Iudicatæ, quod Iure cōuictus non ſatisfecit: Sed ab Iure rebellis receſsit, cōdemnatur uno & eodē actu Regiæ Maieſtati in pœna xiiij. Marc. quę dicitur ſyedmadzyeſta. Et Miniſterialis datur Victori de Iudicio ad pignorandū eundē conuictū in bonis ſuis, in Perlucris, & pœnis ſupraſcriptis. AD IDEM.

Adueniente tandē proxime futurorū aliorum Terminorū tempore, Actor corā Iudicio Miniſterialē ſtatuet, & recepta a Miniſteriali Recognitione, petit iterū dari Miniſterialē ad Intromiſsionē, cui petēti dat idē Miniſter. in Perlucris ad Intromiſ. in bona cōuicti. AD IDEM.

In alijs proxime futuris Terminorū Iudicijs, tanq́ in ultimo & finali Termino, ſi Miniſterialis corā Iure recognoſcet, quia Intromiſsio ad quā fuerat per Iudiciū additus, denegata fuit: tunc primum datur ad brachium Regale, & de illo Iudicio ubi Cauſa agebatur remittitur Actor cum ſuis Perlucris ac Literis executorialib. ad loci Capitaneū, ad intromittendū eum de brachio Regali. AD IDEM.

Si aūt Citatus non eſt præſens circa Iudiciū, ſed ſuus Procurator cū Procuratorio, cū ſentencia diffinitiua contra ipſum promulgatur: tūc

 inſuper fit

inſuper ſit unus Terminus eſſentialis, uidelicet Concitatiōis. Quē in a-
liquibus Terris Regni ſic interpretātur uulgari uti latinū ſonat: In a-
lijs uero dicitur uulgari noſtro przypovvyeſczony ad ſatisfaciendum
pro Re Iudicata, ſeu Perlucratis, & Iure acquiſitis, ea ratione, quia for-
Concitatio ad ſatiſfaciendū propter quid ſit introducta. taſſe nollet ſcire cōuictus in Iudicio abſens de Re Iudicata. Ideo Con-
citatio ad hoc eſt in Terminos Iudiciorū introducta, tanq̃ monitio &
auiſatio (ut ille ſ. qui eſt cōuictus, & cōtra quem abſentē, ſed per Procu-
ratorem ſuum cōparentē, in ſui abſentia ſentencia diffinitiua prolata
fuit) pareret Rei Iudicatę, & pro conuictis ſatisfaceret.

Ad Idem.

In quo Concitatiōis Termino ſi cōparet, decerni cōſueuit ut Rei Iudi-
catæ ſatisfaciat: ſatisfacere aūt debet, ſic, ut prius eſt deſcriptum.

Ad Idem.

Et ſi rebellis recedit, extunc cōdemnetur ut prius cōtra rebellem eſt de-
ſcriptum. Et fit Proceſſus in Executiō e Rei Iudicatæ, ut ſupra ſcriptū
eſt, ad brachium usq; Regium, de quo infra uidebitur.

ARTICVLVS II.

Alter Proceſ. in exequēda Re Iudicata In iudicādo ac decern. Iudex qd videat

Kaz. N. Viſl. 1368. ¶ Cum in Cauſarū proceſsibus apud iuſtos Iudices nihil habeat o-
dium uendicare, uel fauor uſurpare, timor præualere, aut prēmiū iuſti- 31.
ciam euertere: ſed geſtāt ſtaterā in manibus æquo libramine lances ap-
pendentes, ut in cōcipiendis & ferendis ſentencijs ſolum Deum prę ocu-
lis habeant, nec uelut famæ ſuæ prodigi, & perſecutores honoris, cōtra
ſuam conſcientiam & iuſticiam per gratiam aut per ſortes quitquam
faciant Partis in grauamen.

Pro ſurrepticia Citatiōe decernit̃ ſolū mō pœna, & nō cōdēnatio & pœna ſimul

Conſ. Ter. Cr. 1505 Item dum aliquis poſtulat, & condemnationē alias odbyczya, & pœ- 124
nam pro Citatione mala: non condemnatio, neq; utrumq;, ſed pœna
duntaxat decernatur petenti.

Sentenciæ inſcribātur, deq; ſimilibus cauſis ſimiles ſint.

Kaz. in Nyeß. 1454. ¶ QVOCIRCA cum in aliqua Cauſa in Iudicium deducta
Idem cap. 3. ar. 2. ſuper aliquo Articulo audita propoſitiōe & reſponſiōe fuerit in Iudicio 93.
ſentenciatū, quod illa ſentencia in Librū Actorū inſcribatur, ut poſtea
ſuper eodē Articulo, uel eius ſimili, ſimilis ſentencia proferatur.

Quod im-

Quod impoſſeſsionat9 vel criminis in
Iudicio cõuictus capiatur. Vide Lib.j.Cap.xij. Artic.xij.folio 227.

Iudicato ſatisfiat, vel fideiubeatur non recedendo ab Iudicio.

℄ Alioquin cũ aliquis iudicatus, & cõdemnatus, iuſſusq; ſatisfacere Kaz.M.Viſl.1368.
15. uel ſufficientẽ fideiuſſoriã cautionem facere cõtempſerit: Et de iudicio per ſuam rebellionẽ diſceſſerit, non præſtita prędicta cautiõe: Volumus quod prædicta pœna in præmiſſo caſu noſtrę Cameræ applicetur.

Similis.

℄ Si uero Citatus perſonaliter corã Iudicio ſiue in primo Termino, Sigiſm. Petric.1523.
34 ſiue in ſecundo paruerit, factaq; reſponſiõe ad obiecta Actoris in Cauſa Idem ſupra cap.17. ſua ſuccubuerit, & nihilominus ab Iudicio rebelliter receſſerit, Victori artic.1.folio 652. pro re Decreta ſiue Lucrata nõ ſatisfaciendo: talis rebellis in pœna xiiij. Marca.pec. cõdemnetur: & illi Victori dabitur Miniſterialis ad intromittendũ eum in cõuictis ſiue Lucratis, in bona Conuicti, tam in ſumma principali, quã etiam in damnis & pœna expreſſa: & procedet cõtra Victum, ut ſupra Lib.j.Cap.xij. de executiõe rei Iudicatæ.

Si Vict9 etiã tact9 diſcedat ab Iudicio.

Conſ.Ter.Cr.1505.

Quod ſi inſup aliqs Iure uictus per Miniſterialẽ tactus recedet a Iure,
321 ſatisfactione Victori nõ impenſa, ut præmiſſum eſt: debet cõdemnari in Perlucro, pro eo toto pro quo tactus eſt. ſed ſi pro pœna tactus fuerit & recedet nõ ſatisfaciendo pro ea: extunc aliam pœnã ſuccumbet, uidelicet Marc.tres Iudicio, & Parti alias tres. pro quibus ſtatim debet condemnari in Perlucro.

Olim quidem debitum confeſsum in decemocto ſeptimanis ſoluebatur.

Quia uero ob graue debitum rixæ plærũq;, ut pote ſexaginta, trecen- Kaz.M.Viſl.1368.
37. tarum, aut pluriũ Marc. ſuſcitentur: quod tantũ debitũ breui tempore prouideri, ac inopinate & ſubito ſolui nõ poteſt. ex gratia cõferendum Statuimus, ut decem & octo ſeptimanis Terminus incluſiuus ad ſoluẽdum ſtatuatur & obſeruetur, pro primo ſ. Termino ſex ſeptimanæ, pro ſecundo alię ſex, pro tercio ultimę ſex ſeptimanæ. Olim debitori confeſſo induciæ 18. ſeptiman. ad ſoluendum concedebantur.

Sed iã Victori in bona Intromiſ. datur.

℄ At iã cum aliqs Citatus fuerit pro quacũq; re pro qua non inſcri- Conſ.Ter.Cra.1505
324 pſerat ſe, ipſe aũt Citatus nolens admittere ſe damnificari dat circa Iudiciũ Intromiſs. tũc ſuſcipiẽda eſt Intromiſsio in 2.ſept. per Actorem.
℄ Sed ſi citatur aliquis pro re, uel pro debito inſcripto, ſic quod Inſcriptiõnẽ fecerat, quia debuit ſoluere nõ dando Intromiſsionẽ, ſed princi-

 pale ſeu ori-

pale ſeu originale debitū ſoluturus eſſet, prout ſe inſcripſit: Talis ſi citatur, necꝫ in Termino ſatisfacit: Si Intromiſsionē Actori dare uellet, (quā qdē Intromiſs. ne det, ipſe Citatus in ſua Inſcriptōe abrenūciauit) decernendū eſt, Quod Citatus nō aliter quā cū triplici pœna triūMarc. Intromiſsionē dabit in re debita, uſcꝫ ad ſatisfactionem, & pro ipſa re principali, & pro pœnis faciendā: quā Intromiſsionē Actor cum triplicata trium Marcar. pœna recipere teneatur.

Ipſe vero Actor mox poſt Decretum, pręſente Reo Victo iuret ſuper damnis. vel ſi ſit Reus cōtumax, vel per Procuratorē paruit, id in Term. Cōcitatorio faciet.

Cum Iure uictus Victori Intromiſsionem dederit uel non. ſtatim poſt Decretū uel in Term. Concit. uide Cap. xxiiij. de Concitatione.

Iudex Partib. de oblita ſentēcia Interrogantibus mox reſpondebit, ſi eius memor fuerit, uel in craſtinum reſponſum differat.

Kaz. M. Viſl. 1368. ¶ Adijcimus hoc etiā, quod quādo ſuper Judicato dubitaretur, & ad Iudicem interrogandū Partes ſeſe reciperent, etſi ipſe Iudex in memoria teneat qualiter iudicauit, ſtatim ſentenciam dicere, uel in craſtinum differre teneatur, niſi iam eſſet Libris Actorū inſcripta. 32.

Sētencia tranſit in Rem Iudicatam a qua non fit Appellatio.

Kazi. M. Viſl. 1368. Idem infra capi. 25. ¶ Petrus agebat contra Mathiam Iudicem, quod in Cauſa quam coram ipſo habuit, iniuſtam & iniquam ſentenciā contra ſe promulgaſſet, a qua tamē ſentencia quādo ipſam Iudex idem tulit Petrus non prouocauit, nec appellauit: Nos itacꝫ huiuſmōi ſentenciā Iudicis, quæ non fuit aliqua prouocatiōe ſuſpenſa, Declaramus tranſiuiſſe in rē iudicatam: Inſupercꝫ prædictum Petrū ad pœnam debitam pro Iudicibus ſpectantem condemnamus. 20.

De memoriali uero pro re decreta Iudicio dari ſolito, uide infra Cap. xxvj. de alijs ſalarijs Colleg. Iudicij.

Conſuetudo. ¶ Sed Actiōes pro finibus regūdis, & pro redemptiōe bonorū hæred. Condemnatione uel Euaſione non ſiſtuntur.

Allegatiōes etiā Partiū poſt ſentenciā factæ locū nō habent in Iudicio.

Conſuet. a Mazouitis mutuata. ¶ Poſtcꝫ uero aliqua Pars a ſentencia alicuius Iudicis appellauerit, & nouas allegatiōes, ac replicas in ſua appellatiōe poſt latā ſentenciā fecerit, ac inſcripſerit, quæ ante ſentenciā ab eadē Parte in deductione Cauſæ dictæ & productæ nō fuerint: tales nouæ allegatiōes Partē appellantē iuuare non poſſunt, necꝫ eas Iudex ſuperior, ad quē appellatū eſt cōſiderare & iudicare debet, duntaxat illas, quæ in Actiōe iſta ab utriſcꝫ Partibus productæ & allegatę ſunt ante ſentenciā: ex quibus dictus Iudex ſuperior ſentenciā factā approbare uel retractare tenet.

Statuimus

Kaz. in Nyeſſ. 1454 Liber Iud.ciorum ſit unus in quolibet Diſtrictu Terræ; cui ſentenciæ inſcribantur: ut in futurũ pari modo caſus ſimiles iudicentur.

¶ Statuimus quod pro Iudicijs iuſte expediendis, & negocijs in Iudicium deductis ſcribẽdis fideliter, fiat unus Liber Iudiciorũ ſeu Actorum in quolibet Diſtrictu. Vt cum in aliqua Cauſa in Iudiciũ deducta, ſuper aliquo Articulo, audita propoſitiõe & reſponſiõe, fuerit in Iudicio ſentenciatũ: illa ipſa ſentẽcia in Librũ Actorũ inſcribatur, ut poſtea ſuper eodẽ articulo, uel eius ſimili ſimilis ſentencia proferatur.

sig. Aug. Petr. 1550. Omnes Actiões Iudicij Terr coram Rege uentilatæ in Librũ Terr. inſcribantur, aliæ in Cancellaria abſoluantur. Idem lib. 1. ca. 10. ar. 3. de Canc. fol. 203.

¶ Quia etiã Iure cõmuni, diuerſis Officialibus diuerſa ſunt negocia adſcripta, quicquid ad Terreſtria negocia, cauſasue Iudiciales pertinet, quæ in præſentia noſtra peragi ſolent, hoc totũ in Librum Actorum Terreſtrium inſcribi debet. Alias uero cauſas & negocia ad Cancellariã noſtrã iuxta ueterẽ cõſuetudinẽ & Stat. An. 1538. remitti uolum9.

Kaz. in Nyeſſ. 1454 Peracto Iudicio Liber tribus dieb. in loco Iudicij aperiẽdus.

91. ¶ Liber Terreſtris cõpleto Iudicio remanere debebit in loco, ubi factũ eſt Iudicium, tribus diebus pro dandis copijs Actorũ petentib. eas.

CAPI. XXIII. & XXIIII.

Si Reus in Lucro cõdemnatur, concitetur ad ſatisfaciendum.

ARTICVLVS I.

sigiſm. Petric. 1529.

SI Reus contumax fuerit in Lucro cõdemnatus per Actorẽ, tum uero
34 per eundem debebit cõcitari (alias ma bycz przypovvyeſczon) ad ſatisfaciendũ ſibi pro his omnibus, pro quibus ipſum Citatũ cõdemnauit in Termino peremptorio, in hanc ſentenciam uidelicet.

Sigiſmundus. Formula Concitatõis poſt condemnationẽ Rei in Lucro.

SIGISMVND. AVG. &c. Qui te concitat alias przypovvyeſcza, ad ſoluendũ & ſatisfaciendũ ſibi pro his omnib. pro qbus te con-
54. demnauit in Termino peremptorio in Terminis Terreſtribus in B. iã proxime præteritis iuxta ſuã Citationẽ in Lucro pro toto, qua te citauerat pro eo &c. & inſeratur Citatio: & concludatur, loco reſponſurus, Iudicialiter ſatisfacturus. .·. .·. .·.

Conſ. Terr. Crac.

¶ QVocirca in Concitatiõe non Iudicialiter reſpõſurus, ſed iudici-
124 aliter ſatisfacturus ſcribi debet, & tam de Iure, quã de cõſuetudine ſcribendũ eſt.

Formula uero Concitation. poſt latam ſentenciam hæc eſt. licet fortaßis, non neceßaria. nam recte poſt ſentenciam inter præſentes Partes latã, Victor remittitur ad intromittendũ, ut ſupra eſt deſcriptum.

¶ QVi te concitat, alias przypovvyeſcza ad ſatisfaciendum & ſoluendũ ſibi Centum Marcas pec. per Iudicium Terreſtre A. in Terminis Terreſtrib. in A proxime præteritis ei ſuper te decretis: & ad attentandũ ipſum iurare ſuper damnis exinde ſecutis: ideo ut ſtares & pro præmiſsis omnibus ac pro pœnis ei ſatisfaceres.

Sigiſmund. Pe. 1523. Si Concit. in Termino non cõparuerit.

¶ Quod ſi ipſe Citatus in tali Termino Concitato nõ cõparuerit, ex-
34. tunc Actor faciet Aſtitionẽ Termini Concitati, ex qua Aſtitione obtinebit damnũ iuxta ſuã æſtimationẽ in Citatiõe expreſſam: quã habebit iã cõiunctã cũ ſumma prĩcipali ſiue eſsẽtiali in Citatiõe expreſſa ſine Iuramẽto. Tandem in eiſdẽ Terminis, & in cõtinenti, debet ipſi Actori Iudiciũ addere Miniſterialẽ Terreſtrẽ tanq̃ Victori ad intromittẽdum eum in bona Citati ſiue Victi, in ſumma Perlucrorũ, tam ſummæ

principalis, quã damni, & pœnis inde ſecutis: quæ pœnę concernũt Actorem & Iudiciũ ex Cõdemnatiõe in Lucro, & ex Aſtitione Termini Cõcitati: & dabit ei Iudiciũ Literas Perlucrorũ: ipſumq́ in defectu admittendę Intromiſsiois ad loci Capitaneũ, ſeu Capitaneos remittet.

Sed ſi Citatus in Termino Cõcitato cõparuerit, & uoluerit attẽtare Actorem iurare ſuper damnis: extunc licebit Actori ſuper ſummã damni iurare ſiue ſuper integrã, ſiue etiã ſuper minorem: quod erit in eius arbitrio, non tamen augendo ſummam in Citatione poſitam.

Sigiſm. Petric. 1523. In prima Inſtantia ſtatur recognitiõi Miniſterialis de poſitiõe Citatiõis. In Term uero Conc. R. ſig. decreuerat, quod Concitatus propior eſt Iuramento proprio docere quia de Citatiõe neſciuit, quam Actor Miniſteriali probare.

¶ SI uero quis Cõcitatus cõparens negauerit ſe de ſui Citatiõe ſciuiſſe, caſu quo Miniſterialis Actori ad teſtificandũ deeſſet protũc circa 34.
Iudicium, talis negans tenebitur iurare quod talis Citatio ſuper quam condẽnatus eſt, nõ peruenit ad eius noticiã, nec ſibi de ea quicq́ conſtat. & nihilominus mox ibidẽ Actori reſpondere tenebitur ſuper contenta Citationis, & ſi poſtulauerit ab Actore Citationẽ ad reſpondendũ, Actor tenebitur ei communicare Citationem ſuam.

Conſ. Ter. Cr. 1505. Cõcitatus per Actorem ad ſatisfaciendũ non poteſt ſe excuſare, niſi in caſib. h. c expreſsis, unde apparet quia in hoc Term. Actor tenetur Concitato oſtendere totum Proceſsum Cauſæ.

¶ CVM aũt iam de Termino inter Partes cõuenerit, ipſe cõcitatus 122
ad ſatisfaciendũ nõ poteſt aliquid ſibi in auxiliũ recipere contra Actorem: excepto, ſi Condẽnatio minus iuſta eſſet in Perlucro: uel ſi nomen aliud eſſet ſcriptum in Citatiõe, quã in Concitatiõe. Nam ſi Concitatio eſſet mala ex cõditionib. ſupius deſcriptis, tunc Actor amittit id, pro quo

¶ SED nemo propter errorẽ datę, Tituli, Dignitatis, & (citauit.
proprij nominis, abecedarij, aliorũue leuium defectuum in Citatione, 121
uel in Concitatiõe cõmiſſorum debet amittere cauſam. uide hoc Statutum ſimulq́ alia eiuſmodi Cap. xvj. & xvij. de Exceptionibus.

Kaz. M. Viſl. 1368. Si quis iuſsus ſatisfacere pro iudicato nõ ſatisfacit, nec fideiubet, quin rebelliter a Iudicio diſcedit. Fuit eiuſdẽmentio li. 8. ca. 10. ar. 1. de Fideiuſſorib. fol. 528 & li. 4 ca. 22. de Condemnatis Iudicialiter poſitum eſt.

¶ QVOD ſi aliquis iudicatus & condẽnatus iuſſusq́ ſatisfacere, uel ſufficientẽ fideiuſſoriã cautionẽ ſtatuere, hoc facere cõtempſerit, & de Iu 14.
dicio per ſuã rebellionẽ diſceſſerit, non præſtita prædicta cautione, uolumus quod pœna xiij. Marcar. noſtræ Cameræ in eo applicetur.

¶ SI ergo Citatus Iure uictus (uigore decreti ſiue in Terreſtri, Caſtrenſi, Colloquiali, Regali, aut etiã Conuẽtionali Iudicio obtenti per 34.
Miniſterialẽ requiſitus) cõſentiet Actori ſiue Victori Intromiſsionẽ, 35.
& admittet pacificã poſſeſsionẽ in bona ſuper quibus Perlucra perducta ſunt, dando ſibi in loco honorũ in præſentia incolarũ poſſeſsionem, & eorũ obedientiã: extunc Miniſterialis poſt factã Intromiſsionẽ faciet Recognitionẽ cum Nobilibus ad Acta Caſtreñ. Diſtrictus illius quod Victus talis admiſit Intromiſsionẽ, & poſſeſsionẽ in bona præfata, ſicut præmiſſum eſt, Perlucrata. Quã poſſeſsionẽ ſi deinde Victor impedire quouis modo niteretur, huius poſſeſsionis defenſio ad loci Capitaneum pertinebit, tanquam uiolenter expulſi & ſpoliati.

Sigiſm. Petric. 1523. Si Victus dabit Intromiſsionẽ, referat Miniſterial. ad Acta Caſtren. ſin minus Capitaneus defendet. Idem li. 1. ca. 12. articulo 30. folio 248.

¶ SI uero Victus Intromiſsionẽ Victori denegauerit, tam poſt tale ut præmiſſum eſt Decretũ, quã etiã poſt Aſtitionẽ Termini Cõcitati, contra non cõparentem: extunc idem Miniſterialis qui fuit Victori de Iure ad intromittendũ additus cũ Nobilibus ſibi adiunctis coram loci Capitaneo aut eius Officio Caſtreñ. facere debebit perſonalẽ relationẽ, præfatũ ſcilicet N. Iure cõuictum, Parti ſe uincenti Intromiſsionẽ Iure decretam

Idem poſitum eſt ſupra li. 1. ca. 12. ar. 30 folio 248.

Fol SI REVS IN LVCRO CONdēnat. redecretā temere denegaſſe. Extunc idem Capitaneus loci, & eo abſente ſuus Vicegerens uigore præfatę remiſsiōis de Iudicio Terreſtri factæ citabit Victum Literis ſuæ Innoteſcentiæ ad uidendū & audiendū ſe Victorem præfatū in bona talia ex ui Perlucrorū Iure Terreſtri obtētorū, & in ſumma ſiue ſummis ibidē expreſsis auctoritate brachij Reg. (intromitti.

¶ VLTErior ergo Executio rei Iudicatę uideatur Libro J. Capitulo xij. articulo xxx. folio 248.

¶ SENTencia uero tranſit in rem Iudicatā, a qua non eſt appellatū. Vide ſupra cap. xxij. & infra de Mōtionibus cap. ſequenti.

¶ MEMoriale aūt unum ſoluatur in Termino Cōcitatorio a decreto, additiōe Miniſterialis, & remiſsione ad brachium Regale. — *Sigiſm. Craco. 1543.*

¶ SED in noſtra preſentia, uel corā noſtro Capitaneo, uel quādo ge-
32. nerales Termini tenentur, Palatinisue uel Baronibus præſentibus, Iudex iudicans non poteſt de malo Iudicio redargui: cum non ipſe ſolus, ſed cæteri, & plures iudicant Cauſas in Iudiciū introductas. — *Kazi. M. Viſl. 1368. Iudex Terreſt. in præſentia Regis, Palatini uel Capi. uel in Termin. generalibus non redarguitur.*

VSV ETIAM obſeruatur, Quod Res Iudicata ſi intra triennium & ſex menſes executioni non mandatur, expirat: nam non Liti ſed quodā modo Priuilegio æquipollet, quod qdem non niſi triennio & ſex menſibus expirat. Sed & illud hic fuit addendū, illas ſolas ſentencias requirere executionē, quibus Pars Parti condemnata eſt ad aliquid dandum, faciendū, præſtandū, patiendum, poſtquā in rem Iudicatā tranſierunt, neq; in illis talis aliqua hæret nota, propter quā, tanquam adulterina reprehendi poſsit: nec caſus ratio exigat, vt ab ea recedatur. Deinde & ſi nihil prorſus ſit vicii in ſentencia: neq; caſus requirat, vt contra rem Iudicatam aliquid fiat, tamen ea nonnunq; intermittitur ratione eorum, quæ poſt latam ſentenciam contigerunt, vt ſi inter Partes tranſactum ſit, aut obligatio de qua iudicatum eſt, nouata ſit, per aliud genus pacti: In eo ſi quidem caſu intermittitur Executio, quia Partes eius petitionē vltro inuicē remiſiſſe videntur. Quod ſi etiam Executor male exequendo, modum excedat, impeditur Executio, quia Pars contra quam ea fiunt, appellare poteſt ab eo grauamine. Quod ſi cum quopiam actum ſit Actione perſonali, qui non habet alia bona, in quibus Executio fieri poſsit, quam Feudalia, aut ex quocunq; alio contractu in alienis bonis habeat vſumfructum, ita vt, Dominis eorum nō condemnatis, occupari ad exequendā ſentenciam non poſsint: tum debet Victori permitti per Iudicem, vt ipſe tam diu fruat illis bonis, donec ex eorū vſufructu ei Iudicatū ſoluat, Iure hęredis illeſo.

Conſuetudines. Res iudicata quam diu durat? Quæ ſentenciæ ſint exequendæ, uel nō? Ab Executoris malo Proceſſu poteſt fieri Motio. Si Victus non habeat hæreditaria bona, ſed tantum uſumfructum?

CAPITVLVM XXV.

De Appellatiōib. ſeu Motiōib. Iudicū.

Tametſi plus ſatis moleſtiarū litigantes ab ſeſe mutuo perferunt, nihilominus is qui cōdemnatur, & ad ſuperiorem Iudicem appellat, duplex negociū ex ſimplo duos etiā Aduerſarios ex vno ſibi facit. Namq; & cum Aduerſario & cum Iudice ſibi res futura eſt: vtcunq; tandem ſit, certe Appellatiōis remediū admodū neceſſarium eſt, vt eo, vel imperitia vel iniquitas Iudicum corrigatur. Appellatio quippe eſt Iuriſdictionis inferioris Iudicis, per legitimam inuocationē ſuperioris, hic in eodem Iudicio factam ſuſpenſio. Appellandi vero gradus hi apud nos obſeruantur, vt ab Ordinario ad Colloquia Prouincialiū Dignitariorū, inde ad Regni Conuentum appellemus. Cum ergo Appellatione ſuccurratur innocentiæ oppreſſæ: vtiq; temeritas eorū, qui vel ob magnitudinē Cauſæ, vel quod ſint Literis Principis adiuti, vel contumaces fuerunt, licentia appellandi nō foueatur: ſed neque illis, qui de futuro grauamine ſibi ſuperſtitioſe timeant, aut etiam ab interlocutoria ſentencia Iudicis, quæ non contineat in ſe diffinitiuā, appellent, ab Executioniſq; Iudice, niſi inique ſentenciā interpretetur, Appellatio eſt permittēda.

PRAEFATIO. Qui appellat duplex onus ſubit. Appellatio propter quid ſit? Appellatio quid ſit? Quib. Appellationis beneficium non eſt impertiendum?

 Sed neque

Cur Motio Iudicum pro Appellatione ſit introducta?
ſi formula mouendi paulum uiciata ſit?
Quib de cauſis impugnatur Appellatio?
Quod eſt ſtudium Appellantis?
Quæ pœna male appellantis, uel bene Appellati?
Libellus Appellator. quid in ſe continere debet?
Gradꝯ Appellationū
Pendente Lite nihil innouetur.
ſi qs nomine pluriū facinorū ſit condemnatus?
ſi in criminalib. cauſis Victus appellet?
Partes ad Iudicē indefinita Appellatione non remittantur.
Quæ ſentenciæ per ſe nihil ualent?
ſi alter, uel uterq; litigatorū moreretur.

Sed neq; iis beneficium Appellatiōis impertiendū eſſe videtur, quos ſtatim dānatos puniri oportet, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionū concitatores, vel factionū duces: aut qui ſponte ſua ſe debere cōfitentur. Semper aūt aſsignet Iudex cauſam per modum proteſtatiōis quare Appellationē non admittat. Ne aūt Iudex impune de Cauſis hominū quitqd collibitum ei ſit, ſtatuat, pro Appellatiōe Motio Iudicum apud nos nuperrime eſt introducta, cum præfixiōe Termini coram Iudicio ſuperiori, iuxta Leges comparendi. Quæ quidem formula Legibus præſcripta ſi forte vel mouentis inſcitia, vel aliquo errore viciaretur, tam Iudex redargutus, quā Pars pro qua iudicauit, ſingulis Citatiōibus ad forum competens adcitētur, ad videndū talem vel talem retractari ſentenciā. Impugnat aūt Appellatio, ſi in hoc vel hoc caſu Appellatio nō eſſet admittenda: aut non debito tempore, loco, & ordine eſſet appellatum. Certe is qui appellat, vel retractari vt malā, vel mitigari vt grauem ſentenciā poſcit, ſemper vero inclementiā Iudicis accuſat, idq; ex allegatiōibus ante ſentenciā factis. Si aūt Appellans ab appellatiōis Iudice itidem cōdemnetur, ad pœnam dictā Kocz loco expenſarū tenetur. Quod ſi forte pro Appellante fuerit pronunciatū, Iudicem pudere ſuæ ſentenciæ Leges iubent. vt deinceps in decernendo ſumma prudentia cū æquitate vtatur. Qui enim ex imperitia male iudicauit, quaſi ex delicto tenetur. quod in Iudice, vt in Imperatore ſtulticia caret excuſatiōe. Certe Libellus Appellatorius perſonā Appellantem, Iudicis appellati, & Iudicis appellatiōis, mentionēq; ipſius ſentenciæ, locum itē, ac tēpus cōparendi continere debet. Quæ qdem Appellatio, vt ab delegato ad Ordinarium, ita ab Ordinario ad ſuperiores, poſtremo ad Principē fit: ab eo vero appellare capitale eſt. Porro pendente Appellatiōe ſiue illa ſit recepta ſiue non, medio tempore quo proſequi debuit, nihil innouari oportet. Cuius etiā tanta auctoritas eſt, vt etiā bonis, prouincia, ac ordine nō arceatur is, quæ quis fuit per ſentenciā amiſſurus. Integer enim ſtatus, integra etiā cauſa eſſe viderur Victi, Appellatiōe interpoſita. Quod ſi quis nomine pluriū facinorū cōdemnatus ſit, ac propter quædā appellauerit, propter quædā vero nō: omnino differenda eſt pœna, ſi propter grauiora appellauit. At ſi in Criminalibus Cauſis Victus appellet, carceri mancipetur, quo ad vades ſiſtat de Appellatiōe proſequenda, vel alioqui in fida cuſtodia transmittatur ad Iudicē. Iudex aūt Appellatiōis nunq; Partes ad eum remittat Iudicem, qui alterā grauauit, Appellatiōe nō cognita: quin ipſe iuſte vel iniuſte iudicatum fuiſſe pronunciet, ac tum demum remittat. Atq; ſentencia ſine Appellatiōe reſcinditur, ſi mere cōtra Dei præceptum, Iuraue Regni (non aūt de Iure Litigatoris) vel contra mortuum, vel cōtra hominē prouinciæ alienæ lata fuerit: aut ſi ſentenciæ propter rerū naturā Victus parere nō poſſit, alioſue manifeſtos errores in ſe cōtineat. Quod ſi Appellator vel Appellatus Appellatiōe non deffinita moreretur, alterutrius hæres intra tempus Iudicem & Partem ad proſequendā Appellationē adcitet, ne cauſa cadat. Res vero inter duos acta tercio non præiudicat.

ARTICVLVS I.

Kazi. M. Viſl. 1368. Niſi appelletur, ſentencia tranſit in rem iudicatam, & qui iudicem poſtea accuſauerit, de ſentencia iniuſta pœnam dabit, pro iudice ſtatutam.

Appellare, ſeu Iudicē mouere liberū.

Petrus agebat contra Mathiā Iudicem, quod in Cauſa quā coram ipſo 20.
habuit, iniuſtam & iniquā ſentenciā contra ipſum promulgaſſet, a qua tamē ſentencia, quando ipſam Iudex idem tulit, Petrus nō prouocauit, nec appellauit. Nos itaq; huiuſmōi ſentenciā Iudicis, quæ non fuit aliqua prouocatiōe ſuſpenſa, declaramus tranſiuiſſe in rem iudicatā, prædictū Petrū ad pœnā debitā, alias pro Iudicib. expreſſā, condēnantes.

Kaz. M. Viſl. 1368. Iudices iuſte iudicent alioqui ab illis grauato ſuperiorē iudicem appellare fas eſt.

¶ STatuimus ut ſi aliquis Iudex Ordinarius uel delegatus, timore 32.
Dei poſtpoſito, utiq; ſentenciā tulerit contra aliquē clientulū, alteri Parti ipſum condemnando, ſuper hæreditate aut alia re certa in Iudicium deducta: propter hoc Pars dānata ad ſuperiorem appellet.

Volumus

Volumus aũt ut liceat unicuiqꝫ alium quempiã pro quacũqꝫ ſumma
3ɜ. pecuniæ, uel iniuria hæreditaria, & perſonali, aut bonis quibuſcũqꝫ, to-
34. tiens quotiens citare ad Iudiciũ Terreſtre: ubi citatus parere reſponde-
reqꝫ tenebitur & debebit, non excipiendo ſe ad Terminos generales ob
ſummæ magnitudinẽ. Vel potius licebit Iudicibus Terreſtribus etiam
pro magna ſumma iudicare, cũ liceat unicuiqꝫ Partiũ appellare.

ſigiſmund. Pe. 1523. idem ſupra lib. 4. ca. 3. ar. 2. de poteſtate Iudicij Terr. in Iudicãdo.

¶ CASV uero quo aliquis Iure uictus exiſtens ſentenciã Iudicis ſu-
37. ſcipere noluerit, Volumus id pro Iure obſeruari, ut liceat unicuique a
ſentencia Iudicij Terreſtris uel Caſtreñ. non per uiam Motiõis Iudicis
ſed ſimpliciter uerbo appellare ad Terminos generales, tempore Qua-
drageſimæ annis ſingulis, totiens quotiẽs locis ad id deputatis celebrã-
dos: quibus Terminis Barones Regni uidelicet Palatinus, Caſtellanus
& cæteri Dignitarij & Officiales Terræ illius intereſſe tenebũtur ſub
pœnis in Statuto contentis. Et in deffectu Terminorũ generaliũ, Pars
appellans cõtra appellatã in Conuentiõe generali Regni extũc in pro-
ximo celebranda cauſam hanc ſuã uigore appellatiõis ſuæ huiuſmõi po
terit proſequi, & iuſticiã ſuam experiri, Iudice a quo prouocatũ ſeu ap-
pellatũ fuit ſine quauis reprehenſiõe remanente. Nihilominus Iudiciũ
a quo appellatur tenebitur Partibus litigantib. dare in ſcripto propoſi-
tiões & reſponſiões & eorũ cõtrouerſias ex Actis ſuis Terminũqꝫ pręfi-
gere in Terminis generalibus, uel in deffectu Terminorũ coram Regia
Maieſtate prout ſupra.

ſigiſmund. Pe. 1523. Eiuſdem fit mentio infra ca. 26. de Colleg. Iudic. Offic.

A ſentencia itaqꝫ Iudicis Terr. & Caſtr. licet unicuiqꝫ, ut olim mos erat, uerbo ad Colloquia generalia uel ad Conuentũ Regni appellare.

Controuerſiæ dentur Partib. ex Actis.

¶ SED qa Iudicũ incuria & negligẽtia frequẽter euenire ſolet, quod
ſentenciæ cõtra Iuris & cõſuetudinis diſpoſitionẽ ab eis ferũtur: ad pe-
titionẽ Nunciorũ Terrarũ, Motionem Iudicis, quę olim in uſu fuit, &
nunc quoqꝫ in Maiori Polonia ſeruatur, in uſum priſtinum reſtitui-
mus, ubique in Regno noſtro ſeruandam.
Verum, ne quis Iudicem mouens, ob ignorántiã formulæ, ea in re ſer-
uari ſolitæ, in Cauſa ſua labatur & ruat, eã hic uolumus adiũgere.
Pars ergo cõtra quã lata fuerit ſentencia ſeu Decretũ, per uerba infra
ſcripta, Motionem faciet dicens.

Sigiſmund Pe. 1538. Rurſus Motio Iudicum redargutorũ reſumpta eſt, in quouis Iudicio, ex præſcripto huius ſtatuti in hanc formam facienda.

FORMVLA MOVENDI IVDICIS.

DOMIne Iudex, Decretũ hoc ſeu ſentẽciã tuã tanqꝫ iniquã & iniuſtã
pro Iure nõ ſuſcipio: ſed te moueo ad (Colloqa generalia Palatinatus
proprij A. uel in eorũ deffectu ad) Cõuentũ generalẽ R. proxime cele-
brãdũ.
Motione hoc modo facta Miniſterialis mox, ſine quauis ad-
ditione eiuſdẽ ab Iudicio, diem Iudici in Colloquijs primã, uel ſi nõ fu-
erint, in Conuentiõe generali proxime celebranda ſextã, ad cõparendũ,
cum Decreto ſeu ſentencia ab eo lata, aſsignare poterit, & debebit.
Et hæc omnia, puta Motio & Termini aſsignatio debite in Acta Iudi-
ciorum per Iudiciũ & Notariũ inſcribi debent. Reliqua uero in robore
ſuo ſecundũ antiquũ Statutum cõſeruamus. Pars uero Motionẽ faci-
ens non plus quã unum groſſum pro ijs ſoluere tenebitur.

¶ PRO Curator aũt habens ſufficiens Procuratoriũ, etiam poteſt
18. Iudicẽ Mouere, ac alia omnia facere, quę ad defenſionẽ Cauſę ꝑtinẽt.

ſigiſmund. Pet. 1511. Procurator poteſt Iudicem mouere. Idem ſupra lib. 4. ca. 5. ar. 4. de poteſtate Procur.

In qb. cauſis Motio nõ eſt admittẽda.

Primo pro

Primo pro Teloneis & Foralibus inique extortis.
Item pro adminiſtratione Iuſticiæ.
Ac pro redimendis bonis obligatis, niſi hæreditas eſſe prætendatur.
Et ſi quis ſponte ſua in Inſcriptione Appellationi renunciauit.
Quin etiã Citatus ad Inſcriptionẽ ne prouocet. uide li. iiȷ. ca. vȷ. fo. 525.
Generaliter uero a ſentẽcȷs Interlocutorȷs, Decretis & alȷs Acceſſorȷs, per quæ Partes ſe grauari prætenderent, ab Iudicibus Regni ante ſentenciã deffinitiuã appellari non poteſt. Niſi a Decreto fundatiõis Iuriſditionis, ubi Iudex aliquẽ ratiõe Diſtrictus, Perſonæ, Priuilegȷ, uel Cauſæ ſuę Iuriſdictioni nõ ſubiectum iudicare uellet, de quibus Excep. uide ſupra Libro iiȷ. Capitulo xvi. Articulo iȷ. folio 649.

Quæ olĩ, vel nũc dãtur pœnæ Iudicib.

Kaz. M. Viſl. 1368. Iudici redarguto pellicium dabatur.

Cum aliquis arguit ſentenciã alicuius Iudicis, pel- (male redargutis: 28.
licium mardurinũ: Camerarȷs aũt iſtorũ per ſex ſcotos pec. abſq; omni contradictiõe, & anteq; ad audientiã admittat᷑, dare & ſatisfacere te-

Kazim. M. Vi. 1368. Cuilibet Iudici pro iniuſta ſentencia culpato, Pars culpans tres Marc. aut tres pelles mardurinas det: ſed ſi Iudex cõuincetur iniuſticiæ, eas cũ pœna 15. ſuffuſus rubore Aduerſario reſtituet.

¶ ET quia moris eſt in Iudicio Polonicali, quod Iudex a quo (neat᷑.
prouocatur, & cuius ſentencia per Partem impugnatur, nõ prius tenea- 32.
tur ſuam defendere ſentenciã, niſi prius per Partem tres Marcę, aut pelles mardurinæ ſibi aſsignẽt᷑. Quocirca ut parilitas in pœnis habeat᷑, ſi idem Iudex uincatur per Partem cõdemnatã, pelles, aut tres Marcas receptas cum pœna xv. ſuffuſus rubore eidem ſuo Aduerſario reſtituat, qui ad ſuperiorem ob falſam ſentencię pronunciationẽ euocauit.

Idem Rex. Iudex de ſentencia redargutus, ſi Collegas iudicantes habuerit, illis probabit, quia iuſte iudicauit: uel is q redarguit, 3. Marc. ſoluat, aut pelles det, uel alioquin probet 6. Teſtib. Iudici in dignitate ſimilib. iniuſte eſſe iudicatũ abolitum, præter ultimum paragraphẽ de pœna

¶ STATuimus inſuper, Quod ſi Litigator dixerit in noſtra noſtro-
rumq; Baronũ pręſentia, uel abſentia, Iudicẽ in Cauſa ſua inique & p- 32.
peram proceſiſſe, uel iudicaſſe: Iudex per ſuos Collegas, qui ſecũ præſiderũt in eodẽ Iudicio ſtatim probare debebit, quia iuſte & legitime iu-
dicauit. Sin aũt is qui arguit de falſo ſentenciã probare uoluerit, ipſum Abo
Iudicem, ut pręmittitur, inique ſentenciã protuliſſe: id probare teneatur litũ.
per ſex Teſtes ſimilis dignitatis, cuius noſcitur eſſe Iudex, is aũt q redarguit ſentenciã Iudicis, ut eſt dictum, nullatenus audiatur donec Iudici tres Marcas uel pelles dederit mardurinas, quas idem Iudex pro ſe iu-

¶ ITEM uolumus, ut cum ſentencia redarguta (dicialit᷑ obtinebit.
per Iudiciũ Appellatiõis fuerit reprobata, Victus Appellãti Actori ſeu Victori ratione expenſarũ tres Marc. pec. exoluat, quæ alias Iudicibus
redargutis, & uictoriã reportantibus, in uim emendę ſoluebãtur: ita qđ 37.
ſi ſentencia, a qua appellatũ eſt, retractabitur, & deſtruetur: extũc Appellãs ſuas tres Marcas rurſus accipiet. quod ſi talis ſentẽcia approbabit᷑ & cõfirmabitur, Appellãs amittet tres Marc. quas Victor accipiet.

Sigiſm. Petric. 1523. Vltimo omniũ de pœna ipſa Iudicibus redargutis debita conſtituit, ut Parti apud iudicium appellationis uictrici cedat.

Porro cũ Iudex culpat⁹ fuerit pro aliqua Cauſa, illa duntaxat ſuſpenſa, alias omnes iudicet.

Kaz. 3. in Kor. 1451

Item ſi quis cõtra Iudicem quitq; acceptauerit, cumq; culpauerit, ali- 87.
as Ruſzy: extunc ſolũ modo illa Cauſa in qua Iudici derogauerat, nõ debet iudicari: alię uero omnes Cauſæ corã eodẽ Iudice uertẽtes, eo nõ obſtante, iudicentur.

Sentencia

27. ℭ SENTencia quoq; Iudicis Terreſtris aut Caſtreñ. ſi quãdo redarguta & retractata fuerit, honori & bonę exiſtimatiõi ipſorũ nõ nocebit Sigiſm. Petric. 1519. Idem ſupra lib. 1. ca. 12 de Motione Iud. Caſtren.

De Subiudicib. vel Notarijs redargutis

28. Cum aliquis arguit ſentenciã Subiudicis, ei pellicium uulpinũ: Camerario aũt ipſius ſex ſcotos pecuñ. abſq; omni contradictiõe, & antequã ad aliquam audientiã admittatur, dare & ſoluere teneatur. Kaz. M. Viſl. 1368.

ℭ AT deinceps ſi quis redarguet ſentenciã Subiudicis, non debet au- Kazim. M. V. 1368
32. diri, niſi prius illi tres fertones uel pelles uulpinas curauerit aſsignare, quæ eidẽ Subiudici cedunt, ſi ſe iuſte cõprobauerit iudicaſſe.

ℭ PORRO cum aliquis arguit ſentenciã Notarij, extunc cuilibet Kazim. M. V. 1368
28. Notario Terreſtri pelliciũ uulpinũ abſq; omni contradictiõe & anteq; ad aliquã audientiam admittatur, dare & ſatisfacere teneatur.

CAPITVLVM XXVI.

De Officio ac ſalario Iudicis, Subiudicis, Notarij, & Litigãtiũ pacto Iudicio.

Kaz in Nyeſ. 1454. Libri triduo poſt Iudiciũ peractum maneant aperti.

94. Liber Terreſtris cõpleto Iudicio remanere debet in loco, ubi factũ eſt Iudiciũ, tribus dieb. & hoc pro dãdis Copijs Actorũ q eas peterent.

27. ℭ IVDEX cum Subiudicibus prouideant, quo Inſcriptiones iuſte & diligenter per Notarios in Libros inſcribantur, & nõ mutentur: ad quod et ille q Actionẽ habebit, & res ſua illi erit curæ, intendat. Sigiſmund. Pe. 1519. Iudices cũ ſubiudicib. una cũ Partib. prouidere debẽt, uti Inſcriptiões diligenter per Notarios in Libros inſcribantur.

ℭ QVOD ſi Notarius Terreſtris inſcribere in Acta Iudiciaria, ea
39. quæ Iudex cũ Subiudice decernendo perceperũt, noluerit, uel ipſe Notarius rebelliter de ſede Iudiciaria abierit, acticare nolens ea quę ad Officium eius pertinebãt, per quod Partibus aliquid poterit prӕiudicari: talis Notarius p Iudiciũ R. M. delatus priuatiõe ſui Officij punietur. Sigiſmund. Pe. 1523. Si Notarius cõtrouerſias uel Decreta inſcribere nollet, aut de ſede Iudicij abierit, ad Regem delatus, deponitur.

ℭ VT aũt Citatiões, ita Controuerſias, Decreta, & Inſcriptiões, liberũ eſt unicuiq; Polonica lingua ſcribere: Hoc tamẽ perpetuũ ſit, ut tam Inſcriptiões Terreſtres quã illa omnia in loco Iudicij, pręſente Notario Terreſtri, in Acta polonice uel latine inſcribãtur. Propterea q; Notarij Terreſtres debent aſsidere Actis, ſub amiſsione Officij ſui. Sigiſmund. Cra. 1543 Omnia latine uel polonice ſcribantur.

ℭ AD obuiandũ uero futuris falſitatibus, uolumus & decernimus, ut Notarij Terr. omnes Lrãs Iudicij Terr. manibus proprijs ſubſcribãt. Sigiſmund. Cra. 1532 Notarij Terr. omnes Literas ſubſcribant.

ℭ NOTarij ergo Terreſtres omnes Literas & Reſcripta quęcũq; ex Actis Terr. in Pergameno & papyro extradẽtur, manib. ſuis ſubſcribãt Sigiſmund. Cra. 1532

De ſalarijs Collegarum Iudicij.

27. Notarij Terreſtres non plus niſi mediũ groſſũ pro membranis, iuxta antiquam conſuetudinem ſub pœna xiiij. Marc. recipiant. Sigiſmund. Pe. 1519. De taxa mẽbranarũ.

39. ℭ IPSE ergo Notarius a Sigillatis mẽbranis accipiet p mediũ groſ. Sigiſmund. Pe. 1523. Idem ſupra.

19. ℭ A CONdemnatiõe uero in pœna Cõtumacię duo groſ. ſoluatur. Sigiſmund. Pet. 1511. A cõdemnatione in cõtumacia duo groſ. ſoluantur.

38. ℭ ITEM uolumus ut quilibet Actor cõdemnando Citatũ abſentem in Cõtu-

Sigiſm. Petric. 1523.

tem in Contumacia ſoluat duntaxat duos groſſos, quorum unus cedet
Notario, & alter groſſus Iudicio præſidenti.

Kaz. M. Viſl. 1368. Pro ſignaturis terminorũ peremptoriorũ mediũ groſ. accipiant

¶ AT ſi Notarij Iudiciorũ Terminos perẽptorios inter Partes ſcri-
bunt: pro nota & ſignatura in medio groſſo a qualibet Parte cõtentẽt. 37.

Vulad. Iag. Cracou. & Varthæ 1423. Notarij pro una Inſcriptiõe ad finẽ cauſæ unũ groſ. accipiãt

¶ QVO Circa Terreſtres Notarij in omnibus Terris Regni noſtri,
uidelicet Maiori Polonia, Siradia, Lãcicia, Cuyauia, Dobrzyn &c. pro 45.
notis æqualiter accipiant ſua ſalaria, ſecundũ quod Notarij Cracou. &
Sandomir. Terrarũ recipiunt, uidelicet pro una Inſcriptiõe usq; ad fi-
nem Cauſę unũ groſ. aut in prĩcipio mediũ, & in fine mediũ groſsũ.

Kazim. in Nyeſſoua & oppoki 1454. Notarius pro Notis großum recipiet, pro Lecturis uero nihil penitus exigat. Hoc idẽ statutũ Rex Sigiſm. Cracou. 1510 confirmat.

¶ ITEM Statuimus, ut Notarij Terreſtres in Iudicijs nõ exigant a 94.
NOTis præterq; in primo Termino mediũ groſſum, & in ultimo tan-
tundẽ: aut a Notis totius Cauſę recipiãt unũ groſſum, pro LECTura
uero quã fecerint in Iudicijs nihil penitus exigere debebunt.

¶ SO Pientes cõtrouerſiã quæ in Iudicijs Sęcularib. euenire ſolet de 12.
quęſtu Notariorũ Terreſtrium, relinquimus in robore Statutum Re-
gis Kazimiri in Oppoka factum.

Sigiſm. Petric. 1523. Notarij Terreſtres ab una Cauſa ex una Citatione großũ unũ accipere tenentur.

¶ ET quia multæ querelę fiebant ad noticiã noſtrã deductę contra
Notarios Terreſtres, quomodo ipſi a NOTis, & ACTicatiõibus Cõ- 38.
trouerſiarũ, & aliarũ quarumcũq; rerum plus ſolito ſubditos noſtros
depactare de facto cõſueuerint: Similiter a QVÆrẽdis NOtis Actis Iu-
dicialibus inſertis. Quapropter Statuimus & ordinamus, Statutis Re-
gni uetuſtioribus inhęrendo, Quod ſinguli Notarij Terreſtres ab una
CONtrouerſia & Cauſa nõ plus percipiãt, quã per unũ groſ. Talis aũt
Cauſa & Controuerſia debebit intelligi ex una Citatione eaq; breuis.

Kaz. M. Viſl. 1368. Notarij pro Teſtium depoſitiõib. tres groſſos accipiant.

¶ AT Qui Notarij Iudiciorũ a TEStibus producẽdis: ſi ſcribere, & 37.
ſignare eorum dicta oportebit, recipiant tres groſſos.

Sigiſm. Craco. 1532. A Dilatione & Inſcriptionis caſſatione unus groß. ſoluatur. item a Notis, Literis, & Inſcript. quid.

¶ QVO ſalario pro Literis, uel Notis Notarij Terreſtres & Caſtr.
contenti eſſe debeãt, tametſi Statuta per nos & anteceſſores noſtros cõ-
dita ſufficienter declarent, quia tamẽ ij ipſi Notarij ultra modũ pręſcri-
ptũ, a Dilatiõe Termini uera INfirmitate, uel CAſſatiõe Inſcriptiõis cu-
iuſpiam, ſolutionẽ memorialis per quatuor groſſos exigũt: Statuimus
ut Notarij Terreſtres & Caſtr. in exigendo ſalario, a Notis, Literis, &
alijs Inſcriptiõibus modũ in Statutis de ſuper cõfectis expreſſum ob-
ſeruẽt: A Dilatiõe uero Term. uera INfirmitate, uel CAſſatiõe Inſcri-
ptionis nõ niſi unum groſſum ratiõe Memorialis, & pro nota exigant:
ſub pœnis in Statutis prioribus contra eos ſancitis.

Kaz. M. Viſl. 1368. Porro pro Memoriali in Cauſis hæreditarijs uel non hæreditarijs magnis quatuor groſſ. In minorib. uero Cauſis duo gr. ſunt ſoluendi.

¶ LIcet aũt pro redimẽda pauperũ uexatiõe dudũ ſolutio dicta uul-
gariter Czeſne aut Pamyethne quę cõſueuerat Iudici pręſidenti, ſeu a- 19.
liquã cauſam diffinienti applicari, fuerit ſublata & extincta: Tamẽ ea-
dem ſolutio exquiſito colore ſub alio nomine quod dicitur Pamyeth-
ne dinoſcitur eſſe innouata: quæ dicitur eſſe cõtra prædictã ſolutionem,
& eam tranſcendere cõprobatur. Vnde circa hoc modũ imponere uo-
lentes, decernimus, quod in Cauſis hæreditarijs uel nõ hęreditarijs ma-
gnis Iudex prętextu ſolutiõis pręd. Pamyethne ultra quatuor groſ.
exigere & recipere nõ præſumat. In minoribus uero Cauſis tantũmodo
duos groſ. exigendi facultatẽ habeat.

Officiales

¶ OFFiciales uero aut Camer. ſeu Subiudices Terminorũ Particu-
45. larium nõ deb&bunt a Cauſis minoribus, quas usq; ad ualorem tri-
ginta Marc. & infra cõputamus pro Memoriali alias Pamyethne, ſiue
alio nomine Przyſyezne plusq; duos groſſos recipere: a maioribus aũt
Cauſis quæ ultra xxx. Marc. ſe extendũt quatuor groſ. recipiẽdi habeãt

Iagel Cracou. 1423. In Terminis particularibus a ſumma 30. Marc. 2 großi, a maioribus 4 recipiendi ſunt pro memoriali.

45. ¶ PROViſum eſt inſuper, Quod poſtq; unã quãq; (facultatem.
quæſtionẽ corã Iudicio expoſitã dictam Zaloba aliquis edixerit, etiam
ſi plures perſonæ ſint, pro Parte quarũ queſtio agitatur, tantũ unũ Me
¶ SED Proteſtatiões Memorialiũ captioſe, nullũ (moriale exigat.
32. deinceps robur habeant, quæ ſolebant fieri ante prolationẽ ſententiæ:
ſed pro re principali decreta tantummodo Memoriale ſoluatur.

Idem Rex. Propoſitione una, licet fuerit a pluribus perſonis introducta: unũ memoriale danedum eſt.

Sed Sigiſm. Pe. 1523. Proteſtationes ac Memorialia ante decretũ abrogata, idẽ ſupra.

19. ¶ STAtuimus, ut a Condemnatiõe in Lucro quatuor groſsi, & pro
Memoriali, iuxta antiqua Statuta quatuor groſsi ſoluantur.

Idem Rex Pet. 1511. De Memoriali.

38. ¶ QVOcirca uolumus, ut Victor ſoluat a quolibet Decreto pro ſe
39. lato Iudicio quinq; groſſos; quorũ tres Iudici, & unus Subiudici ueniet:
Notario uero ſimiliter unum groſſum ab eiusdem Decreti acticatione
ſoluere quilibet teneatur. ⁂ ⁂ ⁂

De eodem idem Rex Petricouiæ 1523.

¶ QVINimo ipſi Iudices Terreſtres nõ plus ratiõe Memorialis acci-
piant niſi quinq; groſsos a Decreto ſatisfactiõis in Termino Conci-
tatorio, ab additione Miniſterialis ad intromittendũ, & remiſsione ad
Capitaneũ, ſi Intromiſsio Victori non eſſet admiſſa: & hoc ſub pœna
quatuordecim Marcar. Parti & nobis alia:

Sigiſmund. Cra. 1543. Tantum 5. großi ſoluantur ratione Memorialis in Termino Concitatorio.

Taxa Literarũ Iudiciĳ Terreſt. & Caſtr.

19. Quia uero Notarĳ Terreſtres & Caſtrenſes alicuius Actũ ſiue Inſcri-
ptionem in Libro Terreſtri ſeu Caſtr. quereñ. Nobilitatẽ immodice ta-
xare pro labore quærendi cõſueuerunt: Statuimus ut ipſi Notarĳ nihil
poſthac exigere audeãt pro labore querẽdi. Pro Literis uero Pergame-
neis cũ appenſis Sigillis decem groſſ. ſalario ſint cõtenti. ex quibus ſex
Iudici, duo Subiudici, & duo Notario Terreſtri cedãt: A papyreis uero
Literis ſub Sigillis Iudicis & Subiudicis unus groſſus.

Sigiſmund. Pe. 1511. Fuit mentio eiuſdem libr. 1. cap. 12 ar. 12. de Iudice & Notario Caſtrenſi.

39. ¶ ITEM pro Litera Iudiciali Sigillis Iudicis & Subiudicis obſigna-
ta decẽ groſsi dentur, prout in qbusdã Terris hactenus fuit obſeruatũ.

Sigiſmund. Pe. 1523. Pro Litera Iudiciali obſignata decẽ groſ.

39. ¶ ITEM Notarius recipiet a Minutis extractis non Sigillatis per
unum groſſum. ⁂ ⁂ ⁂

Sigiſmund. Pe. 1523. A Minutis nõ ſigillatis unum großum.

122 ¶ ATQui ſimplici Minuta nihil probari poteſt, ſed tantũmodo Li-
teris, aut Minuta ſub Sigillo, aut Libris coram Iudicio.

Conſ. Ter. Cr. 1505. Minuta non ſigillata nihil probatur. ſupra idem.

¶ STATutũ per nos Cõſiliariosq; noſtros ſtatus utriusq;, & Nũ-
123 cios Terreſtres, de ſalarĳs Iudicũ, Subiudicũ, & Notariorũ Terreſtriũ
editum, in ſuo robore permanere, & in executionẽ extendi uolumus, &
præſenti Conſtitutione diſtrictius exequendũ mandamus.

Sigiſmund. Bid. 1520. Confirmat Statut. de ſalario Officialiũ Iudicĳ Terreſtris.

¶ QVOD ſi Notarius ultra præmiſsã ordinationẽ cõtra uim Sta-
39. tutorum quidpiã ab aliquo depactauerit: talis eidẽ depactato, id quod
iniuſte extorſerit, reſtituere teneatur cũ pœna trium Marc. & Iudicio
pp totidẽ exol-

Idem Rex Pe. 1523. Suas Conſtitutiones contra Notarios editas pœna adiuncta confirmat.

totidē exoluenda, in qua peremptorie debebit idem Notarius condēnari, & ſatisfacere Victori mox teneatur ſub alia pœna xiiij. Marc.

Idem Rex ſigiſmūd Petricouiæ 1538 de eiſdem Notarijs Terreſtribus.

¶ DECERnimus omnino habere uolentes, ut Conſtitutiões de Notarijs Terreſtribus dudū ęditæ, iam exnunc debitā per omnia executionem habeant, & accipiant, atq; futuris temporibus diſpoſitio illarum in omnibus ſeruetur, & manuteneatur.

Sig. Auguſt. Pe. 1550 Iuſta & permiſſa ſalaria a Notarijs exigantur.

¶ CAVENdo ne Nobilitas noſtra grauaretur circa receptionē & ſcriptionē quarūuis Literarū, renouamus Statutū, ut Terreſtres Notarij cōſeruent ſe iuxta Statutū Sereniſs. olī parentis noſtri: Proptereaq; iuxta illud ſalaria recipiāt a Mēbranis, Citatiōibus, & Cōdemnatiōib.

Iohann. Albertus.

Antiqui Caſtr. Libri aperiātur in Ter: 109

minis Terreſtribus & Literæ ex eiſdem ſolito precio petentibus extradantur. Vide ſupra Lib. j. Cap. xij. Artic. v. folio 212.

Sigiſm. Craco. 1539.

¶ CApitaneale q̄q; Iudiciū nō plus a Re Iudicata, ſeu ſcripturis quibuſuis Iudicialib. exigat, quā qđ in Iudicijs Terr. a ſimilib. exigi ſolet.

CAPITVLVM XXVII.

De Colloquijs Dignitariorū Terreſtrium Iudicialibus.

PRAEFATIO.

Colloquia quid ſint? & quis eorum ſit uſus?

Colloquia Dignitariorū ſunt Iudicia ſecunda, in quibus primores cuiuſlibet Terræ Magiſtratus cōmunibus ſuffragiis quouis anno in ſua quiq; prouīcia colloquuntur, & cognoſcunt, Num quęlibet ſentencia Iudicū Terreſtriū & Caſtrēſium, a qua ad Colloquia ſit appellatū, iuſte & in omni gradu Iuris ad præſcriptū Legum lata ſit. Horū aūt Iudiciorū varia eſt vtilitas, & quod prouincialis Magiſtratus & nō alius quiſpiā Iuſticionarius peregrinus alicunde obtruſus, de Municipum Lite iudicat: & quod Comitia Regni multitudine Cauſarū exonerantur. Nam Litigantes plærūq; Iudicio Dignitariorū ſtant, nō raro etiā concordia metu dubii euentus maioriſq; ſumptus ſecum tranſigunt: vel alioquin, Si qua Pars appellat ad Comitia, pręiudiciū ſuum atq; ſentenciā (ſiue approbando ſiue retractando prioris Iudicis Iudicatū) ſignificant: vt Princeps cum vniuerſo Senatu facilius videat, quid in prima inſtantia Iudex, quidq; in ſecunda Prouincialis Magiſtratus de Lite ſenſerint. Atq; ita per illorū præiudicata, ſi recta ſint, inter illos controuertentiū laqueos ad cognitionē iuſti & æqui peruenit: ac illud decernit vtrinq;. Quæ itaq; ſit cauſa Materialis, Efficiens, Formalis, ac Finalis ipſorū generaliū Terminorū, ſeu Colloquiorū: ex Statutis methodico ordine digeſtis, liquidius apparebit.

ARTICVLVS.

Colloquia neceſſaria ſunt. Lex I.

Kazimir. Iagel. Petricouiæ 1447.

Aſsidua Colloquiorū, ſiue Terminorū generaliū celebratio, pacis cōmunis conſeruatio, & cuiuſlibet diſsidij (quod quidē hominum in Republica tranquilitatem inficit) excluſio eſt. 90.

Sigiſmund. Pe. 1511. Multa committuntur damna Colloquiorū intermiſsione.

¶ MVLtę negligentię, multaq; errata & damna fiūt inter ſubditos noſtros per omiſſam generalium Iudiciorum, quæ Colloquia uulgo appellantur, obſeruationem. 18.

Quid in

Quid in Colloqijs fiat, ac iudicetur. L. 2.

45\. Primo corã Baronibus in Colloquio præſidentibus RESIGNationes magnorum bonorum peraguntur.

Iagell. Cracou. 1423.

¶ ITEM Obligatores bonorũ etiã in Colloquijs ſe ſuaq́ bona pro
18\. hac uel illa ſumma, huic uel illi obligaſſe proteſtentur, Pręſcriptiõis interrumpendæ cauſa. uide Libr. iij. Cap. vij. Artic. ij. folio 511.

Kaz. M. Viſl. 1368.

¶ A SENtencia Iudicis Terreſtris & Caſtr. licet unicuiq́ uel ad Col
37\. loquia generalia, uel in deffectu illorũ ad Conuentionẽ Regni appellare, ſeu Iudicem mouere. de quo uide ſupra cap. xxv.

Sigiſmund. Pe. 1523.

¶ DE Appellatiõib. ſeu MOtiõib. quę a ſentẽcijs ſeu decretis Iudiciorum Terreſtr. Caſtr. ac aliorũ quorũuis, ad Term. generales, tempore quadrageſimę (alias tẽpore legitimo) celebrãdos: uel ad Conuentũ generalẽ Reg. noſtri extũc proxime celebrañ. fieri ſolent, declaramus, & ita obſeruari decernimus: ut tam appellanti quã eius Parti aduerſæ liceat Appellationẽ ſeu Motionẽ proſequi in Conuentione generali, uel Terminis generalib. quod illorũ poſt Appellationẽ factã prius celebrari cõtigerit: iuxta normã in Proceſſu Iudiciario noui Stat. deſcriptã.

Sigiſmund. Cra. 1532. Appellatiões ſeu Motiones uel in Comitijs Regni, uel in Term. generalibus, ut olim mos fuit tẽpore Quadrageſimæ celebran. iuxta ſtatutum proſequantur.

¶ AB Acceſſorijs quę nõ importãt perpetuã amiſſionẽ prĩcipalis Cauſę, ſed tantũ perditionẽ Termini, aut ab Citatiõe libertatẽ, Iudex moueri nõ debet: ſed in eius Decreto Partes cõquieſcere tenẽtur. Alioqui a talibus Acceſſorijs quę in ſe contineant Lucrũ, uel amiſſionẽ principalis Cauſę, pro qua quis citaret, in tali caſu, ſi cui Decretũ Iudicis diſpliceret poteſt Iudicẽ mouere ad Colloquia iuxta cõſuetudinẽ Iuris, & Statutorum antiquorũ de Motiõib. cõſcriptorũ diſpoſitionẽ. In Colloquijs aũt Mouens debet eſſe paratus cũ ſuis probatiõib. ut ſuper negocio principali citra omnes Dilatiões iuxta Iuris formam experiatur in eiſdem.

Sigiſm. Craco 1543. Si quis ab Acceſſorijs lucrum uel amiſſionẽ Cauſæ continentibus ad Colloquia Iudicem moueat. Idem libro 4. capitulo 16. folio 649.

¶ QVI ad Colloquia a Iudicijs appellat, uolumus, ut teneatur ibidem pro re capitali Iure experiri: quod quidẽ etiã uolumus de Appellationibus ad Conuentũ intelligi. Et ne Nobilitas per Iudicia grauaret, uolumus, ne amplius Iudex pœnã Kocz accipiat niſi unã, ab una cauſa. Nihilominus tenebit Iudex ſentenciã ſuã pſonaliter expurgare in Colloquijs.

Sig. Auguſt. Pe. 1550.

¶ CAVſæ uero Officij in ſuis Cõſuetudinib. permanere debent. Quod ſi fortaſſe a Regno abfuerimus, etiam ad Colloquia illas cum principali negocio per Motionem deuolui uolumus.

Sigiſm. Craco. 1543. Idem li. 1. cap. 12. ar. 14. de Offic. Motiõe.

¶ ETIAM Palatini cũ Caſtell. ac Dignitarijs HOMIicidij autorem reſcire, & in Colloquijs ex remiſsiõe Iudicũ iudicare debẽt. &c. uide ſupra Libr. j. cap. xv. artic. vj. de Homicidijs Nobilium.

Qui Dignitarij Colloqijs præſint, & Libros ſeruẽt. L. iij.

Vulad. Iag Craco. & Varthæ 1423.

44\. Et qa Barones Terrarũ noſtrarũ in Iudicijs Col-
45\. loqorũ generaliũ perſonã noſtrã repręſentãt, corã quibus Cauſę hæreditarię, & alię maiores agitãtur, & tractãtur: & ſentẽciæ per eoſdẽ latæ robur accipiũt firmitatis, ac ſi noſtra in pręſentia agerent: corã quibus etiã Reſignatiões bonorũ magnorũ peragũtur, & alię Cauſę per eoſdẽ deffinitę in ſpeciali Libro cõſcribunt: unde cum maiori alicuius põdere debeant

Quia in Colloqo Barones perſonam Regiam repræſentant, & quod maiores cauſas cognoſcãt, ob idq́ tanq̃ coram Rege tractarẽtur, robur accipiũt; ſtatuitur itaq́ ut Liber Actor. Ter. ac Colloquialiũ ſub 3. clauſuris habeatur: ſ. Iudicis, ſubiudicis, et Notarij Terreſtr.

re debeant diligẽtius & cautius obſeruari: Volumus, quod Liber prænotatus, ſeu Acta Colloquij generalis ſub clauſura trium clauiũ a modo cõſeruetur. quarũ unam Iudex, aliã Subiudex, terciã uero Notarius Terreſtr. habeãt, & cõſeruent: Nec liceat uni ſine alijs clauſurã prędictã

Kaz.3.in Kor.1451. Hæc itaq; Colloquia morte, infirmitate, aut abſentia unius aut duorũ Dignitariorũ non obſtan. celebrantur; loco quorum alij ſurrogandi ſunt, donec de alijs prouiſum fuerit.

¶ ITAq; Colloqa aſsignata ubilibet celebrabũtur, mors (aperire.
uero, infirmitas, abſentia unius, aut duorũ Dignitariorũ ad ſedẽ Colloquialem ſpectantiũ celebrationẽ Colloquij nõ debebũt impedire. defe- 88.
ctu uero aliquo ex his imminẽte, habebunt plenã facultatẽ & poteſtatẽ alij Dignitarij Colloquio pręſidentes in loco abſentiũ, & deficientiũ alios Terrigenas, uiros idoneos, legales, & poſſeſsionatos cũ plena poteſtate ſurrogandi: qui habebunt plenã poteſtatẽ iudicãdi, tam diu, quouſq; de defectibus, & de abſentia Dignitariorũ p nos prouiſum fuerit.

Kaz. Iagel. Pe. 1447 Palatini, Caſtell. Cap. Iudices, & reliqui Officiales Colloquio generali intereſſe tenentur: niſi graui infirmitate, uel Reipub. Legatione fuerint impediti.

¶ AD Colloqa celebranda Palatini, Caſtellani, Capitan. Iudices, cæ-
teriq; Dignitarij & Officiales Regni noſtri tanto diligẽtius dare operã 90.
tenent, quãto ad id ſunt ex onere Dignitatũ & Officiorũ ſuorũ ſtrictius obligati. Quocirca pręſenti edicto & autoritate Regia omnib. Palatinis, Caſtellanis, Capitan. Iudicib. Subiudicibusq; diſtricte pręcipimus, & mandamus, ut Colloqa & Terminos iuxta uires ſuas & tempora in omnib. Terris & Diſtrictib. Reg. noſtri Polonię ſine aliqua interruptione celebrent, & illis perſonaliter (niſi forte aliquẽ grauis languor corporalis, aut in rebus publicis Reg. ardua Legatio excuſauerit) interſint: nec aliquẽ niſi in duobus caſib. prędictis de abſentia uolumus excuſari.

Aegritudine uel Legatione oneratis, admittitur ſubſtitutus idoneus.

¶ In quibus nihilominus caſibus pręcipimus omnib. ęgritudine grauatis, aut Legatiõe Regni oneratis, ut locũ ſuum poſsint, teneantur, & debeant per idoneã perſonã aliam ſupplere, & illi uices ſuas per Literas cõmittere: atq; eo modo Colloquiũ integrũ eſſe cenſemus, perinde ac ſi principalis intereſſet.

Abſens a Colloquio tenetur ad damni ſolutionẽ illi, cui iuſticia ob hoc ẽ neglecta

¶ Si quis aũt Colloqo & Terminis generalib. intereſſe, aut in locũ ſuum ſurrogare perſonã idoneã neglexerit: cõueniri eum per illũ, uel illos, quibus propter abſentiã ſuã adminiſtratio iuſticiæ dilata eſt, corã nobis iubemus: ut noſtra ſentencia & Decreto ad ſoluendũ omnia damna, quæ Actores ex deffectu Colloquij aut Terminorum generalium contraxerint, condemnetur.

Kaz. in Nyeſs, 1454. Qui Dignitarii debẽt intereſſe qualiter & qui a ſe ſubſtituent ad Iudicia Terminorum

¶ OMNes Officiales qui Iudicijs præſidere cõſueuerunt, perſonaliter Colloquijs intercedere tenebũtur, & ſint aſtricti: exceptis Palatino
& Capitaneo, qui dum Conuentiõib. aut negocijs Regijs impediti fue- 93.
rint, uice ſua ſurrogare Terrigenas poſſeſsionatos, & prudentes, ſeu Iuriſperitos.

Iudex, Subiudex, Vexillifer Term. præſidebunt niſi eſſent infirmi aut Legatione fungentes, & tamen pro ſe bonos uiros ſemel ſubſtituant.

¶ Cęteri uero præſidentes in Iudicijs, ut Iudex, Subiudex, & Vexillifer ſemper perſonaliter intereſſe debebũt: præterq; ſi aliquis eorum infirmus eſſet, aut LegatiõeRegia, ſeu Reg. fungens alicubi mitteretur. nam tunc pro uno ſemel poterit aliũ in Iudicio ponere uice ſua alias ſemper extra caſus iſtos, intereſſe perſonaliter ſint aſtricti.

Sigiſmund. Pe. 1523.

¶ IN Terminis generalib. Barones Regni, uidelicet Palatinus, Caſtel 37.
lanus, & cæteri Dignitarij, ac Officiales Terræ illius, intereſſe tenebũtur, ſub pœnis in Statuto contentis.

Sigiſmund. Cra. 1543

¶ DIGNitarij & Officiales niſi Colloquijs interſint, excepta Reip. & Regis

& Regis cauſa, ab Nūcijs Terreſtribus in Comitijs deferantur. Vide Libro primo, Capitulo quinto folio 179.

Quoties, quādo, & vbi Colloq̄a fiūt: L. 4. Kaz. in Nyeſſ. 1454

39. Statuimus quod Termini generales fiant tribus uicibus inanno quolibet, idque in ſingulis Terris.

38 ¶ STAtuimus ut Palatini generalia Iudicia, quæ Colloquia uulgo appellātur iudicent præmiſſa in binis Terminis precedentibus proclamatione. Ita ut in tercijs Terminis deinceps iudicentur. Sigiſmund. Pe. 1511. In binis Terminis Colloquia proclamentur in terciis uero ſemel in anno celebrentur a Palatino.

37. ¶ IPSI uero Termini generales tempore Quadrageſimæ annis ſingulis toties quoties in locis ad id deputatis celebrentur. Sigiſmund. Pe. 1523.

¶ VISVM eſt nobis, & Cōſiliarijs noſtris ſatis eſſe, ut tantū ter in anno Terreſtres Termini celebrarētur: idq; ſi aliqua legitima cauſa nō impediat. quarta pars uero anni, ut ad iudicāda Colloquia cōuertatur. & hoc propterea, ut Colloq̄a in Terra Sandom. quolibet anno ſemel fierēt, idq; in tribus locis iuxta ueterē conſuetudinē, incipiendo feria ſecunda in Autumno poſt feſtum S. Franciſci, primo Sandomiriæ, poſtea Radomij, ultimo Viſlicię. Similiterq; in Cracou. Lubliñ. & alijs Palatinatib. ac Terris ipſi Termini Terreſtres & Colloq̄a eodē modo celebrari debent, hoc eſt, ter Termini Terreſtres, quarto aūt Colloq̄a. Perīdeq; & in Palatinatu Ruſsię ter Termini Terreſtres, quarto aūt Colloquia celebrari debēt. hoc eſt, incipiendo Terminos Terreſtres Leopoliē. feria quarta poſt feſtum S. triū Regum. Poſtea uero in alijs Diſtrictib. ordine iuxta ueterem conſuetudinē. Alij uero Termini Terreſtres feria quarta poſt feſtū S. Adalberti. Porro tercij Termini Terreſtres poſt feſtum S. Margarethæ. Atq; ad eundē modū in alijs itidē Diſtrictibus. Ipſa uero Colloq̄a Leopoli feria quarta poſt feſtū Exaltatiōis S. Crucis incipientur. Poſtea ſimili ordine in alijs Diſtrictib. ut Pręmiſliæ, & Haliciæ. Porro in Diſtrictu Chelmeñ. Termini Terreſtr. iuxta conſuetudinē celebrari debēt. Colloquia aūt, poſt Colloquia Haliciēn. ut ſcilicet Palatinus obire illa poterit. In Lubliñ. aūt Terra in tribus locis cōſuetis, in quarto uero loco in Buſko Termini ſeu Iudicia Terreſtria peragi debent. Ipſa uero Colloquia tantū Belſzę poſt feſtum Exaltatiōis S. Crucis peragantur. Ipſis aūt Colloquijs Literæ noſtræ quibus Comitia edicimus, impedimento eſſe non debent. Poſtremo Iudicia Terreſtria & Colloquia ſic ſūt ordinata. Idem ſupra libr. 4. cap. 2. ar. 1. fol. 583

Quod ſi Iudices, Subiudices, & Notarij Terreſtr. propter uerā infirmitatē a Terminis Terreſtrib. abfuerint: propterq; illorū abſentiā Termini, quominus procederēt, impedirent, tum in futuris proxime Terminis anteq; in ſuis locis cōſidebunt, tenebunt̄ pręſtare Iuſiurandū corporale quod ob uerā & nō fictā infirmitatē ab his Terminis abfuerīt. Niſi forte ſeruitijs Reip. uel Legatiōibus occupati fuiſſent, propter quę ipſis Iudicijs intereſſe nō potuiſſent. hæc enim illorū abſentiam excuſarent.

Perindeq; Palatini, Caſtellani, Dignitarij, & alij Officiales Terreſtres, qui Colloquijs intereſſe tenent̄: ſi forte in aliquib. Colloquijs pręſentes nō fuerint, in alijs proxime ſequētib. Colloquijs, priuſq; in loco ſuo reſidebunt,

ſidebunt, iurare debẽt, quia in præteritis Colloquijs propter hãc uel illã infirmitatẽ nõ fuerũt. Nihilominus abſentib. illis, in loco Palatini, Primus illius Palatinatus Caſtellanus, in Caſtellani uero loco idoneus aliquis homo ſtatuto deſcriptus per alios huius Iudicij Collegas collocet. Quocirca abſentia nõnullorũ nõ obſtante, per alios Dignitarios & Officiales Terreſtres Colloq̃a celebrẽtur: ne iuſticia hominũ negligatur. attamẽ priores Iuriſiurandi cõditiones intelligi debẽt, præter eum, qui Reip. quocũq; ſeruitio, uel Legatiõe occupatus fuerit: propter quę Colloquijs intereſſe neqneat, & abſentia illius excuſetur.

Sig. Auguſt. Pe. 1550

¶ QVIA Colloquia generalia uidemus eſſe neceſſaria, uolumus, ut quolibet anno celebrent in locis ſolitis: necq; a Palatinis ad alia tempora trãsferant. quod ſi ea nõ celebrarẽt, pœnis Statuto deſcriptis pcellant.

Vlad. Iag. Craco. & Vartha 1423.

De Ternĩs Colloqorũ & trãſpoſitiõib.

Peruerſa cõſuetudo in Terminor. Colloq̃i generalis trãſpoſitiõe (L. v. a noſtris ſubditis hacten9 obſeruata extitit, unde diuerſa iuramẽta, & piuria oriebant, ac infirmitates fictiuæ allegabãtur: Vnde talibus obuiare, & iniquitati uiã pręcludere uolẽtes: de unanimi cõſenſu Pręlatorum & Baronũ ac Nobiliũ noſtrorũ talẽ ordinẽ in prędictorũ tranſpoſitiõe Terminorũ uolumus a noſtris ſubditis fore obſeruandũ, ut prædictis periurijs obuietur, illicitecq; Dilatiões amputent. ¶ Decernimus igit, quod Termini Colloquij generalis taliter in Iudicijs Terrarũ noſtrarũ in poſterũ trãſponi & obſeruari debeãt: uidelicet, quod PRImũ Terminum per ſimplicẽ infirmitatẽ prorogẽt. SECundũ uero per uerã infirmitatẽ abſq; confeſsiõe & allegatiõe Sacellani tranſponãt: pro qua infirmitate in tercio Termino, ſi ſupuenerit, iuramentũ corporaliter pręſtare teneat: quod tunc uera infirmitate fuerat innodatus. ¶ Si aũt in eadẽ infirmitate caſualiter pduraret, tũc TErcio poterit iterũ facere prorogare eundẽ Terminũ: quia ſ. prout iacebat in ipſa infirmitate, hucuſq; nõ conualuit. Et nihilominus in Colloq̃o QVArto generali parere ſtudeat, aut Procuratorẽ certũ tranſmittere nõ poſtponat. alioq̃n Cauſam amittat. ¶ Sed ACTor Terminũ Colloq̃i generalis aliter trãſponere nequeat, niſi primum per ueram infirmitatem. 42.

Abrogatum eſt, hoc ſtatutum.

In ipſo Colloquio generali olim primus Term. ſimplici, ſecundus uera infirmitate prorogabantur: pro qua in Term. tercio iurabat tranſponens.

Quod ſi durauerat infirmitas: poterat tercio Term. ægroto differri. Procurator tamen cõparebat, alias cauſam amittebat.

Actor in Colloquio I. Terminũ uera infirmitate tranſponet.

¶ ITEM uolumus, quod reclamatio Terminorũ nõ ſit deinceps, nec eſt neceſſaria: ſed Termini & Colloquia Partibus aſsignatis iudicabũtur. quia Termini & Colloquia Partibus qui habent aſsignatũ Terminum iudicabuntur, quia Termini & Colloquia erunt peremptoria pro Partibus conſtitutis celebranda. 87.

Kaz. 3. in Kor. 1451

Nõ reclamẽtur etiam Term generales: ſeu Colloquia, quod ſint deinceps Parti utriq; peremptoria.

¶ STAtuimus quod Iudicia perẽptoria ſeu Termini generales fiant in anno quolibet in ſingulis Terris. 93.

Kaz. in Nyeſſ. 1454.

Termini generales ſeu peremptorij eſſe debent.

¶ QVOcirca Repoſitio ſeu ſuſpenſio Colloqorum fieri nõ debet, ita quod Citatiões & Cauſæ hominũ nullo modo, necq; ſigillatim, necq; generaliter, per ipſos Iudices ad alia Colloquia ſuſpendãtur. Quicũq; aũt Iudices Colloquiorũ tales ſuſpenſiões Cauſarũ ſua ſponte fecerint, iuxta Statutũ debẽt puniri (uel alioq̃ Pars nõ cõſentiens ad Comitia appellet) excepto ſi tales Repoſitiões ex cõſenſu Partiũ factę fuerĩt. Quia

Sigiſmund. Cr. 1543

sig. Auguſt. Pe. 1550

¶ QVIA Colloquia generalia uidemus eſſe neceſſaria, uolumus, ut quolibet anno celebrentur in locis ſolitis: neq; a Palatinis ad alia tempora trãſferant̃. Quod ſi ea nõ celebrarẽt, pœnis Stat. deſcriptis ꝑcellant̃.

Ex Colloquijs ad Comitia appelletur

Kaz. M. Viſl. 1368. Iudex in præſentia Regia, Palatini, uel Capitanei, uel in Terminis generalib. redargui nõ poteſt.

Nos quidẽ Statuimus, quod in noſtra pręſentia, uel corã no-
32. ſtro Capitaneo, uel quãdo generales Termini tenẽtur, Palatinis uel Baronibus præſentibus, Iudex iudicans non poſſit de malo Iudicio redargui: cum non ipſe ſolus, ſed cæteri, & plures iudicant ſupradicta. (Lex vi.

Sigiſmund. pet. 1523. sed a Decreto ipſorũ Colloquiorũ ad Reg. Maieſt. hoc eſt, ad Comitia Regni appellatur.

¶ NIHilominus poterit quilibet appellare de Terminis prædictis
37. generalibus ad Regiam Maieſtatẽ, tanquam Iuriũ omni Regni Dominum ſuperiorem pro iuſticia conſequenda.

¶ QVOcirca ex Colloquijs Appellatio ad Comitia Reg. fieri debet.

De eodem Sig. Aug. Petricouiæ 1550.

¶ DE TERminis ſeu Iudicijs generalibus, quæ uulgo Colloquia nuncupantur, celebrañ. Statuta omnia de ſuper edita in robore cõſeruamus, ac illa in ſingulis Terris iuxta eorundẽ Statutorũ ordinationẽ, & ueterem cõſuetudinẽ celebrari mandamus ſemel ad minus annis ſingulis. Quia uero propter noſtrũ in Magnũ Ducatũ Lithuanię egreſſũ negociaq; Ducatus illius, quæ forte nos in illo diutius, quã uellemus diſtinebũt, Appellatiões ſeu Motiones a Iudicijs Terreſtrib. & Caſtr. ſeu etiã Officio Caſtr. ad nos factæ remanerẽt longo tempore indeciſæ, per hocq; multorũ ſubditorũ noſtrorũ iuſticia negligerẽt. Statuimus, ut interim donec nos ex Magno Ducatu Lithuaniæ redierimus eiuſmodi Iudicia generalia bis in anno celebrẽtur. Quibus & Dñi Epiſcopi ſinguli in Diſtrictu ſedis Epiſcopatus ſui, Palatini, Caſtellani, cæteriq; Dignitarij, & Officiales, Iudices, & Subiudices Terreſtres intereſſe teneantur ſub pœnis in illos Statutis, niſi uera infirmitas, Legatio, uel Reip. ſeruitium illos excuſarẽt. In tali enim caſu, licebit ſic impedito in locum ſuum aliũ idoneum ſurrogare: In quibus quidẽ Iudicijs generalibus omnes Motiões, Appellatiões, & alia id genus tam a Terreſtrib. quã a Caſtr. Iudicijs, ac etiã ab Officio Caſtr. quæ ad nos ſeu ad Conuentum generalẽ ſunt factæ, & iam ante noſtrũ in Lithuaniã egreſſum non fuerint deciſæ: Ac item interim donec in Magno Ducatu illo nos agere contigerit cadentes, iudicari, & terminari debebunt. Et quicquid per Iudicio illi præſideñ. iudicatum & decretũ fuerit, id totum per eoſdem Iudicio præſidentes ac locorũ Capitaneos in exequutionẽ deduci debet. Licebit nihilominus unicuiq; a Decreto & ſentencia Iudiciorum generalium ad Conuentũ generalẽ Regni primũ poſt noſtrum in Regnum reditum celebrañ. appellare. Sed huiuſmodi Appellatiõe non obſtante, exequutio Decretorũ fieri debet, ut ſupra. Illeq; pro quo iudicatum fuerit in poſſeſsione bonorũ illi adiudicatorũ inducendus, & in ea tuendus erit. Vbi tandem in Conuentu generali nos cum Conſiliarijs noſtris ſentenciã & Decretũ a quo appellatũ fuit iuſtum eſſe cognouerimus, illud approbabimus. Ediuerſo uero ubi per nos & Conſiliarios noſtros fuerit retractatum & infirmatũ, bona omnia & res illæ quę per huiuſmodi

Porro Rex Sigiſm. Crac. 1540 ob ſuum in Lithuaniam diſceſſum de Colloquijs ab Epiſcopis ac Dignitarijs celebran. & de licentia Motiõis aliis quouſq; ſiſtendæ ſeu coercendæ, paulo diuerſius in annum unũ quoad rediiſſet, ſtatuerat.

huiuſmodi ſentenciam fuerint adiudicata alicui Parti rurſus reſtituetur illi, prout in Conuētu generali tulerimus ſentenciā, ſimul cum fructibus inter medio tempore perceptis, & damnis inde ſecutis, Iuramento damna paſsi æſtimandis. Tempora uero celebrandorū huiuſmōi generalium Iudiciorū uolumus iuxta Statutorū diſpoſitionē obſeruari.

Statuta de Colloqıjs in Executionē ponantur. Lex vıj.

Idem Rex Sigiſmun. petricouiæ 1538.

Hæc itaq; Statuta de Colloquijs generalibus celebrañ. immo uero de omnibus Perſonis, Rebus, ac Iudicijs Regni ędita: & quæ non ſint poſterioribus expreſſe abrogata, in Executionem ponere, & illa exequi per edicta noſtra mandabimus.

Fruſtra enim Iura cōderentur, niſi exequantur. Lex viij.

98.

Iohann. Albertus petricouia 1494.

Nam fruſtra Iura conderētur, niſi per Magiſtratus Ius dicentes, & per Ciues obſequentes eſſent in Executionem deducta.

AD SIGISM. AVG. REGEM POL. POPVLVMq; POLONVM DECASTICHON PERORATIONIS INSTAR.

Quas latebras prædonibus auia ſylua miniſtrat,
Has rabulis præbent diſsita Iura fori.
Iudicij formam ſcripſi, diſcedite Caci
Ex antris: ueſter proditur ecce dolus.
Sumite iam laqueum rabulæ: iam ſcribere dicas,
Et Cauſas poterit dicere quiſque ſuas
At tu Rex AVGuſte, PATres, cum CIVibus, æqui
Sumite, quæ uobis munera mitto, precor.
Munera ſi referā pro munere nulla uiciſsim:
Gratia, mi magni muneris inſtar erit.

Iuris ac Statutorum Regni Polonię Methodice digeſtorum Libri Quarti Finis.

IVRIS, STATVTORVM, AC PRIVILEGIORVM REG.

Pol. De PROVincijs ſeu DVCATibus Regno Pol. unitis, ac EXTERnis. Item de PACE, ac LEGATIOnibus.

LIBER V.

AD SERENIS. AC POTENTISS. PRINCIPEM D. D. SIGIS. AVG. Dei gratia Regem Poloniæ Magnũ Ducem Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Mazouiæ, Pomeraniæ, Samogitiæq́ꝫ. &c. Dominum ac hæredem.

PRÆFATIO.

Breuis cõmemoratio priorũ 4. librorũ de Rep. Pol. methodice conſcriptorum.

POſteaquã, Sereniſsime Rex, tibi, qua fide ac diligẽtia maiore poterã, poſui ob oculos, quanã Lege quiſqꝫ in Regno tuæ M. viueret, quid vel tu publice nomine Fiſci haberes, vel tuus populus priuati ratione Muniorũ ſuorũ poſsideret, aut quo demũ Iure ſuas quiſqꝫ iniurias perſequeretur: ſupereſt, vt eodẽ ordine de ſingulis agam Prouincijs, quæ qdem parti hæreditario Iure poſſeſſæ, parti æquitate allectæ, nõnullæ Iure feudi deuolutæ, quædã certis pactis, nullæ aũt vi Regno ac M. tuæ ditiõi acceſſerunt.

Quo Iure tot Prouinciæ Regno Polon. acceſſerunt.

Hunc aũt ordinẽ me in digerendis Legibus patriæ ſeruare oportuit, Sereniſs. Rex, vt prius Reſp. Regni tui ſpectãda tibi exponeretur, Poſtea vero quo Iure ſocij, nobis ipſis cõiunganẽ, & adhæreſcãt, tuæ vero M. vna nobiſcũ ſubſint, planum fieret. Et quoniã nõ poſtrema mihi cura fuit, vt deſcriptiõe Regni tui, optimũ genus Reip. reliquis etiã gentibus appareret: nihil cuiquã mirũ erit, ſi tot gentes Regno tuæ M. acceſſerint, inſuper etiã ſumma fide ſemper in officio perſtiterit.

In Polon. optimũ eſt genus Reipub.

Quibus artibus Pol. Regnum ſuum propagauerunt.

Duabus qppe artibus Maiores tuæ M. in gubernãdo propagãdoqꝫ Regno ſuo vſi fuiſſe memoranẽ, FORTItudine nimirum, ac IVSTIcia ſumma: quibus facile effecerũt, vt tot gẽtes ipſi tuo Regno circumiectas, parti rebellantes prælio deuicerint, parti ſumma æquitate in fide retinuerint, cõplures ab iuſtis poſſeſſorib. libere, vel certis pactis oblatas in ſuã fidem acceperint. ſi enim in gubernando ac etiã in propagãdo ipſo Regno tantũ altera harum virtute vſi fuiſſent, vel ob METVM malũ DIVTVRnitatis CVSTOdem ſeſe deſertos, vel ob FACILItatẽ abſqꝫ rigoris temperamento CONtẽptos vidiſſent. At cum vtriuſqꝫ earũ virtutũ rectum curſum tenerẽt, tot tãtaſqꝫ res cõfecerunt, & ad hæc vſqꝫ tempora tuæ M. trãſmiſerunt incolumes: vt vix vlli alij Chriſtianorũ Principũ tam varius populus, tot etiã nationes, ac tuæ M. ſubſint: quibus quidẽ tametſi non Ius, non mos, non genus, nõ lingua, non etiam religio communis inter ſeipſos ſit: in eo tamen mirifice conſentiunt, vt tuæ Maieſtati ſubſint, ac ſeruiãt, te etiã vna nobiſcũ ſuum profiteanẽ Dñm, atqꝫ Regem.

Regi Pol. multæ ac uariæ gentes ſubſunt.

An Reſpub. magnæ ſint probandæ.

Et Reſpub. qdem æque ac Ciuitates magnę a Sapientib. nõ admodũ probanẽ, ſiue quod in eis multa & varia ingenia eſſe oporteat, quæ Remp. facile cõturbent: ſiue quod ab vno Principe, vt magnæ naues a nauclero, bene gubernari nequeãt: indeqꝫ facile fit, vt nunqꝫ nõ agitenẽ, ac poſtremo repente quadã vi fatorũ occulta, vel ab externis, vel a mutuis viribus cõcidant. Ita Aſsyriorũ, nõ diſsimiliter Græcorum, perĩdeqꝫ Macedonũ, ac poſtremo Romanorũ res publicæ diu varijs adflictę malis, poſtremo tandẽ ciuilibus bellis cõuulſæ, ac deletæ ſunt. Quaſi his quę ad ſummum gradum rerum humanarũ aſcẽdunt, negatum ſit ſtare diu, IN SEqꝫ MA-

qq gna ruant,

Reges Pol diſpari modo ab alijs Principibus Prouincias quærebant.

GNA RVant, vt inquit Lucanus. Verumenimuero ſi rem recta putemus via, longe, longe, inquã alia cauſa quærendi, multũ etiã diuerſa retinendi imperii ratio illis populis fuit, quã quæ vel maioribus M. tuæ fuiſſe, vel in tua Maieſtate ineſſe videtur. Iniuſto illi bello vicinas gentes laceſſebãt, iniquiſsimis etiã cõditionib. deuictas retinebãt in officio, qn etiã anguſtiis huiꝰ orbis ſe incluſos querebãt, quod nõ haberent, quo vlterius ſuum Imperiũ proferre potuiſſent. Cõtra tui maiores nunquam niſi laceſsiti hoſtiũ incurſiões reprimebãt, in rebellãtes aũt ſocios primum multa fortitudine, mox in deuictos maiore etiã clementia ſunt vſi: adhæc, extera Regna nunquam appetiuerũt, quinimmo oblata aliquoties repudiarũt, præter ea quæ ab hæredibus ac iuſtis poſſeſſoribus vltro ſunt delata. Quę qdem omnia veriſsima eſſe mecum cõfitebitur is, qui qdem morem noſtrorũ Comitiorum teneat, in quibus primo omnium de SALVTE animarum. & IVSTICIA, PAceque Regni, ab omnibus Regni Ordinibus publice conſultaẽ: vt Libr. 1. Cap. 2. de Comitiis Regni tui oſtendimus. quo ſ. nõ ſolum iſta Ciuili, verum etiã Chriſtiana Iuſticia ſanctificati, nõ magis huius terrenæ quã cœleſtis Ciuitatis incolę verſari, & tranqllam agere vitã in Rep. noſtra videanẽ. Quæ ſane tria prohibent, ne quid a noſtris impie contra Deum, iniuſte in ſuos, vel libidinoſe in exteros fiat: qn vt cõtra fiant omnia, ſummo ſtudio ab omnibus contendiẽ.

De pietate propagãda, & Iuſticia domi & foris colenda, a noſtris in comitijs conſulatur.

Quod cum ita ſeſe habeat, apparet, quia Maiores tui non ſolum earũ Prouinciarũ, quæ in fide ſtabiles manſerunt, verum etiã illarum quarũ perfidiam armis vlti ſunt, ſemper ſtudebãt ornamentis. Et tamẽ hęc omnia, nõ ſolum Legibus Comitiorũ noſtrorũ, non tantũ denique Inſtrumẽtis eo noĩe publice cõfectis, quæ vtique ad faciendã fidẽ ſufficere poterãt: verum etiã exemplis notis, quorũ vulgo receptior eſt auctoritas, planũ faciam: idque breuiter, vere, & citra vllas ambages.

Poloni ſemper prouinciarum ſuarũ ſtudent ornamentis.

Lithuania quantum bonorum a Pol. accepit, uel eiſdẽ attulit:

LITHVANIA ipſa poſteaque IAgellonis & ALexandri Vitovvdi Ducum ſuorũ auctoritatẽ ſecuta, in ſocietatem Regni Pol. cõceſsit, quantũ boni hauſit a Polonis? nõ cultum verum Dei ac Chriſti pro igne ſacro ac ſerpẽtibus? nõ literas & humanitatẽ pro inhumana barbarie? nõ ſtemmata, pro incertitudine generis? nõ denique Iuris æquabilis ac libertatis guſtum, pro Tyrannide ac pecuina ſeruitute? non pacem denique perpetuam pro bellis ęternis? & alia huiuſmõi ſexcẽta cõmoda. Porro ne ę cõtrario Lithuanos in nos itidem cõtuliſſe nihil, & omnino quaſi parcos hoſpites ασυμβολους eſſe arbitremur, multa bona me hercle ex illorũ ſocietate ad nos eſſe deriuata fateri cogimur, quæ ſi etiã nulla ſint, vt ſunt certe plurima, an vnus Vulad. IAgello non ſatis retulit huius officii ac liberalitatis magnã gratiã? Is enĩ ea omnia quorũ rudimenta a nobis accepit magno cũ fœnore nobis ipſis ſtatim reddidit. Namque & erectiõe Scholę Crac. Literis vniuerſam Polon. illuſtrauit, & acceptã a nobis religionem mirifico incremento propagauit, Inſuper Cruciferos rebellãtes vno atque altero cõflictu in perpetuũ Polonorũ iugum retruſit. Ille denique VVLadiſlaũ tuum Magnũ patruũ, & KAZImirũ auum, ALBertũ item & ALExãdrũ patruos, Item SIGIS. vere patrem patriæ appellatũ, poſtremo TE eius filium tã re quã nomine AVGVST. Reges Polonię: quinimo VVLadiſlaũ tuũ patruũ Hungaris & Bohemis, eiusque filiũ LVDouicũ noſtra memoria calamitate Turcici belli abſorptum edidit. Ille denique multas affinitates Imperatorũ, Regum, atque Ducum Polonis cõciliauit. & vt omnes cãdide fateri debemus, ille vniendę ipſius Lithuanię, ille cõſtabiliendę in fide Ruſsiæ, ille retinẽdæ Pruſsiæ, ille poſtremo omniũ bonorũ in Polonia Dux & author fuit. de quibus qdem rebus omnibus tã diplomata vetuſta, quã viua etiãnum teſtimonia vltro citroque datorũ, & acceptorũ beneficiorum habenẽ: ita vt verum ſit illud, quod dicitur cõmuni prouerbio, manus manũ lauat, vir virũ ſeruat, & Regna mutuo ſibi auxilio ſunt & ornamẽto.

Ruſsia.

Quid dicam de Lithuanię cõfini Ruſsia? quę qdem poſteaque Polonorũ armis ſuccubuit & ſe hæreditariã illorum Prouinciã agnouit, an nõ & religiõis itidẽ ſuæ tutelã quã lacerari indies videbat, & libertatis certã rationẽ cuius nomen etiã ignorabat, immo vero cum eſſet ſine Lege, ſine Rege, ſineque ſociis, Ciuitatem accepit?

Pruſsia.

Quid etiã de Pruſsia Prouincia Pol. hæreditaria cõmemorem? nõne tum primũ cum a Maioribus tuis Dñis aũt ſuis armis victa eſt, omnia fere ornamenta acqſiuit? quis enĩ angulus Terrarũ ipſa Pruſsia nunc pacatior eſt? q a quadrigentis fere annis fuit domicilium BELLI: qs fructiferum magis, ex illa vaſtitate? qs popu-

ſoſior, ex illa ſolitudine: q̃s liberior, ex illa aduenarũ Cruciferorũ ſeruitute: Atq; hæc tãta D. olĩ SIG. tuus pater fecit, vt omnino iã iuſtiſsimũ eſſe multis videatur, ne in Regno tuo beneficis beneficiarii, Ciuib. aduenę, victorib. aũt victi meliore ſint conditiõe ac fortuna. cœtera enĩ prudens ſilentio prætereo. Quid ego hic loquar de Zatorieñ. Oſzvvyaczimeñ. ac Syeuyerieñ. Ducatib. qui tuo Reg. certis pactis adiecti ſunt: de q̃bus quidẽ ita me Deus amet, id qđ Poeta de Agricolis dixit, ego de eis bona cum illorum gratia vſurpare poſsim. Zatorien. Oſzuuyeczyn. ac Syeuyerien.

O fortunatos ſua ſi bona norint, tuos Sileſitas.

Non ſolum enim eis clementer Imperas, verum etiam vt exemplo Magnificorum BONERONVm & Comorouiorum, aliorumq; ſuorum quondam municipum, a veteri illa ſua ſeruitute ad libertatẽ tuorum Ciuium veniret, liberaliſsime dederis optionẽ: ne ſi inuitos accedere iubeas, peride ſe a ſeruitute multiplici ad libertatẽ adductos, atq; illi quos in ſpecu natos, & educatos Plato fingit ſi ad ſolẽ extraherenť, quæri atq; ægreferre poſsit. Certe rediret nunc libens ad corpus tui Regni Vuratiſlauia, rediret Pomerania, Morauia, Marchionatus, & tota Sileſia, ac Luſatia, aliæq; Prouincię illis vicinæ, quæ q̃dem parti per ſeditionem, parti per dotalia pacta, paulo ante ducentos annos a Reg. tuo ſeſe auulſerunt: redirent inq; omnes, ſi qua daretur reuocare gradum. nõ enim quãtum poſſunt, ſed quãtum iubenť quotannis, idq; aliquoties, nõ magis in externa & Ciuilia bella, quã in præſidia ſuæ quiq; Ciuitatis alenda conferre miſeri cogunť. propter quas anguſtias multos illius gentis per Poloniã nunc oberrare videas, qui vertere ſolũ velint, ſi hic domicilium qualecumq; quãticumq; poſſent mercabile reperiãt. Fœlices quoq; ſunt nunc Scepuſieñ. qui ab hoc tẽpore quo certis pactis in Ius tuorũ Maiorum cõceſſerunt, Dei ac tua tutela ſecuri audiunt Hungarię planctum & ruinas, has tamẽ nõ ſentiunt: vident flammã in vicinia, ipſi etiã tuti a fumo ſunt: partim enĩ fœderib. incluſi, parti tuis præſidiis tecti, atq; muniti, in tãto vicinię tumultu pacati degunt. At e contrario ingemiſcunt nunc Capuenſes, & nobiſcum expoſtulãt, qđ olĩ Kazimirus auus tuus ſupplices in ſuã tutelã nõ receperit. Iuſtius etiã aliquãto quiritanť Hungari & Bohemi pertęſi ſortis ſuę pręſentis, qđ eos D. SIG. tuus pater poſt infœlicẽ caſum LVdouici Regis illorum vltro ſeſe dedentes in ſuos ſubditos nõ ſuſceperit. Omnium aũt maxime luget nunc ad ſuos itidẽ caſus ter infœlix Valachia, quę q̃dem tametſi Dños ſuos cœdendo, & viciſsi iugulũ illis proferendo, mutuis vulnerib. quaſi laniena ciuili cõciſa collapſaq; ſit, nullum tamẽ acrius vulnus accepit, quã qđ tuæ M. ſubdita eſſe nõ poteſt, quã qđ ſe recipere in tuã fidẽ nõ vis, quã qđ fruſtra tua limina ſupplex terit, quã qđ poſtremo qualeſcũq; in Reg. tuo latebras habere neq̃t. domi enĩ Dñs ex Chriſtiano Machometes arbitratu ſuo quẽ vult illius Ciuẽ indicta cauſa obtruncat, vltra autem Turca cuncta occupat, citra vero tu indignos eſſe putas, quos ſuſcipias in ſubditos, quos defendas, q̃bus deniq; tuto fidas. Nã & a Kazimiro tercio auo tuo poſt ſolennẽ deditione ſæpe preuaricati ſunt, & Iohan. ALbertum patruum tuũ præſtito homagio fraude in ſylua redeuntẽ adorſi ſunt: & toties fuſi victiq; a Sigiſm. omni genere fraudis atq; doli redintegrabãt prælia. ita hi piſcatores toties icti nõ ſapiebãt, neq; Phryges emendabanť plagis. Ac proĩde tu, vel Iuramẽta illorũ periuria eſſe credis, vel ſero ſapientes nõ accipis, ex illorũq; tuum nõ vis fieri periculum: ſed porro in exẽplum perfidię illos exponi, ac mulctę proſtare pateris. ne cœteræ Prouincię tibi addictę lenitate tui Imperii abuſę, cõſimili furore, atq; vecordia aliquãdo inſaniãt: & Metii ob perfidiã actis in diuerſum quadrigis a Tullo diſcerpti exẽplum ſuſq; deq; faciãt. Et ita q̃dem ſe res habet, q̃a NVLLA PESTis EFFICACIOR EST AD NOCENDVM, QVã FAMILIARIS ET DOMESTICVS INIMICVS, & qui per ſpeciẽ amiciciæ decipit, ac ſeſe dedendo inuadit. Ita gens quę ſanguinis, originis, Iuriſq; cõmunione, & Imperii vnitate cõſociata eſt, quaſi quoddã propugnaculũ, & vt Demoſthenes de amico aiebat, ALTER EGO, putari debet. Quo q̃dem in genere ſunt tuis Polonis medius fidius noſtri MAZOuitæ. ii enĩ, tametſi poſt Pyaſtum per ſeptigentos fere annos ſuis Ducibus, ſuis moribus, ſuis deniq; Legib. vſi ſint: antiq̃ſsimum tamẽ Polonorum genus, atq; adeo fratres eſſe negari nõ poſſunt. quorum q̃dem Duces poſteaq; extincti ſunt, Iure feudi ad tuum Reg. acceſſerunt, fideq; ſemel datã ęternum ſeruabunt. Inſuper pro ſalute Reg. tui vitã ipſam effundere ſunt parati. Hi enim ſunt

Scepuſium. Capuenſes. Hũgari & Bohemi. Valachia. Mazouia.

Regni tui perpetui ſocii, hi fideles ſubditi, hi Theſei, hi cor, q̃bus etiã tecum eſt cõmunis ſalus, vnum & cõmune periculum. Atq; tot & tãtæ gẽtes quæq; his permixtæ ſunt, vt Græci, Itali, Germani, Armeni, Iudæi, & Scytæ, Reg. tuum implẽt & integrãt.

Externæ gentes ſocietatẽ Pol. ambiunt.

Porro qd hic ego vicinas & externas gentes referã, quæ fœlicitatem Reg. tui ſtupent, ſocietatẽ expetunt, immo Ciuitatẽ etiã ambiunt? quare tandẽ? quia ſ. vbertatẽ glebę illorum tui Reg. amplitudo cõpenſauit, Theſauros adfluentia & commoditas victus noſtri adęquauit, vini copiam temperies cœli rependit, Caſtra etiã ac Vrbes dulcedo noſtræ pacis vicit, ingenia quoq; ipſorum & fortunas omnes noſtræ libertatis magnitudo ſuperauit, deniq; Cæſarum deſyderium Imperii tui clementia ac moderatio excuſſit. Cum igit̃ tãtis beneficiis Ciues & ſocii Reg. tui mutuo ſeſe afficiãt, tot deniq; malis deſertores veſtri pateãt, te autem malis puniendis, bonis aũt honeſtandis pręfectum eſſe ſentis, facile ſane efficis, vt ex tot gentib. Sarmatiæ vna Ciuitas ſit, ſubditi etiã tui loco filiorum tibi ſint, externi etiã parti ad fœdera perpetua, parti ad Ciuitatẽ tuam inuitent̃.

Regnum Pol. quare perpetuum fore ſperetur?

Ac proinde omnes qui ſtabiliendarũ vel cõuertendarum Rerump. cauſas tenent, vere diuinẽt Reg. Polonorum immortale futurum. cauſas enĩ ac ſemina æternitatis cõſtanter retinet atq; fouet. quæ ſunt illa? voluntaria nimirũ tot gentium ad Reg. acceſsio Iureiurãdo cõfirmata, vtilitateſq; cõſociatiõis euidentiſſimę: cõtra defectiõis pœnæ paratę.

Duo ſigna Reip. bene cõſtitutæ retinentur in Polonia.

Pręterea in genere religiõis verę omnes fere cõſentimus: vt cauſa nulla ſit, cur aliqua gens ad ſeditionẽ, vel tua M. ad vim cõfugere debeat: qđ intra & extra mutuis beneficiis quaſi catenis q̃buſdã cõglutinata, Lege etiã omnia ordinata, pacata, circumſcriptaq; ſunt: & ſi qs hãc ſymmetriã, ſeptaq; Iuris trãſiliat, vĩ publicã experit̃.

Reſp. domi bene & conſentienter cõpoſita contra hoſtem munitiſsima redditur.

Cum autẽ in Imperio tuo ea voluntatũ cõſociatio, ea cupiditatum moderatio, ii freni libidini poſiti ſint: ecquis vnq; hoſtis foris poſitus tã potẽs eſſe poterit, vt tibi tuiſq; formidãdus ſit, ſi poſt Dei auxilium ita cõcordes Ciues inter ſe, inprimis autẽ tui amantes inuaſerit? nõne vtriſq; amor fidiſsimus murus? cõcordia etiã firmiſſima catena futura eſt? hæc enĩ duo quãtum in ſummis etiam periculis valeãt, nõ ipſorum Poetarũ fabulis de Geriõis tricorporei exemplo, nõ Scytæ cuiuſdã memorabili alioq; cõcordiæ in faſciculo ſagittarum infracto paradigmate: verum potius domeſticis exẽplis, iiſdemq; nobis omnib. tãto notiorib9, quãto recentiora ſunt & veriora, planum faciã.

Exemplis ſeu victorijs domeſticis, iiſq; veriſsimis docetur.

Quæ hæc enĩ virtus fuit Vladiſlai Iagell. proaui tui, qui ſolius Reg. ſui virib. vniuerſę Germaniæ exercitũ Magiſtri Pruſſiæ partes ſecutum ad Choynĩciũ fudit, ac deleuit? vt etiã ad octogĩta millia cataphractorũ cecidiſſe in vno pręlio memorent̃. Cum aũt neq; armis, neq; robuſtis equis, nec deniq; affluẽtia cõmeatus illis noſtri pares fuere: Nihil enĩ Germano Milite armatius, nihil eqtatu illorum robuſtius, cõmeatus etiã in exercitu eorũ ad delicias vſq; eſſe oportet: cõtra apud noſtros hæc omnia, ſi nõ tenuia, certe q̃dem mediocria eſſe ſolent. Quid ergo aliud noſtris Maiorib. in periculis conſtantiã ac tantum etiã robur in prælio ſuppeditaſſe putemus, q uã concordiã ſummã inter ipſoſmet cum ſumma erga Principẽ beneuolentia, & amore? q̃bus quidẽ præſidiis illi adiuti, muniti, & animati: ſcutati armatis, velites ſtatariis, tenues affluentib. eminus primũ Lithuani cum Scytis omni genere incurſionum, & telorum: mox Poloni cominus haſtis, lanceis, gladiis, & maleis cõgredi, atq; cõfligere nõ dubitarunt: vt nõ prius prælio deſiſterint, quã noſtri quatiendo, illi vapulando feſſi, noctis præſidio vtriq; quieuerit, atq; ſint ſeruati. præteribo hic de induſtria innumeras alias tuorum Maiorũ Illuſtres victorias parua manu quęſitas, ne adulandi cauſa eo loci cõmemorari a me viderent̃: illas quarum triumphis interfuimus, exẽpli gratia paucis perſtringã. An nõ ad Horſam ad 60. millia Moſcorum a noſtrorũ perexiguo, ne dicã, ab hoſte irriſo exercitu fuſa, fugataq; ſunt? an non circiter viginti millia Scytarũ ad Viſnyouyecz a valde mediocri noſtrorum equitatu ſunt deleta? an nõ a quatuor millibus Militũ citra vel vltra 24 Moldauorum ad Obertinum Duce IOHAnne TARnouio profligata eſſe meminimus? vt etiã parum abfuit, quin poſt exercitum diſiectũ tormẽtaq; erepta, Moldauus ipſe caperet̃ in fuga.

Hoſtium ſepulchra eſt Polonia.

Poloni ad bellum ſemper expediti.

Indeq; cœperit vulgo ſolere cantari, Germanis Pruſſiam, Moſcis Horſam & Starodubũ, Scytis Viſnyouiciũ, Moldauis Obertinum, ſepulchra eſſe, ac etiã Dei munere fore, ſi qd cõtra perrexerint. Quæ perſuaſio eẽ iam a multis ſæculis noſtrorũ hominũ occupauit mentes, nihil mirum eſt, ſi cam-

pestres fere

peſtres fere degant,vrbes mænibus raro cingāt,domos potius ligneas quā Caſtra muris exædificēt. Omnia enī poſt Deum ſua præſidia in ſeipſis ſuorūq; animorū cōcordia ſita eſſe volebāt. Si qd autē ſit, qđ quidē quaſi inferiores hoſtibus a bello deterreret,iuſticiā cauſæ pro ſupplemēto virium ducunt,& cōfligunt. idq; nō vlla mercede cōducti,qđ apud alias gētes incredibile eſt:verum gratis pro patria, cuius libertate gaudent:& pro Rege,quē loco patris habent,faciunt.Quæ qdem ſingula cum ita ſeſe habeāt, fœlicem te Ser. Rex exiſtimes,qui huiuſmōi Ciuib. imperes:beatos ecōtra nos putemus eſſe quib.te Rege regi cōtigit:Nā amore,officio,ac meritis erga te ipſimet nobiſcū pace belloq; certamus: & tu nihil niſi qđ opt. Rex a bonis Ciuib.Dn̄s a ſubditis,deniq; pater a filiis poſtulare ſolet,exigis. Et quāq; omnes fere accolæ & incolę nobiſcū cōfiteanť te poſſe ad ducenta millia eqtum,totidēq; peditum,tempore neceſsitatis ex tuis Prouīciis ſine vllo ſtipēdio armare poſſe:ſunt tamē nōnulli,qui propter ea tuā poteſtatē extenuent, quia in tuo Reg.illud Tragici Tyrāni nō vſurpať, QVA IVuat Reges eant: & illud Satyrici,SIC VOLO,ſic iubeo,ſit pro ratiōe voluntas. Quod cōuicium libenter quęſo Ser.Rex a calcitronib.iſtis Aſinis excipias:nō intelligunt enī,omne Imperium ſtabilius eſſe, qđ voluntate Ciuiū adiungitur, quā quod vi geritur: Verum quoque illud eſſe neſciunt, ∴ ∴ ∴

Imperium Regis Pol. qua parte a ſtultis cōſoribus imbelle æſtimatur, ea eſt fortiſſimum.

Iuſticia & pietas ualidæ ſunt Principis arces,
Nulla Tyrannorum uis diuturna fuit.

Deniq; ignorāt nō ſolere te bella gerere, niſi iniuriæ vlciſcendæ cauſa, idq;,ſi ita tempus ferat,Patrib.populoq; autore.qđ enī illorū ſeruādorū gratia, ipſiſmet inſuper Ducib.atq; Militib.bella geris,iuſtum eſſe putas,vt in partē cōſilii vocent ii de quib.tu ſtatuas,quorū deniq; copiis,ac iugulis impetus hoſtilis retundēdus ſit: Neq; enī pro externis bellare,neq; itidē tu externis armari ſoles, ſed pro tuo populo,tuiſmet Ducib. & Militib. ſecundis aleā belli experiris. Quocirca qđ cœpiſti,cum tuis Ciuib.certamen ꝓſequitor lōnge ſanctiſsimū,Legib. impera,commodis Ciuiū ſtude,patrē etiā te nobis pręſta,tot populis pro glutinatore ſis:in eoq; ad extremū perſiſte,huic perſuaſiōi immorere.Cum enī te ad hunc modum geres, an erit quiſq; Polyphemus qui defugiat auctoritatē tuā? q ſuiſmet bonis aduerſeť? qui deniq; amorem, timorē,& obedientiā fideli ſubdito,morato Ciue,ac bono etiā filio dignā tibi nō præſtet? Cum tu vnus priuati oblit9 omniū noſtrum curā geras,noſtris ratiōibus ꝓuideas,nobis ſeruādis ſis ſolicitus: omnis deniq; potentia tua & amplitudo Reg. tui non eo ſpectet,vt terrori nobis ſit,verūeniuero vt ſaluos ac fœlices in pace & tranqllitate perpetua nos dirigas. Quo genere virtutum & ii tantorū Regum dignum te nepotem multis argumentis declaraſti,vt in eo tamen mactus ſis, & quotidie incrementa capias, nos a Deo Opt.max. ſupplices optare, te vero præſtare par & æquū eſſe putamus: ꝙ ſic dulces Imperii tui proceſſus ad extremū videas,nomen tuum immortalitati cōſecres,& qui vitę noſtræ ſcopus eſt,Reg.tui habenis,villicatiōeq; tua,vt ita dicā,defunctus, Reg. cœleſtis conſors atq; Ciuis eſſe incipias:gratia vtiq; ipſius cuncta tuentis atq; regentis Dei,qui te ad hoc faſtigiū euexit,in tantis mundi turbinib.pacatum adhuc defendit, & ducem populis ſuis ad charitatē ac concordiā inter ipſos in gloriā nominis ſui confirmandam,magna prouidentia conſtituit.

Exhortatio.

DE FEVDIS COMMENT.

Et quoniā nōnulli Ducatus,quos memorauimus,Iure feudi ad Reg.Pol.deuoluti ſunt, quidā etiā illo adhuc a vaſallis,obtinenť ea quæ apud Iuriſcōſ.legimus de ſucceſsione in feuda,hic obiter adnotabimus,citra tamē ſacrarū Regni Cōſtitutionum præiudiciū. EST IGITVR FEVDVM beneficiū, qđ ita ex beneuolentia datur alicui, vt proprietas qdem fundi penes dantē remaneat, vſusfructus vero eius ad accipientem tranſeat,ad ipſiuſq; ſucceſſores maſculos,vel etiam ſi ita fuerit conuentū fœminas,perpetuo,vel aliquādiu pertineat:ad hoc,vt ille & ſui hæredes fideliter Dn̄o ſeruiāt:ſiue illud ſeruitium quale eſſe debeat exprimatur,ſiue indeterminate ſit promiſſum. Sicut aūt omnis ſui Iuris Princeps, ſiue ſit Spiritualis ſiue Secularis, qui habet liberā bonorū ſuorum adminiſtrationē,bo-

FEVdum quid eſt?

Qui bona ſua dare, uel accipere poſſunt in feudum?

na ſua dare poteſt in feudū: ita hi q̃ illud accipiunt, mutuātur denominationem ab eo: vt Dux, Marchio, vel Comes: a Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu in feudum datis appellent. Omnis aūt diuiſio ac ſucceſsio feudorū (id eſt beneficiariorū fundorum) ſemper fere pendet a cōditioīb. illa dantis vel accipientis: ita vt fruſtra quis formas feudorū anxie perſequi velit, quū fere tot ſint, quod contrahētium pacta fieri ſolent. Acqritur vero feudum inueſtitura, & ſucceſsiōe. Nā Vaſallo mortuo (qui qdem latine dicitur cliens ſeu beneficiarius) primo ſuccedunt filii, dehinc nepotes, & alii, mulierib. exceptis: niſi etiā fœminæ ex pacto cū fratribus, vel ſaltem eis nō extantib. ſuccedant. Si aūt liberi ad ſuccedendū ratiōe ſexus, vel valetudinis habiles defuerint: ſuccedunt primo fratres, & filii fratrū, demum agnati vlterius: ſiquidē feudum fuerit paternū. Illud citra dubium eſt, feudū inuito Dn̄o alienari nō poſſe ſine periculo amiſsiōis eius beneficii. Qui aūt legitime in feudum ſuccedit, vel illud acquirit, intra annum & menſem plærūq; poſſeſsionē, alias inueſtiturā eius petat: alioqui illud perdit. Inſtituunt aūt, ſeu vt abuſiue loquimur, inueſtiuntur feudarii, cum ei haſta vel aliud corporeū ſignum quodlibet porrigit a Dn̄o feudi cum ſolennitatib. ad id oportunis. Feudarius aūt ſic fidei ſacramento ſeſe obligat, vt infra ſingulis capitulis ponetur. Porro æquitatis eſt, ne Vaſallo adimatur feudum ſine grandi cauſa ſeu culpa, quæ vtiq; per pares Vaſalli cognoſci atq; iudicari debet, vt & cœteræ illius Cauſæ, quæ ei vel cū Principe ſuo, vel aliquo alio inciderint. Amittitur vero hoc beneficiū, ſi Vaſallus inueſtiturā intra annum & menſem, alias intra tempus definitū a Dn̄o nō petierit: ſi Citatus cōtumaciter a Termino perēptorio abſit, ſi Dn̄m in prælio etiam tum viuum deſerat, ſi ſecreta eius prodat, vel a periculis quę præſciuit nō præcuſtodiat, vel ſi cum vxore, ſorore, vel filia eius cōcumbat: aut ſi in vitā, honorē, bonaue, cum inimicis ipſius dolo cōſpiret: vel ſi Dn̄m criminaliter accuſet, captūue non liberet, cum poſsit: aut ſi Iuſticiā facere, aut ſeruitium debitum & profeſſum præſtare noluerit: & generaliter propter eas cauſas propter quas filii exhæreditantur, vel matrimonia recte cōtracta ſoluunt, feuda quoq; amittuntur: niſi quod ſolerter ſit iudicandū, neq; temere Vaſalli exiſtimatio prægrauāda: certe vbicūq; Dn̄s, vel Reſp. eius principaliter per reatum Vaſalli offenditur: ibi ad Dn̄m reuertitur, vt hanc ſaltem ſuæ iniuriæ habeat vltionē. E cōtrario vero Dn̄s Vaſallum tam a vi quā ab Iure defendat: alioqui monitus legitime æſtimatione feudi tanto fundo remetiatur, vel nummis refundat: niſi Dominus neget, Vaſallū Iure feudi a ſe, vel a maioribus ſuis illa bona tenuiſſe: iſtuc ipſumq; probet.

Diuiſio ac ſucceſsio feudorum unde pendent?

Quibus modis feudū acquiritur?

Quo modo inſtituūtur vaſalli?

Vaſallo ne temere bona recipiantur.

Propter quas cauſas feudū amittitur?

Dominus quid debet ſuo Vaſallo?

CAPITVLVM I.

De Magno Ducatu Lithuaniæ.

PRAEFATIO.

LITHVANIA, eſt Regio in Sarmatia, quę ab Oriēte Scytiam, a Meridie Poloniā minorem, ab Occidente Mazouiā, a Septemtriōe Liuoniā, Samogitiam, & Moſcouiam habet. Et licet hic Ducatus ad ducenta fere milliaria germanica quaquauerſum pateat: Gens tamē Lithuanorū ſuperiorib. annis (æque ac Regio multis ſui locis ſterilis & inculta eſt) obſcura, & contempta, Ducīq; Kiouieñ tributaria fuiſſe memoratur: donec Vithenes Dux quidā eorum ſumptis virium incrementis negaret ei tributū, quin & iugo Principibus Ruſsiæ viciſsim iniecto, eos ad tributa ſibi pendenda adegerit. Nec longo poſt tēpore, IAGELlo Magnus Dux Lithuaniæ, circa annum 1386. Heduigi filia Ludouici Hungariæ & Poloniæ Regis in vxorem ducta, Sacro baptiſmate tinctus, Vuladiſlai nomen, vnaq; Regnum Pol. Baronum Regni conſenſu accepit. Prætereaq; ſecū fratres quatuor & gentē Lithuanā, cōfractis eius idolis, luciſq; incenſis, & exemplo ſuo, & tunicarum in concurſantē pannoſam plebem largitiōe ad fidem Chriſti cōuertit: fideq; neophytos opera Polonorū primis rudimentis doctrinæ Chriſtianæ inſtruxit: ac inſuper Ducatū ſuum Lithuaniæ, Samogitiæ, & Kiouiæ, cū Alexandro Virovvdo, aliiſq; fratribus ſuis Regno Poloniæ incorporauit, & vniuit perpetuo. Hic primus Lithuanum nomen adeo illuſtrauit, vt & Polonia ab

hoc primū

hoc primum Rege eiusq; ſucceſſoribus, tam Literarũ quã armorum gloria florere, ampliſsimiq; Regni nomen habere cœperit. Qualisq; & quãtus hic vir fuerit in Mag ſtratu declarauit. Habuit aũt fratrẽ Alexandrũ Vitovvdum in rebus gerendis quaſi Theſęũ. Hic enim loco fratris Lithuanis Magnus Dux relictus, adiecit ſuo & fratris Ducatui Ducatũ Pleſcouẽſem, Ducatũ Nouogrodieñ. & Ducatum Smolenſceñ. qui an incuria Principum, an perfidia præſidiorũ a Moſcis intercepti, Lithuanisq; detracti ſunt, ſcire nõ poſſumus. certe qui noſtrorũ Principum velit, haberet ſatis materiæ ad parandã ſibi gloriã, atq; adeo nominis immortalitatẽ, in recuperanda defectrice Sileſia & Pomerania ab vna parte Reg. & in repetẽdis iis Ducatib. quos dicimus a Moſcis eſſe interceptos, parte ab altera: Itẽ Oczakouio a Scytis, niſi qđ interdũ iniqor etiã pax iuſtiſs. bello eſt anteferẽda.

ARTICVLVS I.

Magn⁹ Ducat⁹ Lithu. Reg. Poloniæ incorporat. L. I.

VVlad. Iagel & Vitouudi in HRODLO 1400. Idem lib. 1. ca. 4. art. 8. folio 121.

125 IN NOMINE DOMINI AMEN, Ad perpetuam rei memoriã, Debitores ſumus Spiritualis alimoniæ ſalutaria illis pocula miniſtrare, quibus præſidentes temporaliũ cõmodorũ pręſtamus ſuffragia: ut quos ad corporis neceſsitatẽ ſuſtentamus, ſalutis etiã ipſis quantũ noſtra ſufficit facultas miniſteria porrigamus: ne dũ temporalibus inſiſtimus profectibus, uitę cõmoda negligere uideamur: Et unde dona benedictiõis & brauiũ expectamus ſempiternũ, inde uitę detrimenta ſentiamus, & præmijs deſtituti adoptatis nulla laboris noſtri cõmoda cõſequamur. ¶ Expedit perquirere, & debita attendere ratiõe, ut dũ hominibus impartimur carnis beneficia, meditemur qualiter ipſis cœleſtia prębeamus alimẽta: & quos in hoc ſęculo trãſitorijs rerum cõdimus copijs, illis uiam ęternæ beatitudinis demonſtremus, quatinus & hic noſtrę munificentię cognoſcãt præſidia, & tandẽ futuræ gloriæ cõpendia per exercitia directiõis noſtrę apprehendãt, in omnium SALuatore. PROinde Nos VVLADISLaus Dei gratia Rex Poloniæ, necnõ Terrarũ Cracouię, Sandomirię, Siradię, Lancicię, Cuiauię, Lithuanię Princeps ſupremus, Pomeranię, Ruſsięq; Dñs & hęres. &c. Et ALEXANDER alias Vitovvdus Magnus Dux Lithuaniæ, necnõ Terrarũ Ruſsię Dñs & hęres &c. Significamus tenore pręſentium quibus expedit uniuerſis, pręſentibus & futuris præſentiũ noticiam habituris, Quomodo Terras Lithuaniæ & earũ Incolas noſtro ſubditos dominio, in quos ſępe liberalitatis noſtræ manũ extẽdimus, & profectui ipſorũ intendentes, multa frequentia, ſtatum & conditionem eorũ ſemper ſtuduimus facere meliorẽ. ¶ Feruenti deſyderio cupiẽtes in aſſumptę fidei deuotiõe iugiter ſolidare & fundare. ¶ Vt ipſos altiſsimus quo pręſtante lumẽ fidei per noſtrã operã receperunt, ad laudem & honorem ſui nominis, & eiuſdẽ fidei catholicæ augmentũ gratiæ ſuæ chariſmate cõfirmaret. ¶ Cum eos ſępe munificentiæ noſtræ donis refecimus, ſummopere affectamus Spiritualib. gratijs refouere, et per quæq; legitima ſtudia & labores id feruentius mancipare. ¶ Qui ut ſe in fidei cõſtantia cõmodius exerceant, & creſcant de uirtute in uirtutem, iugum ſeruitutis, quo hactenus fuerunt cõpediti, & cõſtricti, de ceruice ipſorũ deponẽtes & ſoluentes, ex innatæ nobis benignitatis clementia, ipſis

Rex etiam debet mediari ut ſubditis ſuis uiam æternæ beatitudinis demonſtret.

Cupit Lithuanos in fide catholica nouiter aßũpta ſolidare.

Lithuani ad fidẽ catholicam ſunt opera domini Regis Polonorum conuerſi.

Concedit Rex Pol. Lithuanis, uelut nouis Chriſtianis, priuilegia, gratias & libertates catholicis dari ſolitas.

mentia, ipſis libertates, immunitates, gratias, exēptiones, & Priuilegia dari catholicis ſolita, iuxta continentiā articulorū ſubſcriptorū, tenore præſentiū cōcedimus, & largimur. Et primo quāuis eo tēpore quo almo Spiritu inſpirante fidei catholicę recepta & cognita claritate, Coronam Regni Poloniæ aſſumpſimus pro Chriſtianę religiōis incremēto, & bono ſtatu & cōmodo Terrarū noſtrarū Lithuanię prædictarū, ipſas, & cum Terris ac dominijs ipſis ſubiectis & connexis. ¶ Præfato Regno noſtro Poloniæ appropriauimus, incorporauimus, cōiunximꝰ, uniuimus, adiunximus, cōfæderauimus, de cōſenſu unanimi noſtro, & aliorū fratrū noſtrorū, & omnium Baronū, Nobilium, Procerū & Boyaronum eiuſdem Terræ Lithuanię uoluntate accedēte, & aſſenſu: Volentes tamē Terras prædictas Lithuaniæ propter hoſtiles inſultus & inſidias Cruciferorū, & eis adherentiū, ac aliorū quorumcūq; inimicorum, qui præfatas Terras Lithuaniæ & Regnū Poloniæ demoliri nituntur, & in ipſorū deſtructionē machinātur, in certitudine, ſecuritate & tutela melioribus reponere, & eis perpetuū cōmodum procurare, eaſdem Terras quas ſemper cum pleno dominio, ac Iure mero, & mixto, hactenus habuimus, & habemus uſq; modo a progenitorib. noſtris & ordine geniturę tanq; Dñi legitimi, Baronū, Nobiliū, Boyaronum uoluntate, ratihabitiōe, & cōſenſu adhibitis, Prędicto Regno Pol. iterum incorporamus, inuiſceramus, appropriamus, cōiungimus, adiūgimus, cōfœderamus, & perpetue annectimus: decernētes ipſas cum omnibus earum dominijs, Terris, Ducatibus, Principatibus, Diſtrictibus proprietatibus, omniq; Iure mero & mixto Coronæ Regni Pol. perpetuis tēporibus irreuocabiliter, & irrefragabilit̄ ſemper eſſe unitas.

Magnus Ducatus Lithuaniæ cū alijs Terris ſibi annexis Reg. Pol. eſt incorporato, ut cōmunib. uiribus hoſtib. cōmunib. facilius ac fortius reſiſtere poſſint.

¶ Cœterum omnes Eccleſias Terrarū Lithuaniæ prędictarū tam Cathedrales quā Collegiatas Parochiales, & Conuētuales uidelicet Vilneñ. & cœteras in eis erectas, & erigēdas, fundatas, & fundandas in omnib. ipſarum libertatibus, immunitatibus, priuilegijs, exemptiōibus, & cōſuetudinibus uniuerſis cōſeruamus. Harū ſerie mediante iuxta cōſuetudinem Regni Poloniæ.

Eccleſiæ Lithuaniæ Catholicæ in libertatibus & emunitatib. ſuis conſeruantur.

¶ Barones etiā, Nobiles, Boyari Terrarū noſtrarū Lithuaniæ prędictarū, donatiōibus, priuilegijs, & conceſſiōibus ipſis per nos datis, impartitis, & collatis, duntaxat Catholici & Romanæ Eccleſiæ ſubiecti, & quibus clenodia ſunt cōceſſa gaudeant, participent, & fruātur, prout Barones & Nobiles Regni Pol. ſuis potiūtur & fruuntur.

Barones & Nobiles Lithuan. Romanæ Eccleſiæ ſubiecti & Nobiles Lithuaniæ eadē libertate cum Polonis a quibus arma ſumpſerunt gaudebunt.

¶ Item Barones & Nobiles prædicti bona ipſorū paternalia pari Iure obtineāt, ſicut Barones Regni Pol. ſua noſcūtur obtinere, & donatiōes noſtras ſuper quibus Literas obtinent, a nobis efficaces & fulcitas perpetui roboris firmitate ſimiliter obtinebūt, & liberā habebunt ipſa uendendi, cōmutandi, alienādi, donandi, & in uſus ſuos cōuertendi facultatē: noſtro tamē conſenſu ad hoc ſpecialiter accedente.

Nobiles Lithuaniæ Catholici ſuccedunt in bona paterna eodē Iure quo & pol.

¶ Sic tamē quod ipſa alienādo, cōmutando, uel donando corā nobis uel noſtris Officialibus iuxta conſuetudinē Regni Polon. reſignabunt.

Reſignatio bonorum ſeu cōmutatio cum cōſenſu principis eſt facienda.

¶ Item poſt mortē patrum liberi nō debent bonis hereditarijs priuari, ſed ea cū ſuis ſucceſſoribus poſsidere, prout Barones & Nobiles Regni Poloniæ

Morte parentum ſecuta liberi non priuentur bonis ſuis hæreditarijs.

gni Poloniæ ſua poſsident, & in uſus cōuertunt beneplacitos. ¶ Si-
militer uxoribus ſuis dotalicia in bonis & Villis quas ex ſucceſsiōe pa-
terna, uel conceſsiōe noſtra perpetua habuerint, uel ſunt habituri, pote-
rint aſsignare, prout in Regno Pol. aſsignātur.

Lithuani dotalicia in bonis ſuis poſsunt uxoribus aſsignare.

¶ Filias aūt, ſorores,
cōſanguineas, & affines ſuas præfati Barones & Nobiles Terrarū Li-
thuaniæ copulare poterīt uiris duntaxat Catholicis, & tradere cōiugio
iuxta beneplacitū ſuæ uoluntatis, & iuxta conſuetudinem Regni Pol.
ab antiquo obſeruatā.

Filias & ſorores uiris duntaxat Catholicis Lithuani maritabunt.

¶ His aūt libertatū conceſsiōibus nō obſtāti-
bus Barones ad conſtructionē & erectionē Caſtrorum, uias expeditio-
nales facere, & tributa dare iuxta antiquā conſuetudinē aſtringantur.

Lithuani ad tributa & alia conſueta ſoluenda aſtringantur, libertate nō obſtante.

¶ Hoc ſpecialiter expreſſo, Quod omnes Barones & Nobiles Terrarū
Lithuaniæ, fidelitatē & debitam ac Chriſtianā fidei conſtantiā nobis
uidelicet Vuladiſlao Regi Poloniæ, & Alexandro alias Vitovvdo Ma-
gno Duci Lithuaniæ, & ſucceſſoribus noſtris tenere debebūt & ſeruare
prout Barones & Nobiles Regni Pol. ſuis Regibus tenere ſoliti ſunt, &
ſeruare: ſuper quo Barones Boyarones, & Proceres Terrarū Lithuaniæ
prædicti Iuramentū nobis iam præſtiterūt, prout clarius in Literis ip-
ſorum, quos cum Baronibus Regni Poloniæ ſibi inuicem cōceſſerunt,
continetur.

Lithuani fidelitatē ſuis Principibus ſub Iuramento ſeruaturi ſunt.

¶ Pari modo ſub fidei ſacramento, & ſub bonorū ſuorū
amiſsione, nullis Principibus aut Baronibus uel alijs cuiuſcūq; conditi-
onis hominibus Terris Regni Poloniæ aduerſari uolentibus, conſilia,
fauorē, & auxilia miniſtrabūt, uel præſtabunt: ſed eos tanq; HOStes
Terræ & Dominiorū Lithu. TOtis VIRibus proſequātur, & ad nul-
lum alium reſpectū habebunt, niſi ad nos, & ad noſtros ſucceſſores, pro-
ut hāc ipſam Barones & Nobiles prædicti pro ſe & pro ſuis poſteris ꝑ
fidei ſacramentū cautionē prēſtiterūt & fecerunt.

Lithu. aduerſarijs Regis Pol. cōſilia & auxilia ne ferant.

Lithuani pro ſe & ſuis poſteris iurant.

¶ Item Dignitates
Sedes, & Officia prout in Regno Pol. inſtitutæ ſunt, inſtituentur & lo-
cabuntur: in Vilna ſcilicet Palatinus & Caſtellanus Vilneñ. & demū
in Troki, & in alijs Locis, ubi nobis uidebitur expedire, iuxta noſtræ
beneplacitū uoluntatis perpetuis temporibus duraturis.

Dignitates prout in Poloniæ Regno inſtituendæ.

¶ Et huiuſ-
modi Dignitarij non eligātur niſi ſint fidei Catholicæ cultores, & ſub-
iecti S. Romanę Eccleſiæ, nec etiā aliqua Officia Terræ ꝑpetua, ut ſunt
Dignitates, Caſtellanatus, &c. niſi Chriſtianæ fidei cultoribus conferā-
tur, & ad conſilia noſtra admittātur, & eis interſint, dum pro bono pu-
blico aliqui tractatus celebrantur. Quia ſępe diſparitas cultus, diuerſi-
tatem inducit animorū, & conſilia patent talibus diuulgata, quę tradū-
tur ſecrete obſeruanda.

Ad Dignitates non niſi catholici eligendi & ad conſilium admittendi ſunt.

¶ Item omnes quibus huiuſmodi libertas &
Priuilegia cōceduntur, nūq; nos VVLadiſlaū Regē Poloniæ & ALE-
xandrum Vitovvdū Magnum Ducem Lithuaniæ quo aduſq; uixe-
rimus, & noſtros ſucceſſores Reges Pol. & Duces Lithuaniæ, a nobis
& noſtris ſucceſſoribus ſtatuendos & locandos deſerant, uel recedāt ab
eiſdem, ſed ſub fide & honore pariter & onere Iuramenti, fideliter & fir-
miter nobis & ſucceſſoribus noſtris adherebūt fauoribus cōſilijs, & au-
xilijs perpetuis tēporibus & in æuum.

Lithuani Regi Pol. & Duci Lithu. perpetuo adhæſuri ſunt.

¶ Hoc etiā addito quod præ-
dicti Barones & Nobiles &c. Lithuaniæ poſt mortem Alexandri alias

Lithuani nullū Principem niſi per Regē Pol. electū pro domino ſuſcepturi ſunt.

 Vitovvdi

Pol. 689 Vitovvdi Magni Ducis moderni nullum habebūt aut eligēt pro Magno Principe & Dño Lithuaniæ, niſi quē Rex Poloniæ, uel ipſius ſucceſſores cum cōſilio Prelatorū & Baronum Pol & Terrarū Lithuanię duxerint eligendos, ſtatuendos, & locandos.

Poloni Rege ſine liberis decedēte, nō debēt ſibi Regē ſine cōſilio Lith. eligere. Idem libro primo.

¶ Similiter Prælati Barones & Nobiles Regni Poloniæ, Rege Polonię ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis decedente, Regem & Dñm non debent ipſis eligere ſine ſcitu & conſilio noſtro uidelicet Alexandri Magni Ducis Baronūq; & Nobilium Terrarū Lithuaniæ predictarū, iuxta tenorē & cōtenta priorum Literarū.

Cultores fidei Chriſtianæ duntaxat libertatibus cōceſſis gaudebunt.

Præterea prædictis libertatibus, Priuilegijs, & gratijs tantūmodo illi Barones & Nobiles Terræ Lithuanię debent uti, & gaudere, quibus arma & clenodia Nobiliū Regni Pol. ſunt cōceſſa. & cultores Chriſtianæ religiōis Romanæ Eccleſiæ ſubiecti, & nō ſchiſmatici, uel alij infideles.

Literæ circa Coronationem cōceſſæ Lithuaniæ per Vladiſlaū confirmantur.

¶ Item omnes Literas quaſcūq; Regno Pol. & Terris Lithuaniæ ante octo uel ſeptem annos, ac poſt uel circa Coronationem noſtrā cōceſsimus & dedimus tenore præſentiū cōfirmamus, ratificamus, approbamus, & robur perpetuū imponimus eiſdem, habeñ. ipſas preſentibus pro inſertis.

Conuentiones neceſſarias in Lublin aut Parczovu Polo. cum Lithuan. celebrent.

¶ Hoc etiā addito ſpecialiter, & expreſſo, quod præfati Barones & Nobiles Regni Polo. & Terrarū Lithuaniæ Cōuentiōes & Parlamēta quādo neceſſe fuerit in LVBlin uel in RARczovv, & alias in locis aptis de conſenſu & uoluntate noſtra celebrabūt pro cōmodo & utilitate Regni Pol. & Terrarū Lithuaniæ prædictarū meliori.

Eliguntur & nominibus proprijs ſpecificantur domini Lithuaniæ de quibus armis & domibus Nobilium Polo. inſignia ſumpſere clenodia.

¶ Preterea nos ALExander alias Vitovvdus de cōſenſu Sereniſs. Principis Dñi Vvladiſlai Regis Polo. fratris noſtri chariſsimi eligimus ad arma & clenodia Nobiliū Regni Pol. Terrarū noſtrarū Lithuaniæ Nobiles infraſcriptos, quos ipſi Regni Pol. Nobiles ſimul cum omnibus, qui ex eorum ſtirpe originē ſuā ducūt, ad fraternitatis & cōſanguineitatis cōſortia receperunt. Et primo Nobiles Lelyua, Monyuid Palatinū Vilneñ. Item Zadora, Palatinū Iavvnū Troceñ. Ravya, Minigal Caſtellanū Vilneñ. Lyſſy, Sunigal Caſtellanum Troceñ. Iaſtrembcy, ſeu Lazanky, alias Boleſthy, Nagora uocatos, Nemir, Trambki, Hoſtikonē. Topory, Butrym. Item Labancz alias Skrynſcy, Goligūt, Poraye, Nicolaū Bylymin. Dambno, Korevvam. Odrovvaſz, Vyſchegerd. Vaduicz, Petrum Mondigerth. Dria, Nicolaū Tavvtigerd. Habdanyecz, Iohannē Gaſtoldi. Polkoza, Volczkonem Kukua. Grifones, Butovvdum, Srzenyaua, Iadaldum, Pobodze, Kalonem, Grzymala, Iohannem Rymouidouicz, Zaramba, Ginet Konczeuicz, Pyrſzchala, Davvxa, Nouina, Nicolaū Boynar, Dzaloſza, Volczkonem Kokuthouicz. Kopacz, Gedoruoch, Rola, Dangyel, Sirokomla. Iacobū Myngyel, Cattus Marinus, Voyſznar Vilkoleuicz, Pouala, Georgiū Sangavv. Item Pomyan, Saka, Doliua, Naczkonem. Sarza, Tuerbuth, Dolanga, Monſtuild, Bogoria, Staniſlaū Viſſygin, Ianina. Voyſzym Danczykouicz, Bichaua, Monſtold, Svvinka, Andreā Devvknethouicz, Rolda. Minimund Seſnikouicz Sulima, Bodyuil. Item Nalancz, Koczanum Lodza, Myczuſch, Gelithoue, Gerdud, Korczakoue, Czuppam, Byala, Moydylonem Czuſzolouicz, Vanzyk, Koyczanum Sukouicz, Czolek, Iohānem Euil

nem Buil, Godzamba, Staniſlaum Buthovvtouicz. Oſmorog alias Geralth, Surgutes de Kyeſzlinn. &c. ¶ Quibus quidē armis, clenodijs, & proclamatiōibus, prædicti Nobiles, Proceres & Boyari Terrarū Lithuaniæ extunc & in poſt ea perpetuis temporibus ubilibet gaudeāt, potiantur, prout ipſis præfati Nobiles Regni Pol. uti frui cōſueuerunt & potiri. ¶ Vt aūt corroboratiōis & cautelæ uberioris omnia pręmiſſa accipiant firmitatē, pręſentes fecimus Sigillorū noſtrorū munimine corroborari. pręſentibus & cōſentieñ. ac ratū habeñ. Reuerēdis in Chriſto patribus Dñis Nicolao Gneſneñ. Archiepiſcopo, Alberto Cracouiē. Iohanne Vvladiſlauieñ. Petro Poznan. Iacobo Ploceñ. Nicolao Vilneñ. Iohanne Electo Leopolieñ. Metropol. Mathia Pręmiſl. Michaele Kiouieñ, Gregorio Vvlodimir. Sbigneo Kameneczeñ. Electo Eccleſiarū Epiſcopis Chelmeñ. & cœteris Eccleſijs uacañ. Necnon Magnificis, Validis, & Strennuis Criſtino Crac. Caſtell. Iohanne de Tarnovv Craco. Nicolao de Michalovv Sandomiriē. Sandiuogio de Oſtrorog Poznañ. Mathia de Vanſſoſſe Calliſs. Iacobo de Konyeczpole Siradieñ. Iohanne Ligeza Lanciciēñ. Mathia de Labiſſyn Brzęſteñ. Ianuſsio de Koſczyelecz Gnevvcouieñ. Palatinis. Michaele de Bogumilouicze Sandomir. Iohanne de Sczekoczyn Lubliñ. Dobeſlao de Oleſznicza Voyniceñ. Floriano de Rokithnicza Viſlicieñ. Criſtino de Kozyeglouy Sandec. Martino de Kolikouo Gneſneñ. Clemente de Mocrsko Radomieñ. Domarath de Kobelany Bieceñ. Moſticio de Staſſovv Poznañ. Ianuſsio de Tuliskovv Caliſsieñ. Martino de Kalinovv Siradieñ. Petro de Vvloſczoua Dobrzyñ. Alberto de Koſcyol Brzeſteñ. Iohanne de Lankoſſyn Lācicieñ. Criſtino Kruſſuicieñ. Iohanne de Lacuchovv Zauichoſteñ. Martino de Lubnicza Brzeziñ. Staniſlao Gamrath Polaneceñ. Iohanne de Bogumilouice Cechouieñ. Mathia Koth Nakleñ. Grottone de Iankouicze Malogoſt. Iuano de Obichovv Srzemeñ. Ianuſsio Furman Miedzyrzeceñ. Caſtellanis. Sbigneo de Brzezye Regni Pol. Marſchalco, Petro Szaffranyecz Succamer. Martino de Vvroczimouo Vexillifero Cracou. Paulo de Bogumilouicze Cracou. Nicolao de Strzelcze Sandomir. Nicolao de Czarnkovv Poſnañ. Iaka Caliſsieñ. Andrea de Ludbranc. Cuiauieñ. Petro de Vidaua Siradieñ. Nicolao de Suchydol Lubliñ. Petro de Thur Lancicieñ. Iudicibus. Actum in Oppido Hrodlo circa flumen Bug in parlamento ſeu congregatiōe generali die ſecunda menſis Octobris ſub Anno Dñi 1413. datum per manus Reuerend. in Chriſto patris D. Epiſcopi Cracou. ſupremi Cancellarij Regni Polo. nobis ſyncere dilecti. Scriptū uero p manus Cyolkonis Canonici Sandomirienſis ſecreti noſtri Notarij.

Nemina Dominorū tam ſpiritualiū quā Sæcularium in conſilio præſidentiū exprimuntur.

Prælati Lithuan. incorporāt ſe Regno

Pol. ac Regi Pol. ſe ſubijciūt, quē una cū Polonis eligēt. Lex ij.

128 IN NOMINE DOMINI AMEN. Tunc enim multis er-
129 rorum & dubiorū incōmodis prudenter occurrimus, cum geſta ætatis noſtræ Literarū apicibus & Sigillorū appenſiōibus perhēnamus: Pro-

Tempore Vuladiſlai Iagel de Ducatu Magno ad Regnū aſſumpti. 1401.

Nomina omnium & ſingulorũ principum Prælatorũ, Baronũ, & Nobiliũ Ducatus Lithuaniæ ſe & ſucceſſores ſuos Regno Pol. perpetuo incorporantium.

inde Nos Prælati, Principes, Barones, Nobiles, Terrigenę Terrarũ Lithuanię & Ruſsię, uidelicet Iacobus diuina prouidentia Vilneñ. Eccleſiæ Epiſcopus, Dux Iuanus Olgimunti cum filijs ſuis uidelicet Andrea & Senikone & cœteris, Mungaylo Gedygoldo fratre & cœteris, Czupurna Marſchalco Senikon Iamunti, Fedorius Leonis cũ Iuſkone fratre germano, Gaſſovv cum filio Thalnuſz, Gineyd cum filio Milus & cœteris, Kinunth cum filio, Dauxha, Strzygoil Karikonis, Gynnolth Aſtok cum fratre germano, Dorgi Gaſtolth cum Przehhindo fratre germano, Nemira cum fratribus ſuis germanis, Szagaylo, Olizaie Veſsilonis, Voinad Ruſsylouicz, Kieſſgaylo & Kumbold Volimontonis cũ ſuis cœteris fratribus germanis, Goligin, Roman Mileykonis cum fratre Volczkone & cœteris, Voiſſyund cum filio, Radiuilo, Volochko Kauothmonis cum fratribus Butoldmuntigailo, Hanuſs Montigerdonis cum fratribus ſuis, Douogin Viſsigirdonis, Draunti cum Veſkone filio, Volczko uel Vtruicz, Volczko Konſſovvtouicz, Dogirdi Voinis, Vrdzich cum fratribus, Goligind, Veydimin, Heſchis Selkouicz, cũ cognatiõibus & genelogijs ſuis, necnõ tota uniuerſitas omniũ & ſingulorum Nobiliũ & Terrigenarũ prędictarũ Lithuaniæ & Ruſsiæ Terrarum, quorũ quãuis nomina ſingilatim hic nõ ſunt expreſſa, ipſorũ tamen cõſenſus ad ſupraſcripta adeſt, ac ſi pro inſertis haberẽtur. Proinde Significamus quibus expedit uniuerſis. Quomodo eo tempore quo Prælati Principes Barones & Nobiles & communitas Terrarũ Regni Pol. diuina cooperãte clementia, Sereniſs. Principẽ Dñm Vvladiſlaum Regem Pol. ſupremũ Ducem Lithuaniæ hæredẽ Ruſsiæ Dñm noſtrũ gratioſiſs. de gẽtilitatis erroribus educeñ. in Regẽ et Dñm ipſorũ aſsũpſerunt. ℭ Nos quoq; ipſius ueſtigia ſequẽtes, almi Spiritus gratia eruditos ad ipſorũ cõſortium Catholicũ inuitantes, de tenebris erroris uetuſti per aſſumptionẽ S. fidei orthodoxæ receperunt. Cum quibus in fide facti unanimes & cõſortes ad perfectionẽ catholicorũ operũ merito & oportune debemus per cõcordiã ꝑpetue aſpirare. ℭ Pro eo prędicto Dño Vvladiſlao Regi Pol. &c. Et ipſius Coronæ, Regno, ac Regnicolis Pol. firma fide & inuiolabili ſponſione promiſimus, & tenore præſentiũ promittimus, toto poſſe & uiribus cõtra inſultus quorũlibet hominũ eis aſsiſtere, & eos nullo exquiſito coloris fuco unq; deſerere, ſed ipſos ſine dolo & fraude, ſ. Regem & Coronã, Regnũ & Regnicolas Pol. & eorum neceſsitatibus perpetue adiuuare, eorũq; profectus, utilitates, cõmoda, & bonum cõmune peragere, ſalubri & fideli diſpoſitione, uelut noſtrum propriũ: quod & ipſi nobis pari modo tenebũtur facere uiceuerſa. ℭ Demũ quia prędictus Dñs Vvladiſlaus Rex. &c. Dominus noſter gratioſus ex ſpeciali cõfidentia Magnifico & pręclaro Principi Domino Alexandro alias Vitovvdo Duci Lithuaniæ. &c. ipſum in partem ſuæ ſolicitudinis aſſumens ſupremũ Principatũ Terrarum earundẽ Lithuaniæ, cœterorũq; dominiorũ ſuorum Ducatus dedit & cõtulit, & ipſum in eis de manu ſua ſtatuit, ad uitæ eiuſdẽ Domini Ducis Vitovvdi terminũ ultimum & extremũ. ℭ Pro quo cũdem Dominũ

Lithuani fatentur ſe per Polonos eruditos & ad conſortiũ catholicũ receptos fuiſſe.

Lithuani promittunt ſe Polonis auxilia in omnibus neceſſitatibus prebituros.

Alexander alias Vitouudus Dux Mag. Lithuaniæ per Vladiſlaum Regem Poloniæ conſtituitur.

dem Dominū Vvladiſlaum Regem cōſtantiori fiducia proſequi uolētes,& prout iuſtum eſt ipſum reddere certiorē firma ſponſiōe,& irreuocabili promiſſo ſibi tenore præſentiū promittimus,quod ſupremus prędictus principatus Terrarū Lithuaniæ,& cœterorū dominiorū Ducatus una cum bonis & cœteris patrimonialib. ad eundē dominū Ducem Vitovvdū pertinentib & cum omnibus Caſtris fortalicijs Diſtrictib. Territorijs,& eorum Incolis poſt deceſſum ipſius ad ipſum dn̄m Vvladiſlaum Regem,ac ad Coronā Regni huius Pol. iuxta tenorē Literarū per prædictum dn̄m Ducem Vitovvdū eidem dn̄o Vvladiſlao Regi & Coronæ eius datarum debent plene & integre deuolui & redire. Et nos etiam cū noſtris poſteris atq; ſucceſſoribus poſt deceſſum domini Ducis Vitovvdi promittere prædicto dn̄o Vvladiſlao Regi Coronę & Regno Pol. adhærere, ſubijci, obſeq & ſeruire ſine dolo & fraude, toto poſſe & uiribus tenebimur, & præter ipſum ad Coronam Regni eiuſdem nunq; nobis alios uel aliū dn̄m uel dn̄os aſſumemus. ¶ Illo etiam nō omiſſo, quod ſi dn̄s VVLAdiſlaus Rex prædictus (quod Deus auertat) ſine prole deceſſerit, extunc ſine ſcitu & cōſilio eiuſdem dn̄i Ducis Vitovvdi, & noſtro pariter, Principes, Prælati, Barones, Nobiles & cōmunitas Terrigenarū Terrarū Regni Pol. prędicti ſibi Regem & dn̄m nō debent eligere ſeu locare, cum quibus firmā mutuam & cōſtantem ſeruantes aſſiſtentiā, in dulcedine fidei & uiſceribus Ieſu Chriſti perpetuam & irreuocabilē tenebimus unionē. ¶ In quorū omniū fidem & teſtimoniū euidentiáq; pleniorem pro perpetuo robore Sigilla noſtra præſentib. ſunt ſubappenſa. Actum & datum in Vilno ipſo die S. Priſcæ Virginis & Martyris. Anno domini 1401.

Vitouudi alias Alexandri morte ſecuta, offerunt ſe Lithuani Vuladiſlaum Regem Pol. in Ducem ſuum ſuſcepturos, Ducatumq; Lithuaniæ Regno Poloniæ incorporandum.

Rege Pol. ſine prole decedente, non debēt Pol. Regem ſine Lithuanis eligere, nec e contra. Idem libro 1. cap. 1.

Vvladiſlaus terciꝰ Rex Pol. confirmat Iura & Priuilegia Sigiſ. Magno Duci

Lithuanię ſuper Ducatu Magno per D. olim Vvladiſlaū ſuum genitorē eidem SIGISmūdo cōceſſa. Lex iij.

129 IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuā rei memoriam, Nos VVLAdiſlaus tercius Dei gratia Rex Pol. Necnon Terrarum Cracou. Sandom. Sirad. Lancic. Cuiau. Lithuaniæ Princeps ſupremus, Pomeraniæ Ruſsiæq; dominus & hæres. &c. Significamus tenore præſentium tam præſentibus quam futuris noticiam habituris. Quod ex quo preclarus & Magnificus Prīceps dn̄s SIG. Dei gratia Magnus Dux Lithuaniæ Ruſsiæ. &c. patruus noſter pręcharus omnem Synceritatis conſtantiā erga Regnū Pol. noſtrum & noſtrā Regiā præſentiam ſemper geſsit incorrupte. Cuius rei nos memores & pergrati, dignum cenſuimus ſibi proinde cordis puro Zelo occurrere, & omniū, qua decet gratitudine, hanc fidem & conſtantiā integrā compenſare. ¶ Vnde ex certa noſtra ſcientia, ſufficientiſsima deliberatiōe præhabita, animo beniuolo, & uoluntate noſtra ultronea noſtrorū Prælatorū & Baronū ſalubribus freti cōſilijs, ipſi domino SIG. Magno Duci noſtro patruo

Vulad. Iag. Pe. 1438

De conſilio & conſenſu omniū Reg. Cōſiliariorū Vulad. cōfirmat libertates & literas Magno Duci Lithuaniæ.

ſtro patruo chariſsimo Iura, Literas, & priuilegia quæ a nobis & fœlicis memoriæ genitore noſtro dño VVLAdiſlao Rege Pol. ſuper Ducatu Magno, & quibuſcũq; bonis & libertatibus ſub quibuſcũq; datis & tenoribus exiſtunt, quę hic habere uolumus pro inſertis, in omnibus earũ punctis, conditiõibus, poſitionib. particulis, & clauſulis uniuerſis, ratificamus, innouamus, gratificamus, approbamus, & pręſentis ſcripti patrocinio cõfirmamus: decerneñ. ea robur obtinere perpetue firmitatis Promittimus inſuper in uerbo noſtro Regio præſentibus & ſpondemus eaſdem ipſius Literas Iura & priuilegia rite & iuſte emanata per omnia rata atq; grata habere, & incõcuſſa iugiter & inuiolabiliter obſeruare, & de eis ſatisfacere. Harũ quibus Sigillum noſtræ Maieſtatis eſt appenſum teſtimonio Literarũ. Datum in Oppido Pyotrkovv in parlamento generali, feria tercia proxima poſt feſtum S. Lucię Virginis. Anno domini 1 4 ; 8, præſentibus ibidem Reuerẽdiſs. & Reuerẽdis in Chriſto patribus Dñis Vincentio S. Gneſneñ. Eccleſiæ Archiepiſcopo & Primate, Sbigneo Cracou. Vvladiſlao Vvladiſlauieñ. Epiſcopis, & Andrea de Bnyn Electo cõfirmato Eccleſiæ Poſnañ. ac Magnificis, Nobilibus & ſtrennuis uiris Iohanne de Czyzovv Caſtell. Cracouiẽ. Dobeſlao de Senno Sandomir. Martino de Slavvkovv Caliſsieñ. Alberto de Male Lancicieñ. Iohanne de Lichni Brzeſteñ. Iarando de Grabye Iunivvladiſlauiẽ. & Petro Odrouaſz de Sproua Leopolieñ. Palatinis. Dobrogoſtio de Szamotuly Poſnañ. Clemẽte Vatropka de Strzelcze Sandomir. Laurentio Zaramba de Kalinoua Siradieñ. Caſtellanis. Iohanne de Oleſznicza Marſchalco, & Andrea de Lubino Theſaurar. Reg. Pol. & alijs Dignitarijs, Baronibus, Militibus, & Nobilibus, Teſtibus circa præmiſſa. Datũ per manus Magnifici & Generoſi uirorũ Iohannis de Konyeczpole Cãcellarij, & Petri Voda de Sczekoczin Vicecancel. Regni Poloniæ nobis ſyncere dilectorum.

Ad Relationẽ Magnifici Iohannis de Konyeczpole R. P. Cãcel.

Tẽpore Iohãn. Alb. Regis Pol. & Alexãdri Magni Ducis Lithu. Barones & Cõſiliarij Magni Duc. Lithuaniæ cõfirmant Inſcriptiões per anteceſſores eorũ cũ Regno Pol. factas. Lex iiij.

Prælati uniuerſiq; Conſiliarij, quorum nomina hic deſcribũtur, & tota cõmunitas Magni Ducatus Lithuaniæ, adſcribunt ſe Regno Pol.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ne geſta ætatis no- 130
ſtræ tempus & uetuſtas aboleret, inuentũ eſt, ut ad memoriã posterita- 131
tis Literarũ apicibus, & teſtium annotatiõe deducantur: Proinde Nos Prælati, Barones, Nobiles & uniuerſitas Terrigenarũ Magni Ducatus Lithuanię, uidelicet Albertus Vilneñ. Iohannes Luccorieñ, Martinus Medniceñ. Eccleſiarum Dei gratia Epiſcopi: Nicolaus Radziuilouicz Palatinus Vilneñ. & Magni Ducatus Cancellarius, Dux Alexander Iurgeuicz de Holſſani Caſtell. Vilneñ & Capitan. Grodneñ. Iohannes Iurgeuicz de Zabrzeze Palatinus Troceñ. ac ſupremus Magni Ducatus Mar-

tus Marſchalcus, Staniſlaus Ianouic Caſtellan. Troceñ. & Capitaneus Terrę Samogitarū, Georgius Paczouic Poloceñ. Gregorius Oſſczykouic Curiæ Marſchalcus & in Merec, Nicolaus Nicolai Radziuilouic Pincerna Ducalis & in Byelsko, Iacobus Douoynouic Drohieñ. Staniſlaus Potraſkouic Lideñ. Iohannes Lithaor Nouogrodeñ. Staniſlaus Michaelis Pothkouic Brzeſteñ Albertus Ianouic Vexillifer et Cauneñ. Nekraſz Volothkouic in Belzyca, Petrus Radyuilouic Succamerarius & in Byxyſchki, Niemira Grzymalic Mielniceñ. Nicolaus Iundylouic in Dubicza, Georgius Montontouic, Alexander Motigordouic Capitanei, Marſchalci, & Tenutarij: Significamus tenore pręſentium qbus expedit uniuerſis, Quomodo licet uniōes & fœdera inter hęc dominia uidelicet Regnū Pol. & Magnū Ducatum Lithuaniæ, Terraſq; eiſdē ſubiectas, a temporibus lōge retroactis ſub Rege Pol. Vvladiſlao alias Iagello & ſub Magno Duce Lithuanię Alexandro alias Vitovvdo inita & cōſtituta hucuſq; inuiolate ſeruētur. Poſtq; uero Sereniſs. Principes Dñi noſtri gratioſiſsimi ſuper ipſa dominia, in Regē Pol. Sereniſs. Dñs IOHAN. ALBER. in Magnū uero Ducem Lithuanię Ser. Dñs ALExander Dñi noſtri gratioſiſs. diuina diſpoſitione aſſumpti ſunt, placuit Pręlatis, Baronibus, & Nobilib. Regni Pol. fratribus noſtris, ſimiliterq; ipſi nobis iam defacto fecerunt, & per noſtras nouas Literas, & Inſcriptiōes anteceſſorū noſtrorū ſuper huiuſmōi foederibus cōfirmaremus. Quarū qdem Literarū uerbum de uerbo tenor ſequit, & eſt talis. ¶ IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuā rei memoriam. Sator rerum omniū cuius oculus penetrat uniuerſa, & ſcientia nunq; extinguitur, in rebus humanis quas obliuionis caducis momētis cōſtat ſubiacere, ut memoria earū remaneat, apices Literarū alti cōſilij prouidentia ordinauit: quarū præſidio, rerū ordinatiōes, pacta, & tractatus cōſeruantur. Proinde nos MONiuitus Palatinus Vilneñ. Iauinis Palatinus Troceñ. Mingal Vilneñ. Sungal Troceñ. Caſtellani: Nyenir Oſtyk, Butrym Golignith, Nicolaus Bilim. Koreyoua, & Viſſygert, Petrus Montigerd, Nicolaus Tavvtigerd, Iohannes Gaſtovvdy, Volczko Kulua, Buſſovvdus Iadath Ralo, Iohānes Rimouidouic, Ginenth Konczeuic Doxa, Nicolaus Byeinar, Volsko Kochutouic, Iacobus Mingel, Voyſſnar Virkolouic, Gregorius Sangavv, Saka Nacko, Verbuth Monſtyuild, Staniſlaus Vyſſygin, Voyſchin Damenkouic, Monſtold, Andreas de Vknethouic, Munimunth de Seſnikouic, Roduil, Koczanus, Miczuch, Gerdud, Czuppa, Voydzilo Koſſylouic, Koczanus Sukouic, Iohānes Eyuild, Staniſlaus Buthovvthouic, Surgutes de Reſſynki. &c. Significamus tenore præſentiū quibus expedit uniuerſis præſentibus & futuris præſentiū noticiā habituris, Quod, quia Sereniſsimorū Principū dñorum, VVLadiſlai Regis Pol. &c. & ALExandri alias Vitovvdi Magni Ducis Lithuaniæ dominorū noſtrorū gratioſiſs. cōceſsione & indulto, Arma, quibus uti inſolitum fuit nobis, cōtraria cōſuetudine obſiſteñ. ad inſigniendū nominis Nobilitatiſq; noſtræ titulum, a Baronib. Nobilibus & Proceribus ſuis ordine

Inſertio antiqui priuilegij tēpore Vuladiſlai Iagell. & Vitouudi æditi.

ſuis ordine geniture cōtraxerunt, recipimus, & ad gratias, libertates, & immunitates priuilegia, & exemptiōes, & multa alia beneficia, & prerogatiuas, quæ nobis per dictos dominos gratioſos Vuladiſlaū Regē Pol. & Alexandrū Magnum Ducem Lithuaniæ munifica ſunt cōceſſa largitione, & Literarū patrocinio munita, interuētu ipſorū & ſtudio promoti extitimus, & prouecti, promiſerūtq; ſuis patentibus Literis adhuc qua poterint diligentia bonum cōmodum & profectū ſtatus noſtri & honoris ubilibet ꝓmouere, & nūq; in ADVerſitatib. noſtris & neceſ-

Communes hoſtes & amicos Poloni cū Lithuanis ſunt habituri.

ſitatibus nos deſerere, ſed ſemper cōtra omniū inimicorū noſtrorū inſidias & inſultus auxilijs, conſilijs, & fauoribus ſuis proſequi & iuuare: horū intuitu uoleñ. tot beneficiorū merita cōpenſare, & ipſis dignas uices pro eis impendere, ne diſparitatis in nobis aut ingratitudinis cōtagia, & inæqualitas Literarū cernerētur uendicare: ſed ut ſemper unani-

Arctiſſimum uinculū Pol. cum Lithu. religionis unitas & cætera huiuſmodi.

mis idemptitas inter nos remaneat, & uoluntas animorū: Sicut idē cultus & religio fidei obſeruatur, uniuerſaliter uniuerſi & ſingulariter ſinguli noſtris nominibus, ac uice omniū Nobilium, Boiaronū, Procerum

Se & ſuos poſteros domini Lithu. obligant ſupra & infra ſcripta tenere ſub Iuramento.

& Incolarū Terrarū Lithuaniæ bona fide in uerbo noſtro conſtanti, & fideli omni dolo fraude & colore amputatis & remotis, promittimus pollicemur, uouemus, ſpondemus & Iuramenti noſtri miniſterio ſtrictius nos obligamus. Nunquā præfatos Prælatos, Barones, Nobiles &

Vnionis modus inter Polonos & Lithuanos præſcribitur.

Proceres Regni & ipſum Regnū Pol. prædictū in omnibus eorū neceſſitatibus & aduerſitatib. deſerere, ſed ſemper ipſis cōtra OMnium INImicorum eorū inſidias & inſultus conſilia auxilia & fauores fideliter miniſtrare. Et nulli lites, bella, aut guerras præter ſcitū, & uoluntatem, & cōſenſum, conſiliū, & requiſitionē ipſorū, & eorum ſucceſſorū indicere, facere, uel mouere, præfatosq; dños Vuladiſlaū Regem Pol. & Alexandrū alias Vitovvdū Magnū Ducem Lithuaniȩ & eorū ſucceſſores Reges Polo. & Duces Magnos Lithuaniæ nullis temporibus DESErere, quoquomodo ſed ſemper ipſis ſine dolo & fraude fideliter ADHÆRere omni cōſilio auxilio & fauore. Præterea promittimus, prout ſupra, Quod defuucto præfato dño Vitovvdo Magno Duce Lithuaniæ nunq; ELIgemus, aſſumemus, & recipiemus in Magnū Ducē Lithuaniȩ uel dominū, niſi quē prȩfatus Dñs Vuladiſlaus Rex, ſi uita potietur longiore, uel eius ſucceſſores, & Prælati, Barones, Nobiles et Proceres Regni Pol. duxerint eligendū, ſtatuendum, uel locandū. Et uice-

Idem libro I. cap. I. de Interregno.

uerſa Prælati, Barones, & Nobiles Regni Pol. Rege præfato quod abſit ſine liberis & ſucceſſoribus legitimis deceden. ſine ſcitu & conſilio Illuſtris domini Alexandri alias Vitovvdi Magni Ducis Lithuaniȩ, ſi ſuperſtes remanſerit, & noſtro, ELIgere nō debebūt. Vt aūt corroborationis & cautelæ uberioris omnia prȩmiſſa accipiāt firmitatē, fecimus ſigillorū noſtrorū munimine roborari. Actum in Oppido Hrodlo circa flumen Bug, in parlamento ſeu congregatiōe generali die ſecunda mēſis Octobris Anno dñi 1413. Proinde Nos Prælati, Barones, Proceres & Nobiles Magni Ducatus Lithuaniæ præfati, præuidentes, quia uetuſtate temporū multa in ambiguitatē ueniunt, per quā ne quid incommodi

commodi eueniat, dignũ cenſuimus prouidere: Volentes igitur ne articulus de ELECTione SERenis. dñorum noſtrorũ tam REgis Poloniæ quã Magni DVcis Lithuaniç in prçinſertis Literis breuitate uerborum cõtextus, aliquid ambiguitatis inpoſterũ inducat: Cupientesq; prçfatos Prælatos, Barones, & Proceres Regni Polon. in ipſo Articulo ELECtiõis pares nobis ut dictum eſt efficere. ❡ Adijcientes declaramus. Quod defuncto Magno Duce Lithuaniç ſine ſcitu & cõſilio Prçlatorum & Baronũ, Procerum & Nobiliũ Regni Pol. fratrum noſtrorum, ad ELECtionẽ Magni Ducis noui nõ procedemus, ſed cum ipſis pariter, ſi uocati tempore cõgruo uenire uoluerint, Magnũ Ducem & dñm eligemus. PARIformiter defuncto REge Pol præfati Prçlati & Barones Regni Polo. ſine ſcitu & cõſilio Prælatorũ & Baronũ Magni Ducatus Lithuaniç ad ELECTionẽ noui REgis nõ procedãt, ſed pariter cũ Prælatis & Baronibus Magni Ducatus Lithuaniç ſi uocati tẽpore cõgruo uoluerint, Regem & dñm eligent. Quibus ita ut prçmittitur ſtantibus, & in poſterũ obſeruandis, de certa ſcientia omniũ aliorũ Prçlatorũ, Baronum, Procerum & Nobiliũ Magni Ducatus Lithuaniæ fratrum noſtrorũ inſcriptionẽ præinſertã prædeceſſorũ noſtrorũ, ſuſcipimus, ratificamus, ſuſcipimusq; & cõfirmamus per prçſentes. OBLIGañ. ſe noſtris nominibus ac uice omniũ Prælatorũ, Baronũ, Procerum & Nobiliũ Magni Ducatus Lithuaniç, bona fide in uerbo noſtro conſtanti & fideli, omni dolo, fraude, & colore remotis, promittimusq; pollicemur ac uouemus, & noſtri Iuramẽti præſtiti onere & miniſterio ſtrictius nos obligamus: ipſam præinſertã Inſcriptionẽ cum reformatiõe & declaratiõe Articuli de Electiõe Sereniſs. dñorum noſtrorum, ut prçmittitur, in omnibus ſuis articulis, clauſulis, punctis & ſentencijs firmatũ tenere, perpetuoq; & inuiolabiliter obſeruare. Et ſi quæ aliç ſingulares Inſcriptiões inter nos Prælatos & Barones Magni Ducatus Lithuaniç ac Prçlatos & Barones Regni Pol. forent, quæ cõmunem utriq; honeſtatẽ lçderent, quas anteceſſores noſtri nõ tenuerint, tales nos quoq; nõ recepimus, neq; tenebimus. Vt aũt omnia præmiſſa perpetuç firmitatis robur obtineant, præſentibus Literis Sigilla noſtra ſubappendi iuſſimus. Datũ Vilnæ in Conuentiõe generali quarta & uigeſima mẽſis Iulij in uigilia S. Iacobi Apoſt. Anno dñi 1499.

Non debent domini Lithuani Magnũ Ducem ſine ſcitu, conſilio, & conſenſu dominorũ Polonorum: Ecõuerſo domini Poloni dominũ Regem Poloniæ abſq; ſcitu, conſilio, & conſenſu Lithuanorũ eligere.

Idem lib. 1. cap. 1. ar. de Interregno.

Non ſunt tenendæ Inſcriptiões quæ communem lçderent honeſtatem.

❡ De capta ac repetẽda Smolensko Sig. ad Imp. fragmentũ Epiſtolç.

Quantũ ad res Magni Ducatus Lithuaniæ attinet, quæ nos plus iuſto exercẽt, ita ſcire dignetur Maieſtas veſtra. Arx noſtra Smolensko, totiẽs ab hoſte noſtro, Moſcorũ Duce armis petita, totiens variis artibus & dolis tentata, cum ſuperioribus annis longe maioribus viribus, maioreq; apparatu oppugnaretur: tamẽ ſtrenue & viriliter ſe defendebat, in fideq; ſtabilis permanſit. Nunc ignoramus, quo facto, nulla inſigni oppugnatiõe cõcuſſa, nulla memorabili clade, vel ſtrage accepta, præterea frumento, cœteriſq; rebus ad victum pertinentibus omnifariã abũdans, vaniſſimis tandem pollicitatiõibus illecta, ſcelere, & perfidia quorundã, cũ militum mercenariorũ, tum primorũ eiuſdem regiõis Nobilium, portas hoſti aperuit, eiq; ſeſe tradidit. Nos ea re ita, vt decuit, permoti, & pene obſtupefacti, implorata diuina ope cum gentibus noſtris, quas Dei benignitate, & numero, & virtute non contemnendas habemus, illuc proficiſcimur. Iamq; in procinctu ſu-

mus, fretiq; diuino auxilio, dabimus operam, vt noſtra primum vindicemus, & tandem iniurias illatas vlciſcamur.

ARTICVLVS II.

De Regni Ducatibus ad ferenda onera vniendis.

PRÆFATIO. Quamq; inter Polonos,& cœteras gentes quę eis vario Iure cõfœderatę ſunt, tot mutua beneficia & neceſsitudines, quaſi quædã ſacroſancta vincula interceſſerint, & iam ex diuerſis populis quaſi vnã Ciuitatem fecerint, vt in participandis aliquibus cõmodis vel leuandis cõmunibus oneribus alteras alteris melíore vel deteriore eſſe conditiõe nõ deceat: Nihilominus præſens rerum facies,& bellorũ vis Regno vndiquaq; imminentiũ hortatur, atq; exigit, vt omnes Prouinciæ,tametſi ſuis quęlibet Iuribus domi cenſeãtur,bello maiore ingruente,cõmunibus viribus hoſti eant obuiã.quis enim Deus ſponſor illis erit,vt ſe ſaluas & incolumes fore credant,ſi quod abſit,re male geſta ſemel a Polonis peccetur in prelio? An nõ abſimile ꝑditiõis fuerit,ſocietatis neceſsitudinẽ, vniõis vĩcula,atq; etiam deditiõis officiũ præſeferre: laborũ aũt,ſumptuũ,& periculorũ nolle fieri participem? ſed vel quaſi in portu expectare, quid de pugnantibus Mars cõſtituat: vel ſaltem quaſi cum funda ſtare poſt principia, euentum periculi expectando? Quod ſi etiã illa ipſa vnio nõ interceſſerit,at certe ſatis iuſta cauſa cõmunibus viribus tuendi Regni eſſe putatur: naturæ & Reipub. conſortiũ: idq; inter fideles Chriſti: quibus ſi deſit fides erga proximum,fruſtra etiã nomen eius ſine re portant: ſuperſticioſe etiã nomine ſocios, reuera aũt alienos ſeſe appellant. Quod ſi hæc vel illa Prouincia hanc vel hãc libertatẽ prætendat, neq; ſe teneri ad belli onus dicat,omnino hæc libertas quaſi Reipub. inſidioſa tempori reſcindenda eſſe videretur:ne ſi tum diſceptetur de ea cum iam eſſet pro ſumma rerũ cõfligendum, ad ſeruitutẽ æternã nobis,quod abſit,iter aperiat. Si enim Lithuani ſponte ſua ſe omnia fere onera tuendi Regni nobiſcũ diplomatibus ſuis ſubmiſerũt:qua tandẽ excuſatiõe ipſimet hodie,aliæue gentes vti poſſunt? quæ vel in ſolo Polono conſederunt,vel Regno ſeſe addixerũt: quominus hoc faciant,nemo ſanus videt. Adde quod niſi illarũ quoq; Nobilitas gladium pro Repub. vibret, ſuasq; copias copiis Regni,tanq; membrũ capitis adiungat:de dignitate etiã ſua ac officio non mediocriter periclitetur,ac excidat, vt iuſta cauſa dari nequeat, propter quã,vel Ciuibus ſocii, vel hæredibus aduenæ, vel emptoribus ex cõtractu quæſiti opem ferre non teneãtur. ſed cõtra ocioſi & ſecuri in laborantes ac bellantes ſpectare: vanis tamẽ titulis militiæ turgere, & prærogatiuis Nobilitatis frui debeant. SI ENIM PALatinus Tranſiluaniæ tempori ſuos exercitus LVDouico Regi Hungariæ iam contra Turcam in acie ad Moaczouiũ ſtanti, & dimicanti coniunxiſſet:fortaſsis Rege ſaluo,ac triumphatore,Hungaria etiãnum incolumis ſtaret: quæ non magis potentia hoſtium quã inobedientia Ciuiũ nunc diſcerpta, & in æternã ſeruitutem,nobis,proh dolor,neq; illam iuuantibus,neq; delicta noſtra illius exemplo emendantib. redacta eſſe videtur.

Rex Ducatꝰ ad ferẽda onera Regno vniat. Lex I.

Sigiſm. Craco. 1510. Cum cõpertum ab omnibus habeatur,quod VIRTVS VNITA, FORTIOR SOLIDIORq; eſſe cõſueuit ipſa diuiſa: promittimus nos operã daturos, ut Magnũ Ducatũ Lithuaniæ, Terrasq; 8.
Pruſsiæ,& alias Terras in finibus Regni cõſiſtentes ad VNIOnem redigamus, Et quantũ poſsibile factu erit,onera omnibus cõmunia communiter ferenda, ſimulq; Monetã æqualẽ cõmuniter recipiendã imponemus: præſertim cũ Conuentũ utrisq; dominijs præfatis ad hoc perficiendum conſtituerimus.

SIMILIS.

Idem Sig. Crac. 1539. Cum uarijs exemplis doceamur,uires in unũ collectas multo plus poſſe quã diſperſas; & uideamus quod VNITA VIRTVS MVLTO fortior eſt,

FORTIOR eſt,quã diuiſa.Id nos diligẽtius animo nobiſcũ reuoluen. cum uideamus Regno noſtro maiora nũc & grauiora quã unq; antea pericula impẽdere, quo facilius ea a noſtris noſtrorũq; ceruicibus propulſare poſſemus , omnia nos facturos pollicemur,ut quibus poſsimus honeſtis ratiõibus,Ducatus noſtros Lithuaniȩ,Zathorieñ.& Oſzvvaczineñ.atq; una Terras noſtras Pruſsiæ eo adducamus : ut quũ in Regni noſtri periculo ſuũ quoq; periculũ agi uideant,neq; hoc ruere poſſit,quin illæ quoq; Terræ eodẽ labefactatȩ motu cõcidant : omnes ſuas uires cũ Regni uiribus cõiungant.Quo,ſi potens hoſtis uim aliquã nobis inferre conetur,coniunctis ANIMIS & COPIIS in unum collectis facilius eam arcere poſsimus.

SIMILIS.

Cum ſubditi noſtri Regni Poloniȩ exComitijs generalibus ante annũ Petricouiæ habitis, tam per Nuncios, quã per Literas, nobis tum Vilnæ agentibus,a nobis peterent : ut dominiũ noſtrũ Magnus Ducatus Lithuaniæ,cũ Regno Pol. uniretur,tam bello cõtra cõmunem hoſtem ſuſtinẽdo,quã etiã in alijs negocijs & pactis antiquis,uiciniæ ac fraternitati hinc inde cõſeruandȩ cauſa perneceſſarijs: Et quãuis cum pro ratione poſtulatiõis ipſis reſpondiſſemus, attamẽ cũ in præſentibus Comitijs Regni cõſultando de perpetua defenſiõe cõtra potentes hoſtes utriusq; dominij noſtri tam Regni quã ipſius Magni Ducatus Lithuaniæ cum Cõſiliarijs noſtris & Terrarũ Nuncijs longiorẽ defenſionem Regni, niſi annuã cõſtituere nõ potuimus : prætereaq; ad Conſiliarios Magni Ducatus noſtri Lithuaniæ intimauimus, ut illi etiã hoc anno conſimilẽ defenſionẽ,cum Regno noſtro Polo.cõtra cõmunes hoſtes in finibus tenerẽt : Interim aũt pollicemur Cõſiliarijs noſtris, & Nuncijs Terrarũ Regni Poloniȩ:Quia hoc anno ſubditos noſtros Magni Ducatus Lithuaniæ adducere uolumus,ut conſimilẽ defenſionẽ cũ Regno Poloniȩ cõtra cõmunem hoſtem in finibus tenerẽt.Quod aũt ad pacta, ſeu Inſcriptiões , & Conuẽtus ipſius Ducatus & Regni cõmunes attinet:in eo nihil certi adhuc facere potuimus, Quando quidẽ Cõſiliarios ipſius Ducatus circa nos nõ habuimus, attamẽ hoc reſponſi Cõſiliarijs noſtris & Terrarũ Nuncijs dedimus,quia cũ aliquid utile,dignũ,& ꝑpetuum in Regno cõſtitueretur:facilius nobis eſſet apud Cõſiliarios noſtros Magni Ducatus ipſius hoc obtinere, ut illi ſimiliter,cauſa Reipu. ſuȩ & Regni,ad cõſimiles Conſtitutiões cõſentirent,quod cũ fiet,pollicemur ſubditis noſtris Regni Poloniȩ,quia uolumusCõſiliarios noſtri Magni Ducatus Lithuaniȩ ad hoc ducere:ut illi etiã in omni re,nõ minus ſibi, quã Regno utili, in bonoq; ordine, & Conſtitutiõibus, ac defenſione eiſdẽ cõformiter conuenirent, iuxta pacta, ſeu Inſcriptiones, ac Priuilegia antiqua inter utraq; dominia facta , & recepta.

Sigiſm. Crac. 1543.

¶ AN hęc unio ſortita ſit ſuũ effectũ.uide Li.vj.ca.ij.de re Militari.

Terra Drohicien. Iuri Polõico adſcribit. Lex ij.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriã. Ordinatiões Regum & Principũ pro ſubditorũ

commodo quomodolibet factę, ut potiſsimũ firmę ac ſtabiles eſſent, iſ Literarũ munimẽtis, quã teſtiũ fidedignorũ annotatiõe perhennari cõſueuerũt. Proĩde nos SIGISM. Dei gratia Rex Polonię, Magnus Dux Lithuaniæ, Samogitiæq́ Dñs & heres. Significamus tenore pręſentiũ quibus expedit uniuerſis, pręſentibus & futuris, harũ noticiã habituris. Quod licet Nobiles & Terrigenæ noſtri Diſtrictus Drohicieñ. de ſpeciali conceſsione prædeceſſorũ noſtrorũ huius Magni Ducatus noſtri Lithuaniæ Ducum, Iure Terreſtri Polonico, more Nobiliũ Terrigenarum in Regno noſtro Polonię degentiũ gauderent, & uterentur, haberentq́ de ſuper Literas & munimẽta eorundẽ prædeceſſorũ noſtrorũ, uidelicet Sereniſs. olim Principũ fœlicis recordatiõis, KAzimiri genitoris, & ALExandri germani noſtrorũ chariſsimorũ Polonię Regum, & huius Ducatus Lithuanię DVcum, ſucceſsiue cõceſſa: Quia tamen in eiſdem Literis ſeu Priuilegĳs corã nobis ad præſens originalit᷑ productis & exhibitis, multa cõperimus articulatim ſuperuacanee deſcripta, quæ in Libris Statutorũ Regni noſtri Poloniæ ſpecifice & per expreſſum cõtinentur, & iuxta nõnulla, quę in perniciẽ, iacturã, & oppreſſionem nõ modicã eorundẽ ſubditorũ noſtrorũ fuere adiecta: Hoc idem Ius Polonicũ eiſdẽ ſubditis noſtris Nobilibus & Terrigenis priuilegiatis & nõ priuilegiatis, hoc eſt, Ius habentibus & nõ habentib. Diſtrictus præfati Drohicieñ. præſentibus & futuris, eorũq́ ſucceſſoribus, cõiunctim & diuiſim, de certa ſcientia & gratia fauoreq́ ſpeciali Ducatibus noſtris, de nouo iterũ dandũ & conferendũ duximus, damusq́ & cõferimus in omnibus punctis, articulis & conditiõibus, prout in Libris Statutorũ Regni Polonię latius cõtinentur, in eodẽ Diſtrictu noſtro teneñ. & obſeruañ. omnes & ſingulos articulos Iuri prædicto Polonico ac iuſticiæ quomodolibet cõtrarios, in Literis & Priuilegĳs pręfatis prædeceſſorũ noſtrorũ prædictorũ, uti pręfertur, expreſſos & ſpecificatos, oppreſsionẽ huiuſmõi ſubditorũ noſtrorũ præfatorũ in ſe cõtineñ. & in nihilum redigeñ. caſſañq́ & mortificañ. ac extingueñ. perpetuo & in æuum, tenore præſentiũ mediante. Præter illũ articulum, quo mediañ. præfati prædeceſſores noſtri Officiales ſeu Miniſteriales uulgo Lithuanico Dzyeczkye nucupatos, cõtra ipſos Nobiles & Terrigenas eiuſdẽ Diſtrictus, nunq́ deinceps fore dandos, prohibuerãt: q̃s quidẽ Officiales primo expreſſos, nos quoq́ dandos eſſe præſentibus prohibemus quomodolibet in futurũ: uoleñ. & diſtricte pręcipieñ. ut omnes & ſinguli Officiales Terreſtres & Caſtreñ. Diſtrictus prædicti Drohicieñ. pro tempore exiſtentes, quilibet eorũ pro ſuo intereſſe, Nobiles & Terrigenas noſtros prædictos ad cuiuſcũq́ inſtantiã uidelicet tam Nobilis quã ignobilis, Rutheni, Iudæi, Armeni, Chriſtiani, & Pagani, Citatos ac Literis Citationũ interciſis, nõ niſi ſermone & caracteribus latinis iuxta cõſuetudinẽ Iuris Terreſtris Polonici conficiendis legitime euocatos, pro cauſis tam paruis quã magnis, nullis excluſis, ſecundũ hoc idem Ius Polonicũ & ordinatiões in Libris Statutorũ Regni noſtri Poloniæ ſpecifice cõtentas, nõ aliter quã nunc & in futurum

iudicarent

iudicarẽt temporib. æuiternis. Et quãuis Iure ipſo Polonico laudabilit prouiſum ſit, ut in ſingulis Terris eiuſdẽ Regni noſtri homines poſſeſſionati & indigenæ ex incolis cuiuſlibet Terræ, ſeorſum, & nõ extraneę perſonæ ſingulis officiorũ Terreſtriũ & Caſtrenſiũ in caſu uacationis præficiãtur in hactenus: pro maiori tamẽ cautela & ſecuritate prędictorũ ſubditorũ noſtrorũ Drohicieñ. præſenti priuilegio noſtro id ipſum ſingulariter inſtituimus & ordinamus, ut in eodẽ Diſtrictu Drohiciẽ. huiuſmõi Officiales Terreſtres per liberã electionẽ indigenarũ, & uniuerſorũ Nobiliũ cõuentionaliter cõgregatorũ, de Iure cõmuni Regni fieri ſolitã, ad eadem officia ſua totiens quotiens per deceſſum uacatura, nõ niſi cum ratihabitiõe noſtra Ducali ſucceſſorũq; noſtrorũ Magni Ducatus Lithuaniæ Ducũ, Caſtreñ. uero pro arbitrio noſtro dũtaxat ex eiſdem Incolis & indigenis Diſtrictus prædicti Drohicieñ. per nos & ſucceſſores noſtros Lithuaniæ Duces, dum modo uterq; ipſorũ Officialiũ Romanæ religiõis eſſent, deinceps inſtituerẽtur, de omnibus & ſingulis Cauſis ſubditorũ noſtrorũ prædictorũ corã ſe legitime exortis, motis, & mouendis, ſtatutis a Iure temporibus, modo præmiſſo cognituri, confirmañ. eſſe: Nihilominus in hoc moribus & cõſuetudinibus approbatis & approbandis Terræ Cracou. tam diu, quoadusq; omnes aliæ cõſuetudines Iudiciariæ uniuerſarũ Terrarũ Regni noſtri prædicti per nos uel ſucceſſores noſtros Poloniæ Reges, aut eos quorũ intereſſet inuicẽ coęquarẽtur. Caſu uero quo aliquis Terrigenarũ noſtrorum Drohicieñ prædictorũ, aut quiſpiã alius in Iudicio Terreſtri uel Caſtreñ. Drohicieñ. ſententiã contra ſe latã reportauerit: qua mediante crederet ſibi quomodolibet præiudicatũ iri: Extunc inſtituimus et ordinamus ut in eiuſmodi præiudicio liceat unicuiq; taliter cõdemnato, a ſentencia Iudicis & Capitanei noſtrorũ prædictorũ uelut iniqua & erronea ad nos & ſucceſſores noſtros Lithuaniæ Duces, cũ Parte ſua aduerſa legitime appellare, & corã nobis ſucceſſoribusq; noſtris cũ eadem Parte aduerſa iuſticiã ſuam experiri meliorẽ, Iudici & Capitaneo illęſis, quietisq; propterea manẽtibus, prout in Terris Mazouię, & pręſertim in Terra noſtra Ploceñ. teneri & obſeruari eſt cõſuetum. De poenis uero Iudicialibus per partes uictas legitime luitis, ad ſortem noſtrã, & ſucceſſorũ, Officialiũq; noſtrorũ, & etiã partis uincentis, ex ui perlucrorum, uel quomodolibet aliter ſpectantib. per Officiales noſtros Caſtreñ. & Terreſtr. pręſentes & futuros Drohicieñ. exigendis, ac de Kmetonibus eorundẽ Terrigenarũ noſtrorũ Drohicieñ. foueñ. manu teneñ. Melliſicijs quoq;, ſeu Apiaſterijs ac iniuriarijs & damnis quomodolibet inde ſecutis, & iuſticia uicinis, cum ſubditis Nobiliũ & Terrigenarum pro quacũq; re miniſtranda, cuiuſcũq; ritus utrinq; aut cõditionis eſſent. necnõ captiuandis & nõ euocandis ad quodcũq; Iudiciorum noſtrorũ eiſdẽ Terrigenis de proprio eorũ Diſtrictu Drohicieñ pro qbuſcumq; eorũ exceſsibus totoq; proceſſu Iudiciario ac Inſcriptiõibus & alijs rebus quibuſcũq; per ſingulos Iudices & Capitaneos noſtros Drohicieñ. pro tempore exiſtentes, non aliter uolumus obſeruari, niſi

quemadmodũ Iure ipſo Polonico iuxta Conſtitutiões prędeceſſorum noſtrorũ in toto Regno noſtro hactenus teneri & obſeruari ſolitũ eſt, ac conſuetũ. Ordinamus etiã ac inſtituimus, ut in ſingulis Citatiõibus Literalibus Terreſtribus Sigillũ Terreſtre Diſtrictus Drohicieñ. infra depictum equum ſellatũ uno homine armato, Litera S ad perpetuam memoriã nominis noſtri pręcincto, in ſe cõtinens, applicaretur, ſubimprimereturq́ꝫ: totiens quotiens fuerit oportunũ. Quod quidẽ Sigillum ſupra deſcriptũ præſenti priuilegio noſtro ipſi Diſtrictui Drohicieñ. & Incolis eius pro tempore exiſtentib. quo ad præfatã neceſsitatẽ Iudiciariam, ac pro armis Terreſtrib. Drohicieñ. de noſtræ celſitudinis clemẽtia tribuendũ, concedeñq́ꝫ duximus, prout tribuimus & cõcedimus perpetuis tẽporibus, per eos quorũ intereſt obſeruandũ. Vt itaq́ꝫ præmiſſa omnia per nos cõceſſa robur obtineãt perpetuę firmitatis, pręſentes Literas noſtras ſcribi Sigilliq́ꝫ noſtri Magni Ducatus Lithuaniæ iuſsimus & fecimus appenſiõe cõmuniri. Actum & datũ Vilnę die dominico Letare. Anno Dñi 1516. præſentib. ibidẽ Reuerẽdo in Chriſto patre Dño Alberto Epiſcopo, ac Magnificis & Generoſis Nicolao Radziuilouic Palatino Vilneñ. & Cancellario, Gregorio Oſſczykouic Troceñ. & Marſchalco Curiæ, Alberto Gaſtold Poloceñ. Iohanne Zabrzezinski Nouogrodeñ. Palatinis. Andrea Douoynouic Succamerario, Georgio Hlinicz Capitaneo Brzeſteñ. Iohanne Sczytouic, Nicolao Iundylouic, & Iohanne Hlebouic Marſchalcis: Cœterisq́ꝫ Dignitarijs & Officialibus Curiæ noſtrę circa pręmiſſa teſtibus fidedignis ſyncere nobis & fidelib. noſtris dilectis. Datũ per manus præfati Magnifici Nicolai Radziuilouicz Palatini Vilneñ. & Magni Ducatus Cancellarij ſyncere nobis dilecti. Sigiſmund. Rex ſignificat.

Relatio eiuſdẽ Magnifici Nicolai Radziuilouic Palat. Vilñ. & Magni Ducatus Lithu. Cãcell.

Itẽ Bielſcen. Diſtrictꝰ Iuri Polõico ad (ſcribitᷣ. Lex iij.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad æternam rei memariã. SIG. AVGVST. Dei gratia Rex Polonię, Magnus Dux Lithuanię, Ruſsiæ, totiusq́ꝫ Pruſsiæ, Samogitiæ, Mazouię. &c. Dñs & hæres. Significamus tenore præſentiũ, quibus expedit uniuerſis præſentibus & futuris harũ noticiã habituris. Quia cum in hoc Conuentu generali ex clementia noſtra ſingulari ad petitiões ſupplicationesq́ꝫ uniuerſorũ Ordinũ, Magni huius Ducatus noſtri priuilegia omnia & ſingula a maioribus noſtris habita omniũ hominũ incolarũ eiuſdẽ approbauerimus, id quod ex Literis ſeu diplomate noſtro ſuper ijs per nos illis dato & cõceſſo uidere eſt. Tamẽ cum eſſet nobis ſpecialiter ſupplicatũ nomine uniuerſæ Nobilitatis Terræ Bielſceñ. & Territoriorũ eius per quoſdã e medio eorũ uidelicet Iohannẽ Myenski, & Martinũ Viſſenski Ialbrzyk, huc ad præſentẽ Conuentũ miſſos. Quia quãuis habeant Priuilegiũ ex conceſsiõe Sereniſs. olim ALExãdri Re-

gis Poloniæ,

gis Poloniæ, & Magni Ducis huius Ducatus noſtri Lithuanię patrui noſtri deſyderatiſsimi quibus illis permiſſum fuerat, ut cõſuetudinib. & Iure Polonico uterẽtur & gauderent, prout & hactenus uſi ſunt & gaudebant. Sed quia in eiuſmõi Priuilegio eſſent quædam, quæ a Iure, Legibus, & cõſuetudinibus Polonicis diſcrepãt & diuerſa ſunt. Quare ſummo ſtudio a nobis orauerũt, ut ſublatis exceptiõibus eiuſmõi omnibus, quę a Iure, Legibus, & cõſuetudinibus Iuris Polonici, quo ipſi ſic utuntur, diſcreparẽt, & diſcõuenirent, potius illis permitteremus, ut in uniuerſum, & ut dicitur totaliter, & plene cõſuetudinibus & Iuribus Polonicis uterẽtur ipſi & eorũ poſteri perpetuo. Quorũ nos ſupplicatiõibus clementer annuentes, & inhęreñ. maiorũ noſtrorũ Magnorum Ducum Lithuanię ueſtigijs, uolentesq́ eoſdẽ obligatiores & alacriores ad optime de nobis & Reipu. huius Magni Ducatus noſtri Lithuaniæ bene merendũ facere. Cum uniuerſo Senatu noſtro decernimus, ut deinceps ſemper perpetuis temporibus uniuerſa Nobilitas Incolæ Terræ Bielſceñ. & eius Territoriorũ ſeu Diſtrictuũ omniũ gaudeant & utantur Iuribus, Legibus, & cõſuetudinibus Polonicis, perinde atq́ Nobilitas Terræ ſeu Diſtrictus Drohiceñ. ex ſpeciali conceſsiõe maiorũ ſeu prædeceſſorũ noſtrorũ fœlicis memoriæ Magnorũ Ducum Lithuanię ex prærogatiuis ipſis datis, cõceſsis & legitime emanatis, quas & hic uolumus habere pro expreſsis, hactenus utitur & gaudet. Decerneñ. inſuper omnes alios quoſcũq́ abuſus iſthic cõtra Leges, Conſtitutiões, & Iura Polonica hactenus exiſteñ. & ſiue ex Priuilegijs aut cõſuetudine ſeu potius deſuetudine aliqua, aut improbitate etiã aliquorũ Officialiũ, aut cuiuſuis Magiſtratus, ſiue quacũq́ alia ratiõe exceptos, ſpecificatos uel reſeruatos, & introductos eſſe tollendos, & abrogañ. prout eoſdem & per præſentes tollimus & abrogamus perpetuo. Voleñq́ deinceps ſemper futuris perpetuis tẽporibus uniuerſos & ſingulos Dignitarios ſeu Officiales Terreſtres & Caſtreñ. & alios quoſuis præſentes & futuros iam cõſtitutos & in poſterũ conſtitueñ. nõ aliter ſe debere, nec poſſe gerere erga illorũ Territoriorũ incolas, quã ſecundũ præſcriptũ Iuriũ, Legum & Conſuetudinũ Polonicaliũ præſentiũ & futurorũ quibus Diſtrictus Drohiceñ. gaudet. Alioqui ſi q̇d in contrariũ fuerit in præmiſsis per quempiã hominũ attentatũ, id decernimus nullũ & inualidum, eiuſq́modi attentatores, pœnis ſeu mulctis in Iuribus Polonicis cõſtitutis & cõtentis, puniendos & mulctãdos ſemper perpetuo. In quorum omniũ fidem & teſtimoniũ pręmiſſorũ, Sigillũ noſtrum eſt appẽſum. Datũ Vilnæ in Conuentiõe generali die uigeſima tercia menſis Februarij. Anno dñi 1547. Præſentibus Reuerend. in Chriſto patribus & Magnificis dñis Strenuis ac Generoſis militibus. Paulo Vilneñ. Georgio Luceorieñ Venceſlao Medniceñ. Epiſcopis. Iohanne Hlebouic Palatino Vilneñ. Cancellarioq́ noſtro, & tenutario in Bobroysko & Boryſſovv, Gregorio Oſſczykouic Caſtellano Vilneñ. Tenutario Vpiteñ. Iohanne Iuriouic Duce Dubrouiceñ. Palatino Troceñ. Tenutario Mobilouieñ. Hieronymo Chodkieuicz Caſtellano Troceñ. Capitaneo Samogi-

tanco Samogitien. Nicolao Iohannis Radziuil Marſchalco Terreſtri Tenutario Szovvlen. Staniſlao Douoyno Polocen. Alexandro Chodkieuic Nouogroden. Staniſlao Petri Kiſzka de Cyechonouiecz Vitebliẽn. Palatinis. Andrea Sanguskouicz Duce de Koſſyr Capitan. Luceorien. Iuano Harnoſtay Marſchalco Curię, & Theſaurario Terreſtri Pręfecto Slonimeñ. Nicolao Georgij Radziuil pocillatore, Iohanne Iohannis Radziuil Structore menſæ, Staniſlao Nicolai Kyezgal Dapifero, Gregorio Chodkyeuicz Succamerario, Nicolao Petri Olechnouicz Gladifero, Nicolao Andruſſouicz Pręfecto equiſonũ noſtrorũ, Tenutario Ozenſi & Perelomeñ. Nicodemo Iohãnis a Cyechonouyecz Melniceñ. Nicolao Alberti Narbuth Kreueñ. & Moziren. Pręfectis, Marſchalcis alijsq; Officialibus, Dignitarijs, ac Conſiliarijs noſtris fidelibus nobis ſyncere dilectis.

SIMiliter Diſtrictus Mielniceñ. Regno Polonię incorporatus eſt. eius tamen Priuilegij copiam habere non potui.

ARTICVLVS III.

Lithuaniã a Mazouia Cõmiſſarij diſſi:

Sigiſm. Craco. 1510. Prouidentes difficultatibus & grauaminib. ſubditorũ (mitẽt. Lex I. noſtrorũ Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, quę occaſiõe granicierum inter eadẽ dominia & Mazouiã tum inter Magnũ Ducatũ & Regnum ſæpe cõtingunt, Volumus & decernimus, ut quotiens opus fuerit per nos Cõmiſſarij deputẽtur, & mittãtur noſtris expenſis prouidẽdi, ad faciendas eaſdẽ granicies & iniurias cõponendas, occaſiõe illarũ, hinc inde exortas, quatinus absq; querentiũ onere Iuſticia eis miniſtretur. 7.

DE EODEM.

Ex ſtatuto Mazou. Dietæ & Iudicia antiqua inter Ducatus Lithuaniæ, Pruſsiæ, & Mazouiæ, in locis ſolitis pro omnibus iniuriis & violentiis ſubditorũ ex vtraq; parte fieri debent de cœtero, & innouari, iuxta antiquã conſuetudinẽ & Proceſſus Terreſtres. 136

CAPITVLVM II.

De Ducatu ac Terris Ruſsiæ.

PRÆFATIO. Et vetuſtis Polonorũ annalibus & linguæ ſimilitudine docemur, Lechi a quo Poloni, & Czechi a quo Bohemi ducũt originẽ, fratres fuiſſe Ruſsũ a quo Ruſsia, & Pruſsũ a quo Pruſsia ſunt appellatæ. Tametſi ergo vtraq; Prouincia, partĩ ſtirpe propriorũ Ducum deficiente, partim eorum poſteris Iure belli ſubactis, ad corpus Regni Pol. pertineat: Ipſa tamẽ Ruſsia nõ minus cum VVLAD. IAgellone & ALExandro Vitovvdo vltimis fere Ducibus Lithuaniæ atq; ſuis ſpõtanea ad Regnũ acceſsione, Regum Poloniæ hęreditaria, ac propria eſſe videtur. Atq; ob id ita præ cœteris Ciuitatẽ Polonã accepit, eiq; coaluit, & eſt VNIta, vt magis nomine, quã re ipſa a Polonis in cõmunicatione Ciuitatis, & vſu Iuris diſtinguatur. Qua de re Conſtitutiões Regni ex illorũ conſenſu confectæ videantur. Nam linguã, ſcripturam, ac religionẽ ad Archetypum Græcorũ adhuc retinent, cum noſtri Maiores, hæc Aboriginũ cõmunium munimenta hæreditaria deſerentes, Latinos potius in his omnibus ſunt ſecuti. Noſtræ aũt & Ruthenicæ gentis ad Chriſtum conuerſio fere in ea tempora incidit, quibus vniuerſalis Eccleſia quatuor orbis Terrarũ partibus definita, ob Calicem ſacrati cruoris, &

vxorem Sacerdotis (quæ duo Græci ſecundũ præceptum Domini & Apoſtoli etiãnum retinent) temeritate patriarcharũ, eſt, proh dolor, diuulſa, atque pernicioſiſsimo exemplo diuiſa.

ARTICVLVS I.

Ruſsia vno Iure cum R. Pol. gaudeat.

52. Item pollicemur, Quod omnes Terras noſtras Regni Polonię (Lex I. etiam Terrã Ruſsiæ includendo (ſaluis tamẽ auenæ cõtributiõibus, de quibus nobis ad tempora uitę noſtræ ſola Ruſsia reſpondedit) ad unũ Ius, & unam Legẽ cõmunem omnibus Terris reducemus, reducimusq; adunamus, & unimus, tenore præſentium mediante.

Ex Priuilegio Vladiſl. Iagell. Iedln.

Ruſsia omnib. Reg. libertatib⁹ fruatur.

7. Ad ſupplicationẽ Terrarũ Ruſsiæ uolumus, & decernimus, (Lex ij. ut de omnibus fugitiuis Statutũ Regis Alberti obſeruet: & quod Nobilitas illarũ Terrarũ ſicut in alijs Terris Regni a ſolutione teloneorũ, & foralium ſit libera, atq; exẽpta, & in alijs eadem gaudeat libertate.

Sigiſm. Craco. 1507. Confirmatur statut. Alberti Regis de fugitiuis in Ruſsiam & de exemptione Nobilitatis eiuſdẽ Terræ a ſolutiõe teloneorũ & foralium.

Alia ergo omnia Statuta Regni Incolis ſeruientia, Ruſsiæ quoq; municipibus ſeruiunt, quæ ſuis locis in hoc Libro uideantur.

Nuſquã, niſi in Ruſsia pixides deferã-(tur. Lex iij.

27. Nemo deinceps tempore pacis, ſiue eques, ſiue pedes, pixides breues, quas Rucznicze uocãt, deferre audeat: ab hac tamẽ Conſtitutiõe Terras Ruſsiæ liberas eſſe uolumus, quæ parata arma contra inſultus hoſtium hábere ſemper ſolent, & debent.

Sigiſmundus. Idem lib. 6. de re Militari.

Terra Belzen. Regno adſcribitur. L. 4.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei memoriam. Quoniã acta mundi auida ſubito detergeret obliuio, niſi ea Literarũ ſoliditas, & teſtium adnotatio memoriæ cõmendaret æuiternæ. Proinde Nos KAZimirus Dei gratia Rex Poloniæ, necnõ Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ. Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq; necnõ Culmeñ. Elbingeñ. Kinigſzbergeñ. & Pomeranię hęres & Dñs. Significamus tenore præſentiũ quibus expedit, uniuerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, harũ noticiam habituris. Quomodo recenſentes, & in animis reuoluentes, quãta puritatis affectione & fidei integrę cõſtantia, Barones, Milites, Nobiles, Terrigenæ, et Proceres Terræ Belzeñ. ſyncere, grate, et fideles noſtri dilecti Perſonam & Regnũ Maieſtatis noſtræ uenerati ſunt, ad nos tanq; Dñm naturalẽ hæredem, uerum & legitimũ ac indubitatũ ſucceſſorẽ ſuũ, & ad Coronã Regni noſtri Poloniæ, a qua tranſactis temporibus exciderant, uiceuerſa redierunt, & acceſſerũt: ſeq; Regno & Coronę tanquam pars ſuo toto inuiſcerauerũt, uniuerunt, incorporauerũt, & appropriauerunt.

uerunt. Quæ quidẽ Terra Belzeñ. iuſto titulo Iure legitimo hereditario & ſuccedaneo, Nos & nullũ alium cõtingebat atq; cõtingit, & concernit: Horũ itaq; Terrigenarũ Belzeñ. fidelitatis cõſtantia, zelo dilectiõis, maturitate conſilij, & ſagaci prouidentia, Regali conſideratiõe merito digeſtis & reuolutis ac debite penſatis, & intuentes ad eorum ſtatũ, honorem, cõmodum, ſalubreq; profectum, pio & ſyncero mentis affectu:

Terra Belzen. Reg. & in protectionẽ Regis adſcribitur.

Queadmodũ ex aſſũptę dignitatis noſtrę debito tenemur, & ꝓ officio ſolicite aſpirantes, ipſos in noſtrã & ſucceſſorũ noſtrorũ manutuitionẽ & protectionẽ Reg. & Coronę reaſſumpſimus, incorporauimus, appropriauimus, & uniuimꝰ, tenoreq; pręſentiũ reaſſumimus, incorporamꝰ, annectimus, appropriamus & unimus perpetuo & in æuũ. Promitteñ ipſos & eorũ quẽlibet in omnib. ipſorũ Iurib. libertatibus, emunitatib. gratijs, pręrogatiuis, dignitatibus, honoribus, & officijs tenere & obſeruare. Inprimis itaq; pro prædicta eorũ fideli & iuſta adhæſiõe & ſubiectione Iure defendere, agere, manutueri, & eos euincere, cõtra quãcũq; perſonam cuiuſcũq; Dignitatis Imperialis, Regalis, aut Ducalis fuerit, aut cuiuſcũq; ſtatus, conditiõis, & pręeminentiæ extiterit, dum per quempiã uexarẽtur, ſeu impeterent, quo modo pro ipſorũ huiuſmodi adhæſione, ſimiliter ab inſultibus uiolentijs bellis & alijs moleſtijs quibuſlibet protegere, defenſare, tueri, & realiter ac effectiue opponere, intercedere, & liberare.

Rex Villas Terræ Belzen. ne alienet.

ITEM Terrã noſtram Belzeñ. cum ipſius Diſtrictibus LVBAcouieñ. LOPaczyeñ. SCHEvvlozieñ. GRAbouiceñ. & HRODleñ. ſaluam & integrã, prout fuit & in hactenus eſt cõſeruata ſuis limitibus, metis & terminis dudũ tentis, obſeruabimus, tenereq; & obſeruare uolumus, nullos Diſtrictus aut Villas ab eadẽ remoueñ. alienañ. ſeu diminueñ.

Iura Incolis Terræ Belz. confirmantur.

Item omnibus perſonis tam Eccleſiaſticis quã Sęcularibus Ciuitatũ & Oppidanis Priuilegia ipſorũ per anteceſſores noſtros Reges & Duces data & cõceſſa iuſta legitima & ſufficientia rite & rationabiliter emanata, ac in nulla ſui parte uiciata ſeu ſuſpecta confirmamus, ratificamus, & approbamus per præſentes. Vbi uero aliquibꝰ perſonis forent per uoraginẽ ignis abſumpta, ſeu caſu infortunij amiſſa, & de hoc perſufficiens teſtimoniũ probatũ fuerit præmiſſa innouare, atq; dare uolumus, & ſpondemus.

Terra Belzen. ne cuiquam obligetur.

ITem ex quo ex obligatiõe & Inſcriptiõe pecuniarũ Capitaneis in aliqua Terra inſcriptarũ ſæpius Indigenæ eiuſdẽ Terræ uarijs grauant modis, oppreſsiõibusq; & moleſtijs afficiũtur: pollicemur, quod pręfatã Terrã Belzeñ. in pecunijs nullipiã obligabimus, aut inſcribemus ullo unq; tẽpore. Quod ſi per obliuionem aut aliũ caſum quemcũq; nos inſcribere cõtingeret, talẽ inſcriptionẽ præſentibus extunc prout extũc caſſamus, annullamus, ac nullius roboris eſſe & fieri decernimus per præſentes.

Capitaneus Belzen Ciuis ſit.

ITem nullũ extraneum cuiuſcũq; cõditionis exiſtat, in Capitaneũ Terræ Belzeñ. præficere, & præferre debebimus, niſi Terrigenã eiuſdẽ Terræ poſſeſsionatũ.

Dignitates conſeruantur.

Itẽ uolumus omnimode Dignitates, honores, officia, in Terra Belzeñ. conſiſtentes, & cõſiſtentia æquo modo circa Iura & Conſuetudines ipſorum, quæ & quas temporibus prædeceſſorũ noſtrorũ Regum & etiã Ducum obtinebant cõſeruare in eodẽ numero & permanere. Quas q-

dem Dignitates & officia dum uacare cōtigerit, nulli extraneo niſi Indigenæ bene cōſeruato illius Terræ, in qua Dignitas aut officium uacauerit dabimus, & conferemus. Item quod nulli Terrigenæ de Terra Belzeñ. & ipſius Diſtrictibus ad alias Terras ſeu Diſtrictus euocentur, ſed penitus iuxta conſuetudinē aliarū Terrarū Regni noſtri Iuribus ipſorū, & libertatibus utant̄, & gaudeant. Item Conuentiōes, Colloqa generalia, Termini particulares, & Iudicia iuxta ritū & conſuetudinē in talibus dudū tentam & obſeruatā in Terra præfata. Quemadmodū in alijs Terris Regni noſtri debent habere progreſſum & proceſsum. Item nullus Terrigena poſſeſsionatus per nos aut Capitaneos noſtros niſi Iure cōuictus captiuetur, iuxta Priuilegia aliarū Regni noſtri Terrarum & cōſuetudines. Item omnes & ſinguli Kmetones Spiritualium & Seculariū perſonarū in dicta Terra conſiſtentiū de q̄libet laneo poſſeſſo pro feſto Sancti Martini ſingulis annis exactionē alias podymne per duos groſſos monetæ & numeri cōmuniter in Regno curreñ. nobis & ſucceſſoribus noſtris dabūt, & exoluent more Terræ Leopolieñ. & aliarum Regni noſtri Terrarū. alias aūt Collectas & exactiōes in Regno noſtro inſolitas & incōſuetas, Etiā ſi tempore Ducum huiuſmodi fuiſſent in frumētis, bladis, aut auena, uel pecunijs exactæ, uel ſolutæ, de noſtra Regia benignitate caſſamus & annullamus. Item cuilibet Terrigenæ noſtro limites & granicies cū bonis noſtris Regalibus habere petenti dare tenebimur, ipſas a ſignis metalibus & ſcopulis cōſuetis diſtīgueñ. uolumus iuxta modū aliarū Terrarū in Regno obſeruatū. Item quandocūq; Terra noſtra Leopolieñ ad bellicā expeditionē ſe mouerit, aut neceſsitate incumbente eundē procurauerit, Præfata etiā Terra noſtra Belzeñ. ſeu Nobiles & Terrigenæ eiuſdē cum ipſis Leopolienſibus quotieſcūq; fuerit neceſſe tenebunt̄ & debebūt ac omnino ſunt obligati pariter & aſtricti proficiſci, bellicoſe, & tranſire, & nō alias, eo tamē Iure & modo quo Terra Leopolieñ. ad expeditiōes ſe mouere conſueuit, & ſolita eſt. Animaduertendū aūt pręfatos Nobiles Terrigenas & Proceres ad nos tanq; ad Dñm & hæredem ipſorū legitimū affectum habere ſpecialem, horū prætextu, uolentes ipſos fauore noſtro ſpeciali proſequi & eorū Kmetones quoſlibet præfatā Terram Belzeñ. inhabitañ. ab omnibus & ſingulis exactiōibus, angarijs, præangarijs, Caſtrorū ædificijs, & pontiū laboribus, & reparatiōibus eximimus, abſoluimus, ac liberos & abſolutos facimus perpetue. Secundū morem aliarum Regni noſtri Terrarum, Preterea generaliter & ſingulariter omnes alios articulos libertates & Iura alijs Terris Regni noſtri data & conceſſa, & præſertim Terræ noſtræ Leopolieñ. ſi quæ hic omiſſa forent, pro inſertis habere uolumus, & habemus. Eademq; extendimus & referrimus ad Terram Belzeñ. In cuius rei teſtimoniū Sigillū noſtrum præſentibus eſt appēſum. Actum in Brzeſczye feria tercia feſtorū ſolennis Paſchæ. Anno dñi 1462. Pręſentibus Reuerendo patre Dño Iohanne de Brzezye Iuris utriuſq; Doctoris Electo Eccleſiæ Cracou. & Regni Pol. Vicecācell. necnō Magnificis et Generoſis Petro de Opporovv Lancicieñ. Nicolao

de Koſczyelec Brzeſteñ. Palatinis. Iacobo de Dambno Regni Pol. Vicetheſaurar. Nicolao de Borzyſſouicze Zauichoſteñ. Shigneo Bank de Gora Malogoſtieñ. Caſtellanis. Nicolao Spoth de Vola Sandomirieñ. Ianuſsio Koluczski Iuniuvlad. Vexilliferis. Iohanne de Oſtrorog Iuris Doctore, Nicolao de Brudzyeuo Subpincernæ Caliſsieñ. & Capitaneo Breſteñ. Iaroſlao Brzozoglouy Subiudice Iuniuvladiſl. Staniſlao Marſchalkouicz de Brzezye & Iohanne Szynouiec de Zandouicze Curienſibus noſtris & alijs pluribus fide dignis teſtibus ad præmiſſa. Datum per manus eiuſdē Reuerendiſs. patris dñi Iohannis de Brzezye Electi Eccleſiæ Cracou. Regni Pol. Viceca̅cell. ſyncere nobis dilecti.

Ad Relationē eiuſdē Reuerendiſs. patris dñi Iohãnis de Brzezye Iuris utriusq; Doctoris Electi Eccleſię Crac. R. P. Vicecãcel.

CAPITVLVM III.

De Terris & Ducatu Pruſsiæ.

PRÆFATIO. Quamq; vero Pruſſum (a quo Pruſsiã dici legimus) Lechi authoris noſtræ gentis fratrem fuiſſe, & eas Prouincias ita inter ſeſe diuiſiſſe, nihil dubitemus: nõ minore tamē argumento Pruſsiã Iuris Polonici ſemper extitiſſe, inde apparet: quod longe poſt Lechi & poſt Gracci familiã extinctam, Interregnũq; Palatinorum, Lesko tercius Dux & Monarcha Poloniæ, ante Pyaſti etiã tempora viginti & vni filiis ſuis Terras maritimas, nempe Rugiam, Caſſubiam, Pomeraniã, Holſatiam, Sgorzelitiã, iam Brandeburgum. Myedzybozen quæ nunc eſt Meindeburgum, Lymam nunc Lymburgum, Bukouyecz alias Lubecum, Lukovv nunc Meckelburgum & Pruſsiã eſt partibus. Quod quidem & alii omnes Reges Polonorũ, & ſæpe, & libere fecerũt, vsq; ad tempus, quo Marianis Militibus ex Hiſpaniis pulſis Ius vtendæ illius Prouinciæ dederunt, vt fideliter cõtra infideles eis ſuppetias ferrent. Tametſi aũt cœlum & ſolum illi boni Cruciferi verterint, ingenium tamē & fidem mutare nõ poterant: namq; pro hoſtibus hoſpites, pro externis dominos ſuos omni genere doli atq; fraudis impetere nõ deſierunt: quoad Reges Poloniæ perfidioſum illud genus militum, cum ſecus nulla ratione reuocari ad officium ſuperbi, in fideq; cõſtabiliri perfidi potuerunt (vt Hercules Anteũ) multis cladibus attritos, ferro tandē ſuſtulerunt, & Ius ſuum antiquũ ac hæreditarium in Pruſsia, abolita nefaria religione, recuperarũt. Et tamen ne D. Sigiſm. non æque pius parcēdo ſubiectis, ac fortis debellando ſuperbos videretur ex cõditionibus pacis ſponte ſua partē ipſius Prouinciæ, Illuſtri Principi, ac fortiſsimo viro domino Alberto Marchioni Brandeburgeñ. ex ſorore nepoti ſuo, in feudũ conceſsit: ſimulq; pro infœlicis religiõis titulis, Ducis titulo eundē fœliciter inſignuit. Et quoniã feudũ ſeu beneficiariũ fundum certis cũ ſolennitatibus conferri paulo ante dixi, & ſolere dari vidimus: ea quæ de hoc genere cæremoniarũ in Cõmentariis Cancellariæ Regiæ tradita reperi, huc, vti arbitror non intempeſtiue, adiicienda eſſe putaui.

Mos præſtandi Omagij Regi Polon.

Cum aliquis Princeps Regi præſtiturus eſt Omagia, Rex Coronatus in Solio ſuæ Maieſtatis reſidere, & ad latus ſuum habere Prælatos, & Barones, Conſilij Regni ſui debet. ad quē Princeps præſtiturus Omagia cũ ſuis Baronibus & Omagilibus, & Vaſallis, Banderium habens in manibus

in manibus ad ſedem Solij Regalis uenire & procedere dedet eques. Et deſcendens iuxta ſolium ex equo ſuo, atq; cum reuerentia ad Regem, Coronãq; Senatus eius accedendo, iſta uerba in hunc modũ proferre, uel ſaltem in hanc ſentenciã dicere tenetur. SERENISS. Rex. Ego Serenitati ueſtræ Omagiũ facio & præſto cum omnibus Terris & hominibus noſtris, & peto tuitionẽ Serenitatis ueſtræ, & circa Iura, & in Iure meo Ducali, & Dignitatibus cõſeruari. Poſt hęc aũt ſic tacto ſigno Crucis iurare aſtringitur, CLEMENTISS. REX. Ego Omagium præſto & promitto ſine dolo & fraude V. S. & Coronæ Regni Polonię cum omnibus Terris & hominibus noſtris fidelitatẽ, & eſſe fidelis &c. ſic me Deus adiuuet, & hęc ſancta Chriſti Crux. Quo facto, Rex ipſum accipere in ſuã tuitionem, & iſta uerba ad præſtantẽ Omagium dicere, debet. Nos accipimus te in noſtrã protectionẽ, & circa omnes Dignitates, & circa omnia Iura Ducatus tui tanq; Principẽ noſtrũ relinquimus, ac poſt ea, oſculetur eum & recipiat Rex de manibus Prĩcipis Banderium, & illud frangatur, & proiciatur extra ſedem. Omnes aũt Vaſalli & Omagiales Principis Omagia facientes, debent etiã poſt eum tranſire, uſq; ad ſedem Solij Regalis, portantes ſinguli in manibus uexilla parua, ſeu minora. Et eadẽ etiã Iuramento pręſtito poſt uexillũ Principis proiectũ ad terram proicere debent. Itaq; Banderiũ Principis præcedere, Vaſallorũ uero ſequi ipſum debet. Poſt hoc aũt Rex debet recipere a Prĩcipe recognitionẽ facti Omagij literalẽ ſub Sigillo Ducali.

Pax & cõcordia, inter Vvladiſlaũ, Regem Pol. & Conradũ de Iungingẽ, Magiſtrum Pruſsiæ, ratione finium regundorum. Lex I.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIduæ
132 Trinitatis, Amen. Frater Conradus, de Iungingen, Magiſter generalis Ordinis Beatę Marię, hoſpitalis Ieroſolimitañ: de domo theutonica: Vniuerſis præſentibus & futuris, pręſentiũ noticiã habituris, Salutem, & rei geſtæ ad perpetuã memoriã cognoſcere ueritatẽ. Cum auctor pacis, ad unitatis & pacis ſpiritũ, ſuis rigoroſis mandatis quottidie nos inuitet. ¶ Dignũ arbitramur, ut inueteratę diſplicẽtię, guerrę, & offenſæ, cõtra Sereniſs. Principẽ, & Dñm dñm Vvladiſlaũ Regem Pol. ſupremũ Ducem Lithuaniæ, & hæredẽ Ruſsiæ: ſuoſq; progenitores, quo ad Terras Lithuanię, & Ruſsiæ, per nos noſtrũ quoq; Ordinẽ, intuitu orthodoxæ fidei, diutius exagitatę, in pacem perpetuã, remiſsionẽ, & concordiam cõmittentur. ¶ Hinc eſt, quod nos de expreſſo conſenſu cõpręceptorũ noſtrorũ, cum dicto Sereniſs. dño Vvladiſlao, anno, die, & loco, infraſcriptis. Certũ terminũ placitorũ cõcorditer, celebrauimus: ſuper pace inter nos & Terras Ordinis noſtri ex una: & ſupra dictũ dñm Regem, & Terras ſuas, uidelicet, Lithuaniã & Ruſsiã, parte ab altera: facienda perpetuo & firmãda, uarijs pręmiſsis tractatibus, tandẽ (ut ſequit̃) cõcordauimus in hunc modũ. ¶ Inprimis promiſimus, & pręſentibus bo-

Magiſter ordinis de conſenſu cõprœceptorũ ſuorũ iniit cõcordiam cum Rege Polonæ pro die & tẽpore hic expreſſis.

Magiſter Ordinis promittit ſeruare perpetuam pacẽ cum Rege Pol. & ſuis ſucceſſorib. Chriſti fidelib.

Magiſter Ordinis nõ debet cũ aliquo inire ligam contra Regem Pol. & ſuos ſucceſſores catholicos in Terris Lithuan. & Ruſſię. iniuriæ & rancores etiã dimittuntur.

Limites & termini inter Terras ordinis teuthonici & Terras Rußiæ & Lithuaniæ diſtinguuntur modo hic contento.

ſentibus bona fide promittimus, quod ex nũc & in antea tenebimus pacem inuiolabilẽ, & concordiã cum ſupra dicto Magnifico dño Vuladiſlao Rege Poloniæ, ſuis catholicis hęredibus, & ſucceſſoribus, ac Prælatis & Eccleſijs, omnibus quoq; Terris ſuis per Lithuaniã & Ruſsiã Terrarũq; Incolis perpetuis tẽporibus obſeruare. ❡ Nec unq; uolumus, & debebimus, aliquã ligam inire, aut facere, cõtra dictum Vuladiſlaum, ſuos quoq; Catholicos ſucceſſores Terrarũ Lithuaniæ, & Ruſſię, cum dominijs, aut alijs hominibus, & rancore quolibet poſtpoſito: Omnes & ſingulas iniurias nobis, & noſtris per ſe, uel per alios quomodolibet illatas, remittimus, penitus & offenſas. ❡ Inſuper Limites, & terminos inter noſtros, & dicti dñi Regis Terras: uidelicet, Lithuaniæ & Ruſsiæ, diſtingui fecimus, & modis diſtinguimus infraſcriptis. Inprimis incipiendo in quadã Inſula Savvin, dicta uulgariter, ſita, in fluuio dicto Memla, habente in ſe Inſulã Romeyvveider. Quæ quidẽ Inſula tota apud Ordinẽ permanebit tẽporibus affuturis: ab hinc directe progredieñ. ad fluuiũ dictum Norveſſe, in decliuio ſeu uillę cõtinuæ, ſub ſylua dicta Heyligenualth: Ab hinc dictum fluuium ſequendo in medijs fluctibus, usq; ad Vyſvilten, aſcendendo ab hinc linealiter & directe eundo ad quendã lapidem magnũ dictũ Roda, iacentẽ in fluuio dicto A. & Roda uulgariter nũcupatum, ab iſto lapide, aſcendẽdo ſup ſtagnum dictum Sinarden: ab hinc directe eundo, usq; ad uiã uulgarit nuncupatã, Der Brengeliſcheyveg. ab hĩc directe usq; in Nouenrithen, ab hinc linealiter procedẽdo uerſus finẽ, ſeu aciẽ mericę, dictę uulgarit Heyde, ad locũ, ubi fons oritur: a dicto fontis ortu procedendo, per directũ in ſolitudinẽ quandã, cõmuniter Viltniſſe dictã: ubi fluuius Egloſſe, ortum habet, ab hinc directe eundo, per mediũ dictę ſolitudinis, usq; ad terminos & gades illorũ, de Ploſchkovv: & hij omnes termini ſiti, ſunt uerſus Liuoniã, Aſcendendo uero uerſus Pruſsiã, termini ſubſcripti, per dictum Ordinẽ perpetuo, ſine quolibet contradictiõis obſtaculo, habebũtur: Incipiẽdo a ſupra dicta Inſula Savvin, in directũ procedendo, usq; ad fluuiũ dictum Suppe, ab hinc procedendo ad locũ ortus ſui, ab hĩc progrediẽdo usq; ad fluuiũ, qui effluit a lacu dicto Mothenſehe, & dicitur cõmuniter Methenſly, ab hinc per deſcenſum fluuij, usq; in fluuiũ dictum Beber, deinde dictũ fluuiũ ſequendo usq; ad miliares prope fluuiũ, qui Nare dicitur, & ab hinc directe eundo, usq; in dictum fluuiũ Nare.

Renunciat Magiſter & Ordo alijs terminis & omnibus bonis ad Nouohrod pertinentibus.

❡ Cœterũ pro nobis noſtro Ordine, omnibus noſtris ſucceſſoribus, renunciamus omni impetitione & Iure, quæ in prædictis dñi Regis Vuladiſlai Terris, uidelicet Lithuaniæ & Ruſsiæ ſitis terminos ſuperius expreſſos uerſus dictas Terras, habuimus, uel habere uidebamur: inſuper Terrę & dominia, de magno Nouohroden, qualitercũq; ſiue per nos: noſtrũ Ordinẽ: aut per ſupra dictũ Sereniſs. dñm Vyladiſlaum, aut per ſuos coniunctim, & diuiſim acqueſitæ fuerint: uel alias qualitercũq; ad noſtrũ Ordinẽ deuenerint, eaſdem ac eadẽ dictus dñs Rex obtinebit: nec unquã bona fide quominus eaſdẽ detineat impediemus. ❡ Præterea uolumus quod hoĩes ſępe dicti dñi Regis, & ſuorũ

ſucceſſorũ

ſucceſſorũ in Terris Lithuaniæ & Ruſsiæ cõſtituti, in omnibus Terris Ordinis, mercari & negotiari libere ualeãt: absq; teloneis, aliisq; exactionib. q̊s etiã defendẽ tenebimur, ſicuti noſtros, ſaluis tamẽ teloneis ab olĩ inſtitutis, ac quibuſlibet edictis noſtris ęditis, & ędendis in Terris Ordinis quibus noſtri artantur, & dicti dñi Regis, ſuorũq; ſucceſſorũ homines per Lithuaniã, & Ruſsiã ſunt artati. ℭ Item ordine noſtro in expeditiõe cõmuni cum pręnominato dño Rege, & ſuis ſucceſſoribus: & ipſorũ hominibus per Ruſsiã & Lithuaniã, exiſtente, quotquot ipſi captiuauerint, ſuos habeant ut captiuos. ℭ Exceſſus quoq; per dicti domini Regis: ſuorũq; ſucceſſorũ homines in prędictis Terris, qualitercumq; cõmiſſos, Capitaneus exercitus eorundem: eoſdem libere iudicabit. ℭ Exceſſus uero cõmunes per utriusq; exercitus homines cõmiſſos, Capitanei utriusq; exercitus, ſimul & communiter iudicabunt. ℭ Nullos inſuper armigeros, dños, milites, uaſallos, uel alterius cuiuſcumq; generis homines, etiã ſi Chriſtifideles fuerint: in damnũ ſeu prę-iudiciũ, dicti Magnifici dñi Vvladiſlai, aut ſuorũ unq; per Terras noſtras, ſcienter ire permittemus: ſed impediemus & prohibebimus iuxta poſſe. ℭ Deniq; omnes proſcriptos, ſeu bannitos, de ſupra dictis Terris, præfati dñi Regis nõ recipiemus ad Terras noſtras: maxime qui in ſui uindictã, homicidia uel incendia, eiuſdẽ dñi Regis uel ſuorũ ſucceſſorum, hominibus in pręmiſsis Terris Lithuanię cõminantur, & Ruſſiæ. ℭ Præterea per Terras dicti dñi Regis, ſuorũq; ſucceſſorũ Catholicorũ, uidelicet Lithuanię & Ruſsię, cõtra quoſcũq; nũq; traducemus exercitum, aut traducere per quemcũq; faciemus, niſi expreſſe fuerit de uoluntate dicti dñi Regis, ſuorũq; ſucceſſorũ: qua obtenta damnũ nequaq; ipſis, ac ipſorũ hominibus inferremus. ℭ Prętereа promittim9, quod nullos fratres, & conſanguineos ipſius domini Regis fugitiuos, ſeu alios quoſcũq; erroneos, per quos dñs Rex & Regnũ Pol. ac Terrę Lithuanię & Ruſsię poſſent moleſtari, durãte pace, debebimus ad Terras noſtras recipere uel fouere. ℭ Omnia uero ſingula pręmiſſa, in articulis pręmiſsis, & eorũ quolibet cõtenta, bona fide promittimus, pro nobis totoq; ordine noſtro, firmiter ac inuiolabiliter obſeruare: nec unquã cõtraueniemus, aut cõtraueniẽ. procurabimus per quoſcũq;, arte, ratiõe, ingenio, de Iure uel de facto: cõſilio, uel auxilio, publice uel occulte. ℭ In quorũ omniũ euidens teſtimoniũ, & fidem, de & ſuper omnibus pręmiſsis, pręſentes literas noſtri maioris Sigilli, munimine mãdauimus cõmuniri. Datum in fluuio dicto Viſla, prope Caſtrum Racyanſz diocesis Vvladiſlau. feria quinta proxima ante feſtum S. Trinitatis. Anno dñi M. CCCC. iiij. Harum rerũ teſtes ſunt, Reuerẽdi in Chriſto patres & Dñi, dominus Arnoldus Epiſcopus Culmeñ & dominus Iohannes Epiſcopus Pomezanieñ, ac honorabiles & Religioſi uiri fratres Ordo & commendatores.

Priuilegiũ pacis & cõcordiæ p Vvladi
ſlaũ Iagellõis, tũc Pol, & poſtea Hũga:

Homines de Ruſsia et Lithuania libere mercari poſſunt, absq; teloneis in Terris Magiſtri Ordinis.

Ordo quandocũq; cũ Rege Pol. pro tẽpore exiſtenti in communi expeditione fuerit, quoſcũq; captiuauerit pro ſuis habebit.

Exceſſus per homines Regis qualitercũque perpetratos Capitan. exercitus iudicabit.

Exceſsus per homines hinc inde cõmuniter cõmiſsi per Capitan. utriuſq; exercitus iudicandi.

Armigeri milites, uaſalli & alias quicũque homo in damnũ Regũ, nõ permittentur tranſire per Terras Ordinis.

De Reg. Pol. banniti per Magiſtrũ in ſuis terris ne foueantur.

Per Terras Ruſsiæ & Lithuan. catholicorũ Magiſter Ordinis nõ traducet exercitũ cõtra quęcumq; abſque cõſenſu Regio

ſanguine iuncti Regi fugiẽtes ad terras Ordinis per quos Regnũ poſſet moleſtari non debent ab ordine ſuſcipi & foueri.

Magiſter Ordinis pro ſe & pro toto ordine promittit omnia ſupra dicta ſeruare.

Muniuntur literæ maiori Sigillo Magiſtri Ordinis.

triæ Regē in Brzeſcye Cuiauiæ factæ, cum Paulo de Ruſdorff Magiſtro Pruſsiæ, quæ facta erat Anno dñi. 14?6. Præſentibus Magno Duce Lithuaniæ Sigiſm. eiuſcꝫ filio Michaele. Item Ducibus Stolpenſi & Mazouiæ, & uniuerſis de Regno, & de Magno Ducatu Lithuan. Prælatis, Baronib. & Cōſiliarijs, in fine Priuilegij ſubſcriptis, quod ſic ſequit. Lex ij.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuā rei memoriam: Cōuenit actus hominū, qui uetuſtate cadunt, & ſucceſſu temporis in obliuionē uertunt, ſolidis ſcripturarū & teſtiū fundamētis cō/mendare, in quorū cuſtodia nullis marceſcūt tēporibus, ſed ſemper iugis phennatiōe memoriꝫ incōmutabiles ſeruant. Proīde nos VVLAdiſlaus Dei gratia Rex Poloniꝫ, necnō Terrarū Cracouiꝫ, Sandomiriꝫ, Siradiꝫ, Lanciciꝫ, Cuiauiꝫ, Lithuaniꝫ Princeps ſupremus: Pomeraniꝫ, Ruſsiꝫ. &c. SIgnificamus tenore præſentiū, quibus expedit uniuerſis præſentibus & futuris noticiā præſentiū habituris: Quomodo cū diuini diſpenſatiōe cōſilij, huius Regni recepimus gubernacula, ad hoc q̄cꝫ tantū in Terris obtinuimus principatū, ut propenſiori cura, & uigilantia noſtra, ſemper ſtudia extēdamus, per quꝫ pacis deſyderāda trāquillitas inter Chriſtifideles: ex quorū diſcordia: nō ſolum Terrarū & Vrbium: ſed Prouinciarū atcꝫ Regnorū reſultāt excidia, prout in pleriſcꝫ lugenda atcꝫ calamitoſa exempla mortalibus exhibēt argumenta. procurari queāt & procurata auctore pacis, de throno ſuæ ineffabilis Maieſtatis, atcꝫ potentiæ concludi, & medijs ſalutaribus ſtabiliri ac extolli 134

Pax qua nihil precioſius eſt, cōmendatur foelicibus incrementis. ℂ Et attendeñ. quod nō niſi in pace pacis opifex Deus perfecte coli ualeat: & ea nihil in mūdo exoptari poſsit preciosius, aut deſyderabilius cōcupiſci. Hinc eſt quod nos nō abſcꝫ interna cōpaſsione: & graui cordis amaritudine recēſentes, quot & quāta mala ex guerris & diſſenſiōibus procedāt: quotcꝫ ex contentiōib. & bellis, ſi ea mortales agant, odia hominū: nō ſine etiā animarū & ꝫternæ ſalutis diſpendijs, ac excidijs Ciuitatū Prouinciarūcꝫ, & Terrarū ac in illis degentiū interitus ſubſequant. Diuinus deperit cultus, & ſanguinis effuſio oritur. Cūcꝫ taliū diſcordiæ atcꝫ bella: non ſolū ſe ſuoſcꝫ, ſed etiam alios plurimos tractura ſunt, ueriſimiliter in precipicium & ruinam.

Charitatis commendatio. ℂ Propterea ſupremis affectibus exoptātes, ut nō creſcant iurgia, ſed iuxta magiſtrā bonorū omniū charitatem, quæ nihil ſapit extraneū, nil aſperum, nil cōfuſum, immo propria uirtute nutrit concordiā, diſſociatos iungit, pacē & unitatem cōſolidat. Ad laudē & gloriā omnipotētis Dei, & Beatꝫ Mariꝫ Virginis Glorioſꝫ, totiuſcꝫ Ierarchiꝫ cœleſtis, propagatiōe fidei, cultum iuſticiꝫ, & religiōis Chriſtianæ ſalutiferū incrementum, a guerris deflendis, excidijs, diſplicētijs, odijs, rancoribus, et offenſis, Inter nos Vuladiſlaū Regē Pol. &c. Sigiſm. Magnū Ducem Lithuaniæ &c. predictos, & Inclitū Kazimirū germanū noſtrū Semouitū Kazimirū, Vuladiſlaū, Boleſlaū, Mazouiꝫ ac Boguſlaū Stolpeñ. & Pomeraniæ Duces, Regum Pol. Terraſcꝫ noſtras Magni Ducatus Lithuaniꝫ, Ruſsiꝫ,

uaniæ, Ruſsiæ, Mazouiæ, Stolpeñ. et Voyeuodã Moldauiæ et alia dominia nobis ſubiecta ex una: & Magnificũ ac Religioſum dñm Paulũ de Ruſzdorff Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorũ Ieroſolimitani, & Ordinem ſuũ ac Terras eiuſdẽ Ordinis, Pruſsiæ, Almaniæ, Liuoniæ, & alias omnes ei ſubiectas parte ex altera: nouiſsime graui offenſiõe, & iactura exortas: noſtræ mentis propoſitũ retrahere decreuimus: & ea quæ durantibus huiuſmõi controuerſiarũ & guerrarum turbinibus: circa bonum Reipub. ſunt diruta & deſtructa, per pacis integritatẽ ad ſtatũ cupieñ. reducere quietũ & tranquillũ. Cum eiſdẽ Magiſtro: fratribus et Ordine ipſius Terris Pruſsiæ, Almaniæ, & Liuoniæ ſubditis, & ſequacibus eorundẽ perpetuæ pacis: & inuiolabilis fœderis unionẽ: elegimus aſſumpſimus, ſuſcepimus, & iniuimus, eligimusq́, ſuſcipimus, aſſumimus, & inimus tenore præſentiũ mediante omni tẽpore perpetue duraturam. Quã ſub fide & honore ac iuramẽtis corporaliter præſtitis: ſine dolo & fraude promittimus uigore præſentiũ obſeruare. & ut ipſa unio cũ tanta deliberatiõe & maturitate cõcepta, ad firmũ & conſtantem ordinẽ iugiter obſeruandũ reducatur: ipſam per articulos infraſcriptos omnino duximus regulandũ. ¶ Inprimis qđ inter nos Regẽ Magnũ Ducem, & Duces prædictos, Regnũ Pol. Magnũ Ducatum, & Terras Lithuaniæ, Samogitarũ, Ruſsiæ, Mazouiæ, Stolpeñ. & Voyeuodã Moldauiæ. & aliorũ dominiorũ & ſubditorũ noſtrorũ ab una: & prædictũ Magiſtrũ generalẽ & Ordinẽ: Terras & ſubditos ipſius, tam in Pruſsia Almania, quã Liuonia & noua Marchia, parte ex altera: omnes diſſenſiões, cõtrouerſiæ & damna inter partes hincinde facta: dimiſſa & totaliter ſopita debent eſſe: Nec illorũ de cœtero aliqua mentio, aut memoria, & ſignãter in querelis, aut in detractionẽ Partiũ: corã quibuſcũq́ perſonis habeatur aut fiat: Sed nec una Partiũ ad infamiã alterius Partis ſuggeret, cõſentiet, auxiliũ dabit, & fauorẽ, publice uel occulte, & quantum in ea Parte fuerit, dilatiões et detractiões huiuſmõi fieri nõ admittet ſed potius prohibebit. ¶ Item quod omnia bona Eccleſiarũ, Gnezñ. Vuladiſlauieñ. Ploceñ. & Poznañ. Prælatorũ, Abbatũ, Monaſteriorũ, Conuentuũ, & aliarũ quarumcũq́ perſonarũ Sæculariũ & Religioſarum: quæ ſunt in Terris Ordinis prædicti ſituata, debent circa Iura omnia: tã Eccleſiaſtica quã Sæcularia, & omnes aliquas cõſuetudines, quæſtus, decimas, Caſtra, Villas, prædia, curias, & alias utilitates, emolimẽta & prouentus quibuſcũq́ nominibus nũcupentur cõſeruari, nec aliqb. nouis cõſuetudinibus, ſeruitijs & oneribus aggrauari. Quodq́ eadem bona nõ alienẽtur, nec pro eorũ alienatiõe inſtetur per partes ſine conſenſu Prælatorũ Spiritualiũ. Omnes aũt cenſus, decimas, prouentus. & alias obuentiões qualeſcũq́ in Terris Ordinis cõſiſteñ. qs & quas Magiſter & Ordo Reuerẽdiſs. in Chriſto patribus Dñis Archiepiſc. Gneſneñ. Vuladiſlauieñ & Ploceñ. Epiſcopis, alijsq́ Prælatis Sæcularibus & Regularib. Regni Pol. per bienniũ ſubleuauerũt. plene & integre reſtituant, & reſtitui faciãt. medietatẽ infra hinc ad feſtũ Purificationis Mariæ, reliquam uero ad feſtum Paſchæ proxime affuturũ in Ciuitate

Diſſenſiones & controuerſiæ inter Reg. & Magiſtrum Pruſſiæ ſopiendæ.

De damnis reſarciendis, & decimis Prælatis Poloniæ per Magiſtrum ſoluendis.

Thorunen. quittatiōibus de ſolutiōe a præfatis Prælatis receptis, & q̃d bona & decimæ Reuerēd. patris dñi Vvladiſlai Epiſcopi Vvladiſlau. nouiter & quomodolibet arreſtata relaxent. ℭ Item ut omnis ſuſpicio & hoſtilis reſpectus hinc inde inter nos & partē Magiſtri generalis & Ordinis ſui in toto euellant, Volumus quod ligæ, cōfœderationes, & Inſcriptiōes quęcūq; ſunt uel fuerūt inter Magiſtrū generalē, præceptores per Almaniā, & Liuoniā & Ordinē ipſorū, Prælatos, Nobiles, Ciues, & ſubditos ipſorū, cum Duce Boleſlao alias Svvidrygal, Prælatis, Ducibus, Boyaris & ſubditis Terrarū Lithuanię, Samogitię et Ruſſiæ factæ, debent eſſe caſſæ, inanes, irritæ. & in nihilū redactæ. Ipſiq; Magiſter & Ordo, Prælati, Nobiles, Ciues & ſubditi ipſorū, debent præfatum Ducē Svvidrygal, deſerere & dimittere perpetuis temporibus, & nunq; eidem aut alteri cuicūq; Magno Duci Lithuaniæ & Ruſsię auxilia & cōſilia cōtra nos & ſucceſſores noſtros, & Regnū noſtrū, ac etiā præclarū Principē dñm SIgiſm. Magnū Ducem Lithuaniæ modernū, Magnūq; Ducatum Lithuaniæ præſtabūt, nec aliquas ligas, ſuggeſtiones, & cōfœderatiōes in damnū noſtrū, aut Regni facient in perpetuū cum eiſdē, immo nec aliquē aliū tenere & reputare debent pro Magno Duce Lithuaniæ & Ruſsiæ, niſi qui cū noſtro cōſenſu, & Regio (quēadmodū præfatus Dux Magnus SIgiſm. modernus eſt electus, iuxta diſpoſitionē dudū factā inter Regnū Polo. & Terras Lithuaniæ) electus ſit & poſitus in Ducatū, nec etiā permittēt ipſum Svvidrygal de Terris ſeu per Terras & dominia Ordinis: ipſorū damna aut impedimēta Regno Coronæ noſtris, Ducatui Magno Lithuaniæ, & Ducatibus prędictis inferre, nec ipſum publice uel occulte, per ſe uel ſubmiſſas perſonas iuuare aut ſubleuare q̃uiſmodo. ℭ Item ut huiuſmōi pacē perpetuam & concordiā ſub certiori attentiōis firmitate & robore cuſtodiamus & ſeruemus, promittimus, ſine dolo & fraude, ſub fide & honore ac onere præſtiti iuramenti: Quod ad nullius hominis uiuētis requiſitionē, inductionē, ſuggeſtionē, perſuaſionē uel mandatū etiā quacūq; dignitate præfulgeat, Papali, Imperiali, uel Regali, aut cuiuſcūq; cōgregatiōis legitimę, perſonarū Eccleſiaſticarū uel Sęculariū, debebimus uel poterimus cōtrauenire ipſis in parte, uel in toto, expreſſe, manifeſte, uel occulte, per ſe uel aliū ſeu alias quaſcūq; perſonas ſubmiſſas Spirituales uel Sęculares, neq; eas taliter aut quocūq; modo uiolare, etiā ſi modernus Imperator aut ſucceſſores ſui Imperatores perſonalit̃ cum exercitu cōtra Magiſtrū & Ordinē ſe mouerent, nō debemus ei nec ſucceſſores noſtri aſsiſtere ope, cōſilio, auxilio uel fauore. ℭ Item quod medius fluuius Drvvancza ſit limes inter Regnū noſtrum & Terras Ordinis: nec fiat in eodē fluuio aliquod molendinū in liminibus & rippis cōmunib. ℭ Et præcipue in loco Lubicz dicto, in quo alias factū fuerat, ſic quod idē fluuius ſuum antiquū meatū habeat: Quodq; reſiduū aggeris una cum pōte maneat, ſine omni clauſura diurna et nocturna pro ſtrata publica, nec nouū ibidē molendinū deinceps erigat. ℭ Quo per deſcenſum intrans flumē Viſla, iterū deſcēdendo p Viſlam inferius ipſe medius fluuius

De non ferendis ſuppetijs & auxilijs cōtra Regnū Boleſlao ſvvidrygal.

De non ferendo auxilio per Polonos cōtra Magiſtrum.

Druuancza medius fluuius limes inter Regnum & Terras Ordinis.

In loco Lubycz non ſit molendinum.

dius fluuius Viſla erit iterũ limes inter Regnũ Polo. & Terras Magi-
ſtri & Ordinis Pruſsiæ, cum omnibus ſuis Inſulis, piſcaturis, Iuribus,
& obuentiõibus uniuerſis, nullis excluſis penitus & exceptis: uſq; quo ipſa
medietas prædicti fluuij Viſla tanget locum limitũ, quẽ quondã Sere
niſs. Princeps dñs Kazimirus diuæ memoriæ Rex Pol. cum Magiſtro
Pruſsiæ dicto Duſzmar, inter Terras Bidgoſtieñ. & Pomeraniæ certis
Literis, & ſignis notabilib. limitauit, deſcripſit, & diſtinxit. ¶ Caſtro
Iaſyenyecz in Terris Ordinis remanente. ¶ Ita tamẽ quod Caſtrum
Nyeſſovva cum territorio ſuo & Villis Murzynouo, Orlóvvo, Noua-
vvyeſz, & alijs uillulis, molendinis, & uſibus ad dictũ Caſtrum, & terri
toriũ, cum omnibus Caſtri territorij ac Villarũ prædictarũ borris, ſyl-
uis & utilitatibus: aquis quoq; & earũ decurſibus cum pleno & totali
dominio, ac cũ medietate nauigij in flumine Viſla, & eius prouentibus
& Inſulis ac piſcaturis, Iuribus, libertatib. omnibus & ſingulis ad ipſa
ſpectantibus ab antiquo, nullo penitus alicui præter nos, & Coronã Re-
gni Pol. Iure in eiſdẽ Caſtro & territorio ac Villis reſeruato, remaneat
circa nos, & Coronã Regni Pol. perpetue & in æuum. ¶ Sic tamẽ qđ
nulli ſubditorũ ſaluo cenſu debito, & ſolui conſueto per hanc ceſsionẽ
in Iuribus ipſorũ in Inſulis, & molendinis præiudiciũ generetur. Et ſi
nos in Iuribus ipſorũ ipſos tollerare noluerimus: extũc licitũ ſit nobis
iuxta antiquã taxam prout ab antiquo inter ſe uendere conſueuerunt
huiuſmõi Iura comparere & ſoluere: quẽadmodũ Sereniſs. Princeps di-
uæ memoriæ dñs Vvladiſlaus genitor noſter chariſsimus, & Corona
Poloniæ pacifice & quiete tenuit, a tempore cõcordiæ circa locum Mel-
no iacentẽ, in Terris Ordinis, inter Caſtra Radzin, et Rogozno circa flu
men Oſſa, die ſancti Staniſlai Epiſcopi & martyris de menſe Septembri
factæ, ad receptionẽ & occupationẽ eorundẽ per Magiſtrũ & Ordinẽ
de anno dñi 1431. attemptatã. ¶ Specialiter addito & expreſſo, quod
omnibus hominibus, & mercatoribus cum quibuſcũq; rebus, cuiuſcũ-
q; generis prę̃cij, uel ualoris exiſtant proficiſcentib. liberum ſit uenderẽ
huiuſmodi res ſeu merces abſq; impedimẽto & cõpulſa, & ſtare ſiue ma
nere cum eis, aut eas in Ciuitate Nyeſſoua locanda cõſeruare, uel tranſi-
re cum eis quo placebit, ſiue per terram: ſiue per fluuiũ Viſla infra uel
ſupra uel in Thorun, aut alia loca in Terris Ordinis conſtituta. Item
incipiendo ab eo loco, in quo prædicti limites per dñm Kazimirũ Regẽ
Pol. & Magiſtrum Pruſsiæ facti, & in eorundẽ Literis expreſsi termi-
nãtur & deſinunt in procedẽdo ulterius, uſq; ad introitũ fluminis No-
theſz ſiue Byrzuennik obſeruabimus iſtũ modũ & ordinẽ. ¶ Qood ſi
de prædictis limitibus poterint bonæ famæ tres homnes pro parte no-
ſtra & Coronę, & tres pro parte Magiſtri & Ordinis electi, uiſis utriuſ-
q; Partis Literis, Iuribus, & poſſeſsiõibus, & alijs legitimis documentis
concordare ſtabunt limites taliter cõcordati. ¶ Vbi aũt non poſſent
electi illi homines boni cõcordare, extunc ſortes ab utraq; parte mittan-
tur, quamcũq; aũt partẽ ſors contigerit ſic emiſſa. Pars reliqua quã ſors
ipſa non tetigit, debet ſex perſonas quas placebit de Parte prædicta eli-
ti u ij gere, quæ

Mediũ Viſlæ limes inter Reg. Pol. et Terras ordinis ubi Bruuancza influit deſcẽdẽdo per Viſlam.

Caſtrum Iaſyenyecz pro ordine.

Nyeſzoua caſtrũ cũ Villis Murzynouo, Orlouo, Nouauyeſz pro Regno.

De redimendis Iuribus per Regẽ iuxta taxam antiquam.

De tranſitu Mercatorũ libero in Terras ordinis.

De concordia ſuper limitibus tentanda.

De ſortibus mittendis ſuper limitibus.

De ſex perſonis iuraturis ſuper limitibus pro Parte quam ſors non tangit.

gere, quæ perſonę ſic electę: poſtq́; iuramēto corporali limites inter Par-
tes prędictas, ſic de limitibus diſcrepantib. firmauerint: limites illi, ſic iu-
ramento firmati, pro ſignis & limitib. inter Regnum Pol. & nouę Mar-
chiæ perpetue remanebūt. Teſtes aūt illius Partis cui ſortes aduenerūt,
in proceſſu limitū prędictorū Caſtra, Ciuitates Partiū prędictarum ex
hac ſortium acceſsiōe nō attingent nec mouebūt: aut pro ſua parte ali-
qualiter uendicabūt, ſed Partes ſuperius expreſſę Caſtra, Ciuitates ab

De pōte in fluuio Drava per Regē reſtaurando, Magiſtro negligente.

antiquo tentas, abſq; impedimēto ſortiū obtinebunt. ¶ Ita tamē qđ
pons in fluuio Drava circa Ochczeth cum libero trāſitu perpetuo ma-
nebit. hoc addito, qđ ſi in parte Magiſtri ſeu Ordinis ceſſerit, & in eius
ſtructura negligētia cōmiſſa fuerit, licitum ſit nobis aut Capitaneis no-
ſtris huiuſmōi pontem nouū cōſtruere, & antiquū reformare: quotiens
fuerit opportunū. ¶ Et ne in poſterū de huiuſmōi perſonis & teſtib9

De cōpoſitoribus & teſtib9 caſu quo ſors Magiſtrū & Ordinē tetigerit.

ſupra ſcriptis aliqua difficultas oriatur, nos Reuerend. in Chriſto patrē
dn̄m Franciſcū Epiſcop. Varmieñ. & honorabiles ac religioſum Volff
de Sauſzenn cōmendatorē in Oſtrorode, & ſtrenuū Iohannē de Sayſen
pro huiuſmodi cōpoſitoribus, & honorabilē ac religioſum Conradū de
Erbinghavvſchen, Hermanū Reuſſop Thoruñ. Hēricū Forrothdaneñ.
Pręconſules cum ſupra ſcriptis, Epiſcopo Cōmendatore, & Iohāne pro
teſtibus in caſu, quo ſors Magiſtrū & Ordinē tetigerit, duximus nomi-
nandos & eligendos, qui ad faciendū pręmiſſa cū noſtris, per Magiſtrū
& Ordinē nominatis & electis, conueniāt noſtri in Bydgoſtiā, ex parte
Ordinis in Syvece, in craſtino Natiuitatis Marię proxime uenturo, ali-
unde huiuſmōi limites ſicut præmittitur diſtinguēdos, ulterius proceſ-

De limite in medio fluminis Byrzuennik & Noteſſ ꝑpetuo in Regnū & terrā Nouæ Marchiæ.

ſuri. ¶ Poſtq́; aūt uentum fuerit per limites prædictos, ſic ut pręmit-
titur diſtinctos iuramento, quādo limes ille fluuiū Noteſz & Birzuen-
nik inſiliet, ipſe fluuius Birzuennik medius erit limes perpetuus inter
Regnū Pol. & Terrā nouę Marchię, & iterum ubi Birzuennik cū No-
teſz confluit, medius fluuius Noteſz erit limes: ita quod Ordo & ſubdi-
ti eius, ipſum flumen aſcēdendo dimidiū miliare, & deſcēdendo ſimili-
ter medium miliare, ac uerſus Regnum dimidiū miliare pro paſcuis pe-
corū, & pecudū quorumcūq;, ac pro receptione argillæ, calcis, lapidū, li-
gnorum, tam pro igne quā ędificijs Caſtri & Oppidi liberum habeant
uſufructum, & ſimiliter homines & ſubditi Regni & Coronę dominio

De Theloneo & pōte pro Magiſtro & Ordine.

& proprietate apud Regnū noſtrum remanētibus. ¶ Teloneum aūt
aquaticū & terreſtre cum ponte & ipſius ſtructura, ſecundū antiquam
conſuetudinē abſq; ampliori augmento prædicti telonei, apud Ordinē

De piſcatura libera per mediū miliare ſupra & infra.

remanebunt. ¶ Piſcaturā etiam præfatus Ordo ſolus liberā in eodem
flumine Birzuennik ſeu Noteſz, aſcēdendo & deſcēdendo ut præmitti-
tur per mediū miliare, a ponte qui ducit uerſus Poloniam obtinebit,

De nō erigēdo aliquo fortalicio in Byrzuennik.

ſaluo quod Villa Trzebyeſſovv in ſuis limitib. piſcandi liberam habe-
at facultatē. ¶ Hoc adiecto quod in eodē dimidio miliari aſcendendo
& deſcendendo fluuiū Birzuennik, & etiā uerſus Regnum ſimiliter per

De Epiſcopo Lubucen. pro iudice per utraq; partē eligendo.

medium miliare, aliquod fortaliciū nō erigatur. ¶ Item poſtq́; uentū
fuerit ad limites per aquam ubi fluuius Birzuennik ſiue Noteſz taliter

procedendo

procedendo inferius, ut ſupra dictũ eſt, uerſus Lanczberg ſuper differentiam ibidẽ ex oppoſito prædicti Oppidi cõſurgente, Pars utraq;, uidelicet Nos & Magiſter ac Ordo elegimus nobis pro Iudice Reuerend. in Chriſto patrẽ dñm Chriſtoferũ Epiſcopũ Lubuczeñ. in quẽ Partes ipſę de alto & de baſſo cõpromittent, & ad feſtum S. Trinitatis proximum ibidem circa Lanczberg adducent, & productis corã eo Iuribus & probationibus legittimis in termino ſeu terminis cõpetentib. ab utraq; parte laudum, & pronunciationẽ quã uſus conſilio ſapientũ ſuper omnibus differentijs inter Regnum & Oppidũ prædictum Lanczberg tulerit, ambæ Partes huiuſmõi ſententiã ſuſcipere, laudare, emologare, & ſeruare ſub fidei puritate tenebunt.

De Theloneo p Magiſtrũ ablato & ordinẽ reſtituendo.

¶ Volumus etiã & decernimus per præſentes, quod teloneũ & depoſitum uulgariter & ablata, Magiſter & Ordo reſtituere teneatur.

De libero trãſitu incolarũ hincinde faciendo pro placito.

¶ Et ſi aliquis ſubditorũ, de Terris aut dominijs noſtris uellet ad Terras Ordinis ratione incolatus ſe trãſferre, licite poterit, & libere recedere abſq; quouis impedimento aut arreſto perſonæ, & bona ſua uendere, aut de eis diſponere iuxta beneplacitum liberę uoluntatis. pari modo uolumus de bonis in Terris Magiſtri & Ordinis ablatis ſeu occupatis obſeruari.

De coadiutoribꝰ Magiſtrũ diffidãtibus libere mittendis.

¶ Item omnes coadiutores & adhęrentes, qui in fauore noſtri & Regni noſtri Polon. coadiutorum & ſubditorũ noſtrorum, Magiſtrũ & Ordinẽ Pruſsiæ diffidarunt, ab omni impetitione Magiſtri & Ordinis prædicti ſint liberi et ſoluti.

De apoſtatis a Regno polon. pellendis.

¶ Item omnes apoſtatę Ordinis prædicti in Regno noſtro & Terris Lithuaniæ, Samogitarũ, Mazouiæ, Ruſsiæ, & Stolpeñ. & alijs dominijs Regni noſtri & Terrarum prædictarũ cõmorantes, ne diutius in ſuis peccatis tollerentur, de Regno noſtro & dominijs noſtris prędictis, per nos & Officiales noſtros exire cõpellantur, & deinceps hij & alij in eiſdem nullatenus foueantur.

De non arreſtandis Mercatoribus ratiõe culpæ alienæ.

¶ Item quod nullus Mercator, ſeu alius homo cuiuſcũq; conditiõis exiſtat, aut bona ipſius propter delictum ſeu debitum alterius arreſtetur, moleſtetur, uel turbetur, nec etiam captiuetur.

De pœna uectorũ telonea non ſoluentiũ.

¶ Item ſi uectores & aurigæ bona ſeu merces Mercatorum pro pręcio ducentes telonea ſeu loca datiarum præterierint, ipſi duntaxat in rebus & equis ſuis proprijs puniantur, & quod propterea bona Mercatorũ, non debent occupari nec detineri.

De ſilua babſco redimenda per Regnum uel impignorantem.

¶ Itẽ ſylua Babsko circa Fredelanth in Diſtrictu Nakleñ. impignorata Ordini pro certa ſumma redimi poterat per impignorantem uel per Regnum ſoluta ſumma Ordini, pro qua extat obligata, & in Literis deſuper confectis continetur.

Exactio Funthomczol per Mercatores ſoluenda.

¶ Item datio ſiue exactio dicta Funthomczol ſuper qua priſcis temporibus & hactenus, controuerſia inter Magiſtrum & Ordinem ac Mercatores Terrarum Poloniæ, Magni Ducatus Lithuaniæ, et Ducatuum prædictorũ uertebatur, & pendebat ex certis cauſis indeciſa, talẽ ponimus ordinẽ. Quod Mercatores Regni Ducatus Magni & Ducatuum prædictorum. præter alia quæcumq; grauamina & ſolutiones impoſterum imponẽdas quibuſcumq; nominibus nuncupentur, reſpõdeant Ordini de eadẽ duntaxat, ſi aliquando contigerit ipſos cum bonis ſuis in nauibus proprijs nauigare ultra mare. ¶ Ita tamẽ quod ſi Ci-

Ciuitates maritimæ a teloneo liberæ ſint, Mercatores Regni Polo. eadem libertate potiantur.

uitates maritimæ libertate & abſolutę uia Iuris fuerint ab eadẽ, quod Ciues, Mercatores & indigenę Regni & Terrarũ Pol. Lithuaniæ, Mazouię, Rusſię, a ſolutiõe huiuſmõi ſint ſimiliter liberi & excepti. ☙ Et illa omnia quæ ab eis a tẽpore, quo pręſens pax perpetua eſt firmata, ratione huiuſmõi exactiõis ſunt recepta, integraliter reſtituanť per Ordinem prædictũ Mercatorib. Regni, Ducatus Magni, & Ducatuũ prędictorũ uiceuerſa abſq; recuſatiõe & renitentia, qualicũq; interruptione, cõſuetudine, pręſcriptiõe, & diuturnitate nõ obſtantib. Si uero per concordiã extincta fuerit, ad reſtitutionẽ receptorũ minime teneanť. Aliæ aũt omnes & ſingulæ exactiões, quibuscũq; uocitenť nominib. a Mercatoribus Terrarũ Regno Pol. Ducatui Magno Lithuanię, & Ducatibus prædictis ſubiectarũ, ut pręfertur indigenis in Terris Magiſtro & Ordini ſubiectis.

De reſtitutione perceptorũ Mercatorib. facienda uel non.

De exactione Lobegal et Fi[r]ken non exigenda.

☙ Et ſpecialiter exactio quedã dicta Lobegal et Fyrken nullatenus de cœtero exigať. ☙ Nec nos Rex Dux Magnus Lithuaniæ, Duces Mazouiæ, & Stolpeñ. imponemus aliquod nouũ theloneum in grauamẽ & pręiudiciũ duntaxat ſubditorũ Ordinis prędicti, & ſi quod nouũ eſt impoſitũ in Terris noſtris & Ducatibus prædictis a tempore cõcordiæ circa locũ Melno factę, omnino deponatur. Teloneis & depoſitis antiquis ſemper ſaluis.

De telonei noui in Regno Pol. non inſtitutione.

Telonea antiqua ſalua permaneant.

☙ Item cum medietas nauigij circa Thorun ſupra dicti, cũ medietate pecuniarũ de ipſo prouenientiũ nobis uigore prius habitę & pręſentis cõcordiæ, in perpetuũ hęredibus & ſucceſſoribus noſtris debeať. ☙ De collectore pecuniarũ ex ipſo ſic inter nos exiſtit conuentũ, ordinatũ, & cõcluſum, quod is qui per nos et ſucceſſores noſtros ad ea fuerit deputat9 cõueniat cũ cõmendatore Thoruneñ. pro tempore exiſtenti, Vno anno in Oppido Thorun, & alio in Nyeſſoua, & ſic ſemper uicibus alternatis collectorẽ huiuſmõi ſingulis annis ſimul cõſtituant.

De collectore ex utraque parte eligẽdo annuatim uicibus alternatis.

☙ Qui ſub præſtito iuramẽto pecunias quas collegerit diebus dominicis in manus utriusq; pręſentet ęquali portiõe diuidendas ſolutis pręcijs famulorũ & reparatiõe nauiũ de cõmuni. Et ſi alteri Parti ille collector pecuniarũ nõ placuerit, anno elapſo tam Capitaneus ſiue ad ea deputatus, quã cõmendator cõuenientes ut ſupra, alium eligant quotiens fuerit opportunũ.

De ſolutiõe famulorũ et nauiũ reparatiõe e cõmuni pecunia.

☙ Seruitia uero per famulos nauigij prædicti quę Szaruek appellanť fieri conſueta partibus prædictis, ſimiliter alternatis ſeptimanis & paribus uicibus impẽdanť: & tũc Pars quęlibet in ſua ſeptimana ipſis prouideat de expenſis, modo & forma ſicut hactenus eſt eis prouiſum.

De ſeruitijs alternatim impedendis, et expenſis prouidendis.

☙ Item ſi aliqui de Terris Regni noſtri Ducatus Magni, & Ducatuũ prędictorũ ſubditis Ordinis iniuriam intulerit, & ſuper eo Capitaneus uel alius Officialis noſter requiſitus iuſtitiã nõ fecerit, extũc pro negligẽtia huiuſmõi ab officio eſt deponendus, niſi de innocentia ſua iuramẽto proprio & corporali ſe purgauerit.

Capitaneus ſuper iuſtitia exequenda negligen, officio priuãdus, alias iuramẽto purgandus.

☙ Similiter ex alia Parte, ſi cõmendator uel Officialis Ordinis prænominati, in reddenda iuſtitia in præmiſsis negligens fuerit, pari modo deſtituať: Et nihilominus ſucceſſor iuſtitiã teneatur facere expeditam requirenti.

Cõmendator negligens ab officio deponitur, ſubſtitutus iuſtitiam facturus.

☙ Si uero is qui pro iuſtitia ratiõe delicti, uel alias requirit, ſimplex fuerit Terrigena, & iuſtitiã facere recuſaret aut negligeret, extunc

geret, extunc damna iuſtitiā requirēti, per Capitaneū ſeu cōmendatorē de bonis Terrigenę prædicti cōpenſentur & ſoluant, niſi ſimili ſe purgauerit iuramēto. ¶ Item ſi per aliquē ſubditū, indigenā uel aduenā alicuius noſtrū, caſu & euentu Inſcriptiōi ſeu paci huiuſmodi perpetuę fuerit in aliquo derogatū & cōtrauentū, ut pote rapinę, ſpolia, incendia, uaſtatiōes, prædæ, uel homicidia, aut aliqua maleficiorū genera, in dominijs & Terris noſtris alterutris patrata fuerint & cōmiſſa: propterea pax prædicta caſſari, irritari nō debebit: ſed in ſuo robore, & firmitate permanebit. Nec propter hoc Pars cuius ſubditus maleficiū huiuſmodi cōmiſerit, cenſebitur fore deierans ſeu periurans. ¶ Prædicti aūt delinquētes & malefactores, pro ipſorū exceſsibus, per Capitaneos ſeu Officiales utriuſq; noſtrū Iudicialiter puniant: & ad ſatisfactionē plenā & debitā arcebunt & cōpellentur. ¶ Itē ut Capitanei, Palatini, Cōmendatores, Officiales ſeu Iudices Partis utriuſq; ad adminiſtrationē iuſtitiæ fortius inducant: Et ne aliqua grauis diſplicētia inter nos Regem Ducem Magnū, & Duces prædictos ex una, Magiſtrū, Ordinem & Terras ſubiectas ſibi pręnominatis & ſubditos eorundē parte ex altera, impoſterū ualeant exoriri ſingulis annis, Nos Rex præfatus duos ex cōmendatorib. uiros boni teſtimonij & cōſcientiæ in feſto Pentecoſtes, & ſimiliter Magiſter & Ordo duos Palatinos, aut alios paris cōditiōis, in præfato feſto de Terris noſtris prędictis eligāt, & ſibi quāto citius poterint huiuſmōi electiōes perſonarū ſcriptis inſinuent. ¶ Qui in feſto S. Michaelis cōuenietes uno anno in Nyeſſoua, alio in Thorun, & tactis ſacroſanctis Euāgelijs, fauore, timore, & odio excluſis, de iuſtitia facienda punient Iudices, ac Officiales in adminiſtratiōe iuſtitiæ remiſſos & negligentes: & Iura municipalia loci delicti Partibus lęſis facient. Nihilominus iuſtitiā congruentē, uel Partes ſecundū æquitatem, & bonā iuſtitiā cōponent, & omnia faciant quæ pro cōſeruatiōe huiuſmodi iuratæ pacis perpetuæ uiderit expedire. ¶ Pari modo inter Samogitiā & Pruſsiā uno anno in Veluna, & alio in Regnyth: Inter Lithuaniā & Liuoniā uno anno in Huſpole, & alio in Dymborg alias in Nouyna. Inter Nouā Marchiā & Maiorē Poloniā, uno anno in Syrakouo alias Czyrk, alio in Dreſzno: Inter Terrā Dobrineñ. & Pruſsiam; uno anno in Rypin, & alio in Brodnicza: Inter Terras Mazouiæ Ducis Vvladiſlai & Pruſsiā, uno anno in Dzoldovv, & alio in Mlaua: Inter Vyſznam & Pruſsiā, uno anno in Vyſzna, et alio Ianusburg: Inter Terras Ducis Bolkonis & Pruſsiā, uno anno in Czyechanovv, & alio in Nidborg. per omnia uolumus & decernimus obſeruari. Inter Ducatum Stolpeñ. & Pruſsiā, uno anno in Stolp, & alio anno in Rythavv: Inter Nouam Marchiā & Terram Stolpeñ. uno anno in Recz, & alio in Sathyn niſi Partes de alijs locis fuerint concordes. ¶ Item ne circa limites diſplicētiæ ſeu cōtrouerſiæ ſuſcitari ualeant. Volumus limites de quienni in quiennium ubi opus fuerit innouare. ¶ Item liber ſit tranſitus & uia omnibus Mercatorib. ac Incolis Terrarū & dominiorum Ordinis cum ſuis mercancijs, frumentis cuiuſcūq; grani & rebus quibuſcūq;

Requiſitus de iuſtitia ad damni ſolutionem compellendus.

Propter exceſſum unius pax perpetua nō eſt infirmanda.

Delinquens per Capitan. ad ſatiſfaciendum compellendus.

Duo cōmendatores & duo Palatini eligēdi pro iudicib. & officijs remiſsis puniendis.

Vno anno in Thorun alio in Nyeſſoua cōueniunt.

De Limitib. de quienni in quiennium innouandis.

De libero tranſitu mercatorum per Terras & flumina.

quibuscūq; & cuiuscūq; conditiōis, uel maneriei exiſtant, ſine impedimento uel angaria, per Terras & maria, aquas & flumina quocūq; aſcēdendo, in & ad Regnū Pol. Terras Lithuaniæ, Samogitarū Mazouiæ, & Ruſsiæ: & deſcendendo per ipſum Reg. atq; Terras prædictas, ac per ipſa flumina ſeu aquas uſq; ad maria, & transmare in nauibus paruis ſiue magnis, uacuis ſiue oneratis imperpetuū quomodocūq; & quotieſcūq; uoluerint, abſq; aliquo arreſto uel impedimēto cuiuſcūq;: & ſpecialiter Oppidanorū in Thorun. Quas qdem merces, frumēta, & res, ut præſcriptū eſt, ſi prefati Mercatores ſeu Incolæ Ordinis ducentes, uendere aut ſtare in aliq̄ locorū ſeu Ciuitatū ad portū, ſiue rippā prædictā aquarū ſiue maris ſituatorū, ſeu ſituatarū uoluerint, eſt & debet eſſe in ipſorū arbitrio & uolūtate. Si uero uēdere noluerit, poſſunt abſq; omni impedimēto ire ſeu aſcendere uel deſcēdere quo eis placuerit cū rebus prædictis, ut ſuperius eſt expreſsū. Theloneis & antiquis depoſitis prout ſupra ſaluis. ❡ Item omnia damna, iniuriæ, diſplicētiæ, impenſæ, & expenſæ Prelatorū eorūq; Eccleſijs, & Capitulis, ac Abbatibus, Prioribus, Conuentib. Monaſterijs, perſonis Eccleſiaſticis, Secularib. & alijs quibuſcūq; per nos, ſubditos, coadiutores, & adherentes noſtros, in Terris Pruſsiæ & extra, illata quomodolibet & facta in omnib. guerris preteritis, & e cōtra per ſepe dictū Magiſtrū & Ordinē, ac exercitus ipſorū Prelatis in dominijs Reg. noſtri conſtitutis ſint ſopita, auctoritate præſentiū penitus & extincta, ita quod prætextu eorundē per Prelatos ipſos, aut eorū aliquē ſuis aut Eccleſiarū, Capitulorū, Conuentuū, ſiue Monaſteriorū ſuorū nominib. Magiſtro et Ordini prædicto, uel alijs ſupra dictis, queſtio, cauſa, actio, uel impetitio de Iure uel de facto, nullo unquā tempore moueat. ❡ Item Magiſter & Ordo prædicti, tenebunt nobis ratiōe cōcordiæ preſentis, dare & ſoluere nouē Millia florenorū cū quingētis Hungaricalib. iuſti & boni ponderis, aut eorū ualorem in moneta Pruthenicali bona, noua. medietatē in dñica Letare, & aliā medietatē in feſto S. Martini Epiſcopi in Thorun proxime affuturis, pro rata cuiuſlibet ſolutiōis Literas qttantias tenebunt aſsignare. ❡ Item circa Iudices, Iudicia, mercācias, emendas uel uendēdas, & circa uictualia cōparanda, & thelonea antiqua ſoluēda, rationabilis cōſuetudo tempore bonæ memoriæ Vitovvdi Magni Ducis Lithuaniæ tenta, in Lithuania, Samogitia, & Ruſsia incōcuſſe ſeruet, & quantū fieri poterit, iuxta ritū Catholicorū in melius reformet. ❡ Item ne circa hāc concordiā perpetuā aliqd imposterū relinquat, quod poſsit mentes & ſubditos Partiū predictarū tam Spūales quā Seculares, ad lites & odia quecūq; prouocare in futurū, cauſam Eccleſiæ Vvladiſlau. & ipſius Epiſcopi, ſuper demollitiōe domus Epiſcopalis ante Oppidū Gdansk in præteritis guerris per Oppidanos Gdaneñ. attēptata, quæ in Curia Romana & Conſtātieñ. ac Baſilieñ. Cōcilijs per annos plurimos pendebat indeciſa, duximus de cōſenſu Partiū & uenerabilis Capituli Vvladiſlavieñ. per mediū cōcordiæ ſopiendā. Ita uidelicet, quod Magiſter & Ordo pro Oppidanis Gdanenſib. Reuerend. in Chriſto patri dño Vvladiſlao moderno

De damnis & iniurijs hincinde ſopiendis & extinguendis.

De ſoluendis nouem millibus & quingentis florenis per Magiſtrum.

De conſuetudine ueteri per omnia obſeruanda.

De ſopienda controuerſia ſuper demolitione domus Epiſcopalis ante Gdansk.

ſtro moderno Eccleſiæ Vvladiſlau. Epiſcopo mille ducētos florenos Hūgaricales boni & iuſti ponderis, pro media parte huiuſmōi ſummę in feſto Carniſpriuij, & uno ſtamine Bruſlieñ. boni operis in Oppido Thorun, & pro alia media in feſto S. Michaelis ibidē proxime affuturo, ratione demollitiōis domus prędictæ ſoluent, & expedient cum effectu, & absq́ excuſatiōe aliquali. Dñs uero Epiſcopus prædictus & Capitulū eius, eoſdē Oppidanos Gdaneñ. & Ordinē ab impetitiōe ſua debet dimittere abſolutos, & cauſam huiuſmodi extinguere, nunq́ ipſis de cœtero per ſe & ſucceſſores ſuos intentandū. Quā ordinationē prefati dñs Epiſcopus & Oppidani publice & ſolēniter emologarūt, ſolutiōe facta dñs Epiſcopus præfatus cū Capitulo ſuo, ſuper qualibet ſolutiōe quittabit ſufficientib. Literis Magiſtrū, Ordinē, & Oppidanos ante dictos.

¶ Item Magiſter generalis & Ordo omnē exactā & extremā diligentiā faciet, quod Magiſter Almanię infra unum annū maius ſuū Sigillum huic cōcordiæ perpetuę appendet, quod ſi facere nollet, ſed cum aliquo dño Spirituali uel tēporali ratiōe bonorū ab eodē dño obtentorū, Regi, Regno Pol. & Ducatibus pręmiſsis, ac eorū ſubditis bella moueret: Extunc Magiſter generalis, & Magiſter ſeu præceptor Liuoniæ, & fratres Ordinis per Pruſsiā & Liuoniā, absq́ dolo & fraude ſub fide & honore præſtiti iuramenti, eidē Magiſtro Almanię: necnō illis dñis ſub quibus cōſiſtunt, ac alijs q́buscūq́ hominib. per ſe uel alias, publice uel occulte, directe uel indirecte, cū gentibus armorū, pecunijs, armis, aut alijs auxilijs quibuscūq́, conſilio uel fauore, nō debent neq́ poſſunt ſubuenire aliquo excogitato ingenio uel colore. quod ſi contrariū fecerint & id legitimis documētis probatū fuerit, quod tūc ſubditi eorū ab omnibus omagijs, iuramentis, & ſubiectiōib. liberi & ſoluti eſſe debent in hoc caſu, donec ad obſeruationē pęcis perpetuę reuertent. ¶ Itē nos Vvladiſlaus Rex prædictus, Oppidum Arnſzvvald alias Choſſczno quod exercitus patris noſtri, bonæ memorię dñi Vvladiſlai acquiſiuit, & cuius poſſeſsionē huc usq́ habuimus pacificā, Magiſtro & Ordini infra hinc & dñicam Lętare proxime uenturā, cum curijs, Villis, & alijs omnibus cohęrentijs ad prędictū Oppidū ſpectantib. reſtituere tenebimur & debemus. Nobiles inſuper de Nouauedel & Felkemburg, cum Oppidis, Caſtris, & omnib. bonis ſuis in noua Marchia conſiſtentib. qui patri noſtro prædicto fidelitatē & omagiū, exercitu noſtro in noua Marchia exiſtente præſtiterāt: ad Magiſtrū & Ordinē abſoluti primo a noſtris omagijs & iuramentis, ratiōe bonorū prædictorū duntaxat nobis factis, infra hīc & prædictū terminū dominicæ Lętare reuertant. Qualitercūq́ aūt ipſi Nobiles & Oppidū Arnſzvvald ad poſſeſsionē Magiſtri & Ordinis acceſſerit, ſiue de manibus noſtris aut noſtrorum, ſiue etiā alijs modis quibuscūq́, quod per hoc huic articulo ſatisfacere cenſeamur, prouiſo tamē quod Magiſter & Ordo eoſdē fauorabiliter & benigne recipiāt, et de uita ac bonis aſſecurent: queadmodū de huiuſmodi aſſecuratiōe per Magiſtrū et Ordinem in feſto Purificationis Mariæ proximo debet eiſdē prouideri, et in Caſtro Raczyanſz huiuſmōi Lite-

De ſigilli maioris Magiſtri Almaniæ appenſiōe pro concordia firmanda.

De non ferendis ſuppecijs per Magiſtrū & Ordinem, alias ſubditi a iuramentis præſtitis abſoluantur

De Oppidi Arnſuuald Magiſtro reſtitutione.

ra aſſecurãtiõis præſentari. ¶ Item Caſtrum Nyeſſoua, cũ Diſtrictu & medietate nauigij, ut ſupius eſt expreſsũ. Magiſter et Ordo infra hîc & dominicã Lętare proximã, ad manus Reuereñ. in Chriſto patris dñi Vvladiſlai Epiſcopi Vvladiſlau. nomine noſtro debent tradere, reſtituere, & aſsignare cum effectu. ¶ Item ut hæc cõcordia cum tãta maturitate cõcepta, habũdantiori cautela ualeat ab utraq; Parte fortius & attẽtius cuſtodiri: promittimus bona fide, attente, & fideliter in uerbo noſtro Regio, absq; dolo & fraude, corporali præſtito iuramẽto, huiuſmõi concordiã in omnibus ſuis articulis, atq; punctis obſeruare. ¶ Et ut propenſiori uigilantia ipſius capitula attendant, decernimus formã Iuramenti ſub uerbis & tenore infraſcriptis. Ego N. Iuro, quod hãc cõcordiã obſeruabo: nec cõtraueniã ei facto, auxilio, cõſilio, uel fauore: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux. Et quod omnes Reges ſucceſſores noſtri & hęredes, infra annũ Coronatiõis ſuæ, ſeu ſuſcepti regiminis: Similiter Dux Magnus Lithuaniæ modernus, ad rqſitionẽ alterius Partis per Nuncios ſpeciale mandatũ habeñ huiuſmõi pacem perpetuã Iuramentis firmare & ſtabilire teneant. Quodq; de decennio in decenniũ per Prçlatos, Duces, Palatinos, Cõmendatores, Terrigenas atq; Ciues, tam noſtrarũ quã Ordinis Partiũ & prius nõ iuratos, debet nouis Iuramẽtis ſolidari. ¶ Itẽ ut Pars cõtra Partem metu animaduerſiõis præſentis ad bella & prçlia nõ conſurgat, Statuimus decernẽtes Quod noſtri Prælati, milites, Ciues, & tota cõmunitas debeant & teneantur Terrarũ Magiſtri & Ordinis Prçlatis, Nobilib. Militibus, Ciuib. & toti cõmunitati dare certas noſtras Literas, & pares ſiue reuerſales ab ipſis ſub eadẽ forma recipere, quas tã nos quã præfatus Magiſter & Ordo utriuſq; ſubditis noſtris, dare promittimus & debemus. ¶ Ipſiq; ſubditi noſtri, ſubditos Magiſtri & Ordinis, & ecõuerſo ſubditi Ordinis, ſubditis Regni noſtri dare & præſentare tenebunt in dñica Lętare proximę uẽtura, ſub hijs uel ſimilibus uerbis. Quod ſi nos uel ſucceſſores noſtri, ſtante huiusmõi pace perpetua, Magiſtro & Terris Ordinis uellemus aut conaremur huiuſmõi guerras, aut bella mouere, nõ debẽt nobis ſubditi noſtri conſentire: nec in hoc obedire aut parere: quinimo erũt ab omnibus noſtris omagijs, Iuramẽtis, & ſubiectiõib. liberi & ſoluti, donec in hoc caſu Nos & ſucceſſores noſtri, ad obſeruantiam pacis perpetuæ reuertemur. ¶ Item omnes uiolatiões Treugarum ac pacis, fœderũ, ſtipulationũ, cõtractuum ſi quæ inter Partes prędictas in guerris pręteritis accidiſſent, uigore pręſentis cõcordiæ, anullamus, & caſſamus. ¶ In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrũ, quo ad pręſens utimur cum infraſcriptorũ Illuſtriũ ac pręclarorũ dñorum, fratrũ noſtrorum chariſsimorũ, Ducum Baronũq;, Militum, Procerũ, & Ciuitatũ Sigillis præſentibus ſunt appenſa. uidelicet SIgiſm. Magni Ducis Lithuaniæ prædicti, Semoviti, Kazimiri, Vvladiſlai, Boleſlai, Mazouiæ, Boguſlai, Stolpeñ. Michaelis præfati dñi SIgiſm. Magni Ducis Lithuaniæ nati Ducum: Necnõ Reuerendiſs. ac Reuerendorũ in Chriſto patrum dñorum, Alberti S. Gneźñ. Eccleſiæ Primatis, & Iohannis Leopolieñ. Archiepiſco-

De Caſtri Nyeſſoua cum Diſtrictu reſtitutione.

Forma Iuramẽti ſuper concordia facta præſtandi.

De Literis per Nobiles & Ciues hincinde dandis.

Forma Literarum reuerſaliũ hincinde dandarum.

Omnes uiolationes Treugarum &c. inter Partes prius factæ caſſantur.

Archiepiſcoporũ; Sbignei Cracou. Staniſlai Poſnañ. Vvladiſlai Vvla-
diſlau. Staniſlai Ploceñ. Mathiæ Vilneñ. Iohannis Chelmeñ. Pauli Ka-
meneceñ & Andreę Vvladzimir. Epiſcoporũ: Andreę Vvladzimiro-
uic, Chebdogoldouic, Iorgij Syemionouic Ruſsię Ducũ: & Magnifico-
rum Nicolai de Michalovv Cracouiẽ. Caſtell. Sandiuogij de Oſtrorog
Poſnañ. Petri de Pyeskovaskala Cracou. Iohãnis de Czyzovv Sando-
mirieñ. Martini de Kalmova Siradieñ. Iohãnis de Lychyn Breſteñ. Ia-
randi de Brudzevo Iunivvlad. Oſtyk Caſtellani Vilneñ. Dolgerth Vil
neñ. Luluſch Troceñ. Iohãnis Manzyk de Dambrova Leopoliẽ. Petri
Odrovanſz Podolię, Staniſlai Grod de Srzensko Ploceñ. Iohãnis Glo-
vac de Lauzenicze Czyrneñ. Pauli de Radzimovv Belzeñ. Palatinorũ:
Martini de Slamko Poſnañ. Dobeſlai de Syenno Sandomir. Petri de
Zirniki Caliſsieñ. Laurentij Zaramba Siradi. Petri de Bnino Gnezñ.
Alberti Malski Lanciciẽ. Floriani de Korythnica Viſlicieñ. Domarath
de Kobelany Lubliñ. Nicolai de Vorzunouo Brzeſteñ. Chriſtini de Ko
zyeglouy Sandeceñ. Iohãnis de Tanczyn Voyniceñ. Przedborij de Ko-
nyeczpole Roſpierieñ. Nicolai de Virzbicsko Dobrineñ. Iohãnis de Ba-
licze Radomieñ. Barthoſſij de Goſtyn Nakleñ. Martini de Vyrzyska
Iuniuulad. Clementis de Strzelcze Bieceñ. Vincẽtij de Szamotuly Mie-
dzyrzeceñ. Dobrogoſtij de Kolno Cameneñ. Przedpelkonis de Kopy-
dlovo Landeñ. Dzik Przybiſlai Zarnouieñ. Varſy de Oſtrovv Za-
uichoſteñ. Pauli de Biskupice Malogoſteñ. Alberti de Pakoſcz Srzemeñ.
Mathiæ Brzezineñ. Iohannis de Kalinova Sandeceñ. Petri de Chelmpo
Laneceñ. Nicolai de Lubſtovv Kruſvicieñ. Staniſlai de Skarſſevo Bie-
chouieñ. Iacobi Przekora Cechouiẽ. Przybyſlai Kovaleñ. Nicolai Kiel-
baſſa Bydgoſtiẽ. Iakuſſij de Strzygi Ripinẽ. Paskonis de Goſlauice Ko-
narieñ. Iohãnis de Vlonovo Rogoznẽ. Hrickonis Kyerdeiouic Leopol.
Nicolai de Viſſnicze Pręmiſliẽ. Petri de Smolice Sanoceñ. Michaelis de
Buczacz Halicieñ. Iohannis de Oleſſnica Marſchalci: Andreę de Lubi-
no Theſaurarij Regni Pol. Andreę de Czechouice Ploceñ. Vigandi de
Oskolonga Cyrneñ. Dobrogoſtij de Nouydvvor Varſſouieñ. Pauli
de Leſſno Sochacouiẽ. Adę de Rythlo Goſtineñ. Markuſſij de Popyen
Raueñ. Nicolai Maldrzyk de Starogrod Belzeñ. Caſtellanorũ: Petri de
Pyeskovaskala Crac. Petri Kordibog Poſnaniẽ. Andreę de Zelechovv
Sandomiriẽ. Dobrogoſtij de Szamotuly Caliſsiẽ. Clemẽtis Scheliga de
Ianouice Siradiẽ. Staniſlai Byelavski Lanciciẽ. Andreę Dunin Breſtẽ.
Staniſlai Iuniuulad. Volckonis Rokatouic Leopoliẽ. Sandkonis de Sen
novv Præmiſliẽ. Czurilonis de Stoyance Halicien. Ianuſſij Kerkeiouic
Kameneceẽ. Nicolai Grzymalca Sanoceñ. Staniſlai Kanymir Chelm̃. Pe-
tri de Kampa Plocẽ. Andreę de Radzieiouice Sochacou. Nicolai de Brzo
zovv Goſtineñ. Iohannis Tabaſſ de Zaluski Raueñ. Succamerariorũ:
Marciſſij de Vvroczimouice Cracou. Theodorici de Modzychod Po-
ſnaniẽ. Staniſlai Slanka de Lapſovo Sandomir. Nicolai de Pleſſevo Ca
liſs. Zegothæ de Monkovo Siradiẽ. Petri de Oporouo Lancic. Vasko-
nis de Sluzevo Breſtẽ. Nicolai de Koſſczyelec Iuniuulad. Derſlai de Vy

ſkokye Lubl. Georgij de Laſſodki Dobrinē. Iohannis de Vinnica Leopol. Iacobi de Zakouice Halicie. Andreæ Vyzga Plocen. Iohannis de Regleuice Cyrnen. Iohānis Rogala de Vangrzynovo Viſſegrodē. Derſlai de Podoſye Zakrocin. Vexilliferorū: Pauli de Bogumilouice Cracou. Abrahæ de Zbanſſyn Poſnaniē. Iohannis de Sprova Sandomiriē. Troiani de Lekna Caliſsie. Petri de Vidaua Siradiē. Adæ de Thur Lāciciē. Andreæ de Ludbranc Breſten. Mathiæ Figa de Oſſnyca Iuniulad. Alexij de Plonniki Dobrinē. Iohannis Kielcouic Lublin. Staniſlai de Dauidouo Leopol. Petri de Grochouiec Præmiſſ. Iohannis Kola Haliciē. Staniſlai de Strzegouo Plocē. Alberti de Chebdzino Cyrn. Zylani de Vinnica Vyſſogrodē. Zemak de Smogorzeuo Cyechonou. Saſſyni de Sczauino Goſtinē. Iacobi de Glovno Rauen. Saſſyni de Virzyska Belzen. Iudicū: Iohānis Farurey Cracou. Bienyakonis de Bandleuo Poſnaniē. Iohānis Pouale Sandomir. Sigiſmūdi de Margonino Caliſsiē. Stephani de Oporovv Lancic. Criſtini de Koſczol Breſten. Iohānis Boyhuski Iuniuulad. Demetrij de Chodorovv Leopol. Mſſykrouski Præmiſſ. Dapiferorū: Ianuſſij de Kobelany Cracou. Samborij de Malochouo Poſnaniē. Petri de Krzyzanouice Sandomir. Thomkonis de Mirza Siradiē. Voienski BrSeſten. Kaczkovski Iuniuulad. Nicolai de Felſten Leopoliē. Venatorum: Iacobi Klicze Pincernæ Siradiē. Skora Poſnaniē. Bogoſſij de Kruſſovv Caliſsiē. Andreæ de Brzezye Breſt. Iohannis de Zimnauoda Leopol. Subiudicū: Nicolai de Brzeſſe Crac. Raphaelis de Goluthovo Poſnaniē. Iacobi de Baranovv Sandomiriē. Staniſlai de Oſtrorog Caliſsiē. Nicolai Koluczski Iuniuulad. Clemētis de Banczyce Lancic. Nicolai de Szarlei Breſten. Subdapiferorū: Iacobi Lublinē. Kyelcz Siradiē. Iohānis de Laſſothki Dobrinē. Iacobi de Malice Leopol. Tribunorū: Staniſlai Liganſſyc, Spitkonis de Melſtin, Petri de Kurovv, Nicolai de Krolikouo, Przedpelcy Moſſczyc de Koſmin Milai de Miloſlavv, Ianuſſij de Tuliskouo, Nicolai de Grandi, Petri de Zauady, Mſſczvij de Barczevv, Iakuſſij de Vroniauy, Iohannis de Zychlino. Nicolai de Sleſſyno, Vincentij de Pnieua, Tomkonis de Sobotha, Thluk de Strijkovv, Raphaelis de Tarnovv. Iohannis de Pilcza, Skarpkonis de Gora, Nicolai de Michovv Nobiliū & Procerū Craco. Poſnan. Caliſsien. Leopolien. Plocen. Varſſouien. Stolpen. & Stargarden. Ciuitatū. Poſtq̄ aūt Deo fauente annos diſcretionis attigerimus, promittimus & ſpondemus iuramentū præſtare & appendere ſeu appendi facere præſentib. Sigillum noſtræ Maieſtatis. Actum in Brzeſſce Vuladiſlauien. diœceſis ſabbato in uigilia Circumciſiōis Dn̄i. Anno eiuſdem 1436. Datum per manus Magnifici & Venerabilis Iohannis de Koniecpole Cancellarij, & Vincentij Roth Cuſtodis Gneſnen. Cantoris Cracou. Regni Pol. Vicecancellarij ſyncere nobis dilectorū.

Magiſter Pruſsiæ promittit pacē ſeruare cū Regno Poloniæ perpetuā.

Nos frater

141 Nos frater Paulus de Ruſzdorff Ordinis Beatę Mariæ domus Theutonicorũ Ieroſolimitañ. Magiſter generalis. Significamus tenore præſentium quibus expedit uniuerſis, Quia nunq̃ nos, nec ſucceſſores noſtri Sereniſs. Principi & Dño dño Vuladiſlao Regi, aut Regno ſuo Poloniæ guerras mouebimus, aut bella: ſed pacem perpetuã & concordiã inter prædictũ dñm Regem, Regnũ, & adhærentes ſuos ab una: Nos, Ordinem & adherentes noſtros ab altera partibus, de anno dñi 1436. in uigilia Circumciſiõis Dñi in Ciuitate Brzyſk conceptã & firmatã, cuſtodiemus & ſeruabimus inconcuſſe, in omnibus ſuis articulis atq; punctis, promittẽtes, quod ſi nos uel ſucceſſores noſtri, ſtante huiuſmõi pace perpetua; ſupra dicto dño Regi, aut Regno Pol. uellemus aut conaremur huiuſmodi guerras, aut bella mouere, non debent nobis ſubditi noſtri conſentire, nec in hoc obedire aut parere: quinimo erunt ab omnibus noſtris omagĳs, iuramentis, & ſubiectiõibus liberi, & ſoluti, donec in hoc caſu nos & ſucceſſores noſtri, ad obſeruationẽ pacis perpetuæ reuertemur, quos in huiuſmõi caſu abſoluimus ab omnibus omagĳs, promiſsiõibus, & iuramentis nobis factis, ut præfertur ipſo facto per præſentes. In cuius rei teſtimoniũ & fidem firmiorẽ, Sigilli noſtri appenſione præſentes fecimus cõmuniri. Datum in Caſtro noſtro Marienburg ipſa die dominica Lętare. Anno dñi 1436.

Erunt liberi ſubditi Ordinis ab omnibus omagĳs, iuramentis, & ſubiectiõn, ſi Magiſter pacem perpetuã nõ ſeruauerit.

Conditiões pacis perpetuæ in Terris Pruſsiæ vltimo factæ.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam
142 rei memoriã. Cum inter humanæ uoluntatis deſyderia, quæ in aliquẽ citra Deum, finem, atq; rerũ omniũ opificem dirigunt, nulla res optabilior, nulla gratior, quemadmodũ quottidianis experimur effectibus, nulla deniq; humano generi ęque ſalutaris neceſſaria, iucundior, & utilior, quã pax habeatur in ortu redemptiõis dñi noſtri Ieſu Chriſti, hominibus bonę uoluntatis denunciata per angelos, & in receſſu ad patrẽ cœtui apoſtolico, & uniuerſis apoſtolorũ ſequacib. geminata, donatiõe relicta & repromiſſa. Proĩde nos frater Ludouicus de Erlichauſen, Magiſter hoſpital. domus ſanctæ Marię Theutonicorũ Ieroſolimitañ. in Pruſsia. Significamus tenore præſentiũ quibus expedit uniuerſis, tam præſentibus, quã futuris præſentiũ noticiã habituris. Quomodo attẽdentes quales ſint uerę pacis fructus, & quanta belli pericula, qualiſq; uaſtitas diſcordiã ſubſequatur, ad laudẽ omnipotẽtis Dei, & intemeratę Virginis Marię glorioſę, totiuſq; cœleſtis Ierarchię propagationẽ, fidei cultum, iuſticiæ & religiõis Chriſtianę ſalutiferũ incrementũ: Ordinis quoq; noſtri decus & ſtabilimentũ, & guerrarũ ac litium deflendis diſcriminibus, & diſſenſionũ ac odiorũ amfractib. diſplicẽtĳs, & ſingulis offenſis quæ inter Sereniſs. Principẽ dñm Kaſimirũ Dei gratia Polonię Regem Magnũ Ducem Lithuanię, Ruſsiæ, Pruſsięq; dñm & heredem, Illuſtres Principes dños Kaſimirũ, Boleſlaũ, Conradum, & Ia

Enumerantur bona quæ ex pace, & mala quæ ex bello euenire ſolent.

nuſiū Mazouie,& Henricum Stolpeñ. Duces:& Reuerendū patrē dominum Pauliū Epiſcopū, Eccleſiā & Capitulū Varmieñ. Stephanum Voieuodā Moldauię,Regnū Pol.Terras,& alia dominia eidē dño Regi & Regno ſubiecta ex una: & nos Fratrē LVDouicū Magiſtrū generalē,Pręceptores,Cōmendatores,& Ordinē, ac Terras eiuſdē Ordinis,in Terris Pruſsiæ parte ab altera cōſiſteñ,fuerāt ex orte,animos noſtros ad ſemitas pacis & cōcordiæ cōuertimus: fluctus quoq; bellicę tēpeſtatis hactenus inter nos uigentes ſedandos & abolendos duximus,& ea quæ durantibus huiuſmōi guerris & controuerſiarū turbinibus diruta fuere,deformata,& diſtracta,per pacis integritatē ad ſtatū cupientes deducere quietū & tranquillū,per meditationē,operā,& interuentū Reuerēdiſs. in Chriſto patris dñi RVDOlphi Epiſcopi Lauantini,ſedis apoſtolicæ Legati,a ſanctiſs. dño noſtro PAVlo Papa ij. ad interripiendū bellū huiusmōi ſpecialiter deſtinati, cū eodē dño KAZimiro domino Rege,Regno Pol.Ducibus,Principib.Dominijs,Terriſq;,Coadiutoribus cohęrētibus,ſubditis & ſequacibus eorū perpetuæ pacis & inuiolabilis fœderis cōcluſionē & cōſumationē elegimus, aſſumpſimꝰ, iniuimus,ſuſcepimus,eligimusq;,aſſumimus,& inimus tenore præſentium mediante omni tempore & perpetuo duraturā.quā ſub fide & honore & Iuramētis corporalit̄ præſtitis ſine dolo & fraude promittimus uigore præſentiū obſeruare. Et ut ipſa PAX & CONcordia cū omni maturitate & deliberatiōe cōcepta,ad firmū & conſtantē ordinē iugiter ſeruandū deducat̄,ipſam per articulos infraſcriptos duximus regulandum. ¶ In primis quod inter pręfatū Sereniſs.dñm KAZimirū Regem,Duces prædictos,Regnū Pol. eiuſq; Terras,Epiſcopū Varmieñ. Capitulū,& ſuā Eccleſiā Ruſsiæ,Pruſsiæ,Mazouiæ,Stolpeñ & aliorū dominiorū ſuorū ab una:& nos prædictū MAGiſtrū generalē,Cōmēdatores,& Ordinē,Terras, & ſubditos noſtros in Terris Pruſsiæ parte ab altera:omnes cōtrouerſiæ,diſſenſiōes,hoſtilitates,inimiciciæ,diffidationes,infamiæ, & damna inter partes hincinde facta dimiſſa & totalit̄ ſopita debent eſſe:Nec eorū de cœtero aliqua mētio,aut memoria,& ſignanter in querelā,aut in detractionē Partiū,corā quibuſcūq; perſonis habeat̄,aut fiat in quocūq; Iudicio Eccleſiaſtico, uel Sęculari, uel extra: Sed nec una Partiū ad infamiā alterius ſuggeret auxiliū,dabitue fauorem per ſe aut ſubmiſſam perſonā,quouis quęſito colore, publice uel occulte:& quantū in utraq; parte fuerit,delatiōes & detractiōes huiuſmōi fieri nō admittet, ſed potius prohibebit. ¶ Item ad abolendas omnes diſplicentias, odia,ſimultates,& quaſlibet hoſtilitates,quæ inter præfatum Sereniſs. dñm KAZimirū Regē,ſuoſq; predeceſſores Reges,& Regnum Pol.ab una: & Nos,prædeceſſoreſq; noſtros Magiſtros generales Pruſsiæ,& Ordinē noſtrū partibus ab altera:occaſiōe Terrarū Pomeraniæ,Culmeñ.& Michalouieñ.frequentius annis ſuperioribus uſque ad bellorū grauia diſcrimina cōſurgebant:& ut pax ipſa firma,ſtabilis,atq; perpetua,nō ex ore tantūmodo,ſed ex corde,pure, nō ficte,ſyncere,nō ſimulate,inter præfatū Sereniſs. dñm KAZimirū Regē,& Regnum Pol.

De controuerſijs & damnis &c. ſopitis non innouandis, nec ad memoriam reuocandis.

gnum Pol, Duces, Epiſcopū, Eccleſiā, & Capitulū Varmieñ. adhęrētes,
& Coadiutores: noſq; Magiſtrū, Cōmendatores, & Ordinē prædictos
proueniāt: Terra Culmeñ. cum ſuis Caſtris, Ciuitatib. Oppidis, & for-
talicijs uidelicet Thorun ueteri & noua, Byrzglavv alias Byrgelavv,
Starugrad alias Haldenſz, Chelm alias Culmē, Dumiſzlavv alias Von
czelavv, Lypno alias Leipe, Kovale alias Schonenſch, Rogozno alias
Roghuſſen, Koprzyvno alias Eugelſzberg, Radzin alias Reden, Gru-
dzancz alias Graudencz, Golub alias Golavv, Papovv, Brodnica alias
Stroſzberg, Olandberg alias Luterberg, Brathyan alias Nouoforo, La-
skin alias Leſſyen, cū omnibus ſuis pertinētijs, & Villis corū quę per-
tinebant ad Iudiciū & Banderiū Culmeñ. & cū tota Terra Michaloui-
eñ. nihil excipiēdo. ¶ Itē tota Terra Pomeraniæ iuxta antiquos Ter-
143 minos ſuos, cū uniuerſis Caſtris, Ciuitatib. Oppidis, & munitiōibus in
ea cōſiſtentib. uidelicet Gdansk, Puczko, Lauenborg alias Laumberg,
Heyle alias Hella, Lobe alias Koſſrczyn, Grebin alias Grabino, Dirſſav
alias Tſczovv, Meue alias Gnyevv, Stargard, Nouemberg, Noue, Svvie
cze alias Svviecz, Moſthek alias Oſyek, Iaſyenicz alias Ieſyeniecz, Kry-
ſſavv, Kliſſovv, Slochavv alias Clechovv, Konicz alias Choynicze, Fre-
delandt, Hamerſthin, Bievvthavv alias Buthovv, Thuczol alias Tucho
la, Schobouicz, Schonck alias Skazeuo, Baldenburg, & cum Nariga flu-
uijs, aquis, mari, & piſcaturis, quę ſunt in cauda maris, alias Hab. Villis,
portibus, inſulis, & pertinētijs uniuerſis, ac dominio uniuerſali, directo,
& utili, mero & mixto ad pręfatū Sereniſs. dñm Regē KAZimirum, &
Regnū Pol. pertinebāt, & ſpectabāt, pertinere & ſpectare debebūt, dona
tiōibus, renūciationib. ceſsiōibus, appropriatiōib. per Reges, Principes,
Barones, Nobiles, Ciuitates & ſubditos Regni Polo. ex quacūq; cauſa
uel occaſiōe de Terris pręedictis Iure, proprietate, & dominio ac titulo ea-
rum quomodolibet, & quotieſcūq;, etiā Iuramēto corporali interueniē-
te, in fauorē noſtrū & Ordinis factis, & Apoſtolica, Imperiali, uel qua-
cūq; alia firmitate roboratis nō obſtantib. quibuſcūq;: quas per pręſen
tem unionē & fœdus anullamus, caſſamus, abolemus, tollimus, extin-
guimus, & mortificamus, illiſq; perpetuo derogatū eſſe uolumus & de-
rogamus. Quibus qdem Terris POMeraniæ, CVLmeñ. & MICHA-
louieñ. Nos MAgiſter LVDOuicus, Cōmendatores, & Ordo Domus
Theutonicorū prædicti, & illarū Iuri, ꝓprietati, titulo, & dominio quo-
modolibet & ex quacūq; cauſa nobis & Ordini noſtro cōpetenti renū-
ciatiōe & ceſsiōe perpetua, irreuocabili, & ſpontanea de certa & expreſſa
ſciētia pro nobis ſucceſſorib. & Ordini noſtro cedimus & renūciamus.

Nomina Caſtrorum & Ciuitatū &c. ad Regnum Pol. pertinentium per totū exprimuntur.

¶ Nos quoq; & Ordinē noſtrū Terris præfatis Pomeranię, Culmeñ. & Michalouieñ. in perpetuū abdicamus, & omnes Inſcriptiōes, donationes, renūciationes, ceſsiōes, reſignatiōes, cōfirmatiōes, priuilegia, inſtrumenta, uenditiōes, emptiōes, lauda, arbitria, ſentencias, pronūciationes, munimēta & decreta in fauorē noſtrū & Ordinis ſuper Terris prædictis per ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & quaſcūq; perſonas Eccleſiaſticas uel mūdanas cuiuſcūq; con-

De Terris Pomeraniæ, Culmeñ. & Michalouieñ. ad Regnū Pol. pertinentibus renunciatis per Magiſtrum.

iuſcũq; conditiõis, dignitatis, pręeminentiæ uel tenoris exiſtãt cõfectas, decretas, & cõceſſas caſſamus, abolimus, extinguimus, ac mortificamus, & illis pro nobis ſucceſſoribusq; noſtris & Ordine noſtro nõ per errorem coacte aut improuide, ſed libere & ſpontanee ac de certa ſcientia ꝑpetue cedimus, & renũciamus, & Ius omne quod nobis Magiſtro & Ordini in præfatis Terris quomodolibet cõpetebat in dñm KAZimirum Regem & Regnũ ſucceſſoresq; eius Reges Pol. perpetuo transferimus per præſentes, & militares Nobiles, Vaſallos, Ciues, Terrigenas, & q̃ſcũq; ſubditos Eccleſiaſticos & Sęculares Terrarũ, Ciuitatũ, Diſtrictuũ, & locorum prędictorũ ab omni noſtra fidelitate, omagio, ſubiectiõe, iuramento & qualibet ſponſiõe dimittimus & abſoluimus & præſentiũ tenore relaxamus.

De ſpectantibus ad Magiſtrum & Ordinem piſcaturis ſcilicet teloneis antiquis, & ſic de alijs enumeratis.

¶ Excepto quod Piſcatores in Hab a fine aquæ & piſcaturarũ Epiſcopi & Capituli Varmieñ. & ex oppoſito in mari ſalſo: Item partẽ Nergiæ a dicta aqua & piſcaturis Eccleſiæ Varmieñ. per transuerſum Nergię usq; ad dictum mare ſalſum, & a dicto transuerſo per deſcenſum Nergiæ usq; in profundũ cũ Villis Syvyczye, Miyendorff ac Curia Mitlhoff cũ Iurisdictiõe & utilitate hoc ipſum ꝓfundũ cum piſcatura ſturionũ, & teloneo antiquo, Nos Magiſter & Ordo habebimus & poſſidebimus. Quã quidẽ portionẽ Nergiæ cum prædictis Villis & Curia præfatus Sereniſs. dñs Rex nobis Magiſtro & Ordini de ſpeciali ſua gratia perpetuo cõtulit & aſsignauit.

Reſeruatur pro Regia Maieſtate uenatio ſup tota Nergia.

¶ Reſeruata tamen Maieſtati ſuæ totali uenatiõe ſuper dicta portiõe Nergiæ, prout et ſuper tota Nergia illã ſibi reſeruauit. Hoc etiã adiecto, quod nos Magiſter & Ordo nullũ Caſtrũ aut munitionẽ ſuper dicta portiõe Nergiæ nobis donatæ ędificare aut ędificari facere neq; nouũ teloneũ aut grauamen imponere ualeamus aut debeamus.

De Caſtro & Ciuitate Marienburg cũ duabus inſulis ad Regnum Poloniæ pertinentibus.

¶ Item ex bonis certis reſpectibus nos mouentib. & pro pręſentis pacis ſtabilimẽto Caſtrũ & Ciuitas Marienburg cum duabus inſulis magna uidelicet & altera parua quæ dicitũ das Fyſſannyſſe, Herverder, & cũ integritate lacus Druſſen, & cum ſuis omnibus piſcaturis, piſcatiõibus, & Villis & cum Diſtrictu Scharffavv & omnibus alijs attinẽtijs & Villis ſuis, eo tamen excepto, quod Villæ Haldenhorff & Alepin quæ pertinẽt ad Holand & Kulhebory & Horndorff quæ ultima ſola militantiũ eſt, & pertinet ad Preuſchenck, habeãt facultatẽ in lacu Druſſen piſces pro ſuo beneplacito piſcandi iuxta morem antiquũ.

Caſtrum & Oppidum ſthum.

¶ Item Caſtrum & Oppidũ Sthum cũ omnibus antiquis ſuis Iuribus, cohęrentijs, & pertinentijs uniuerſis.

Elbing utraq; cum Diſtrictu Villarũ, limitibus, & Iure ad Reg. Pol. ſpectare debent.

¶ Item Ciuitas Elbing utraq; uetus & noua cũ Diſtrictu Villarũ limitibus & Iure & cũ Oppido Tholkmyth & eius Diſtrictu & ſuo officio ſyluarũ & nemorum alias Valdanpth & cum ſex Villis Tenutæ & Caſtri Holanth uidelicet Pylomen, Myſlothyno, Berthkom, Kamerſdorff, Vielkielicz, & Przeuſſemeret, & cum quinq; Villis quæ ad Oppidũ & Diſtrictũ Molhnuzen pertinebãt, uidelicet magna Staban parua Staban, Schonemor, Pomerendorff, & Volffder. Itẽ Oppidũ & Diſtrictus Kriſchburg alias Drzgon cum ſuis libertatib Militarib. Nobilibus, Vaſallis, Villis, lacubus, molendino & Caſtro, Ita tamẽ quod demoliatur

moliatur Caſtrũ & cum pertinentijs eiuſdẽ uniuerſis, incipiẽdo ab uno
latere Oppidi prædicti Kriſchburg, & deſcendendo a flumine Szroge,
usq; ad lacum Druſſen. Curia tamẽ Doleſczeth cum ipſius molendino
apud nos & Ordinẽ noſtrũ remanente. Ab alio uero latere dicti Oppi-
di aſcẽdendo & trãſeundo usq; ad finales granicies dicti Oppidi Kriſch
144 burg, & Villæ Haldenſtadt mutuo ſe cõtingentes: eadẽ Villa a ſiniſtris
& in ditiõe noſtra & Ordinis remanẽte: ab inde uero directius eundo
ad Eccleſię Pomezanieñ. fines proximiores, ubi omnia & ſingula ſub di
ctis finibus ad partẽ Caſtri Marienburg conſiſtentib. Villa Moyſter-
berg iterũ in parte noſtra & Ordinis remanẽte cũ Curijs, allodijs, & q-
buſcũq; alijs pertinẽtijs ad dictũ Caſtrũ Marienburg ſpectabũt et per-
tinebunt. Cœtera uero alia omnia & ſingula ad Cameratũ & generali-
ter ad Diſtrictũ Kriſchburg usq; in præſens pertinẽtia pari modo cum
Oppidis & allodijs militaribus Terrigenis, Villis, Piſcaturis, aquis, ne-
moribus, & alijs ſingulis pertinẽtijs ſpectabũt ad Caſtrũ noſtrũ & Or-
dinis Preſſemark perpetuo & in æuũ pro prædicto Sereniſs. dño Rege
& Regibus & Regno Pol. remanebũt. Ita quod Caſtra, Ciuitates, Op-
pida, Diſtrictusq; prædicti exnũc & de cœtero uigore præſentis uniõis
& fœderis ad Ius, proprietatẽ, ſortem, & titulũ Regni Pol. pertinebũt et
ſpectabũt pertinere & ſpectare debẽt perpetuo & in æuũ. ¶ Nos quoq;
Magiſter Ludouicus, Cõmendatores, & Conuẽtus prędicti pro nobis
et noſtris ſucceſſorib. Caſtris, Ciuitatib. Oppidis, inſulis, lacubus, piſca-
turis, piſcatorib. Cameratibus, & Officijs prædictis & illorũ Diſtricti-
bus & Villis perpetua & irreuocabili renunciatiõe de certa & expreſſa
ſcientia, Iuri quoq; ſorti, proprietati, titulo, & dominio quocumq; & ex qua-
licumq; cauſa nobis Magiſtro, Cõmendatorib. Officialib. & Ordini no
ſtris in illis cõpetentibus per noſtras pręſentes patentes Literas cedim9
& renũciamus, & omne Ius quod nobis Magiſtro & Ordini ac Cõmen
datoribus noſtris in Caſtris noſtris, Ciuitatib. Oppidis, inſulis, lacubus
piſcaturis, & Villis prædictis cõpetijt & cõpetere potuit, in præfatum
Sereniſs. dñm KAZimirũ Regem, ſucceſſores ſuos, & Regnũ Pol. trãſ-
ferimus & applicamus. Milites quoq; Nobiles, Vaſallos, Terrigenas,
Ciues, & quoſlibet ſubditos Eccleſiaſticos Sęculares præfatorũ Diſtri-
ctuũ, Terrarũ, Ciuitatũ, & locorũ ab omni fidelitate, iuramẽto, omagio
ſubiectiõe, & qualibet ſponſiõe præſentiũ tenore abſoluimus, dimitti-
mus, & relaxamus. ¶ Cœtera uero Caſtra, Ciuitates, Diſtrictus, for-
talicia, Villas, & dominia in Terris Pruſsiæ tam in terris quã in aquis
exiſtentia uidelicet Kyenyczsberg Caſtrũ cum tribus Ciuitatibus: Itẽ
Caſtra & Oppida Lochſteth Varczeñ. Girmavv, Pobethen, Rydauth,
Schoken, Raymen, Kremythen. Valdavv, Topyavv, Thabekavvthen,
Narbekthen, Inſterburg, Allenburg, Vonſdorff, Gerdaven, Ibugirburg
Nordemburg, Labyavv, Lavvkysken, Thylſakh, Ragyethe, Roſchiſten
Vinthburg, Memel, Brandemburg, Krovvczeburg, Fredelanth, Barthẽ,
Laczevv, Balge, Herlibail, Synthen, Landisberg, Prevvſchenlavv, Bar-
thenſteyn, Streſten, Znisburg, Ikeyn, Roſtemburg, Like, Iohansburg,

Magiſter & Ordo renunciant omnibus Iuribus, proprietatibus, & dominijs in Caſtris & Ciuitatib. enumeratis ſibi competentibus.

Caſtra, Ciuitates, Diſtrictus &c. pro Magiſtro & Ordine ſpectantia.

Holand, Ryboskath, Molhyrzen, Morung, Baſſen, Heyno, Ortolſiburg, Oſtorrode, Hoenſteyn, Nyeyndenburg, Scholgavv, Iehenburg, Dengſiſlavv, Prenſemark, Libemole, & Saleſath & quæcũq; alia Caſtra, Ciuitates, Oppida, Diſtrictus, Territoria, & Villas cum eorũ ſubditis militibus, Terrigenis, & Vaſallis, aquis, nemorib. lacubus, & alijs pertinentijs & Iuribus uniuerſis quibuſcũq; cenſent nominib. Nos Magiſter, Cõmendatores, & Ordo perpetuo & in æuũ, quiete, & pacifice absque omni præfati Sereniſs. dñi Regis & ſucceſſorũ ſuorũ Regum & Regni Pol. impedimento, perturbatiõe, & moleſtatiõe poſsidebimus, & illorũ plenum habebimus uſum & dominiũ. De quibus qdem Caſtris, Ciuitatib. Oppidis, Terris, Diſtrictib. Villis, Militib. Terrigenis, et Vaſallis & illorũ quoq; Iuriũ & titulo, proprietate, & ſorte, dominio ſi qđ præfato dño Regi & Regno Pol. quomodolibet & ex quacũq; cauſa cõpetijt uel cõpetere potuit prefatus dñs Kazimirus Rex ex certa & expreſſa ſcientia pro ſe & ſucceſſorib. ſuis Regibus & Regno Pol. ſponte & deliberato animo nobis Magiſtro ſucceſſoribusq; noſtris Magiſtris, Cõmendatorib. Conuẽtui & Ordini noſtris in Terris Pruſsiæ ceſsit & renunciauit, ac omne Ius ſi quod ſuæ Maieſtati & ſucceſſorib. ſuis Regibus & Regno Pol. exẽptione & quibuſcũq; cauſis alijs in præfatis Caſtris, Ciuitatib. Terris, Diſtrictib. Villis, Militib. et Vaſallis quomodolibet cõpetijt in nos Magiſtrũ ſucceſſoresq; noſtros, Cõmendatores, Cõuentum, & Ordinẽ per renunciationẽ & ceſsionẽ perpetuã & irreuocabilem tranſtulit & illud nobis ſponte, libere, & de certa ſcientia applicauit, & omnes Milites, Vaſallos, Nobiles, Terrigenas, Ciues, et quoſlibet ſubditos Eccleſiaſticos & Sęculares Terrarũ & locorũ prædictorum ab omni fidelitate, iuramento, ſubiectiõe, & qualibet ſponſiõe abſolutos dimiſit & relaxauit. Epiſcopatus inſuper & Eccleſia Sabieñ. cum ſuis Caſtris, Ciuitatib. & Oppidis uidelicet Phiſhauſen, Tyremberg, Lobodavv, Pouonden, Ingemburg, Zolavv, & Nuvenhuſch cũ omnibus Vaſallis, Villis, & pertinentijs ſuis uniuerſis ſub ditiõe noſtra & Ordinis noſtri perpetuo cõſiſtet & permanebit. ¶ Itẽ ordinamus et Statuimus, Quod ſuper omnibus piſcaturis Revthel appellatis uulgariter ſub præſentia Capitanei Marienburgeñ. & factoris noſtri a nobis deſtinãdi in Caſtro Marienburg annis ſingulis in magna feria quĩta debet fieri arendatio, & Literæ ſuper omnibus Revvthel ſub dñi Regis et noſtro ſignetis arendatorib. debeant dari, & medietas pecuniarũ ex huiuſmõi arenda prouenientiũ nobis debeat cedere. altera uero medietas dño Regi prouenire, Iure Epiſcoporũ Varmieñ. & Sambieñ. & Capitulorũ eorundẽ cœterarũq; aliarũ perſonarũ & locorũ libertatẽ ex antiquo Revthelorũ habentiũ ꝓ omnia ſaluo. Quibus Literas ſup Revvthel prefatis & quãtitate illorũ absq; omni pecunia libere uolumus cõcedi. Item ne pax ipſa fœdus & unio tanta maturitate firmata & cõcluſa poſsit in poſterũ humana malignitate infringi, aut aliqbus fallacijs, dolo, & ingenijs uiolari, præfatus q̃q; Sereniſs. dñs Kazimirus Rex & ſucceſſores ſui Reges & Regnũ Pol, Prelati, Principes, Barones, et ſubditi Regni

De Arendis ſuper piſcaturis alias Reuutel ſub sigillo R. Polo. & Magiſtri faciendis.

diti Regni eiuſdē de nobis Magiſtro, Cōmendatorib. & Ordine Pruſ-
ſiæ Prælatis, Militibus, & ſubditis noſtris: Nos uero Magiſter ſucceſſo
resq; noſtri, Cōmendatores, & Ordo, Prælati, Milites, & ſubditi noſtri
Pruſsiæ de dicto Sereniſs. dño Rege Kazimiro Regibus & Regno Pol.
Principibus, Baronib. ſubditis eiuſdē plenā confidentiā & ſecuritatem
omni hoſtili reſpectu in præſens & in poſterum depoſito teneamus.
¶ Pręfatus Sereniſs. Kazimirus Rex nos fratrē Lodouicū Magiſtrū,
Cōmendatores, & Ordinē pręfatos in Pruſsia, omneſq; noſtros ſucceſ-
ſores in ſuum & Regni Pol. Principē Conſiliariū perpetuū: Cōmenda-
tores uero principaliores, quos nos Magiſter & ſucceſſores noſtri pro
tempore duxerimus deputādos in Cōſiliarios ſuos & Regni Polo. & in
ſuam & Regni Pol. protectionē, ſubiectionē, & defenſionē perpetuo du
raturam aſſumpſit. Pollicēs nobis in uerbo ſuo Regio, & ſub fide prę-
145 ſtiti iuramēti, pro ſe et ſuis ſucceſſorib. ſuis Regib. & Regno Pol. Quod
Nos præfatū Magiſtrū, Cōmendatores, & Ordinē, Pręlatos, Milites,
Vaſallos, & ſubditos noſtros in Pruſsia, noſtroſq; ſucceſſores, affecti-
one Regia tractabit, honorabit, & diliget. Noſq; Magiſtrū, Cōmenda-
tores, & Ordinē ſucceſſoreſq;. Prælatos, Nobiles, Ciues, ſubditos et Ter
ras noſtras uelut Principis Conſiliarij & unitorū ſuorū in noſtris Iu-
ribus & libertatib. priuilegijs, munimentis, & limitib. quę pręſenti uni-
oni & fœderi aut eius articulis & conditiōib. nō contrariant, cōſerua-
bit. ab uniuerſis quoq; hoſtibus noſtris, uexatorib. & impugnatoribus
in Terris quas poſsidemus Pruſsiæ tuebitur & defendet. ¶ Tenebit
quoq; nos Ludouicus Magiſter præfatus & quilibet ſucceſſor noſter
in officium Magiſterij aſſumptus, & aſſumendus, poſt ſex menſes a die
aſſumptiōis in Magiſteriū pręfato Sereniſs. Kazimiro Regi & ſuis ſuc-
ceſſorib. Regibus Pol. perſonaliter reprę̄ſentari & illic pro nobis Com-
mendatorib. & Terris quas habemus in Pruſsia ſibi & ſucceſſorib. ſuis
Regibus & Regno Pol. præſtare debitę fidelitatis, & de obſeruāda prę-
ſenti pace, & nunq; petenda abſolutiōe ſeu relaxatiōe iuramenti, nec cō-
ceſſa uti aut cōcedenda, Iuramentū ac in præfati dñi Kazimiri Regis ſu
orumq; ſucceſſorū Regū Pol. ſiniſtra parte primariū habere locū et ſeſ-
ſionem. CVI qdem dño Kazimiro Regi ſucceſſorib. ſuis Regibus Re-
gno Polo. nos noſtroſq; ſucceſſores, Cōmendatores, Prælatos, Milites,
Vaſallos, & ſubditos Terraſq; omnes noſtras a nobis nūc poſſeſſas &
in poſterū poſsidēdas conqſitas & cōquirendas etiā in Terris pagano-
rum extra Terras Pruſsiæ dicto dño Kazimiro Regi & Regno Polon.
perpetuo cōnectimus, iungimus, unimus, & inuiſceramus, ea conditiōe,
& reſpectu, ut nos præfati Ludouicus Magiſter noſtri ſucceſſores Cō-
mendatores & cōuentus, Prælati, Barones, Milites, Terrigenę, & perſo-
næ ſingulæ tam Eccleſiaſticæ quā Seculares & omnes Terræ noſtrę at-
q; hoīes in illis degētes in Pruſsia ſimus amplius & de cœtero cū pręfa
to Ser. dño Rege Kazim. ſucceſſoribuſq; ſuis Regib. et Reg. Pol. unū &
indiuiduū corpus, una gēs, unus popul9, in amicicia, fœdere, et uniōe,
nullū aliū poſt Sūmū Pōt. q̄ præfatū dñm Kaz. Regē et ſucceſſor. ſuos

De Magiſtri & Cō mendatorum in Conſiliarios Regni Polo. aſſumptionis.

De Magiſtri poſt 6. menſes repræſentatione & iuramento fidelitatis patrando.

De loco Magiſtri in conſilio Regis Polo. priori a ſiniſtris.

Reges Pol. pro noſtro capite & ſuperiore recognitũ: ita ut teneamur & ſimus obligati nos ſucceſſoresq́ꝫ noſtri prefatũ dñm Kazimirũ Regẽ et ſucceſſores ſuos Reges & Regnũ Polo. ſiue in proſperis ſiue in aduerſis nunq́ꝫ deſerere: ſed ſibi & ſucceſſorib. ſuis Regibus & Regno Pol. contra omnes hoſtes & aduerſarios ſuos Regni ſui Pol. more aliorũ Principũ, Prælatorũ, Baronũ Regni Pol. aſsiſtere: eoſq́ꝫ in guerris & in aduerſitatibus noſtris potentijs adiuuare cõſilijs, auxilijs, & ſuffragijs opportunis. ℭ Nec ſine ſuo & ſucceſſorũ ſuorũ Regum Pol. ipſi quoq́ꝫ ſine noſtro & Conſiliariorũ, Cõmendatorũ, Prelatorũ et Militum noſtrorũ Pruſsiæ ſpeciali & expreſſo cõſilio, uoluntate, & cõſenſu, cum q̃buſcũq́ꝫ perſonis quacũq́ꝫ præfulgeat dignitate, celebrabimus, ſtatuemus, aut firmabimus aliqua fœdera, inſcriptiões uel contractus, publice uel occulte, per ſe uel ſubmiſſas perſonas: ſed nec nos Magiſter, Cõmendatores, noſtriq́ꝫ ſucceſſores bella aliqua cõtra Catholicos ſiue præfati domini Kazimiri Regis & ſucceſſorũ ſuorum Regni Polonię ſpeciali mouebimus conſenſu.

Prutheni una gens cũ Polonis ſint, quibus etiam contra omnes hoſtes aſsiſtere tenentur.

Magiſter nullos contractus ſeu fœdera facere, nulla etiam bella mouere ſine Regis Pol. conſenſu debet.

Forma aũt iuramenti qua nos Lodouicus Magiſter et ſucceſſores noſtri Magiſtri Sereniſs. dño Kazimiro Regi & ſucceſſoribus ſuis Regibus & Regno Polonię iurare tenebimur, talis erit.

Ego LVDOuicus Magiſter generalis Ordinis ſanctę Mariæ Theutonicorũ, Princeps & Cõſiliarius Regni Pol. Iuro, quod ab hac hora & deinceps fidelis ero Sereniſs. Principi dño Kazimiro Regi, & ſucceſſoribus ſuis Regibus, & Regno Pol. et profectũ illorũ fideliter procurabo, & negocijs Regis & Regni fideliter conſulã, & ſecreta quæ mihi qualitercũq́ꝫ cõmunicata fuerint, in eorũ detrimentũ nulli pandã, pacem inſuper præſentẽ in omnibus ſuis conditiõib. & articulis obſeruabo & cuſtodiam: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux. ℭ Item ut per præſentis pacis unionẽ & fœderis ſingula odiorũ & iuramentorũ nubila poſsint funditus euelli, cũ præfato Sereniſs. dño Kazimiro Rege & Regno ſuo Pol. pro bono pacis deuenimus, & illud inter nos cõcordauimus, quod EPIScopatus CVLmeñ. ad Eccleſiã Gnezneñ. redeat, a modo & deinceps præfatę Poloniæ & Gnezñ. Eccleſiæ, & ut tanquã principali ſit in omnibus obediens et ſubiecta, de regulari in ſecularem, fauore & auctoritate Summi Pontificis, ad quod tam nos Ludouicus Magiſter & Cõmendatores noſtri expreſſum prębuimus & prębemus cõſenſum, transferendi: quę etiã cum ſua diocæſi tam omnibus Caſtris Ciuitatib. Oppidis, & munitiõib. uidelicet, Chelmba alias Kulmenſch, Lubava alias Lubavv, Kurzathnik alias Kurnik, Varmbrzeſſno alias Fredeke, Et omnibus Diſtrictib. Nobilib. Vaſallis, Villis, & pertinẽtijs uniuerſis ſub pręfati dñi Kazimiri Regis et Regni ſui Pol. cõſiſtet perpetua ditiõe, patrocinio, & defenſa. ℭ Itẽ cõcordauimus quod VArmieñ Eccleſia & eius Pontifex pro tempore cũ ſuo Venerabili Capitulo Varmieñ, exnunc, & de cœtero cum omnibus ſuis Caſtris, Ciuitatibus, Op-

Epiſcopatus Culm. Eccleſiæ Gnezn. ſubijcitur.

Epiſcopatus etiam Varmien. ad Regnũ pertineat.

tibus, Oppidis, & munitiōib. uidelicet Helſzberg, Bronsberg, Vormedilth, Serburg, Vartemberg, Reſzchel, Byſſchofiſteyn, Alleſteyn, Gekteskath, Melizak, Vartenberg. Franvenburg. & Byſshoyſburg cum omnibus Diſtrictib. Nobilib. & Vaſallis, Villis, pertinentijs & attinentijs ſuis in præfati dñi Kazimiri Regis & ſucceſſorũ ſuorũ Regum & Regni Pol. ditione, ſubiectiōe & protectiōe conſiſtent. ¶ Et nos Ludouicus Magiſter, noſtriq́ȝ ſucceſſores, Cōmendatores, & Ordo eius ditiōi, ſubiectiōi. & protectioni expreſſe renũciamus, & omne Ius quod nobis in prædicta Eccleſia, Epiſcopatu, & Capitulo quomodolibet hactenus cōpetebat, in præfatũ Sereniſs. Regem dñm Kazimirũ ſucceſſores ſuos heredes Reges & Regnũ plenarie transfundimus, & transferimus per præſentes. ¶ Item concordatũ & ordinatũ eſt de ſpeciali noſtra Ludouici Magiſtri, Commendatorũ, & cōuentus noſtri cōprobatione & conſenſu: Quod Venerabilis dñs Vincentius Kielbaſſa Cōſiliarius & Secretarius præfati Sereniſs. dñi Regis Kazimiri ad Eccleſiã præfatam Culmeñ. per ipſum dñm Kazimirũ Regem nominatus, & ad eandem ſua interceſsiōe dante Dño promouendus Eccleſiã, & ſedem Pomezanieñ. Epiſcopatus, quãuis hactenus in capite & membris regularem in cōmendam ad uitæ ſuæ duntaxat tempora per diſpoſitionẽ & ordinationem habeat Apoſtolicã, & illã cum ſuis Caſtris, Ciuitatib. fortalicijs uidelicet Praybuth alias Reſſenberg. Quedzyn alias Marieverder, Biskupicze alias Byſſovvſverder, Kyſſnelcz alias Frenſtath, Smenber alias Sardzen, & Roſſemberg, cœterisq́ȝ eius Diſtrictib. & pertinẽtijs ob-
146 tineat: Ipſamq́ȝ in Spiritualib. & temporalib. adminiſtret: Eccleſia prędicta Pomezanieñ. remanẽte nihilominus in ſuis membris interim regulari. præfato aũt Vincentio Kielbaſſa morte abſumpto ad præfatam Eccleſiã Pomezanieñ. regularis perſona noſtri Ordinis in Pontificẽ eligetur, & ſubſtituet, Sanctiſs. dñi noſtri Papæ gratia & fauore accedeñ. gaudebitq́ȝ dñi Regis protectiōe conſiſtens in noſtra & Ordinis noſtri tam religiōe quã ditione. ¶ Item quoniã poſt ſedatos fluctus bellicæ tempeſtatis nulli magis nos primũ cōuenit quã Eccleſijs & earũ miniſtris cōpati, & cōmiſereri, quatinus ſupremus ſedatio uberiorẽ firmitatem paci conditæ infundat. Quocirca ordinamus & decernimus & ſtatuimus quatinus omnia Caſtra, fortalicia, Ciuitates Oppida, Caſtella, munitiōes, Eccleſiarum loca, & Villę: & ſignanter Franvenburg. Vormedith, Vartemberg, Melzak, Lobavv, Roſſemberg, Mariemverder, & Schonemberg. quomodolibet a nobis & noſtris ac pręfato Ser. Kazimiro Regi & ſuis poſſeſſa, occupata, & incaſtellata quocũq́ȝ nomine uocitentur ſuis Pontificib. Capitulis, Prælatis, Abbatib. Monaſterijs. & ſignanter Varmieñ. Culmeñ. Pomezanieñ. & Sambieñ. Epiſcopis & eorum Eccleſijs, tam Cathedralib. quã conuẽtualib. Collegiatis & earum Capitulis, Conuentib. hoſpitalib. abſq́ȝ aliqua conditione, diminutione, depactatione, ſolutiōe, uel arreſto cum omni ſua ſuppellectili, bombardis, ornamentis, & pertinentijs uniuerſis: infra hinc ad feſtum Natiuitatis S. Iohannis Baptiſtæ proximę uenturũ reddant uiceuerſa. Omnes

Renũciatio Iuris & proprietatis per Magiſtrum in Epiſcopatu Varmienſi.

Epiſcopatus Culmẽ. in titulum & Pomezanien. in cōmendã per Vincentium Kielbaſſa tenendus.

De reſtitutione Caſtrorum, Ciuitatum, Oppidorum &c. Eccleſijs & Pontificib.

inſuper Põtifices, Abbates, Capitula, Prælatos, Prępoſitos, Canonicos, Curatos, & nõ Curatos, & alios Beneficiatos, q nõ ſunt de Ordine noſtro, in eorũ loca, Iura, libertates, & poſſeſsiões, quæ & quas ante motã guerrã poſsidebãt, reſtituimus, & tenore præſentiũ reintegramus: exceptis Caſtris & Ciuitatib. prædictis in prædicto feſto S. Iohãnis Baptiſtæ reſtituendis. Quod ſi dicti Prælati Sereniſs. dño Regi, aut Ciuitatibus, uel Oppidis ingrati uel ſuſpecti ſint, permittant, quod permutẽt, aut Vicarios idoneos inſtituãt, aut penſionẽ honeſtã auctoritate ſupioris reſeruandã dimiſſo atq; renũciato titulo ſuſcipiãt. ¶ Item omnes captiuos in pręſenti guerra per nos Magiſtrũ, Cõmendatores, Capitaneos, gentes noſtras, coadiutores, & adhęrẽtes captos, ſiue ſint depactati ſiue non, ab omni captiuitate & ſponſiõe uigore præſentis fœderis abſoluimus, & tenore præſentiũ relaxamus, quæ abſolutio & libertas per Sereniſs. Kazimirũ dñm Regem, Duces Mazouiæ, & Stolpeñ. Epiſcopum Varmieñ. Capitaneos & Officiales, & omniũ eorundẽ coadiutorum, & adhęrentiũ, quocũq; nomine uocitent, nullo excepto, debet pręſtari, & impendi, nec depactati aut taxati debẽt obligari ad aliquã ſolutionem præmiſſam, quæ nondũ eſt ſoluta, etiã ſi depactati dediſſent pro ſe de ſolutiõe aliquã cautionẽ. ¶ Item ordinamus, decernimus, & ſtatuimus, quod omnes Mercatores tam Regni Polo. principaliorũ dominiorũ & Terrarũ eorundẽ & Epiſcopatus Varmieñ. ſuiq; Capituli, q; Terrarũ Pruſsiæ in ditione noſtra & Ordinis cõſiſtentes ſint ubiq; in terris & in aqs tuti & ſecuri, & nullæ eis de cœtero moleſtiæ inferant, nec cogantur niſi ſolitis & ueteribus ſeruatis itineribus & locis ambulare, aut ad aliquã Ciuitatẽ, Caſtrum, & locum ſub prætextu cuiuſcũq; conſtitutiõis uel edicti cum rebus & mercibus ſuis cuiuſcũq; maneriei exiſtant de cœtero applicari, præterq; in Kinſzberg. iuxta cõmendationem deſuper factã, ſuper qua ſpeciales a nobis Literæ emanauerunt. ¶ Item quoniã per Mercatorũ induſtriã, & rerum uenaliũ importationẽ, Reſpub. nobile accipere cõſueuit incrementũ: Statueñ. decernimus & ſpondemus, quod nulla Telonea, depoſita, gabellas, foralia, ſiue quaſcumq; alias cenſuatiões locis & perſonis in Terris Pruſsiæ et dominijs eis ſubiectis & cõſiſtentib. imponemus de nouo, aut imponi permittemus, tã in terris quã in aquis: ſed tantũmodo utemur impoſitis. Quod qdem Ser. Kazimirus dñs Rex ſucceſſoresq; ſui Reges, Duces, & Epiſcopi præfati in ſuis etiã Terris obſeruabũt. ¶ Item ut charitatis & unionis amplior certitudo inter Sereniſs. dñm Kazimirũ Regem, Regnum ſuum Pol. ſubditos & adhęreñ. ab una, & nos Magiſtrũ, Commendatores, & Ordinẽ in Pruſsia ab altera partibus iugiter & inconcuſſe perpetue perſeueret: Statuimus et ordinauimus, quod deinceps et a modo ad Ordinẽ noſtrũ ſanctę Marię Theutonicorũ in Terris Pruſſiæ perſonæ idoneæ et Ordinis capaces etiã ex ſubditis quibuſcũq; Regni Pol. et principaliũ et dñorum eius aſſumant: Ita tamẽ qđ nos Magiſter et Cõmendatores ultra mediã partem de illis aſſumere nõ teneamur: ad eaſdẽ quoq; perſonas in diſtribuẽdis Cõmendarijs et Officijs Ordinis iuxta

De captiuis hinc inde libere mittendis.

De Mercatoribus et eorum libero transitu p terrã & aquas.

De nouis Teloneis hinc inde non inſtituendis.

De Polonis ad Ordinem aſſumendis citra medietatem.

Ordinis iuxta medietatẽ dictã bonum reſpectũ habere tenebimur. Magiſter uero eligetur uir magis utilis & idoneus ſecundũ Ordinis regulam & inſtituta. Qui cũ Princeps & Cõſiliarius Sereniſs. dñi Regis & Regni ſit, nõ debebit ſine cõmerito ſcitucꝫ Sereniſs. dñi Regis p Commendatores & Conuentũ de Magiſtratu amoueri. ℭ Item ut huiuſmodi pacem perpetuã unionẽ & concordiã ſub certiori attentiõe firmitate & robore cuſtodiamus, promittimus ſine dolo & fraude ac ſub onere pręſtiti iuramẽti, quod ad nullius hominis uiuẽtis auctoritatẽ et poteſtatẽ, etiã quacũcꝫ dignitate præfulgeat, Papali, Impiali, Regali, uel Ducali, aut cuiuſcũcꝫ congregatiõis legitime, perſonarũ Eccleſiaſticarũ aut Secularium, ad impetrandũ præſentis pacis, uniõis, fœderis, & cõtractus, in toto uel parte, expreſſe, manifeſte, uel occulte, per ſe aliũ uel alias quaſcũcꝫ perſonas ſubmiſſas Spirituales uel Seculares, diſſolutionẽ, reemptionẽ, caſſationẽ, et irritationẽ, recurremus, aut recurſum habere poterimus, aut nos induci, perſuaderi, requiri, uel nobis mãdari ad uiolationem præſentis pacis & fœderis per aliquã poteſtatẽ Papalẽ, Synodalem, Imperialẽ, Regalẽ, Ducalẽ permittemus, necꝫ impetrabimus abſolutionẽ & relaxationẽ Iuramẽti pręſtiti, necꝫ utemur impetrata, aut etiã motu proprio cõceſſa, uel cõcedenda. QVOD SI CONTRARIVM FECERIMVS, CENSEBIMVR FIDEFRAGI & PER-
147 IVRI. ℭ Item quod ſubditi Ser. dñi Kazimiri Regis & Regni Polo. ac Terrarũ prædictarũ undecũcꝫ & cuiuſcũcꝫ gradus, ſtatus, & conditionis fuerint, q cauſa negociatiõis, uel alia, ad Terras quaſcũcꝫ noſtras Pruſsiæ & Ordinis uenerit per ſubditos noſtros & extraneos cuiuſcũcꝫ ſtatus graduſue fuerint impediri, cõueniri, uel arreſtari non debent. ℭ Sed in Regno Pol. & Ducatibus atcꝫ Terris eiuſdẽ ſi qd actiõis habuerit, Actores iuxta Terrarũ Iura municipalia illos cõueniant, et querelæ huiuſmõi ſopiant. Delinquens tamẽ in loco delicti depręhenſus, & cõtrahens de cõtractu recenti in loco cõtractus poterit cõueniri. ſed ſi de loco ubi cõtraxit receſſerit publice uel occulte, corã Iudice ſuo cõueniat. ℭ Item ordinauimus, Quod ubicũcꝫ qs reperiat ruſticos uel Colonos ſuos, qui propter guerras aut alias ab eo receſſerũt, poſſit eos repetere, q & ſibi dimitti & reſtitui debet cum eos requiſierit. ℭ Item quod nullus Mercator ſeu alius homo cuiuſcũcꝫ conditiõis exiſtat, aut bona ipſius propter delictũ ſeu debitũ alterius arreſtetur, moleſtetur, turbetur, nec etiam captiuetur. ℭ Item ſi Vectores aut aurigę bona ſeu merces Mercatorũ pro precio ducentes telonea ſeu datiarũ loca pręterierit, ipſi dũtaxat in eorũ rebus & equis ſuis proprijs puniant. & quod pręterea bona mercatoria nõ debent occupari nec detineri. ℭ Item ſi per aliquẽ ſubditũ aut indigenã alicuius noſtrũ Inſcriptiõi ſeu paci perpetuæ præſenti fuerit in aliquo derogatũ & conuentũ, ut pote, ſi rapinæ, ſpolia, incendia, uaſtatiões, prędæ, uel homicidia uel aliqua maleficiorũ genera in Terris & dominijs noſtris alterutrũ perpetrata fuerint et cõmiſſa, propter ea prædicta pax, unio, caſſari & irritari nõ debebit, ſed in ſuo robore & firmitate permanebit. Nec propter hoc Pars cuius ſubditus huiuſmõi

Qualis Magiſter eligendus ſit, & quod ſine cõmerito deponi nequit.

De Iuramento præſtito ſuper fidelitate non rumpendo.

De Mercatorib. eõuenit coram proprio Iudice cõueniendis.

Delinquẽs in loco delicti poteſt conueniri ſimiliter in contractu recenti.

De ruſticis & colonis fugitiuis tempore guerræ reſtituendis.

Nullus ratione delicti alterius eſt arreſtandus ſeu turbandus.

Vectores pro precio ad telonei ſolutionẽ obligantur, & puniuntur.

De pace propter culpam unius non uiolanda.

tus huiuſmôi maleficiũ cõmiſerit cenſebitur fore deierans & periurãs. Prędicti aũt delinquẽtes & malefactores pro ipſorũ exceſsibus per Capitaneos ſiue Officiales utriusqꝫ noſtrũ Iudicialiter punient, & ad ſatisfactionẽ plenã & debitã arcebũtur & compellent. ¶ Item promittimus tenore præſentiũ & ſpõdemus in uerbo noſtro, & ſub onere prę/ſtiti iuramenti, per nos pollicemur, quod ad occupandũ Terras, Caſtra Ciuitates, Oppida, Villas, & quæcũqꝫ loca dñi Regis Ducũ & Epiſcopi prædictorũ & omniũ ſubditorũ ſuorũ ſub eorũ ditione conſiſtentium tam Eccleſiaſticorũ quã Sęculariũ.

Caſtra quomodocũqꝫ intercepta ſunt uiceuerſa R. P. per Magiſtrum reſtituenda.

¶ Quinimo ſi aliquo caſu p quemcũqꝫ hoſtem aut inſidiatorẽ Regis, Ducum, Epiſcopi, & Capituli prædictorũ Caſtrum aliquod Ciuitas uel fortaliciũ fuerint dolo, fraude, uel uiolentia intercepta uel occupata, aut aliqua loca incaſtellata qđ Deus auferat: nullatenus debebimus aut poterimus Caſtrũ, fortaliciũ, Ciuitatẽ, aut loca ſic intercepta, occupata, uel incaſtellata, etiã ſi ſponte uel ultroneę illius uel illorũ nobis offeratur deditio, quomodolibet & ſub quocũqꝫ colore ſuſcipere: ſed tenebimur & aſtringemur ad cõquiſitionẽ & recuperationẽ cuiuſlibet Caſtri, Ciuitatis, & fortalicij in Terris Culmeñ. Pomeraniæ & Pruſsiæ intercepti & occupati, expugnati et incaſtellati per nos & noſtras potentias, una cũ potentijs Sereniſs. dñi Kazimiri Regis dñorum Ducum & Epiſcoporũ & Terrarũ ſuarum & ſubditorũ prædictorũ cõſurgere, & de manibus hoſtilibus eripere, ac in poteſtatẽ & ditionẽ Sereniſs. dñi Regis Kazimiri, Pręlatorũ, Principũ, & ſubditorũ prædictorũ reſtituere uiceuerſa tenebimur.

De Caſtris et Ciuitatibus Sthum, Nouiforo, Culm ñ & ſic de alijs reſignandis.

¶ Item nos LVDOuicus Magiſter Cõmendatores & Ordo prędicti Caſtra et Ciuitates Sthum, Nouumforũ, Chelm alias Kulmen, antiquũ Caſtrum alias Heldennus, Brodnicza alias Stroſzberg, Kryſzburg alias Dregon, quæ hactenus fuerũt in noſtra poſſeſsiõe & ditione cum uniuerſis ſuis Diſtrictibus et pertinẽtijs, ſalua diſpoſitiõe quo ad Kryſtburg ſuperius expreſſa, præfato Sereniſs. dño Kazimiro Regi & Regno Pol. aut eorũ factoribus & Officialib. dimittere & reſignare cum Villis, Oppidis, cohęrentijs, pertinẽtijs eorũ uniuerſis, nihil excipiẽdo, & dictorũ Caſtrorum atqꝫ Ciuitatũ pręfato Sereniſs. domino Regi Kazimiro et Regno Pol. aut eorũ factoribus & Officialib. infra hinc & feſtum Natiuitatis S. Iohannis Baptiſtæ proximę uenturũ effectualẽ, liberalẽ, & expeditã tradere poſſeſsionẽ. ſiue aũt de manibus noſtris & noſtrorũ et ex noſtra ceſsione, ſiue etiã alijs quibuſcũqꝫ modis præfata Caſtra & Ciuitates in manus & poteſtatẽ domini Kazimiri Regis & Regni Pol. deuenerint, quod per hoc huic articulo, Nos Magiſter, Cõmendatores, conuentus, & Ordo cenſebimur ſatisfacere.

De offenſa Ciuibus remittenda & iurib. antiquis per Regem confirmandis.

¶ Prouiſo & etiã ante omnia ſaluo, ut Sereniſs. dominus Kazimirus Rex Polonię prædictus Ciues & ſubditos Ciuitatũ prædictarũ benigne ſuſcipiat, & omnẽ offenſam ex corde illis, nunqꝫ uerbo uel facto ipſam reminiſcendo, dimittet, & de bonis ac uita illos per ſpeciales ſuas Regias Literas in manibus noſtris tradẽdas aſſecurabit. Iura eorũ, libertates, & immunitates antiqua ex antiqs duntaxat cõfirmando. Quod idẽ & nos Ludouicus Magiſter Cõmendatores &

datores & Ordo de Ciuibus & ſubditis Ciuitatū Holanth, Baſſenheym, Medenburg, & Molicze facere tenebimur. Quarū etiā Ciuitatum Holanth. Baſſenheym, Myedenburg, Molhyrzen, et cameratuū Bordevon præfatus Sereniſs. dñs Kazimirus Rex & Regnū Polon. tenebitur nobis Magiſtro Cōmendatorib. & Ordini noſtro infra hinc & prædictum feſtum Natiuitatis S. Iohannis Baptiſtę liberā, realem, & expeditā dimittere poſſeſsionē, exceptis ſex Villis Diſtrictus Holanth, & quinque Villis Oppidi & Diſtrictus Molhuzeñ. quæ ſuperius ſunt nominatæ. ¶. Volumus aūt quod omnes uenditiōes, donatiōes, alienatiōes, *De uenditionibus & alienationibus Caſtrorum & Ciuitatū &c. annullandis.*
143 libertationes, et Inſcriptiōes inde et ſuper Oppidis, Villis, Caſtris, quæ Nos Ludouicus Magiſter Cōmendatores & Ordo, dicto dño Sereniſs. Kazimiro Regi prout ſupra aſsignare tenemur, huiuſmōi guerris durātibus quouis modo factę, ſint caſſæ, irritæ, & nullæ, quas et ſic ex noſtra certa ſcientia caſſamus, irritamus, et anullamus. ¶ Item ordinauimus quod omnes profugi, ſpoliati, et exules, militares uidelicet Nobiles & Terrigenæ tam de Regno Pol. Ducatib. dominijs, & Terris pręfati Sereniſs. Prīcipis Kazimiri Regis & Regni ſui et Epiſcopatus Varmieñ, quā de Terris Pruſsiæ & Ordinis predicti quibuſcūq; poſsīt redire ad propria, & de bonis ſuis dimiſsis diſponere pro beneplacito ſuæ uoluntatis, ad q̄rum quietā & plenā poſſeſsionē tenebimur illos & proximiores illorū admittere & defendere admiſimus. Non obſtañ. quod huiuſmōi bona eorū per nos alijs quibuſcūq; perſonis ſint ad uitā, aut ad tempus, uel imperpetuū, obligata, donata, uel inſcripta. Quas qdem obligationes, donatiōes, uenditiōes, & Inſcriptiōes caſſamus & irritam9 reuocamus & annullamus nulliusq; roboris eſſe uolumus per præſentes. ¶ Tenebimur q̄q; Nos LVDouicus Magiſter, Cōmendatores, et ſucceſſores noſtri illos habere in gratia & fauore, nec unq; uerbo aut facto eorū reminiſci hoſtilitatis, nec de illis unq; aliquā ſummæ ultionē, per nos uel ſubmiſſam perſonā, publice uel occulte, directe & indirecte, aut quouis quęſito colore: quibus etiā plenam damus licentiā de Terris & dominijs noſtris ad Terras Regni Principatuū & dominiorū prędictorum ratiōe incolatus ſe transferre, & bona ſua mobilia & immobilia uendere, & cōmutare, & de eis libere diſponere pro ſuo arbitrio, beneplacito, & uoluntate. Ciues etiā utriuſq; Partis qui de Ciuitatib. uel Oppidis expulſi uel banniti fuerāt, aut alias ab eis receſſerāt publice uel occulte, debent ad illos, & ad illa ire, & admitti, Bona quoq; eorū quę ante inchoationē huius dietæ uendita uel donata alijs non ſunt, debent eis reſtitui. Et ſi ad domos uel bona uendita aut donata redditum habere uelint, dato precio per emptorē expoſito, aut quod pro donatis per Cōſulatum loci taxabitur, reſtitui debent eiſdem, ſaluo etiā eo, Quod poſſeſsiones in ædificijs uel alijs oneribus occaſione dictorū dominiorum uel bonorū expoſuerūt, quod ſimiliter iuxta dictamē Cōſulatus loci reſtituere debēt, anteq; huiuſmōi domus ipſis uel bona reſtituant. ¶ Itē ut præſentis pacis, fœderis, & uniōis cōcluſio abundantiori cautela cuſtodiatur per nos Magiſtrū, Cōmendatores, & Ordinē omnes Epiſco-

De reſtitutione bonorum profugis et ſpoliatis in ecclęſiam redeuntibus.

De indignatione remittenda, & licentia transferendi incolatum.

 pos Commē-

pos, Cõmendatores, Vicecõmẽdatores, Aduocatos, Milites, Nobiles, &
coeteros Magiſtrat. et Officia in Ter. noſtris Pruſ. obtineñ. ℭ Itẽ Ma-
giſtri Conſulum, Conſules Ciuitatũ noſtrarũ Kunſzberg, Knerpayy,
Lembenycht, Holanth, Noyderburg, Paſſenhein ac omnes & ſinguli
fratres Ordinis militares Pruſſię iurabũt pacem pręſentẽ ſeruare inui-
olabiliter, & inconcuſſe, nec ei cõtrauenire quacũq; occaſione, nec diſpẽ-
ſationẽ uel relaxationẽ Iuramenti petere. renũciando omnibus excepti-
onibus tam Iuris quã facti, maxime, quod cauſa metus perditiõis omni-
um bonorũ, aut abſq; conſenſu ſedis Apoſtolicæ, cui ordo immediate
ſubeſt, ſeu quod non uocatis Magiſtris Almanię & Liuoniæ, & abſq;
eorũ ſcitu, uoluntate, & cõſenſu & contra Statuta & cõſuetudines Or-
dinis pręſens concordia & unio celebrata & acceptata ſit, & alijs nõ ob-
ſtantibus quibuſcũq;. ℭ Item ut huiuſmõi pacẽ perpetuã & concor-
diam ſub certiori tenore, attentiori firmitate & robore in omnibus ſuis
capitulis, conditiõibus, articulis atq; punctis cuſtodiamus et ſeruemus:
Et ut pax ipſa foedus & unio ab omni ſuſpiciõis genere ſit circumſcri-
pta, pro illius ſubſiſtentia & robore adijcimus, Quod Sereniſs. dñs Ka-
zimirus Rex Pol. & nos Ludouicus Magiſter, Cõmendatores, Cõuen-
tus & Ordo per noſtros hincinde factores & procuratores quos in ſoli-
dum & irreuocabiliter pręſentiũ tenore cõſtituimus, Venerandũ uide-
licet patrem dñm Iodocum Epiſcopũ Ozilieñ. Ordinis procuratorẽ ge-
neralem, & Magnificũ, Venerabiles, Egregios, Nobiles & circũſpectos
uiros Iohannẽ de Oſtrorog Militem utriuſq; Iuris Doctorẽ Caſtella-
num Miedzyrzeceñ. Magiſtrũ Sandiuogiũ Theologię profeſſorẽ Pręー
poſitum Monaſterij Klodauieñ. Ordinis Canonicorũ regulariũ, Anto-
nium de Furliuio decretorũ Doctorẽ Cameræ Apoſtolicæ clericũ, An-
dream de ſancta cruce, Antonium de Kafarellis ſacri palatij Apoſtoli-
cæ Aduocatos, Barptolomęũ Kielbaſſa Canonicũ Gnezneñ. Magiſtrũ
Henricũ, Gurdeman Decanũ Eccleſiæ S. Andreę Colomieñ. procura-
torem cauſarũ, Magiſtrũ Fabianũ Hanco decretorũ Doctorẽ Canoni
cum maiorẽ & Scholaſticũ S. crucis Vvratiſlaueñ. Eccleſiarũ coram
ſummo Pontifice dño noſtro Sanctiſs. Papa cõfitebimur, ꝓfitebimur,
recognoſcemus & qlibet noſtrũ profitebitur & recognoſcet præfatam
unionẽ, foedus, pacem, & concordiã Nos ſpontanee, libere, ſyncera uo-
luntate ſine dolo & fraude celebraſſe, ordinaſſe, confeciſſe, & cõſumaſſe.
Et omnes articulos, capitula, modos, & ordinẽ quibus pax ipſa & con-
cordia confecta, cõſumata, & regulata eſt, ad præfati Reuerendiſs. dñi
patris Rudolphi Epiſcopi Lauentini Apoſtolici Legati exhortationẽ, 149
perſuaſionẽ, & mediationẽ, & de noſtra mente, ſcitu, uoluntate, cõſenſu
& beneplacito ultroneis proceſsiſſe. ℭ Inſtabimuſq;, petemus, labora-
bim9, inſtare, petere, et laborare debemus, et tenebimur ſine dolo et frau
de quatinus ſummus Pontifex dñs noſter præſentẽ unionẽ, foedus, pa-
cem & concordiã per interpoſitionẽ ſui ſpecialis decreti, de certa ſuę ſan
ctitatis ſcientia emanandi, Et per Literas Apoſtolicas ſiue bullas in om
nibus ipſius articulis, capitulis, modis, ordinatiõibus, atq; pũctis acce-
ptet, ratifi-

De Iuramento per Magiſtrum, Ord nẽ, coeteroq; ſubditos uniuerſos præſtando.

Nomina procuratorum hincinde inuicẽ conſtitutorum.

De Apoſtolica confirmatione ſuper cõcordia facta petẽda.

ptet, ratificet, gratificetur. Et ad perpetuā rei memoriā cōfirmet, pœnam quoqꝫ & cenſurā ad quā nos ſummitimus adijciet, & apponet in præſentis pacis, unionis, & fœderis uiolatorē & transgreſſorē & cōtrariatorem, cum ſuppletiōe defectuū, ſi qui ſunt in præſenti fœdere, ordinatione, & Inſcriptiōe comiſsi, & cum derogatiōe Statutorū & conſuetudinum Ordinis etiā Iuramēto firmatorū, aut auctoritate Apoſtolica uel Legatorū eius, uel quacūqꝫ alia confirmatorū, quibus fortaſſe caueret, quod in magnis & arduis rebus Ordinis uocatio et cōſenſus Magiſtrorum Almaniæ & Liuoniæ debeat interuenire, ac etiā cum caſſatiōe allegatiōis metus, quę per nos Magiſtrū, Cōmendatores, Conuentū et Ordinem prætendi poſsit, cum ad pacē præſentē conficiendā aduocationē Reuerēdiſs. dñi Rudolphi Epiſcopi Lauentini Legati Apoſtolici ſponte uenerimus, & in ſingulos tractatus, conditiōes, & concluſiōes pacis tāquā nobis proficuos & utiles noſtrū ultroneū prębuerimus cōſenſum.

¶ Quam qdem concordiā, unionē, et fœderis perpetui cōcluſionē, Nos Frater Ludouicus de Erlichhauſen Magiſter generalis, cū Cōmendatorib. Conuentu, & Ordine noſtris pro nobis ſucceſſoribusqꝫ noſtris & Conuentu adiutoribus adhęrentibus & ſubditis noſtris, de certa ſcientia, in omnibus eius articulis, conditiōib. atqꝫ punctis approbamus, acceptamus, & præſentiū tenore pro ſubſiſtentia perpetua emologamus, ſaluis alijs quæ cōtra pręſentis pacis & uniōis ordinationē eius articulos, conditiōes, capitula nō ſunt, noſtris et noſtri Ordinis Iuribus, libertatib. & priuilegijs. Quę pręfatus Sereniſs. dñs Kazimirus pro ſe & ſuc ceſſoribus ſuis Poloniæ Regib. approbat et cōfirmat. In cuius rei teſtimoniū præfati Reuerēdiſs. D. patris D. Rudolphi Epiſcopi Lauentini ſedis Apoſtolicæ Legati, ac noſtrū, Magiſtri generalis Sigilla, cum propriæ manus eiuſdē dñi Rudolphi Epiſcopi & Legati, & Notariorū publicorū ſubſcriptiōe ſunt appenſa. Et nos Frater Hēricus de Plauen hoſpitalarius ſupremus & Capitaneus in Prayſchenmarkt & Morug. Vilhelmus de Pingen Cōmendator in Oſterrode, Vlricus de Kinsberg in Ilavv, Vitus de Gych in Brandemburg, Iohannes de Narbe, Ziffridus Vlach de Schavarczburg in Balga, Georgius de Ranuung in Rein Vlricus de Otemberg in Licke Capitanei: Stephanus de Strothberg Viceecōmendator in Kenczberg, Vlricus de Zolendorff, et Vilhelmus Geyer in Lochſteth et Schoken Caſtrorū prouiſores: Iohannes de Klauczeyn, Iohannes Stertuncz, Balthaſar Nykierzycz, Iohannes de Lako, Nicolaus Sperlink, Caſper Materne, Pruſzke de Huer, Bartholomęus Ravoſzke, Georgius de Bole, Matheus de Dornyk, Nicolaus de Grebin Nicolaus Kyſzkiol, Guntherus de Hozendorff, Hieronimus de Hogendorff, Iohannes Tholke, Nicolaus Raſchavv, Iohannes de Dyvon, Matheus de Lethen, Iohannes Przebendorski, Michael de Hermanhayn, Oſvaldus de Sparvyn, Ludouicus de Epingen, Marcus de Federavv, Thomas de Berthlzin, Georgius Portegal, Rugelhardus Roppe, Martinus de Pokarben, Sigiſmūdus de Freven, Iacobus Gvvanth, Arthvvicus Domenhavv, Iohannes Thimonis, Ambroſius de Borebamth, Phi-

Magiſter confirmat pacem perpetuam.

 lippus Vay-

lippus Vayſſel, Iohannes Bandyn, Guntherus de Lanvv, Nicolaus de Nothenthoſen, Mathias Rokothe, Iohãnes Zeleger, Michael Hundyrtmarg, Matheus Kolhaſſe, Petrus de Thyrenberg, Thomas Lenharth, Nicolaus Layſſreuange. Nos etiã Ciues Ciuitatũ & Oppidorũ uidelicet antiqua Knyepavv, & Lambenycht, Koniczsberg, Bartenſten, Velavv, Kaſtenburg, Heyligenbgil, Fredelanth de Schipemffil, & Nicolaus Dei gratia Epiſcopus & Capitulũ noſtrũ Eccleſiæ Zambieñ. promittimus & ſpondemus, Quod Venerabilis & Magnificus Frater Lodouicus de Erlichhauſen Magiſter, & ſui ſucceſſores Ordinis noſtri, Magiſtri generales, ſinguli, præſentẽ concordiã & perpetuũ fœdus, pacem, atq; conuentionẽ cum Sereniſſ. Principe domino Kazimiro Rege Polon. Regno ac ſibi inuiſceratis, Prælatis, Principib. & ſubditis uniuerſis mutuã, concluſam, & firmã cuſtodiã attendent, implebũt, & obſeruabunt. Nos quoq; omnes & ſinguli prædicti ipſam cuſtodiemus, attẽdemus, obſeruabimus, & implebimus in omnibus ſuis cõditionibus, articulis atq; punctis. Et in euidentiã præmiſſorũ literã præſentẽ Sigillorum noſtrorũ ac Bulla Cõuentus et Ordinis de ſpeciali Magiſtri generalis atq; fratrũ omniũ & Conuẽtus conſenſu appenſiõe ordinauimus roborari. Actum & datũ in Thorun anno dñi 1466 inditiõe 14. die uero dñica decimanona mẽſis Octobris, hora terciarũ de mane uel quaſi, 150 Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto patris dñi & D. noſtri Pauli diuina prouidentia Papæ ſecundi, anno ipſius tercio. Præſentibus Venerabilib. uiris Egregijs, Strẽnuis, Nobilib. & Spiritualib. dño Paulo de Glovina Decano Cracou. Petro de Pnyevy Præpoſito Vvladiſlau. & Canonico Gnezñ. Iacobo de Schadek decretorũ Doctore Præpoſito Premiſlieñ. & Iohanne Dlugoſz Cuſtode Viſlicieñ. Canonicis Cracou. Henrico de Opporovv utriuſq; Iuris Doctore Archidiacono Gnezñ. Mathia Raczyanſz, Vinkler decretorũ Doctorib. Paulo de Panczlouicze, Iohanne Hoffeman, & Mathia licenciatis in decretis, Iohanne Stankonis medicinę Doctore Canonico Vvratiſlau. Bernardo de Czmenberg & Schonemberg in Kulmenhaldenſz de Straſzberg, Iohanne Skaski in Frandensburg & Melzak. Georgio de Sſyuyen in Ilavv et Vonſdorvv Capitaneis: Iohanne Schiling, Iohãne Thimonis, Philippo Veyſſel Nobilibus de Schambia, Iohanne Folmar, Michaele Tronymer, Nicolao Koſſchelin, Luca Reychenſen Conſule Ciuitatis Vvratiſlau. & Nicolao Hermanni beneficiato in Eccleſia Parochiali Vvratiſlau & quã pluribus alijs fidedignis teſtibus ad præmiſſa uocatis ſpecialiter & rogatis.

ſubſcriptio Rudolphi ſedis Apoſtolicæ Legati manu propria

¶ Et ego Rudolphus Dei gratia Epiſcopus Lauentinus Sacroſanctæ ſedis Apoſtolicę et Sanctiſſ. D. noſtri D. Pauli diuina prouidẽtia Papæ ſecundi ad germaniã Legatus miſſus præfatus, Quia præmiſſa omnia tractaui, concordaui, & dum per partes acceptarent, emologarẽtur, & iurarent, interfui: Ideoq; pro meliori euidentia ac teſtimonio hic me manu propria ſubſcripſi huiuſmõi concordiã et fœdus approbãdo, atq; ratam & gratã habendo, Lauẽtinus Epiſcopus manu propria.

ſubſcriptio Notarij publici ad concordiam promiſſam.

¶ Et ego Iohannes Eyich de Attendarij Clericus Colonieñ. dioc. Apoſtolica & Imperiali

& Imperiali auctoritatib. Notarius, præfatiq; Reuerēdiſs. in Chriſto patris & dñi domini Rudolphi Epiſcopi Lauantineñ. & Legati Apoſtolici, ac corā eo ſcriba, Quia præinſertis cōcordiæ & perpetuę pacis et articulorū & capitulorū in eadē cōcordia expreſſorū publicatiōi & inſinuationi Partiū hincinde concordiæ acceptatiōi, & emologationi, exceptioni, renunciatiōi, promiſsioni, & iuramenti præſtatiōi, omnibusq; alijs & ſingulis pręmiſsiōi dum ſic ut præmittitur per præfatum dñm Reuerendiſs. D. Rudolphū Epiſcopū Lauentinū & Legatū Apoſtolicum, ac coram eo, & per Sereniſs. Principē D. & D. Kazimirū Regem Pol. &c. & ſuos ex una, ac Magnificū D. Lodouicū de Erlichhauſen Magiſtrū generalē Ordinis beatę Mariæ Theutonicorū & etiā ſuos ab altera partibus, agerent, & fierēt, una cū pręnominatis teſtibus pręſens interfui. Eaq; omnia & ſingula prout in prætactis cōcordia & articulis continetur fieri uidi & audiui. Ideoq; præinſertas Literas concordiæ & perpetuæ pacis cum earū articulis & capitulis manu alterius, me aliūde legitime occupato, fideliter ſcriptas atq; confectas, ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicā formā redegi, ſigno & nomine meis ſolitis et cōſuetis una cum dicti Reuerēdiſs. dñi Legati, Magiſtri generalis, & Cōmendatorum prædictorū, Sigillorū appenſiōibus, ac cū Notarijs infraſcriptis ſignaui in fidem & teſtimoniū omniū & ſingulorū præmiſſorū rogatꝰ & requiſitus. ¶ Et ego Staniſlaus Franke de Rakovicze Clericus dioc. Vvladiſlauiē. publicus Imperiali auctoritate Notarius ut ſupra.

Alterius Notarij publici ſubſcriptio.

¶ Et ego Paulus Iohānis de Geſſove Clericus dioc. Gnezneñ. publicus Imperiali auctoritate Notarius &c. ut ſupra.

Tercij Notarij publici ſubſcriptio.

Oratio ad Diuū Paulum Summū Pontificē, nomine Maieſt. R. pro ratificāda pace ꝑpetua habita.

105 Beatiſsime pater, & dñe gratioſiſs. fideliū omniū paſtor & rector, factu
151 rus apud tuam Maieſtatē, & hunc Reuerēdiſsimorū patrum dñorum
152 Cardinaliū inſignem cœtū nomine Sereniſs. Principis dñi Kazimiri Dei gratia Regis Pol. Magni Ducis Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ dñi et hæredis uerba, & iuſsiōes tuę ſanctitati expoſiturus, circumſpiciens: nō cōmoueri non deniq; fluctuare animo meo nō poſſum, magnopere mecum reputans, quā maximū, & quā ampliſsimū munus mihi mandatū ſit. quāq; hoc tempus, hæc dies, hic locus, uirum quā aliū qui ego ſum, dicendi nempe peritū, deſideret, cui & amplior ubertas ſermonis: & feratior cōtingit libertas ingenij. mihi etenim hac in eminentiſsima frequentia, hoc in ampliſsimo collegio, apud tuā ſanctitatē nunq; alias uiſam, apud uicarium Chriſti peroranti, mens atq; animus cōtrahit ſtuporem. Quis enim eſt tam facundæ atq; uiuacis memoriæ? quis tanta ingenij, aut dicendi polleat facultate, qui in hoc pulcherrimo cōſeſſu, & huius frequentiæ corona, dignitatē & excellentiā tuam metuendo, non fiat hebetior? non fiat obtuſior? Te tamē ſciens clementiſsimū, ſagaciſſimum, & eruditiſsimū, & uerum noſtrę religiōis parentem, in ſingulos etiā fauore propenſiore, ac beniuolētia multa propiciū, animū reſumo,

qui me non tantū firmat, ut fidenti & quieto animo dicam, ſed etiam prouocat, & impellit, uehementerq́ꝫ cogit, ut magna & hilari mente aggrediar, apud diuinas aures tuas benignisſime acceptū iri quod quicqd dixero cōfidens & cominus poſſum ingenio, & magis mihi, et ignorantiæ meæ parſurū nō ignoro, pręſertim cū non meo ſed pręfati Sereniſs. dñi Principis Kazimiri Regis auctoritate & nomine mihi incumbat dicendū, quē tua ſanctitas, etiā dum illam minor haberet ſtatus, Et deinde in hac tua ad ſummū ſacerdotiū diuina quā humana euectione, ſacra fœlicis recordatiōis dñi Eugenij Papæ quarti prædeceſſoris & auunculi tui imitata ueſtigia, peculiari animo fouit, extulit, & dilexit: ac ſuos & Regni profectus ſui & cōmoda ſingulari ſtudio & cura promouit, et procurauit, ipſeq́ꝫ Illuſtriſs. Prīceps dñs Kazimirus Rex Pol. pręfatus, quā primū te ad Culmē dignitatis Apoſtolicę fauore diuino, & patrum cōſcriptorū uniformi & mirifico conſenſu, diuinis trahentibus meritis cognouit ſublimatū, uniuerſæ primū Reipub. Chriſtianæ maximis hactenus impreſsiōibus barbarorū uexatę, deinde ſuis, & Regni ſui, & dominiorū ſuorū rebus optime ſperare cœpit: poſtq́ꝫ te ſciebat natura, ingenio, atq́ꝫ uirtute, & tam optimarū artiū ſtudio, quā innocentia excelluiſſe: pro fidei quoq́ꝫ & religiōis noſtrę incremēto, & populi Chriſtiani libertate uendicanda, magno ſemper animo, magnoq́ꝫ zelo flagraſſe. Qua propter Illuſtriſs. ipſe Rex tantis bonis, & ſupernæ tibi collatis, & a natura ingenitis in uniuerſum catholicū Orbem in ſuum quoq́ꝫ Regnū principatus & dominia redundantibus, & redundaturis, ſingularisſimo zelo uelut deuotiſs. filius affectus, & per Oratorū ſuorū ex bonis & neceſſarijs reſpectibus hactenus miſſorū ſanctitati tuę publicā obedientiā uerbis, nō praſtitit: rebus tamē ipſis & operibus te coluit, & recognouit, te uicariū unicū, & indubitatū ſummi Dei in terris tenuit, reputauit, & credidit: iuſtisſimis etiā tuis tā exhortatiōib. quā mandatis obedienter paruit. Requiſitus ſiqdem tuæ ſanctitatis Literis, & deinde Reuerēdiſs. in Chriſto patris dñi Rudolphi Epiſcopi Lauētini tuæ ſanctitatis ad germaniā Legati & Oratoris ſermonib. & Literis, quatinus bellū atrox & diuturnū cū Magiſtro & Ordine Cruciferorum ordinis ſanctę Mariæ Theutonicorū hoſpitalis Iheroſolimitani hactenus cōtinuatū, dirimeret, & ſibi a bellorū ſtridore tēperaret (quāuis armis, & potentia, fauore hominū, inſuper & ſucceſſuū fortunæ ſe ſciret multo ſuperiorē, & pene iam uictorē) monitis tamē tuæ ſanctitatis, & imperio, potius quā ſuæ fœlicitati & ſucceſsib. defferendū & auſcultandū duxit: & ad dictā ſuper plantāda pace pro die prima Septembris apud Thorun per dictū dñm Rudolphū Legatū indictā perſonaliter aduenit: ſicq́ꝫ adueniens ſe in conditiōes æquas pertrahi conſenſit. In cuius qdem pacis ordinatiōe & tractatu dñs Rudolphus Epiſcopus Lauentinus, caſte, ſyncere, integre, inter Partē utramq́ꝫ duobus prope menſibus uerſatus, fructū eſt amplisſimū ſuæ miſsiōis cōſecutus: Tantam nimirū de ſe uirtutē, tantā induſtriā exhibens, quantā in terris omnibus, qui rem hanc fuere aggreſsi, neq́ꝫ uidere potuimus, neq́ꝫ ſentire.

Auctoritate & nomine domini Kazimiri Regis Pol. dicit ſe Orator præſentē orationem agere.

Commendatur dominus Rudolphus Epiſcopus Lauētinus Orator & Legatus ſedis Apoſtolicæ a multis uirtutibus.

Talem inſuper in pace cõponenda, talẽ in dirimendis difficultatibus, talem in diſſoluendis nodoſis diſceptatiõib. talem in admonendo, talem in perſuadendo geſsit, ut Parti utriqꝫ gratiſsima fuerit eius fides, modeſtia, & integritas, Cuius modeſtiæ & integritatis ſignum hoc uel pro maximo documẽto tua ſanctitas accipiat, Quod ſingula dona quibus a Sereniſs. dño noſtro Rege honoratus erat, recipere cõſtantiſsime recuſauit. Et quãuis ab inſignibus & grauibus uiris a Rege ad illũ ea cauſa deſtinatis ſolicitaret, ut ex donis ipſis aliqua ſaltem grata accipere in animum induceret: iterũqꝫ atqꝫ iterũ ne quitqꝫ uexatus: aſpernatus tamen omnia, & expetitiõis frequentẽ inſtantiã & petentiũ dignitatẽ repulit. Itaqꝫ Pater beatiſsime nomine prædicti Illuſtriſs. Regis noſtri, Prælatorũ, Principũ, & omniũ ſubditorũ ſuorũ, quos ambitus Regis Polonici cõtinet, maximas tuæ ſanctitati, quemadmodũ iuſtum & condignum eſt, gratias agimus, maiores habemus, quãuis illas ſatis & ornate agere nullatenus poſſumus, agit, & Venerabilis Magnificusqꝫ uir dominus Lodouicus de Erlichauſen Magiſter generalis Ordinis prædicti, cum Sereniſs. Rege dño noſtro & Regno perpetuo fœderatus, & unitus, agunt, & Pręceptores, ſubditiqꝫ ſui, tuo fauore, tuo beneficio indudum exulantẽ pacẽ reducti. Sed neqꝫ ſolum Illuſtriſs. ipſe Rex Pol. ſuiqꝫ optimates ſubditi & Proceres, prædictusqꝫ Magiſter generalis & Ordo, uerũ uniuerſæ uicinæ nationes & populi tuæ ſanctitati gratias immortales ferre geſtiunt. Nec eſt ex tot linguis & populis, qui nõ probet, qui nõ laudet, qui miris laudibus nõ efferat, qui te beato æuo & gloria immarceſcibili perfrui nõ optet: qui populũ Catholicũ maxima leticia affeciſſe, & in ſingulos pacem diffudiſſe nõ dicant, nõ ſentiant: quę illam generalẽ ſtudiorũ, illam bellorũ perniciẽ ſuſtulit, extinxit, & pacẽ cunctis deſiderabilẽ æquis cõditiõibus perfecit: quã perficere ſine te nemo alius potuit. Cum aũt is Pontifex & Legatus iocundiſsimã pacis amenitatẽ tua auctoritate & nomine confecit, diſiunctiſsimos populos odijs prope maioribus certantes quã uiribus ad pulcherrimã et uniformem idemptitatẽ reduxit (quorũ ſolidũ glutinum Magiſtri & Ordinis Oratorũ nos cõcomitantiũ noſtriſqꝫ præcatiõib. fauentiũ corã teſtatur conſpectus) eum inquã hominẽ, uel ut uerius dicamus, terreſtrẽ pacis angelũ, ſumma fide, ſumma probitate cõtinentiæ, innocentia, puritate, nobiliſsimis quoqꝫ moribus, Partis utriusqꝫ beniuolentiã & exiſtimationẽ conſecutũ, tua ſanctitas carum habeat, & ſublimem: quẽadmodũ dignus & meritus eſt, precamur, decoret. pacẽqꝫ confectã, pro ſolidiori illius ſubſiſtentia, ſua auctoritate ſuiqꝫ apoſtolici interpoſitione decreti approbet, & in ſingulis ſuis conditiõib. & articulis (id enĩ Pars utraqꝫ depoſcit, precat, & deſiderat) ſuis Literis cõfirmet. ¶ Rex aũt clariſsimus noſter, dudũqꝫ tibi & ſedi apoſtolicę deditiſsimus, præſtitã tibi alias obedientiã iterũ atqꝫ iterũ præſtat, & innouat. Teqꝫ unicum, ſummũ Pontificẽ, uniuerſaliſqꝫ Eccleſię uicariũ indubitatũ Ieſu Chriſti per nos humiles Oratores ſuos profitẽ, & recognoſcit. Rogans humiliter & deprecans ſanctitatẽ tuã, ut ad defenſiõẽ catholicorũ, exterminium barba-

Differit de pace inter Regem Polo. & Magiſtrũ Pruſsiæ per Legatum confecta.

minium barbarorũ,atq; in augmentũ religiõis,quo cœpit zelo & ſtudio,intendat,ipſum Regem,Regnũ ſuum,et illuſtriſsimã coniugẽ ſuã, natos,Prælatos Principes,& ſubditos: ſingulariter quoq; præfatũ dominũ Ludouicũ Magiſtrũ & Ordinẽ ſuum , principatus , & dominia ipſorũ habere uelis ſingulariter recõmiſſos, q ſe tuæ ſanctitati,omniaq; ſua,beniuolos & deuotiſsimos exhibent, tuæ q̃q; fidei & obedientiæ ſe ſubmittũt,grato & prono animo facturos ſingula quęcũq; ſpectare uiderint in tuę ſanctitatis & ſacroſanctę uniuerſę Eccleſię honorẽ,ſtatũ, beneplacitũ, & augmentationẽ : ad laudẽ indiuiduæ Trinitatis tuæq; beatiſsimæ ſanctitatis.

Et quãq̃ Priuilegiũ Breſten. pacis ex

reuerſalibus Literis in Theſauro exiſtentib. præſenti cõmuni Priuilegio aſcriptũ fuerit,cõtinens conditiões dictæ Pacis eas,quę infraſcriptę ſunt:Tamẽ quia ſcribunt̃ puncta & conditiões in uno,quę nõ continẽtur in altero : Idcirco NOS ALExander Rex articulos eiuſdẽ PACIS BReſteñ. ex Priuilegio Ducatuũ Mazouiæ ſumptos,in omnem euentum, ac cõmunem ſubditorũ noſtrorũ inſtructionẽ decreuimus ſupraſcriptis aſſcribẽdos, ſic ut ſequitur.

Firma concordia & perpetua.

Inprimis per prædictos dños Regem & Duces Pol. Terras Lithuanię, 152
Samogitarũ,Ruſsiæ,Mazouiæ, & Stolpeñ. & alias dominiorũ ipſorũ, 153
& ſubditos ab una:& prædictũ Magiſtrũ generalẽ et Ordinem, Terras 154
& ſubditos ipſius, tam in Pruſsia & Almania, quam Liuonia & noua 155
Marchia parte ex altera: omnes diſſenſiões,cõtrouerſiæ,& damna inter 156
Partes hincinde facta dimiſſa & totaliter ſopita debent eſſe. Ne illorum de cœtero aliqua mentio, aut memoria,& ſignanter in querelis, aut in detractiõe Partiũ aliqua corã quibuſcũq; perſonis habeat̃,aut fiat: Sed nec una Partiũ ad inſtantiã alterius ſuggeret , cõſentiet , auxiliũ dabit & fauorem publice uel occulte, & quantũ in ea parte fuerit,delatiões & detractiones huiuſmõi fieri nõ admittat,ſed potius prohibebit. ¶ Itẽ quod omnia bona Eccleſiarũ Gnezneñ. Vuladiſlau. Ploceñ. Poſnañ.

Bona uniuerſa quarũuis Eccleſiarum in terris Ordinis exiſtentia debent eſſe ſalua.

Prælatorũ, Abbatũ, Monaſteriorũ, Conuentuũ, et aliarũ quarumcũq; perſonarũ Sęculariũ & religioſarũ,quæ ſunt in Terris Ordinis ſita,debent circa Iura omnia tam Eccleſiaſtica , quã Sęcularia , & omnes antiquas conſuetudines,quęſtus,decimas,Caſtra,Villas,prædia,Curias,& alias utilitates,emolimẽta,& prouentus, quibuſcũq; nominib. nuncupentur, conſeruari, nec aliq̃bus nouis cõſuetudinib. ſeruitijs & onerib. aggrauari.Quodq; eadẽ bona nõ alienent̃,nec pro eorũ alienatione inſtetur per Partes,ſine cõſenſu Prælatorũ ſpeciali.Omnes aũt cenſus,decimas, prouentus & alias obuentiões qualeſcũq; in Terris Ordinis cõſiſtentes, quos & quas Magiſter & Ordo prædictis Reuerẽdiſs. patrib. dñis Archiepiſcopo Gnezñ. Vulad. & Ploceñ. Epiſcopis alijsq; Prelatis Sęcularib. & Regularib. Regni Pol. per bienniũ ſubleuauerat,plene & integre reſtituant,& reſtitui faciant: medietatẽ infra hinc ad feſtum Purificatiõis Mariæ;Reliquã aũt partem ad feſtũ Paſchę proxime nũc uenturum

uenturum in Ciuitate Thorunen̄. ¶ Item de Limitibus Ducū Mazouiæ hoc ſtatuimus, quia remanere debent circa Literas quas habent. Et ſimiliter qui in Literis noſtris & Ordinis ſuper eiſdem Limitibus continent̄. & ubi in Literis limites deſcripti non fuerint, ad eoſdē firmandos præfati Duces ſuos Cōſiliarios deſtinare debēt, ſimiliter & Ordo. Quæ uero Partiū euidentiori teſtimonio, uel alijs legitimis probationibus ſuos limites probauerit, & ſuas eſſe granicies docuerit: hæc remaneat circa ipſas. Et in caſu quo utraq; Partiū granicies & limites legitimis probatiōibus probare non poſſet, ſtabit in optione Magiſtri, an uelit iurare pro eiſdem granicieb. uel dn̄m Ducem admittere ad iuramentū pro eiſdem. Cum Duce aūt Boleſlao limites alias ut prius facti, pro quibus nō eſt diſcrepantia, renouent̄. ¶ Item Terrę Samogitarū & Sudorū propter bonū pacis debent apud nos & Regnū Pol. ac Ducatum Lithuaniæ ſub limitibus ſupraſcriptis remanere perpetue & in æuum. ¶ Item a fine limitum Ducū Mazouiæ incipiendo a flumine Lyk, & vado dicto Kamyonibrod, qui iacet in ſuperiori parte eiuſdem fluminis Lyk altius quā iſti lacus Brayvo, Thoczylovv: & ab illo directe eundo per ſolitudinē usq; ad locū qui dicitur Rohoth, ita quod medietas eiuſdē lacus remaneat in Terris dn̄i Ducis Lithuaniæ, & reliqua medietas in Terris Ordinis, & ab illo lacu directo tramite per deſertum usq; ad quandā arcam dictā Mernusk, & a Mernusk eundo directe uſq; ad locum qui uocat̄ Dvviſchicz: Ita tamē quod idem lacus remaneat totus in parte Ordinis: Et ab eo lacu quo directius iri poteſt ad ortum ſeu ſummitatē fluminis dicti Lepnicza (per) eundem fluuiū deſcendendo usq; ad conſumationē eius, ubi intrat in fluuiū Scheſchupa, procedēdo per ſolitudinē usq; ad rippam fluminis Memel, & ex oppoſito fluminis dicti Svvyanta, ubi idem fluuius Svvyantha intrat fluuiū Memel prędictum: Et hoc quo ad Terrā Sudorū, tandem (per) fluuiū ſurſum aſcēdendo per duo miliaria, & ab illo loco (per) illum fluuiū deſcendendo, transeundū eſt per ſolitudinē quo directius iri poteſt usq; ad fluuium Iura: Relinquendo fluuiū Memel in ſiniſtro latere ubiq; per duo miliaria, Et dictū fluuiū Iura aſcendēdo unum miliare: A quo loco Iura fluuius deſerendus eſt & tranſeat̄ per ſolitudinē, relinquēdo fluuios Memel, & Ruſna lacum qui dicitur Hap, & Caſtrū Memel in Samagitto Klupedo appellatū, undiq; a ſiniſtro latere per tria miliaria: & ſic tranſeundū eſt usq; ad littus Maris ſalſi. Et hæ ſunt granicies Terræ Samogitarū & Pruſsiæ. ¶ Inter Liuoniā uero, Samogitiā, et Ruſsiā limites ſunt incipiendi a flumine dicto Helge, ubi dictus fluuius intrat mare. per eundē fluuiū aſcendendo ſurſum ad antiquos limites inter Samogitiā, Lithuaniā, Ruſsiam ab una, & Liuoniā ab altera partibus, tentos & obſeruatos. Non tamē ad illos limites qui ſignati ſunt eo tēpore quādo Ordo Terram Samagitarū tenuerat, ſed ad illos qui antiquitus inter Terras prædictas ſunt ſeruati. ¶ Item datia ſiue exactio Funtovvczol ſuper quæ priſcis temporib. & hactenus cōtrouerſia inter Magiſtrum & Ordinē, ac Mercatores Terrarū Regni Pol. uertebatur, et ſem-

De limitibus inter Mazouiam & Pruſsiam.

De Terris Samogitarum & cæt.

Limites Samogitiæ et Pruſsiæ deſcribuntur

De limitibus inter Liuoniam, Samogitiam & Ruſsiam.

De exactione Funtouuczol per Mercatores ſoluenda uel nō ſoluenda.

 per pende-

per pendebat ex certis cauſis indeciſa, talē ponimus ordinē; Quod Mercatores Regni præter alia quęcunq; grauamina & ſolutiōes in poſterum imponendas, qbuſcunq; nominib. cenſeant, reſpondeāt Ordini de eadē duntaxat, ſi quando illos cōtigerit cum bonis ſuis in nauibus proprijs nauigare ultra mare. Ita tamē, Quod ſi Ciuitates maritimæ libertatę & ſolutæ uia Iuris fuerint ab eadem, quod Ciues, Mercatores, & Indigenę Regni & Terrarū Polon. Lithuaniæ, Mazouiæ, & Ruſsiæ a ſolutione quoq; huiuſmōi ſint liberi & exempti. Et illa omnia ab eis, a tempore q̄ præſens pax perpetua eſt firmata, ratione huiuſmōi exactiōis ſunt recepta, integraliter reſtituentur per Ordinē prędictis Mercatoribus Regni uiceuerſa abſq; recuſatiōe & renitentia: qualicunq; interruptiōe, cōſuetudine, præſcriptione, & diuturnitate temporis nō obſtante. Si uero per concordiā extincta fuerit, ad reſtitutionē receptorū minime teneantur. Aliæ aūt omnes & ſingulæ exactiōes quibuſcunq; nominib. uocitentur, a Mercatoribus, & Terrarū Regno Pol. ſubiectarū ut præfertur indigenis, in Terris Magiſtro & Ordini ſubiectis.

De exactione Lobegalh & Firhen nullatenus imponend.

¶ Et ſpecialiter exactio quædā dicta Lobegalth & Firhen nullatenus de cœtero imponantur.

De libero tranſitu Mercatorū per flumina & mare ſupra & infra.

¶ Item liber ſit tranſitus & uia omnibus Mercatorib. & Incolis Regni Pol. & Terrarū Lithuaniæ, Samogitarū, Mazouiæ, Ruſsię, & Stolpeñ. cum ſuis mercantijs, frumentis cuiuſcunq; grani, & rebus quibuſcunq;, & cuiuſcunq; conditiōis uel maneriei exiſtāt, ſine impedimento uel angaria per Terras, & maria, aquas, & flumina quæcunq; aſcendēdo, in & ad Regnū Pol. Terras Lithuaniæ, Samogitarū, Mazouiæ, et Ruſsię: et deſcēdendo per Terras dominiorū Ordinis, & per ipſa flumina ſeu aquas uſq; ad maria et transmare in nauibus uacuis ſiue oneratis, magnis ſiue paruis, abſq; aliquo arreſto & impedimēto Ciuitatū ſeu Oppidorū, & ſpecialiter circa Thorun, quocunq; et quotieſcunq; uoluerint. Quas qdem merces, frumenta, & res, ut pręſcriptū eſt, ſi præfati Mercatores ſiue Incolæ Regni noſtri Polon. & Terrarū ſupraſcriptarū, ducentes, uendere aut ſtare in aliquo locorū ſeu Ciuitatū ad portum ſeu rippā prædictarum aquarum ſiue maris ſituatorū, ſiue ſituatarū uoluerint, eſt, et debet eſſe in ipſorū arbitrio & uoluntate. Si uero uendere noluerint, poſſunt abſq; omni impedimēto ire ſeu aſcendere uel deſcēdere quo eis placuerit cum rebus prædictis ut ſuperius eſt expreſſum.

De fugitiuis ſuſcipiendis per Magiſtrum & iuſticiæ exponendis: cauſa fugæ per Literas R. Maieſtati allegata.

¶ Item ſi aliquādo cōtigerit quod ſubditi noſtri tam Spūales quā Sęculares cuiuſcunq; cōditionis exiſtant, ſtatus uel ordinis, uolendo pacis perpetuæ præſentis concordię fœderibus cōtraire, uel alijs cauſis legitimis occaſiōe prędicta emergentibus fortaſſe indignationē noſtrā incurrerēt, & formidine pœnæ ac metus qui cadit. in conſtantē, recurreret ad Magiſtrū & Ordinē, expoſita cauſa metus, tenebitur Magiſter & Ordo talem et taliter ad dominia Ordinis fugientē ſuſcipere, & fouere, ipſumq; fugientē ad iuſticiam exponere, cauſamq; ſui receſſus corā noſtra Maieſtate per ſuas Literas uel nuncios allegare: ita quod nos poſt intimationē Magiſtri & Ordinis tenebimur in termino competenti circa limites de parte noſtra duos Barones aut Milites de noſtris ponere, & Magiſter de ſuis totidē:

Qui taliter

Qui taliter ex utraq; Parte electi, cognita ſui receſſus cauſa, debebūt de ipſo bonam facere iuſticiā & iuxta merita cauſæ corā eis introductę, tali perſonæ fugienti de pace & ſecuritate per declarationē ſuā apud noſtram Regiā Maieſtatē cum bonis conditiōibus aſſecuratiōi ſuę prouidere. Ita quod nos propter hoc, contra perſonā prędictā fugienē, ad aliquam ultionē, parendo declaratiōi illorū Iudicū electorū, nō conſurgamus: Sed eum priſtinis fauoribus, ſicut & cœteros ſubditos complectemur. ¶ Item & ſubditi noſtri, & Magni Ducis, & Terrarū noſtrarū prædictarū, undecūq;, & cuiuſcūq; gradus, ſtatus, uel conditiōis fuerīt: qui cauſa negociatiōis uel alia ad Terras noſtras Pruſsiæ, Lithuaniæ, uel alias uenerint, per nos & ſubditos noſtros, ac extraneos cuiuſcumq; gradus, ſtatus, aut conditiōis fuerint minime impeti, cōueniri debēt, uel arreſtari: ſed in Polonia, Lithuania, Mazouia, Ruſsia ſeu Terra Stolp. ſi quid Actiōis habuerint iuxta Terrarū Iura municipalia huiuſmodi contractiōis ſopiant. Delinquens tamē in loco delicti deprehenſus, & cōtrahens de contractiōe recēti in loco cōtractus poterit cōueniri. Sed ſi de loco ubi cōtraxit receſſerit, publice uel occulte, corā Iudice ſuo cōueniat.

Iſte articulus præmiſſus eſt in concordia Vlad. Iagellonis.

Actor ſequitur forū rei.

¶ Item ſi fures, incēdiarios, uel alios malefactores quoſcūq; de dominijs Regni noſtri quibuſcūq; ad Regnū noſtrū, Ducatus, et Terras noſtras prædictas fugere cōtigerit: extūc Terrigenæ & quorū intereſt, de Terris & dominijs Regni noſtri licēter eoſdem ſine omni impedimēto inſequi libere ubicūq; poterīt. Quibus etiā Capitanei, Tenutarij, Terrigenæ, Iudices, Officiales, & ſubditi dominiorū noſtrorū prefatorū quicūq; ſuper hoc fuerint reqſiti, debent præſtare auxilia, cōſilia, & fauores ut malefici huiuſmōi capiantē: captiq; iuxta Iura municipalia Regni noſtri legitime puniant. Et ſi capi nō poterint in Regno & Terris noſtris ſæpe dictis per nos & ſubditos noſtros, ut alias nullatenus ſuſtineant ſeu foueant. Teneaturq; utraq; Pars illis ſine fraude & dolo in ſuis dominijs incolatū prohibere, aut in metis Terrarū, quos huiuſmōi tangit negociū, exhibere de eis iuſticię cōplementū. De malefactoribus aūt de Terris Ordinis Pruſsię et Lithuanię ad Reg. noſtrū cōfugientib. ſimilis æquitas habeat.

De malefactoribus ad Regnum confugientibus capiendis & puniendis.

¶ Item neutra Partiū debet aliquē, uel aliqs etiā ſubditos alterius Partis in ſuis dominijs fouere ac tolerare, q alteri Parti, eius ſubditis, aut ſubdito diffidare uelit, aut uelīt, ac diffidāt, damna irrogant, ſeu infidelitatē cōmiſerint, uel alias graues inferrēt moleſtias, imo & inimicis Parti aduerſæ adhęrere poſsīt: eos per Terras ſuas permittere in præiudiciū & offenſam alterius ſine dolo & fraude quoquo modo.

De diffidantibus per neutram partē in ſuis dominijs fouendis.

¶ Item omnes coadiutores & adherētes qui in fauorē noſtri et Regni noſtri Pol. coadiutorū, & ſubditorū noſtrorū, Magiſtro & Ordini Pruſsiæ diffidarūt, & ab omni impetitiōe Magiſtri & Ordinis prędicti ſint liberi & ſoluti.

De diffidantib. Magiſtro & Ordini nō impetendis.

¶ Item omnes Apoſtotę Ordinis prędicti in Regno noſtro, & Terris Lithuaniæ, Samogitarū, Mazouiæ, Ruſsiæ, & Stolpeñ. & alijs dominijs Regni noſtri & Terrarū prædictarū cōmorātes, ne diutius in ſuis peccatis tolerent: de Regno noſtro et dominijs noſtris prædictis per nos & Officiales noſtros exire cōpellant. & deinceps

De Apoſtatis non fouendis habitum qui ſuperius.

hiſ et aliȷ in eiſdē nullatenus foueant. ¶ Item quod nullus Mercator ſeu alius homo cuiuſcūq; conditiōis exiſtat, aut bona ipſius, propter delictum ſeu debitū alterius arreſtet, uel turbetur, nec etiā captiuet. ¶ Itē ſi Vectores & aurigæ bona ſeu merces Mercatorū pro precio ducentes telonea ſeu loca datiarū preterierit, ipſi duntaxat in rebus et equis proprȷs puniant. Et quod propterea bona Mercatorū nō debent occupari, nec detineri. ¶ Item Illuſtris Princeps dñs Boguſlaus Dux Stolpeñ. ab una, Magiſterq; & Ordo prędicti ab altera partibus, ad diſtinguendum & reformandū limites inter Ducatū Stolpeñ. prædictū & Terrā Ordinis in Pomerania nuncios ex utraq; mittāt in feſto Aſcenſiōis dñi proxime nūc futuro. ubi dū cōuenerīt Pars dñi Ducis eliget duas aut tres perſonas de parte dñi Magiſtri & Ordinis, Et e cōuerſo dominus Magiſter & Ordo duas aut tres perſonas ſimiliter de parte Ducis: Quę perſonæ ſic electę pręſtito corporali iuramēto, uiſis Partiū Iuribus, Literis, aut legitimis documētis, differētias huiuſmōi, ſi cōmode poterint, terminabūt: Si uero nō poſſent, extūc eligent unū unanimi cōſenſu pro Iudice: qui habēdo Deum & Iuſticiā præ oculis, quęſtionē prædictā inter Partes iudicialiter, quāto breuius poterit, terminabit. Cuius deciſiōi Partes beniuole obediēt & parebūt. ¶ Item ut huiuſmōi pacem perpetuam & concordiā ſub certiori attentiōis firmitate & robore cuſtodiamus & ſeruemus, promittimus ſine dolo & fraude, ſub fide & honore, quod ad nullius uiuentis hominis requiſitionē, inductionē, ſuggeſtionē, perſuaſionē, uel mandatū, etiā quacūq; dignitate pręfulgeat, Papali, Imperiali, uel Regali, aut cuiuſcūq; congregatiōis legitime perſonarū Eccleſiaſticarū uel Secularīū debebimus uel poterimus cōtrauenire ipſis in toto uel in parte, expreſſe, manifeſte, uel occulte, per ſe ſeu aliū uel alias quaſcūq; perſonas ſubmiſſas, Spūales uel Seculares, neq; eas talit̄ aut quocūq; modo alio uiolare: Etiā ſi Imperator perſonalit̄ cū exercitu ſe cōtra nos, Regnū noſtrū, aut Magnū Ducatū Lithuaniæ moueret. Nō debebimus ei nec ſucceſſores noſtri aſſiſtere, ope, cōſilio, auxilio, uel fauore. ¶ Item ut omnia præmiſſa certiori cautela munita iugit̄ permaneāt, et ut Pars cōtra Partē metu animaduerſiōis pręſentis cōcordię ad bella & prelia nō cōſurgat, Statuimus decernētes, Quod noſtri Prelati, Milites, Nobiles, Ciues, & tota cōmunitas debeat & teneat Terrarū Regni Pol. Prelatis, Baronib. Militib. Nobilib. Ciuibus & toti communitati. ¶ Dare certas noſtras Literas, & pares ſiue reuerſales ab ipſis ſub eadē forma recipere, quas tā nos quā pręfatus Ordo utriſq; ſubditis noſtris dare promittimus, & debemus, Ipſiq; ſubditi noſtri eaſdē ſubditis dñi Magiſtri & Ordinis, & e cōuerſo ſubditi Ordinis ſubditis Regni noſtri dare & præſentare tenebunt̄ in termino ſub his uel ſimilibus uerbis. Quod ſi nos uel ſucceſſores noſtri ſtante huiuſmōi pace perpetua, Magiſtro aut Terris Ordinis uellemus aut conaremur huiuſmōi guerras aut bella mouere, nō debent nobis ſubditi noſtri cōſentire, nec in hoc obedire aut parere. Immo erūt ab omnib. noſtris omagȷs, iuramentis, & ſubiectiōib. liberi et ſoluti, donec in hoc caſu nos ad obſeruationem hu-

De Mercatorib. cauſa delicti alieni non arreſtandis ut ſupra.

De Vectoribus ut ſupra.

De limitibus inter Ducem Stolpen. & Magiſtrum faciendis.

Iſte articulus concordat cum ſuperiori.

Literæ reuerſales hincinde dandæ.

tionem huiuſmōi pacis perpetuæ reuertemur. ¶ Item ſi aliquæ nouę diſſenſiōes, diſplicētiæ, damna, ſiue diſcordiæ inter nos, Lithuaniæ, Samogitarū, Mazouię, Terras Ruſsiæ & Stolpen̄. ex una: ac Magiſtrū & Ordinē prędictū tam per Ruſsiā quā Liuoniā emerſerit, uel aliqua Partium præſenti concordiæ ſuadente dyabolo cōtrauenire quouis modo præſumpſerit, Extūc Pars læſa alteri tenebitur & debebit Nuncijs aut ſcriptis huiuſmōi iniurias & diſplicētias ſeu aliquod pręmiſſorū ſignificare, Et tandē ambæ Partes efficere & ꝓcurare ſine dolo & fraude qđ Conſiliarij ipſarū Partiū ad certos locū & diē cōueniant cōpetentes, q huiuſmōi diſplicētias & iniurias ſecundū Deū & Iuſticiā, omni fauore & odio poſtpoſitis, tractent, cognoſcāt, terminent, et decidant. ¶ Item omnes uiolatiōes Treugarū, pacis, fœderis, ſtipulationū, & contractuū ſi quę inter Partes prędictas in guerris prædictis accidiſsēt: uigore pręſentis concordiæ caſſamus, & annihillamus.

De conuentione Cōſiliariorū ſuper damnis hincinde exortis & deciſione eorū.

Caſſantur omnes uiolationes pacis & fœderis factæ.

FINIVNT ARTICVLI EX PRIVILEGIO
Ducatuū Mazouiæ de pace Breſten̄. ſumpti.

SIGILLA PENDENTIA AD LITERā PACIS Perpetuę

SIGILLVM Maieſtat. Regię.	Lancicien̄.	Camenec. Ruſ.
Item Magni Ducis Lithuaniæ.	Breſten̄.	Camenec. Pod.
SIGIL. DVCVM MAZ.	Vvladiſlau.	Lublinenſis.
Semouiti.	Vilnen̄.	Voyniczen̄.
Kazimiri.	Troczen̄.	Byeczenſis
Vvladiſlai.	Plocen̄.	Radomienſis
Boleſlai.	Varſſouien̄.	Landenſis.
SIGILLA	Leopolien̄.	Roſperien̄.
Item quatuor Ducū Lithuaniæ.	Camenicen̄.	Brzezinen̄.
Item Boguſlai Ducis Stolpen̄.	Belzen̄.	Konarien̄.
SIGILLA ARCHIEPISCOP.	SIGIL. CAST.	Rupinen̄.
Gneznen̄.	Poſnanien̄.	Goſtinen̄.
Leopolien̄.	Sandomirien.	Rauen̄.
SIGILLA EPISCOP.	Caliſsien.	Szochacouiē.
Cracouien̄.	Gneznen.	Cziechonou.
Vvladiſlauien̄.	Siradien̄.	Koualen̄.
Plocen̄.	Lancicien.	Kruſſvicien̄.
Poſnanien̄.	Breſten̄.	SIG. OFFIC.
Vilnen̄.	Vvladiſlau.	Marſch. Reg.
SIGILLVM	Miedzyrzecen.	& Officialiū
Item Caſtellani Cracouien̄.	Vilnen̄.	Regni Polo.
SIGILLA PALATINO.	Troczen̄.	SIG. SVCC.
Cracouien̄.	Plocen̄.	Cracouien̄.
Poſnanien̄.	Dobrynen̄.	Poſnanien̄.
Sandomirien̄.	Czyrnen̄.	Sandomiriē.
Caliſsien̄.	Varſſouien̄.	Caliſsien̄.
Siradien̄.	Leopolien̄.	Gneznen̄.
		Siradien̄.

Siradieñ.
Lancicieñ.
Breſteñ.
Vvladiſlauiẽ.
Ploceñ.
Czyrneñ.
Varſſouieñ.
Leopolien.
Cameneceñ.

SIGIL. VENATOR.

Brzeſteñ.
Czyrneñ.
Vvladiſlauiẽ.
Varſſouieñ.

SIG. GLADIFEROR.

Cracouieñ.

Siradieñ.
Poſnanieñ.
Lancicieñ.
Breſteñ.

SIG. SVBDAPIFER.

Cracouieñ.
Poſnanieñ.
Sandomirieñ.
Caliſsieñ.
Gnezneñ.
Siradieñ.
Lancicieñ.
Breſteñ.
Vvladiſlauiẽ.
Ploceñ.
Czyrneñ.

Varſſouieñ.
Leopolieñ.
Dobrineñ.

SIGIL. SVBPINCER.

Cracouieñ.
Poſnanieñ.
Lancicieñ.
Breſteñ.

SIG. OFFICI. CVR.

Marſchalci.
Succamerarÿ.
Theſaurarÿ.
Magiſtri coquę.
Pincernæ.
Inciſoris.
Dapiferi.

Liber trãſit⁹ omnib. Mercatorib. & Incolis Regni Pol. & Terrarũ Lithuanię, Samogitię, Mazouię, et Ruſsię cum omnibus mercantÿs per terras, maria, & transmare in perpetuum per Terras Cruciferorum tam Pruſsiæ, quam Liuoniæ permittitur.

Frater Paulus de Ruſzdorff Ordinis beatæ Mariæ domus Theutoni- 158
corum Iheroſolim̃. Magiſter generalis, Significamus tenore pręſenti- 159
um uniuerſis, Quomodo inter cœtera noſtræ ſynceritatis & benignitatis ſtudia, quę ad ſubditos & ſubiectos dominiorũ Ordinis noſtri quadam humanitate libenter gerimus, diebus noctibusq́ meditãtes in animo fatigamur, ut ipſis tranqlitatis remedia, pacis dulcedinẽ & requiem procuremus opulentã. Igitur cõuenientib. nobis una cum Prælatis & Pręceptorib. cœterisq́ Ordinis noſtri fratribus, ac ſtrẽnuis Militibus, et prouidis Ciuibus, fidelibus noſtris dilectis infraſcriptis. feria ſexta in craſtino Aſcenſiõis Chriſti & diebus ſequẽtibus, in Rippa fluminis Viſla, in hęreditate Nyeſſoua Vvladiſlau diœc. ex oppoſito Oppidi noſtri Thorun ex una: & Sereniſs. Principe Magnificoq́ dño VVLAdiſlao REge Pol. &c. factæ, & initę, cõtentos ipſis articulos pręfatæ concordiæ in nullo penitus cõtraueniẽtes, ſed ipſos magis ac magis approbãtes & cõfirmãtes per capitula, diſtinctiões, et clauſulas infraſcriptas, declarauimus & elucidauimus ac tenore præſentiũ elucidamus. ¶ Inprimis ſiqdem Quod uia libera eſt, & debet eſſe, omnibus Mercatorib. & incolis Regni Pol. & Terrarũ Lithuanię, Mazouię, Ruſsiæ, et Samogitarum trãſeuntib. cũ eorũ mercantÿs & rebus quibuſcũq́ per Pruſſiam & Liuoniã & alias Terras Ordini ſubiectas, antiquis tamẽ teloneis & depoſitis ſiue modis deponẽdi merces cõſuetudinib. & obſeruãtÿs alÿs ſemper ſaluis. prout in articulo octauo Literæ uniõis & concordię perpetuæ quæ ſic incipit, Item omnes Mercatores &c. eſt expreſſum.

Elucidat Magiſter general. infraſcripta

Via debet eſſe libera omnibus Mercatoribus Pol. Lithuaniæ, Mazouiæ, Rußiæ, et Samogitarũ per Terras Ordini ſubiectas.

Item liber

¶ Item liber ſit tranſitus & uia omnibus Mercatorib. & Incolis Regni Pol. & Terrarū Lithuanię, Samogitarū, Mazouiæ, & Ruſsię cum ſuis mercantijs frumentis cuiuſcūqꝫ grani, & rebus q̄buſcūqꝫ, & cuiuſcūqꝫ conditiōis uel maneriei exiſtāt, ſine impedimēto uel angaria per Terras & maria, aquas & flumina quęcūqꝫ aſcēdendo in & ad Regnū Polon. Terras Lithuanię, Samogitarū, Mazouię, & Ruſsiæ: & deſcēdendo per Terras dominiorū Ordinis noſtri, ac per ipſa flumina ſeu aquas uſqꝫ ad maria & transmare in nauibus magnis ſiue paruis in perpetuū, q̄cūqꝫ, ſeu quotieſcūqꝫ uoluerit: quas q̄dem merces, frumēta, & res, ut ſcriptum eſt, Si præfati Mercatores ſeu Incolæ Regni Pol. & Terrarū ſupraſcriptarum ducentes uēdere aut ſtare in aliquo locorū ſeu Ciuitatū ad portum ſeu rippam prędictarū aquarū ſiue maris ſituatarū uel ſituatorum uoluerit, eſt, & debet eſſe in ipſorū arbitrio & uolūtate. ¶ Si uero uēdere noluerint, poſſunt abſqꝫ omni impedimēto ire ſeu aſcēdere uel deſcendere quo eis placuerit cum rebus prędictis, ut ſuperius eſt expreſſū

Non ſolum per Terras ſed etiam per maria & quęcūqꝫ flumina liber tranſitus Mercatorib. Regno Polo. ſubiectis debet eſſe.

Poſſunt cū frumentis alijsqꝫ reb. abſqꝫ omni impedimento Incolæ Regni & Mazouiæ & Lithuaniæ ire quorſum eis placuerit.

¶ Item de datia, Pfundtzol uulgariter dicta, Cōſiliarij dn̄i Regis prędicti propoſuerūt, Quomodo prędicta Datia ſit noua, & depoſita fuerat, necqꝫ eo tempore extitit, quādo pax & cōcordia eſt facta & firmata, necqꝫ prædicta Datia impoſita fuit ad longa tempora, ſed tantū ad pacificandū mare eo tempore quo Regina Dacię Margaretha cum Alberto Rege Suetię tenuit guerrā. Ex aduerſo Conſiliarij Ordinis noſtri dixerunt, quod hoc teloneū Pfunczol fuit ante iſtā pacem & concordiā perpetuam, nec unqꝫ fuit depoſitū, nec articulus in litera concordię poſitus continet̄, quod aliqua telonea deberēt deponi: Sed demōſtrat, quod nulla noua telonea ſunt inſtituenda: propter quā diſcrepantiā & dubium ſic eſt cōcluſum. ¶ Quod de cœtero prædicta Datia Pfundtzol, & eiꝰ ſolutio ſuſpendat̄, & ſit ſuſpenſa: nec ad ipſius ſolutionē Mercatores dūtaxat & Incolæ Regni Pol. & Terrarū prædictarū teneant̄, tādiu q̄uſqꝫ cognoſcatur & diſcutiat̄, an ſecundū diſpoſitionē & tenorē Articuli octaui, a capite de quo ſupra eſt facta mentio, debeat deponi, quo ad Mercatores & Incolas Regni Pol. & Terrarū prędictarū. ¶ Itē quod omnes Mercatores & Incolæ Regni Pol & Terrarū Lithuanię, Samogitarum, Mazouię, & Ruſsiæ, a ſolutiōe cuiuſdā pecunię uulgariter Lobegeld nuncupatę, quæ a frumēto in Gdansk recipiebat̄, perpetuo ſint liberi & exempti, nec ad eius ſolutionē de cœtero teneant̄. ¶ Item omnes Mercatores & Incolæ Terrarū et dominiorū Ordinis noſtri in Terris Regni Pol. duntaxat, Dobryneñ. Cuiauieñ. Lancicieñ. Siradieñ. & in Polonia in Ciuitate Gnezneñ. tantū libere poſſunt pannos uendere, & per ulnas incidere in foris annalib. Ciuitatū ſeu Oppidorū prędictorum: poſſunt etiā emere & ducere frumēta, pecudes, & pecora ac quaſcūqꝫ alias res in foris ſeptimanalib. quibuſcūqꝫ. ¶ Item quod teloneū & depoſitū uulgariter Niderloge, circa Landiſberg, & Caſtrū in noua Marchia, quæ dicūtur de nouo impoſita, ſuſpendant̄: nec a Mercatoribus & Incolis Regni Pol. exigātur ſeu recipiant̄: ſed dentur ad fideiuſſoriā cautionē tamdiu quouſqꝫ dn̄s Rex & nos Magiſter ad limitandū

granicies

De datia dicta Pfundzol proſequitur.

Mercatores & Incolę Regni Pol. Maz. Lithuan. & Samogitię non tenētur ad ſoluendū Pfundzol.

Mercatores & Incolę Regni Pol. Lit. Maz. & Ruſs. a ſolutiōe Lobegeldt quæ a frumēto in Gdansk recipiebatur perpetuo debēt eſſe liberi.

Mercatores & Incolæ Ordinis Cruciferorum in certis Ciuitatib. Regni Polo. poſſunt libere uendere pannos, & alijs rebus negociari.

De depoſito alias Niderlog ſeu ſklach fit mētio ubi deponitur & ubi datur.

granicies inter Poloniã et nouam Marchiã noſtros Nuncios tráſmittemus, & ibidem nos Magiſter & Ordo prædicti recepta primitus informatione & impoſitione nouitatis telonei & depoſiti prædictorũ per dictos noſtros Nuncios, id quod nouũ & inconſuetũ fuerit deponemus et tollemus. ¶ Item de uectura ſalis de Pruſsia per Terrã Dobrineñ. ſuſpenſum eſt uſq; ad reſponſionẽ dñi Regis Polonię. &c. ¶ In quorũ omniũ teſtimoniũ & euidentiã pleniorẽ Sigillũ noſtrũ præſentib. eſt appenſum, pręſentib. & tractãtibus Reuerẽdis in Chriſto patrib. & dominis dñis Iohãne Culmeñ. Gerhardo Pomeranieñ. Eccleſiarũ Epiſcopis, Venerabilib. & Generoſis Ordinis noſtri fratrib. Luduigo de Landtze Marſchalco ſupremo. Henrico Holt ſupremo hoſpitalario in Elbingo. Nicolao Iorlicz ſupremo Trapiario in Krisburg. Martino Kemerater in Thorun, Iodoco Hoenkirchen in Tuchola Cõmendatorib. Egregijſq; & Religioſis Ordinis noſtri profeſsis. Actum & datũ in Rippa fluminis Viſla in hęreditate Nyeſſoua Vvlad. diœc. ex oppoſito Oppidi noſtri Thorun, feria quarta infra octauas Aſcenſionis Chriſti. Anno Domini. 1 4 2 4. .:. .:. .:.

Cũ wladiſla9 Iagel. tandẽq; kazimirus

ſuus filius Terras Pruſsiæ per Cruciferos de corpore Regni occupatas uterq; eorũ recuperarat, & eas reuniuit ſuo corpori Regni, a q̃ per Ordinem diſmembratę erãt, reſtituẽdo eas ad corpus Regni: ſuę incorporatiõis Literas dedit. habentq; in Terris Pruſsiæ pro Priuilegijs Terrę, de q̃bus infraſcripta puncta ſunt tranſumpta: quæ licet ſint in Priuilegio incorporatiõis Terrarũ, quod habetur in Theſauro Regni: Tamen quia nõnulla ſunt hic quæ in Priuilegio incorporatiõis nõ uident cõtineri, Idcirco pręſentia pũcta ſcienda ſunt propter iuſticiã Incolarũ Pruſs. ad qđ cõmunit ſe referre cõſueuerũt.

De Nobilibus & Ciuibus Pruſsiæ in iure eorum conſeruandis.

PROmittentes inſuper pro nobis & hęredibus ſucceſſoribus noſtris, 156
Quod præfatos Barones, Nobiles, & Ciues, & ſingulos Incolas Terra- 157
rum noſtrarũ prędictarũ Pruſsiæ, in Iuribus, libertatib. Literis munimentis eorũ, quæ a Principibus Spiritualib. & Sęcularibus Regibus & dñis Terrarũ prædictarũ obtinent, cõſeruabimus, fouebimus, defendemus, nec unq̃ ea uiolabimus aut pręuaricabimur, aut uiolari aut pręuaricari quomodolibet permittemus.

De priuilegijs amiſsis & alijs nouis dandis

¶ Si aũt alicui Ciuitati, uel priuatæ perſonæ Priuilegiũ amiſſum fuerit, aliud de cõſilio Cõſiliariorũ Terrarum illarũ gratioſe dabimus & largiemur: dum modo in hęreditatis & bonorũ, quorũ a nobis petet Literalis innouatio, petens fuerit in pacifica cõtinua & præſcriptionẽ habeñ. poſſeſsiõe.

De abrogatione exactionis Fundczal uulgariter dicta abroganda.

¶ Vt aũt noſtræ libertatis, æq̃tatis, & iuſticię dexterã in his ſubiectiõis eorũ & noſtrę acceptiõis fœlicibus dante Dño primitijs ſentiant, in uniuerſos & quelibet eorũ effuſam & immutatiõe Principũ cõmutatã etiã & ſublatã deprehendet oppreſsionẽ, datiã quę in uulgari Fundczal dicitur.

De Teloneis abrogatis.

¶ Itẽ omnia telonea in aquis & terra noua & antiqua obſeruantia in Terris duntaxat Pruſsię quomodolibet inſtituta. ¶ Item in Terra Pomeraniæ exacti-

raniæ Exactionē ſiue datiā, quæ portus alias Marſzard ueteri inſtitutione Ducū Pol. uocabatur, Regia munificentia tollimus, abrogamus, deponimus, ac ſolutionē illarū temporibus perpetuis reſoluimus, dimittimus, & relaxamus, in ullo unq́ tēpore per nos aut ſucceſſores noſtros Reges Pol. ex quacūq́ cauſa aut occaſiōe inſtituendā aut imponendā.

De datia quæ portus alias Marſzard dicitur abrogata.

¶ Item licet Magiſter & Ordo occupatiōe Terrarū prædictarū omnia bona & merces quarūcumq́ manerierū, diuina permiſſiōe naufragiū in mari paſſorū, uelut propria ex naufragio, quaſi Iuris ſui facta occupabant: Nos tamē qui Rex Catholicus ſumus, & ſortē huiuſmōi & naturali & diuino Iure ſedisq́ Apoſtolicę decreto damnatā, uelut crudelē & iniuſtā execrantes, pollicemur, quod res & bona cuiuſcūq́ ponderis aut ualoris exiſtant, earū perſonarū quæ maris naufragio periclitabūtur, nunq́ per nos aut Officiales noſtros uelut noſtras aut Iuris noſtri petemus aut requiremus, ſed illas absq́ aliquali diminutiōe per eos q̄rū ante naufragiū fuerūt, aut eorū propinquores, demonſtratiōe euidenti propinqtatē probantibus, colligendas, & in uſus cōuertendas beneplacitos decernimus: cōtrariæ cōſuetudini aut Iuri uel potius corruptelis pro nobis et ſucceſſoribus noſtris renūciando. Niſi forte nullus bonorū huiuſmōi extaret iuſtus hæres & ſucceſſor, quoniā in caſu illo bona ex naufragio habita noſtrę poteſtati uolumus ſubiacere.

Quando ad Regem, et quando ad propinquiores uenire debeant res naufragio ad littus eiectæ.

¶ Item omnes militares Nobiles, Ciues, & Incolas Terrarū prędictarū in Ius, conditionem, & proprietatē Regni Pol. tranſlatos et inuiſceratos, hac etiā proſequimur prærogatiua. Quod Dignitates & Officia hactenus illic cōſiſtentia & impoſterū cōſtituenda, Item tenutas Ciuitatū & locorum in Terris prædictis nulli extraneo aut forenſi, ſed proprio indigenæ iuxta obſeruantiā aliarū Terrarū Regni noſtri cōferemus.

De Dignitatibus & Officijs Incolis Pruſſiæ conferendis.

¶ Item omnes Cauſas notabiles dictas Terras cōcernentes cū Cōſiliariorū cōſilio Terrarum prædictarū tractabimus, terminabimus, & definiemus.

De Cauſis notabilib. cum Cōſiliarijs Pruſſiæ tractandis.

¶ Itē Terras prædictas ſub noſtro regimine & Regni Pol. corpore cōſiſtentes in ſuis antiqs gadibus, limitibus, terminisq́ cōſeruabimus, tuebimur, et defendemus, nec terminos & gades Terrarū ipſarū in aliquo diminui uel piclitari uelut Regni noſtri partes indiuiduas ullatenus patiemur.

De Literis Pruſſiæ per Reges in ſua integritate conſeruandis.

¶ Item cum Terræ ipſę & homines ipſas incolētes uarijs hactenus Legibus ſiue Iuribus uidelicet Maydeburgeñ. & Culmeñ. Polonicali, hæreditario, & Pruthenico, in decidendis quibuſuis & eorū quæſtiōibus & adminiſtratiōe iuſticiæ utebanť: quod etiā illis ſub noſtro principatu & regimine uolumus firmū eſſe & perhēne, ea licentia atributa, ut liceat cuicūq́ de uno Iure in aliud, ſine tamē aliorū præiudicio quo uolu erit tranſmigrare.

De licentia habita, ut de Iure ſuo quisq; in aliud quod uellet ſe transferat.

¶ Item cū monetæ, iuſtam, fidelē, ligam pondusq́ habentes, cuſſio, Terrarū quamlibet, uehementer, & Nobilitatē fecūdet: uolumus, ut in quatuor locis Terrarū prædictarum uidelicet Thorun, Elbing, Gdansk, & Konigsberg, duntaxat guerra durante, fidelis & iuſta, imaginē noſtrā & ſubſcriptionē tituli noſtri cōtinens, cudatur moneta: præfatorū Militariū, Ciuiū, Terrarū prædictarū impenſis. Pace aūt ſuffragante & habita, tantū in Thorun & Gdansk ſine præiudicio

De monetis in quatuor locis cudendis tempore guerræ, ſed pacis tempore per Regem.

priuilegij Thorunen. Ciuitatis, noſtris Regijs cudant impenſis. Prouiſo tamẽ quod Moneta ipſa in pondere & grano & liga debita nullatenus minuatur. ❡ Item, quia nos pro bene gerendis rebus dominiorũ in uaria ſæpe loca a Terris prædictis diſtantia neceſſe eſt facere deſcenſum, Ne igitur per noſtrã abſentiã Terræ ipſę aliquod cõtrahere poſsẽt periculũ, uel periclitationẽ, Nobiles uiros pro illius tuitione & gubernatione, de eorũ legalitate, fide, & merito cõfiſi, ad noſtræ dũtaxat beneplacitũ uoluntatis ac cũ conſilio Prelatorũ, Cõſiliariorũ, Ciuitatũ maiorum, prędictæ Terræ deputabimus: ad quos in noſtri abſentia ſuper quolibet deffectu & euentu habeat recurſus, prouidẽtia, prouiſiõe, auctoritate & decreto eorũ ſupplendus, & emẽdandus. ❡ Item Mercatoribus Terrarũ prædictarũ Pruſsiæ in Regnũ Ducatus & dominia noſtra uenientib. hanc prærogatiuã & libertatẽ de cœtero uolumus cõſeruari, ut q̃tiens illos in quæcũq; loca, Ciuitates, & Oppida Regni dominiorũ noſtrorũ uenire cũ mercibus eorũ, cuiuſcũq; ſpeciei uel maneriei exiſtit, cõtingat: licitũ erit eis huiuſmodi merces in loca, teſtudines, & cameras aut tecta (q̃rum illis libera præſtari debet arrendatio) deponere, & pro ſuo arbitrio exponere in uenalitatẽ, ſtratasq; omnes uerſus Hungariã, Ruſsiã, Morauiã, Sleſiam, Auſtriã, Saxoniam, Valachiã liberas habeant. depoſitis tamẽ teloneis & ſtratis antiqtus Ciuitatũ Regni & dominiorũ ſemper ſaluis. Harũ qbus Sigillũ noſtrũ eſt appenſum teſtimonio Literarũ. Actum Cracou. feria quarta Cinerũ. Anno domini 1454. præſentibus ibidẽ Reuerẽdiſs. in Chriſto patrib. & Magnificis dñis Sbigneo Dei gratia tituli S. Priſcę Pręsbytero Cardinali, & Cracouien. Iohãne Vuladiſlau. Andrea Poſnanien. eadẽ gratia Epiſcopis. Iohanne de Czyzovv Cracouien. Luca de Gorka &c.

De gubernatore habendo in Terris Pruſſiæ.

Libertas mercandi in Regno Pruthenis cõceditur, & transitus mercatum ad externa loca.

Iuramentũ Magiſtri generalis in Pruſſia, & Cõmendatorum eius.

Ego L. Magiſter generalis Ordinis ſanctę Marię Virgin. Theutonicorũ, Princeps, & Cõſiliarius Regni Pol. Iuro quod ab hac hora & deinceps fidelis ero Sereniſs. Principi dño K. Regi, & ſucceſſorib. ſuis Regibus, & Regno Pol. & profectũ illorũ fideliter procurabo, & negocijs Regis, & Regni fideliter cõſulam, & ſecreta quę mihi qualitercũq; communicata fuerint in eorũ detrimentũ nulli pandã: pacem inſuper perpetuam in omnibus ſuis conditiõibus & articulis obſeruabo & cuſtodiam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux. 162

Forma Iuramẽti p̃ Cõſiliarios Terrarũ Pruſsiæ, ſecundum Ius & neceſsitatem Terræ.

Iuro, quod nunq̃ ſcienter ero in conſilio, auxilio, aut facto in tuam læſionẽ, iniuriã, aut contumeliã, aut honorem quẽ habes uel habiturus ſis, & ſi contra aliqd audiuero pro poſſe meo, ut nõ fiat impedimentũ pręſtabo, aut tibi quãto citius potero nunciabo, ſecreta mihi manifeſtata ſine tua li- 162

ne tua licentia nemini pandam, uel per quod pandat faciam. Similiter tibi & Reipub. conſulam prout uidebitur magis expedire, & nunc ex perſona mea aliquid faciam ſcienter, quod pertinet ad tuam uel Reipublicæ contumeliam uel iacturam.

Forma Iuramẽti inſcripti quo Cõſiliarij Terrarũ Pruſ. in medio cõſilij iurãt.

162 Ego A. Iuro Sereniſs. domino dño Regi Pol. &c. & ſucceſſoribus ſuis fideliter cõſulere pro honore & ſtatu ſuo Regali, ac prouẽtibus ſuę Maieſtatis, ac pro cõmuni bono Terrarũ Pruſsiæ & Regni Pol. conſilium ſuum ſecrete tenere, & eũ in omnibus pręcuſtodire. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

Conſules Ciuitatũ earundẽ & Terrarũ

ac Nobiliũ cõmunitas in ſolio Maieſt. iurabũt, forma inſcripta.

163 Ego N. Iuro. Quod Sereniſs. Principi & dño domino A. Regi Polo. &c. & ſuis legitimis ſucceſſorib. Regibus, primocp coronatis, fidelis ero ſuæcp Serenitatis honorem ſtatum Regiũ, & commodũ Reipub. Coronæ, & Terrarũ Pruſsię pro poſſe meo procurabo, ſuã Serenitatẽ de omnibus damnis quæ ſciuero, auiſabo: & ea manifeſtabo fideliter. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

Capit. & Tenutarij Terr. Pruſ. ſic iurãt.

Ego B. Iuro. Quia fidelis ero in Caſtro Tenutæ meæ, illudcp ſeruabo
163 fideliter Sereniſs. Principi & dño domino &c. Regi Pol. & ſuis legitimis ſucceſſoribus Regibus Pol. tranqlitatem, & ſecuritatẽ uiarũ, & iuſticiam tuebor, & generali ſeu ſupremo Terrarũ Pruſsiæ Officiali obediens ero. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

Iuramentum Burgrabij Gedanen.

Ego N. Iuro quia fideliter Ius Regiũ tuebor, & quicqd ad Ius & perſo
163 nam Maieſtatis Regiæ pertinet, attendam & attentabo, agam, & procurabo ut æque bene pauperi, ſicut diuiti Iuſticia miniſtretur. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

Nicolaus Epiſcop. Varmien. cum ſuo

Capitulo facit obedientiã Kazimiro Pol. Regi, ſucceſſorescp ſuos ad eã faciendã Regibus Pol. pro tempore exiſtentibus aſtringit, & obligatos facit: Iuramentorũcp modũ & formã per eos ipſos ſucceſſores ſuos Epiſcopos Prælatoscp & Canonicos ac quamcũcp perſonã Eccleſiaſticã beneficiatã Eccleſiæ & dioec. Varmieñ circa receptionẽ beneficij cuiuſlibet faciendorũ dat & inſcribit, contentacp omnia in Inſcriptiõe pacis perpetuæ facere promittit.

159
160 IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei me-
161 moriam, Nos Nicolaus Dei & Apoſtolicę ſedis gratia Epiſcopus Varmieñ. Signi

mien̄. Significamus tenore pręſentiū, quibus expedit uniuerſis, pręſentibus, & futuris, harū noticiā habituris. Quomodo deſtructiōi bonorū ſubditorūq; Eccleſiæ noſtræ Varmien̄. quæ per armorū gentes facta eſt ſitq; uſq; eo condolentes, ac ipſos ſubditos noſtros paci reddere optatæ cupientes: Recenſentes Epiſcopatū noſtrū & Eccleſiā uigore perpetuæ pacis medio Reuerēdiſs. in Chriſto patris dn̄i Rudolphi Dei gratia nūc Vratiſlau. tunc uero Lauantini Epiſcopi ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ Legati inter Sereniſs. Principē & dominū dn̄m Kazimirū Dei gratia Pol. Regē Illuſtriſs. Magnū Ducem Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsięq; dn̄m & heredem &c. dn̄m noſtrū gratioſiſsimū ex una: necnō Magnificū & Venerabilē dn̄m Magiſtrū generalē Ordinis beatę Mariæ Virgin. domus Theutonicorū Iheroſolim̄. in Pruſsia partibus ex altera initæ, ordinatæ, factæ, diſpoſitæ, & celebratę, Literiſq; ac Sigillis atq; Iuramentis corporalib. hincinde per partē utrāq; munitæ & obfirmatæ. de corpore inclyti Regni Pol. exiſtere: cui hucuſq; reſtitimus propoſitū noſtrū reuocātes.

Epiſcopus & Capitulū Eccleſiæ Varmien̄. Regem Pol pro tēpore exiſtentem recognoſcunt ſuum uerū eſſe dominum.

¶ Præfatū Sereniſs. D. Regem Pol. ac ſuę Serenitatis ſucceſſores Reges Pol. futuros, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, cum Venerabili Capitulo Eccleſię noſtrę prędictę uigore mādati in certas perſonas hoc plenarie per ipſum Capitulū dati & conceſsi, quod in manibus pręmemorati Sereniſs. dn̄i Regis & ſuæ Serenitatis Conſiliariorū reliquimus, recognouimus, recognoſcimuſq; præſentib. eſſe dn̄m & protectorē Eccleſię noſtræ cum Caſtris, Ciuitatib. ac Vaſallis noſtris, gratiaq; a ſua Serenitate conq̄ſita, Innitēdo prefatæ pacis perpetuę diſpoſitioni & ordinatiōi & ab ipſa in nullo deſcēdendo, Nos Eccleſiā, Capitulum, ſubditoſq; noſtros tam Spūales quā Seculares ad corpus & unionē pręmemorati inclyti Poloniæ Regni reuocamus, & reducimus, ſub articulis infraſcriptis.

Obligat ſe & ſucceſſores ſuos Epiſcopus Varmien. uniuerſoſq; ſubditos ſuos tanq̄ unitos Regno Pol. ad tenendos articulos infraſcriptos.

¶ Ad q̄rum obſeruationē firmiorē Nos, Eccleſiam, Capitulū, & ſubditos noſtros, ac etiā ſucceſſores obligamus: eoſdem articulos perpetuo ſeruaturos. Quorum q̄dem articulorū tenor de uerbo ad uerbū ſequitur & eſt talis.

Quilibet Epiſc. Varmien̄. pro tempore exiſtens a die receptionis ſuæ ad Eccleſiā infra tres menſes tenebitur iurare Regi Pol. pro tempore exiſtēti in manib. uel R. M. uel alicuius Epiſc. a Rege ad id deputati in Mariemburg.

¶ Inprimis quod q̄libet Epiſcopus Varmien̄. ſucceſſor noſter futurus, ſeu alij omnes pro tempore exiſtentes, in perpetuū infra tres menſes a die receptiōis Literarū Apoſtolicarū prouiſiōis Eccleſiæ Varmien̄. tenebit, ſeu tenebūtur perſonaliter uenire ad præſentiā Regię Maieſtatis & ſuorū ſucceſſorū, dum modo in Terris Pruſsiæ eſſent cōſtituti, aut in illorū abſentia in Caſtrū Mariemburg, & ibidē in manibus Epiſcopi, & nō alterius, quem ad hoc ſua celſitudo deſignauerit, in Eccleſia maiori ad altare ſummū ſub præſentia Palatini Mariemburgen̄. & Capitanei ac etiā Magiſtrorū Ciuium de Throun, Elbing, & Gdano præſentiū & in futurū exiſtentiū teneātur Iuramentū facere. Quod & nos Nicolaus fecimus, ſub ea quę ſequitur forma, & in Caſtrū præfatū deſcendere ſub tempore deſcripto auiſati: Caſu uero quo unus uel plures deſcriptorū intereſſe impediretur, Nihilominus in manibus dicti Epiſcopi corā pręſentibus qui conuenirent, Epiſcopus ſeu Epiſcopi in futurū exiſtentes Varmien̄. iurare tenebunt in hæc uerba. ¶ Ego N. Epiſcopus Varmien̄. promitto & Iuro,

quod exnunc

Forma Iuramēti quā Epiſcop. Varmi. pro tempore exiſtens debet iurare Regi & Regno Poloniæ.

qđ exnūc & in antea fidelis ero Sereniſs. dño meo Kazimiro Regi Pol. eiuſq; ſucceſſoribus Regibus & Regno Pol. tanq; dño & protectori Eccleſię meæ ac etiā Capituli: ſuę Serenitati & Regno aſsiſtam, necnō eius ſucceſſorib. uti ſuæ Serenitatis Cōſiliarius cōtra quēlibet inimicū, cū q̄ nullos tractatus, fœdera, aut inducias faciā ſine ſuæ Maieſtatis cōſenſu, Inſcriptioneq; pacis perpetuę in omnibus capitulis et pūctis ac etiā Inſcriptionē per meū anteceſſorē dñm Nicolaū Epiſcopū Varmieñ. cum cōſenſu Capituli factā inuiolabilit̄ tenebo, conſiliū mihi creditū ad ſuę Serenitatis damnū nō reuelabo, omnēq; machinationē quam practicari ſubodorauero, in præiudiciū & commodū Regię Maieſtatis ſucceſſorū aut Regni Terrarūq; & Ciuitatū Pruſsię de corpore inclyti Regni Polon. exiſtentiū, pro quibus fideliter conſulā, pręcuſtodiā tempeſtiue, & auiſabo. Sic me Deus adiuuet, & hęc ſancta Dei Euāgelia.

Licet ſubditis menſæ Epiſcopal. Varmien. ab obedientia dicti Epiſcopi reſilire & Regi Polo. adhærere ſi idem Epiſcop. ipſi domino Regi non iurauerit.

¶ Caſu aūt quo aliqs Epiſcopus Varmieñ. pro tempore exiſtens Iuramentū fidelitatis iuxta formam & tempus pręſcriptū pręſtare nō curaret, Extūc Vaſallis & ſubditis prędictæ Eccleſiæ Varmieñ. licebit cum honore, & impune ab obedientia dicti Epiſcopi ui Iuramēti firmata reſilire, & R. M. uſq; quo iurauerit adhęrere.

Omnes etiam Vaſalli & ſubditi Eccl. Varmien. iurare debent R. Maieſtati perpetuis temporibus infra quodlibet decenniū.

¶ Item quod hinc & in perpetuū Vaſalli & ſubditi Eccleſiæ Varmieñ. cuiuſcūq; ſtatus & cōditiōis exiſtant de Terris & Ciuitatib. tam noſtri Epiſcopales quā Capitulares, de decennio in decenniū Iuramentū fidelitatis Regię M. ſucceſſoribusq; & Regno Pol. ac etiā de obſeruanda pace perpetua atq; articulis in pręſenti Inſcriptiōe contentis renouare tenebunt̄, in manibus Cōſiliariorū R. M. ad hoc deputandorū temporib. perpetuis & ęuiternis. Cuius q̄dem decennij initium incipiet & trāſibit a die pręſtitiōis Iuramēti per præfatos Vaſallos & cœteros ſubditos Eccleſiæ pręſcriptæ in proximo faciendi.

Abſq; conſenſu Regio Capitulum Varmien. non debet eligere Epiſcopum.

¶ Præterea ſubmittimus & pręſentib. obligamus Nos & ſucceſſores noſtros cū Capitulo Eccleſię noſtræ Varmieñ. quod in futuris electiōibus pro tempore exiſtentib. ſiue poſtulatiōib. Epiſcoporū dictæ Eccleſię Varmieñ Capitulares eiuſdē R. Maieſtati et ſuis ſucceſſoribus perſonā gratam eligere tenebunt̄.

Quilibet Prælatus & Canonicus Eccle. Varmien. infra unū menſem debet iurare domino Regi in manibus Conſiliarij ſuperioris in Pruſsia.

¶ Itē quod q̄libet Prælatus & Canonicus dictę Eccleſiæ Varmieñ. infra unum menſem a die receptionis ſuæ, ſiue repręſentatiōis in Eccleſia, alias dū modo poſſeſsionē fuerit cōſecutus, iurare ſimliter tenebunt̄ fidelitatē ſuæ Serenitati, & obſeruantiam perpetuæ pacis iuxta tenorē inferius deſcriptū in manibus Epiſcopi & Capituli Varmieñ. qui per ſuas patentes Literas de cuiuſlibet Canonici ſeu Prælati Iuramēto ſupremo Dignitario R. Maieſt. in Pruſſia plenam fidem facere tenebunt̄. Cuius q̄dem Iuramenti tenor ſequit̄ in hæc uerba.

Forma Iuramēti Prælatorum & Canonicorum Varmien.

¶ Ego N. Prælatus uel Canonicus Eccleſiæ Varmieñ. Iuro & promitto, quod exnunc & in antea fidelis ero Sereniſs. dño meo domino Kazimiro Pol. Regi Illuſtriſs. eiuſq; ſucceſſoribus Regibus & Regno tanq; dño & protectori Eccl. Varmieñ. Inſcriptioneq; pacis ꝑpetuæ ac Capitulorū per dñm Nicolaū Epiſcopū Varmieñ. de conſenſu Capituli deſcriptorū inuiolabilit̄ tenebo. Sic me Deus adiuuet &c.

Aduocat9 Eccleſiæ Varmien. tenetur iurare Regi.

¶ Item quod tam dñs Epiſcopus quā Capitulū pro tempore exiſtētes Aduocatū,

Aduocatũ, quoties præficere aut immutare dñs Epiſcopus uelit, ſiue Capitulũ, aut adminiſtrator Sede uacãte, non aliũ deputent, niſi pro parte ſubditorũ R. M. eorũ etiã qui ſub ditione Eccleſię Varmieñ. cõſiſtunt. qui ſic deputatus iurare ſimiliter tenebit̃ Regiæ M. modo ſuperius expreſſo, dum talis hoc ipſum prius nõ iuraſſet. Itẽ caſu quo Magiſter generalis nullo facto iuraret, ſiue cũ Regia Serenitate hinc diſsideret, & ad arma contra eũ & Ordinẽ iam exnũc, uel in futuris temporibus ueniretur, aut cũ alijs qbuſcũqꝫ hoſtibus.

Epiſcop. Varmien. debet eſſe auxilio & conſilio domino Regi, non modo contra Magiſtrum & Ordinem, ſed etiam contra quemlibet hoſtẽ.

¶ Extũc nos Nicolaus Epiſcopus tenebimur & noſtri ſucceſſores tenebunt̃ eſſe auxilio & cõſilio ſuæ Serenitati totiens q̊tiens opus fuerit, ſicut Conſiliarius ſuæ Serenitatis, cum Caſtro, Ciuitatib. & Vaſallis tam noſtris Epiſcopalib. quã Capituli. Ita uidelicet quod ſine omni contradictiõe Caſtra & Ciuitates Eccleſiæ predictę, gentibus Regijs pateãt, & apperiant̃. & ſingulis nos ſubmittemus periculis, noſtriqꝫ ſucceſſores ſe ſubmittẽt, cũ ſua Serenitate.

Epiſcop. Varmien. non debet aliquas facere ligas abſqꝫ ſcientia & conſenſu Regiæ Maieſtatis.

¶ Nec tractatus, fœdera, uel ligas aut ullas inducias cũ hoſtibus faciemus, ac noſtri ſucceſſores faciẽt, abſqꝫ ſcitu & cõſenſu R. M. & ſucceſſorum eius.

omnis beneficiatus in diœc. Varm. tenetur iurare Regi Pol. ſeruare fidelitatem in manib. Epiſcop. ſu.

¶ Item q̊ties beneficia cũ cura uel ſine cura in diœc. noſtra Varmieñ. uacare cõtigerit. Extũc circa inſtitutionẽ beneficiati nos Nicolaus Epiſcopus & noſtri ſucceſſores aut noſter & ipſorũ ſucceſſorum noſtrorũ uicarius tenebimur, ſeu tenebunt̃, ſiue tenebit̃ recipere Iuramentũ a q̊libet eorũ de obſeruanda pace perpetua, & tenenda fidelitate R. M. & Regno Pol. Poſtremo & finaliter præſentibus adijcimus.

Tam Epiſcopalis q̃ Capitular. menſe Varmien. ſubditi in cauſis omnibus ſæcularibus debent appellare ad Regiam M.

¶ Noſqꝫ & ſucceſſores noſtros obligamus, quod ſubditis tam noſtris Epiſcopalib. quã Capitularib. omnibus & ſingulis liceat in cauſis militaribus, feudalibus, Ciuilib. & criminalib. ſiue quibuſcũqꝫ alijs Sęcularibus ad Regiã M. prouocare, in cauſa grauaminis, & deffectu iuſticię, querulari, & appellare ad ſuoſqꝫ ſucceſſores Reges Pol. temporib. perpetuis. Obſeruato tamẽ prius ordine prouocatiõis in cauſis Ciuitatẽſib. ad Ius Culmeñ. Lubuceñ. Maideburgeñ. & cœteris quibus gaudent, in qbus eis nõ preiudicabit̃.

ſubditus Eccleſiæ Varmien. appellans ad Regẽ, & nõ proſequens appellationẽ amittit cauſam, et ſoluere debet expen. aduerſæ Parti.

¶ Hoc tamẽ ſpecialiter expreſſo, quod q̊ties aliquẽ ad R. M. prouocare cõtigerit, extunc corã nobis Epiſcopo & ſucceſſoribus noſtris cautionẽ faciet, qua tenus, caſu quo appellationẽ non fuerit proſecutus infra tẽpus, per nos Nicolaũ Epiſcopũ & noſtros ſucceſſores iuxta cauſæ & circũſtantiarũ qualitatẽ limitandũ, aut in cauſa ſuccubuerit, pœnã amiſsiõis cauſæ & ſolutiõis expenſarũ Parti aduerſæ incurrat. Quæ omnia & ſingula ſcilicet ſcripta nos Nicolaus Epiſcopus Varmieñ. prefatus, cũ Capitulo, Vaſallis, & omnibus ſubditis noſtris, firmiter, illęſe, & inconcuſſe tenere, exequi, & inuiolabilit̃ perpetuo obſeruare promittimus, ac nos, ſucceſſoreſqꝫ noſtros, et Capitulũ noſtrũ prædictũ, cum Vaſallis, & ſubditis Eccleſiæ noſtrę generaliter uniuerſis, tenore pręſentiũ obligamus. In q̊rum omniũ fidem & euidens teſtimonium præmiſſorũ præſentes Literas noſtro atqꝫ Capituli noſtri Sigillis iuſsimus et fecimus cõmuniri. Datũ in Conuentiõe Petricouieñ. generali die Iouis quintadecima menſis Iulij alias ipſo feſto Diuiſionis Apoſtolorum. Anno domini 1479.

ARTICV-

ARTICVLVS II.

Poſteriores tractatus de pace in Pruſsia intra
& extra confecta continet.

Cum aūt bellū Pruthenicū recrudue-
rat, Maximilianus Imperator cōcordias inter Regem Pol. & Magiſtrū
Pruſsiæ cōfirmat: Quē etiā ad Omagiū Sigiſm. Regi Pol. prꝑſtā-
dū hortaᷓ, ſimulꝗ Gedanū, ac Elbingū ex bāno dimittit.

Maximilianus diuina fauente clemētia Electus Romanorū Imperator *Viennæ 1515.*
ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex, Archi-
dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes, Palatinus &c.
Tenore prę ſentiū recognoſcimus, & profitemur: Quod cum inter alia
quæ nobis curæ, cordiꝗ ſunt, ſummopere cupiamus uera, ſyncera, atꝗ
fraterna uniōe cœteris Principibus Chriſtianis coniungi, ac quantū in
nobis eſt, omnes ad ſanctę pacis & cōcordię fœdera reducere, & cohor-
tari: ut tandē cōcordibus armis & uiribus Chriſtianis ferociſsimi eiuſ-
dem nominis hoſtes debellari, & exterminari poſſent: Vt hinc quieti,
tranquillitati, ac ſtabilimento uniuerſæ religiōis ad incrementū & pro-
pagationem Chriſtiani nominis conſuleretur.
Cumꝗ Sereniſs. dn̄s Rex Polonię in ea ſemper uoluntate fuerit, ut cū
Sacra Imperiali Maieſtate in optima amicicia & beneuolentia fraterna
uiuat, & maneat: ſuamꝗ Maieſtatē tanꝗ fratrē maiorē & cōſanguine-
um chariſsimū etiā obſeruet, ac ueneretur: Placeat igitur Maieſtati no-
ſtræ Cęſareæ, ut res & negocia inter eundē Sereniſs. Polonię Regē, &
Magiſtrum Pruſsiæ, ac Ordinē ſuum, in ea forma & modo remaneant,
quemadmodū extāt utrinꝗ cōſcripta, & obſeruabanᷓ ab annis retroa-
ctis tempore fœlicis memorię Friderici Imperatoris, & Sereniſs. dn̄i Re
gis Kazimiri. Nec Magiſtrū Pruſsiæ eiuſꝗ Ordinem ſubtrahere uolu-
mus ab his quę debent ſuæ Serenitati, & Regno Polo. & quę prædeceſ-
ſores eius Magiſtri faciebant neꝗ auxiliū neꝗ conſiliū ei prꝑſtabimus
in damnū & detrimentū ſuę Serenitatis et Regni ſui. Item quod ad Ci-
uitates Gdaneñ. & Elbingeñ. attinet quæ hactenus bannis & alijs mo-
dis Iuri Sereniſs. Regis & Regni Polo. noxijs grauabanᷓ, Nos exnunc
iam easdē Ciuitates ab ijsdem bannis abſoluimus, & liberos eſſe decer-
nimus, ac idipſum Iudicio Camerę noſtrę Imperialis Literis noſtris de-
nūciabimus: Mandabimusꝗ ut easdē Ciuitates a prꝑteritis bannis ab-
ſolutas dimittat, & in futurū ex quibuſcūꝗ cauſis ad cuiuſcūꝗ inſtā-
tiam nunꝗ eas audeat bannire, uel quouis modo infeſtare: nullūꝗ Iu-
dicium contra easdē Ciuitates & earū ſimiles a noſtra Imperiali Iudicij
Camera deinceps inſtitui, & fieri permittemus. Quos duos articulos
nos ſumma fide promittimus inuiolabiliᷓ obſeruare, adimplere, & exe-
qui, neꝗ illis quoquo modo cōtrauenire. Harū teſtimonio Literarū no
ſtrarū, Sigilli noſtri Imperialis munitiōe roboratarū. Datū in Ciuitate
noſtra Vieneñ. die xxij. menſis Iulij. Anno domini 1515.

Fragmentū Legatiōis Sigiſ. Regis ad Leonem X. Papam, & Carolum V. Imperatorem de bello Pruthenico iam uigente.

In Summa S. & M. ueſtra accipiant.

Ex Thorun 28. Iulij 1520.

Introductum fuiſſe ipſum Ordinē ad Terras Pruſsiæ & loca ac ditionem illā ei a Principibus Poloniæ datā,hac conditiōe,vt ſe cōtra vim infideliū,quibus vndiq; ſepti erāt,iuuaret: & cū illis vna militaret. Qui firmatis illic rebus ſuis & radicib. bene actis,cœpit ſenſim occupare latius Terras ipſorū Principum Poloniæ, & illos pro infidelibus armis impetere. Vnde cum multa eſſent vtrunq; acta prælia, multi item tractatus & cōcordiæ ſecutæ, nihil tamē vnq; adeo firmū & certū cōfici potuit, vt nō Ordo ipſe per omnem occaſionē illud infringeret,ac violaret. Ad extremū poſt ingentē belli molem, quæ per Sereniſs. olim Reges auū & parentem Maieſtatis domini mei & Ordinē ipſum agitata fuit,qua tantū impendii fuit factum,tantū ſanguis Chriſtiani fuſum, quātum nulla ratiōe poſsit æſtimari: ſubſecuta fuit ſolennis cōcordia,Pauli ſecundi Summi Pontificis auctoritate, ipſiusq; Legati,ac aliorū Principum medio.Quā etiā Ordo ipſe ſenſim labefactare cœpit. Dehinc modernus dñs Magiſter nulla de cauſa totū diſſuit, & irritū fecit.

Quocirca hic Ordo ad hoc vnū fundatus eſſe videtur, vbi vbi ſit vt omnia miſceat & perturbet. Sed cum illum olim Regna Hiſpaniæ & Angliæ ac nō nullæ aliæ gentes, vti rem noxiā penitus exterminarūt, neſcimus quo fato noſtro fit,vt nos ſoli qui pro tota re chriſtiana ingentem vim infideliū ſolis viribus noſtris arcemus, nec vnq; ab hoc labore & bello requieſcere poſſumus, hunc obicem domeſticæ pacis habere, & tantā eius inſolentiā perpeti cogamur: ne liceat nobis citra inuidiā quod licitum eſt aliis, hanc calamitatē vel excutere vel ſaltem cōpeſcere, Verum confidimus virtuti S. & Maieſtatis veſtræ quod ſi noſtrā & Illi. dñi Nepotis noſtri cōiunctionē & officia cordi habent,ſi recte ſtatui Chriſtiano conſultum iri,& eum ab infidelibus defendi cupiunt,cum qbus,vtcunq; hic diſtinemur,milites tamē noſtri quos in illis finibus habemus aſsidue & fœliciter dimicarit,operā & fauorē ſuum nobis prēſtabūt, quo tandē hac moleſtia & impedimēto domeſtico carere,et arma noſtra ꝓ cōmodo rei Chriſt.liberiꝰ exercere poſſenꝰ.

Leo X. PP. Sigiſm. I. Regi Poloniæ.

CHARISSIME IN CHRISTO fili Salutem & Apoſtol. Bened. Dilectus filius Iohannes Theobaldus Ciuis Florentineñ. quem,& Venerabilem fratrem Zachariā Epiſcopū Gardieñ. Nuncios noſtros alias ad Maieſtatē tuam deſtinauimꝰ,nuper ad nos reuerſus,nobis retulit,quo amore & quāta humanitate Regia Maieſtas tua eos venientes exceperit, ac ſemper tractauerit, ipſumq; deinde receſſurum benigne ac liberaliter dimiſerit. Quod vt nobis gratum & acceptum fuit,ita valde & ſupra modum diſplicuit,ab eodem Iohāne intellexiſſe,bellum inter te & dilectū filium Albertū ex Marchionibus Brandeburgeñ. hoſpitalis domus beatæ Mariæ in Pruſsia Magnum Magiſtrū bellum,quod pluribus Literis ac monitiōibus per dictos & alios Nuncios noſtros vtriq; veſtrum noſtro nomine factis,extinctum,vel ſaltem ſedatū,ac ſoſpitum eſſe credebamus, adeo recrudeſcere cœpiſſe, vt inde populorū ſtrages, & deuaſtatiōes, ac innumera ſcandala qualia pluribus ab hinc annis acciderūt magnopere timenda ſint, ac formidāda. Et nobis qdem perſuademus Maieſtatē tuā ad huiuſmodi bellum, ex quo nulla laus vel vtilitas ſperari: ignominia vero & ingens damnū formidari debet, inuitā trahi a bellis illis cōtra infideles & Schiſmaticos, ex quibus maximā & immortalem gloriā ſibi cōparauit: Non poſſumus tamē ſolitā eius manſuetudinē ac bonitatem nō deſiderare,erga eum præſertim,quem filii loco habere, & cuius iuueniles impetus patientia quadā potius & conſilii maturitate delinire deberet,quā vi frangere ac non ſine magna rerum prope omnium confuſione deſtruere. Quamquā ſi vera ſunt,quę nobis nunciātur,& quæ vix credere poſſumus,ipſum videlicet Albertū nō ſuos tantū ſed cōplures alios Germaniæ populos pro ſe cōtra Maieſta-

tra Maieſtatem tuam cõuocaſſe,ac tantũ cõparaſſe exercitum,vt illi vix reſiſtere poſsis,quin Regni tui Ciuitates & loca Tartaris ac Moſcouitis aliiſq; infidelib9 & Schiſmaticis cõfinia ſolitis ac neceſſariis præſidiis quaſi denudare cogaris. propter quod Maieſtas ipſa tua nõ nullã iraſcendi ac vim vi repellẽdi cauſam habet. Ac propterea ipſum Albertũ per alias noſtras ad pacem & concordiã cum Maieſtate tua ineundã ſerio monemus. Præterea ad chariſsimũ in Chriſto filiũ noſtrũ Carolum Rom. ac Hiſpaniarũ Regem Catholicũ in Imperatorẽ electum ſcribimus,eum hortantes vt pro cõcordia inter vos cõponenda laborare, eamq; per Oratores ſuos procurare velit,ac etiã dicto Zachariæ Epiſcopo & Nuncio cõmittimus,vt pro eadẽ pace cõponenda noſtro nomine operari,atq; efficere debeat:Speramuſq; Omnipotentẽ Deum ſua clementia permiſſurũ fore,vt pia deſideria noſtra nõ alio quã ad publicã totius Chriſtianitatis pacẽ & quietem , eiuſq; ſanctæ fidei cõſeruationẽ & exaltationẽ tendentia fœlicem ſortiant̃ euentum. Quod aũt ad Maieſtatẽ tuã attinet, te fili noſter chariſsime hortamur,ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus , vt ſi vlla vnq; in re prudentiã, æqtatem, ac manſuetudinem tibi a natura inſitas oſtendiſti , nunc illis erga Nepotem tuum vti velis: ac ſatis habens Regnũ tuum defendere,ac tutari : nolis vlterius progredi, ac eiuſdem Alberti fines ingredi temperes,ac abſtineas:nõ ignarus potiorẽ ac magis Regiam virtutẽ eſſe iniuriarũ obliuiſci,quã eas vlciſci velle : ac ex omnibus victoriis nullã maiorẽ eſſe quã ſe ipſum vincere. Tua igitur Maieſtas ita ſe geret , vt quẽadmodum omnes ſingularẽ eius virtutẽ & pręclara geſta iure ac merito prædicãt, veriſq; preconiis & laudibus in cœlum tollunt, ita etiã eiuſdem pietatẽ & continentiã atq; animi moderationẽ dignis ac veris laudibus proſequãt. Quod ſi Maieſtas tua vt ſperamus,fecerit, magno cœteris Principibus exemplo erit: qua ipſi etiam temperãtia ac modeſtia vti debeãt. Et corã Chriſto Redemptore noſtro,q in ligno crucis pendens Deum patrẽ pro crucifigentibus ſe rogauit non paruum ſibi meritum acquiret. Nobis inſuper,qui eam tanq; peculiarem filium noſtrum in viſceribus charitatis ſemper geſsimus , rem gratã & nunq; obliuiſcendã faciet. Datũ Rome die 26. Decẽbris. Anno dñi 1521. Pontificatus noſtri Anno 8.

Ad Sig. Legatio Orator. Car. V. Cæſar.

SERENIſsime Rex, Cum Maieſtas Cæſarea nõ ignoret,quanto ſtudio & amore Maieſtas veſtra quondã fœlicis memoriæ diuum Cæſarem Maximilianũ auum ſuum colendiſsimũ,ipſamq; inclytã domum Auſtrię ſit proſecuta. Non ſine graui animi diſplicẽtia & perturbatiõe Maieſtatis Cæſareę,pernicioſum iſtud bellum inter Maieſtatẽ veſtrã, & Albertum Principẽ Magnũ Pruſsiæ Magiſtrũ nuper exortum accepit : Cum ob eius fraternũ in Maieſtatẽ veſtrã amorẽ, & cuius fœlicitatẽ & proſperitatẽ haud ſecus atq; propriã ſemper exoptat : Tum qđ Magno Magiſtro ſine Principũ & totius Nobilitatis Germaniæ offenſa , qui illi atq; eius Ordini plurimũ ſunt affecti : atq; ex debito officii ſui penitus deeſſe vix poſſeat. Quibus accedit huius belli immanitas atq; crudelitas,eo quod inter Chriſtianos & eos qui tam arctiſsimo ſanguinis vinculo cõiuncti ſunt geritur. Nec minus etiã Reſpub. Chriſtiana ex hoc bello patitur diſpendii ac detrimenti. Quippe cum in occulto non ſit quã late hinc Moſci & Tartari,illinc Turcę & Valachi ampliſsimã Maieſtatis veſtræ ditionẽ ambiant, eiuſq; fines cõfingant, ſitibundis faucibus illis perpetuo inhiantes, immaniſsimæ atq; inſatiabiles beſtiæ,omnibus mortalibus infenſi , ac perpetui Chriſtiani nominis hoſtes. cum qbus quã ſtrennue atq; fœliciter Maieſtas veſtra ſæpenumero ſit cõgreſſa,iiſdemq; potẽtiſsimis hoſtibus ſeſe Regniq; ſui vires veluti totius Chriſtiani Orbis antemurale & vnicus propugnator obiecerit,eos nõ ſine ſuorũ ſanguine fuderit,& paruis copiis innumeros illorũ exercitus Chriſto duce proſtrauerit & profligauerit , tot inſignes Maieſtatis veſtræ victoriæ nõ ſine eius celeberrima fama & nomine atq; immortali gloria late per vniuerſum orbem ſparſa vberius teſtãtur : Inde fit, quod talem ac tantũ Principẽ de Repub. Chriſtiana optime meritũ a tam honeſtis & fœlicibus Rerump. ſtudiis atq; ſucceſsibus ad priuata atq; inteſtina bella trahi,hoc eſt vniuerſorũ ſalutẽ & cõmodum priuatis cõtentiõibus turbari atq; impediri, Chri-

ſtianorũ arma paulo ante hoſtibus ſuis formidabilia & pernicioſa nũc inter ſeſe dimicare, & quæ prius in hoſtem exercebant nunc in fratrem Chriſtianũ ſęuire, quis nõ doleret? quis nõ deteſtaretur? qs Reip. Chriſtianæ caſum in tãto diſcrimine ſatis deplorare poſſet? arrectis auribus & votis intentus nunc eſt Tartarus veteris cladis a Maieſtate veſtra receptæ haud immemor atq; vltiõis ſitibundus, exitum rei cautius obſeruat Moſcus, expectat hoc idem Turca & Valachus, vt cõciſis ac debilitatis inteſtinis inter ſe bellis Chriſtianorũ viribus infuſa barbarorũ ſuorum multitudine fractos & inualidos obruãt, & maiore ſpe ac minore ſui periculo penitus excindant. .·. .·. .·.

Hic bellorum Chriſtianorũ tam expectatus finis, hæc illa inſignis pro qua certatur gloria, hæc tam opima Chriſtianis detracta ſpolia, paulo poſt etiã hoſtibus ſuis præda futura: Quãuis Deus ſua miſericordia (vt precamur) hæc mala longius abeſſe faciat. De humanis tamẽ caſibus humano more loqui aliquando præſtat. Nec ſatis probe rebus ſuis cõſulunt, qui arridenti fortunæ, & potentiæ ſuæ fiducia freti, ac tutiores ſibi viſi, quoduis periculi cõtemptores, aduerſantis fortunæ impetum (quæ dicto citius ſubinde mutatur) nõ formidãt, nõ obſeruant, nõ late proſpiciunt. Quod ſępe cum multorũ pernicie bellorũ docuere euentus: quorum vt initia feruida & ſpe victoriæ tumida, ita exitus ſolent eſſe varii & incertiſsimi, hæc apud ſe Maieſtate Cæſarea altius penſante, & perniciem quæ & priuatis & publicis rebus ex hoc bello oriri poſſet accuratius animo verſante, viſum eſt, & pro fraterno ſuo in Maieſtatem veſtrã amore, & qua in Rempub afficitur ſollicitudine, poſteaq; nunc Deo aſpirante Imperii Coronã & moderationẽ fœliciter ſuſcepiſſet, nihil amplius temporis prætermittere, ſed præſenti malo auctoritate ſua interpoſita occurrere, & ad huius belli incendia reſtinguenda omnem curã impẽdere ſeſe debere, ne recens malum lõgius ſerpat, & grauior vis belli ingruat. Quãdo qdem ſero adhibita remedia nonnunq; ſoleant eſſe difficiliora, & minus vtilia: voluitq; eius rei cauſa nos ad M. veſtrã proficiſci, vt vna cum Sereniſs. Hungariæ & Bohemiæ Regis Oratoribus etiã ad hunc finem ad Maieſtatẽ veſtrã deſtinatis, negocium iſtud ſuæ Cæſareæ Maieſtatis nomine ſoliciti curaremus, & quantum fieri poſſet, Deo annuente, ad tranquillos exitus, & honeſta media pacis, vel Induciarum reduci ſtuderemus. Hortatur igitur eam ob rem Maieſtas Cæſarea, quo maiore ſtudio poteſt, Serenitatẽ veſtrã, velit ſuæ Cæſareę Maieſtatis & Reip. cõtemplatiõe arma deponere, & iis tractatibus locum dare, publicũq; cõmodum ſuo priuato anteferre, vtcũq; etiã iuſta forte cauſa ad hoc bellum ſuſcipiendum ſibi videatur prouocata. plus etenĩ gloriæ & laudis apud vniuerſos ſibi pariet, ſi veluti Chriſtianiſs. Prĩceps, quod nomen etiã vſq; nunc immaculatũ apud cunctos retinuit, ab iis, quæ forte ſibi licere exiſtimat, Reipubl. amore abſtinuerit: omnes Maieſtati veſtræ plurimũ debebunt, quæ omniũ cõmodis ſua poſthabuit. Erit quoq; iſtud perpetuũ virtutum ſuarũ etiã apud poſteros monumentũ, quando honeſtis cõditionibus inita cum Magno Magiſtro pace, ad priora & intermiſſa bellorũ ſtudia cõtra inimicos fidei reuertetur, in quibus arcendis & ſubigẽdis plus ad victoriã procul dubio a Deo auxilii & fauoris a Chriſtianis Principib. eſt habitura. Talis triumphus Maieſt. veſtrã adhuc manet, hæc erit victoria Maieſtate veſtra & tam Chriſtiano Principe digna, quę nõ Chriſtianorũ ſed eorundem hoſtium ſanguine fuſo apud cunctos mortales clara & celebris habeatur. & a Deo, in hac vita fœlicem Regni moderationẽ conſequatur, & alibi æternis pręmiis & perpetua immortalitatis Corona donetur. Dabitq; Maieſtas veſtra maiorem ac certiorem Maieſtati Cæſareę de ſe ſpem atq; expectationẽ quoduis fraternũ officium ab ea poſſe impetrari, quãdo in hac re, qua nihil optatius nunc habet, honeſtis ac fraternis votis ſuis ſe videbit minime fruſtratã. Hoc tametſi Maieſtati veſtræ, Principi alioquin & pace & bello clariſsimo atq; expertiſsimo, & cui diuina quædã inſita eſt prudentia, omniũq; virtutũ cõſumata integritas, a M. Cæſarea Principe adoleſcente perſuaderi forte ſuperuacaneũ videri poſsit: fraternus tamẽ amor & vehemens in M. veſtrã ſtudium diutius ſilere non potuit, atq; ſolicita in Remp. cogitatio M. ſuam Cæſareã impulit, vt ei cõſilium daret, a quo accipere & petere deberet; atq; ea ſuaderet, quę nõ tam exiſtimaret eſſe ex Maieſtatis veſtrę

re & digni-

re & dignitate, quã ex totius Reip. Chriſtianæ ſalute neceſsitate & tranquillitate, Ad hæc, ſi vti M. Cæſareæ eſt firma ſpes atq; expectatio, Maieſtas veſtra animum applicare & fraternis ſuæ Cæſareę M. exortatiõibus acquieſcere voluerit, Nunc, aut q̃cunq; alio tẽpore opportuno, quæ ad præſens negocium ſpectabũt, iuxta cõmiſsionẽ noſtrã Maieſtati veſtræ latius declarabimus, & exponemus, intellectaq; circa hæc M. veſtræ deliberatiõe, ad Magnum Magiſtrũ Pruſſiæ nos recipiemus: pariter huic Maieſtatis Cæſareę mandata, voluntatẽ & in reſcindendo hoc bello deſideriũ declaraturi, & alia iuxta cõmiſsionem noſtrã acturi: ſperãtes excellentiã ſuam & Maieſtatis Cæſareę voluntatem, & honeſta media pacis, & Induciarum nequaquam ſpreturam.

Quantũ vero ad nos attinet, & ſi cognoſcamus hanc rem grauem atq; difficillimã ingeniorum noſtrorũ vires longe excedere, poſtq; tamẽ M. Cæſareę nobis hanc prouinciã imponere placuit, eo alacriore animo hãc vtcunq; grauem ſuſcepimus, quo ſeruitutis noſtræ deuotionẽ M. veſtræ in hac re oſtendere ex animo deſideramus. Nihil ſtudii & laboris, quantũ ingenium noſtrũ cõſequi poteſt & negocia ipſa admittent prætermiſſuri: quo M. veſtræ dignitati & cõmodo quã maxime conſulatur. Deum Opt. Max. omnibus votis precañ. dignetur huic negocio ſuam miſericordiã aſpirare, & fœlicib. auſpiciis fœliciores tribuere ſucceſſus, & exitus: vt tandem cõcordibus armis & animis Chriſtiani Principes inter ſe conueniant, in exterminiũ & perniciem hoſtiũ ſui nominis, atq; ſtabilimentũ ac incrementũ & perpetuam tranquilitatem ſuæ Reipublicæ Chriſtianæ.

Carolus V. Rom. Cæſar Alberto Marchioni Brandeburgeñ. Magiſtro Cruciferorũ in Pruſsia.

VENERABilis Princeps cõſanguinee chariſsime, Cum nos nutu Dei Opt. Max. a quo omnia fiunt cõmunibus Principũ Electorũ ſuffragiis in Regem Romanorum, futurũq; Imperatorẽ electi ſimus, noſtri officii eſſe duximus, pacem & concordiã Chriſtianorũ Principum procurare: quo facilius cõcordibus armis atq; animis expeditio cõtra chriſtiani nominis hoſtes ſuſcipi poſſet. Et cũ intelligam9 inter Sereniſs. Regem Poloniæ fratrẽ noſtrum chariſsimũ, & deuotionẽ tuã ſuper Iuramento quodã præſtando nõ nihil differentiæ adeſſe: cuperemus plurimũ huiuſmõi diſcordiã ſedari, præſertim cum edocti fuerimus Cæſareã M. præclariſſimæ memoriæ dñm atq; auum noſtrum colendiſsimũ ad te quoq; ſuper ea re Literas dediſſe. Quapropter hortamur deuotionẽ tuã magnopere, vt dicto Sereniſs. fratri noſtro debitum, & præſertim quod prædeceſſores tui Regibus Pol. præſtare ſoliti ſint, etiã præſtes, & te erga eum ita exhibeas, vt iunctis armis iſthic fidei hoſtibus occurrere, & terrori eſſe poſsitis: & ſi q̃d forſan diſsidii inter eundẽ Regem & te adhuc remãſerit, daturi ſumus operã cum primum in Germaniã venerimus, quod dante Deo prope diem futurũ ſperamus, vt huiuſmõi inter vos quæſtio amice & pro dignitate vtriuſq; cõponatur. Quare nobis pollicemur, quod ꝓ tua & fratrum tuorũ in nos obſeruantia, nobis in hac re ſatiſfacies: quod quidẽ erga deuotionem tuam vniuerſumq; iſtum Ordinem benigne & omni gratitudine recognoſcemus. Datum &c.

Pax perpetua inter Sigiſm. I. Regẽ & Regnum Pol. & Magiſtrũ Pruſsiæ eiusq; Ordinem Crucifericum Cracou. 1525. confecta.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriã, omniũ rerũ quæ ſempiternę ſunt futuræ, nulla firmitudo certior excogitari poteſt, quã ea quę ſit Literarũ monumẽtis prodita ad memoriã poſteritatis. Cœtera enĩ facta humana, quantũcunq; memorabilia, aliȷs modis quã Literis æternitati cõſecrata, aliquot q̃dem ſeculorum decurſu durare poſſunt: Quæ uero Literarũ officio memorię mãdantur, nun-

dantur, nunq́ intereunt. ipſaq́ uetuſtate fiūt auguſtiora. Proīde Nos SIGISMD. DEI gratia Rex Pol. Magnus Dux Lithuaniȩ, necnō Terrarū Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Ruſsiȩ ac omniū Terrarū Pruſsiæ, Pomeraniæ, &c. dn̄s & hȩres, Manifeſtū facimus uniuerſis: Quia cū acta eſſent plurima bella inter prȩdeceſſores noſtros Reges & Regnū Pol. ac Magiſtros & Ordinē dictū S. Mariȩ Theutonicorū in Pruſsia: de proprietate ipſarū Terrarū Pruſsiȩ certantes, eaq́ nō penitus extincta inter nos, & Illuſtrē dn̄m Albertū Marchionē Brandeburgen̄. & Magiſtrū ipſius Ordinis recruduiſſent, cum magno Reipub. chriſtianȩ incōmodo & detrimēto: Proindeq́ & Summus Pōtifex, & Cæſarea M. Sereniſsimusq́ Nepos noſter dn̄s Lodouicus Hūgariȩ & Bohemiȩ Rex, nos ad ineundas quadriennales inducias & arbitralē cognitionē ſubeundā hortati eſſent & induxiſſent: Qua demum magnis impedimētis nō ſecuta & tēpore Induciarū expirāte, ueniſſent ad nos Illuſtres Pricipes dn̄s Georgius Marchio Brandeburgen̄. in Sileſia Ratiborien̄. Iagensdorff: in Pruſsia Stetinen̄. Pomeraniȩ, Caſſubarum, Sclauorū, Dux: Burgrabius Nurembergen̄. & Pricęps Rugiȩ. Et Fridericus Dux Legnicen̄. & Brigen̄. ac inferioris Sleſiæ Capitaneus neceſſarij & affines noſtri chariſsimi de pace & cōcordia ſtabili ac firma ſedulo agentes, Tandē poſt multos tractatus & ratiōes utriq́ expenſas ad infraſcriptas cōditiōes & capitula ipſius pacis & concordiæ deuenimus omniaq́ & ſingula cōdiximus & utriq́ firmauimus in hūc q ſequtur modū.

Qui erant arbitri pacis inter Regem Sig. et Albertū Magiſtrū.

IN NOMINE SANCTÆ & indiuiduȩ Trinitatis amen. Nos GEORgius Dei gratia Marchio Brādeburgen̄. in Sileſia Ratiborien̄. Iagendorff, in Pruſsia Stetinen̄. Pomeraniȩ, Caſſubarum, Sclauorū &c. Dux, Burgrabius Nurembergen̄ & Pricęps Rugiȩ. Et nos FRIDEricus eadē gratia Dux Legnicen̄. & Brigen̄. ac inferioris Sleſiȩ Capitaneus recognoſcimus & Significamus omnibus & ſingulis præſentem concordiā ſeu contractū uiſuris audituris ſiue lecturis. Quia nos ex infraſcriptis ſequētibus ratiōibus, quæ nos tanq́ Principes chriſtianos promouerūt, eandē ſequentē cōcordiā & contractū inter Sereniſs. & excelentiſsimū Principē & dn̄m dn̄m SIGIS. Regem Pol. & ſuæ Maieſtatis hȩredes, & ſucceſſores Reges Regni Pol. ex una & Illuſtriſsimū Principē & dn̄m dn̄m ALBERtum Marchionē Brandeburgen̄. Theutonici Ordinis generalē Pruſsiæ Magiſtrū & eius Ordinem militarē Terrigenas & Ciuitateſes ex altera partibus, cōcepimus, tractauimus, & cōpoſuimus. Et inprimis id præcipue ac potiſsimū cōſiderātes, omnes diſſenſiōes, bella, cōtentiōes, & cōflictus inter Regiā M. & dn̄m Magiſtrū eiusq́ Terrarū Incolas hic ortas & emanatas eſſe, eo, QVOD NON VNVS PRINceps hȩreditarius omniū Terrarum Pruſsiæ gubernator hucusq́ extitiſſet, dictaq́ Pruſsia diuerſorū Procerum capitibus gubernata eſſet, unde Terrarū ipſarū Incolæ pernicioſis inter ſeſe bellis & cōtentiōibus digladiabant̄, & prælia cōmouebant: ex quibus magna effuſio chriſtiani ſanguinis damnaq́ et nocumēta incolis orphanis & uiduis plurima ſunt illata. Similiter cōſiderātes quod præfatus

Quæ fuit cauſa tot bellorū in Pruſsia.

præfatus dominus Magiſter frater & auūculus ac ſororius noſter retroactis temporibus,quādo Officio Magiſterij fungeret,multifarias fatigas & labores hucuſq; ſubiuit apud omnes ſtatus chriſtianorū Principum, uidelicet Sūmos Pōtifices,& Cæſareā M, ſacrum Romanū Imperiū,& Electores Imperij,necnō apud Nobilitatē Germanię, eoſdemq; omnes ſæpius requireñ,operā diligentē impendit,ſperās eoſdē inuigilaturos, quo ipſę ſeditiões & cōtrouerſiæ ac diſſenſiões ſecundū cōtinentiam infraſcriptę perpetuę pacis per Sereniſs,Maieſtatē fœlicis record. KAZImiri Regis olī Thorunij cōfectæ, & iuxta cōpromiſſum in proximo quadriennio per Cæſareę Maieſt, & Regiæ Serenitatis Vngariæ Oratores in præſentia Sanctiſs.dn̄i Leonis Papæ Legati &c. Thorunij factū cōponerent & cōcordarent,id tamē ex interueniētib.bellorū motibus,& cœteris uarijs admodū arduis negocijs,quibus Cæſarea M, & Sereniſs.dn̄s Rex Hungariæ hactenus impliciti ac diſtracti fuerūt,hucuſq; impeditū & indiſcuſſum permāſit:Nos tamē cōſideran̄.huiuſmōi ordinationē optimā fuiſſe,cōpromiſſum paucis diebus ad finē et terminum ultimū deducere ſtuduimus. Nam ubi negocia indiſcuſſa permāſiſſent,formidandū fuit ne R. M, & Regnū Pol. ac Magiſter cū Terris Pruſsiæ iterū ad maiores armorū tumultus, prælia,& cōtentiões ac humani ſanguinis effuſionē rediret, in damnū & iacturā totius Reipubl. chriſtianæ. Ad præcauendū igit huiuſmōi mala & incōmoda, paciſq; ſtudio intendētes,quo in futurū perpetua chriſtiana pax inter R. M.et eiuſdē Maieſtatis heredes ſucceſſores Regni Pol.Reges,& inter Magiſtrum Pruſsiæ & eiuſdē Terrarū Incolas utrinq; interuenire ac diſponi poſsit: Conſiderātes etiā qa & nūc Reuerēdus dn̄s STATilius Præpoſitus Veſprimieñ. Sereniſs. Regis Hungariæ dn̄i domini noſtri clementiſsimi tanq; dicti cōpromiſsi arbitri internuncius pacis, ac miſſus Orator ad Sacrā M. Regiā Polonię ac Magiſtrū Pruſsiæ fratrē et auūculū ac ſororiū noſtrū,quo ſe ad concordiā & ipſum contractū per nos factū beneuole ſubmitteret, & gratioſe ac benigne eidē cōſentirent, rogauit & reqſiuit: Nos tanq; mediatores,recōciliatores pacis,ex ſupradictis cauſis et ratiōibus ſequētes Articulos quos,ſalubri uiæ cōcordię intendētes,chriſtianos,decentes,idoneos cognouimus,inter Sacrā M. Regiam, & dn̄m Magiſtrū, utriuſq; accedente cōſenſu fecimus & diſpoſuimus,& prout infra continetur ordinauimus & confecimus.

INPRIMIS, Quod omnes diſſenſiões in ijs bellis inter R.M.dn̄m Magiſtrū,Duces Mazouiæ, Epiſcopos Varmieñ.& Culmeñ. & cœteros omnes eorūq; ſubditos exortæ,per ſequentē trāſactionē in uniuerſum ſublatę ſint,& neutri Partiū in malo reminiſcēdo imputari debēt.

ITEM quod Loca, Caſtra,& Oppida cū omnibus attinētijs & pertinentijs in his bellis utcūq; alias utrinq; intercepta cū Bombardis maioribus quemadmodū in prima occupatiōe Arciū & Oppidorū inuentæ ſunt,reſtitui:Bombardę etiā Vncales quas Hokenbuchs uocāt,eo pacto ut penes modernos Officiales reſtabāt,ſimiliter reddi debēt, Si uero qcq; Bombardarū maiorū deeſſet,debent Officiales per iuramēta interro-

 gari, ut

gari, ut medijs eorũ iuramentis dicant, quid illic inuenerint. Quod aũt
Bombardas in Caſtro Hollando demolito inuentas attinet, di benj ſine
diminutiõe ad manus Illuſtris domini Marchionis Alberti reſtitui.

¶ Præterea debẽt omnes & ſinguli ex Nobilitate, Ciuibus, & Colo-
nis, omnis promiſsiõis & iuramẽti quibus præſentibus bellis aut citra
alias circa hæc tempora a ſuis ad alienos dños ſe contulerunt & obliga-
runt, liberi & ſoluti eſſe, & reputari.

¶ Cœterũ quod ad neglecta ſeruitia attinet, debet a Regia Maieſtate
& Duce de Pruſsia, illis qui ea neglexerĩt ex gratia condonari, & bona
ſeu poſſeſsiões eorũ reddi. Cœterũ quod liberos eorũ attinet, q̃ cõdem-
nati ob perpetratũ facinus pœnas dederũt, bona immobilia utrinq; red
dantur, & patrum facinus honori puerorũ nihil noceat: nec apud quẽ-
¶ Item debet Regia Maieſtas illis de Nevv (piã in aliq̃ præiudicet.
markt ſimiliter Marchio Albertus Gilczenburgeñ. & Hoenſtrineñ. nec
non omnibus Ciuitatib. Eccleſiaſticis & Sęcularib. Nobilibus & Ple-
beis utriusq; partis ſubditis, qui ex timore defecerint, parcere & condo-
nare: nullaq; indignatiõe reminiſci. nec cuiq; ut hoc uindicet, permitte-
re: ſed ex clemẽti uoluntate ſub utriſq; hinc inde ſigillis & Literis ſen-
tenciam ferre. quod hoc ipſis & liberis eorum in nullam dehoneſtatio-
nem, aut incommodum uergere debeat.

¶ Itẽ qđ ad Eccleſiaſticorũ bona & Iuriſdictionẽ attinet, debet Dux
Pruſsiæ ad reqſitionẽ Eccleſiaſticorũ unicuiq; iuſticiã, ut chriſtianũ ę-
quum & iuſtũ eſt, adminiſtrare. Cœterũ bona reditus & cẽſus ſub Du-
ce Pruſsiæ ſiti Epiſcopatũ Varmieñ. uel eoſdẽ Eccleſiaſticos attinẽs, de-
bent uiciſsim ex omni parte reſtitui. Si uero Dux uel Nobiles ſui cura-
tos, uel alios in Eccleſiaſtica beneficia collocare uellẽt, qui hominib. chri-
ſtiane prouiderẽt, eos Epiſc. iuxta antiquã cõſuetudinẽ inſtituere ac in-
¶ Itẽ ſi poſſent dñi Põtifices cõſtanter docere, Quod (ueſtire debet.
Eccleſiaſtici in Terris dñi Ducis cõmorantes ſecus quã chriſtiani ac cõ-
tra ordinationẽ & cõſtitutionẽ uniuerſalis ſanctę Eccleſiæ chriſtianę ſe
gererent: debet dominus Dux una cum dñis Epiſcopis iuuare, ut tales
debita caſtigatione emendentur.

¶ Item ſi quiſpiã Ciuiũ aut Ruſticorũ duos annos ante proxime ge-
ſtum bellum usq; huc dño ſuo ſe ſubduxiſſet, et abſq; uolũtate eius au-
fugiſſet, repetiti debent dñis ſuis ſine omni medio reſtitui & exinde nul
la partiũ alterutri ſuos detinere. Qui aũt ui ab utraq; parte abacti ſunt
ñ debent publicis mandati Literis ad dños ſuos dirigi, ſeu remitti.

¶ Item debet dñs Albertus Marchio R. M. & Regno Pol. Iuramen-
tum, uti naturali & hęreditario dño ſuo, præſtare: & ſe in poſterũ erga
eius R. M. in omnibus ſicut Principem Vaſallũ erga dñm ſuum hęre-
ditariũ de Iure decet obedientẽ exhibere. Debet præterea Marchio Ge-
orgius ſuo & fratrũ nomine uexillũ cõtingere. Debent ſimiliter Mar-
chiones Kazimirus & Iohannes Sigillis et Literis ſuis intra annum hu-
iuſmodi contractum agnoſcere, & acceptare.

¶ Item debet Regia Maieſtas ex aduerſo Marchioni Alberto infra-
ſcriptas Terras

ſcriptas Terras, Ciuitates, Caſtra, & Vicos uidelicet tria Oppida & Caſtrum Konigsbergk, Lochſteten, Vargen, Girmavv, Pubetten, Rudavv Schokken, Kaymen, Kremitten, Vvldavv, Tapiavv, Taplavvken, Narbetten, Inſterburgk, Allenburgk, Venſtervv, Gordauen, Angerburgk, Mordenburgk, Labiavv, Lavvkiſten, Tilſſeth, Ragnet, Roſsiten, Vinthergk, Mymel, Brandemburg, Krevvezburgk, Fredlantt, Demenavv, Bartten, Letzen, Balge, Heylige, Beyhell, Zintten, Lavvdsbergk, Prevvſchevvlavv, Bartenskyn, Scheſten, Saynsburgk, Reynn, Raſtenburgk, Lieck, Iehansburgk, Hollandt, Liebſtadt, Mulhavvſen, Mormige, Paſſenheym, Ortelsburgk, Oſterode, Hogenſtayn, Neidenburgk, Soldavv, Ilgenburgk, Schippenbeil, Tevvſchſtheylavv, Prevvſchmargk, Lubemul, Salffelt, Riſemburgk, Marienverder, Tirembergk, Labtavv, Schonbergk, Bovvunden, Iorgenburgk, Reſenburgk, Gordenſche, Nevvhavs, Freyenſtadtt, Solavv, Viſſchhauſen, Biſſchovvuerder, Medenavv, tanq̃ Duci in Pruſsia in legitimũ & hereditariũ feudũ conferre, & eiuſmodi infeudationis Literas ab uno fratre ad aliũ & eorum heredes tanq̃ ſuper indiuiſo feudo iuxta tenorem tranſactiõis conficere.

¶ Item ſi quãdo memorati quatuor Prĩcipes & Marchiones ALBertus, GEORgius, KAZimirus, IOHANnes, & eorundẽ legitimi feudi hæredes omnes ſine legitimis feudi hæredibus decederẽt, tunc & nõ antea debent ſupraſcriptæ Terrę Pruſsiæ ad R. M. & Regnũ Polo. hereditarie redire & recidere. Si uero filiæ ſupereſſent hæc debent Ducalis dotis pecunia a Regia Maieſtate abſolui & prouideri.

¶ Item debet R. M. Marchionẽ Albertũ ſuos heredes & omnes Incolas ſupraſcriptarũ Terrarũ Pruſsię in eorũ priuilegijs huic tranſactioni & ſuperioritati Regiæ Maieſtatis non repugnãtibus, conſeruare: & alias ab iniqua uiolentia defendere & manutere.

¶ Item debẽt tam Ordinis quã Nobilitatis & Ciuitatũ prędictarum Terrarũ Pruſsię Mandatarij Nuncij pro ſe heredibusq; & ſucceſſorib. ſuis cõſentire, & inſcribere, quod ſeipſos hæredesq; & ſucceſſores ſuos poſt obitũ quatuor prædictorũ Principũ & ſuorũ legitimorũ feudi hæredum ad R. M. & Regnũ Polon. ac ipſius hæredes debita fidelitate & ſubiectione uti ad eorũ naturalẽ ac hereditariũ dñm, & nullũ aliũ tenere debeãt, & uelint. Ita deniq; quod Regia Maieſtas ſupraſcriptas Terras Pruſsiæ cum aliquo linguã Germanicã callenti, & in eodẽ Ducatu bene poſſeſsionato, qui omnia officia adminiſtret, procurare debeat. Et ſi Maieſtas Regia Cõſiliarios ſuos deputauerit, quod Nobiles & Ciuitates Eccleſiaſtici & Sęculares omniũ Ordinum Terrarũ Pruſsiæ Duci ex Pruſsia Iuramentũ pręſtare debeant, quod tunc ex ſingulis Diſtrictibus duo ex Nobilitate, ac Ciuitatibus nomine aliorũ omniũ, quemadmodum hic præſentes ſe inſcripſerũt, Literis quoq; & Sigillis ſuis huiuſmodi concordiã recognoſcere debebũt. & quum Principi de Pruſsia Iuramentũ præſtabũt, quod tũc medio huiuſmõi eorũ pręſtito iuramẽto, etiam hanc concordiam ſe ſeruaturos promittant.

¶ Item quod Princeps de Pruſsia primũ & proximũ locum in Cõſilijs, Ter-

ſilijs, Terrarũ Comitijs, & publicis cõuentib. apud R. M. habere debet.

❡ Item quod Prĩceps ex Pruſsia heredesq́ʒ & ſucceſſores Prĩcipes ex principatu & Terris Pruſsiæ prædictis nihil uendãt: uerũ ſi ad hoc ingens urgeret neceſsitas, debebũt hoc Regię M. tanq̃ dño ſuo hereditario ante unum annũ prius denũciare. Quod ſi Maieſtas ſua emere nollet, extũc ipſe Princeps uendendi habeat poteſtatẽ: Regalibus tamẽ Regiæ M. feudi & obſequiorũ Iuribus ſaluis. Et pręterea ſi Dux ipſe Pruſſiæ urgente neceſsitate premeret̃, poterit Arces & Oppida ſua Vaſallis ſuis locare & impignorare ut eædem Terræ unitæ & indiſciſſę quemadmodum nunc ſunt, permaneant.

❡ Item quod ad obſequm attinet, ex quo Terra Pruſsiæ in magnum detrimentũ peruenit, promiſit R. M. Marchioni Alberto ſex annorũ libertatẽ ſe ex gratia daturã. Vbi aũt Regia M. & Regnũ Pol. a q̃buſlibet cuiuſuis dignitatis aut cõditiõis illi fuerĩt occaſiõe huius tranſactionis & cõceſsiõis feudi impugnaret̃: extũc Dux in Pruſsia cũ ſucceſſoribus in propria perſona una cũ omnibus ſuis ſubditis pro ſummis uiribus Regiã M. etiã intra hoc ſex annorũ libertatis ſpaciũ adiuuare & illi cõſulere ſit obligatus. Similiter Regia M. & Regnum Poloniæ erga Ducem in Pruſsia & ipſius Terras in hoc caſu facere debebit.

❡ Si aũt cõtingeret quod Regia M. aut Regnũ Pol. extra hunc cõtractum ab infidelibus, & alias urgeretur, & Regia M. Poloniæ in propria perſona cũ omnibus ſuis ſubditis in Caſtra proficiſceret̃: tunc Dux in Pruſsia cum ſucceſſoribus ſuis obligatus eſſe debet Regiã M. cum centum inſtructis equis, uſq́ʒ ad terminos Terrarũ Pruſsiæ inſequi.

❡ Si uero Dux in Pruſsia a Regia M. ultra fines tranſire reqſitus fuerit, extũc huiuſmõi centũ eqtes inſtar aliorũ Maieſtatis ſuæ equeſtriũ militũ Regijs ſtipendijs militare debebũt. Caſu aũt quo Regia M. urgenti neceſsitate plures quã centũ equites a Duce in Pruſsia educi deſideraret, quotquot centenariũ numerũ exceſſerĩt, a tempore exitus domiciliorũ ſuorũ, Regio ſtipendio, ut præmiſſum eſt, militabũt. Si uero in facultate Ducis ex Pruſsia nõ fuerit plures quã centum equites educendi, non debet propterea ipſum Maieſtas Regia ulterius urgere.

❡ Item quod ad Iuriſdictionẽ inter Regiã M. & Principẽ Pruſsię attinet, ita obſeruandũ eſt, ſi cõtingat quod R. M. Principẽ, aut uiciſsim Princeps ipſe R. M. in cauſis perſonas utriuſq́ʒ partis cõcernentib. conuenire uellet, debet Maieſtas Regia Conſiliarios ſuos Marienburgi aut Elbingi collocare, Iuramentiſq́ʒ quibus ſuæ Maieſtati obnoxij ſunt abſoluere, & rurſum ad iuſte iudicandũ obligare. Et quicq̃d tunc a prędictis Cõſiliarijs Regiæ M. & Principi pronunciatũ & decretum fuerit, ratum eſſe debebit, & ſine contradictione ſeruari.

❡ Si uero quiſpiã de ſorte ſeu conditiõe Principis Sęcularis, aut Eccleſiaſtici ſtatus in Pruſsia ſupradictũ Principẽ de Pruſsia ſuper quauis re cõuenire prætenderet, debebit M. Regia ſex ex Cõſiliarijs ſuis & Princeps in Pruſsia totidẽ ex ſuis ad Iudiciũ, ut præmittitur, obligare, & Iuramentis aſtringere: & quicq̃d ipſi æquũ eſſe decreuerĩt & pronũciauerint, eſt

ciauerit, ei utraq; Pars acqeſcere, et ſine ulla tergiuerſatiõe id ratũ habere debebit.

¶ Si aũt aliqs qui de ſorte Principũ nõ fuerit, cõtra Ducem in Pruſsia quampiã actionẽ inſtituere uellet, hoc corã Vaſallis Prĩcipis facere debet. quos Princeps ipſe collocare, & ad Iudiciũ obligare tenebitur. Si quis aũt occaſiõe huiuſmõi Iudiciorũ in caſibus Principis perſonã attingentibus ſibi iniuriã factã. aut ſe grauatũ exiſtimaret eſſe, poterit ad Cõſiliarios (quos R. M. & Dux in Pruſsia quotãnis ad feſtum S. Franciſci, cũ id neceſsitas exigerit Marienburgũ mittere debebunt) prouocare. Qui ſuper ea re cognoſcẽdi poteſtatẽ habere debent. Quod ſi ibi cognitũ fuerit appellationẽ prouocãtis friuolã & illicitã eſſe debebit illa Pars Iudicio decem marcas pruthenicales pendere, & Parti aduerſę ad refundendũ expẽſas litis & ad parendũ priori ſentẽcię obligata eſſe.

¶ Vbi uero actiões emergerẽt, Incolas Terrarũ Pruſsiæ & eorundẽ poſſeſsiões utrinq; cõtingentes, unusqsq; in eo Iudicio ubi bona ſeu poſſeſsiones ſitæ fuerint, aut Reus domicilium habuerit conueniri, & ad extranea Iudicia trahi non debet.

¶ Itẽ neutrius Partis ſubditi, nec etiã eorũ bona, ex q̃ in locis ad quæ ſpectant iuſticia obtineri poſsit, in alienis Iudicijs arreſtari aut detineri debẽt.

¶ Item quod deinceps omnes Incolæ Terrarũ Pruſsię utriq; reciproca uiciſsitudine in terra & mari ſine impedimẽto negociationes exercere, ueteribus ſtratis proficiſci, & curribus tranſire, necnon in priuilegijs ſuis hoc caſu permitti debent.

¶ Cœterũ fora in Villis cõtra fas & antiquã cõſuetudinẽ inſtituta, deĩceps ubiq; aboleri, & in Ciuitates ad quas ſpectãt reponi debebũt.

¶ Item quod profundũ Balgeñ. ad mare recens Haeb & ubicũq; alias profunda id eſt Oſtia maris fuerint, caput Viſlæ, & omnia flumina omnibus Pruſsiæ Incolis, ut in ipſis nauigare & traijcere poſsint libera ſint. Et peregrini Mercatores nec in Konigsberg nec Bravmbsbergk, Elbingũ, Gdanũ, aut in ullã aliam Ciuitatẽ proficiſci cogantur, ſed debent libere non coacti prout ipſis placuerit uelificare, & nauigare. Attamen ſine antiquorum teloneorũ & priuilegiorum detrimento.

¶ Item nulla telonea, depoſitiões uel alia grauamina in Terris Pruſsię cõtra antiquã cõſuetudinẽ & priuilegia ab ulla partiũ inſtitui debẽt. Sed uetera telonea permanere. Si aũt ab alterutra partiũ a tempore trãſactionis Regis KAZimiri telonea eſſent inſtituta, ea q̃q; hincinde abrogari debent. Si uero ſucceſſu tẽporis cõtingeret quod R. M. & ſimiliter Dux in Pruſsia ad reqſitionẽ utriusq; ſubditorũ ſuorum alicubi noua telonea aut emporia ad utilitatẽ Terrarũ Pruſsiæ inſtituere deſtinarẽt, tunc debet Maieſtas Regia Ducẽ Pruſsię uocare in locũ opportunum, & ambæ partes ſuper ea re cõcordandi & trãſigendi poteſtatẽ habere. Si etiã aurigæ uel nautæ huiuſmodi telonea præterierent, non debent eis bona adimi, ſed tantum naues currusq; auferri.

¶ Cœterũ quod ad bona naufragantiũ attinet. debebit id cũ eiſdem ſecundũ ueterem introductam conſuetudinẽ, ex quo idem in Zelandia Hollãdia et Brabantia cõſuetũ eſt, etiã obſeruari, ita tamẽ quod a nautis nihil plus extorqueat.

❡ Item debet utraqꝫ partiū aduerſus alterā nūc et deinceps publicarū ſtratarū prædones, fures, & alios Terris perniciē inuehentes, ad receptādum & promouendū abſtinere. Sed q unius partis profeſſus hoſtis ſit, debet etiā ab altera parte pro eius diffidato hoſte & dānificatore cēſeri.

❡ Item quæuis partiū poteſtatē habere debet hoſtes & noxios ſuos in bonis alterius partis perſequēdi, & in quibus Iudicijs apprehendent, in illis ſiſti, & iuxta ipſorum demerita iuſtificari debent.

❡ Item Dux in Pruſsia, præterea Elbingeñ. Gdaneñ. & Thoruneñ. omnem monetā cudere abſtineāt, ita quod R. M. intra hīc & feſtū Pentecoſtes ſequentis anni diē ſtatuat ſe ratiōe huiuſmōi monetę clare concordādi.

❡ Item quod Dux Pruſsiæ omnibus priuilegijs & Iurib. huic cōtractui repugnātibus, ſeu ea ſint a Pontificibus Max. Imperatoribus, Principibus, uel Regibus Pol. profecta, nunc & in perpetuū renunciare, & ea in manus Regię Maieſtatis cōſignare debet. Si aūt quicquā in eiuſmōi priuilegijs cōtineretur quod huic trāſactioni non repugnaret, ſed Duci Pruſsiæ & Terris occaſiōe finium, & aliorū Iurium & priuilegiorū neceſſarium eſſet, debebit Maieſtas Regia eiuſdem tenoris ſub Literis & ſub Sigillo Maieſtatis ſuæ ea denuo concedere.

❡ Item quod Regnū Pol. & Terrę Pruſsiæ pro ſe & eorū ſucceſſoribus ſufficiēter ſe inſcribere debent, quod hanc inſtitutā tranſactionē, in omnibus ſuis partibus punctis & articulis fideliter perpetuo & irreuocabiliter ſeruare, nec unqꝫ cōtrauenire aut agere debeant, aut uelint: hoc puncto ſingulariter adiuncto, ſi caſus mortis Principū, quos Deus pro ſuo arbitrio conſeruet, ſe offerret, quod Terræ Pruſsiæ Maieſtati Regiæ & Regno Poloniæ, & nulli alteri adhęrere debent.

❡ Poſtremo ſi quiſqꝫ cuiuſqꝫ dignitatis aut cōditiōis exiſteret, hūcqꝫ contractū impugnare uellet: debent tres Marchiones, quos hęc cōcordia pariter attingit, una cū Duce de Pruſsia cū omnibus, quos ad hoc permouere poterūt, Regiam Maieſtatem iuuare, & ſuper hoc reſpōdere.

❡ Huic ſupraſcriptæ chriſtianæ cōcordiæ & unitati, Regia Maieſtas Poloniæ, & Dux Pruſsiæ in omnibus articulis, clauſulis, cōditiōibus, punctis ſuperius expreſsis Regiā ac Ducalē dignitatē, chriſtianāqꝫ bonam fidem perpetuo & fideliter interponeñ. inuiolabiliter pro ſe & ſucceſsiue poſteritatis eorū hæredibus ſucceſſores Reges Polonię & Duces Pruſsiæ ratam & firmā habere & obſeruare polliciti ſunt, ac promiſerunt. Pro maiori præfatorū fide & ſecuritate Regia Maieſtas ſimiliter Dux Pruſsiæ huiuſmōi pactū, concordiā, & unionem manu eorū propria ſubſcripſerūt, & Sigilla ipſorū noſtris adhęrentia ſubappendi fecerunt, & huiuſmōi cōtractus binæ literæ cōcordatiōis ſeu unionis ſub eodem uerborū tenore cōfectę cuilibet Parti unæ pręſentatæ ſunt. Datum & actum Cracouiæ Sabbato in uigilia Palmarū quæ fuit octaua menſis Aprilis. Anno domini. 1525.

❡ Nos itaqꝫ Sigiſm. Rex Pol. de conſilio & conſenſu Conſiliariorum noſtrorū Regni Pol. omnes et ſingulos memoratos articulos ut pręmittitur medio Illuſtriū Principū prænominatorū Georgij Marchionis

Brandebur-

Brandeburgeñ.&Friderici Ducis Legniceñ.inter nos,& Illuſtrē domi-
num Albertū Marchionē Brandeburgeñ. Magiſtrū ac Ordinē eius in
Pruſsia actos cōdictos & cōcluſos in omnibus & ſingulis eorū punctis,
clauſulis,& cōtinentijs prout iacent,acceptamus,ratificamus,approba-
mus,laudamus,et cōfirmamus,ipſosq; perpetuū firmitudinis robur ob
tinere uolumus. Promitteñ. in uerbo noſtro Regio,ac ſub fide boni ac
legalis & ingenui Principis pro nobis atq; ſucceſſoribus noſtris Regi
bus Pol.ac Regno,& dominijs noſtris,quantū nos et illa cōcernūt,nos
omnia ſupraſcripta in præinſertis Literis atq; articulis cōdictis & cō-
cluſis expreſſa firmiter & inuiolabiliter obſeruare,exequi,& adimplere,
neq; illis quoquomodo cōtrauenire de Iure uel de facto,directe & indi-
recte,omni dolo & fraude penitus ſecluſis.In quorū omniū & ſingulo-
rum fidem, robur, & teſtimoniū præmiſſorū præſentes Literas manu
noſtra propria ſubſcripſimus, illaſq; Sigillo noſtro Regio & Conſilia-
riorū noſtrorū Sigillis cōmuniri fecimus. Datum Crac.die dñico Pal-
marū. Anno dñi 1525. Regni uero noſtri anno 19. Pręſentib.&c.

Rex Sigiſ. Terras Pruſsiæ dat in feudū.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei me-
moriam,Nos SIGISM. Dei gratia Rex Polonię,Magnus Dux Li-
thuaniæ, necnō Terrarū Cracouiæ &c. dñs & hęres. Vniuerſis & ſin-
gulis præſentibus & futuris harū ſeriem inſpecturis, Manifeſtū faci-
mus,Quia cum olim multæ & graues cōtrouerſiæ,multaq; & Reipub.
chriſtianæ pniciosiſsima bella geſta fuiſſent inter prędeceſſores noſtros
Reges Polonię, ac Magiſtros & Ordinē dictū S. Marię Theutonicorū
ſuper proprietate in Terris Pruſsiæ Regibus & Regno Pol.Ius ſuū hę
reditariū pro uirili tuentibus,Magiſtris uero ac ordine ſuis ueris ac le-
gitimis hęredibus & dñis parere recuſantibus, atq; ijs tantis cōtrouer-
ſijs,tātisq; bellis eo res deducta fuiſſet, ut diuino fauore iuſticię Regni
noſtri opitulante, & pax cōfecta & Magiſtri ac Ordo totaq; ipſorū di-
tio in ſubiectionē & omagiū Regibus & Regno Pol.deueniſſet,idq; lō-
giſsimo tempore tentū & obſeruatū eſſet,Succeſſu uero temporis nouę
controuerſiæ de ipſa proprietate, ac demū bellum inter nos Regnumq;
noſtrū & Illuſtrē dñm Albertū Marchionē Brandeburgeñ. Magiſtrū
generalē ac Ordinē eius ſuſcitatū eſſet,cū maximo Reip.chriſtianę incō
modo & detrimēto.Proīdeq; ſummi Pōtifices uidelicet LEO decimus
ADRIAnus ſextus,& modernus CLEmēs ſeptimus, demū Inuictiſs.
CAROlus Rom. Imperator & Hiſpaniæ Rex catholicus, Necnō Sere-
niſs. Nepos noſter dñs LODOuicus Hungariæ & Bohemiæ Rex, ac
plæriq; Germanię Principes ſummo ſtudio apud nos egiſſent de cōcor-
dia,& pace cōponenda. Quæ deniq; cōcordia cū medio Illuſtriū Prin-
cipum dñorum GEORgij Marchionis Brandemburgeñ. in Sleſia Rati-
borieñ. Iagendorff,in Pruſsia Stetineñ. Pomeranię,Caſſubarū,Sclauo-
rum &c.Ducis Principis Rugiæ ac Burgrabij Nurembergeñ. & FRI-
DERici Ducis Legniceñ.& Brigeñ. & Capitanei inferioris Sleſiæ tra-

 ctata &

ctata & cõcluſa eſſet,ueniſſetq; ad nos ipſe Illuſtris dñs ALBERTVS Marchio Brandemburgeñ. & Magiſter generalis cũ nõnullis membris Ordinis & ſubditis ſuis plenã & omnimodã facultatẽ ab Ordine & uniuerſis ſubditis eius habẽtibus, ſe nobis uti uero & legitimo hæredi, & domino ſuo ac Terrarũ omniũ Pruſsiæ ſubijcieñ. ac eaſdẽ Terras ſibi in feudũ dari enixe. & ſuppliciter, primũ eius Cõſiliarij Proceres & ſubditi, demũ ipſe Illuſtris dñs Albertus Marchio a nobis petiuiſſent. declarans ſe nobis & Reipubli. Regni noſtri hoc pacto magis ex uſu fieri poſſe, pacemq; firmiorẽ futurã. Nos rationẽ habentes inprimis utilitatis ipſius Reipub. chriſtianæ, quæ in tanta infideliũ tempeſtate, nõ niſi pace & cõcordia inter ſe chriſtianorũ Principũ ſeruari poteſt, demum obaudire nolẽtes, ut poſtulata Sanctiſs. domini noſtri Papæ, Cæſareęq; & catholicæ Maieſtatis, ac Sereniſs. dñi Nepotis noſtri domini Lodouici Hungariæ & Bohemię Regis, aliorũq; Principũ chriſtianorũ qui hactenus omni conatu hanc differentiã & bellũ ſiſtere & componere inter nos ſtuduerũt, ac deniq; gratificari & commodare uolẽtes dicto Illuſtri Pricipi domino Alberto Marchioni Brandeburgeñ. uti Nepoti noſtro ex ſorore chariſsimo, eiuſq; Domui de Onſpach annuimus nõ grauati precibus eius Illuſtritatis, & ſubditorũ ipſius, illiq; & eius ueris maſculini generis & legitimis feudi hæredibus ex lumbis eius procedẽtibus, Terras, Ciuitates, Oppida, & Arces infraſcriptas in perpetuũ, & in diuiſum feudũ dedimus, & cõceſsimus, & ipſum de illis per uexilli noſtri traditionẽ inueſtiuimus, harũq; ſerie Literarũ damus et cõcedimus: uidelicet Arcem Konigsbergk cum tribus Ciuitatibus, item Arces et Oppida Lochſtete, Vargen, Girmavv, Pubetten, Rudavv &c. ut in præcedentibus cõcordiæ Literis ſunt deſcripta. Cũ omnibus & ſingulis ſubditis, Vaſallis, fructibus, dominijs, ſuperioritatib. libertatibus, & Iurib. una cũ omnibus Arcibus, Ciuitatib. foris, Villis, manſis, Curijs, molendinis, molendinorũ, locis, cenſibus, uectigalibus, redditibus, teloneis, ſeruitijs, feudis Spiritualib. & Sęcularibus. lacubus, fluminibus, piſcatiõibus, aquis, aquarũ decurſibus, ferarũ luſtris, ferarũ meatibus, uenatiõibus, ſyluis, nemoribus, paſcuis. p[illegible]a is, actibus etiã, cũ omnibus metallis, quę modo ſunt ſeu in futuro fieri poſſunt auro argento, cupro, ſtanno, plumbo, ſalinis ſupra & ſubtus Terrã, ſimiliter una cũ omnibus & ſingulis eminentijs, Iuribus, & pertinentijs uniuerſis nullis exceptis, ſicuti eiusmõi Terras priores Magiſtri generales, & idẽ Ordo habuere, et usq; ad præſens nouiſsimũ bellum geſtũ uſu & fructu tenuerũt, in poſterũ, perpetue & hęreditarie in cõmune & indiuiſum feudum teneñ. habeñ. fruendũ, utendũ, & poſsidendũ. Vbi uero ipſe Illuſtris Albertus Marchio & Dux in Pruſsia ſine legitimis maſculis feudi hęredibus. uel eius legitimi maſculi feudi hæredes nõ relicta prole uirili deficerẽt, extũc ſupradictæ Terræ Ciuitates & Oppida & Arces in omni forma & modo quemadmodũ eas ſupradictas Illuſtris Albertus Marchio habuit, ad Illuſtrem Principẽ dñm GEORgiũ Marchionẽ Brandeburgeñ. & ipſius legitimos ſexus maſculini feudi hęredes uenire, & deuolui debẽt. Si uero etiam

ro etiam Marchio Georgius ſine legitimis feudi heredibus maſculis uel eius hæredes poſt eius obitum ſine legitimis maſculi generis legitimis feudi heredibus ex humanis cõcederent. dictæ Terræ, Ciuitates Oppida, & Arces ad Illuſtrẽ Principẽ dñm KAZimirũ & eius maſculos feudi hæredes deriuari ac deuolui debent. Si aũt prędict9 Marchio Kazimir9 ſine prole maſcula feudi hęrede decederet, aut eius feudi hęredes poſt ipſius mortẽ liberos maſculos feudi hæredes poſt ſe nõ relinquerẽt: tũc nominatę Terrę, Ciuitates, Oppida et Arces in Pruſsia ad Illuſtrẽ Prĩcipem dñm IOHannẽ Marchionẽ Brandeburgeñ. & eius ueros legitimos maſculini generis feudi hęredes deuolui debẽt, ita quod dictę Terræ, Ciuitates, Oppida, & Arces ubi diuina ordinatiõe huiuſmodi caſus futuris temporibus accideret, de fratre in fratrẽ prædictos & eorũ legitimos feudi hęredes maſculos cedant, & deuoluãt, ſine noſtro heredũq; & ſucceſſorũ noſtrorũ Regum ac Regni noſtri Poloniæ impedimento. Ita tamẽ cũ, & quotiens ſe obtulerit eiuſmõi caſus deuolutiõis de uno in alterum, prædictos fratres & eorũ legitimos feudi hæredis maſculos debebunt illi, & quiſq; eorũ debebit nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus ac Regno Pol. infra tempus debitũ ac legitimũ debitã ſubiectionem, & feudi obligatiõnẽ, ac omagiũ præſtare. Quod ſi prędicti quatuor fratres de domo Onſpach diuina uoluntate ſic diſponẽte ſine maſcula prole feudi hærede legitima ex lumbis eorũ ordine ſupraſcripto procedente, aut eorũ huiuſmodi proles ſimiliter ſine maſculo feudi hærede legitimo ex lumbis eorũ procedente decederet, Tunc omnes & ſingulæ Terræ, Ciuitates, Oppida, bona, & Arces ſupraſcriptæ ad nos, et ſucceſſores noſtros REGES & REGNum Poloniæ ſine omni impedimento ac contradictione deuolui ac redire debent.

¶ Debebit item ipſe Illuſtris dñs Albertus Marchio & Dux in Pruſſia eiuſq; prænominati ſucceſſores & feudi hæredes pro hac noſtra in ſe beneficentia nobis & Regno noſtro tale obſequiũ præſtare. quod ubi ratione huius cõcordiæ & conceſsiõis feudi a quocũq; cuiuſuis eminẽtiæ & conditiõis Principe ſeu potẽtatu impeteremur, aut ſucceſſores noſtri impeterent. tenebitur ipſe Illuſtris dñs Albertus Marchio aut eius prædicti ſucceſſores Duces in Pruſsia in propria perſona nobis & Regno noſtro ubiq; una cum omnibus ſuis ſubditis, & pro ſummis uiribus ſuis adeſſe. Quod uiciſsĩ nos & ſucceſſores noſtri Reges ac Regnũ Polonię in eodem caſu facere debebimus & debebunt.

¶ Vbi aũt contingeret quod nos uel ſucceſſores noſtri Reges & Regnum Pol altera quauis ex cauſa tam ab infidelibus quã ab quocumq; alio hoſte impeteretur, & ipſi in perſona propria ad bellũ cum ſubditis noſtris proficiſceremur, aut ſucceſſores noſtri proficiſcerent. debebit Illuſtris dñs Albertus Marchio & Dux in Pruſſia aut eius prænominati ſucceſſores Duces in Pruſſia nobiſcũ cum centum equitibus armatis proficiſci, & intra limites Terrarũ Pruſſiæ nobis ſeruire. Quod ſi educere extra terminos Pruſſię illum aut eius ſucceſſores nos & ſucceſſores noſtri uellemus, extũc ad eoſdẽ centum equites ſtipendiũ tale præbere,

 quale da-

quale dari alijs noſtris mercenarijs equitibus eſt ſolitũ, tenebimur. Vbi uero nos uel ſucceſſores noſtri uellemus ipſum dominũ Albertũ Marchionẽ aut eius nominatos poſteros nobis & ſucceſſoribus noſtris maiori comitatu ſeruire, debebimus nos & ſucceſſores noſtri hijs omnibus militibus quos ultra centum prędictos cõducere poſſet, mox poſt egreſſum a domibus ipſorũ ſtipendiũ, quod noſtris militibus dabitur, illis, quã diu ſeruierint, perſoluere. Si aũt plures quã centũ prædictos equites ipſe Illuſtris dominus Albertus Marchio aut eius ſucceſſores Duces in Pruſsia educere nõ poſſent, non debebimus nos aut ſucceſſores noſtri ab illo & eius poſteris Ducibus in Pruſsia plura exigere.

¶ Pręterea nõ debebit ipſe Illuſtris dñs Albertus Marchio et eius nominati feudi hæredes ſucceſſores Duces in Pruſsia, quitq̃ ex Terris, Ciuitatibus, Oppidis, Arcibus, & bonis prædictis uendere. Verũ ſi ad hoc illum, & eius ſucceſſores ingens urgeret neceſsitas, tenebit̃ nobis & ſucceſſoribus noſtris tanq̃ dominijs ſuis hereditarijs ante omnia denũciare. Quod ſi nos ipſi emere nõ curauerimus, aut hæredes & ſucceſſores noſtri nõ curauerint, in hoc caſu ipſe dñs Albertus Marchio & Dux in Pruſsia aut eius legitimi feudi hæredes ſeu ſucceſſores cuicũq̃ uoluerĩt uel potuerint, liberã uendendi habebunt facultatẽ. Regalibus tamẽ noſtris feudi & obſequiorum Iuribus ſemper ſaluis remanentibus.

¶ Poterit etiã ipſe dñs Dux in Pruſsia & eius feudi hæredes ubi eos neceſsitas urgens premeret, ex bonis ſuis prædictis quantũ opus foret impignorare ſuis duntaxat ſubditis & Vaſallis, ut eadẽ bona unita & indiuiſa permaneant. Quæ etiã omnia & ſingula ſupraſcripta & quæcunq̃ alia quæ Vaſallus & feudalis Princeps erga ſuum naturalẽ dominũ hereditariũ & ſuperiorẽ dñm præſtare ac obſeruare tenetur, debebit ipſe Illuſtris dñs Albertus Marchio & Dux in Pruſsia ac eius feudi heredes legitimi ſucceſſores firmiter & inuiolabilit̃ adĩplere. Noſq̃ uiciſsim illum & ſucceſſores eius omni gratia & fauore Regio complectti, ac illos in Iuribus & immunitatibus ipſorũ cõſeruare pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus & Regno Polonię pollicemur. In quorũ omnium & ſingulorũ fidem & teſtimoniũ Sigillũ noſtrum præſentib. eſt appenſum. Datũ Cracou. feria ſecũda poſt dominicã Palmarũ proxima. Anno dñi 1525. Regni uero noſtri anno 19. Pręſentib. &c.

Rex dabit Alb. Duci Pruſ. 4000. floren.

SIGismundus &c. Significamus tenore præſentiũ uniuerſis. (Rineñ. Quia cũ diuino fauore Illuſtris Princeps dñs Albertus Marchio Brandeburgeñ. ac in Pruſsia Stetineñ. Pomeranię, Caſſubarũ. Sclauorũ &c. Dux, Burgrabius Nurembergeñ. & Princeps Rugię, Nepos noſter chariſsimus, poſt controuerſiã ad quã nobiſcũ deuenerat, tandẽ ad nos ueniens medio Illuſtriũ Principũ dñorum Georgij Marchiõis fratris germani ac Friderici Ducis Legniceñ. ſororij ſui, ſe nobis reconciliauerit, magnaq̃ ac euidentia teſtimonia & indicia de ſua erga nos fide ac propenſiõe exhibuerit, uolentes eius Illuſtritatẽ in Terris Pruſsiæ quas illi in feudum

in feudũ dedimus,& quę bellica ſeruicia magnũ detrimentũ ſunt paſſę, releuare, ac illũ nobis & Regno noſtro maiori beneficentia deuincere, dandum & donandũ illi duximus annuũ ſtipendiũ, quatuor milliũ florenorũ Rynenſium in auro, uel pro ſingulis aureis xxviij. groſſos integros monetæ & numeri Regni noſtri præſentis, harũcꝫ ſerie Literarũ damus, donamus, & aſsignamus, ad terminos uitæ Illuſtris ſuæ per nos & ſucceſſores noſtros quotannis ſoluen. ita uidelicet quod primã ratã anni huius ſoluere debebimus ad feſtũ S. Michaelis proxime futurum, alterã uero ratam ad feſta Paſchæ anni dñi 1527. & deinceps ſingulis annis ſequentibus ad feſta Paſchæ dictã ſummam quatuor milliũ flor. Rynenſiũ ſoluere nos & ſucceſſores noſtros Reges Polon. ſubmiſimus, & præſentibus ſubmittimus, ac obligamus. promitten. in uerbo noſtro Regio pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus Pol. quod eã donationem & firmam habebimus, et illi ſemper quo ad ſua Illuſtritas uixerit ſatisfaciemus, & ſucceſſores noſtri Reges Poloniæ ſatisfaciẽt. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrũ eſt pręſentib. appenſum. Datũ Crac. feria iiij. poſt dñicã Palm. quę fuit xij. Aprilis 1525. Regni noſtri 19.

Priuilegium Duci Pruſsiæ datum.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam, Nos SIGISM. Dei gratia Rex Pol. Magnus Dux Lithuaniæ, necnõ Terrarũ Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lãciciæ, Cuiauiæ, Ruſsiæ, totius Pruſsiæ, Culmeñ. Elbingeñ. Pomeraniæ &c dñs & hæres, Manifeſtũ facimus tenore pręſentiũ. Quia licet quaſdã Terras noſtras hęreditarias in Pruſsia Illuſtri Principi dño ALBERTO domino Marchioni Brandenburgeñ. & Duci in Pruſsia &c. Iure feudali cõceſsimus, in earũcꝫ poſſeſsionẽ illũ per Cõſiliarios noſtros induci fecimus, & eius cõceſſiõis, ac articulorũ, et conditionũ inter nos tranſactarum illi ſufficiẽtes noſtras Literas dedimus, in quibus præter alia etiã, immunitates illi a nobis cõceſſę ſunt deſcriptæ, tamẽ cum cõtractus cũ illo per nos factus uelit, ut ſi quidpiã in priuilegijs illis cõtineretur quę nobis reſtituit, & quibus renũciauit, quod huic ipſi cõtractui & tranſactioni non repugnaret, ſed quod ipſi Duci ex Pruſſia & Terris eius occaſione finium et aliorũ Iurium & priuilegiorũ neceſſariũ eſſet, quod id nos ſub Literis & Sigillo noſtro denuo cõcedamus: Ideo nõnullas infraſcriptas prorogatiuas & immunitates prioribus Literis cõtentas eius Illuſtritati renouandas, addendas, & denuo cõcedendas duximus, & tenore præſentiũ cõcedimus, ita ſane, ut ipſe Dux Albertus ſimiliter & hęredes eius Terrã conceſſam ab omni exactione & ſeruitio, exceptis his quæ nominatim in cõtractu cõcordiæ expreſſa ſunt, liberam teneat ac immunem, & coram nullo alio, ſi ratione ipſius Terrę impeteretur, quã coram nobis, aut ſucceſſoribus noſtris Regibus Poloniæ reſpondere teneatur, atcꝫ ut liceat eidem una & hæredibus ſuis per totam Terrã nunc conceſſam, ad commodũ ſuum paſſagia & telonea ordinare, ſecundũ contractus præſcriptum, Nundinas & fora ſtatuere, monetam cudere pro contractus for-

tractus formula. Talia & alia Iura taxare, directuras per terrã in fluminibus, & in mari ſicut utile uiſum fuerit, ſtabilire. Denicꝫ Iuriſdictionẽ poteſtatécꝫ illã habeat & exerceat in Terris ſuis, quam aliquis Princeps Regni noſtri melius habere dinoſcitur in Terra quã habet. Quatenus aũt initæ cõcordiæ, & contractui, nõ aduerſetur, ut bonos uſus & conſuetudines ponat, aſſiſias faciat, & ſtatuta qbus omnes eius ſubditi pace tranquila gaudeãt, & utant̃. Poſtremo concedendã etiã duximus & cõcedimus tenore pręſentiũ eius Illuſtritati atcꝫ Nobilibus ſuis omnibus libertatẽ ducendi & transuehendi per Regnũ & dominia noſtra, terra uel aqua, omnes & ſingulas res quæcũcꝫ ad uſum & neceſsitatẽ propriam eius illuſtritatis atcꝫ eorundũ Nobiliũ, non aũt ad mercaturã exercendam, opportuna & neceſſaria fore uidebunt̃. & his pariter omnibus qui ex alienis prouincijs cõmigrare uellent, in Terrã & ditiões eius Illuſtritatis, Equeſtris duntaxat cõditionis ſeu Nobilibus, liberã damus res omnes illorũ proprias ſecũ transferendi per Regnũ & dominia noſtra, abſcꝫ ſolutiõe cuiuſlibet telonei, & citra ullum impedimentũ, facultatem. & prærogatiuã. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrum eſt pręſentibus appenſum. Actum & datũ in Ciuitate noſtra Marienburgeñ. ſabbato proximo ante feſtum S. Trinitatis. Anno dñi 1526 Regni uero noſtri anno xx. ut ſupra in Literis feudalib. Ducis Pomeraniæ.

Nobilitas cũ Ciuitatib. appbãt cõcor:

Nos infra ſcripti Erhardus electus Pomeſanieñ. Fridericus dñs (diam. de Heydek ordinis Theutonicorũ in Pruſsia, Henricus de Kittlicz, Georgius de Kymheym nomine Nobiliũ: Nicolaus Richan Magiſter Ciuium Ciuitatis antiquæ, Criſpinus Schenbergk Conſul in Kuribhoff nomine maiorũ & minorũ Ciuitatũ in Pruſsia: palam facimus & recognoſcimus, Quia cũ retroacto tẽpore multa grauiacꝫ bella inter Sereniſs. Polon. Reges, & Inclytos Theutonici ordinis Magiſtros magnos, tantis odijs inueteratiſcꝫ diſſidijs in utriuſcꝫ populi et Polonici et Pruthenici calamitatẽ geſta ſint, ut parũ hactenus profuerint contractus & pacis fœdera Summorũ Pontificũ, Imperatorũ, Regumcꝫ auctoritate ſemper interpoſita. Cuius mali origo hinc dimanauit, Quod Pruſsiæ Terra (nam de eius propinquitate tãtopere pugnatũ eſt) rectore hæreditario caruit, cum hinc Reges Polo. illinc magni Magiſtri & militaris Ordo Ius ſuũ prætenderẽt, mallentcꝫ armis quã pia chriſtianacꝫ cõcordia negociũ transigere. Proindecꝫ peruenit eorũ malorũ nõ parua portio ad noſtrã uſcꝫ ętatẽ. Siqdem paucis ab hinc annis oborto iterũ ea de re bello, cõcurrentibuſcꝫ infeſtis ſignis Sereniſs. Rege Sigismũdo, & Illuſtriſs. Prĩcipe Alberto magno Magiſtro: quãta uaſtitate utracꝫ Terra affecta ſit, oſtendunt ipſę ruinæ & calamitas miſerorũ. Sunt uaſtati agri, abducti Coloni, effuſus ſanguis chriſtianus, uim paſſæ mulieres, ſtupratæ uirgines, prophanatæ ſacræ ędes: pręterea alia ſcelera & bellorum incõmoda perpetrata. quæ etiã audire, ne dum fieri in populo chriſtiano mens horret. Cuius belli immanitate moti, & miſerorũ fortunã miſerti, Sum

Origo Pruthenici belli.

miſerti, Summus Pontifex, ſacratiſsima Cæſarea Maieſtas, Sereniſs. Hũgariæ Bohemiæq; Rex ad Inducias quadriennales utrãq; partẽ pijs rationibus flexerũt, eo propoſito, ut quadriẽnio illo Induciarũ ueterẽ diſcordiã omnino tollerent, & pacẽ firmam inter nos finitimas gentes cõponerent. Erat ſpes bona nobis fore, ut aliquãdo cõcordia pro diſcordia ueniret. Cœterũ cũ chriſtianus orbis undiq; bellorũ tumultu uarijsq; perturbatiõibus uexaret̃, factũ eſt, ut tam piũ conſiliũ tantorũ rectorũ Rerumpub. de cõcordia ſtatuenda impediret̃, quãdo quidẽ quadriennium Induciarũ irritũ abijt, ut eius fine pro pace bellum uideret̃ renaſci, quod ſane ita erat in manifeſto, ut aut ipſum noua cũ calamitate chriſtianorũ fuiſſet ſuſcipiendũ, aut in contractũ Thorunẽſem cui titulus eſt perpetuæ pacis cõiurandũ, Quando igit̃ uerſaremur inter duo eiuſmodi pericula, ut aut arma patriæ noſtræ intolerãda deinceps foret̃ capeſſenda, aut neceſſe eſſet cõſentire in concordiã & prędictũ cõtractum perpetuę pacis, nec in aliã partẽ ſe flecti permitteret Sereniſs. Rex Pol. & inclytum eius Regnũ: Reſpexit Deus propicijs oculis in pias preces calamitate afflicti populi, deditq; ex improuiſo pios ac prudentes pacis per aliũ modũ procuratores Illuſtriſs. Principes & dominos dñm GEORGium Marchionẽ Brandeburgeñ. &c. & dñm FRIDEricũ Ducem Legniceñ. &c. quos uetus diſcordia & periculũ redeũtis belli nõ minus mouit, quã ſi eorũ res ageret̃: quũ ſint utriq; Partiũ ſanguine & affinitate cõiunctiſsimi. Hi diuina inſpiratiõe inuenerũt Articulos trãſactionis & pacis cum iuſtos, tũ chriſtianos. Qui ſi bona fide cuſtodiant̃, nõ erit amplius timor de periculo renaſcituri belli.

Inprimis aũt ſua prouidentia curarũt quo reſtingueret̃ fons unde hactenus tot mala fluxerũt, ſcilicet, ut habeat Terra Pruſsię Principẽ hæreditariũ, qui iuſtis de cauſis ſuperiorẽ recognoſcat Sereniſs. Regẽ Pol. & inclytum eius Regnũ. Quando qdem certis iam indicijs & argumẽtis haud fallacibus iam tandẽ euidẽter cognouimus, fundũ & ſolũ Terræ Pruſſiæ intra fines, limites, & circulo ditiõis inclyti Regni Poloniæ cõtineri, & cõcludi. Quãdo aũt nihil potius eſſe debet chriſtianis pectoribus, quã cum omnibus, ſi fieri poſsit, inprimis uero cum uicinis in pace & trãquilitate uiuere, quã nobis Magiſter noſter Chriſtus et eius diſcipuli tanta cura & ſtudio cõmendarũt: Volentes accurrimus ad per tam pios Principes oblatas pacis conditiões, qua hactenus indigni uiſi ſumus, & nũc diuina cõmiſeratione donamur: idq; eo libẽtius fecimus, quod nos ad eandẽ tranſactionẽ amplectendã clariſsimus uir dñs Iohãnes Statilius Prępoſitus Veſprimieñ. Secretarius & Orator domini Lodouici Regis Hungarię & Bohemiæ Regis dñi noſtri gratioſiſsimi adhortabat̃ duplici nomine, tũ quod ad percutiendũ fœdus pacis miſſus eſſet, tum quod propoſiti articuli tranſactiõis iuſti ac chriſtiani a pręfato Sereniſs. Rege iudicarent̃, qui ceu alter ſummorũ arbitrorũ cõcordię ſtatuendæ in quadriennalib. Inducijs nihil æque ad ſe pertinere affirmauit, quam, uel in ipſis Inducijs, uel poſt finem earum inter Principes utrinq; ſibi cõiunctiſsimos et populos uicinos pacẽ procurare. Ideo cõ-

 ſenſimus &

ſenſimus & cōſentimus in tranſactionē & concordiā inter Sereniſs. dominū Sigiſm. Regem & inclytū Regnum Polo. ex una, & Illuſtriſsimū Principē dñm Albertū Marchionē Brandeburgeñ. &c. hęredes & ſucceſſores ex altera partibus, ſuper feudo, Iuribus, & proprietate prædictæ Terræ Pruſsiæ, ac alijs punctis articuliſq; per præfatos Illuſtriſs. Principes dñm Georgiū Marchionē &c. & Fridericū Ducē Legniceñ. pacis mediatores anno 1525. die nona Aprilis Cracouię ad noſtrā petitionē & placitū conceptā, & confectā, ipſamq; in omnibus punctis & articulis, perinde ac ſi inſerta hic eſſet, noſtro, cōſtituentiū, hęredū, & ſucceſſorū nomine laudamus, approbamus, & cū magna hilaritate animiq; gratitudine ſuſcipimus & amplectimur, pro nobis, præfatis cōſtituentibus, hęredibus, & ſucceſſoribus noſtris, ſyncera & chriſtiana fide, & ſub honore noſtro, necnō Iurisiurandi ſacramēto firmiter & cōſtanter promittentes, & efficaciter nos obligātes, quod eandē concordiā trāſactionēq;, ut præfertur, in omnibus & ſingulis articulis & cōditiōibus fideliter & irreuocabiliter ſine fraude & dolo ratam & gratā habere, & ꝑpetuo obſeruare, nec unq; per nos, aut ſubmiſſas perſonas, quouis prætextu ſiue colore, publice uel occulte ipſi cōtrauenire uolumus, nec debemus. Renunciantes præterea omnibus & ſingulis Iuribus, & priuilegijs, & exceptiōibus quibus eandē concordiā impugnare, & infringere poſſemus. Porro ſi Illuſtriſs. Princeps dñs Albertus Marchio Brādeburgeñ. &c. in Pruſſia Princeps &c. quē de uolūtate præfati Sereniſs. Regis Polo. Sigiſmūdi in hęreditariū dñm ſuſcepimus, & præſentibus ſuſcipimus, Necnō Illuſtritatis ſuæ ueri & legitimi feudi hęredes maſculi, & ſubinde Illuſtriſsimi Principes dñi GEORgius, KAZimirus, IOHANnes una cum omnibus ſuis legitimis feudi hæredibus e uita migrauerīt, & præfata Terra Pruſsiæ ipſis in feudū cōceſſa, iuxta Inſcriptionē prædictæ tranſactiōis ad Sereniſsimos Reges & Regnū Pol. deuoluta fuerit: quod nos Sereniſs. Regibus eiſdē, & Regno Polon. cui nos unanimiter ſponte & ex certa ſcientia una cū prædicto Principe noſtro tanq; ſuperiori dño ſubiecimus, & exnūc ſubijcimus, nec cuiq; alteri adhęrebim9, obediemus, & ſubiecti erimus. Sed eoſdē Sereniſs. Reges. & inclytū Regnum, pro dominis noſtris quo ad utile & directū dominiū, merum & mixtū imperiū, in perpetua ſubiectiōe profitebimur, & recognoſcemus. Saluis tamē ſemper manentibus omnibus & ſingulis tranſactiōis articulis quibus in hoc caſu Terræ Pruſsiæ cautū eſt. In quorū omniū fidem & robur nos ſupraſcripti Oratores nomine cōſtituentiū, & noſtro, has Literas Sigillorū noſtrorū appenſiōe muniuimus. Datū Cracouię die ix. Aprilis quę erat dñica Palmarū. Anno domini 1525.

SIgiſmund. I. Iohanni Dantiſco apud Rom. Pontif. Oratori de pacificatione Pruſsiæ.

Cum Induciæ cum Magiſtro Pruſsiæ expiraret, ageretq; cum Sūmus Pontifex, tum Cæſarea M. Sereniſsimusq; dominus Rex Hungariæ Nepos noſter apud nos de Induciis prorogandis: ad quas ſubditi noſtri cōſentire nequaq; uoluerunt, iudicantes eas bello futuras nocibiliores Proindeq; nos ad proſequendā rem noſtram armis

ſtram armis inſtitueremus: venit ad nos id ſentiens ipſe Magiſter cum Illuſtribus Marchione Georgio & Frederico Duce Legniceñ. tranſegitq; nobiſcū corā de totā cōtrouerſia: præſtito nobis debito ſuo. & datis illi per nos in feudum Terris, quas prius ante bellum nouiſsimum poſſedit.

De religione vero nihil inter nos eſt actum, tum quia intereſſe noſtra non videbatur, tum quod etiā Ordinis inſtitutores nō fuerimus, tum vero quod fere in tota ditione Ordinis prorſus de tota religiōe catholica ſit actum, & deploratū. Proindeq; abuſi ſumus ea conditione deprauati temporis, in rem pacis cum res aliter tranſegi nullo pacto potuit.

Proinde ſi qui iſthic hos actus noſtros in re Pruthenica ſuggilari vellent, habes quo innocentiā noſtrā tueri poſsis. Nam nos Ordinis curatores nō ſumus, ſed hereditariū Ius noſtrum duntaxat ſemper exegimus: Religio catholica nobis ſemper cordi fuit, pro qua nequaq; dubitamus vel ſanguinē noſt um profundere, tantum abeſt, vt illi noſtra opera vel conſenſu quicq; eſſet per hanc tranſactionem detractum.

Conſtitutiōes Militarē & Ciuilē ordinem totamq; Pruſsiam concernen.

SIGISMVNDVS *Dei gratia* Rex Poloniæ, Magnus Dux &c. Significamus tenore præſentiū quibus expedit uniuerſis, Quia cōſulere uolentes multiplicibus erroribus & abuſibus, qui cū in diuinis tum etiā humanis rebus inoleuerāt in Terris & Ciuitatib. noſtris Pruſsiæ, uenimus huc ad eaſdē Terras omnibus alijs negocijs noſtris intermiſſis, & auſpice dño Deo recte omnia quæ reformatiōe indigebāt confecimus. Præterea etiā ad futurū deinceps bonū regimē cōſtitutiōes & ordinationē opportunā in ipſis Terris relinquere operę preciū eſſe duximus. Proindeq; de cōſilio & conſenſu omniū Cōſiliariorū & Nunciorum communitatis tam Militaris quā etiam Ciuilis ordinis infraſcriptas conſtitutiones edidimus & promulgauimus.

¶ Inprimis quiſq; Palatinus habeat apud ſe exemplū ſeu copiā priuilegij Terrarū Pruſsiæ, & illud unicuiq; petenti oſtendet, & coram eo legi faciet, quod nos manutenere & ſecundū ipſius tenorem Dignitates Officia & Capitaneatus ſolis indigenis conferre dignabimur. *Palatini Iura ſciant & habeant.*

¶ Coeterū cum Ius Culmeñ. quo potiſsimū Pruſsia utitur, ſcripturis ſaltē autenticis nuſq; reperiatur eſſe ſancitū, multaq; propterea oriantur incōmoda: Venerabiles & Egregios deuote nobis dilectos Tidemannū Giſe Cuſtodē & Canonicū Varmieñ. Mathiā Slevvniczki Canonicum Gnezneñ. Achatiū Frenut Canonicū Varmieñ. Franciſcum Soldavv, & Philipum Holkner deſignauimus, ut hoc anno ad Kalēdas Octobres Mariemburgi cōueniant, & eiuſmōi Ius cū eius cōſtitutiōib. paſsim colligāt diligēter, cōſcribantq;, ut deide typis excuſſum et euulgatum ad omnium noticiā perueniat, firmiterq; a cunctis obſeruet. *Ius Culmenſe conſcribatur.*

¶ Iudicia aūt Terreſtria in ſingulis Palatinatib. quotānis bis ſeruentur. ita ut in Palatinatu Culm. primū Iudiciū feria tercia poſt dominicam Quaſi modo geniti. Secundū aūt feria tercia poſt Lamperti celebretur. In alijs aūt Palatinatibus iuxta ueterē conſuetudinē celebret. ex q̄bus quidē Iudicijs Terreſtribus Appellatiōes ordinarie fiant ad Con- *Iudicia Terreſtria quando celebrari debent.*

uentus generales Terrarū Pruſsiæ. A Cōuentibus aūt generalib. ad Regium tribunal noſtrū, donec alterutra partiū conformes ſentencias obtinuerit.

Gradus Appellationum.

Pœna contra temere litigantes.

Vt aūt friuolę & temerarię Appellatiōes nōnihil cohibeantur, quiſquis a Iudicio Terreſtri ad Conuentū generalē appellauerit, tres Marcas in Iudiciū reponat. Si uero a Conuētu generali ad nos appellatū fuerit, ſex Marcæ deponant̄. & ſi appellans corā Iudice appellato ſuccubuerit, in uſum publicū Iudicij in q̄ erant repoſitę cedāt, alioquin parti reſtituant̄.

Quæ cauſæ a Palatinis iudicari debent, nec ne.

Nec Palatini iudicent Cauſas ad Ius Terreſtre ſpectantes, niſi de conſenſu Partiū, & prouocātes ad Iudiciū Terreſtre remittāt, exceptis cauſis leuioribus quæ uidelicet ualorē decē Marcarū non excedant. Hæc q̄dem ſine ſtrepitu Iudicij de ſimplici & plano ab eis cōponi poſſunt. In cauſis aūt ſanguinis & de facto recenti deprehenſis indilatā iuſticiā miniſtrent: nec partes cōtendentes ad cōponendum amice inter ſe controuerſiā cogant, nec exigant ullas pœnas niſi p̄ Iudicium decretas. Quarū pœnarum tercia pars Iudicio Terreſtri, reliquæ duæ partes Palatino Loci cedant.

Palatini & Capitanei iudicijs Terreſtribus ſubſint.

Palatini & Capitanei citati tam in Iudicio Terreſtri, quā Conuētuum publicorū reſpondere ſunt obligati, exceptis actiōibus ſuper bonis noſtris Regalibus emergentibus. Capitanei aūt iuxta continentiam priuilegij Terrarū Pruſsiæ ſint indigenæ poſſeſsionati, ratiōe quarum poſſeſsionum ſuarum ſint Iudicio Terreſtri ſubiecti.

Notarius Terreſtris ſit.

Statuimus præterea ut cōmunibus Conſiliariorū uotis Notarius Terreſtris Nobilis poſſeſsionatus linguas neceſſarias calens, & alias, ad hoc Officiū eligatur, qui cū iuratus fuerit, excluſis tam Eccleſiaſticorū Prælatorū quā Ciuitatū ac aliorū, Notarius ſolus ſecretorū conſilijs & Conuentuū publicorū Iudicijs interſit. Literas & Acta Iudicialia diligent̄ cōſcribat, ac Iura Partiū in Iudicio producta fidelit̄ cuſtodiat.

Commiſſarij in quibus cauſis a Rege dari poſſunt.

Vt aūt temerariæ lites amputent̄, Cōmiſſarios ſiue Iudices delegatos nō deputabimus in cauſis ad Iudiciū Terreſtre ſpectātibus, & minꝰ in eo iā pendētibus, niſi per appellationē ordinariā de qua ſupius dictū eſt a ſentencia definitiua ſeu interlocutoria iam lata ad tribunal noſtrū deuolutæ fuerint, exceptis cauſis limitū, bonorū noſtrorū Regaliū: nec Iudices delegatos ſeu Cōmiſſarios a quibus ſemel appellatū eſt, in eadē cauſa denuo deputabimus, aut cauſam ad illos remittemus. Non enim uериſimile aut honeſtū uidebatur, quod Iudex priſtinam ſuam ſentenciam retractet, aut aliter iudicet, quam antea iudicauerat.

Conuentus publici quando celebrari debent.

Conuētus aūt publici ſeu generales iuxta proximā ordinationem noſtrā in Pruſsia quotānis bis celebrent̄. Verno uidelicet tēpore Dirſauiæ ad diē S. Staniſlai: Tēpore aūt autumni in Grandentz ad diem S. Michaelis. Conuētus aūt peculiarit̄ per nos inſtituendus locū & diē ex noſtro arbitrio ſortiet̄.

Ad Conuentus ex omnibus Iudicijs appelletur.

Ad prædictos Conuētus omnes cauſæ tā ex Ciuitatib. quā Iudicijs Terreſtribus per appellationē deuoluant̄, & etiā ſine ſpeciali cōmiſsione noſtra iudicent̄. Deinde uero & non antea ad ſupremū tribunal noſtrū remittant̄ parte prouocante: cui ad proſequendū appellationē a Iudicibus legitimis terminus præfigatur. Quam

appellati-

appellationẽ ſi intra unius anni ſpaciũ non proſequeret̃, prior ſentẽcia iuxta Iuris cõmunis diſpoſitionẽ in rem tranſeat Iudicatã, & executiõi (demandet̃.

℄ Ante Conuẽtum uero publicũ per nos & ſucceſſores noſtros ſingulariter inſtituendũ, in ſingulis Palatinatib. Culmeñ. uidelicet, Mariemburgeñ. & Pomeraniæ, fiat Nobilitatis Conuẽtio particularis. quã ſecundũ morem antiquũ Palatini ex ſingulis Diſtrictib. Palatinatus ſui ad aliquẽ locum cõuenientẽ Literis ſuis conuocent: ut Nuncij ad huiuſmõi Conuentũ mittendi eligant̃. Qui aũt uocatus nõ cõparuerit, pœnã duarũ Marcarũ pendet. Cuius medietas Palatino eius loci, altera uero medietas ærario publico proueniat. Ante Conuent' generalem Nobilitatis cõuentiones fiant.

℄ At cũ fruſtra ſentenciæ ferant̃ niſi legitime executiõi demandent̃, uolumus & irrefragabili conſtitutiõe ſancimus, ut deinceps unusquiſque cuiusuis cõditiõis uel eminentiæ fuerit rei iudicatæ ſine omni contradictiõe cũ effectu pareat, & obſequat̃. Alioqui locorũ Palatini nullo alio a nobis mãdato expectato, legitimã executionẽ faciãt: adiuncto ſibi ubi cauſæ conditio poſtulauerit, Capitaneo & Nobilibus illius Diſtrictus: aut etiã ſi neceſsitas exegerit, omnibus & ſingulis noſtris Vaſallis ſeu Nobilibus illius Palatinatus. quos ad aſsiſtendũ illi ſub Iuriſiurãdi debito & amiſsiõe feudorũ obligatos eſſe decernimus. Si uero maiori potentia ſit opus, negociũ ad nos referri uolumus: ut oportunis ratiõibus rebus prouideamus. PALAtinos ſimiliter ad huiuſmõi executiões faciendas, iuſticiãque oppreſsis adminiſtrandã, Iusiurandũ nobis præſtitum adigat. Quos etiã ſi remiſsiores fuerĩt, quinquaginta florenorũ Hungarical. pœna plecti uolumus. Cuius mulctæ medietas Parti cui iuſticia denegata eſt. Altera uero medietas ærario publico Terrarũ Pruſsiæ cedat. Vbi aũt quis executiõi uiolenter reſiſtere cõuictus fuerit, pœna bãni, ſiue proſcriptiõis ac bonorũ confiſcatiõe puniatur, ex quibus bonis Parti læſę primũ fiat ſatis. Quod reliquum fuerit fiſco applicetur. Qua formula Palatinus rem iudicatam exequi debeat

℄ Statuimus pręterea ut nullus Capitaneus, Nobilis, Ciuis, aut quis alius cuiuſcũque conditiõis exiſtat: perſonis, Caſtris, domibus, aut poſſeſſionibus alicuius ullã uiolentiã inferre: incurſiões facere: in publicis ſtratis inſidias ponere pręſumat. Alioquin ſuper his conuictus, iuxta antiquum plebiſcitum Terræ Culmeñ. capitali pœna puniatur. Viol'n'iæ conuictus capitis pœna mulctetur.

℄ At cum aliqs Nobilis decreto publici Conuẽtus, Iudicio Palatinorum, aut Terreſtri capitur: ſub certis pœnis in poteſtatẽ aut carcerẽ Ciuilem non tradatur: ſed in manus Palatinorũ. Si quis aũt in Ciuitate, ubi nulla arx eſt, capiatur: & autoritate Conuẽtus, Palatinorũ, Iudicij in carcerẽ Ciuilẽ conijcitur: in poteſtate eorundẽ, & non Ciuitatis permaneat. fideiuſſoria tamẽ cautiõe a carcere huiuſmõi liberetur, niſi cauſa fuerit criminalis. Alioqn ſub pœna uiginti florenorũ Hungarical. quorũ medietas Palatino, altera Parti læſæ cedat, abſque ulla remiſsiõe perſolueñ. Nobiles & eorũ ſubditi autoritate ſeu poteſtate Ciuili nõ capiant̃, detineãtur, aut areſtentur: nec uiciſsĩ Nobiles autoritate propria capiant aut detineãt Ciues, aut eorum ſubditos. ſed unusquiſque coram Iudicio ſuo ordinario conueniatur, & iuſticiam requirat. Nobilis captus Palatino tradatur. Quæ pœna eſt, ſi qs Nobilem eiusue ſubditum aut Ciuem capiat.

Libera ſit nauigatio.

Præterea ne in fluminibus Pruſsiæ præſertim nauigabilibus, & itẽ Fehres, Bree, & Bda, ac etiã Redæ in Diſtrictu Puczkouieñ. obſtacula fiant: ut tam piſcibus quã nauibus & lignis liber tranſitus permittatur: niſi quis ſpeciale priuilegium ſuper hoc habuerit.

Qui in lacubus Regijs piſcari poſſunt.

Nobiles aũt qui habent priuilegiũ piſcandi in lacubus noſtris Regijs, & teſtibus fidedignis probare poſſunt ſe fuiſſe in poſſeſsiõe piſcãdi: & quorũ uel limites aut ager ſtagnis noſtris Regijs adiacet, his quidem piſcatio permitti debet, ſed paruis retibus dũtaxat ad uſum & mẽſam eorũ propriã: non aũt ad uendendũ. Ea tamẽ conditiõe, ut retia Caſtreñ. primos in hyeme habeant tractus, & quod tẽpore quãdo piſces q̃ Germanice Breſſem. Polonice uero Kleſzcz uocantur ſemen aut fœtum emittunt, nulli liberũ ſit in lacubus noſtris Regijs piſcari: ne huiuſmodi piſcium fœtura in augmentando impediatur.

Spirituales ne Terreſtria bona aquirãt

Præterea ut Eccleſiaſtici bona Terreſtria Eccleſijs adſcribenda, & approprianda, ſiue incorporãda absq; ſpeciali conſenſu noſtro a modo non niſi a ſuis Vaſallis emant, nec obſequia nobis ex ipſis debita intereant, pro ſe uero priuati illa emere poſſunt, quę ſi in uita ſua nõ alienauerint, aut cuipiã nõ donauerĩt, ad eorũ propinquos & cõſanguineos de- (uoluãt.

Ciues & Plebei bona Terreſtr. ne emant alioquin militet qui illa prius acquiſiuit.

Similiter, ne Ciuis aut ignobilis quiſpiã bona Terreſtria emat. Si uero iam empta poſsideat, nõ per cõducticias perſonas ſed proprias ſeruitia ſeu obſequia debita ad bellicam expeditionem de ipſis ſub eorundem amiſsione præſtet.

Vbi & quomodo aliquis uenationẽ exercere debet.

Nec omnino liceat a modo Ruſticis feras in nemoribus uenari, nec laqueos in ſyluis, & agris ponere: canes aut retia uenatoria habere. alioqui in poteſtate dñorum ſit Bombardas, canes, & retia huiuſmõi auferre: & pro qualitate exceſſus mandatũ præuaricãtes in decẽ Marcis pec. domino fundi applicandis, toties q̃ties, punire. exceptis foſsis pro luporum captura, quas tamẽ ſine præiudicio cuiusuis quilibet cũ conſenſu dñorum ſuorũ habere poteſt. Simili modo, nec Palatini, Capitanei, aut Nobiles alter in alterius fundo absq; uoluntate dñi fundi uenari: nec in ſyluis feras domare, aut cicurire debet. quod Klopfen uocãt ſub amiſſiõe retium, equorũ, & curruũ. Bõbardis aũt nemo omnino nec in proprijs, nec alienis ſyluis ſub pœna centũ floreñ. Hungarical. irremiſsibiliter ſoluendorum a modo utatur. Cuius mulctæ medietas nobis, altera ærario publico Terrarum Pruſsiæ proueniat.

Conſiliarij res uendibiles æſtiment.

Volumus itẽ, ut in Conuẽtu generali proximo per uniuerſos Cõſiliarios harũ Terrarũ omniũ rerum uendibiliũ ęſtimatio, & iuſti precij cõſtitutio fiat: utq; diligentior reſpectus ad menſuras, & omnia põdera habeatur: ut dolus ac deceptiones maliciæ uitari poſsint.

Fines Prouinciæ prædonibus purgentur.

Item ut Palatini & Capitanei diligenter fines Terrarũ obſeruent, ne prædones & graſſatores ingrediẽdo & egrediẽdo impune graſſent.

Plebs exarmata incedat.

Item ne Ruſtici cum cuſpidibus, lanceis, gladijs, aut ſimilibus armis publice aut priuatim incedãt, easq; deferãt, niſi a dñis ſuis ad uena- (tionẽ uocati fuerĩt.

Poloni ad opificia ſuſcipiantur.

Diſtrictius etiã inhibemus, ne Poloni a modo ab opificijs Ciuitatũ quarũlibet arceanĩ, ſed pari conditiõe cum germanis & alijs

nis & alijs natiōibus admittant, nō obſtantibus huiuſmōi opificiorum
contrarijs conſtitutiōibus. ſub pœna L. floreñ. Hungar. qui eos nō re-
ceperint infligenda: perq́ʒ loci capitaneũ pro fiſco Regio exigenda.

Officiales Tucholien. ne temere ſal inuadãt

¶ Ex quo item multorũ querimonijs accipimus, quoſdã Officialium
noſtrorũ pręſertim Tucholieñ pretextu mandati prohibitorij de inue-
ctione ſalis peregrini in Poloniã, innocentibus, ſi quãdo finibus Terræ
appropinquẽt, ſalem adimere. Quod quia iniquũ eſt ſub graui indigna
tione noſtra prohibemus, ne de cœtero cuiq́ʒ adimatur, niſi ultra fines
(tranſgreſſo.

Nobiles Slochouu ſint liberi.

¶ Nobiles præterea Diſtrictus Slochovv inſtar Ruſti-
corum ut ligna ad arcem ducant, aut alia ſeruitia ruſticalia faciãt, cogi
nolumus: ſed antiquã conſuetudinem ſeruandã eſſe decernimus.

Ius coquẽdæ ceruiſiæ

¶ Ad pręcludendas aũt uarias hinc inde obloquẽdi uias, & cõtrouer-
ſiarũ occaſiões, quæ ſolent oriri a Ciuitatibus & Oppidis cõtra Nobi-
les & Tabernatores tam Sęculariũ quã Spiritualiũ q coquunt, & alijs
per tunnas uendunt ceruiſiã: ita ordinatũ eſt. quod Nobiles pro utilita-
te eorũ propria coquere libere poſſunt ipſam ceruiſiã. & ſi quid ex illa
eis ſuperhabũdauerit, id uendẽt ad ſuas Tabernas. uerũ negociationem
ceruiſiæ nõ exerceant, quod ſtatu eorũ foret indignũ. Tabernatores ue-
ro qui ultra miliare diſtant ab Oppidis uel Ciuitatib. & qui habent in
ſuis priuilegijs facultatẽ coquendi ceruiſiã: coquere illã poſſunt quantũ
ad propinandũ in eorum Tabernis ſufficiet. nequaq́ʒ tamẽ per integras
uel medias tunnas uendendi ipſam ceruiſiã habeant: ſub pœna decem
Marcarũ totiens quotiẽs huic conſtitutiōi cõtrauenerint ſoluendarũ.

Propolæ ruſticant tolluntur.

¶ Cum etiã Mercatores et pręſertim peregrini ſiue exotici homines in
Nobilitatis ac Ciuitatũ iniuriã pelles, frumenta, humulũ, linum, & alia
merciũ genera in Villis ac Pagis clam & publice coemere, & negociati-
ones illicitas exercere ſoleant: authoritate noſtra Regia firmiter prohi-
bemus, ne id de cætero fiat. Statuentes ut deinceps ſubditi dñorum mer-
ces & res ſuas uendibiles in proximas Ciuitates ducãt, & in foro publi-
co uenales exhibeant. legitima tamẽ dñorum ſuorũ cum pellibus fera-
rum & beſtiolarũ ſylueſtriũ habita ratiōe. Alioqui emptoribus equos,
& currus: uẽditoribus aũt res uẽditas a præfectis noſtris adimi & conſi-
(ſcari uolumus.

Decimæ ſpiritualib. dentur.

¶ Mandamus inſuper, & ita omnino habere uolu-
mus, ut Palatini debitores decimarũ aratraliũ & quorũuis Eccleſiaſti-
corum prouentuũ cenſuras cõtumaciter ſuſtineñ. ad huiuſmodi debi-
torum ſolutionem remedijs opportunis compellant: ne Eccleſiaſtici
prouentibus ſibi debitis fraudentur.

Alias uilitate.

Ratio cudendæ monetæ præſcribitur.

¶ Poſtremo ad tollendũ errorem & incõmoditatem ex uarietate, uti-
litate, & adulteratione monetę prouenientẽ, unanimi conſilio decretum
et conſtitutũ eſt: ut abolita in Pruſsia moneta uetere, Triplex noua ſub
noſtris & Terrarũ Pruſsiæ inſignijs cudatur: uidelicet groſsi, ſolidi, &
oboli, ſiue denarij. ita ut uiginti groſsi unam Marcã: quadraginta autẽ
groſsi ſiue duæ Marcæ florenũ Hungaricalem conſtituant. Tres uero
ſolidi groſſum, & ſex oboli ſolidũ. Sitq́ʒ ea moneta in grani ualore & ę-
ſtimatiōe par Polonicę, et ſimiliter noua cudenda eſt, ęqualiter propor-
cionata: ut

cionata:ut ſcilicet groſſus Polonicus Pruthenicū equet. & ſolidu. ternarios duos,obolus uero obolum ualeat. Curratq; huiuſmōi moneta Pruthenica Regio edicto per totum Regnū, Mazouiā, & Lithuaniā. hoc tamen Illuſtris Pruſsię Dux usq; ad feſtū S. Martini proximū in delibe- rationē accepit.

℄ Quæ omnia & ſingula ut præmiſſa ſunt, in omnibus ſuis punctis, conditiōibus, & articulis rata & firma eſſe uolentes, de certa noſtra ſcientia & deliberatiōe conſenſuq; tam Conſiliariorum noſtrorū ſtatus utriusq; quā etiā Nunciorū omnium Terrarū noſtrarum Pruſsiæ Statuimus & decernimus robur debitę firmitatis habere, debere Harū teſtimonio Literarū quibus Sigillū noſtrū eſt impreſſum. Actum & datū in Ciuitate noſtra Gedaneñ. feria tercia proxima poſt feſtū diuiſiōis beatorū Apoſtol. Anno dñi 1526. Reg. noſtri anno xx.

Sigiſmund. Rex ad Cōſiliarios Terrarum Pruſsiæ de Decimis Epiſcopo Vvladiſl. pendeñ.

Magnifici et generoſi ſyncere nobis dilecti, Accepimus Literas ueſtras, quibus neſcimus prolixe ne magis ac indigne nobis,cū aduerſus Decretum noſtrū,quod de ſoluēdis Decimis dño Epiſcopo Vvladiſlau. anno ſuperiore iuſte & ęquanimiter tulimus, reſpondetis. idq; agitis, docentes nos quaſi nouū aut deſultoriū Chriſtianū, de lege gratiæ, de ſublato Sacerdotio Leuitico, de nō contribuēdo paſtoribus niſi paſcant. & alijs tritis iam Apoſtatarū cantilenis: nō temperantes interī ab aculeis in ſuū Epiſcopū, & Paſtorē. Vnde uehementer miramur, quæ eſt iſta noua chriſtiana ratio, Quia per Legē gratiæ,quæ tantū Legi iram operanti cōtradicit:per libertatē Euangelicā, quæ ſolū ſeruituti peccati opponit,duplex,idq; ingens peccatū aduerſus diuinas & humanas Leges cōmittitis. Alterū nō reddendo proximo ſuo atq; adeo Paſtori quę ſua ſunt: Alterū Literis & Decretis Principis ſui nō parendo. Si per Legem gratiæ liber eſt populus a ſoluēdis Decimis quæ miniſtris Dei debenť: eadē Lege liber erit a ſoluendis tributis quę alijs Ordinibus & poteſtatibus debenť. Nam Lege gratiæ omnes pariter Chriſtiani in unā libertatem ſunt aſciti. Si ob hoc quod ſublatū eſt Sacerdotiū Iudæorū, non plus habeant Sacerdotij chriſtiani Sacerdotes, quā id quod cōmune eſt omnibus, neq; illis ſuos prouētus deberi: pari ratiōe abolito Regno Iudæorū Chriſtiani nō plus erunt Reges,quā cœteri Chriſtiani. nam per Legem gratiæ omnes ex æquo REGALE SACERDOTiū eſſe cenſenť. Quod ſi chriſtiani Prīcipes Decimas & prouentus ſucceſſorib. Apoſtolorū nō recte cōtulerunt, minus recte Apoſtolis ipſis primi illi Chriſtiani precia bonorū ſuorū omniū cōferebant. Si nephas eſt Pontificem ob nō redditas Decimas populū excōmunicare, maius erit nefas quod Apoſtoli ob negatā pecuniā Eccleſiæ dicatā, utraq; morte cōdemnabant. Si nō pendendū eſt Paſtori, niſi paſcat, et doceat: nō pendendus erit etiam a Plebe ſuus cenſus Ordini ſeu ſtatui Militari, niſi militet, & populū Dei tueatur: Si deniq; nō ſunt ualidę dotes et Priuilegia maiorum & anteceſſorū noſtrorū Eccleſijs collata, cuius erunt firmitatis

illa alijs Or-

illa alijs Ordinibus ſub paribus ſignis, pari attramento, & pelle, cōceſſa: atq; hæ ſunt illæ Euangelicæ ratiōes quæ nūc orbem Terrarū ſeditiōibus, tumultibus, periurijs, & ſacrilegijs implent. Graui igitur & moleſtiſsimo animo ferimus, quod aduerſus Decretū noſtrū tales Literas, talibus impijs dogmatibus cōſutas miſeritis, quæ nō ſolum indigna ſunt auribus noſtris, & ab uniuerſa Eccleſia Catholica damnata: Sed etiam a nobis & alijs chriſtianis Principibus publicis edictis uetita. Et proinde denunciamus uobis hanc immutabilē ſentenciā, & uoluntatē noſtrā quod Decretū ipſum noſtrū iuſte & legitime latū nulla ex parte mutaturi, neq; dominū Epiſcopū, & Iura ipſius noſtro debito patrocinio deſerturi ſumus. Et ſi in ea contumacia perſeuerare uolueritis: Nos id quod ad iuſtum & chriſtianū Principē attinet, exequemur. Datum Petricouiæ decima Ianuarij. Anno domini 1528.

ARTICVLVS III.

An Dux Pruſsiæ ad ELECTIONEM Regis Pol. pertineat? Quodq; ab eo ad Regiā M. vel aliogn cōmuſes illorū Cōmiſſarios appellet. Præterea R. M. Literas publicę fidei aliqua iniuria in Pruſsia grauatis dabit.

Reſpōſum datū Oratoribus Ducis de Pruſsia ſuper facultate eligendi Regis. Lex I.

Quod Legatio Illuſtriſsimi dñi Ducis Pruſsiæ inprimis cōtinebat, de facultate eligendi Regis: Super eo negocio expendens Maieſtas Regia una cum uniuerſis Cōſiliarijs ſuis ſingularē in ſe & Regnū ſuū propēſionē eius Illuſtritatis, proindeq; cupiens illi hac in re ex animo gratificari, reuoluit Maieſtas ſua uti ſe facturā receperat cū Iura & Priuilegia tum uero acta & cōſuetudines Regni ueteres, cōperitq; adeo diligēter cautū & obſeruatū eſſe omni tempore, ne quis alius excellētioris ordinis præter CONSILiarios Regni Ius eligendi Regis haberet. ut etiā & Duces MAZOuiæ qui Principes erāt indigenæ Regij, & uetuſtiſsimi generis, ut deniq; & filij Regij domini naturales huius Regni, poſt obitum patris neq; locum neq; uocē eligēdi Regis habere potuerīt. Sed & Magiſtri Pruſsiæ qui omagia Regibus & Regno Pol. præſtabant, non ſolum ut Principes, ſed etiā ut Conſiliarij Regni qui pari modo loca in Senatu habebāt hoc ipſum Ius Electiōis obtinere nō potuerūt. Proinde cum Illuſtriſ. dñs Dux Pruſsiæ ut prudens Princeps ſatis intelligat nihil eſſe pernicioſius in omni Repub. quam aliqd aduerſus Leges & inſtituta uetera perpetua ſerie & uſu approbata cōmittere, neq; aliūde grauiores caſus & perturbatiōes oriri, boni cōſulere dignetur eius Illuſtritas, quod Maieſtas Regia & uniuerſi Cōſiliarij Regni qui eius Illuſtritati integerrimo animo afficiunt, nō poſſunt eā rem ut inſolitā & inſtitutis Regni aduerſam cōcedere. Præſertī cum id in omnibus Conuentibus exigāt uniuerſi Regnicolę, ut nihil aduerſus Iura & morē Regni ueterē ſtatuatur. Neq; mirū aut indignū uideri debet eius Illuſtritati, quod habens locū ſuū in cōſilijs, Terrarū Comitijs, & Cōuentibus generalibus, ad Electionē Regis nō pertineat: cū itidem nō pertinebant

anteceſſores eius Illuſtritatis, ac Duces MAZOuiæ. & hic fuit mos & uſus in hoc Regno ab initio receptus & obſeruatus. Sed & in GERmania ubi uigent Leges Cæſareæ, nō omnes Principes Ius habēt eligendi Cæſaris, qui locū ſuū habent in Conuētibus publicis. Similiter in Regno BOHEmiæ, & alibi, quod notius eſt quā ut explicari ſit opus. Alioq; niſi res eſſet aduerſus Iura & inſtituta Regni, quę Maieſtas ſua nollet ulla in parte turbari & labefactari, libentiſsimo animo Maieſtas ſua et Cōſiliarij uniuerſi gratificarent̄ eius Illuſtritati, propter hāc illius erga Maieſtatē Regiā & Regnū eius quā omnes cognoſcūt propenſionē & obſeruātiā, neq; ullo pacto ſibi alit̄ eius Illuſtritas perſuadere dignet̄.

A Duce Pruſsiæ ad Regiā M. appelletur, quæ etiā Literas publicæ fidei dabit. Reſpōſum Oratoribus Ducis Pruſsiæ in Conuētu Petricou. die x. Ianuarij datū. Lex ij.

Quod ad Appellatiōes ab Illuſtr. dn̄o Duce Pruſsiæ ad Maieſtatē R. interpoſitas, & interponēdas pertinet: nemo uel mediocriter in Iure uerſatus ignorare poteſt, propriū eſſe Ius uniuſcuiuſq; ſuperioris domini, ut ad ipſum a quouis ſubiecto & Vaſallo appellet̄. Quippe quod non aliunde magis dominiū et ſubiectio dignoſcit̄. Cum itaq; Priuilegium eius Illuſtritati cōceſſum clare teſtetur, eius Illuſtr. ſe cum omnibus cōſeruare debere erga Maieſtatē ſuā, uti fidelē ſubditū & Vaſallū de Iure decet, & articuli tranſactiōis ſatis declarēt Maieſtatē ſuā ea dūtaxat priuilegia & immunitates eius Ill. cōfirmaſſe, qui huic trāſactioni & ſuperioritati Maieſtatis ſuæ nō repugnarēt: neq; de Appellatiōibus, quę Iure et cōſequentia propria ad ſuperioritatē pertinēt, aliqd eſt exceptū: nemini dubiū eſſe debet ad Maieſtatē ſuā Ius appellandi pertinere, quēadmodū & alia omnia ſuperioritatis Iura pertinēt, quæ nō ſunt in Priuilegio nominatim exempta & excepta. Siquidē ſublatis Appellatiōibus nullum extaret uere ſuperioritatis ueſtigium.

Similiter & de dādis a R. M. SALVIS CONDVctibus intelligi debet, Ea etenī res nō modo cōueniens eſt et iuſta, ſed etiā pro cōſeruando cōmuni ſtatu & trāquillitate apprime neceſſaria. Ex denegatis enī Appellatiōibus & ſaluis cōductibus a ſuperiori dominio, oriri ſolent diffidatiōes, deprędatiōesq; communiū ſubditorū. ex quibus & ad bellum plerūq; peruenit̄. Maieſtas uero Regia neq; debet neq; uellet ulla in re aduerſa eius Illuſtritati ac ſubditis eius unq; deeſſe. Quare hortatur Maieſtas ſua eius Illuſtritatē, ut quæ propria ſunt Maieſtatis ſuæ & Iuris eius ſupioris, his eius Illuſtritas nō nitat̄ Maieſtatē ſuā priuare, et trāſactionē factā, quæ ſatis clara eſt, iſtis diſceptatiōibus in aliū ſenſum torquere, & labefactare, in præiudiciū M. ſuæ & cōmunis boni ſtatus detrimentū. Quod ſi utiq; moleſtū id eſſe deberet eius Illuſtritati, qđ merito eſſe nō debet, neq; illā iuſtę ratiōes M. ſuæ permouerent, licet eſſet cum diſpēdio Iuris & auctoritatis M. ſuæ, tamē potius quā eius Illuſtritati Maieſtas ſua diſplicere in hoc deberet, ita ſe cōſeruare dignabit̄ in cauſis tā Appellantiū, quā etiā qui ſub ſaluis cōductibus iuſticiā quærunt, ua

runt, ut eſt in Cauſis, ſi quæ inter Maieſtatē ſuā & eius Illuſtritatē inciderent, expreſſum in Priuilegio trāſactiōis articulo decimo ſeptimo, q incipit: Item quod ad Iuriſditionē inter Maieſtatē R. & Principē attinet &c. deputare uidelicet dignabit̄ Cōſiliarios ſuos, & illos quo ad eiuſmodi actus a Iuramēto ſibi obnoxio abſoluet, et iuſticiā miniſtrare præcipiet. Eos uero Iudices cum in Cauſis proprijs eius Illuſtritas ſuſcipere non recuſauit, in alienis merito refutare non debebit.

De eiſdem Appellationibus.

Quāq; in Literis Omagialibus Ill. Ducis Pruſsię extat definitū, Quia Appellationes ab ipſo Duce Pruſsiæ interpoſitas Cōmiſſarij ex utraq; parte tā uidelicet a nobis quā ab ipſo Duce Pruſsiæ deputati cognoſcere debēt: Nihilominus quia illic nō eſt deſcriptū, neq; adiectū, cum ipſi Cōmiſſarij inter ſe eſſent diſcordes ac ſentencijs uariarēt: Quiſnā ulteriorē cognitionē & Iudiciū earū Appellationū facere deberet: propterea hunc articulū diſtulimus ad aduentū Ducis Pruſsiæ in his Nuptijs M. R. iunioris filij noſtri futurū. Cum quo de hoc articulo bonis modis cōſtituemus. Ad hoc uero tempus omnes Appellatiōes earū Partiū quę a Ducis Pruſsiæ Iudicio ad nos tanq; ad ſuperiorē dominū prouocauerunt, in ſuo robore & ualore relinquimus. Sigiſm. Craco. 1543.

ARTICVLVS IIII.

De vniēdis Regno Pol. Itemq; de diſſi

mitandis ab eodē Regno Lithuanię, Pruſsię, Oſzvvyeczim, & Zathorieñ. Ducatibus Sigiſm. ſtatuta uide Lib. v. cap. j. art. ij. & iij. de Ducatu Lithuaniæ ad Regnum incorporatione.

kmeto ob calamitatē belli Pruthenici

profugus, a quacūq; Spirituali uel Sęculari perſona Iudicio Caſtreñ. repetebat̄ Sigi. Bidgoſtiæ in unum annū ſtatuerat. Vide hoc Statutū Libr. j. cap. xvij. artic. viij. de Kmetonib. folio 345.

Vt Nobiles Regni frumēta ſua Bidgo

ſtiæ libere uendāt. uide Li. j. ca. xvj. de Ciuitatib. art. xj. folio 324. THORVneñ. uero nauigationē non impediant. Vide Libr. ij. capit. iij. de Fluminibus Regni artic. primo, folio 413.

PORRO Gedaneñ. quoq; oſtendēt ſua priuilegia qbus docerēt qd' Nobilit. Reg. cogat̄ illis frumēta ſua uēdere. uide li. iij. ca. j. ar. iij. fo. 458

ARTICVLVS V.

SIgiſm. Regis ad Archiepiſcopū, Magiſtrum, & reliquos Ordines Liuoniæ Legationis fragmentum.

Quia Sacra Maieſtas ſua Reuerend. dominū Iohannē Archiepiſcopū Rigeñ. & Epiſcopū Therbatēſem occaſiōe nonnullarū differentiarū in Liuonia exortarū moleſtatiōes nōnullas tanto viro indignas pati accepit, eius Maieſtas officii ſui eſſe exiſtimauit, ut, quoniā Rigeñ. & Therbateñ. Eccleſię iam dudū protectiōe Re

gum Pol. ac Lithuaniæ Ducũ vtuntur, cauſæ atq; differentiis ipſius domini Archiepiſcopi nõ deeſſet, ne qd in eius præiudiciũ atq; iniuriã ageretur. Ideoq; hos Nuncios ſuos ad D. Liuoniæ Magiſtrũ, & hunc Conuentũ Maieſtas eius miſit: qui actiõibus iis contra Reuerendiſsimã P. ſuam inſtituẽdis intereſſent, referrẽtq; Maieſtati ſuæ quid de ipſa cauſa & Reuerend. D. ſuæ ſtatu decerneretur.

Ad Archiepiſcopũ Liuoniæ Legatiõis fragmentum.

Nuncii Sacræ Maieſtatis Regiæ omnia pro honore & cõmodo Reuerendſsimi D. Archiepiſcopi agẽt, dum modo viciſsim D. Archiepiſcopus in his rebus, quibus ſubditi ſe grauatos merito cõqueruntur, iuſto moderamine vtatur: ne Maieſtas ſua rem videatur poſtulare indecentem.

CAPITVLVM IIII.

De infeudatione Caſtri Bytow & Ciuitatis Lunenburg.

Ad perpetuã rei memoriã. Nos SIGISM. &c. Vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris harũ ſerie inſpecturis Manifeſtum facimus, Quia uigentibus olim bellis inter Sereniſs. fœlicis memoriȩ KAZimirum Regem parentẽ & prædeceſſorẽ noſtrũ, ac inter Ordinẽ dictũ ſanctæ Mariæ Theutonicorũ in Pruſsia Illuſtris olĩ Princeps dñs Ericus Stetineñ. Pomeraniæ, Caſſubiæ, Vandaliæ Dux & Princeps Rugiæ, multa in ipſis bellis & cõtrouerſijs fauoris beneuolẽtiæ & obſequij ſui erga prædictũ Sereniſs. parentẽ noſtrũ officia exhibere, & ſuppetias nõ uulgares illius Maieſtati defunctæ aduerſus hoſtes eius præſtare ſolitus erat, ac ob eam cauſam illi Arcem Bytovv una cũ Oppido ibidẽ cõſiſtẽte, necnõ Ciuitatẽ Lunenburgk cũ uniuerſis fructibus & prouentibus ad illã pertinentib. idẽ Sereniſs. parens noſter ad arbitriũ & beneplacitum ſuũ cõceſſerat, ut id ex Literis & alijs monumẽtis abũde cõſtat. Deinde uero ad eã beniuolentiã et cõiunctionẽ quȩ inter Sereniſsimos prȩdeceſſores noſtros & prædictũ dñm Ducẽ Ericum ac poſteros eius interceſſerat, etiã affinitas & neceſsitudo acceſsit, quæ ad hæc usq; tempora mutuis officijs & amore coaluit, ita ut prȩdictas Arces & Oppida repetita quidẽ aliqties, tamẽ nõ grauatĩ & nos & Sereniſs. fratres ac prædeceſſores noſtri poſsideri a nominatis Ducibus Pomeraniæ citra Iurium Regni ſui detrimentũ ferebãt. Cũ poſtremo nos ad has Terras noſtras Pruſsiæ uenientes inuiſeret officioſiſsime Illuſtris Prĩceps dñs Georgius Stetineñ. Pomeraniæ, Caſſubiȩ, Vandaliæ Dux & Prĩceps Rugiæ Nepos noſter ex ſorore chariſsimus, & ſuam, ac Illuſtris fratris ſui germani domini Baruini ſingularẽ erga nos propenſionẽ animi & obſeruantiã declarauit, remiſitq; nobis & ſucceſſoribus noſtris de dote Illuſtriſsimȩ olĩ dominȩ Annæ ſorori noſtræ a præfato Sereniſs. dño Rege Kazimiro patre noſtro promiſſa, quatuordecĩ millia aureorũ Hungaricaliũ: uolẽtes uiciſsĩ erga Illuſtritates eorũ uberiorẽ amorẽ noſtrũ teſtari, & illas earũq; ſucceſſores nobis ac Regno noſtro arctiori beniuolentia & cõiunctione deuincere, attamẽ Iuribus Regni noſtri nõ deeſſe, illis et earũ hȩredib. maſculis, Arces & Oppida prȩdicta Bytovv & Lunenburgk

Lunenburgk cũ omnibus & ſingulis eorũ ſubditis, Vaſallis, fructibus, libertatibus, eminẽtijs, cenſibus, prouẽtibus, Iuribus, & pertinẽtijs uniuerſis, ſicuti illa ad arbitriũ & beneplacitũ, ut dictũ eſt, Sereniſsimorũ prædeceſſorũ noſtrorũ & noſtrũ hactenus uſu & fructu tenuerunt, de conſilio & conſenſu dñorum Cõſiliariorũ tam Spiritualiũ quã Secularium Regni noſtri teneñ. habeñ. frueñ. uteñ. & poſsideñ. in perpetuũ Iure feudi pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus Poloniæ dedim9 & cõceſsimus ac illos de eis ipſis Arcibus & Oppidis Bytovv & Lunenburgk inueſtiuimus, & tenore præſentiũ damus & cõcedimus, illosq́ et eorũ heredes de ampliori gratia & beneuolẽtia noſtra ab omni iuramẽto, necnon tributis & exactiõibus quibuſcũq́ nobis & poſteris noſtris ratione dictarũ Arciũ & Oppidorũ præſtandis dimittimus, & liberos facimus, pollicemur præterea dictos Principes in prædictis Arcibus & eorũ pertinẽtijs quantũ in nobis eſt defendere & tueri, tenebunt tamen & obligati eſſe debẽt præfati domini Duces & eorũ ſucceſſores ad ſingulas ſucceſſorũ noſtrorũ Regũ Pol. Coronatiões, uel uenire ipſi, uel Cõſiliarios aut Officiales ſuos mittere, qui hoc ipſum Ius feudale de præfatis Arcibus & Oppidis ad Regnũ noſtrũ pertinens, ita ut iam dictum eſt, recognoſcẽt, & Literas eius recognitiõis & renouatiõis ipſius feudi, quæ gratis illis debẽt dari, a nouis Regibus accipiẽt. Quod ſi aliqua legitima cauſa impediti hoc Officiũ & debitũ in Coronatiõibus ſucceſſorũ noſtrorũ nõ fecerint, nihil ea negligentia illis detrimẽti afferre debebit, dũmodo alio breui tempore poſt Coronationẽ id præſtare curauerint. Vbi uero ipſi Principes domini Georgius & Berninus Duces Pomeraniæ ſine legitimis maſculis feudi heredibus uel eorum legitimi maſculi feudi heredes nõ relicta prole uirili decederẽt, ſtirpsq́ et progenies eorũ maſcula & legitima deficeret, extũc prædictæ Arces & Oppida Bytovv & Lunenburgk cũ omnibus ſuis bonis, ſubditis, Vaſallis, fructibus, libertatibus, Iuribus, eminentijs, & pertinẽtijs uniuerſis ac cum pleno Iure & poſſeſsione citra omnẽ difficultatẽ ad nos & poſteros noſtros Reges Polo. redire debebũt: Salua tamẽ Iuriſditione interĩ perpetuo, prouentibus, decimis ſeu Epiſcopalibus, cũ Villis bonis & piſcaturis ac libertatibus ad Reuerendũ Iohannẽ Epiſcopũ & Eccleſiã Vvladiſlau. ex antiquo pertinẽtibus. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrũ eſt præſentibus appẽſum. Actum & datũ in Ciuitate noſtra Gedaneñ. die inuentiõis S. Crucis. anno dñi 1526. Regni noſtri anno xx.

CAPITVLVM V.

De Ducatib. zatorien. & Oſzwiacimẽ.

Cum & vetuſtiores & recentiores Annales vniuerſam Sileſiã ad Regnũ Pol. pertinuiſſe teſtent, eiuſdem Prouincias q̃q́ quaſi partes ad ipſum Regnũ ſemper pertinuiſſe liquet. ad quod præterea certa pacta feudalia & cõtractus in Cõmentariis Regiis cõtenti acceſſerũt: quibus etiã Zathorieñ. & Oſzvyacimeñ. Ducatus ipſi Reg. legitime ſunt adſcripti. Licet vero plurimæ ſint cauſæ quæ eas prouincias Regno, cui acceſſerũt vniãt, & ad vnum Ius reducãt: Ne tamẽ Diui Re- PRÆFATIO

ges noſtri Incolas earũ prouinciarũ inuitos pertrahere viderent, integrã eis optionem reliquerũt, vt ſi velint in Iure ſuo antiquitus recepto (quod nõ mediocrẽ ſeruitutẽ ipſis imponit)permaneãt, vel Iuri ac Ciuitati Regni accedãt. Itaq;, niſi fallor, primũ KOMOROVII, hos vero ſecutus Magnificus Seuerinꝰ BONAr de Balicze Caſtell. Sandeceñ. & horũ Ducatuũ Capitaneus, aliiq; Nobiles exẽplo illorũ vna cum ſuis bonis ad Ciuitatẽ ſeu Municipiũ Regni ſeſe tranſtulerũt. tranſtuliſſent ſe vero & alii omnes qui ciuiliore ingenio prędıti ſunt, Niſi Magnificus Nicolaus MYSZKOVVski de Myrovv Caſtell. Radomieñ. & Myedzyrzeceñ. ac horũ Ducatuũ Capitaneus prudentia ſua illorũ prouincialiũ Iuris ruditatẽ tractaret, & rigorẽ æquitate temperaret, omniaq; clementius quã Ius prouinciæ exigit, faceret. Quæ qdem poteſtatis ſuæ moderatio effecit, vt Prĩcipi noſtro Sigiſm. Auguſto dignus viſus eſſet quẽ in Collegã Senatorũ ante canos cooptaret, atq; tot præficeret prouinciis. in quibus ille moderandis, grauitatis cum ſumma humanitate, quantumuis difficilis ſit horum ſocietas, exiſtimationem eſt conſecutus.

Literæ feudi & Omagij Ducis, Oſzwiaczimeñ. & Zatoriẽ.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei memoriã Nos KAZimirus Dei gratia rex Polo. Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſſiæ, &c. dñs & hęres, Notũ facimus per præſentes noſtras Literas omnibus & ſingulis qbus expedit. Quod ueniens ad præſentiã noſtrã præclarus dñs Venceſlaus Dux Oſzvyaczimeñ. & Zatorieñ. &c. frater noſter dilectus, cupiens & petẽs Regno noſtro uniri & incorporari, Literas & priuilegia quorundã Regũ Bohemiæ in præſentia noſtra poſuit & oſtendit, quatinus ipſum & ipſius ſucceſſores in eiſdẽ priuilegijs & in alijs libertatibus conſeruaremus, & cõfirmaremus, in protectionẽq; & tuitionẽ noſtrã ac Regni noſtri reciperemus, prout ipſum ipſiusq; ſucceſſores anteceſſores Reges Bohemiæ tenebãt & tuebant. Nos uero priuilegijs ipſius uiſis, & ſufficiẽter examinatis, tanq; iuſtis & ratiõi cõſonis, tum & petitiõi ipſius acclinati, attẽdentes ipſius liberũ acceſſum & unionẽ ad nos & Regnũ noſtrum, Ipſum dñm Venceſlaũ Ducem Oſzvyaczimeñ. & Zatorieñ. in noſtrã & Regni noſtri tuitionẽ & protectionẽ recepimus, & recipimus, ac priuilegia per Reges Bohemiæ ſibi & ſuis anteceſſoribus data & cõceſſa confirmauimus & cõfirmamus. Inſuper & a Iuribus noſtris feudalib. quomodocũq; ad nos ſpectãtibus & pertinẽtibus, a bello dum & quãdo expeditio bellica fieret & cõtingeret aliarũ Terrarũ Regni noſtri, a cõtributione ſeu datia omni in quã TerręRegni noſtri cõſentierint ex quacumq; cauſa ſeu modo, cœteriſq; ſeruitijs & grauaminibus quocumq; nomine uocant ſeu in futurũ uocabunt, tam de perſona, quã de bonis mobilibus & immobilib. liberũ fecimus, dimiſimus, & in futurũ facimus, & dimittimus. Etſi quiſpiã habẽs bona in prædicto Ducatu ab obedientia domini Ducis Zatorieñ. ſe ſubtraxerit, & ad nos recurrerit: talem nõ ſuſcipiemus, neq; defendemus, ſed remittemus & cõpellemus eum ad obedientiã dñi Ducis Zatorieñ. Et ſi aliquãdo aliquis Nobiliũ aut Plebeorũ de eodẽ Ducatu Zatorieñ. ad noſtrã uel Regni noſtri Iudiciũ prouocauerit & appellauerit: ſic prouocañ. & appellañ. nõ admittemus ad noſtrã audientiã ſeu Iudiciũ, ſed remittemus, et in futurũ mãdamus remit-

damus remitti ad eundē Ducatū Zatorieñ. ut ibidē in omni negocio p ſubditos prædicti domini Ducis Iuſticia petētibus adminiſtret. & generaliter ipſum dñm Ducē, & ipſius ſucceſſores, tum & Ducatū Zatorieñ. ſeu dominiū, in omnibus Iuribus & priuilegijs conſeruamus, & in perpetuū uolumus cōſeruari, quæ ab antiquo ad ipſum, & dominiū ipſius pertinebant & ſpectabant. In cuius rei teſtimonium &c.

Literæ ſup Ducatum zatorien. 1494.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuā rei memoriā, Quoniā humani generis actiōes memoria perpetua indigentes plærūq; ab hominū noticia dilabunt, niſi ſcripturarū ſeu teſtiū munimine fuerint renouata: Proinde nos JOHANNES ALBERTus Dei gratia Rex Pol. necnō Terrarū Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ: ſupremus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq;: ac Culmeñ. Elbingeñ. & Pomeraniæ dñs & hæres &c. Significamus tenore præſentiū quibus expedit uniuerſis, præſentibus, & futuris, harū noticiā habituris. Quomodo quāuis a multis iā retro actis annis Terra ſeu Ducatus una cū Duce Ducibusq; Zatorieñ. cū omnibus eorundē Iuribus, inſcriptioībus, & cū omnibus & ſingulis Terrigenis, necnō Ciuitate Zathor, alijsq; Oppidis, & cū Caſtro ſeu Fortalicio eodem nomine Zathor dicto, alijsq; omnibus Fortalicijs, necnō Villis, hereditatibus, poſſeſsioībus, & omnibus eorundē cēſibus ſeu utilitatibus, fluuijs, ſyluis, eorūq; uſibus tā Ducalibus quā etiā aliorū quorumcūq; Terrigenarū & ſubditorū cuiuſcūq; conditioīs exiſtāt in toto ambitu dicti Ducatus cōſiſtentibus, cū omni Iure, proprietate, & dominio, nobis ditioīq; noſtræ ſeu Regibus & toti Coronæ Pol. pertineāt, & ſunt incorporati, appropriati, aſcripti, & perpetue irreuocabiliterq; uniti, nobisq; & Coronæ noſtre præfate ſubiecti, cū omnibus eiuſdē Ducatus ſubditis tam Spūalibus quā Secularibus. Quā incorporationē, unionē, cōfœderationem, & ſubiectionē uetuſtā, ſemper ratam firmāq; et inuiolabilē perpetuoq; duraturā habuimus, habemus, perpetuoq; habere uolumus: Nihilominus preclarus Dux JANVSSius eiuſdē Ducatus Zatorieñ. modernus dominus, heres, & poſſeſſor ex ſucceſsioē ſuorū parentū Ducū Zatorieñ. procedens, una cū Illuſtri Duciſſa domina BARBara cōſorte ſua legitima, eaſdē ueteres inſcriptioēs, incorporatioēs, unioēs, et ſubiectioēs, conteſtātes et recognoſcētes nouis ſe Inſcriptioībus, fœderibus, Ligis, uenditioībus, atq; ſubiectioībus pariter cū præfato pleno & integro Ducatu Zatorieñ. nobis & omnibus ſucceſſoribus noſtris Regibus & toti Coronæ Pol. cū plena poteſtate & autoritate perpetuoq; duraturis matura deliberatioē & cōſilijs cuius intererat præhabitis uoluerūt inſcribi, tantoq; firmius incorporari, & ſubjci, prout iam nūc ſe inſcribunt: & prout proprijs inſcriptioībus prefati Ducis Ianuſſij, cōſortiſq; ſuæ prefatæ, necnō omniū Terrigenarū pariter & Ciuitatenſiū præfato Duci Ianuſsio ſubiectorū ſufficiēter eſt firmatū & expreſſum. Proīde ut hæc unio, incorporatio, inſcriptioq; præfati Ducis Ianuſſij & cōſortis ſuæ,

ſortis ſuæ, necnõ totius Terræ & Ducatus eiuſdẽ uenditio, realiſq; ſatiſfactio per nos ſibi facta ad effectũ deducat̃, ſitq; ſolidior et firmior p̃petuo & in æuũ, recognoſcimus nos apud pręfatũ Ducẽ Ianuſsiũ tãq; apud uerum & indubitatũ hęredẽ præfati Ducatus Zatorieñ. & apud Illuſtrẽ Barbarã conſortẽ ſuã præfatã emiſſe præfatũ Ducatũ Zatorieñ. una cum Caſtro ſeu Fortalicio, & Ciuitate tota Zatorieñ. & cũ omnibus bonis, poſſeſsiõibus, Villis tã Ducalibus quã etiã Terrigenarum & ſubditorũ quorumcũq;, quicũq; ſeu quęcũq; in pręfato Ducatu cõſiſtũt, emptiõe uenditiõeq; perpetua & irreuocabili, perpetuo & in ęuũ, pro octuaginta millibus florenorũ Hungaricaliũ auri ueri puri & iuſti ponderis. Pro q̃bus ſibi iam plene & ex toto ſatisfecimus realiter & cũ effectu: prout ipſe Dux Ianuſſius una cũ præfata ſua cõſorte eandẽ ſatisfactionẽ & ſolutionẽ proprijs Literis & Sigillis conſortiſq; eiuſdem una cũ Terrigenis & ſubditis ſuis fatetur & recognoſcit: Noſq; & futuros ſucceſſores noſtros Reges & Coronã Poloniæ de accepta ſatisfactione & ſolutiõe quitauerũt, & liberos dimiſerũt. Et tamẽ præter hoc, tenore præſentiũ promittimus, Quod nos & ſucceſſores noſtri Reges, et tota Corona Pol. pro finali ſatisfactiõe præfati Ducis Ianuſſij & conſortis ſuæ præfatę pro dicto Ducatu Zathorieñ. & bonis ad ipſum pertinentibus, debemus, tenemur, tenoreq; præſentiũ pollicemur, & tenebimur, noſq; obligamus præfato Duci Ianuſſio, & dictæ cõſorti ſuæ, pro quolibet anno dare & ſoluere de Zuppis noſtris Vielicẽſibus & Bochnenſibus ducentas Marcas pecuniæ cõmunis monetæ & numeri Polonicalis, & ſedecim bancos ſalis donatiui, uſq; ad extrema tempora uitæ eorũ, ſeu utriuſq;, ſeu ad mortẽ præfatorũ Ducis Ianuſſij & conſortis præfatæ eiuſdẽ. Ita tamẽ, Quod pro quolibet quatuor. tẽporibus ſingulorũ annorũ per quinquagita Marcas, & per quatuor bancos ſalis, dare eiſdẽ, ſeu utriq; eorundẽ, uel alteri eorundẽ qui ſuper uixerit, præfatas ducentas Marcas dare & extradere tenemur, & debemus, tenebimurq; & debebimus. Et ſimiliter noſtri ſucceſſores Reges, & tota Corona Poloniæ, dare eiſdẽ, uel alteri eorũ modo ſupraſcripto ſoluere & complere tenebunt̃. Si uero quod abſit pro aliquibus quatuor tẽporibus uſq; per unum integrũ annũ præfatũ cenſum ducentarũ Marcarũ, & ſedecim bancos ſalis, prout præmiſſum eſt, ſoluere neglexerimus uel nõ curauerimus, uel ſucceſſores noſtri neglexerĩt uel nõ curauerint: Extunc poſt cuiuſlibet anni integri decurſum poſt huiuſmõi negligentiã ſequentem in alijs ducentis Marcis pręfati Duci Ianuſſio & ſuę conſorti ſuccumbemus, & ſucceſſores noſtri ſuccumbẽt. Poſt pręfatorũ uero Ducis Ianuſſij & Barbarę cõſortis ſuę legitimę obitũ, Extunc pręfatus Ducatꝰ Zatorieñ. cũ Caſtro & Ciuitate & cũ omnibus Terrigenis omnibuſq; bonis & ſubditis tã Spiritualib. quã Sęcularib. cuiuſcũq; cõditiõis exiſtant cũ omni Iure hęreditario proprietate & dominio cum titulo & re Iureq; uenditiõis & emptiõis in manus noſtras uel ſucceſſorũ noſtrorũ Regum & toti Coronæ Pol. perpetua & irreuocabili ſucceſsiõe Iureq; hęreditario perueniet, & deuoluet̃. Quę iã exnũc, prout extũc, & extunc

prout exnũc,

prout ex nũc, ipſe Dux Ianuſſius una cũ cõſorte ſua pręfata nobis Regibusq; & toti Coronę Polonię cõdeſcendit, & reſignat, & ita ſicut pręmiſſum eſt cõdeſcendũt & reſignãt. Et pręter hoc pręfatus Dux Ianuſſius una cum cõſorte ſua proprio iuramẽto corporali, hanc uenditionem emptionẽq;, necnõ inſcriptionẽ & ſubiectionẽ conſeruationẽq; irreuocabilẽ atq; perpetuã iam approbare, cõfirmare, & robore affectualit' de facto debet et tenetur debentq; et tenent. Et ſimiliter Burgrabius Caſtri ſeu Fortalicij & omnes Terrigenæ Ciuesq; Zatorieñ. iurare debẽt nobis Regibusq; & toti Coronæ Pol. nũc iam & in poſterũ, quotiẽs opus fuerit, ad tenendã nobis Regibusq; & toti Coronæ Pol. fidem ſeu fidelitatẽ: & tam præfatus Dux Ianuſſius una cũ conſorte ſua ſpecialibus Literis ſuis, necnõ omnes & ſinguli Terrigenę eiuſdẽ Ducatus Zatorieñ. etiã proprijs Literis inſcribere ſe debẽt, et propria Sigilla ad Literam pargameneã appẽdere, promittẽdo obedientiã fidelitatẽq; nobis Regib. & toti Coronę Pol. pręſtandã, & poſt mortẽ pręfatorũ Ducis Ianuſſij & cõſortis ſuę pręfatæ nulli alteri poſſeſsionẽ dicti Caſtri Ciuitatisq; Zatorieñ. & totius Terrę ſeu Ducatus Zatorieñ. dare, facere, & reſignare, nulliq; fidem & fidelitatẽ ac obedientiã pręſtare & facere quã nobis Regibus & toti Coronę Pol. debẽt, & tenent. Quilibetq; eorũ debet, & tenet. Qui etiã Terrigenę omnes et qlibet eorũ debet & tenet, debebũtq; & tenebuntur, ſpecialiterq; pro Burgrabio dicti Fortalicij ſeu Caſtri & Ciuitatis Zatorieñ. & pro ſemetipſis, iam nũc, & qtiens opus fuerit, ſeu qtiens pręfatus Burgrabius mutari & inſtitui debebit, etiã uiuẽte præfato Duce Ianuſſio, cauere & fideiubere atq; corporalit' iurare. Quod præfatũ Caſtrũ fideliter tenebit, & nulli alteri in præfato caſu mortis pręfatorũ Ducis Ianuſſij & cõſortis ſuæ quã nobis Regibus & toti Coronę Pol. cõdeſcendere & reſignare debebit, & tenet. Debet etiã & tenet præfatus Dux Ianuſſius una cũ pręfata conſorte ſua in uita ſua, quamdiu omnipotens Deus eã eis cõceſſerit, nobis necnõ Regibus & toti Coronę Pol. in omnibus aduerſis aſsiſtere, & nos cõtra omnẽ inimicũ iuuare, una cũ pręfatis Terrigenis & ſubditis ſuis ſeu cũ toto ſuo Ducatu & eiuſdẽ Incolis, quãdo, & quotiẽs opus fuerit. Nos uero etiã præfatum Ducem Ianuſſiũ ſuosq; Terrigenas & ſubditos totũq; Ducatum tenere & cõſeruare debemus & tenemur ſub noſtra Terreſtri, & totius Regni Pol. tutela: & eum ab omnibus inimicis ſuis opprimere eũ uolentibus ſibi aſsiſtere & eum pariter et conſortẽ pręfatã eiuſdẽ defendere & tueri pollicemur, & tenemur. Volumus etiã ut in neceſsitate alicuius diſturbij Terreſtris, uel cuiuſcũq; guerrę aut intrãqllitatis, ipſe Dux Ianuſſius in Caſtrũ ſeu Fortaliciũ Ciuitatẽq; Zathor gentes noſtras immittere debeat libere ad reqſitionem noſtrã, uel noſtri Capitanei Cracou. ut tãto ſecurius ab hoſtiũ incurſu ipſum Caſtrũ & fines Regni noſtri tutius & in meliori pace cõſeruare ualeat, ad quod etiã faciendũ ſe ſua inſcriptiõe una cum præfata ſua conſorte ſubdiderũt. Ex quo autẽ pręfatæ Illuſtri dominę Barbaræ conſorti dicti dñi Ducis Ianuſſij pro dote & dotalicio ſuis, quę habebat in pręfato Ducatu Zatorieñ. ſibi inſcripta &

ſcripta & reformata, per nos & per Coronã noſtrã ſeu Regnũ Polo. cõpletis præmiſsis, eſt ſibi ſatisfactũ. Extũc præfata Duciſſa Barbara tenebitur teneťq́ Literis ſui mariti dñi Ducis Ianuſſij, necnõ etiã ſuis proprijs pręfatã ſatisfactionẽ recognoſcere, nobisq́ Literas ſuæ reformationis reſtituere, & eaſdẽ Inſcriptiones dotis & dotalicij præfatis Literis extinguere & mortificare. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrũ pręſentibus eſt ſubappenſum. Actũ Cracou. feria tercia ante feſtũ S. Petri ad uincula. anno dñi 1 4 9 4. Regni uero noſtri anno ij. Pręſentib. Magnificis & Generoſis Iohãne de Pilcza Ruſſiæ, Dobeſlao de Kurozvanki Lublineñ. Palatinis. Petro de Kurozvanki Theſaurario Regni Pol. & Cracouieñ. Capitaneo, Petro Myſzkovvski Vieluneñ. & Nicolao Strzezovvski Sanoceñ. Caſtellanis, Staniſlao de Chodecz Capitan. Exercituũ noſtrorũ in Terris Podolię, Andrea Koſczyeleczki Bidgoſtieñ. & Iohanne Dunyn de Viazd Capitaneis, cœteriſq́ Dignitarijs, Cõſiliarijs, & Cubicularijs noſtris fidedignis teſtibus. Datũ uero per manus Venerabilis Gregorij de Ludbrancz Skarbimirieñ. & ſancti Floriani in Kleparz Prępoſiti, Regni noſtri Vicecancel. ſyncere nobis dilecti.

Venditio Ducat⁹ Oſzwyacimen. Regi Pol. Kazimiro.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuã rei memoriã. Ne temporũ labentiũ curſus rerũ geſtarũ memoriam ſecũ rapiat, & illos obliuiõis errore cõfundat, mentibus humanis illud diuinitas inſpirauit, pręſtititq́ remediũ actiões ordinatiões q́ humanas per temporis lapſum perituras, & uenditionũ emptionũq́ contractus, ne a poſteris reuocenť in dubiũ, cõſtans apex roboret Literarũ, & fides teſtiũ iugiter renouet & confirmet. Proinde nos IANVSSius Dei gratia Dux & dñs Oſzvyaczimeñ. Significamus tenore pręſentiũ, q̃bus expedit uniuerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, publiceq́ recognoſcimus & fatemur. Qualiter matura deliberatiõe cũ Illuſtrib. fratribus noſtris, Baronibus, & Cõſiliarijs noſtris præhabita, etiã in optima ualetudine cõſtituti, nullo dolo, fraude, aut ingenio ſeducti, nec per errorẽ aut improuide, ſed de mera & ſpõtanea uolũtate Ducatũ noſtrũ & Terrã noſtrã Oſzvyaczimeñ. quę portiõe paterna nobis obuenit, Sereniſſ. Principi & dño domino KAZIMiro Dei gratia Regi Pol. Magno Duci Lithuaniæ, hęredi Ruſſiæ, & domino Pruſsiæ, Regnoq́ ſuo & Coronę Pol. pro quinquagĩta millibus Marcarũ latorũ groſſorum Pragenſiũ numeri Polonicalis, quadragĩta octo groſ. in quãlibet Marcã cõputando. (Quę q̃dem quiquagĩta millia Marcarũ latorũ groſſorum ab eodẽ dño Kazimiro Rege & Corona Pol. nos integraliter & effectualiter in pecunia parata & numerata pro huiusmõi Ducatu tuliſſe, & leuaſſe, & percepiſſe præſentibus recognoſcimus: & profitemur) uendidimus, præſentiũq́ tenore uendimus, & uenditiõe perpetua & irreuocabili pręfato Sereniſs. Principi & domino dño Kazimiro Regi & Coronæ ſuæ Pol. de illo cedimus, & ipſum reſignamus, & inſcribimus, cũ omnibus & ſingulis dicti Ducatus & Terræ Oſzvyaczimeñ. Caſtris, Fortalicijs, Ci-

talicijs,Ciuitatibus,Oppidis,Villis,Teloneis,cenſibus,prouẽtibus, utilitatibus,fructibus,ſeruitijs,omagijs,allodijs, Exactiõibus, Collatiõib. Iurepatronatib. culpis, emendis,piſcinis,molẽdinis,lacubus,agris,pratis,ſyluis,borris,uenationib. aucupatiõibus,mellificijs,paſcuis,rubetis, mericis,fluuijs,torrẽtibus,aquarũq; quibuſlibet decurſibus,montibus, fabricis,ferrifodinis,plũbifodinis,auri,et argenti,æris & cuiuſlibet metalli fodinis,monetis,Iudicijs,& bannis,ſeu inhibitiõibus uenationũ,& pœnis inde ſequẽtibus,cõſuetudine uel de Iure utilitatibus,honoribus, conuentiõibus,honorãtijs,feudis,feudatarijs,uaſallis,uaſallarijs Nobilibus,Ruſticis,& Plebeis,hominibusq; habitãtib.& habitaturis,cũ poteſtate ibi mercata publica & Nundinas celebrãdi,faciendi,datias,pedagia,gabellas,& alia omnia onera realia & perſonalia,ordinaria,extra ordinaria,atq; mixta,quocũq; nomine nuncupent imponẽdi exigendi & exigifaciẽdi, cũ mero et mixto dominio,ſupremo et infimo, omnimoda Iuriſditiõe,plena gladij poteſtate,et exercicijs eorundẽ,cũ uniuerſis alijs utilitatibus quæ ibi hactenus ſunt,et in poſterũ naturalit,aut induſtria humana fieri poterũt,qbuscũq; nominibus aut cognatiõibus uel uocabulis nuncupent,prout idem Ducatus et Terra longe,late,et circũferẽtialiter in baſſo et plano,in gadibus et limitibus et terminis eſt diſtĩct9, cum omni Iure Ducali, dominioq; mero & mixto, ſupremo & infimo, titulo & proprietate prout eandẽ Terrã & Ducatũ nos & noſtri predeceſſores tenuerũt & habuerũt,nihil nobis aut noſtris ſucceſſorib. cuiuſcumq; dominij,Iuris,feudi ſuperioris,& proprietatis,tituli,& memorię in eodẽ Oſzvyaczimeñ. Ducatu quomodolibet reſeruãdo,per dictũ ipſum Kazimirũ Regẽ & ſuã Coronã Pol. ſuosq; ſucceſſores Reges Pol. habendũ,tenendũ,poſsidendũ,& ad uſus ſuos beneplacitos cõuertendũ renũciantes publice & per expreſſum omni Iuri,titulo,feudo,dominio, & proprietati,quod hactenus illic habuimus & progenitores anteceſſoresq; noſtri habuerũt,pure ſimpliciter & de plano,& ſine aliqua cõditione,Ius,titulũ,dominiũ,proprietatẽ, atq; feudũ dicti Ducatus & Terræ Oſzvyaczimeñ.eidẽ Sereniſs.Principi dño Kazimiro Regi et ſuę Coronæ Pol. reſignãtes,abſoluentes, omnes & ſingulos Barones,Nobiles, Sculteros,Ciues,Oppidanos,& Kmetones, Incolas & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas & Sęculares q̃cumq; nomine cenſeant,aut quacũq; dignitate uel conditiõe præfulgeãt præfati Ducatus & Terræ Oſzvyaczim. a noſtra obediẽtia,& feudo,Iuramẽto,& fidelitate, ac obligatione eoſdẽ Barones & Nobiles,Scultetos,Ciues & Oppidanos,Kmetones & Incolas,perſonasq; Spũales & mũdanas eiuſdẽ Ducatus,in obedientiã,feudum,& utilitatẽ prædicti Sereniſs.dñi domini Kazimiri et ſui Regni ac Coronæ Pol. ſubijcimus & ſupponimus per præſentes. Et ne in poſterum dubitari quomodolibet poſsit,quo Iure,titulo,& cõditione,Caſtra Ciuitates & Oppida atq; Villæ in dicto Ducatu & Terra Oſzvyaczimeñ.cõſiſtentia,per nos eidẽ Seren. dño domino Kazimiro Regi et ſuo Regno ac Coronæ Pol. uenditæ & reſignatę & ſubiectæ ſunt, conditionem eorũ pro futura memoria duximus præſentibus exprimendum.

Inprimis q̃dem fatemur, quod Caſtra prĩcipalia Oſzvyaczim, & ualẽtes huiuſmõi Ducatus, & Terrę prędictæ cũ duabus Ciuitatib. ſeu Oppidis, uidelicet Ciuitas ipſa Oſzvyaczim cum teloneo & molendinis, & Kanthi cũ teloneo & molendinis, necnõ Villæ Bielany, Lauki, Babicze, Lipnik, Oſyek, Brzeſczye, Monouicze, & Dvvory, ſunt eſſeq; debẽt de mera proprietate titulo atq; dominio præfati dñi Kazimiri Regis et ſui Regni ac Coronæ Pol. Quoniã cũ prefata Caſtra Ciuitates & Oppida telonea atq; Villæ nulli alteri niſi nobis ſunt cenſuales & obnoxiæ ac ſubiectæ, præfatus etiã dñs Rex cũ omnibus pertinẽtijs, appendẽtijs, & emolimẽtis ea poſsidebit. Itẽ recognoſcimus & publice profitemur, qđ etſi Villæ Polanka antiqua, noua Polanka, Vvloſyenicza, Poramba, Grodzyecz, Sparovicze, Nidek, Vitkovicze, Glabovicze, Bulovicze, Czanicze, Malecz, Czacuga, Novavyeſz, Roczíny, Sbroskovice, Brzezinka, Raysko, Francyskovicze, Przecyeſſyn, Skiedziey, Vithkovice, Vilamovice, Helcznarovice, Bnyakovv, Dzvekoſſe, Mikluſſovice, Piſſarovicze, Halcnovv, Byertolovice, Komorovice, Zebraca, Reſtvvina, Rabkovice, Staravyeſs, Ianuſſovice, Tharmaſſy, & aliæ omnes in prædicta Terra Oſſvyacimeñ. cõſiſtentes, p certos Terrigenas, & Nobiles Ducatus prędicti teneãtur & inhabitent. Quia cũ nos & progenitores noſtri ſupremũ Ius Ducale fere in illis omnibus habuimus, cœterosq; cenſus, tributa, labores, ſeruitia, & obuentiões ex illis Iure noſtro Ducali percipiebamus: Vnde etiã Villas prædictas in ſignũ altioris firmitatis cũ omnib. cenſibus prouẽtibus & oneribus eiſdẽ dño Kazimiro Regi & Coronæ Pol. reſignamus, & eiſdẽ renũciamus. Item omnes Literas, Priuilegia, munimenta, Inſcriptiões, obligatiões, cõtractus & quaſcũq; ſcripturas, quas nos uel cõſanguinei fratres aut ſucceſſores ſup dicto Ducatu eiuſdem titulo & proprietate, & dominio habuimus, habemus, uel habebimus, quẽ in derogationẽ, uel lęſurã Iuris, proprietatis, tituli & dominij præfati domini Regis & ſui Regni ac Coronæ Polon. in dicto Ducatu Oſſvyacimeñ. & præſenti noſtræ reſignatiõis uergẽda, uel quomodolibet faciẽda, & quæ nobis aut fratribus uel cõſanguineis noſtris poſſent prodeſſe, et dicto dño Kazimiro aut Coronæ Pol. obeſſe anullamus, caſſamus, extiguimus et mortificamus, easdẽq; nullius decernimus et profitemur roboris uel momẽti, ſuſpectasq;, et uicioſas declaramus. Item ut huiusmõi noſtra uẽditio et reſignatio præfato dño Regi et ſuo Regno et Coronæ Pol. de dicto Ducatu Oſſvyacimeñ. facta iuxta deſyderium cordis noſtri funiculo multiplici roborata, perpetua, atq; pacifica, nullũ futuræ litis, inq̃etatiõis, aut dubietatis habens reſpectũ, perſeueret. promittimus, ſpondemus, nosq; uerbo Ducali circa fidẽ noſtrã et honorẽ ſine dolo et fraude catholica promiſsiõe aſtrĩgimus et obligamus, quod uenditionẽ et reſignationẽ noſtrã de dicto Ducatu et Terra Oſſvyaczimeñ. per nos ut pręmittit̃ dicto Sereniſs. Principi dño Kazimiro Regi et ſuo Regno ac Coronæ Pol. factã, Illuſtres Principes domini Venceſlaus Zatorieñ. Przemiſlaus Thoſleñ. germani noſtri Duces, omnesq; cõſanguinei noſtri affines et proximi gratã, ratam, firmã habebũt, tenebunt, nec

bunt, nec in aliquo directe uel indirecte quęſito colore occaſione huiuſmodi uenditiõis et reſignatiõis cõtrauenięt, aut eã impedięt quouis modo. Nosq̧ prædictũ Sereniſs. Regem et ſuũ Regnũ ac Coronã Polo. ab omnibus impedimẽtis, litibus, moleſtatiõibus, perturbatiõib. infeſtationibus, offenſis et iniurijs tam a præfatis dominis Venceſlao et Przemiſlao germanis noſtris, quã ab omnibus cõſanguineis et proximis noſtris, et a quacũq̧ perſona cuiuſcũq̧ cõditionis exiſtat, et quacũq̧ fulgeat dignitate, Spirituali ſiue Sæculari, a qbus occaſiõe præfatæ noſtræ uenditiõis reſignatio et cõtractus præfati Ducatus et Terræ Oſſvyacimeñ. ipſe Sereniſs. dominus Rex et Regnũ ac Corona Pol. lęſi, moleſtati, perturbati, offenſi, et impediti fuerint, ipſum dñm Sereniſs. Regẽ ſuũ Regnũ et Coronã Pol. nos intercedere, et euincere, nullã interponendo præſcriptionẽ iuxta Ius noſtrũ Ducale tenebimur, eliberareq̧ ſub fide et honore. In cuius rei teſtimoniũ Sigillũ noſtrũ Ducale pręſentibus eſt ſubappenſum. Datũ in Glivice feria ſecũda ante feſtum S. Mathiæ Apoſtoli anno dñi 1 4 5 7. Præſentib. Strenuis Generoſis et Nobilibus, Iohãne Saſſovvski, Zawiſſa Bohemo, Nicolao de Kamieñ. Kryſtek Schelhem de Schothmank, Miſliborio de Orzeſſe, Iohãne Karnic de Sambork, Michaele Laskovvski, Nicolao Myskovvski, Nicolao Saſſovvski Iohanne Vvyec de Thomica, Procopio de Svyantoſſovice, Hinkone Svvyatlik de Zaſſ, Iohanne Tlema, Vrbano de Kopcovice, Michaele de Zavyerce Notario noſtro et alijs fidedignis teſtibus circa præmiſſa.

¶ NOS IANVS Sius Dei gratia Dux Oſſvyacimeñ. recognoſcimus tenore præſentiũ quibus expedit uniuerſis, tam pręſentibus quam futuris, noticiã pręſentiũ habituris. Quod a Sereniſs. Principe domino Kazimiro Dei gratia Rege Pol. Magno Duce Lithuanię, hęrede Ruſſiæ, Pruſsiæq̧ dño, et a Regno Coronaq̧ ſua Pol. quinquaginta millia Marcarũ latorũ groſſorũ Prageñ. numeri polonicalis quadragĩta octo groſſos in quãlibet Marcã computañ. in uim totalis et integræ ſolutionis pro Terra et Ducatu Oſſvyacimeñ. per nos ipſi Seren. Principi domino Kazimiro Regi et Coronæ Pol. uenditis recepimus, et de manib9 Magnificorũ et Strenuorũ ac Nobiliũ dñorum Iohannis de Czyſſov v Caſtallani et Capitanei Cracou. Gregorij de Branyca Caſtellani Radomieñ. Andreæ de Tanczyn, Iohãnis de Rythvviany Capitanei Sandomirieñ. Iohãnis de Tarnovv, Iohãnis de Melſtyn, et Grot de Oſtrovv in effectu leuauimus. Vnde et eundẽ Sereniſs. Principẽ dominũ Kazimirum Regem Pol. etc. et ſuũ Regnũ, et Coronã ſuã Pol. Nos Ianuſſius Dux prænominatus quietamus, et abſoluimus, quietatosq̧ et abſolutos pronũciamus per præſentes. Omnesq̧ Literas, et obligatiões cuiuſcumq̧ exiſtant tenoris, quas præfatus dñs Rex et ſuũ Regnũ et Corona Pol. aut ſui fideiuſſores nobis ſuper ſolutionẽ dictarũ quinquagĩta milliũ Marcarũ latorũ groſſorũ, aut illarũ aliqua portiõe, dederũt, mortificantes, et caſſantes pręſentiũ per tenorẽ. profitentes illas nullius eſſe efficacię, roboris, uel momenti, et iam pręfatum dominũ Kazimirũ Regẽ et Coronam Poloniæ nobis occaſione emptionis Terræ Oſſvyacimeñ. Cracouiæ 1 4 5 7.

recognoſcimus & profitemur in aliquo non teneri. In cuius rei teſtimo-
nium Sigillum noſtrũ præſentibus eſt appenſum. Datũ Cracouię feria
quinta poſt Cinerum anno domini 1 4 5 7. &c.

Iuramentum Ducis zatorien.

Ego I. Dux Zatorieñ. Iuro, quia fidelis & obediens ero cũ omnibus
ſubditis Ducatus mei, & cũ Ducatu meo Sereniſs. Principi dño A. &c, 162
Regi Pol. &c. gratioſiſsimo & ipſius ſucceſſoribus Regibus, & Regno,
ac Coronæ Polonię, pro bono ſtatu M. Regiæ & Reipub. Regni Polo.
& pro utilitate M. Regię & Regni conſulã, & quę ſentio M. Regię ſuc
ceſſoribus & Regno Pol. nocitura præcuſtodiã, & pro poſſe meo auer-
tam, ac omnia fideliter ad partẽ M. R. & Regni Pol. agam fideliter &
obedienter, mãdatis M. Regię & ſucceſſorũ ſuorũ parebo, & ea imple-
bo, Literas meas iuxta contractũ per olim Sereniſs. dñm Iohannẽ Al-
bertũ inter me & Regnũ factũ ſub meo & ſubditorũ meorũ Sigillis da-
bo M. R. ad theſaurũ Regni, ſubditosq́ uniuerſos meos ad iurandum
iuxta contractũ inducã, & iurari, aliaq́ quę ex cõdictamine debeo face-
re, faciam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

Iuramẽtũ Terrigenar. Ducat⁹ zatoriẽ.

Ego P. Iuro quia fidelis ero Sereniſs. Principi & dño domino Alexã- 162
dro Dei gratia &c. gratioſiſsimo et Regno ac Coronę Pol. & poſt mor-
tem Ducis Ianuſsij Zatorieñ. domini mei gratioſi neminẽ alium quam
ipſum dñm Alexandrũ Regem & ſucceſſores Poloniæ pro dño ſuſci-
piam, & me ei ſubijciã, ac pro poſſe meo procurabo omne bonũ, et auer-
tam omne malũ quod ſciuero iminere R. M. & ſuo Regno Polon. om-
niaq́ faciã fideliter, obedienter, & diligẽter quæ ad ſubditũ bonũ & fi-
delem pertinẽt. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Chriſti crux.

De vniẽdis aũt Regno Lithuan. Pruſ-

ſiæ, Zatoriæ, ac Oſzvvyaczim Ducatibus &c. Vide ſupra Libro quĩ-
to Capitulo I. Articulo I. de Lithuan. incorporatione.

Ducatus Syewieriẽ. etiã ad Regnũ Po-

loniæ ſiue ad Epiſcopatũ Cracouieñ. pertinet. Qua de re diplomata legitime cõ-
fecta, in ſcriniis Eccleſiæ ac Epiſcopi Cracou. extant depoſita.

CAPITVLVM VI.

De xiij. Ciuitatibus Scepuſij.

Tametſi Reges Pol. & ſemper fere cõtra hoſtes vicinos in ſtatiõe excubare opor-
teat, & ſolum eorũ prouentu metallorũ prouinciis ad meridiẽ & occidentẽ ſitis
ſterilius eſſe videtur: Nihilominus KAZIMIRVS tercius Rex Polo. cõfe-
ctis tot bellis, factis præterea aliis tot ſumptibus, Regi Hungarię magnã pecunię
vim mutuo dedit: in qua etiã Scepuſii 13. Ciuitates Iure obligatiõis ac hypothecę
in poſſeſsionẽ accepit. Et quia ad tẽpus præſtitutũ æs ei reſtitutũ nõ eſt, aliæque
conditiões cõtractus & Inſcriptionũ in Theſauro Regio repoſitarũ expletæ non

ſunt, Scepu-

ſunt, Scepuſiũ ipſum pœnis ac Vadiis in ipſis Literis obligationũ cõtentis & interpoſitis tantũ immerſum illigatũq; habet, vt ſi redimendũ eſſet, vnius Regni pecuniæ ad illud eliberandũ vix ſufficeret. propter quas obligatiõis conditiones & nodos, nõ tantũ vſusfructus qui ex obligatiõe poſſeſſori venit, verũ etiã ipſe fundus qui æquiualenti ſumma ab emptore acquiritur, Regis & Regni Poloniæ proprius eſſe cenſetur.

CAPITVLVM VII.

De Ducatu Mazouiæ.

Sigiſmũ. Regis ad Mazouiã Legatio.

Res ipſa per ſe nota eſt, nec dubitaturũ aliquẽ inter nos arbitror, qui modo mediocri rerum peritia imbutus ſit: Quomodo aliquot retro ſęculis gens & lingua noſtra in has oras & regiões quas modo incolimus cõmigrauerit, ſedesq; hic in his locis fixerit, cumq; in infinitã pene multitudinẽ coaluiſſet, omnesq; finitimas nationes ſibi infenſas eſſe proſpexiſſet, id quod Lex naturæ & reliquarũ gentiũ mos ſuadet, ad vnũ omnia deferre cõſtituerat, vt ita vni qui ſit optimus ſumma rerum tradita eius Imperio pareret. Sic enim & aduerſariis reſiſtere, & tranquilius vitam agere ſe poſſe exiſtimauerit.

Propter quas cauſas Reges Reſpubl. ſint præpoſiti.

Cuius rei argumento ſunt, multæ & vetuſtæ Literæ veterũ Regum & Ducũ ſignis cõmunitæ, quæ tũ per Arces tum vero per templa religioſiſsime cuſtodiunt. Satisq; conſtat Meſchkonem primum eundemq; piiſsimũ Ducem, & Boleſlaũ primum Polonię Regẽ omnes fere Epiſcopatus iſtos, qui nedum in Regno Poloniæ, ſed etiã in finitimis prouinciis habentur fundauiſſe, puta Archiepiſcopatũ Gnezneñ. Epiſcopatus Cracou. Vvladiſlauieñ. Poſnañ. Vvratiſlau. Culmeñ. Lubuceñ. in Pomerania Camineñ. & alios plurimos. Cuius Regis Imperio cum vniuerſæ gentes linguæ noſtræ parerent incredibile dictu eſt quã longe lateq; terminos ditiõis ſuæ propagarẽt, & quanto terrori vicinis natiõibus exiſterent.

Boleſlaus quos Epiſcopatus inſtituit.

Tandẽ vero (vt fere omnibus rebus viu venit) dum eadem gens noſtra in Arce ſummæ potentiæ decoriſq; euaſerat, vt ſunt res humanæ fluxæ & fragiles, extincto illo ipſo tam prorege quã Rege in deterius prolabi, & in diuerſas factiões, qui Ducatus vocabãtur, ſcindi cœpit. Ita qđ ex vno eodemq; ampliſsimo Regno multi Ducatus ſuccreuerãt. Demũ cum ſucceſſu temporis homines multitudinis Principum pertęſi eſſent, ſublatis e medio multis, iterum res omnis in poteſtatem vnius hoc eſt Regis deuenerat.

Monarchia Regni Pol. quando ſit ſciſſa in Ducatus.

Tamen Ducatus ipſe MAZOVIAE ſingulari quadã ꝓuidentia diuina vsq; in hæc tempora ſeorſum ab Regno Polonię auulſus ſub Imperio Ducum Mazouiæ vigebat, quatenus ſtirps maſcula nõ defuerat.

Mazouia diu ſuis Ducibus uſa eſt.

Cum vero Deo ita ordinãte nuper ſtirps illa Ducalis in Mazouia penitus extincta eſſet, Iure naturę & gẽtium ęquum eſt, vt membrũ a corpore ſuo iam dudum ſeparatũ rurſus tandẽ corpori ſuo vniretur, & ſub Imperiũ vnius capitis hoc eſt Sereniſs. domini dñi Sigiſmundi Regis Pol. domini noſtri gratioſiſsimi & Coronæ Regni Pol. adiungeret. Quod negociũ tentatũ qdem eſt in proxime præterito Cracou. Conuentu cum Oratoribus Ducatus Mazouiæ per Regiã Maieſtatẽ & Senatores Regni: Sed Oratores ipſi Mazouiæ renitebãtur, nec ſuper eiſdẽ rebus aliqd tractare volebãt, aſſerentes ſe nullã facultatẽ vel mandatũ ſuper eiuſmodi rebus habere ab his qui eos miſerunt. Quare Maieſtati ſuæ ſupplicauerũt, vt totum hoc negociũ vniendi & incorporãdi Ducatus Mazouiæ ad Regnum & Ducatũ ipſum, & ad Incolas eius dimitteret, & Conuentũ ad talia tractãda Varſſouiæ indiceret. Quod ſua Maieſtas ex ſingulari ſua clementia effecit, Conuentũq; hunc Varſſouieñ. indixit, et agi voluit. Noſq; huc ad vos in eo negocio miſit, vt vobiſcũ ſuper eiuſmodi rebus ageremus. Cum itaq; ſua Maieſtas Regia plane perſpiciat indecorũ & pene abſurdum eſſe, ſi pars ſuo toto nõ cõgruat, ſuadet & hortatur, immo præcipit, vt cum (Deo volente) iam vnius capitis & corporis membra effecti eſtis, etiã vnis Legibus atq; inſtitutis vtamini, eis videlicet qbus mater ipſa noſtra Polonia, reliqueq; Ter

quæcꝫ Terræ Mazouiæ, puta Plocen̄. Goſtinen̄. Raven̄. Sochaczouien̄. & Belzen̄. vtuntur: præcipue quo ad expeditionē militarē & bellicā attinet, cupit ſua Maieſtas vt eam æquo Iure & ordine cum vniuerſis Terris Regni Poloniȩ ſubeatis. & inuicem ſuper his rebus conferatis, & omnia hæc de quibus ſupra mentio habita eſt, in præſentia noſtrum conſtituatis & firmetis.

Id cum effeceritis multū honoris & dignitatis atcꝫ cōmodorum rebus veſtris inde accedet libertatibuscꝫ & cœteris ſummis prærogatiuis, quibus nihil eſt dulcius, perfruemini: & Regiæ Maieſtatis dn̄i mei clemētiſs. gratiā vobis cōciliabitis, vobiſcꝫ ac poſteris veſtris, tū & bono ac trāqllo ſtatui veſtro optime cōſuletis.

Alia Legatio.

Poſt dictā gratiā Regiam, & Literas fidei oblatas, dicendum, ſatis eſſe iam declaratum, Terras Mazouiæ vnum eſſe corpus & vnā hȩreditatē regni Poloniæ, vnā gentem, vnā linguā, vnos dominos ipſorū ab initio ſemper extitiſſe. partito vero Regno inter Duces, vt alias Terras, ita & Ducatus Terraſcꝫ Mazouiæ decedentibus maſculis Iure feudi ad corpus & vnitatē Regni denuo rediſſe. quæ omnia ex Literis, Inſcriptiōibus, & exemplis ita clare cōſtant, ita in recēti memoria exiſtunt, vt nullis rationibus & argumentis inficiari poſsint.

Cum itacꝫ placuit diuinæ Maieſtati reliquā maſculā ſobolem Ducum Mazouiȩ ab humanis auferre, & reliquȩ Terræ Mazouiæ Iure feudi, & iuxta inſcriptiōes veteres ac recentes in Maieſtatē Regiā & Regnū Poloniȩ recidiſſent: Licet Maieſtas ſua potuiſſet e veſtigio poſſeſsionē earundē Terrarū accipere, & illis ſicuti reliquis Terris & ſubditis ſuis imperare, tamen voluit Maieſtas ſua vti decet clementem & benigniſsimū Principē, rem alioquin iam prius tranſactā iterum placide & æquanimiter trāſigere. Non enī dedignata eſt Maieſtas eius primū Legatiōibus benigniſsimis illos ad debitū ipſorū cohortari, deinde etiā ipſamet ad eos deſcendere, & iuſtis ratiōibus modiſcꝫ clemētiſsimis Ius ſuum & debitū illorum ab eis exigere: qbus cum iuſte reluctari nō potuiſſent, tandē vniuerſi Iuſiurandū Maieſtati ſuæ & Regno ſuo Poloniæ præſtiterunt.

Quāuis aūt petiiſſent tum & pariter in Cōuentu Cracou. dari ſibi in Ducem & dominū Illuſtriſsimū Principē Sigiſm. Auguſtum filiū Maieſtatis ſuæ chariſsimum, tamen Maieſtas eius id tum illis, & demum in Cōuentu Cracou. denegauit. quod nollet videri is qui Iuribus Regni ſui quicꝫ detraheret. quin magis cōducere putet, vt filio ſuo & omnibus ſubditis ſuis Regnū & DOMINIA VNITA QVAM SCISSA & diuiſa relinqueret.

Siqdem Ducatus Mazouiȩ mera eſt hȩreditas & corpus Regni Poloniȩ, poſſeſſuſcꝫ eſt ab initio a præfatis Ducibus Iure feudi. Quo qdem Iure iam maior pars ipſius Ducatus antea ſucceſsiue ad prædeceſſores Maieſtatis ſuæ & Regnū Pol. recidit. Nempe Terra Raven̄. Terra Sochaczouien̄. Terra Goſtinen̄. Terra Plocen̄. Terra Viſnen̄. quæ omnes Terræ ſunt Mazouiæ ſed eo Iure ad Regnū deuolutæ. atcꝫ id nō ſolum maſcula ſtirpe nō deficiente, ſed etiā fratribus ſuperſtitibus partitis inter ſe bonis ſibi inuicem nuncꝫ ſuccedere potuerunt. eocꝫ minus nunc ſuccedere poſſent cum vniuerſa ſtirps maſcula defecit. Quod ſcientes & intelligentes domini Duces nouiſsime defuncti, obtinuerant a Maieſtate ſua eam gratiā magnis precibus & ſeruitiis ſuis, Quod ipſi duo fratres ſibi inuicē ſuccedere potuiſſent. & cōceſſum illis erat hoc Priuilegiū a Maieſtate ſua, nō ſine magnȩ clementiæ teſtimonio. prout Literæ eo nomine cōfectæ ſatis declarant.

ARTICVLVS I.

Cōfirmātur Iura Mazouitarū. Lex I.

Sigiſm. Petric. 1529 Ex Statuto Mazou.

Omnia Iura, Priuilegia, donatiōes, cōſuetudines, libertates, prærogatiuas, & ſucceſsiones omnes omniū Nobiliū, & quorūuis ſubditorū noſtrorū in Ducatu Mazouiæ, tam publice quā priuate, iuſte & legitime datæ & emanatæ, in quorū ſeu quarū extant poſſeſsiōe pacifica, in uita 134

Ducum

Ducũ & dñorum ſuorũ, cõfirmamus, et in robore cõſeruamus ꝑpetuo. SIMILITERq́ꝫ omnia Statuta Terreſtria eiuſdẽ Ducatus, cõſuetudines & articulos, quo ad Iudicia Terreſtria & Caſtrenſia in omnib. cauſis, cõtrouerſijs, & rebus quibuſcũq́ꝫ in ſuo ordine antiquo, Statuto, tenore, & cõſuetudine cõſeruamus et cõfirmamus, iuxta antiquã eiuſdẽ Ducatus conſuetudinẽ, quibus non debent derogare nouæ conſuetudines Regni perpetuo.

Iuramentũ præſtitũ ꝑ ſubditos Ducatꝰ

Mazouiæ feria quinta in uigilia exaltatiõis S. Crucis 1526.

Ego S. ſpondeo & Iuro, quia Sereniſs. Prĩcipi & dño domino SIGISMVNDO Dei gratia Regi Polo. Magno Duci Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ &c. dño & heredi domino meo gratioſiſsimo, eiusq́ꝫ Maieſtatis SVCCEſſoribus Regibus Polo. fidelis, obſequens, & ſubiectus ero, ac omne bonũ & cõmodum ſuæ Maieſtatis & ſucceſſorũ ipſius Regũ & Regni Pol. procurabo, ac promerebo, et quæ ſenſero illis nocitura fore præcuſtodiã, & præcauebo, ac pro poſſe meo auertã, omniaq́ꝫ fidelit & obſequenter curabo & faciã quæ ad bonum & fidelem ſubditũ pertinent, ita me Deus adiuuet & ſancta Chriſti crux.

Ducatꝰ Mazou. Maiori Pol. adſcribitur

Sigiſm. Petrić. 1529 Ex Statuto Mazou.

Conſentimus, ut iſte Ducatus adiungat & adhereat, ſicut & aliæ Ter-
837 ræ, Terris Maioris Pol. Quando præſertim & Ducũ tempore Duces ipſi erant cũ Terris Maioris Pol. tempore belli. Nec ob aliã cauſam Terra Viſchneñ. ipſis Terris Maioris Poloniæ ſit adiuncta.

Quod etiã in Mazouia pecunia brachata recipitur.

Libro 2. Cap. 6. Artic. 4. de Moneta Statut. Kaz. iiij. vide.

Palatini & aliq Caſtellani præſertim in

Ducatu Mazouiæ liberi ſunt a ſolutione exactionis duorum groſſorũ Libro 2. Capitulo ſeptimo Articulo de fumalibus vide.

Ratio tamẽ æqua Mazonũ haberi non

poteſt atq́ꝫ Polonorũ, durantibus Conſtitutiõibus illorũ.

Sigiſm. Crac. 1540

Nuncij ex Terris Mazouiæ cũ multa a nobis poſtularẽt, quæ concedi ſolent per nos alijs ſubditis noſtris Regnũ incolentibus, & Statutorum cõmuni Iure fruentibus, a nobis hoc reſpõſum tulerunt, quod dũ ſunt Iure & coſuetudine ab alijs Regni noſtri ſubditis ſeiuncti, nõ in omnibus eorũ eadẽ ratio haberi poſsit, quę habetur ſubditorũ Regni. Sed ſi aliquãdo Iuribus & cõſuetudinibus ſe coęquare Regni noſtri ſubditis uoluerĩt, quod in eorũ arbitrio eſt poſitũ, tum eorũ ratio æqualis cum alijs eſt futura. Interim aũt in eorũ moribus, Iuribus, Priuilegijs, & cõſuetudinibus Priuilegio noſtro cõfirmatis illos conſeruabimus.

De limitibus Ducatus Mazouiæ defini

endis vide Libro 5. Cap. 1. Artic. 3. & iterum paulo infra repetetur.

CAPITVLVM VIII.

De Ducatu Baren. ac Mediolan. neenō Modunen. atq; Cremonen. Ciuitatib.

PRÆFATIO. Si dominus Deus filias Salphaad cum nō haberent fratres iuſte hęreditatē paternā poſtulare Moyſi reſpōdit, nefas eſt ſexum fœmineū fratribus nō extātibus a ſucceſsiōe hęreditaria repellere. Quocirca & Sereniſs. Regina noſtra BONA cum fratribus careat, iuſte titulo hęreditario Ducatus BAREN. potitur. Et hic qdem locus eſſet ſeriem Iurium eius Maieſtatis perſequi, ſi mihi eorū copia eſſet; Quia vero nō eſt, ea quæ tam per Literas quā per Legatos Diuus olim Sigiſmūd. pro eo Ducatu ex Cōmentariis fidedignis geſſiſſe memoratur, fideliter referā, vt poſteritas habeat in Repub. qualecūq; cōſilium, quod tanq; Theſei filium, in retinenda tam inſigni Reginæ ſuæ dote ſequat, & Priuilegia ad eā ſpectātia cum ea a Reginali M. nanciſcet, diligentiſsime cōſeruet, ac tueat. Tametſi vero Sereniſsima BONA poſſeſsiōe ipſius Ducatus ſui nō tam vi depulſa quā falſis criminatiōibus circumuenta exciderat, ad eam tamē nō multo tempore interiecto eſt reſtituta: Prætereaq; quod Ius ad Ducatū Mediolaneñ. & Ciuitatē Cremoneñ. haberet, declarauit. Quare hoc obiter addā hic, omnes hęredes poſſeſsionē ſolere cōtinuare in bonis qui Ius ſuum perſequunt, & animū eis carendi nō deponunt id aūt inter Regna pręſertim vim Iuris obtinere videtur, inter quæ, vt præſcriptiones nullæ fere ſunt, ita ſemper Iure poſtulandi aut etiam vi repetendi ablata libera datur facultas.

Numeri 27.

Rex Sigiſmū. Duci Baren. ad quaſdam Inſcriptiones conſentit.

SIGISMVNDVS Dei gratia Rex Pol. Manifeſtum facimus per præſentes vniuerſis. Quia pro neceſsitudine & amore mutuo, qui nobis eſt cum Illuſtr. Principe domina Iſabella Mediolani & Barii Duce matre & ſocru noſtra chariſſima, illi gratificari volentes, vt in vita ſua poſsit partim de ſeruis ſuis, partim etiā de religiōe & ſacricolis bene mereri, & ſuæ ſuorūq; ſaluti cōſulere, tenore præſentium cōſentimus, vt quādocumq; illi libuerit, poſsit inter ſeruos, & ad pia opera, aut quemadmodū illi melius videbit, decem millia Ducatorū in auro ex prouentibus annuis Ducatus Bareñ. diſtribuere, vel ad diſtribuendū inſcribere, ſeu obligare. Promittimusq; verbo noſtro Regio pro nobis & Illuſtriſs. filio noſtro Sigiſmundo nos eandē diſtributionē ſeu obligationē per eius Illuſtritatē factam, firmam & ratam habituros. In cuius rei teſtimoniū Sigillum noſtrum præſentibus eſt impreſſum. Datum Cracouiæ die quarta Februarii. Anno domini 1523. Regni vero noſtri 17. Sigiſm. Rex ſignificat.

Vniuerſitati Ciuium Ciuitatis Bareñ. & Moduneñ.

Magnifici, Nobiles, & Egregii, fideles noſtri dilecti Accepimus Literas quibus nobis dolorē noſtrum de obitu Illuſtris Ducis Iſabellæ, & fidem veſtrā erga nos declaratis. de qua nō aliter nobis perſuademus neq; dubitauimus quin in eo euētu vos ita exhiberetis, vti probos & fideles ſubditos decet. Nos etiā volumus ea erga vos gratia & æquanimitate vti, & tales vobis Officiales præficere, vt nobis ſubeſſe nunquam Iure vos pænitere queat.

Iohanni Dantiſco & Ludouico Decio Ioſto Oratorib. ſuis.

Nobiles fideles dilecti, heſterno die allatæ ſunt nobis Literæ Ioſti ex Bario, quibus ſignificat ſtatum illius & omnes res recte ſe habere, nihilq; aduerſi illic ortū, præter tumultum cōtra Ioſue, qui & ipſe tandem eſt ſopitus. Allatæ quoq; nobis ſunt Literæ a Ciuitatibus Bareñ. & Moduneñ. quibus fidem ſuā erga nos aduerſum abunde teſtātur, quā, & aliorū pariter Ioſtus ipſe declarat. prætereaq; ſcribit

eſſe magnas

eſſe magnas querimonias omniũ ſubditorum aduerſus Ioſue, & alios Officiales. Proindeq́ efflagitãt, vt cum illis iuſticia miniſtretur, petitur confirmatio Iurium & Priuilegiorũ, petuntur boni & æquanimes Officiales. Quocirca omniũ prima erit illic cura veſtra, vt videlicet cõpoſitis & ſopitis rebus, ſi quæ in perturbatiõe ſunt, iuſticiã vnicuiq́ miniſtretis, & Officiales tales cõſtituatis quorũ probitas & fides ſpectata eſt, & populo eſſent ex ſententia. De Priuilegiis cõfirmandis reſpõdimus nos id facere velle, quod & vos illic eis polliceamini, & trãſumpta illorũ nobis mittatis, qbus viſis libẽt cõfirmabim9, quęcũq́ iuſta & honeſta fuerit.

CArolo V. Cœſari.

Sereniſsime ac excellentiſſime Princeps. Significatũ eſt nobis nuper ex Mediolano Illuſtr. dñm Mediolani Ducem petere decreuiſſe, vel forte iam petiuiſſe a Maieſtate veſtra, vt Conſilio Regni Neopolitano demãdare dignetur, quo Ducatum Bareñ. ad nos iure legitimæ ſucceſſionis deuolutũ acciperet in ſequeſtrũ: in quo idẽ dominus Dux Mediolani neſcimus qd Iuris ſibi cõpetere aſſeuerat, et deducere nititur Illuſtr. olim dominã Iſabellã de Aragonia Ducẽ Mediolani & Barii ſocrum noſtrã nõ hęreditario Iure, ſed duntaxat vitę ſuę ſpacio illum poſſediſſe. Nos nõ dubitamus Ius certum & indubitatũ penes nos & Sereniſſ. dominã Bonam cõiugem noſtrã eſſe, Quod qdem nõ verbis ſed Literis, nõ vnis ſed pluribus, ſine cõtrouerſia probare poterimus, quorũ beneficio poſt mortem ipſius oli dominæ matris & ſocrus noſtræ poſſeſsionẽ illius Ducatus cõtinuauimus, quaq́ priuari citra inſignem iniuriam noſtram nõ poſſumus. Cum enim ad diſquiſitionem ventum fuerit, melius diplomata ſeu Priuilegia noſtra quam nuda verba vim Iuris & iuſticiæ declarabunt. ⁘ ⁘ ⁘

Legatio Sigiſmũdi Regis ad Carolum V. Cœſarem data Staniſlao Borek Canonico Cracouienſi.

Cum proximis his menſibus Illuſtriſſima domina Iſabella de Aragonia Dux Mediolani & Barii ſuæ Serenitatis mater, & ſocrus, ab hac vita diſceſſiſſet, relicto iuſto & hęreditario Iure Ducatus Bareñ. Sereniſſ. Bonæ cõiugi Serenitatis ſuę, filiæ vero ſuæ, ad capiendãq́ poſſeſſionẽ eiuſdem Ducatus Serenitas ſua ipſius Sereniſſ. cõiugis ſuæ nomine Nuncios & Procuratores nulla mora facta miſiſſet, illicq́ ea ipſa poſſeſſiõe accepta, & aliquãto tempore cõtinuata: rerum & negociorũ eiuſdem Ducatus curã & adminiſtrationẽ ſuſcepiſſent, Vicerex veſtræ Maieſtatis Regni Neapolitani eandẽ poſſeſſionẽ illis ademit, & ſequeſtrẽ cõſtituit qui ad cauſæ diffinitionẽ eidem Ducatui præeſſet: quaſi lis eſſet ſub Iudice, cum reuera nulla vnquam fuerit, nec eſſe poſſit. ⁘ ⁘

Totum enĩ Ius ipſius Ducatus apud Sereniſſ. dominã Reginam eſt ex legitima ſucceſſione: cuius vim & ſeriem ex Literarum & Priuilegiorum exemplis, quæ mecum attuli, veſtra Maieſtas probe cognoſcet.

Miratur aũt vehementer Seren. domini mei celſitudo, cur & qua ratiõe tãta iniuria ſit ei irrogata: cum totius orbis hominũ Ius eſſe peculiare nõ ignoret, poſſeſſionẽ bonorum nemini niſi ad diſqſitionem vocato, Iureq́ victo adimi ſolere. Si enim Illuſtriſſ. dominus Mediolani Dux aliquid Iuris haberet, quo ſibi perſuaderet hunc ipſum Ducatũ fore ſuum: aliis modis quam vi Iuſticia ſua ſibi quærenda erat. Deeſt concluſio.

Carolo V. Cœſari Sigiſm. pro reſtituto Ducatu gratias agit.

Sereniſſime ac excellentiſſime Prĩceps &c. Nuncius noſter quẽ in cauſa Bareñſi ad veſtrã Maieſtatẽ miſeramus tãdem rediit: duas res gratiſſimas afferens, quarum hæc potiſſima eſt, quod declarauit V. M. in ea beneuolẽtia erga nos permanere, quã nobis ex ea ſanguinis coniunctiõe quæ nobis cum illa intercedit pollicebamur. eſt deinde nobis per quã gratum qđ V. Maieſtas Ducatum Bareñ. nobis reſtituere dignata eſt, nõ adeo propter ea cõmoda quæ illinc habituri ſumus, quã quod hi diſſidentes animos noſtros inuicem videre vellent, q alienis malis lętari ſolent. Agimus igitur veſtræ Maieſtati quas maiores poſſumus & debemus gratias, relaturi etiã quacũq́ parte & occaſiõe id facere poſſumus, vt amori noſtro nunq́ intermorituro, ſed perpetua ſerie permãſuro ad ſummã coniunctiõnẽ nihil

deſuturum eſſe videatur. Cœterum quia is Orator noſter qui iã pridem apud veſtram Maieſtatẽ fungiť munere ſibi a nobis iniũcto, ob eas neceſſitates quæ ſubinde ſe offerunt adhuc munus ipſum aliquãtiſper eſt obiturus, referetq; a nobis nõnulla veſtræ Maieſtati, Idcirco rogamus illã plurimum, dignetur eius verbis, qua ſolet benignitate, ęque ac noſtris proprĳs fidẽ adhibere. Valeatq; fœliciſſime M. V. & voto ſuo in omnibus optatis potiatur, noſq; habeat cõmendatos. Datum.

Eidem Carolo V. Cœſari.

Sereniſſime ac excellẽtiſſ. Princeps &c. Rediens dudum ad nos a veſtra Maieſtate Nuncius & Secretarius noſter Borgius, declarauit nobis a M. V. nos in poſſeſſionẽ Ducatus noſtri Bareñ & Prĩcipatus Roſſani reſtitui mãdauit, & Literas ad eam rem opportunas nobis attulit, de quo officio & amore fraterno M. veſtræ fuimus admodum cõſolati. & illi e veſtigio gratias quas debuimus per Literas noſtras egimus: verum facti nunc ſumus certiores illinc ab Officialibus & Procuratoribus noſtris ipſam poſſeſſionẽ nobis vigore Literarũ Maieſtatis veſtrę reſtitutam denegari, remq; prætextu quarundã Literarũ aliarum Maieſtatis quę ex diametro ſunt cõtrarię inueſtituræ. & aliis Literis nobis cõceſſis in lõgum produci. Quibus ſcriptũ dicitur (quod admodũ nobis mirum videtur) vt niſi vocato pri9 Illuſtriſſ. dño Duce Mediolani de reſtituenda nobis poſſeſſiõe nihil fieret: vt hac mora & difficultate iniecta, pariãt nobis aliquod incõmodum, hi qui & fauorem nobis Maieſtatis veſtræ inuident. & noſtrã mutuã cõiunctionem, & neceſſitudinem ęgre patianť. Cum aũt & nos vocati nõ fuerimus quãdo poſſeſſio nobis indicta cauſa adimebatur, qui ad illã legitime ſucceſſimus, obtinuerimusq; inſuper inueſtiturã a Maieſtate veſtra, facto illi debito omagio, quæ concedi non ſolet niſi poſſeſſoribus, vel qbus poſſeſſio Iure debetur. Proindeq; ſequeſtrum cum ipſa Inueſtitura nequaq; cohærere poteſt. Quocirca rogamus etiã atq; etiã M. V. vt fratrem noſtrum honorã. illſ. nõ patiatur nos ita & cõiunctionẽ & neceſſitudinẽ noſtram mutuã apud ſe per ęmulos noſtros labefactari, vt etiã illud ſaltem qď nobis Iure optimo debetur, & M. V. iam ſemel cõceſſit, & reſtituendũ cõmiſit conſequi nequeamus: iubereq; dignetur M. V. denuo, vt citra iſtas productiões & difficultates nobis ipſa poſſeſſio bonorum noſtrorũ reddatur, qua potiti, parati erimus coram M. V. aut eius collaterali conſilio, nõ ipſi ſolum Illuſtr. domino Duci Mediolani, ſed etiam vnicuiq; alteri pro Iure noſtro reſpondere.

Carolo V. Cœſari SIgiſmundus Rex.

Sereniſſime ac excellentiſs. Princeps, Fecerunt nos certiores Officiales & Procuratores noſtri hactenus Arcẽ Bareñ. nõ eſſe nobis reſtitutã, nõ poſſumusq; nõ vehemẽter mirari, vt cum ſemel M. V. Cœſarea pro ſua æquitate ac in nos animi ſui propenſiõe ſuper Inueſtiturã ipſius Arcis Bareñ. dederit aſſenſum, & beneplacitum ſuũ, vnde ſit iſtud impedimentũ, q̃minus Decretum M. V. Cœſareæ locum habeat. Propter ea rogamus M. veſtrã omni ſtudio vt tandẽ poſſeſſionẽ eiusdem Arcis Bareñ. nobis reddi & libere dimitti faciat, & vt M. veſtra Cœſarea aures hominibus maleuolis non accõmodet, qui inter nos diſſidiũ quærunt, cõiunctionẽq; ac mutuã beneuolentiã & neceſſitudinẽ noſtrã dirimere contẽdunt. faciet Maieſtas ſua rem ſua virtute & noſtra in ſe perpetua obſeruantia dignam.

Legationis ad Cœſarem fragmentum.

Nuncius noſter hoc aget diligẽter, vt reſtituamur in poſſeſſionẽ Ducatus Bareñ. & ſi Dux Mediolani aut quiuis alter prætendit ſe aliquod Ius habere ad Ducatũ ipſum Bareñ. cum vocabit nos, aut Sereniſſimam coniugem noſtram dominam Reginam in Ius, ſtabimus paratiſſimi omni Iudicio.

Et cum M. Cœſarea vult miniſtrare iuſticiã Illuſtr. domino Franciſco Duci Mediolani de Ducatu Bareñ. roganda erit, vt ſimiliť adminiſtrare velit nobis iuſticiam in Ducatu Mediolaneñ. & in dotibus auiæ Sereniſſ. cõiugis noſtræ dominæ Reginæ, hoc eſt in Ciuitate Cremoneñ. quoniã Maieſtas ſua Reginalis plus Iuris habet ad Ducatum Mediolaneñ. quã habet Dux Frãciſcus in Ducatu Bareñ. Aequum eni eſt & valde cõueniens & cum M. ſua Cœſarea, vult miniſtrare iuſticiam in vno, velit etiam miniſtrare illam & in alio.

Bona Regina Polo. habet Ius ad Ducatũ Mediolan. & Ciuitatem Cremoneñ.

Item

Item excuſabit nos Nuncius qđ tam diu Omagium debitum Cœſareę Maieſtati nō pręſtitiſſemus, nam id nō negligētia vlla, ſed cum propter longinqtatē itineris tum propter multas occupatiōes bellicas & curas qbus ad hoc tempus diſtricti fuimus facere diſtulimus. Nunc vero mittimus mandatum ſufficiens ad illud præſtandū. nam de Iure viuente Illuſtr. olim matre noſtra domina Iſabella præſtare nō attinebat, nec eramus obligati. Iurabitq; Nuncius Omagiū nomine Reginal. M. prius, et demū ſi neceſſariū erit, Iura etiā pręſtabit noſtro noīe poſtremo Quāuis aūt in vita eiuſdē Illuſtr. matris noſtræ populi & Vaſalli Ducatus noſtri Bareñ promiſerunt & rogauerūt ſolenni ſtipulatiōe, qđ Sereniſſ. dominā Reginam poſt mortē & fœlices dies dictæ Illuſtr. dominę Iſabellæ Ducis. habituri eſſent in ſuam verā & vtilem dominā dicti Ducatus ac Ciuitatū & Terrarum ad illam ſpectantiū, tanq; vnicam legitimā & vniuerſalē hæredem Illuſtr. olim dominæ Ducis. eiq; præſenti, recipiēti, & ſtipulanti ad ſancta Dei Euangelia corporaliter manibus iunctis tacta ſponte iurauerūt, & iuramenta corporalia præſtiterūt. Quia tamē id fecerunt abſq; conſenſu Cœſareæ & Catholicæ M. rogāda erit M. ſua Cœſarea & Catholica cōſentire digneť & admittere, vt dicti Vaſalli & populi denuo iuramentū faciāt, & promittāt, modo quo ſupra dictæ Seren. dominæ Reginę qđ eam recognoſcēt verā dominā & patronā dictarum Ciuitatū & Terrarū, eiq; de omnibus & qbuſcūq; fructibus, redditibus, introitibus, & prouentibus illarum reſpondebūt, & reſponderi facient ſecundum Iura & Conſtitutiōes Regni Neapolitani, ſicuti decet Vaſallos facere & exequi.

Item impetrandæ erunt cōmiſſiones efficaces vt præfecti Cœſareæ Maieſtatis non moleſtent deinceps nos in Ducatu ipſo Bareñ. ſed vt deinceps ſecurum illū ſemper habeamus ab omni perturbatione.

Item quoniā Illuſtris olim mater noſtra moriens multas donatiōes & legata fecit teſtamento ſuo ſeruitoribus ſuis, & aliis multis perſonis etiā ad vitam illarū, alienando multos prouentus Ducatus noſtri Bareñ. qđ facere nō potuit obſtantibus pactionibus & Cōuentionibus matrimonialib. quę inter nos & illā interceſſerūt: roganda erit M. Cœſarea ne eiuſmōi teſtamentū & legata approbet, & cōfirmet, & ſi forte iam cōfirmauit & approbauit ignara exiſtens de Iure noſtro & pactione prædicta, vt caſſare & inualidā facere priorem ſuam cōfirmationē ſurrepticiæ obtentam noſtra & iuſticiæ cauſa dignetur, prout apparet in capitulis Matrimonialibus quæ oſtendentur. .·. .·. .·.

Item petet Nuncius noſter a M. Cœſarea qđ reſtitui faciat quatuor paſcua mōtis ſerici quæ ſunt ablata nomine Maieſtatis ſuæ Cœſareæ, eo prætextu, quod prius ad viſum Maieſtatis ſuæ tenebantur.

Omnia aūt ſupradicta aget Nuncius & tractabit cōmuni conſilio & opera cū Iohanne Dantiſco Nuncio noſtro quem antea ad M. Cœſaream miſimus.

Iuſticia aūt quā Sereniſs. coniunx noſtra domina Regina habet ad Ciuitatē Cremonā eſt iſta, Ea enī Ciuitas Cremona data fuit in dotem ab Illuſtr. domino Duce Philippo vicecomite Illuſtr. dominæ Blancæ filiæ ſuæ, quæ collocata erat in matrimoniū Illuſtr. Comiti Franciſco Stoiciæ proauo ſuæ Maieſtatis, ex quo cōnubio nati ſunt filii multi, qui omnes habuerunt dominiū & prouentus dictę Ciuitatis pro rata parte: Ex iſtis aūt ſucceſſoribus nō extat perſona aliqua legitima, niſi ipſa Sereniſs. domina Regina, & Dux Franciſcus. propterea medietas eſt de mera iuſticia ſuæ Maieſtatis, imo & plusq; medietas, ea ratione qđ fœlicis memoriæ Illuſtr. domina Iſabella Duciſſa ſuæ M. mater fuit filia Illuſtr. dominæ Hyppolitæ Sforciæ Duciſſæ de Calabria filiæ legitimæ dictæ dominæ Blancæ, & ob id dicta Sereniſſima Domina Regina haberet Iuſticiam & Ius in duabus partibus ex tribus dictæ Ciuitatis.

Mandati fragmentum.

Sed cum Illuſtris dominus Dux Sforcia pro Ducatu Barenſi ad quē nullum Ius habet nos impetat, nos vero ad Ducatū Mediolani plenum & perfectū Ius habeamus, Nihilominus tamē pro Ducatu Bareñ. reſpondere non abnuimus, modo rogamus Cœſareā M. quā & tu verbis noſtris roges, vt cū primū de Ducatu Bareñ. nobis lis mouebitur, ſua M. vnico atq; eodē Iudicio vnoq; actionis contextu cauſam etiam

ſam etiã Ducatus Mediolaneñ. atq; ita & Ciuitatis Cremoneñ. ad quã etiam Ius habemus diiudicare, determinare & difinire iubeat. id nos paribus vel etiã maioribus officiis & meritis ſuæ Maieſtati rependere ſemper præſto erimus.

SIgiſmundus Comiti de Naſſom.

Illuſtriſsime Princeps nobis chariſsime, facti ſumus certiores Illuſtr Principẽ Frãciſcum Sforcia velle nos impetere, & in Ius vocare pro Ducatu noſtro Bareñ cui nos nõ abnuimus qdem reſpondere Iure & Iuſticiã noſtrã declarare, verum cum nobis etiã Ius cõpetat ad Ducatũ Mediolaneñ. & Ciuitatẽ Cremoneñ, Rogamus plurimũ tuam Illuſtr. facere velit operã ſuam apud Cœſareã M. vt cum nobis inſtituetur actio pro Ducatu Bareñ. cõmittere dignetur M. ſua Cœſarea quo vno eodẽq; Iudicio pro Ducatu quoq; Mediolaneñ ac Ciuitate Cremoneñ, ad quam etiã Ius clarum habemus, cognoſcatur & difiniat. informabit de his et aliis noſtris negociis plenius tuam Illuſtr. Orator noſter Magnificus Iohannes Dantiſcus de mente noſtra ſufficienter inſtructus. quẽ benigne audire & plenã illi fidem adhibere velit. nos vero viciſsi omnibus in rebus quibuſcũq; poterimus tuæ Illuſtritati hanc operã referre curabimus. Datum.

CAPITVLVM IX.

De Samogitia & Pomerania.

Si Coſmographi non ſeorſim Samogitiæ & Pomeraniæ meminiſſe ſolerẽt, diuerſumq; genus hominũ Samogitas a Lithuanis, & Pomeranos a Pruthenis aſſeuerarent: & niſi præter ea ita rem ſeſe habere ipſe quoq; audiã: certe ego eas Prouincias, ipſam videlicet Samogitiã ſub Capitulo de Lithuania, cuius vtiq; pars eſſe præſumitur: & Pomeraniã ſub Capitulo de Pruſſia, cui ſaltem cõtermina eſt: reſpoſuiſſem. ne nimiũ diligenter Prouincias Regni enumerãdo, vel Cymini ſector, vt eſt in prouerbio, vel intẽpeſtiuus opum Regni oſtentator cautis lectoribus, vt hoſpitibus delicatis, eſſe videar. Ac proinde iam longe alia ſcripturiẽti pene oblito in memoriã earũ Prouinciarũ recordatio ſubiit. Vtcũq; aũt illę Prouinciæ, ſuis Magiſtratibus ac Iuribus diuiſæ, ac deſcriptę ſint: cum tamẽ nulla publica Literarum monimẽta de eis habeã meminiſſe potius hic earũ Prouinciarũ, quã ipſa earum Iura, quibus Regno cohęrẽt recenſere cogor hoc vnum interea ſufficere arbitratus, ſi earum alterã Regum Pol. alterã aũt Ducũ Lithuaniæ ſemper proprias ac tributarias fuiſſe, & eſſe, meminero.

CAPITVLVM X.

De Moldauia ſiue Valachia.

PRÆFATIO. Niſi res humanæ in orbem ſemper agerenť, & dominia rerum abire & redire ſolerent, arroganter fortaſſis Moldauiã inter Prouincias Regni Poloniæ reponere viderer: quod ea dubiũ quo fato Polonorũ ditiõe excuſſa, iam facta ſit Iuris alieni. Vtcũq; tandẽ rebus in humanis ludit ſors, Iuris Polonici Moldauiam aſſerere non dubitamus, quod ſemel tanta cũ ſolennitate Regno acceſſit, Iureq; iurãdo ei ſubiecta eſt, vt niſi remittentibus Polonis Iuſte ſui etiã Iuris eſſe nequeat, tanto minus alieni. Voluntate enĩ dominorũ nõ defectione ſubditorũ in libertatẽ reſtitutio fit, Iure etiã poſſeſſorũ non vi hoſtiũ iuſta Imperia quæruntť. Alioqn & ſerui fugitiui liberi, & ſpolia prædonũ propria cenſeri poſſint, non legitimorũ dominorum, quorũ euaſerint poteſtatẽ, vel quibus illa abſtulerint. Ac eqdem nondum ſcio fortunã ne, id eſt diuinũ arbitriũ cui omnia ſubſunt, an negligentiã qua male cuncta geruntť accuſemus, quod Moldauos amiſerimus; qd'q; apud illos nũc pro noſtris hoſtiũ ſunt præſidia, procq; confœderatis ſociis aduerſarios profeſſos ex illis ſimus habituri. Quod enim multoties quaſi poſtliminio ad nos redibant, videri poteſt diuinitus oblatũ fuiſſe beneficiũ: qd' aũt illos toties reiecimus, fortaſſis in officio pietatis ac prouidẽtiæ deliqmus. Et fuerit qdem aliquãdo vera forſan hęc

ſentencia,

ſentencia, certe ſi hæc tēpora priſcis cōferamus, abſtinere ab illorū ſocietate potius quā auribus lupum tenere arbitror: quātumuis honeſtior fortiorq; hæc poſtrema vulgo videatur eſſe deliberatio. Non enī in aliquouiſq; plauſibilia, quæq; ante pedes iacent cōſilia oculi deliberantiū ſunt inferendi: verum quæ ſemper Reipu. cōſeruādæ ſit vtilis animaduertēda & ſequēda eſt ſentencia. Itaq; tam iniquo tēpore, & metu dubii euentus, Moldauos ipſos, præſertim qđ iam alieni Iuris ſint, præſtat pro dubiis ſubditis mere externos haberi. Etſi enī perfidia gentis aliqua ratiōe coerceri potuiſſet. At iam nobis pro illis, vt Germanis pro Trāſiluania, vel Gallis pro Parma, fuerāt ſubeunda certamina, certaq; pax certiore etiā bello cōmatanda fuit. Idcirco recte ſane hoc tempore metu, vel ſaltem intēpeſtiue ſupplicibus reſpònderi poteſt, qđ olim Romæ plano frequēter in via fractū ſibi pedē fuiſſe ſimulāti, & iterū eos q ſe quo volebat deferebāt irridenti, a technę peritis reſpōdebat: TOLLAT TE, QVI NON NOuit. Quo ſenſu qdā de illis cecinit.

Perfidia regnant Valachi, hunc uincendo per illum:
Quamq; tenent nulli, dant tamen usq; fidem.
Enſe necant dominos miſera cum plebe Tyranni:
Quos rurſus tollunt toxica, tela, fugæ.
Calliditas genti Romana uidetur ineſſe,
Punica, ſiue fides Græca: Polone caue.
Nunc uero inprimis cum uis hanc tanta coherceт,
Intus habet fraudes, at foris arma tenet.

Vtcumq; tamē res ſeſe habeat, recenſebo omnē deditiōis ac Omagii Valachici celebritatē, quā in Regiis Cōmentariis fideliter ab oculatis teſtibus conſcriptā inueni, vt noſtri Principes amiſſam Prouinciā quaſi poſtliminio, ſi id olim cōmode diuina ope fieri poterit, recuperent. Noſtrorū enī facilitate illi abuſi, iugum Pol. excuſſerunt, quod & præſente, & armato Kazimiro Rege ſuſceperant.

Omagium Palatini Moldauiæ.

Poſt plures tractatus inter Ser. P. & D. D. Kazimirū III. Regem Pol. & Barones Poloniæ ſuæ Ser. & Regni nomine ex vna, & inter Magnificū Iohannē Stephanū Palatinū Moldauiæ armigeroſq; ipſius ſuo & Terræ Moldauiæ ſimiliter nomine parte ex altera, partī perſonaliter, partim etiā per Regiæ M. Nūcios diebus aliquot ab aduentu ipſius in præſentē diem habitos, dominus Palatinus Moldauiæ qui ſupra, propter defenſionē a Poloniæ Regno habendā, feria ſecunda ꝓxima poſt feſtū Natiuitatis Virginis glorioſæ Mariæ ad Omagiū Sereniſs. Principi domino Kazimiro Pol. Regi &c. inclytæq; ſuæ Poloniæ Coronæ præſtandum, ſe, poſteros, & Terrā ſuam Iuramēto ad fidelitatē, ſubiectionē, & obedientiam perpetuo ſeruandā, habendā, & obſtringendā cōſenſit, hora terciarū, eadēq; die hora meridiei, vel paulo ſerius, Omagium & corporalę Iuramentū præſtitit, iuxta informationē per M. R. datam. Primū itaq; Maieſtate R. cum adhuc ille abeſſet, ſoliū ſuum in Corona qua coronatus eſt, aſcendēte, ibiq; in apparatu integro, quem circa coronationē induit, ſedente, Maieſtatis ſede ſepta Spūalibus & Sęcularibus Prælatis & Sūmatibus infraſcriptis, Stephanus Palatinus a M. R. per Magnificos Nūcios ad vniendū faciendūq;, ea quæ debet, auiſatus & conductus cum omnibus ſuis armigeris, Boiaris vulgari eorū dictis, eques venit: ad latus vero per vnum ſuū fidelem habebat, cui Banderiū quoq; magnum ſericeū coloris rubri, in quo arma Terræ Moldauiæ pulchre auro depicta erāt, pręferebatur. Sui vero omnes Tęrrigenæ bona hęreditaria, in Moldauia habētes, & alii omnes Curieñ. notabiliores Banderia parua, quilibet ſuum equū inſedendo, manu tenebāt. Ipſius, & Regiis clangentibus tubis: Accedenſq; ad ſoliū M. R. ex equo deſcēdit, dein Banderiū manibus corripuit, ac mox cum Banderio verſus ſoliū proceſſit: id etiā ſui omnes poſt eum fecere. immediateq; ſolium accedens, flexis ſuo more genubus & capite prono, Banderiū vſq; ad terram inclinat. ſimiliterq; facientibus ſubditis: tenorem Omagii his verbis proferebat, M. Regia immota ſedente, ſed ſtantibus dn̄is: his verbis in facie M. R. Clemē-

CLEMENtiſsime mihi Rex, ego Serenitati veſtræ Omagiū facio & præſto cum omnibus Terris, & hominibus meis, & peto tuitionē Serenitatis veſtræ, & circa Iura, in Iureqꝫ meo, & Dignitatibus cōſeruari. Hic adhuc Banderiū tenuit, pro genu aūt flexione, de ritus ſui more capite inclinato, tacto ſigno crucis ſancte Iusiurandum fecit corporale, his verbis.

Iuramentū quod Stephanus Pal. Moldauiæ Kazimiro Regi & Regno Pol. in loco campeſtri circa Colomiam feria quinta in craſtino Exaltationis s. Crucis anno domini 1485. preſtitit.

GRATIOſiſsime Rex, ego Omagiū præſto, & Iuro, ac etiā promitto fideliter ſine dolo & fraude ueſtræ Serenitati, ſucceſſoribusqꝫ Serenitatis ueſtræ Regibus & ſacræ Coronæ Regni Pol. cum omnibus Terris, Baronibus, & hominibus meis, fidelitatē, eſſeqꝫ fidelis & obediens Serenitati ueſtræ ſucceſſoribus, & Coronæ Poloniæ Regni. Sic me Deus adiuuet, & ſancta Chriſti crux. 162

Mox Iuramēto finito, hec reſpōdit M. R. uerba reſidēs in ſede M. ſuæ.

NOS te & Terras tuas in noſtrā protectionē recipimus, & circa omnes Dignitates & Iura omnia Terrarū tuarū tanqꝫ Palatinū noſtrū relinquimus.

HIS dictis oſculata eſt eum Maieſtas Regia.

OSCVLO facto recepit Banderiū M. R. manibus ſuis de Palatini manibus, in manusqꝫ Marſchalci Regni illud dedit. Hic primū armigeri omnes Palatini Moldauiæ ſtantes circa ſoliū Maieſtatis, ſua Banderia parua e manibus in terrā ſtrauerūt, Marſchalcoqꝫ Regni prædicto Banderiū magnū de ſolio Maieſtatis, iuxta ac cōcluſum erat, ad Theſaurum Regiū deferente, & parua illa per Cubicularios M. Regię collecta, iidē ad Theſauri locū ferebant ſeruanda. Noluit quippe Palatinus & armigeri ſui cōſentire, ut intra tractandū diriperent: quin petijt ipſorū ut Bīderia Omagialia honeſte ſeruarent: propter maioris amiciciæ autoramentū. Quo facto M. R. nō longe a ſe Palatinū tanqꝫ amicum & ſuum Omagialē penes ſe locauit, & conſedentibus illis, armigeri ipſius omnes ſub hac forma iurauerunt tacta cruce.

Iuramentū quod Valachi Regi & Regno Poloniæ præſtiterūt.

NOS BAROnes, Vaſalli, & tota Terra Moldauię præſtamus Omagiū noſtro & totius cōmunitatis Terrę Moldauię nomine, Sereniſsimo Principi dño Kazimiro & ſucceſſoribus Regibus Polo. & Coronæ Regni Pol. promittimusqꝫ & iuramus omnē fidelitatē, ſubiectionē, & obedientiā in perpetuū Serenitati ſuæ Regno, & Regibus Poloniæ. Ita nos Deus adiuuet, & ſancta Chriſti crux. 162

Quod quidē Iuramentū quidā eorum manibus cruci appoſitis, quidā vero expanſis ſupra, fecerunt. Eo facto Regia Maieſtas omnes Palatini armigeros, vniuerſam denique Curiæ ſuæ iuuentutem, militiæ ſymbolis inſigniuit.

Huius actus Regij, & Pol. Regni, tam notabili celebritati pro Cerimoniarū more Reuerēdiſs. & Reuerēdus in Chriſto patres domini ac Magnifici, Venerabiles, Strenui, Generoſi, ac Nobiles interfuere: Iohannes Vatropka Archiep Leopolieñ. qui ſancta tenebat ad Iuramēta. Mathias de Stara Lomza Epiſcopus Camenec. & Iohānes Targoviczki Elect9 Chelmeñ. eidē ſuffragātes: Iacobus de Dambno Caſtellanus & Capitaneus Cracou. qui ceruici Regio ſacrū imponebat dirigebatqꝫ dyadema, Mathias de Bnyn Poſnañ. Iohānes Amor de Tarnovv Cracouieñ. Spitko de Iaroſlavv Sandomir. qui Sceptrū Regni gerebat, differebātqꝫ quippe hi domini Cracou. & Poſnañ. Palatini, quod uterqꝫ illud ferre nitebatur alter alteri ſe preferēdo, unde unanimi cōſenſu Pal. Sandom.

Sceptra dedere pro hac uice dūtaxat, Iohānes de Pilcza Ruſsiæ generalis, Iacobus de Buczacz Podoliæ, & Dobeſlaus de Buſſovv Belzeñ. Palatini: Raphael de Iaroſlavv Sandom. qui etiā Regni Marſchalcatū gerebat, Nicolaus de Kurozvanki Siradiē, Iohānes de Koſzczyelec Dobrineñ. Nicolaus de Zmigrod Pręmiſl. Michael de Buczacz Halicieñ. Caſtellani: Creſlaus de Kurozvanki Decanus Gnezñ. Cancell. Petrus de eadē Kurozvanki Theſaurarius qui ſub hac differentia pomū tenebat, Cancellario ipſo Omagij & Iuramentorū formā atq; tenorē pronunciante, Gregorius de Lubranyecz Præpoſitus Skarbimirieñ. Vicecancel. Regni Pol. Stanislaus de Broſno Marſchalcus, Ambroſius Pampovski Inciſor Curiæ M. R. Iohānes Podlodovvski Zarnouieñ. Iohānes Oleski Malogoſteñ. Caſtellani, Nicolaus de Tanczyn Gladifer, Iohānes de Tarnovv Vexilifer Cracouieñ. alijq; quam plures Nobiles Iuuenes & Regni Indigenæ fidedigni.

CAPITVLVM XI.

De Ducatib. prædictis a Regno, ab ſeſeque diſlimitandis.

Lithuaniā a Mazou. Cōmiſſarij diſlimi

Prouidentes difficultatibus & grauaminibus ſubditorū (tent. Lex I. Sigiſm. Crac. 1510. Idem folio 703.
7. noſtrorū Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, quæ occaſiōe granicierum inter eadē dominia & Mazouiā tum inter Magnū Ducatū & Regnum ſępe cōtingunt, Volumus & decernimus, ut quotiēs opus fuerit per nos Cōmiſſarij deputent̄, & mittātur noſtris expenſis prouidendi, ad faciēdas eaſdem granicies & iniurias cōponendas, occaſione illarum hincinde exortas, quatinus absq; querentium onere Iuſticia eis miniſtretur.

DE EODEM.

Dietæ & Iudicia antiqua inter Ducatus Lithuanię, Pruſsię, & Mazo- Sigiſm. Petr. 1529. Ex Statuto Mazou.
136 uiæ, in locis ſolitis pro omnibus iniurijs & uiolētijs ſubditorū ex utraque parte fieri debent de cœtero, & innouari, iuxta antiquā conſuetudinem & proceſſus Terreſtres.

DE EODEM.

Cōmiſſarios iam nūc ad fines Regni emittemus, qui tam de finiū regūdorum, quā de alijs cauſis nomine iniuriarū ſuſcitatis certū aliqd cōſtituerēt. Quocirca iā eos nominare, & dare uolumus. Sigiſm. Crac. 1543.

DE EODEM.

Quia tenemur paci & tranqllitati ſubditorū noſtrorū cōſulere, Commiſſarios ad diſlimitāda dominia Regni noſtri a uicinis dominijs puta Hungariæ, Marchiæ, Sileſiæ, Pomeraniæ, Lithuaniæ, & Pruſsię, necnō ad reſarciēda damna & iniurias mutuas deſignauimus: Cui qdem noſtro inſtituto ut quā citiſsime ſatis fieri poſsit, dabimus operā diligentē. Commiſſarij aūt noſtri etiā diligenter curabūt, ut pro ijs damnis, quæ per cōmunes Cōmiſſarios Seren. Regis Romanorū & noſtros in Sileſijs ſunt decreta, hominib. noſtris ſatisfactio iuſta et cōpetens impendat̄. Sigiſ. Aug. Pe. 1550.

Alioquin ſi prædones Sileſiæ a violentiis ſibi nō temperauerint, vel a Rom. Rege non arcerent, Statutū de nō inferendis priuatim bellis relaxari debet, de quo vide Libro 6. Capitulo 1. Articulo 1. de re Militari & eodem Libro, Cap. 3. de Regni defenſiōe mercenaria.

CAPITVLVM XII.

De fœderatis populis.

Hactenus de Prouinciis Regno vnitis, atq; ſubiectis egimus, ſequitur vt de fœderatis Regni eodē ordine agamus. Fœderati enī ſunt, qui omnino liberi exiſtētes, ſuisq; Legibus viuentes, Polonorū Maieſtatē comiter obſeruare, mutuāq; amiciciam colere ſeſe receperūt. Et ſi enī in genere humano nō detur propria differentia, per quā homo ab homine, gensq; a gente ita differat, quin omnes vna & eadē definitio cōtineat, vt ſuperius quoq; meminimus: Nihilominus virtus & vicium, propiorq; vel nulla alterius cū altero cōiunctio, homines tantū inter ſeſe cōiungunt, vel e cōtra ab ſe diſtare faciūt, vt ob hæc homo homini Deus vel Satan, tutor vel Tyrānus ſit, & eſſe nucupet. Atq; ob hāc in ipſo genere hominū varietatem, hæ gentes quæ de ſua vltro citroq; Iuſticia ſibi bene perſuaſæ ſunt, cōtra vim malorū, ii qui vel domi Reſpub. eorū turbarēt, vel foris ingruerēt, in vnā ſocietatē coire, & tā ſanctorū quā prophanorū exemplis Regum fœderari cœperūt. vt ſcilicet & ſibi ipſis in metu ſatis cōfiderent, & cōtra ipſos audaces fortiores fierēt. Et ſi qdem fœdus ſponſio aliquarū gentium ſeu Regum profeſſa, iureiurādoq; ad pacem inter ſe ſeruandā, rebelles vero ſecundū cōuentionē reprimendos libere cōfirmata. Tametſi fœdus proprie pacem quæ feritur inter dimicantes ſignificet, ita dictum, quod fides in fœdere interponi ſoleat.

Et tria qdem genera fœderū antiquitus fuiſſe accepimus qbus populi aut Reges mutuas amicicias inibant, vnū cum bello victis a victoribus dicebātur Leges: Alterum cum pares bello & æquo fœdere in pacem atq; amiciciā veniebāt, redditis per conuentionē iis rebus quarū bello turbata fuit poſſeſſio: Tercium cum liberi populi ad amiciciam ſociali fœdere iungendam coibant.

Inde fœdus generaliter dicitur pro neceſſitudine alicuius vinculi, quod quidem inter populos amicosue pro Lege habetur.

Cum aūt fœderibus fides magna cum religiōe Iuriſiurādi interponat, omnino fœderatis fides eſt ſeruāda, neq; fœdera verborū ſubtili interpretatiōe ſunt eludenda. Itaq; fidem frangere tam nefariū ac perfidioſum eſt putandū, quā pupillum fraudare qui in noſtrā tutelam peruenit, quā ſocium fallere qui ſe nobis in aliquo negocio cōiunxit: In chriſtianis aūt Principibus merito id ita videri debet, quod fideles ſe videri volunt, & ita appellātur. Eam enī vafriciē ſi in priuatis cōtractib9 admittatur Leges damno, cauterio, furca, infamia, vel exilio puniunt. Certe Tull9 Rom. Rex Metium in pugna ſe a tergo per dolum adorientem, finito certamine curribus duobus alligatū, actis in diuerſum vtriusq; quadrigis, diſcerpſit medium. Nec iniuria, ad alios enī tecti eſſe poſſumus, illisq; nos ac noſtra nō aperimus: Socios vero ac fœderatos qui cauere poſſumus? quos etiam ſi metuimus, Ius officii quodam modo lædimus.

Porro fœderū ſanciendorū varius mos a variis gentibus fuit obſeruatus: Romani enim per feciales, ita a fœderibus ſanciēdis, rebusq; repetendis, & bellis indicēdis dictos, ipſa fœdera, ſilice porca cæſa, ſanciebāt: vt ſcilicet ita ab Ioue feriatur, qui primus fœdera violaſſet. Eratq; Romanis conſtitutū, vt nunq; cum hoſte armato conditionē fœderis acciperēt, neq; citra Senatus aut populi iuſſum ſocietates & fœdera inirent, neq; cum aliquibus pacato Imperio vterentur, ni prius omnia diuina & humana tradidiſſent, & præſidium accepiſſent, aut denique ſocietate & fœdere adſtricti eſſent.

Apud Græcos vero cœterasq; natiōes percutiendorū fœderum multæ erāt formæ, cōmuniter tamen tempore belli per caduceatores, in pace vero per Legatos,

pane præ-

pane præciſo inuicḗq; guſtato, aut vini poculo epoto, Leges pacis & fœdera ſanciebant. Scytæ vero grandē calicem mero plenum mutui ſanguinis ſuſo cruore miſcere, & poſtquā gladium & ſagitas eo perfuderant, illud inuicem epotare maximum concordiæ vinculum ratum habent.

Alii aũt inter pocula & epulas de fœderib. datis ſibi dexteris, tranſigere ſolent.

Nos aũt qui a Chriſto Chriſtiani appellamur Iusiurandũ præſtare, & inuicē accipere, tacta dextræ manus digitis ſancti Euangelii ſcriptura ſolemus. vt ſcilicet Chriſti nomē promiſsiõibus noſtris interponatur, quem & cordiũ ſcrutatorē eſſe, & Iudicem viuorum & mortuorũ futurum credimus, & confitemur.

Machometani aũt ex preſcripto Alcorani ſui cum infidelibus (ſic enim reliquos omnes appellāt a ſua ſecta alienos) fœdera inire prohibentur: niſi fortaſſe eis ſint vtilia. alioqui ei qui illis tenetur, triduano ieiunio abſoluto, ſi pauper ſit: vel nouem egnis veſtitis, atq; paſtis, ſi diues ſit: fœdera irritare licet.

At quoniā nos de noſtris fœderatis agere inſtituimus, pro inſtructiõe poſteritatis, ponemus hoc loco fragmentũ reſponſi, quod Sigiſm. Rex de Collegio Aurei velleris ad Carolum V. Imperatorem per olim Iheronimum Laski miſerat.

Sigiſm. Rex Collegio Aurei uelleris ſeſe ad iungit.

Quemadmodũ Excellētiſsime Rex Maieſtas veſtra ſignificare dudum Sereniſs. domino meo dignata eſt, ſe cum toto Collegio velleris Aurei decreuiſſe illum in ſocietatē eius ordinis accipere, & ipſe Sereniſſ. dominus meus optauit capitula prius obſeruatiõis eiuſdem ſocietatis videre, ne quid in illis cõtineretur, qđ illi præſtare nõ eſſet integrum: veſtra vero Maieſtas dignata fuit illi capitula ipſa mittere, In quibus illius M. cognouit omnia eſſe honeſta, decentia, & ad præſtandum ſibi nõ difficilia: gratiſſimo animo ſuſcepit hoc munus a Maieſtate veſtra, & pro hac beneuolentia illi gratias agit ampliſſimas. Quomodocũq; aũt illius Maieſtatem veſtra celſitudo edocebit, quid ad eam rem facto ſit opus, id totum libentiſſime preſtabit, & exequetur. Vnde & mortuo Sigiſmũdo Rege, ſimul ac D. Sigiſm. Aug. ipſi diuo olim parenti ſuo: Conſimiliterq; Carolus Imperator, & Ferdinādus Ro. Rex tanq; amico fœderato ſuo, parētalia abſoluerũt: Symbolũ huius ipſius aurei velleris iuſta cũ ſolēnitate quaſi amicicię intermortuę ſignũ remiſit.

Aliorum vero fœderũ formā cum Regibus & Principibus ictorũ hic nihil inſerere attinebat, quod ſint cõmunes, & vſitatæ: arbitrioq; Regum & populorũ conditiõibus augentur, vel diminuunt: Ea tamē quæ ipſis fœderatis propria eſſe in Legibus repperi, obiter hic adnotāda putaui. Ac primo ex Leg. 12. tabularum.

Sociis parcunto: ſe & ſeruos continento: populi ſui gloriam augento: domum cum laude redeunto.

Proculus autem digeſti noui Li. II. de captiuis & poſtliminio reuerſis has Leges fœderatorum deſcribit. Non dubito quin fœderati & liberi, nobis externi nõ ſint, nec inter nos atq; eos poſtliminiũ ſit. Etenim quid inter nos atq; eos poſtliminio opus eſt? cum & illi apud nos & libertatē ſuā & dominiũ rerum ſuarum æque atq; apud ſe retineāt, & eadē nobis apud eos contingāt? Liber aũt populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt: ſiue is fœderatus eſt ſiue nõ fœderatus eſt: item ſiue æquo fœdere in amiciciā obuenit, ſiue fœdere cõprehenſum eſt, vt is populus alterius populi Maieſtatē comiter cõſeruet. hoc enī adiicitur, vt intelligatur alterũ populum ſuperiorē eſſe, non vt intelligatur alterũ non eſſe liberum. Et quemadmodũ clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiā ſi neq; authoritate, neq; dignitate, neq; Iure omni nobis pares ſunt: ſic & eos qui Maieſtatē noſtrā comiter cõſeruare debent, liberos eſſe intelligendũ eſt. At ſi fiũt apud nos rei ex Ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus.

Atq; hæ ſunt fœderatorũ cõmunes Leges, plærũq; tamē hæ plurimũ valent, quæ inter percutienda fœdera ab vtraq; parte de quibuſcũq; rebus ſanciunt.

CAPITVLVM XIII.

De Externis.

Si itaq; fœderati alieni non ſunt, ſequit vt omnes homines qui fœderibus noſtris nunc ſunt obligati, ſed peregre ad nos quacũq; de cauſa veniunt, & in Repub. noſtra verſantur,

ſtra verſantur. Externi ſint & eſſe cenſeant. Et tamē quia genus humanū idcirco factum eſt, vt repleat terrā, vſuraq; elementorū ei maxime debetur: Quinimo & variæ neceſſitates alium alio extrudunt, ad vertendūq; ſolum impellunt: ratio hu-

Ius hoſpicij ſeruandū

manitatis exigit, vt non ſolum Ius hoſpicii Aduenis ipſiſq; Externis benigne demus (quo tamē nomine bene vbiq; noſtri homines audiunt, vt facile Græcæ humanitatis in nobis hac quoq; parte recognoſcant veſtigia) Verum etiā cōniti debemus, vt ſi digni ſint, in Ciuitatē noſtram pelliciant: vel ſi integræ gentes ſint, in corpus Reipub. noſtræ veniāt, & nobiſcum fœderent. Legimus enim Rempubl. Rom. (ex qua omnia bene cōſtituendæ Reipub. exempla ſunt petenda) in tantam molem non alia via excreuiſſe, niſi hac, qđ nullum genus hominū in quo aliqua virtus eluceſcebat, faſtidiret. Itaq; Rom. non ſolum ſtipendiariis ex qbusuis Prouinciis aduenientibus Ciuitatē dederunt: verum etiā & hoſtes qui ad illorum Imperatores profugiebāt, aliquo aūt vſui Reipub. illorū eſſe poterant: deniq; & ſeruos quantumuis fortunæ conditio illorū infima fuit, ſi bene de Republ. merebant, frequēter libertate, hoc aūt eſt, Ciuitate publice donauerunt. Quinimo Iure fraternitatis donatos in Senatoriā dignitatē admittebāt. Quippe quod cum virtute ac ingenio, quo vnusqſq; ſibi ac poſteritati ſuæ decus quęrit, bellum gerere viſi fuiſſent, ſi ea in qcumq; tandem genere hominū eluceſcebant, non adamaſſent, & quo par fuit honore non fuiſſent proſecuti. Qui enim (vt Cicero Lib. 3. Officiorum ait) Ciuium rationē dicunt eſſe habendā, Externorum negant: hi quoq; dirimunt cōmunem generis humani ſocietatē, qua ſublata: beneficentia, liberalitas, bonitas, Iuſticia funditus tollitur: Quę qui tollunt, etiā aduerſus Deos immortales impii iudicandi ſunt: ab his enim conſtitutā inter homines ſocietatē euertunt. Cuius ſocietatis arctiſſimū vinculum eſt, magis arbitrari eſſe contra naturā hominem homini aliqđ detrahere ſui commodi cauſa, quā omnia incōmoda ſubire vel externa vel corporis vel etiā ipſius animi, quæ vacent Iuſticia. Hæc enī vna

Officia externorum.

virtus omnium eſt domina, & Regina virtutū. ET TAMEN EXTERNI ipſi quatenus beneficio Magiſtratus ſummi Ciuitate nō donantur, præter ſuum negocium nullum aliud agāt: de alieno quoq; plane nihil inquirāt. Et non modo ſe pro Ciuibus non gerant, hoc enim ſimile rapinæ cuiuſdā eſt: verum etiā in aliena Repub. ne ſint curioſi, qđ hoc exploratorū propriū: neq; Ius Ciuitatis ſibi vſurpent, quod hoc arrogantiū: tātominus ſe Ciuibus anteferāt, qđ hoc ſuperborum eſſe videatur: ſed per omnia edictis Magiſtratus pareāt, quod id iuſtum ſit. Quin

Quid cauere debent Externi?

etiā caueant, ne vel data opera ſtudio quęſtus, vel per imprudentiā ſtudio gratificandi improbis, labem morū aliquā in alienam Rempub. infundant. Si enim neq; Principes neq; priuati id ferunt impune, quomodo Externi ferent? Certum aūt

Quæ mala ab externis in Reſpublicas proficiſcantur.

hoc eſt, quia omnibus Rebuſpub. nihil vnq; peſtilentius fuit quā mores Externorū in Ciuitatē infuſi, ſi deprauati cōtingant. ita in Repub. Ro. præualētibus peregrinis moribus, diuitiæ exoticæ pro domeſtica pauperie, luxus pro frugalitate, omniūq; affluentia pro cōtinentia primo ſenſim irrepere: mox agminati in Rempub. qua data porta fuit, irruere cœperūt: quoad eneruatis bonis ac ſobriis moribꝰ Reſpub. verſa ſit ab imo: Euentuſq;, qui ſtultorū eſt Magiſter, multas gentes docuit in Repub. conſiliū valde eſſe vtile, ne vel erga Externos inhoſpitales ſimus, vt Lycaon aduerſus Iouem in terris peregrinū: vel ne pro virtutibus vicia ab Externis recipiamus, velut olim Epimetheus Pandorā cum ſuis pixidibus hoſpicio excipiens, pro multis bonis quæ ſperabat, agmen febrium ac morborū a diis inibi reconditum, ob ignem de cœlo a Prometheo furatum, vt eſt in fabulis, reperit: terriſq; immiſit. vel vt Troiani a Græcis equum proditoribus refertum apertis vrbis portis receperunt.

Externi arbitrio Cācellar. Literas ſoluent. Lex I.

Sigiſm. Petric. 1511. Idem lib. 1 cap. 9. de Cancellar.

Homines externi ſoluent Literas noſtras iuxta arbitrium & uoluntatem Cancellariæ noſtræ.

Ne Externis Dignitates & Officia Regni dentur.

Libro primo Capitulo quinto de Dignitatibus vide.

Nundinæ

Nundinæ in Polonia pro Germanicis ſint.

Vide Libro primo Capitulo 16. Artic. 10. folio 312.

Aromatis exoticis precium ſtatuitur.

Libro 1. Capitulo 16. Artic. 10. de Ciuitatibus folio 322.

Ne Ruſtici extra Reg. tẽpore meſsis proficiſcant̃, Capit. prouideãt.

Vide Libro 1. Capitulo 17. Artic. 7. de Kmetonibus folio 342.

Sal externum in Regnum ne aduehatur.

Libro primo Capitulo 2. de Salis fodinis.

De uijs extra Regnum inhibendis, & Corio Equireis ac Bobus extra Regnum non emittendis.

Vide Libro ſecnudo Capitulo quarto de Regñi viis.

Moneta externa de Regno proſcribitur.

Vide Libro ſecundo Capitulo ſexto de Moneta.

Nobiles cum ſuis ſeruitoribus exire de Regno poſſunt, ſed nõ collecto exercitu neqꝫ hereſeos diſcendæ cauſa.

Lib. 1. Cap. 15. Art. 4. de Nobilitate, & Lib. 6. de re Militari vide.

CAPITVLVM XIIII.

De obedie͠tia Magiſtratib. debita ac de pace int̃ ſubditos domi, & in Ciuitate, tũ in religiõe cõſeruãda, deqꝫ rebellib⁹.

Cum iam Leges Regni abſoluimus, Iuraqꝫ populorũ Regno vnitorũ, item fœderatorum ac externorũ deſcripſimus: Ne quis vel audacia Legis ac Regis dominium excutiat, vel cõſtituta Repub. vi quitqꝫ in alterũ ſibi licere puter: de obedientia ſuperiori poteſtati præſtanda, paceqꝫ mutua ſeruanda, paucis itidem agamus. Cum enim hominis ea ſit cõditio, vt & domi ſuæ vxori liberis ac ſeruis præſit, & in Ciuitate Magiſtratibus ſubſit, in Eccleſia aũt quo ad Deũ Miniſtris verbi obediat: inconfeſſo eſt quoniã homini tres ſunt bene, honeſte, beateqꝫ viuẽdi ordines conſtituti, in qbus ſingulis ei iuſta obedientia præpoſitis ſuis eſt præſtanda: OECONOmicus videlicet, quo ad ſe ſuosqꝫ, POLIticus quo ad Magiſtratũ, & ECCLEſiaſticus quo ad Deum. Et quia ſine aliquo horum ordine vita fœlix, honeſta, & pia duci nequit, tot etiã artes eiſdẽ ſubſeruire videmus. Oeconomico enim ſeruit agricultura quo ad victum ex elemẽtis quęrendũ, & opificina quo ad trãſformandas res humano corpori neceſſarias, Necnõ Medicina quo ad cõſeruandã vitam. Politico famulatur Iuriſprudẽtia, cuius officiũ eſt docere vt honeſte in Ciuitate viuamus, alterũ non lædamus, Ius ſuum vnicuiqꝫ tribuamus. Eccleſiaſtico vero ordini neceſſaria eſt Theologia, quæ in Eccleſia chriſtiana Legem Moſi ab Euangelio Chriſti, ac vtriusqꝫ vim in hominibus diſcernit, Præterea veros cultus a falſis, Iuſticiãqꝫ Politicam a Chriſtiana verbumqꝫ Dei a mandatis humanis diſcriminat. Philoſophia aũt quã late in naturalẽ, moralem, & rationalẽ diuiditur, his tribus ordinibus humanæ vitæ cõmunis quædam eſt atqꝫ indiuiſa poſſeſsio. Et ne vnqꝫ hæc humanæ vitæ diſtributio turbet̃ ab audacibus, reſtat, vt huic operi noſtro finem, velut fabulæ cataſtrophen, impoſituri doceamus breuiter hãc ipſam ſuperioribus obedientiã præſtari, ac pacem in vno quouis ordine vitæ oportere cõſeruari. ne hæc ipſa hominũ ſocietas, inuerſo ordine diuinitus inſtituto, per fanaticorũ quorundã temeritatẽ diſſoluatur. Vt enim (ait Cicero) in fidibus ac tibiis atqꝫ cantu ipſo ac vocibus, cõcentus eſt quidã tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatũ aut diſcrepantẽ aures eruditæ ferre nõ poſſunt. Isqꝫ cõcentus ex diſsimillimarũ vocum moderatiõe concors tamẽ efficitur & cõgruens: ſic ex ſum-

Quod eſt in omni centu harmonia, hoc in domo, Ciuitate, & Eccleſia concordia.

mis, & mediis, & infimis interiectis ordinibus, vt ſonis, moderatā ratiōe (domū) Ciuitatem (& Eccleſiā) cōſenſu diſſimilimorū cōcinere: & quę harmonia a muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in (domo) Ciuitate (& Eccleſia) concordiā: arctiſſimum atq; optimū omniū in Repub. vinculum incolumitatis, eamq; ſine Iuſticia nullo pacto eſſe poſſe.

De Obedientia ac pace Oeconomica.

Res familiaris & Regnum quandā ſimilitudinē ad ſe habent, vtrobiq; enim vnus præeſt, cœteri omnes ei ſubſunt. vt aūt Regis auctoritas ſine cōuerſione Reipub. nō cōuellitur: ita ſi res familiaris ſalua eſſe debet, patrisfamilias poteſtate vxor, liberi, aut ſerui, bouesue aratores contineanť, neceſſe eſt. Nulla enī ratiōe fœminæ abſq; viris ſubſiſtere, vel liberi procreari ſine vtriſq;, aut ſerui vel iumenta ſine beneficio dominorū ali poſſunt. Quos omnes ne etiā dilabanť domo vna cōtineri oportet. Cum ergo maxime ſecundū naturam ſit maris & fœminæ ſocietas, propter generis humani propagationē ſempiternā, & propter mutua vitæ officia ſibi ipſis in vita præſtanda, a Deo inſtituta: De hac coniugū indiuidua ſocietate, obedientia, & pace mutua inter eos cōſeruanda, Dei præceptū ſubnectamus: nō ſolum vt cōiuges ipſi cōſentienter ſecū viuāt, verū etiā vt hanc vitā a Deo eſſe propter ſeminaria Ciuitatis & Eccleſiæ Dei propagāda inſtitutā credāt. cum alia genera vitæ, quæ ſanctiora vulgo eſſe apparent, his teſtimoniis Dei fortaſſis deſtituantur.

Libr. Geneſ. cap. 1.

Hominis creatio magno Dei cōſilio fit ad imperiū inter beluas exercendum.

Homini uim generandi dat Deus ne quiuis capiſtrū cœlibatus ſibi temere imponat, ei q; omnia ſubycit.

Prouidentia Dei de uictu hominis.

Eodem libr. capi. 2.

Creato ergo hoc qđ cernimus, qđq; in ſecretis naturæ theſauris latet, vniuerſo: ſtatim ait Deus, Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, vt pręſit piſcibus maris, & volatilibus cœli & beſtiis, vniuerſæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominē ad imaginē & ſimilitudinē ſuā, ad imaginē Dei creauit illū maſculū & fœminā creauit eos, Benedixitq; illis Deus, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terrā, & ſubiicite eā, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animātibus quæ mouenť ſuper terrā. Dixitq; Deus, ecce dedi vobis omnē herbam afferentē ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quę habēt in ſemetipſis ſementē generis ſui, vt ſint vobis in eſcā & cunctis animātibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuerſis quę mouenť in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeāt ad veſcendū. Et factum eſt ita. Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: & erāt valde bona. Formauit igitur dn̄s Deus hominē de limo terræ, & inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vitæ, & factus eſt homo in ani- Tulitq; Dominus Deus hominē, & poſuit eum in paradiſum vo- (mam viuentē. luptatis, vt operaretur & cuſtodiret illū: præcepit ei dicens, Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno aūt ſcientiæ boni & mali ne comedas. In q̄cumq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoq; Dominus Deus, Non eſt bonū hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutoriū ſimile ſui. IMMIſitq; Dn̄s Deus ſoporē in Adam: cumq; obdormiſſet, TVLIT VNam de coſtis eius. & repleuit carnem pro ea, & AEDIFIcauit Dn̄s Deus coſtam quā tulerat de Adam, in mulierē: & ADDVXIT eam ad Adam. Dixitq; Adam, HOC NVNC, os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniā de viro ſumpta eſt: QVAMOBREM relinquet homo patrē ſuum & matrē, & adhęrebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne. Erat aūt vterq; nudus, Adā ſcilicet & vxor eius: & nō erubeſcebāt.

Tameiſi homo iam fœliciſſ. ab omniū rerum affluentia eſſe ui debatur. Deus tamen dicit, nō eſſe ei bonū abſq; muliere. Quare matrimoniū magna cum ſolēnitate in paradiſo inſtituit.

Mirabili conſilio Deus facit mulierē, & in morem paranymphi adducit eam ad uirum.

Poſt tranſgreſſionē vero mandati diuini, omnis fere ipſius matrimonii ac etiam œconomiæ ratio eſt commutata. Cum enim Domino obiurganti

Libr. Geneſ. cap. 3.

Dixit Adam, Mulier quā dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Dixiſſetq; Dn̄s Deus ad mulierē, Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi. Ait Dominus Deus ad ſerpentē, Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animātia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuū gradieris, & terrā comedes cunctis diebus vitæ tuæ. INIMIcicias ponā inter te & mulierē, & ſemen tuum & ſemen ipſius mulieris. IPSVM cōteret caput tuū, & tu inſidiaberis calcaneo ei9. Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabiť tui. Adæ vero dixit Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperā tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui ve-

Maledicitur ſerpens

Maledicitur Eua & ſubditur uiro ſuo.

Maledicitur Adam & opus eius

tus tui.veſceris pane tuo,donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es;quia puluis
es,& in puluerẽ reuerteris. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ,Heua : eo quod
mater eſſet cunctorũ viuentium. Fecitque Dñs Deus Adæ & vxori eius tunicas
pelliceas,& induit eos. ETSI aũt bonæ frugis illum eſſe oportet, qui bene ſuæ
pręeſt domui:pręcipue tamẽ ſanctitatis Oeconomos legimꝰ fuiſſe Noach.& Iob:
Item Lot,& Abraham,qui etiã Angelos hoſpicio ſuo excepiſſe creduntꝰ Omniũ
aũt matrimonia vt pote Oeconomiæ fundamẽta mirabiliter fuerunt a Deo ſerua
ta.Namq; Noach & filii eius a diluuio cum vxoribus ſunt ſeruati,Lot cum cõlor-
te ab incendio Sodomæ fuit liberatus, Abrahæ vero Sara ab Abimelech adulte-
rio defenſa: Porro Iobo vxor garrula ad exercendã ipſius viri ſui patiẽtiã profuit.
Vt aũt inter virum & fœminã ratio imperandi & ſeruiendi perpetua ſit etiã inqt
Petrus.Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt,& ſi qui nõ credunt verbo,per mulierũ 1. Petri cap. 3.
conuerſationẽ ſine verbo lucrifiãt,cõſiderantes in timore ſanctã cõuerſationẽ ve-
ſtram.Quarã non ſit extrinſecus capillatura,aut circumdatio auri,aut indumenti
veſtimentorũ cultus:ſed qui abſconditus eſt cordis homo,in incorruptibilitate q-
eti & modeſti ſpiritus,qui eſt in cõſpectu Dei locuples.Sic enĩ aliquãdo & ſanctę
mulieres ſperantes in Deo, ornabãt ſe, ſubiectæ propriis viris. ſicut Sara obedie-
bat Abrahæ,Dominũ eum vocans:cuius eſtis filiæ,benefaciẽtes,& nõ pertimen-
tes vllã perturbationẽ. Viri ſimiliter,cohabitãtes ſecundũ ſcientiã,quaſi in firmi-
ori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ:
vt non impediantur orationes veſtræ.

Et ne quis natura,opere, aut gratia Dei Eunuchus & celebs ad iugũ matrimonii
ſe cogi putet : vel contra fœcundus & matrimonio aptus in vſtione perpetua ac
ſcelere detineri debere videatur:Pauli ſentenciam audiat vterq;.

BONVM eſt homini mulierẽ nõ tangere.propter fornicationẽ aũt vnuſqſq; ſu- 1. Corinth. Cap. 7.
am vxorem habeat,& vna quæq; ſuũ virum habeat. Vxori vir debitum reddat,ſi-
militer aũt & vxor viro.Mulier,ſui corporis poteſtatẽ nõ habet: ſed vir. Similiter
aũt & vir,ſui corporis poteſtatẽ nõ habet:ſed mulier.Nolite fraudare inuicem,ni-
ſi forte ex cõſenſu ad tempus,vt vacetis oratiõi:& iterũ reuertimini in idipſum.ne
tentet vos Satanas propter incõtinentiã veſtrã. Hoc aũt dico ſecundum indulgẽ-
tiam,& nõ ſecundum Imperiũ.Volo aũt omnes vos homines eſſe ſicut me ipſum:
Sed vnuſqſq; proprium donum habet ex Deo,alius qdem ſic,alius vero ſic.Dico
aũt non nuptis & viduis:bonum eſt illis ſi ſic permãſerint ſicut & ego.Quod ſi nõ
ſe contineãt:nubant.melius eſt enĩ nubere,quã vri.Iis aũt qui matrimonio iuncti
ſunt,præcipio nõ ego,ſed Dñs. Vxorem a viro nõ diſcedere : qđ ſi diſceſſerit,ma-
nere innuptã,aut viro ſuo recõciliari.Et vir vxorem nõ dimittat. Nã cœteris,ego
dico,nõ Dñs.Si quis frater vxorẽ habet infidelẽ, & hæc cõſentit habitare cum il-
lo:non dimittat illã.Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelẽ,& hic cõſentit ha
bitare cum illa:nõ dimittat virum. ſanctificatus eſt enĩ vir infidelis per mulierem
fidelem:& ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Alioq filii veſtri im
mundi eſſent:nunc aũt ſancti ſunt.Quod ſi infidelis diſcedit:diſcedat.non enĩ ſer-
uituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi. in pace aũt vocauit vos Deus.
Vnde enĩ ſcis mulier,ſi virum ſaluũ facies? aut vnde ſcis vir,ſi mulierẽ ſaluã facies?
niſi vnicuiq; ſicut diuiſit Dñs, vnumquemq; ſicut uocauit Deus,ita ambulet.

DE VIRGINIBVS aũt præceptum Dñi nõ habeo: cõſilium aũt do, tanq̃ mi-
ſericordiã cõſecutus a Deo vt ſim fidelis. Exiſtimo enĩ hoc bonum eſſe ,ꝑpter in-
ſtantem neceſſitatẽ,quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli
quærere ſolutionẽ.Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem.Si aũt acceperis v-
xorem:nõ peccaſti.Et ſi nupſerit virgo:nõ peccauit.tribulationẽ tamen carnis ha
bebunt huiuſmõi. Ego aũt vobis parco. Hoc itaq; dico fratres,tempus breue eſt:
reliquum eſt vt q habent vxores,tanq̃ nõ habentes ſint:& qui flent:tanquã non
flentes.& qui gaudent:tanq̃ nõ gaudentes.& q emunt:tanq̃ nõ poſſidentes. & q
vtuntur hoc mundo:tanq̃ nõ vtantur,præterit enĩ figura huius mundi Volo aũt
vos ſine ſollicitudine eſſe.Qui ſine vxore eſt:ſollicitus eſt quę Domini ſunt,quo-
modo placeat Deo.Qui aũt cum vxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomõ
placeat vxori:& diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo,cogitat quę Domini ſunt:
vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.Quę aũt nupta eſt,cogitat quę ſunt mundi:quomõ

placeat vi-

placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem veſtrã dico: nõ vt laqueum vobis iniciã, ſed ad id qđ honeſtum eſt & qđ facultatẽ prębeat ſine impedimento Dñm obſecrãdi. Si qs aũt turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, qđ ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: qđ vult faciat: nõ peccat, ſi nubat. Nam q ſtatuit in corde ſuo firmꝰ, nõ habens neceſſitatẽ, poteſtatem aũt habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuã: bene facit. Igit & q matrimonio iungit virginem ſuã, bene facit: & q nõ iungit melius facit. Mulier alligata eſt Legi quãto tempore vir eius viuit. qđ ſi dormierit vir eius: liberata eſt a Lege, cui aũt vult nubat: tantũ in Domino. Beatior autem erit ſi permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autem quod & ego ſpiritum Dei habeam.

Ad Epheſ. cap. 5.

Ne vero matrimoniũ res plane fœda & ethnica in renatis ꝗcꝫ eſſe videatur. idem Apoſtol. inquit. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Dño: quoniã vir caput eſt mulieris: ſicut CHRIſtus caput eſt Eccleſiæ, Ipſe, ſaluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſe ipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in verbo vitę, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiã, nõ habentem maculã, aut rugã, aut aliqd huiusmõi. ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuã vxorem diligit: ſeipſum diligit. Nemo enim vnꝗ carnem ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiã. quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuã: & adhærebit vxori ſuæ. & erunt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnum eſt. ego aũt dico in Chriſto & in Eccleſia. Verum tamen & vos ſinguli, vnusquiſꝗ vxorẽ ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor aũt timeat virum ſuum.

Capitulo 13.

Ad Hebr. aũt ſcribit, Honorabile matrimonium in omnibus, & immaculatus torus. fornicatores enim & adulteros iudicabit Deũs

Ad Epheſ. capit. 6. FILIIS præcipitur ut parentibus obediant.

FILII obedite parentibus veſtris in Dño. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuã (quod eſt mãdatum primum in promiſſiõe) vt bene ſit tibi, & ſis longęuus ſuper terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.

Ad Titum cap. 2.

IVVENES ſimiliter hortare vt ſobrii ſint. In omnibus teipſum præbe exemplũ bonorũ operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbũ ſanũ irreprehẽſibile, vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil malum habens dicere de nobis.

1. ad Timot. cap. 5.

SENIOrem vero ne increpaueris: ſed obſecra vt patrẽ: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate. VIDVas honora: quæ vere viduę ſunt. Si qua aũt vidua filios aut nepotes habet: diſcat primũ domum ſuũ gerere, & mutuã vicem reddere parentibus. hoc enĩ acceptum eſt corã Deo. Quæ aũt vere vidua eſt & deſolata: ſperet in Deum & inſtet obſecratiõibus & oratiõibus nocte & die. Nam quæ in deliciis eſt: viuens mortua eſt. Et hoc præcipe vt irreprehenſibiles ſint. Si qs aũt ſuorum & maxime domeſticorũ curã nõ habet: fidem negauit, & eſt infideli deterior. Vidua eligat̃ nõ minus ſexagita annorũ, quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimoniũ habens, ſi filios educauit, ſi hoſpicio recepit, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi tribulationẽ patiẽtibus ſubminiſtrauit, ſi omne opꝰ bonum ſubſecuta eſt. Adoleſcẽtiores aũt viduas deuita. Cum enĩ luxuriatæ fuerit in Chriſto nubere volunt: habentes damnationẽ, quia primũ fidem irritã fecerũt. ſimul aũt & ocioſæ diſcunt circuire domos: nõ ſolum ocioſæ, ſed & verboſę & curioſæ, loquentes quæ non oportet. Volo autem Iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe: nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enĩ quædam conuerſæ ſunt retro poſt Sathanam.

Ad Titum cap. 2.

TV AVTEM loquere quæ decent ſanam doctrinã. Senes, vt ſobrii ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. Anus ſimiliter, in habitu ſancto nõ criminatrices, nõ multo vino ſeruientes: bene docentes, vt prudentiã habeant. Adoleſcẽtulas, vt viros ſuos amẽt, filios ſuos diligãt, prudẽtes, caſtas, ſobrias, domꝰ curã habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum Dei.

1. Corint. cap. 7. SERVIs precepitur ut dñis ſuis ſeruiant.

VNVSqsꝗ in qua vocatiõe vocatus eſt: in ea permaneat. Seruus vocatus eſt? nõ ſit tibi curæ, ſed & ſi potes fieri liber. magis vtere. Qui enĩ in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini; ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.

SERVI ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modeſtis,
ſed etiam diſcolis. SERui obedite Dñis carnalibus, cum timore & *1. Petri cap. 2.*
tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: nõ ad oculum ſeruientes, qua-
ſi hominibus placentes, ſed vt Serui Chriſti, facientes voluntatẽ Dei ex animo, cũ *Epheſ. cap. 6.*
bona voluntate ſeruientes, ſicut Dño & nõ hominibus. ſcientes quoniã vnusqſq;
quodcũq; fecerit bonũ, hoc recipiet a Dño, ſiue ſeruus, ſiue liber. Et vos Domini
eadem facite illis remittentes minas: ſcientes quia & illorum & veſter Dominus,
eſt in cœlis: & perſonarum acceptio non eſt apud eum.

SERVOS Dominis ſuis ſubditos eſſe oportet, in omnibus placentes, non con- *Ad Titum cap. 2.*
tradicentes: non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes: vt do-
ctrinam ſaluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

QVIcumq; ſunt ſub iugo Serui, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, *1. Thimot. cap. 6.*
ne nomen Dñi & doctrina blaſphemetur. Qui aũt fideles habent Dominos, non
contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt & dilecti, quia
beneficii participes ſunt, Hæc doce & exhortare.

De Obedientia & pace Politica.

ET quia ipſe homo ſocietatẽ expetit, ſiue qđ ratiõis & oratiõis paruus illi vſus fu-
turus erat in ſolitudine, ſiue qđ ſufficere ſibi ipſi ſolus nõ poterat. Ea vero hominũ
ſocietas Iuris cõſenſu ac vtilitatũ cõmunione colligata Reſpub. id eſt, res populi
appellatũ: itaq; vt his omnibus qui hos cœtus cõſilio vel auxilio iuuerĩt, a Deo pre-
mia parata eſſe credimus: ita e regiõe ſcelere nõ vacant, qui hanc ipſam naturalẽ
ſocietatem hominũ gratia vtilitatũ cõmunium conflatã diſſiparent. Quippe qđ
ſponſionẽ publicã violarent, cõmunem vtilitatẽ inficerent, Prĩcipis etiã ac Rei-
pub. Maieſtati cõtrauenirent, atq; adeo cõtra Deum ipſum exemplo Gigantum
bellare viderent̃. Ad quã qdem obedientiã & pacem publicã perſuadendã ex Le-
gib. Politicis nihil hic amplius afferemus, de eo enĩ toto hoc Libro egimus: Quo-
circa Sacris etiã aliquot exemplis, teſtimoniiſq; Diuinis, Regnorũ ſtatus, & Po-
liticã Magiſtratibus obedientiã, pacemq; ſubditorũ Deo probari, atq; etiã vtrũq;
ab illo ſtatui & præcipi doceamus. Ac prĩcipio loquitur Iethro ad Moſen. Pro- *Exodi capitulo 18.*
uide de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum, in qbus ſit veritas, & qui
oderint auariciã, & cõſtitue ex eis Tribunos, & Centuriões, & Quinquagenarios,
& Decanos, qui iudicent populũ omni tempore: quicqd aũt maius fuerit, referãt
ad te, & ipſi minora tantũmodo iudicent: leuiuſq; ſit tibi partito in alios onere. Si
hoc feceris, implebis Imperiũ Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis
hic populus reuertet̃ ad loca ſua cum pace. Quib. auditis Moyſes fecit omnia quę
illi ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, cõſtituit eos Prĩcipes po-
puli, Tribunos, & Centuriões, & Quĩquagenarios, & Decanos. Qui iudicarẽt ple-
bem Domini, omni tempore: quicqd aũt grauius erat, referebãt ad eum, faciliora
tantũmodo iudicantes. Iudices & Magiſtros cõſtitues in omnibus portis ſuis, quas *Deuterono. 16.*
Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas Tribus tuas: vt iudicent populum
iuſto iudicio, nec in alterã partem declinent. Non accipies perſonã nec munera: *Magiſtratus quales*
quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba iuſtorum. Iuſte quod *creari oporteat.*
iuſtum eſt perſequeris: vt viuas, & poſſideas terram, Terrã quã Dominus Deus
tuus dederit tibi. Ipſe ergo Moſes, & poſt illum Ioſue, Iudas, Gedeon, Tho-
la, Iephte, Samſon, & filii Samuelis ad exemplum Ariſtocratiæ Duces, ac Iudices
erant a Deo in Iſrael cõſtituti. Quib. repudiatis, licet ante ea Regis poteſtas pœ-
na peccati eſſe dicebat̃, Nihilominus Sauli a Samuele vncto dicitur, Ecce vnxit
te Dñs ſuper hæreditatẽ ſuã in Principẽ, & liberabis populum ſuum de manibus *1. Regum cap. 10.*
inimicorũ eius, qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus
in Prĩcipem. Et iterum. Nunc ergo præſto Rex eſt veſter, quem elegiſtis & pe-
tiſtis: ecce dedit vobis Dñs Regem. Si timueritis Dñm, & ſeruieritis ei, & audie-
ritis vocem eius, & nõ exaſperaueritis os Domini, eritis & vos, & Rex qui impe-
rat vobis, ſequentes Dñm Deum veſtrum, ſi aũt nõ audieritis vocem Domini, ſed
exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper fratres ve-
ſtros Et iterum dixit, Timete Dñm, & ſeruite ei in veritate & ex toto corde ve-
ſtro: vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit Dominus. Quod ſi perſeuera-

ueritis in malicia: & vos & Rex veſter pariter peribitis. Ruſus de Dauidis ad
1. Regum cap. 16. Regnum Iuda inaugurati**õ**e ſcriptura dicit. Tulit ergo Samuel cornu olei,& vn-
xit eum in medio fratrum eius: & directus eſt Spiritus Domni a die illa in Da-
uid. Item de eodem cum vngeret in Regem ſuper Iſrael, ſcribitur. Et venerũt vni-
uerſæ Tribus Iſrael ad Dauid in Hebron, dicentes. Ecce nos os tuum,& caro tua
2 Regum cap. 5. ſumus ſed & heri & nudiuſtercius cum eſſet Saul Rex ſuper nos, tu eras educẽs
& reducens Iſrael: dixit aũt Dominus ad te, Tu paſces populum meũ Iſrael. & tu
eris Dux ſuper Iſrael. Venerũt quoq; & ſeniores Iſrael ad Regẽ in Hebron & per-
cuſsit cum eis Rex Dauid fœdus in Hebron corã Domino: vnxeruntq; Dauid
3. Regum capit. 1. in Regem ſuper Iſrael. ET POSTEA de Salomonis inautoratione ſcriptura
dicit. Et reſpondit Rex Dauid, dicens. Vocate ad me Bethſabee, Quæ cum fuiſ-
ſet ingreſſa corã Rege,& ſtetiſſet ante eum, iurauit Rex,& ait. Viuit Dominus,
qui eruit animã meã de omni anguſtia, quia ſicut iuraui tibi per Dñm Deum Iſ-
rael, dicens. Salomõ filius tuus regnabit poſt me,& ipſe ſedebit ſuper ſolium meũ
pro me: ſic faciã hodie. Sũmiſſoq; Bethſabee in terrã vultu, adorauit Regẽ, dicẽs.
Viuat Dominus meus Dauid in æternũ. Dixit quoq; Rex Dauid, vocate mihi Sa-
doc Sacerdotem, & Nathan Prophetã, & Banaiam filiũ Ioiadæ. Qui cũ ingreſſi
fuiſſent corã Rege, dixit ad eos. Tollite vobiſcũ ſeruos Domini veſtri,& imponi-
te Salomonẽ filium meũ ſuper mulã meã, & ducite eum in Gihon & vngat eum
ibi Sadoc Sacerdos,& Nathan Propheta in Regẽ ſuper Iſrael: & canetis bucci-
na, atq; dicetis, Viuat Rex Salomõ. Et aſcendetis poſt eum, & venietis in Ieruſa-
lem & ſedebit ſuper ſoliũ meum,& ipſe regnabit ꝓ me: illiq; præcipiã vt ſit Dux
ſuper Iſrael & ſuper Iudam. ITA ET poſtea Helizeus vnxit Iehu Regem ſu-
4. Regum cap 9. per Iſrael, aliosq; Reges alii itidem Prophetæ iuſſu Dei: horum aũt imitatiõe ac
exemplo chriſtiani Epiſcopi Duces itidẽ in Reges populorũ vnxerunt: nimirum
hoc cõſilio vt in ipſis Regnis vberius, efficatius, ac etiã ſanctius ipſa charitatis of-
ficia in populũ exercerẽt, quã fortaſsis exercuiſſent, ſi priuati vixiſſent. Quin &
Cyrus gentilis Rex Perſarũ a Deo in id ſuſcitatus fuiſſe legitur, vt reſtauraret tẽ-
Eſdræ 1. plum Domini. Sed ne quis & ſanctos Principes ab Ethnicorũ Rebuſpub. Legi-
busq; abhorruiſſe arbitretꝰ is Ioſephũ, Danielẽ, Naaman, Centurionẽ,& alios hu-
iuſmodi reſpiciat,& in adminiſtratiõe gentiliũ Rerumpub. vſuq; Legum illarum
Deo placuiſſe animaduertat, tantum abeſt, vt nos quoq; præſentis Regni ſtatus
pœniteat, & ad aliam Reipub. formã aſpiremus. Quando qdem & malorũ præ-
Prouerbior. 8. ſidum poteſtas a Deo eſſe creditur. Ipſa enĩ Sapientia Chriſtus per quem Reges
Iohann. cap. 19. regnãt, dicit Pilato. Non haberes aduerſus me poteſtatẽ, niſi tibi datum eſſet de-
ſuper. Quo ſenſu Petrus quoque ſcribit.
1. Petri 2. SVBiecti eſtote omni humanę creaturę propter Deum: ſiue Regi, quaſi præcel-
lenti: ſiue Ducibus tanq; ab eo miſsis ad vindictã malefactorũ, laudem vero bono-
rum: quia ſic eſt voluntas Dei, vt bene facientes obmuteſcere faciatis impruden-
tium hominũ ignorantiã: quaſi liberi. & non quaſi velamen habentes maliciæ li-
bertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum ti-
mete. Regem honorificate.
1 ad Rom. cap. 13. OMNis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enĩ poteſtas niſi a
Deo. quæ aũt ſunt a Deo, ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinati-
oni reſiſtit. Qui aũt reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirũt. Nam Principes non
ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis aũt nõ timere poteſtatẽ? bonum fac: & ha-
bebis laudẽ ex illa. Dei enĩ miniſter eſt vindex in iram, ei qui malum agit. Ideoq;
neceſsitate ſubditi eſtote: nõ ſolum propter iram, ſed etiã propter cõſcientiã. Ideo
enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Red-
dite ergo omnibus debita: cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ,
timorem: cui honorẽ, honorem. Nemini quicq; debeatis: niſi, vt inuicem diligatis.
qui enim diligit proximũ, Legem impleuit. Nam, Non adulterabis, non occides,
non furaberis, nõ falſum teſtimoniũ dices, nõ cõcupiſces, & ſi qd' eſt aliud mãda-
tum: in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Dilectio pro-
ximi malum non operatur. Plenitudo ergo Legis eſt dilectio.
NE AVTEM hęc Ciuilis ſocietas diſſoluatur, audiamus neceſſaria vincula cha-
ritatis ab eodem Paulo præſcripta.

SICVT enim corpus vnum eſt,& membra habet multa,omnia aũt membra corporis cum ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt. (& paulo poſt ait)

1. Corint. cap. 12.

NAM & corpus nõ eſt vnum membrũ,ſed multa. Si dixerit pes, Quoniã nõ ſum manus,non ſum de corpore:nõ ideo non eſt de corpore. Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus,nõ ſum de corpore:nõ ideo non eſt de corpore. Si totum corpus oculus:vbi auditus? Si totũ auditus:vbi odoratus? Nunc aũt poſuit Deus mẽbra, vnũ quodq; eorũ in corpore ſicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnum membrum,vbi corpus? Nunc aũt multa quidẽ membra:vnum aũt corpus. Non poteſt aũt oculus dicere manui, Opera tua nõ indigeo. aut iterum caput pedibus. Non eſtis mihi neceſſarii. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe,neceſſariora ſunt: & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis,his honorem abundantiorẽ circumdamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra,abundantiorẽ honeſtatẽ habent. Honeſta aũt noſtra,nullius egent:ſed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tribuendo honorẽ: vt nõ ſit ſchiſma in corpore,ſed in idipſum pro inuicẽ ſolicita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum membrũ:cõpatiũtur omnia membra. ſiue gloriatur vnum membrũ: cõgaudent omnia membra.

Idem.

SI enim linguis hominũ loquar & angelorũ,charitatẽ aũt non habeã: factus ſum velut æs ſonãs aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiã,& nouerim myſteria omnia,& omnẽ ſcientiã,& ſi habuero omnẽ fidem,ita vt montes transferã, charitatem aũt non habuero:nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem aũt non habuero:nihil mihi prodeſt. Charitas patiẽs eſt,benigna eſt. Charitas nõ æmulatur,non agit perperã,non inflatur,non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur,non cogitat malũ:non gaudet ſuper iniquitatẽ:congaudet aũt veritati:omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet. Charitas nunq; excidit:ſiue prophetiæ euacuabunt,ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruet.

1. Corint. cap. 13.

HI,& alii multi loci ſacræ ſcripturæ Principũ auctoritatẽ cõſtabiliunt, Ciues vero tanq; membra charitate vnita in officio retinent. Et ne vnq; aliqs noſtrorũ dicat illud ſtultorũ, NON PVTARAM: hoc quoq; loco addam aliquot ſigna,q̃bus admonemur Reſpu. variis ex cauſis ſolere turbari,diſſolui,atq; neceſſario interire. Ac primo Reſpub. ſemper agitari neceſſe eſt ex parte Cõſtitutionũ, ſi mere contra Ius naturale & diuinum pugnẽt:quales ſunt apud nos de voluntariis etiam homicidiis pecunia perſoluẽdis,& aliæ huiuſmoi. Ex parte vero Regis,ſi Rex fractis Legibus ad Tyrannidẽ aſpiret,& arbitratu ſuo cũcta faciat,ad inſtarq; Roboam pro flagellis etiã ſcorpiões ſubditis minitetur: vel honores & præmia, item onera & pœnas inæqualiter diſtribuat. Verum enim eſt illud quod noſter Petrus Royſius Hiſpanus ſcripſit.

Reſpublicæ turbantur ac intereunt.

Ex parte Conſtitutionum.

Ex parte Regum.

Multa quod indigni teneant, paucisſima digni:
  Omnis eo pax eſt publica fracta malo.
Addo, quod intenues redeunt onera, atq; labores:
  Virtuti contra præmia nulla uident.

Ex parte vero Magiſtratuũ & Ciuium Reſpub. diſſoluitur, ſi damnati iuſta non exiſtente cauſa in integrum reſtituãtur,vincti ſoluãtur,exules reducãtur, res iudicatæ reſcindantur, aliaq; omnia Regis domi ac pace, foris ac bello iuſte imperata,vel vetita, temeritate ſubditorum irritentur.

Ex parte Magiſtratuum & Ciuium.

De Obedientia & pace in Eccleſia retinenda.

Quod ſi Deus tanto ſtudio vel Oeconomiã inſtituit,vel Politiã cõſtabiliuit,cum altera harũ tantum ad propagationẽ generis humani, altera ſolum fere ad externam tranqllitatẽ per Magiſtratũ in populo conſeruandã pertineat,vtraq; aũt ſine dubio infra dignitatẽ animæ poſita eſt:longe maiore cura ædificauit Eccleſiã ſuam,quã Ciuitatẽ ſuam Spiritualẽ eſſe voluit,multo etiã ſanctiores VERBI SVI Leges ei dedit,cum illis ſe præcipue coli mãdauit,ac præter ea illarũ obſeruatoribus vitam,trãſgreſſoribus aũt mortẽ promiſit. Itaq; legimus quãta diligẽtia Deus ipſe Eccleſiã ſuam,hoc eſt cœtum audientiũ & cuſtodientiũ verbũ Dei,ab initio ſemper muniuerit,ac ſeruauerit. Abelis enim cædem in Cain vltus eſt, Enoch &

Maiore diligẽtia Deus Eccleſiam ſuam inſtituit quam uel Oeconomiã,uel Politiã

Qui ſunt reponendi in definitionem Eccleſiæ

Heliam in paradiſum trãſtulit, Noach cum tota domo ſua a diluuio ſeruauit, Lot de Sodomis eduxit, Abrahæ peregrinanti benedixit, Danielẽ a Leonibus defendit, Ionã de ventre Ceti eduxit, aliosꝙ ſanctos ſuos ab aliis periculis mirabiliẽ protexit, in Iudæos deniꝙ tanta beneficia effudit, vt nihil tale vlli nationi feciſſe legatur. In quibus etiã Sacerdotiũ Leuiticum tanta cura cõſtabiliuerat, vt illius cõtemptores ignis deuorarit vt Nadab & Abihu, infernus abſorpſerit vt Core Datan & Abyron, Lepra infecerit vt Oziam, mors ſtrauerit vt Ozam. Porro cũ Prophetæ ſerere mendacia cœperunt, Sacerdotes vero præ traditiõibus ſuis Legem Dei neglexerũt, populus aũt facile eſt obſecutus vtriſꝙ, inſuper cædes varias atꝙ perfidiã omnes addidere: Deus iuſtus vindex ſcelerũ, non tantũ Silo vbi prius colebatur & templum ſuũ cui cõfidebant Iudęi, verum etiã teſtamentũ ſuum quod patribus ſanctis dederat, totãꝙ Iudæorũ Eccleſiã in qua tot ꝓdigia edidit, demolitus eſt, atꝙ etiã gentem ipſam nomine filiorũ Dei cõmendatã per totum orbem terrarũ horribili exemplo diſperſit. In gentibus aũt Eccleſiã ſuam, ſimulꝙ Sacerdotium ſecundũ ordinẽ Melchiſedec fundare cœpit, tanto diligentius vtiꝙ, quãto hæc illa maior, ſanctior, durabiliorꝙ eſſe debuit. Itaꝙ non alicuius vrbis anguſtiis, vel terræ ſpaciis vt olim Iudæorũ: ſed orbe terrarũ, ortu occaſuꝙ Solis Eccleſia Chriſtiana definitur: nõ amplius hircorũ & taurorũ cruore quotãnis abluitur, verum Chriſti Ieſu ſanguine in perpetuũ ſanctificata exiſtit: nec ad vitam huius vel illius Sacerdotis manſura eſt, verum pro eo ac Chriſtus Rex & Sacerdos eiꝰ mediatorꝙ Dei ac hominũ in æternum eſt, ipſa vero vt diſcipula audit verbum Dei & cuſtodit illud: ad conſumationẽ ſæculi durabit. De quibus omnibus teſtimonia ſacræ ſcripturæ hic adferri nõ oportet, ne vel in meridie lucernã accendere, vel immẽſum pelagus pugillo velle cõcludere viderer. Illud duntaxat hic quaſi obiter attingã. Quia tãtorum Chriſti in Eccleſiã ſuam beneficiorũ veros teſtes perpetuosꝙ miniſtros & fideles diſpenſatores ſemper extare in Eccleſia oportet, ne quis per ſeditionem functiones illorum impediat, aut ſe diuidat ab illis.

Quomodo Iudæorũ Eccleſia eſt diſsipata, in gentibus aũt eſſe cœpit.

1. ad Corint. ca. 12. Eadem fere ſententia habetur.

Ad Epheſ. cap. 4. Vſus miniſtrorũ Eccleſiæ qui eſt.

AC PROpterea Deus in Eccleſia ſua quoſdã Apoſtolos poſuit, quoſdã Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios aũt Paſtores, & Doctores, ad conſumationẽ ſanctorum, in opus miniſterii in ædificationẽ corporis Chriſti (qđ eſt Eccleſia) ne ſimus paruuli fluctuãtes, circũferamurue omni ventu doctrinæ per nequã & aſtutorum hominũ circumuentionẽ, errores ſeminantiũ. Qui quidẽ ordo ne per temporum curricula deficeret, vel doctrinã Euangelii aut Sacramentorũ adminiſtrationem variaret: Et Epiſcopi ab Apoſtolorũ ſucceſſoribus, Presbyteri aũt Diaconi aliiꝙ miniſtri ab ipſis Epiſcopis per impoſitionẽ manuum inſtituunẽ: & doctrina de differentia Legis ac Euãgelii, ac vi vtriusꝙ, deꝙ aliis omnibus doctrinę partibus, Apoſtolicis ſcripturis eſt prodita: & Sacramentorũ adminiſtrandorũ ritus omnibus ſui partibus eſt deſcriptus: ita vt hic cœtus Chriſtianorũ, ſi neꝙ ad dextram neꝙ ad ſiniſtrã a pręſcripto verbi Dei inclinet, Iure optimo Eccleſia Dei viui dicatur, columna videlicet & firmamentũ veritatis. Et quoniã Epiſcopi & alii miniſtri Eccleſiæ omnium bonorũ propagatores in Eccleſia Dei ſunt, nõ alicundeꝙ hæreſes niſi ex contẽptu illorum pullullent: Idcirco operęprecium putabã, hic etiã adſcribere ſentencias, quibus populus admoneatẽ illorum ordinem ac officium eſſe a Chriſto propter nos inſtitutum: vt tãto religioſius qſꝙ de eis ſentiat, quanto ſanctior mittẽtis eos auctoritas apud nos eſſe debet, & dignitas illorũ functionis omni humano faſtigio ſublimior eſſe videtur. Quod vbi abſoluerimus, de omni fere ratiõe Prouinciæ ipſorum itidẽ aliquot teſtimonia ſcripturæ ſubiiciemus, vt concordia cum iuſta obedientia ipſis Eccleſię miniſtris vel reſtituatur, vel potius ſarta tectaque maneat.

Math. 4. cap. Chriſtus uocat diſcipulos ſuos ad piſcaturam hominum.

AMBVLans Ieſus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres Simonẽ & Andreã & ait illis, venite poſt me & faciã vos PISCATORES HOMINVM. At illi continuo relictis RETIBVS ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Iohannẽ fratrẽ eius in naui, & vocauit eos. Illi aũt ſtatim RELICTIS RETIBVS, ac PATRE, ſecuti ſunt eum. Et cuidã alii diſcipulo ait, ſequere me, ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Similiter Paulus & alii vocationem itidem Chriſti, ſecuti ſunt.

Math. 8.

Math. 10.

ET CONVOCATIS duodecĩ diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatẽ ſpirituum im-

mundorū vt eycerent eos, & curarent omnem languorē, & omnem infirmitatem. Item EVNtes prædicate, dicentes, Quia appropiquabit Regnum cœlorū. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eycite, gratis accepiſtis gratis date. Nolite poſsidere aurum, neq; argētum, neq; pecuniā in Zonis veſtris: non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamēta, neq; virgam: dignus enī eſt operarius cibo ſuo. In quācumq; aūt Ciuitatē aut Caſtellum intraueritis, interrogate q̄s in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis. Intrantes aūt in domum, ſalutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et ſi quidē fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam. ſi aūt non fuerit digna: pax veſtra reuertetur ad vos. Et q̄cumq; non receperit vos, neq; audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel Ciuitate excutite puluerē de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit Terræ Sodomorum & Gomorrhęorū in die Iudicii quā illi Ciuitati. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpētes, & ſimplices ſicut columbæ. Itē Math. 28. dicit eis. Euntes ergo docete omnes gentes &c. Ibidem: Docentes eos ſeruare omnia quæ præcepi vobis. Marci vltimo. Ite in orbē vniuerſum & predicate Euāgelium &c. Ioh. 20. Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos: id eſt, ad prædicationē eiuſdem Euāgelii. Act. 1. Et eritis mihi teſtes &c.

Chriſtus Apoſtolis in ſigit propria officia. Math. 10.

VOS AVTem quem me eſſe dicitis? Reſpōdens Simō Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpōdens aūt Ieſus dixit ei, Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis nō reuelabit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & ſuper hanc Petrā ædificabo Eccleſiā meā, & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eā. Et tibi dabo claues Regni cœlorum. Et quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumq; ſolueris ſuper terrā, erit ſolutum & in cœlis. &c. &c. &c.

In Petra Chriſto iam Apoſtoli clauigeri, quam Eccleſia ſunt ædificata, in hac denīq; ſpes triūphi contra portas inferorum eſt omnibus promiſſa

DIXIT ergo eis iterum. Pax vobis: ſicut me miſit pater, & ego mitto vos. Hæc cū dixiſſet, inſufflauit: & dicit eis. Accipite Spiritum ſanctum: q̄rum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.

Iohan. cap. 20. Apoſtolis datur Spiritus ſanctus, & claues.

CVM ergo (poſt Reſurrectionē Chriſti) prādiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Iohānis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu ſcis quia amo te, Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterū, Simon Iohānis diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu ſcis quia amo te, Dicit ei iterum: paſce agnos meos. Dicit ei tercio, Simon Iohannis amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tercio, amas me? Et dixit ei, Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te, Dicit ei, Paſce oues meas.

Iohann. 21. Amore Chriſti paſtores Eccleſiæ ad paſcendum gregem Domini ducantur.

Huc pertinet forma boni Paſtoris a Chriſto Ieſu grauiter deſcripta. & a mercenarii perfidia omnibus ſui partibus diſtincta. Inde eſt videndum. Quia vt Simon vnus pro omibus Apoſtolis Petrā, quæ eſt Chriſtus filius Dei viui, confitetur: ita Chriſtus eidē (vt pote perſonā Apoſtolorū Eccleſiæq; ſuſtinenti) & Petri denominationē mutuatus eſt, & claues Regni cœlorum promiſit: quas Iohānes ſoluendi & ligandi poteſtatē omnibus Apoſtolis in cōmune datam expoſuit: ita nimirū, vt iis quos ſcelerum pœniteat, credātq; Euangelio, remiſſa: vel cōtra induratis & infidelibus retenta eſſe peccata anūcient. Magno tamē myſterio Chriſtus vni Petro ipſas claues promiſit, quas poſtea omnibus tribuit: vt ſcilicet & ordinem inter Apoſtolos fieri, & per vnū in omnes tantā diſpenſationē refundi, omninoq; vnanimes in confeſsiōe Petræ, & in ligādo vel ſoluendo ſolosmet ipſi Petræ ſuperædificatos eſſe oportere doceret: ſi portis inferorū reſiſtere vellent. Et ne ipſe Petrus a Spiritu ad carnem, a Deoq; ad ſanguinē vnq; retroſpiceret, a Petraue in arenā deflecteret, aut ſibi ſoli tantū claues arrogaret: eidem ſtatī poſt magnificā clauiū promiſsionē Chriſtus a cruce ſe dehortanti, reſpōdit. Vade retro poſt me Satana, offendiculo mihi es, neq; enim ſapis ea quæ Dei ſunt. ſed quæ carnis. Item tempore crucis negauit ſe noſſe Chriſtum: Inſuper iā poſt acceptū Spiritum ſanctū, licet cōfirmator fratrū, ac etiā paſtor ouium fuerit poſitus, vt etiā Paulus Euāgelium ſuum cum ipſo cōtulerit: quia tamen nō vere in Euāgelio inceſſerit, ab ipſo Paulo Apoſtolo fuit reprehenſus. Non cōniuendum aūt fuit Apoſtolo ad hunc errorem: ſi quidem & Iudæi nihil minus quā excuſabiles fuerūt, q̄ vitulum ab Aarone cōflatum adorauerūt, & ipſemet Petrus magis obediendū eſſe Deo, quā hominibus docuit, quin etiā Angelorum doctrinā ab Euāgelio ſemel tradito diſſentientem, anathema iuſsit eſſe Apoſtolus. Alioquin Petro, eiuſue ſucceſſori, cū

Iohan. 10.

Claues Regni cœlorum in perſona Petri data Apoſtolis.

Cur Chriſtus labi Petrum permiſerit?

Math. 16.

Petro, eiuſue ſucceſſori eſt obediendum.

1. Regum cap. 15.

ſapit ea quæ Dei ſunt, cum fratres cõfirmat, cum oues paſcit, vel cum etiã a catulis hædos ſegregat, ſuppoſitos coercet, aliasq; partes functiõis ſuæ legitime exequit: magna cum reuerentia eſt obſequendũ. Ne Deo per ipſum nobiſcum agenti, perditorum exemplo, refragari videamur. Melior enim eſt obedientia quã victimæ, & Deo auſcultare magis quã offerre adipem arietum; quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, Deo repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ eſt, nolle acquieſcere. Itaq; cum ex aliis locis ſcripturæ, tum ex hoc apparet: quomodo Petrus pro officio ſuos itidem Conſeniores ad paſcendum gregem Dominicum opidatim diſpoſitos, hortatur: & quid præmii ſibi polliceri debeant, exponit.

1. Petri 5. Petrus Presbyteros hortatur ad paſcendũ gregẽ Chriſti, atq; hæc eſt illa eius poteſtas data ſibi a Chriſto in paſcẽdo, et lenitas digna ſummo paſtore in admonẽdo

SENIORES ergo qui in vobis ſunt obſecro, cõſenior & teſtis Chriſti paſsionũ, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ cõmunicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes nõ coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum: neq; turpis lucri gratia, ſed volũtarie: neq; vt dominãtes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cũ apparuerit Prĩceps paſtorũ, percipietis immarceſsibilẽ glorię coronã.

OPORtet Epiſcopum tenacem eſſe eius, qui ſecundum doctrinã eſt, fidelis ſermonis: vt potens ſit exhortari per doctrinã ſanam, & cõtradicentes refellere. 1. Corint. 4.

1. Ad Timoth. 3. Epiſcopi quales eſſe debeant.

SI QVIS Epiſcopatum deſyderat, bonum opus deſyderat. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentẽ, ornatum, pudicum, hoſpitalẽ, doctorem, nõ vinolentum, nõ percuſſorẽ: ſed modeſtum, nõ litigioſum, non cupidũ: ſed ſuæ domui bene præpoſitũ, filios habentẽ ſubditos cum omni caſtitate. Si quis aũt domui ſuæ pręeſſe neſcit: quomodo Eccleſię Dei diligentiam habebit? Non Neophytum: ne in ſuperbiã elatus, in iudiciũ incidat Diaboli. Oportet aũt illum & teſtimoniũ habere bonum ab iis qui foris ſunt: vt non in opprobriũ incidat & in laqueum Diaboli.

Diaconi.

Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes myſteriũ fidei in cõſcientia pura. Et hi quoq; probentur primũ: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.

Vxores Diaconorũ. Eodẽ pertinet locus Act. 6. de Diaconorũ inſtitutiõe ac officio.

Mulieres ſimiliter pudicas, nõ detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Diaconi ſint vnius vxoris viri: qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus. Qui enim bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum acquirent, & multam fiduciam in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Ad Titum capitul 1. Presbyteri quales?

HVIVS rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quę deſunt corrigas, & cõſtituas per Ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habẽs fideles, nõ in accuſatiõe luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enĩ Epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorẽ: nõ ſuperbum, non iracundũ, nõ vinolentum, nõ percuſſorẽ, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalẽ, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, cõtinentem, amplectentẽ eum qui ſecundũ doctrinã eſt, fidelẽ ſermonẽ, vt potẽs ſit exhortari in doctrina ſana, & eos q̃ cõtradicũt arguere.

1. Ad Timoteum 5. Presbyteri prædicantes Euangeliũ duplici honore ac etiam uictu digni ſunt.

QVI bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeanť: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura, Nos alligabis os boui trituranti. &, Dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere: niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

1. Ad Timotheum 5.

MANVS cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis.

2. Ad Timot. 2.

POrro nemo militãs Dęo, ĩplicet ſe ſęcularib. negociis, vt ei placeat, cui ſe ꝓbauit.

An ſucceſsio Epiſcoporũ perpetua ſufficiens ſit ſignum uere Chriſti Eccleſiæ?

ET SI aũt continua ſucceſsio, legitimaq; inautoratio Epiſcoporũ in Eccleſia, magnum nobis momentũ adfert ad dignoſcendã verã Chriſti Eccleſiã a falſa, & catholicã ab hæretica: Attamẽ quia Silo, templum, & perpetua ſucceſsio Pontificũ Iudęis ad titulum Eccleſię nõ profuere: qđ pręcepta Dei trãsgrediebanť propter traditiões ſuas. Quarum etiã zelo peruerſo, Prophetas cõtradicentes ſibi, atq; ipſum poſtremo Chriſtũ & eius Apoſtolos inuſitatis mortibus trucidauerũt. In Eccleſia vero Chriſti multi itidẽ poſt Apoſtolos fuere pſeudo Epiſcopi, ac Prophetæ, Heretici, Simoniaci, & Phariſęi (imo etiã Antichriſtũ non alibi quã in templo Dei ſeſſurum prophetat Paulus) a quibus omnibus cauere nos Chriſtus iubet: Igitur poſt hanc continuã Epiſcoporũ ſucceſsionem, omniũ certiſsima nota

Notæ ueræ Eccleſiæ.

ſit veræ Eccleſiæ, in qua SONAT ET CVSTODITVR VERBVM DEI, PVRAq; externorũ SACRAMENTORVM adminiſtratio & VSVS retinentur: CONtumaces aũt a cõmunione fidelium arcenť. ita vt eum cœtum ad vnitatem veræ Eccleſiæ pertinere cõfidenter credamus, in quo hæc ſigna videre

licet: etiã

licet: etiam ſi quædã vicia vel in adminiſtrãtibus illa, vel in iis quibus adminiſtrãtur hæreant: Dominus enim Eccleſiã ſuam ſagenæ miſſæ in mare omne genus piſcium cõgreganti ſimilem eſſe ait, & tam triticum quam zizania toleranda vſque ad meſſem præcepit.

Prima pars Sacerdotalis miniſterij in prædicatione Verbi Dei conſiſtit.

AC PRIMA quidẽ pars Sacerdotalis miniſterii eſt in prædicatiõe ipſius verbi Dei, qđ in Legem & Euãgelium diuidit: Quorum alterũ opera tantũ exigit, & niſi fiant, maledicta ingerit: alterum pœnitentiã peccatorũ, & fidem in Chriſtum qui gratis iuſtificat peccatores, operaq; charitatis requirit. In quarũ duarum rerum prædicatiõe, ne ad ſomnia capitis ſui miniſtri reſpiciãt, multa exempla admonent. Quod enim Adam a præcepto diſceſsit paradiſo pulſus eſt, Saul Regnũ amiſit, Propheta de Iuda a Leone eſt diſcerptus, Iudæorũ Eccleſia diſsipata eſt: aliiq; innumeri multis cladibus cõfecti ſunt. Contra beati omnes ſemper ſunt habiti, qui meditant̃ in Lege Domini, audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

NE aũt Sacerdotes oſcitãter officium ſuum faciant, meminerint quid Eſa. dicat, Ve mihi quia tacui: Similiterq; Apoſt. ait, Ve mihi niſi Euãgeliſauero: Atq; ob id Dominus per Eſai. dicit, Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã, annuncia populo meo ſcelera eorum &c. Alioquin ſi Sacerdos Eccleſiæ videt gladium venientẽ ſuper populum, neq; præmonet illũ, ſanguinẽ populi de manu eius Dominus requiret, animaq; eius pro anima illius rea tenebitur, vt ait Ezechiel. Et tamẽ in prædicatiõe Euãgelii nihil prohibet, quominus traditiões veteris Eccleſiæ ad nos vſq; cõſentienter, nõ contra, ſed iuxta Analogiã verbi Dei receptæ, ſeruent̃: prætereaq; Politicę ordinatiões de quibuſdã Eccleſię temporibus, locis, cęremoniis, reditibus, & id genus rebus adiaphoris fiant: vt ſcilicet bono ordinę, diſciplina, & trãquillitas Eccleſiæ ſeruetur. Nihil enĩ in domo, Rep. ac etiã in ipſa Eccleſia pernicioſius eſt, quã ſi ſublato aliquo capite, penes quẽ auctoritas eſſet regendi & puniendi, omnes ita redigi in ordinẽ, vt vnicuiq; impune liceat, quod libeat: male enim in illa Repub. viuitur, in qua nihil omnino licet: peſsime in qua, quid cuiuis libet, licet. vt quidã aiebat. Ac proinde quo plus momenti in his ordinationibus eſt, eo magis cauere Pontifices oportet, ne iniuſtę aut impię Leges Eccleſiæ imponant̃. Nam eæ ſemper exagitãtur, & motæ reliquã Politiã labefactãt.

Traditiones de Politia Eccleſiæ conſeruanda.

Altera pars ſacerdotalis miniſterij in adminiſtratione ſacramentorũ eſt poſita.

ALTERA AVTEM pars Sacerdotalis miniſterii in adminiſtrãdis Sacramẽtis eſt poſita. Quę ſane inuiſibilis gratię Dei viſibilia ſigna ſunt, ita dicta, qđ in eis viſibiles elementorũ ſpecies oſtendunt̃, inuiſibilis vero gratiæ participatio ſignificatur, vt ita ſcilicet magnitudinẽ beneficiorum Dei fragiles cõprehendamus, & ſpiritualia dona ſub rebus corporalibus carnales capiamus: Ita Deus in arcu cœli cum Noach, in circumciſiõe vero prępucii cum Abrahamo fœdus pepigit, Iudęis aũt in Zion ſe adorari præceperat. Porro cum & vmbræ iam præterierũt, & legale Sacerdotiũ deſiit: veritas aũt & Euãgelium per Ieſum Chriſtũ orbi terrarum illuxit, ſuaui iugo & ſarcinæ leui nos Chriſtus ſuppoſuit, ſimulq;, vt ait Aug ſocietatẽ noui populi Sacramẽtis numero paucíſsimis, obſeruatiõe facillimis, ſignificatiõe aũt præſtantíſsimis colligauit, & in ſpem adoptiõis filiorũ Dei cõſecrauit: Sicuti eſt, Baptiſmus Trinitatis nomine cõſecratus, & cõmunicatio corporis & ſanguinis Chriſti, & vſus clauiũ miniſtris Eccleſiæ creditus: & ſi quæ alia Sacramẽta his exęquãt, quę remiſsionẽ peccatorũ ſignis exteriorib, haberẽt adnexã.

De Baptiſmo. Math. 28.

QVOCirca Dominus poſt Reſurrectionẽ ſuã diſcipulos ſuos docet quemadmodum baptiſare deberent, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentęs: baptiſantes eos in nomine patris & filii & ſpiritusſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcũq; mandaui vobis, & ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus, vſq; ad cõſumationem ſæculi. Item Iohann. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu nõ poteſt introire Regnũ Dei. Mar. 16. Qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluus erit. Act. 2. Baptiſetur vnusquiſq; in remiſsionẽ peccatorũ. & Act. 8. In aquã Philippus cum Eunucho deſcendit, & baptiſauit eum. Petrus aũt baptiſmum pactum bonæ cõſcientiæ erga Deum per Reſurrectionẽ Chriſti vocat, Paulus vero in baptiſmo noſtrum veterem Adamũ cõcrucifigi, commori, atq; conſepeliri Chriſto, ipſumq; ita a nobis indui teſtatur. Porro vt olim infantes Iudæorum per circumciſionẽ populo Dei inſerebant̃, ita etiã noſtri paruuli originali peccato obnoxii ad beneficia Chriſti per baptiſmũ inautorant̃. de qbus

De Confirmatione.

omnibus cũ

omnibus cum adoleſcũt, & a cathechiſtis erudiunt, & in fide profeſſa ab Epiſcopis propriis per impoſitionẽ manuum cum dono Spiritus ſancti confirmant. Sed quia Chriſtus poſt Reſurrectionẽ in diſcipulos ſufflauit, & ante mortem ſalem ſe appellauit & luto oculos cæco, aures ſurdo, linguã muto reddidit, eiectisq; demoniis oleo ægros vnxit, idcirco vniuerſalis Chriſti Eccleſia flatum, ſal, ſputum, lutũ, & oleum aquæ in regeneratiõe eorum quoq; ſenſuum religioſa operum Chriſti imitatiõe addidit. Et quamq; Paulus dicat. Qui in Chriſtũ baptiſati ſunt, iam non ſeruos eſſe, verum omnes nos in libertate, in quã a Chriſto Ieſu ſumus vocati ſtare iubet. Non hoc tamẽ agit Apoſtolus, vt vel ſerui dominorũ, vel ſubditi Magiſtratuum, qđ baptiſati ſint, iugum excutiãt: Euangelium enim neq; Oeconomiæ neq; Politiæ ordinatiões de corporibus atq; facultatibus cõſeruandis cõſtitutas abolet: immo vero vt generi humano valde neceſſarias cõſtabilit: vt ſupra de eo diximus, cum & ſancti Patriarchæ, Prophetæ, ac Reges: & ſeruos & ſubditos etiam habuerint. proptereaq; Apoſtoli de hac vniuerſa ordinatiõe Dei honorificentiſſime ſemper ſenſerunt. Verumenĩuero Apoſtolus de fidei in Chriſtum, ac de ſpiritus libertate (nimirum ab onere, terroreq; Legis, & iræ Dei metu) loquitur: in qua quidẽ nõ eſt melior Iudæus, non eſt Græcus, nõ eſt ſeruus nõ eſt liber, nõ eſt mas non eſt fœmina: quia ea nõ propter vllius perſonæ genus, dignitatẽ, ſexum, aut meritum: verum gratis omnibus per fidem in Chriſtum Ieſum cõtingit. Interim aũt, vt mas fœminæ, & pupillo tutor: ita ſeruo Dominus, & ſubdito Magiſtratus, ad ipſorũmet conſeruationẽ ac vtilitatẽ pręponunt. Quippe qđ omnis huiuſmodi poteſtas a Deo ſit, vt eorũ beneficio inferiores nõ ſolum ab iniuria tuti, verum etiã mutuis officiis adiuti, tranquillã ac beatã vitam degant. Porro qđ Chriſtiani vetantur ſeruire Iudæis, id fit ne filii Dei hoſtibus filii Dei ſeruiant, & in ſe Domino & redemptori ſuo inurant contumeliam.

De pœnitẽtia & eius partibus contritione videlicet, confeßione & ſatiſfactione.

TAMetſi vero ita vetus homo noſter in Baptiſmo occiditur, vt renati, nõ carni, non mundo, tantominus Satanæ: ſed ſpiritui, cœlo, ac ipſi etiã Deo viuamus: aculeus tamẽ cõcupiſcentiæ ex noſtra carne nõ eximitur, donec ſumus in hac vita, compeſciq; a Deo nequit, quin aduerſus ſpiritũ erigat, & militet: cum vero in hoc cõflictu raro victores euadamus: ſæpe aũt victi manus demus peccato: idcirco terrore Legis quã trãſgredimur ad pœnitentiã ſcelerũ toties reuocamur, quoties a ſocietate Chriſti delicto noſtro excidimus: cõfitemurq; ipſa peccata noſtra Deo cuius præceptũ tranſgredimur: proximo recõciliamur quẽ offendimus: & ad pedes Presbyteri nos abiicimus, qui pro habitu delinquentiũ impœnitentes vel pœnitentes, anunciatiõe iræ vel gratiæ Dei, ligat, vel ſoluit: vt cum Niniuitis ieiunãtibus, Petro aũt plorante in ſpem gratiæ Chriſti fide accipiamur, non aũt cum Ieruſalem. vel cum Iuda deſperatiõe abſorbeamur. Non enim Pontificẽ ac mediatorem noſtrum Chriſtũ Ieſum habemus, qui infirmitatibus noſtris cõpati nõ poſſit: quippe quod ipſe per omnia pro ſimilitudine noſtri quã geſſit, abſq; tamẽ peccato qđ non fecit, etiã ſit tentatus. vt Iure optimo cum fiducia ad thronum eius gratiæ adeamus, & tam pœnitentes miſericordiã cõſequamur, quã fidentes eius promiſsiõibus gratiã inueniamus in tempore oportuno. Idcirco enim & ſeſe Deo patri pro nobis ſemel obtulit, & interpellaturus pro nobis in dextris Dei patris cõſedit, æterna redemptiõe nobis inuenta.

De Cœna Domini.

Cuius gratiæ pignus ac etiã mnemoſinõ, corpus & ſanguinẽ ſuum ſub panis & vini ſpeciebus, hinc abiens omnibus ſuis fidelibus reliqt, vt ſcz mens humana tãto facilius grãde myſterium reconciliatiõis hoc medio inſtrumẽto capiat, quãto craſsius illud in oculis, auribus, ac lingua etiã verſari, ac fieri, videt, audit, atq; etiã ſentit. Quocirca ne de tanto Sacramento Satan impias opiniões ſuſcitet, & pro vnionis ſymbolo diſſenſiõis fomitem, vti ſolet, iniiciat: ſcripturas de eo ſecundum præceptũ, ac exemplum Chriſti, & imitationẽ prioris Eccleſiæ cõfectas, audiamus. ne tantum teſtamentũ atq; etiã fœdus inter Deum & homines per impietatem, quæ neceſſariis detrahit, violemus: vel per ſuperſtitionem quæ ſuperflua addit, prophanemus.

Iohannis 6.

DIXIT ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, habet vitã æternã: & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Caro enĩ mea, vere eſt cibus: & ſanguis meus, vere eſt potus. qui

manducat meã carnẽ,& bibit meum ſanguinẽ,in me manet,& ego in illo.

COENANtibus aũt eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit.deditq́ diſcipulis ſuis,& ait,Accipite,& comedite:hoc eſt corpus meum.Et accipiens calicem,gratias egit:& dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. *Mathæi 26.*

ET manducãtibus illis accepit Ieſus panẽ: & benedicẽs fregit.& dedit eis.& ait, Sumite,hoc eſt corpus meũ.Et accepto calice,gratias agẽs dedit eis. & biberunt ex illo oẽs. Et ait illis, hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, q pro multis effundet. *Marci 14.*

ET accepto pane gratias egit,& fregit:& dedit eis,dicẽs, Hoc eſt corpus meum, qđ ꝓ vobis dat.Hoc facite in meã cõmemorationẽ.Similit & calicẽ,poſtq́ cœnauit,dicẽs. Hic eſt calix nouũ teſtamentũ in ſanguine meo, qui ꝓ vobis fundet. *Lucæ 22.*

POST Aſcenſionem vero Chriſti in cœlum Paulus Apoſtolus ita ad Corinthiorum Eccleſiam ſcribit.

CALIX benedictiõis cui benedicimus:nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quẽ frãgimus,nõne participatio corporis Dñi eſt?Quoniã vnus panis,et vnũ corpus multi ſumus. omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. *1. Corint. 10.*

Et iterum idem Apoſt. EGO accepi a Dño,quod & tradidi vobis,quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebat accepit PANEM,& gratias agens fregit, & dixit,Accipite & manducate, hoc eſt CORPVS meum qđ pro vobis tradet: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter & CALICEM,poſtq́ cœnauit,dicens, Hic calix nouum teſtamentũ eſt in meo SANGVINE. hoc facite, quotieſcumq́ biberitis, in meã cõmemorationẽ.Quotieſcũq́ enim MANDVcabitis PANem hunc,& CALIcem BIBetis:mortem Domini anunciabitis,donec veniat.Itaq́ quicumq́ MANDVcauerit PANem,& BIberit CALicẽ DOmini indigne:reus erit CORporis & SANguinis Domini.Probet aũt ſeipſum homo: & ſic,de PAne illo edat,& de CALice bibat. Qui enĩ mãducat & bibit indigne: Iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans CORPVS Domini. *1. Corint. 11.*

COMperimus aũt.Quod qdam ſumpta tantũmodo corporis ſacri portiõe,a calice ſacrati cruoris abſtineãt.qui procul dubio (quoniã neſcio qua ſuperſtitiõe docentur aſtringi) aut integra Sacramẽta percipiãt:aut ab integris arceant.quia diuiſio vnius eiuſdẽq́ myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt peruenire. *Ex decretis di. II. tẽpore Gelaſij Papæ.*

QVAre ſub duplici ſpecie ſumitur?Vt oſtenderet Chriſtus totã humanã naturã aſſumpſiſſe,vt totã redimeret:Panis enim ad carnẽ refertur,Vinum ad animã: qa vinum operat ſanguinem: in quo ſedes animæ,a Phyſicis eſſe dicitur. Et ergo in duabus ſpeciebus celebrat. vt animæ & carnis ſuſceptio in Chriſto.& vtriuſq́ liberatio in nobis ſignificet. Valet enim vt Ambroſ.ait ad tuitionẽ corporis & animæ qđ percipimus. Quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis vero pro anima noſtra offertur: ſicut præfigurauit Moyſes,caro inqt pro corpore veſtro offertur ſanguis ꝓ anima.Sed ſi in altera ſpecie tantũ ſumeret, ad alterius tantũ id eſt animæ vel corporis: nõ ad vtriuſq́ pariter tuitionem valere ſignificaretur. etenĩ non fit conuerſio panis niſi in carnem: nec vini niſi in ſanguinem. *Magiſter ſententiarum di. Q. II.*

EVCHariſtia quoq́ intincta nõ debet dari populo pro ſupplemẽto cõmuniõis. quia nõ legitur Chriſtus alicui diſcipulorũ prębuiſſe panem intinctum,niſi Iudę: Tunc vero nõ accepit Iudas corpus Chriſti,ſed tantũ panem: corpus vero & ſanguinem Chriſti ante cum aliis diſcipulis perceperat. *Idem Magiſter ſentẽciarum d. Q. II.*

AT vero nunc nõ infirmis,ſed fortibus pax neceſſaria eſt,nec moriẽtibus,ſed viuentibus cõmunicatio a nobis danda eſt,vt q̃s excitamus & exhortamur ad prælium nõ inermes & nudos relinquamus,ſed protectiõe ſanguinis & corporis Chriſti muniamus:& cum ad hoc fiat Euchariſtia,vt poſsit accipiẽtibus eſſe tutela,q̃s tutos eſſe cõtra aduerſariũ volumus, munimẽto Dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confeſsiõe nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus? Aut quomodo ad martirii poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini Iure communicationis admittimus? *Cyprianus Epiſtola 2. ad Corneliũ Papã.*

CVM ergo peccatori nomine Chriſti dicit Sacerdos,vade amplius noli peccare, ne quid deterius tibi cõtingat: ſanctorũ quoq́ cõmunioni cõmunicatione cœnæ dominicæ eundẽ reſtituit:tum vero quo ad concupiſcentiã carnis iuxta Dei pręceptum or- *De Matrimonio.*

ceptum ordinandā, homo lege ſacri Matrimonii excipit: Quod quidē cum ſit le-
gitima & ſpōtanea viri cum muliere per verbum Dei copula, propter propagan-
dum genus humanū, mutuumq; adiutoriū, ac ſcortationē vitandā a Deo inſtitu-
ta: apparet quia ex omni parte in omnibus ita honorabile eſt, vt in Oeconomia
generis & mutui adiutorii, in Rep. omnis honeſtæ conuerſatiōis, in Eccleſia vero
pudicitiæ atq; adeo ſalutis cuſtos Iure optimo dici queat. Itaq; vt paulo ſuperius
de eodem egimus, Dominus mirifico conſilio coniugiū in paradiſo inſtituit, in di-
luuio ſeruauit, poſt diluuiū cōfirmauit, a Sodoma ſubduxit, ab Abimelecho deſcen-
dit, in aliisq; mirabilit' tutatus eſt: ac poſtremo omniū miraculo Chriſti primo cō-
ſecrauit. Quocirca Deus cū & in Lege per Moſen, & in Euangelio per Apoſto-
lum ſummi Pontificis formā deſcriberet: ne propter incontinentiā carnis a Sata-
na magno cum Eccleſiæ ſcādalo tentaret, vel tam ſublimis apex promiſcuis mu-
Leuitici 21. lieribus coinquinaret, Pontificē maritum eſſe pręcepit: ita inquiens. SAcerdos
ſcortum & vile proſtibulū nō ducet vxorem, nec eam quę repudiata eſt a marito:
qa cōſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitiōis offert. Sit ergo ſanctus, qa & ego
ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos. Sacerdotis filia ſi deprehēſa fuerit in ſtu
pro, & violauerit nomē patris ſui, flammis exuret. Pontifex aūt id eſt Sacerdos
maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius
manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitusq; eſt ſanctis veſtibus. Virginē du-
cet vxorem: viduā aūt & repudiatā, & ſordidā atq; meretricē nō accipiet, ſed puel
lam de populo ſuo: ne cōmiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ: qa ego Do-
minus qui ſanctifico vos. Apoſtolus vero de forma Epiſcopi, Presbyteri, & Dia-
coni Chriſtiani itidē ſcribens, ait, vt ſupra attigimus: oportet Epiſcopū, ſimiliter
Presbyterū, ac Diaconū irreprehēſibiles eſſe, vnarū vxorum maritos: Interq; ali-
as dotes requirit in eis, vt domibus ſuis bene pręſint, filios habeāt ſubditos cū om-
ni caſtitate: Nam ſi quis domui ſuæ præeſſe neſciat, quomodo, inquit, Eccleſiæ
Lucæ primo. Dei diligentiā habebit? Quorum præceptorū auctoritas tantū apud ſanctos pa-
Iohannis conceptio tres valuit, vt nō ſolum omnes Patriarchæ & Prophetæ in cōiugio ſancti vixerit,
Zachariæ patri sa- verum etiā cōceptio Iohānis Baptiſtæ (quo inter natos mulierū maior nō ſurre-
cerdoti ad altare ſa- xit) per Angelū Gabrielē qui aſtat ante Deum Zachariæ patri Sacerdoti ad al-
cra facienti a Deo fu tare tunc ſtanti hora incenſi renunciata fuerit. Ad eundēq; modū omnes fere A-
it nunciata. poſtoli cōiuges habuerūt, vt teſtis eſt locupletiſſimus D. Chriſoſtomus in homi-
Apoſtoli habebant lia ſuper 6. caput Eſaiæ cōſcripta. Sic Petrus vxorem habuit, quia ſocrum habu-
uxores. it, Mar. 2. Sic Paulus ad Philip. 4. ſuæ vxoris meminit, his verbis: Sane rogo te cō-
par germana, adiuua eos qui in Euāgelio decertarunt mecū. Item 1. ad Corint. 9.
An nō habemus poteſtatē, ſororē mulierē circumducendi, quemadmodū & cæ-
teri Apoſtoli & fratres Domini, & Cephas? Ita quoq; Philippus legitur in Actis
Apoſt. & vxorem & filios habuiſſe. Quin etiā magna cōgeries exemplorū reſtat,
quæ docent nos de coniugio Epiſcoporū, Sacerdotū, & Diaconorū. Hilarius eni
Qui Epiſcopi coniu- Epiſcopus fuit coniunx, Nicolaus ſimiliter vnus ex Diaconis cum Stephano ele-
ges fuerant? ctis, vxorem pulcherrimā habuit, teſte Euſebio Eccleſ. hiſt. Lib. 3. cap. 29. Philo-
gonius Epiſcopus cōiugatus fuit, teſte Chriſoſt. Vxoratum Epiſcopū Pelagius or
dinauit, diſt. 28. Can. de Syracuſanæ vrbis. Spiridion Cyprius Epiſcopus vxorem
habuit & liberos, Eccleſ. hiſt. Lib. 10. cap. 5. Pater Gregorii Nazianzeni Epiſco-
pus cōiugatus fuit. Eccleſ. hiſt. Lib. 9. cap. 39. Pater Cenomanēſis Epiſcopus in
coniugio vixit. diſt. 56. Can. Ceno. Bonifacius primus ex patre Iucundo Presby-
tero natus eſt, teſte Platina. Fœlix tercius ex Fœlici Presbytero, vixit anno 474.
Gelaſius primus ex patre Valerio Epiſcopo, vixit anno 494. Agapitus primus ex
patre Gordiano Presbytero, teſtibus Platina & Volaterrano. Syluerius Campa-
nus ex patre Hermiſda Epiſcopo, teſtibus Platina & Volaterrano. Iohānes 21 ex
Gregorio Portuenſi Epiſcopo, teſte Stella in Chronicis. Theodorus primus ex pa
tre Theodoro Epiſcopo, teſte Volaterano. Hadrianus II. ex patre Talaro Epiſco-
po. Platina. Iohānes duodecimus ex Sergio Pontifice. Platina. Iohanes decimuſ-
quartus ex Iohāne Epiſcopo, ſub Ottone primo. Iohānes decimusſextus ex patre
Leone Presbytero, ſub Ottone tercio. Syluerius Papa, ex patre Syluerio. Epiſco-
pus Colonienſis Adolphus duxit vxorem, anno 1363. teſte Chronica D. Hediōis,
Item Iohānes Leodienſis Epiſcopus, anno 1416. teſte eadē Chronica. Atq; hi om-

nes,& alii fere innumeri cum Paphnutio,eiusq; ſimilibus ſanctis viris honorabiles confitebantur eſſe nuptias Nec ſine cauſa coniugiũ ſemper tanti fuiſſe videmus. Et Chriſtus enim primo miraculo in nuptiis chanæ illud vt diximus cõſecrauit, & in vinculo coniugũ Sacramentũ magnum Spiritualis coniugii, amoris, ac obedientiæ,inter ſe & Eccleſiam adumbratũ iri voluit. Ita vt dæmoniacã doctrinam Apoſtolus eſſe dixerit,Matrimonii vſum prohibitũ : triplici genere Eunuchorum,qui absq; vſtionis peccato cõtinere poſſunt, a Lege Matrimonii ſemper exceptis. Auguſtinus certe tria in Coniugio animaduertit : fidem, prolem, & Sacramentũ. In fide attenditur ne poſt vinculũ profeſſum cum alia coeatur,in prole vt amanter ſuſcipiatur religioſeq; educetur,in Sacramento vt ne coniugiũ ſeparetur,& dimiſſus vel dimiſſa ne quidem prolis cauſa alteri coniugatur. Atq; hæc ſunt Matrimonii Iura,iſtę Leges. Porro non ſolum tot præmia ad conſeruãdam Matrimonii ſanctitatẽ nos inuitare debent,verum etiã e regione prauas mẽtes metus pœnarũ a flagicioſo cõcubitu deterrere poſſunt. Matrimonii enim prophanatores crudeliter ſemper puniti ſunt, ſi quidem filii Dei quod tantũ ob pulchritudinem filias hominũ in vxores receperint, horrẽdo diluuio vna cum omnibus animãtibus , quę archa Noach nõ receperat , perierunt : Sodomitæ ob peruerſum cõcubitum viui ad inferna præcipitati ſunt: Septem viri Saræ quod eius pulchritudine libidinoſe arſerũt a dæmonio ſunt ſuffocati: ob vxorẽ Leuitæ ſtupratam tota fere Tribus Beniamin eſt exciſa : ob Bethſabee vxorem Vriæ acceptam gladius de domo Dauid nunq; receſsit. Quin etiã Scortatores, adulteri, & molles,tantoq; minus inceſtuoſi,& alii iis etiã deteriores Regnum Dei nõ poſsidebunt. Caſtam enim generis humani propagationẽ Deus eſſe voluit. vagas aũt libidines in gentibus quoq; etiã excidione integrarũ gentium vltus eſt. Quo etiam naturæ ſenſu Athenis, ſimiliterq; Romæ Lege 12. tabularũ vetitũ erat, nec Cœlibes ſint in Ciuitate:& quod ii alienis mulieribus inſidiari videbantͫ,cum ſuas non haberẽt: & quod Ciues Reipub. nullos edebant , cum procreandis liberis non ſtuderẽt. Quocirca tam Oeconomorũ,quã Politiæ,& Eccleſiæ præſidũ maxime interſit,in domibus, in Ciuitatibus, tantoq; magis in Eccleſia Chriſti inter homines pudiciciã tueri:pecuinos aũt,id vero eſt vagos,concubitus omni genere pœnarũ vindicare,ne ſcilicet pro templis ſpiritusſancti,mẽbris aũt Chriſti ſimus, qđ Deꝰ auferat,tẽpla Satanę,ac mẽbra etiã meretricis,incẽdio gehẽnę deſtinata.

In Matrimonio tria uidenda ſunt.

ITAq; vt Sacerdotũ ordo Eccleſiam Dei plantat, Baptiſmus mox genitum hominem regenerat,Cõfirmatio adultũ in profeſſa fide corroborat, pœnitentia delictis obnoxium Deo recõciliat,Confeſsio ligat vel ſoluit,Cœna Dominica Chriſto incorporat,Matrimoniũ in pudicicia cuſtodit, ita vnctio olei hominem iamiã ad patrem cœleſtem ex militia huius mundi remigraturũ quaſi bonum athletã poſtremo perficit,& abſoluit : de qua ita IACOBVS Apoſtolus in ſua Epiſtola ſcribit. Infirmatur quis in vobis: inducat Presbyteros Eccleſię,& orent ſuper eũ, vngentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus : & ſi in peccatis ſit,remittetur ei. Atq; ita Sacerdotum inſtitutio,prædicationis Verbi Dei forma,& Sacramentorũ vſus a nobis ſunt breuiter perſtricta. ne tantopere de his homines quoq; noſtri diuerſo zelo tumultuẽtur,& ſectas ex ſectis ad exemplum vicinæ Germaniæ ſerendo, ex vniuerſali atque catholica particulares & angulares Eccleſias faciant, ac more Ciuilis belli alteri in alteros,quod abſit,armentur & inſurgant. Quod ſi fortaſsis hactenus a pręſcripto Verbi Dei a quacũq; parte deflexum ſit,ad eius regulam, veteriſq; Eccleſiæ normam, quæſo,dum tempus correctionis eſt,omnia redigi patiatur. Vt enĩ medicina,ita concordia ex ablatiõe ſuperfluorũ,additione aũt neceſſariorũ conſtat,& perficitur. vt hoc etiã addam, omnis noſtræ doctrinæ atq; libertatis vtriq; moderatricem eſſe oportere CHARItatem Et Chriſtus enim hebetudinẽ Apoſtolorum diu tolerauit,& pro crucifixoribus ſui,quod neſcirent quid facerẽt,orauit : peccatum tamẽ eſſe irremiſsibile dixit,ſi quis agnitam Dei veritatem oppugnet,vt Pharao, Phariſæi, & quidã poſt Chriſti paſsionem Imperatores , Reges, Principes huius mundi , & multi hæretici atq; Apoſtatæ illam magno ſuo malo oppugnaſſe memorantur. ∴ ∴ ∴

De unctiõe extremã.

Iacobi 5.

Ratio concordiæ in Eccleſia Chriſti conſtituendæ.

Omnis noſtræ libertatis moderatrix eſſe debet charitas.

SI ERGO Eccleſiæ fundamentũ ac Magiſter eſt Chriſtus,vt oſtendimus: quã-

De Cenſura Eccleſiaſtica quæ Epiſcopis debetur.

ta gloria eius hęc eſt, quia & domus ſupra Petrā poſitæ & diſcipulorū Chriſti rationem obtinet? Quod ſi hanc ipſam gloriā non facile quis ratiōe conſecutus fuerit: quantū e regione probrū eſſe debet, ſi quis ſuo ſcelere & ab hac domo pellatur. & a cōmunione diſcipulorū Chriſti proſcribatur? dici ſatis nequit. Neque enim de rebus carnalibus vel fortunæ bonis, verum de anima hic periclitaretur, quæ tanquā lignum diſtortū ex ædificio in ignem, vel pecus morbida e grege ad lupos, Iudicio fabri vel Magiſtri eiiceretur. Quæ quidem poteſtas iudicandi, ac etiā excōmunicandi, Epiſcopi quoq; cum Eccleſiæ Presbyteris eſt propria ęque atq; illæ duæ primæ prædicare ſcilicet Euangeliū, Sacramentiſq; parare Domino plebem ſuam. Ac propterea & filii Iſrael altera manu templum ædificaſſe altera gladium tenuiſſe memorant: ne hoſtes ædificia diruerent. Quin etiā in Lege Sacerdotes cōmunionis externæ Cenſores, leproſos pro ratione leprę extra caſtra aliquandiu eſſe iubebant. In Euangelio aūt Paulus Corintiū quendā ob inceſtum Satanę tradiderat. Petrus vero vt Simonē ſacrilegii obiurgauit, Sic Ananiam cum Zephira mendacii reos auctoritate clauium percuſſit vſq; ad mortē. Porro omnibus impœnitentibus & infidelibus generali Concionatorum voce V E illud horrendum prædicatur.

Tametſi Chriſtus propter peccatores uenerit, peccatores tamen induratos ex ſua Eccleſia eijci uoluit.

TAmetſi aūt Chriſtus neq; libentius neq; humanius locutus, atq; etiā conuerſatus fuerit, quā cum peccatoribus: ita peccatrici Magdalenæ multa peccata dimiſit, Matthæū publicanum ad Apoſtolatū vocauit, ad Zachæū etiā publicanum libenter diuertit, Adulterę patrocinabaē, Latroni paradiſum pollicitus eſt: deniq; nō propter iuſtos ſed propter peccatores ſe veniſſe ita teſtabaē, vt eos omnes quicūq; opinione ſanctitatis cōmendabanē, quaſi ex profeſſo fuerit inſectatus: Nihilominus quia multos in Eccleſia quoq; ſua fore ſciuit, qui neq; beneficiis Euangelii ad officium allicerenē, neq; pœnis Legis a ſcelere deterrerentur: ſed ad peruerſitatem doctrinæ, morum quoq; turpitudinē addituri erant perpetuā: Idcirco ipſos Epiſcopos velut doctrinæ ac morum Cenſores in Eccleſia ſua eſſe voluit, eiſdemq; ad ligandū huiuſmodi titiones inferni poteſtatē dedit. Ne videlicet nomen eius blaſphemetur, ſi in ſancta eius Eccleſia foret improborū hominū ſentina, neue malorum cōſuetudine boni vt a modico fermento tota maſſa corrumpantur, præterea vt improbos turpitudinis ſuæ aliquādo pœnitere incipiat, cum non ſolum cōmunione Sacramentorū verum etiā niſi reſipiſcant, cōmunione ſanctorum tanquā Dei & Eccleſiæ eius cōtemptores ſpoliarentur. Itaq; omnes omnium ſeculorum falſi prophetæ: a veris exagitabantur, quod videlicet Verbo Dei quæcumq; præcepta hominū, & veritati mendacia, velut tritico paleas, aut vino aquam remiſcebant: Perindeq; ſcelera in moribus quaſi e plauſtro pii reprehendebant, nempe quod contemptu Dei furerent, aliena raperent, libidinoſamq; vitam viuerent.

Quare impœnitentes Chriſtus e ſuorū cœtu proſcribi uoluerit?

Quare omnes etiam Magiſtratus cenſuræ ſuorum Paſtorū ſubſint?

Quia vero & paſtores ſuper Reges & Regna Dominus cōſtituit, & piſcatoribus orbem terrarū ſubmiſit Chriſtus: nullus Magiſtratus ea ſublimitate in Eccleſia Dei eſſe poteſt, ſi modo ſit Chriſtianus, quin ſi merito reprehenſibilis eſſe videaē, ſe a communi filiorum Dei ſorte, ſubiectione, ac cenſura eximere debeat, tantū abeſt, vt Iudicium illud Epiſcoporū vel ſublatum vel diminutū iri cupiat. Ecquid enim honorificentius eſt, vt inquit Ambroſius, quā vt Eccleſiæ Chriſti filius dicatur Imperator? Id vero ne nouum ac inſolens eſſe putetur: ſemper Dominus bona vel mala Regibus per prophetas prædixit, vt Sauli per Samuelem per Nathan Dauidi, per Heliam & poſtea per Michęam Achabo, per aliosq; aliis. Etenim paſtorum Eccleſiæ ea eſt propria poteſtas, vt ex Verbo Dei confidenter omnia audeant, eius maieſtati omnem mundi virtutē, gloriam, ſapientiā, altitudinē cędere, atq; obedire cogant: eius potentia fulti omnibus a ſummo vſq; ad infimū imperent, Chriſti domum ædificent, Sathanæ ſubuertant, oues paſcant, lupos interficiant, dociles inſtituant, & exhortentur, rebelles & peruicaces arguant, increpent, inſtituant, ſubigant, ligent, ac ſoluant, fulgurent deniq; ſi opus eſt ac fulminēt: SED OMNIA IN VERBO DEI, quod acutius eſt omni gladio ancipiti, fortius malleo quatiente petras, euertenteq; omnes munitiōes Sathanæ, in inuentionibus cerebri humani fundatas. Quo ſenſu Paulus quoq; loquitur, Nam arma militiæ noſtræ nō carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionē munitionum, quæ

Paſtorū Eccleſiæ poteſtas æque ſacroſancta ac excellens.

2. Corint. 10.

onum. quæ conſilia & omnem altitudinē extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei deſtruunt, & in captiuitatem omnem intellectū in obſequium Chriſti redigunt, omnemque inobedientiam vlciſcuntur.

ET hæc vticꝫ poteſtas ligandi malos Epiſcopis, vt Magiſtratui gladius, eripi necꝫ debet necꝫ poteſt ſi corpus Eccleſiæ, quod hac Politia velut fœtus vtero cōtinetur, ſaluum eſſe volumus. Nihilominus ne ipſi Epiſcopi vel ex muſca elephantē, hoc eſt, ex leui delicto graue peccatum exaggeratione faciant, vel dimiſſis functionibus propriis ciuiles inuadant, neue in vniuerſum clauibus ſibi datis ad deſtructionem nō ad ædificationem abutātur, e regiōe diligenter eſt prouidendum. De primo enim dicit Chriſtus in Phariſæos, quia Culicem colant camelum deglutiunt, & feſtucam in fratris, trabem aūt in propriis oculis nō vident: cum etiā Chriſtus, pro eo atcꝫ ipſe tentatus eſt, nō ſolum ignorantibus & errantibus ſit compaſſus: Verum etiā Petrum paſtorem toties perfidiæ reum clementer reſpexit, & ꝓ crucifixoribus ſui rogauit, aliiſcꝫ compluribus exemplis largos itidem veniæ ſuos diſcipulos ſemper eſſe oportere docuit. Et tamen vtcūcꝫ iuſta cauſa ſit quæ Epiſcopalem cenſuram poſceret, Lenitas tamē & ordo in monendo priuatim, vt ait Chriſtus, inter te & ipſum præmittenda eſt, priuſcꝫ dicatur Eccleſiæ. Quod ſi fortaſſis magnitudo ſceleris ita ſit propalata, vt leniori monitioni locus nō ſit, ſed acriorem medicinam deſideret: tum vero & ſeueritatem & mititatem Pauli Epiſcopus imitetur. Hic enim Corintium ob ſtuprum Sathanæ traditū, rurſus ſatis caſtigatum ad ſinum Eccleſiæ reuocauit: ne deſperatiōe veniæ fortaſſe fuiſſet abſorptus. Ad ædificationē quippe & ſalutem ea poteſtas data eſt Spiritualibus, nō ad deſtructionem: quatenus ſcilicet eſt ſpes vlla corrigendi peccatoris.

Ne Epiſcopi parua delicta exaggerent, vel dimiſſis propriis officiis aliena inuadant, in aliiſcꝫ rebus creditis clauibus abutantur: eſt prouidendū.

VT aūt Epiſcopi propriis functiōibus ſint cōtenti, Ciuiles vero ne inuadāt: Chriſtus & Regnum ſuum nō eſſe ex hoc mundo dixit, & diſcipulorū ſuorum miniſterium a Regū dominatiōe plane diuerſum debere eſſe iuſsit: inquiens, vos aūt non ſic: ſed vt maior plane omnium miniſter fiat, præcepit. Et ne ſeruis in ordinē redigi graue eſſe videretur, ſe miniſtrare veniſſe dixit, nō vt ſibi miniſtrēt. Ideocꝫ necꝫ Rex necꝫ diuiſor inter fratres eſſe voluit, quin etiā ne quis tantū doctrinæ miniſteriū a ſe intelligi putet, ipſorum diſcipulorū ſuorū in vltima cœna pedes lauit: vt quod ille ſuis diſcipulis fecit, illi itidem ſuis faciant. ſed pro eo ac Spiritualis Regni Rex fore debebat, arma quocꝫ militiæ non carnalia ſed Spiritualia ſuis dedit diſcipulis. Qui quidem ne militiā Chriſti profeſsi implicarent ſe Sæcularibus negociis, Diaconos creauerāt, vt miniſtrarent menſis, ne fortaſsis ipſi relinquere prædicationē Verbi cogerent, ſi illis fuiſſent occupati. Vnde liquido apparet, quia nemo Epiſcopi munus & Principis obire, & vtriuſcꝫ fori cauſarū Iudex eſſe poteſt, niſi quis forſan deſerta propria ſtatione in aliena caſtra transfugiat, vel Apoſtolos vigiliis ac etiā tolerantia laborū & ſanctitate ſe poſſe vincere ſperet. Ne aūt aliquis Epiſcopus ocioſum ſe poſſe eſſe arbitretur, profecto, ſi vel prouinciam ſuam in promiſcuos vicarios omnino partiri nollet, vel in morbos religionis introſpicere cupiat, etiānum multam eſſe meſſem, operarios paucos: diſpenſatores aūt raro fideles inueniet. Propheta enim & Sacerdos etiamnū declinauerūt ad auariciam: alterícꝫ horum prophetant mendaciū, alteri aūt applaudunt manibus, populus aūt facit ſic: vt inquit Ieremias. Quibus vticꝫ omnibus Epiſcopus pro officio ſuo obuiam ire tenetur, ſi fidelis ſpeculatoris officium implere, & boni paſtoris nomen referre velit.

POſtcꝫ vero Epiſcopi & nauiter ſuæ Iuriſdictiōi ſatisfecerint, & a prophana ſibi temperauerint. E cōtrario a deſtructione bonarū rerum caueant. hoc eſt ne quid pro libidine ſua cōtra præceptū Magiſtri noſtri cōmunis in Eccleſia docere audeant, & credere cogant. necꝫ enim figmenta ſui cerebri ſed cœleſtem doctrinam ex ore Domini anunciare debent. Ita Moſes cum Aarone ante docentur a Domino quid vel dicturi vel facturi erant coram Pharaone, Dominus etiā cum Leui percuſsit fœdus vt eſſet Lex veritatis in ore illius. Nam Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiā, vt homines Legem requirant ex ore eius, quia Angelus exercituum Domini eſt, Mal. 2. Ergo ſi Epiſcopus audiri ſe cupiat, præſtet ſe nunciū Dei verum. i. mandata quæ a Domino accepit, fideliter referat, nihil addendo vel minuendo, quid enim commune eſt nocti cum luce, aut paleis cum tritico. & Belial

si Epiſcopi boni Eccleſiæ ædificatores eſſe volūt regulam Verbi Dei in docendo reſpiciant diligenter.

cum Deo? Idcirco Ezechiel ſcribit, fili hominis (ait Dominus) ſpeculatorem Dei te domui Iſrael, audies igitur ex ore meo verbum, & anunciabis illis ex me. Hinc illud apud Prophetas toties repetitur, Verbum Domini, onus Domini, viſio Domini, ſic ait Dominus, os Domini locutum eſt. Et merito. Eſaias enim polluta ſua labia eſſe clamabat, Iheremias aũt ſe neſcire loqui dicebat, quia puer eſſet: Ecqd ergo ab illius polluto, ab huius fatuo ore prodire poterat, niſi immundum aut inſulſum, ſi a ſe quitꝗ locuti fuiſſent? Sed e contrario ſancta & pura illis labia fuerunt, cum Spiritusſancti cœperũt eſſe organa. vbi vero hac religiõe obſtricti ſunt Prophetæ, ne quid dicant, niſi quod acceperant, tunc inſigni poteſtate ac eximiis titulis ornantur. Nam cum Dominus teſtatur ſe præfeciſſe illos gentibus ac Regnis, vt euellent & extirpent, perdant & deſtruãt, ædificent ac plantent: cõtinuo ſubiungit cauſam: quia verba ſua in eorum ore poſuerit. Iam ſi in Apoſtolos reſpicias: multis qdem inſignibus elogiis illi cõmendantur: quod Lux ſint mundi, & ſal terræ, quod pro Chriſto audiendi, quod quæcũcꝫ in terra ligauerint aut ſoluerint, ligata erunt aut ſoluta in cœlo. Verum ſuo nomine præſeferũt, quantũ ſibi in ſuo munere permiſſum ſit. Nempe ſi Apoſtoli ſunt, ne garriant quicqd collibitum fuerit: ſed mãdata eius, a quo miſſi ſunt, bona fide perferãt. Et ſatis clara ſunt Chriſti verba, quibus eorũ ligationẽ terminauit: cum mandauit illis, irent ac docerent omnes gentes, quæcũcꝫ præceperat. Quin ipſe quocꝫ hanc in ſe legem, ne cui eam detrectare fas eſſet, recepit, ſibicꝫ impoſuit. Doctrina, inquit, mea non eſt mea: ſed eius, qui me miſit, Patris. Is qui vnicus ac æternus Patris cõſiliarius ſemper fuit, quicꝫ Dominus ac Magiſter omniũ eſt cõſtitutus a Patre. quia tamẽ docendi miniſterio fungitur, miniſtris omnibus, ſuo exemplo præſcribit, quã in docendo regulam ſequi debeant. Non eſt igitur Eccleſiæ poteſtas infinita: ſed ſubiecta Verbo DOMIni, & in eo quaſi incluſa. Porro ne de ipſo Verbo Domini dubitetur, eſt illud totum corpus librorũ ex Lege, Prophetis, Pſalmis, necnõ ſacris hiſtoriis: Item Euangeliſtarũ atcꝫ Apoſtolorũ ſcripturis cõpactum. Ne ergo vel per ſuperſtitionẽ rectos fines mandati Diuini egrediamur, nullumcꝫ modum fingendi recentes Deos, item licentiæ ac peccandi faciamus: vel per ſacrilegium quæ Deus voluit extenuemus, rapiamus, cõcerpamus: aures, oculos, corda, mẽtes, linguas, in ſacra Dei doctrina his ipſis ſcripturis Patriarcharũ, Prophetarũ, Euangeliſtarum, & Apoſtolorũ cõprehenſa defigamus. In hac enĩ Spiritusſancti ſchola ſic proficitur, vt nihil ſit aliunde adſciſcendũ, ignorandũ vero libenter quitqd in ea nõ docetur. Ac proinde nõ erunt vllæ tam profundæ radices, quas nõ validiſsima hæc ſecuris Verbum Dei euellat, nulla etiã tam ſpecioſa facies erit, ſub qua latens malum Lux hæc nõ prodat. Cum aũt Deus omnes ſcientiæ & ſapientiæ ſuæ theſauros in hoc Libro voluit eſſe abſcõditos, decet ſane, vt perfectã eius doctrinam eſſe cogitemus: qua etiã necꝫ ſublimiorẽ, necꝫ etiã ſanctiorẽ, vel quæramus vel expectemus ab aliquo. Quo audaciæ ne ipſi quocꝫ diſcipuli veniſſent, dixit eis Chriſtus, vos nolite appellari Rabi, vnus enim Magiſter veſter ego ſum. Item illud, docete omnes gentes ea quæ præcepi vobis. vt iam nihil reſtet, quin in negocio fidei omnium hominũ omnia placita, vel potius figmenta ruant, vt ſolius Dei decreta rata maneant. quippe quod iuxta ſentenciã Cypriani adulterũ eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quodcũcꝫ humano furore inſtituitur, vt diſpoſitio diuina violetur. vt recte credamus, obedientiã Verbo Dei tanti eſſe, vt Deus in ea & Angelos ſuos, & orbem vniuerſum a nobis iudicari velit. Hoc ergo volumẽ cum Iohãnes concludit, ita ſcribit. Conteſtor omni audienti verba prophetię Libri huius, ſi quis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in Libro iſto. Et ſi qs diminuerit de verbis Libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de Libro vitæ, & de Ciuitate ſancta, & de his quæ ſcripta ſunt in Libro iſto. Cum aũt Ciuitatẽ Dei, a mancipiis Diaboli: hoc eſt, fideles auditores Verbi Dei ab infidelibus diuidit, ait, Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni: vt ſit poteſtas eorum in Ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatẽ. FORIS CANES, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium.

Omnis Apoſtolorum gloria ab officio prædicandi Verbi Dei eſt profecta.

Matthæi vltimo.

Si Chriſtus non niſi Patris ſui doctrinam prædicauit: Eccleſia eius vtra, quomodo nouam ſibi doctrinã poſſet cõminiſci? Verbum Dei ex quibus Libris diſcendũ?

Ioh. in Apocal. vltiõ.

Bibliorum ſcripturis nihil eſt addendum.

Sors Chriſti fidelium & infidelũ diuerſa.

ET QVONiam omnes vitæ humanæ ordines Oeconomicũ videlicet, Politicũ, & Eccleſiaſticũ, necꝫ caſu, necꝫ humano cõſilio, tantominus vi eſſe inſtitutos, pro

uirili no-

virili noſtra oſtendimus: quin etiã docuimus illos ipſos a Deo Opt. Max. propter
propagandum, conſeruandũ, ac ſanctificandũ genus humanum magna auctorita-
te conſtabilitos: nemo ſanę mentis inficiari poterit, illum hominem neq; generis,
neq; humanitatis, neq; poſtremo Dei meminiſſe, qui maritis parentibus ac Dñis
in Oeconomia, Magiſtratibus in Politia, Sacerdotibus vero in Eccleſia rebellis
eſſe audeat. Et ſibi ipſi enim cõtradicere, & cuncta regenti atq; tuenti Deo ille re-
luctari, atq; auctoritatẽ eius excutere velle videretur: qui iis ipſis poteſtatibus ho-
minem tanq; ægrum curatoribus pro rata parte curandũ ſubiecit. Et vt de vxori-
bus ac ſeruis taceam, quorũ hi ſine dominorũ, illæ ſine virorum beneficiis ſubſi-
ſtere non poſſunt: vt cauſa non ſit, quin eorũ præceptis obedire teneant. De no-
bis ipſis dicam, quos qdem nonne eo ſenſu parentes progenuerũt, educauerunt,
Magiſtriſq; erudiendos ſubiecerãt, vt in nos ipſos liberos ſuos omnia ſua benefi-
cia & commoda transmitterẽt, quæ vel ipſi itidem a ſuis progenitoribus recepe-
rũt, vel quæ homini ab homine cõtingere poſſunt maxima? Perindeq; Magiſtra-
tus, nonne charitate patriæ munus impoſitũ ſuſcipiunt, & vel periculo capitis ſui
illud Reipub. hoc eſt vniuscuiusq; Ciuis cauſa exequunt? Similiterq; Sacerdo-
tes, nõne amore Chriſti, & paſcendi gregis eius ſtudio ad tantã functionẽ ducunt,
ita vt relictis omnibus carnis & mundi retibus ſoli ſpiritui ouium ſuarũ excolen-
do, propagandiſq; veris veri Dei laudibus ſeſe tradunt? Quæ quidẽ omnia quãq;
alii aliis ſanctius faciant, & abſoluãt, vnum tamẽ & conſentiens illorũ ſtudium eſ-
ſe nemo negauerit: vt ſcilicet ii omnes pro rata parte, quã maxime poſsint ac te-
nentur, filiis, ciuibus, ac ouibus benefaciant. Ac proinde in confeſſo eſt, quia om-
nia noſtra officia minora ſunt, quã vt beneficiis horum omniũ natura, tutela, atq;
pietate patrum exęquari poſsint. hæc enim beneficia illorũ ita magna ſunt, vt eis
quod viuimus, quod bene viuimus, qđ æternum victuri ſimus merito debemus:
contra aũt ipſa noſtra officia: ac etiã tributa quæ illis præſtamus, in nos ipſos re-
funduntur: Et honor enim patris in filium redit, Magiſtratus poteſtas tuetur Ci-
ues, paſtoris doctrina oues ſanctificat: Et tributa non niſi itidem ad cõmoda no-
ſtra, vt cibus ex ſtomacho in membra, referuntur. Ac propterea Deus nõ ſolum ip
ſis parentibus, Politicis, ac Eccleſiaſticis Magiſtratibus tanq; præpoſitis, & inter *Parentes, Magiſtratus & ſacerdotes honorandi.*
homines ſuis miniſtris obedire: verum etiã pro eo ac nobis loco parentum ſunt,
eos honorare præcepit, ſi longæui cupiamus eſſe ſuper terram. E contrario aũt
omnium horum contemptũ grauiter ſemper vindicauit. ita Noach Cham filio,
quod eius pudenda nõ operuit ſed etiã reuelauit fratribus, maledixit. Moſe autẽ
etiã durius inquit, filium nõ audientẽ parentibus populus lapidibus cædito. Re- *Deuteron. 21.*
gina Vaſti quod ad Aſſuerum maritum vocata ire noluit, Regno eſt eiecta. Ser-
ui vero qui ſcientes voluntatẽ dominorũ ſuorum nõ faciant illam, vel præcepto
Dei vapulant plagis multis. Porro Ciues Magiſtratibus inobedientes, ne multa
exempla huc coaceruent, damno, vinculis, verberibus, talione, ignominia, exilio,
ſeruitute, ac etiam morte vbiuis gentiũ fuerunt puniti. Neq; enim pax in Rep.
conſeruari poſſet, ſi pœnæ malis, vt præmia bonis fuerint detracta. In religiõe aũt
multo grauius præcepto Dei inobedientes puniti fuerũt. ac primo exilio vt Adã,
exautoratiõe vt Saul, ſubmerſione vt Ionas: porro indurati vt Pharao, intractabi-
les vt Iudæi, impœnitentes vt Tyro Sydon & Corozain, perfidi vt Iudas, aliiq; ho
rum ſimiles, quos ſupra recenſuimus, ad eundẽq; modum infideles, Apoſtatæ, &
hæretici variis tormentis ſemper fuerunt a Deo peſſundati. Moſe aũt Deutero.
17. ait. Qui elatus ſuperbia Sacerdotis Imperio, Iudicisue decreto parere cõtem-
pſerit, is morte pœnam luito. contra omnes quicũq; tractabiliore ingenio Deo,
maritis, parentibus, & dominis, Item Magiſtratibus ac Sacerdotibus morigeri, ob-
ſequentes, atq; deuoti fuere: (quod ſexcentis exemplis probari queat) ſemper
habiti ſunt beati, pacifici, & in ea fide, quæ in Chriſtum proram & puppim ſuæ
ſpei defigit, ſalutis æternæ ſecuri.

AC proinde ſi vnusquisq; noſtrũ in domo, in Ciuitate, & in religiõe, quo loco po
ſitus eſt libenter cõquieſcat: quãq; a Deo in hac cõmunitate, vt a Chorago in ſce- *Vnusquisq; in ſua uocatione permaneat & ſuperiori poteſtati æquanimiter ſubſit.*
na perſonam ferre iuſſus eſt, æquo ferat animo. Ac pręter ea obedientiã, honorẽ,
officia, ac etiã tributum, quod cuiq; debet, præſtet non grauatim. tum vero ſine
dubio Pax & tranquillitas in Repub. reſtituetur, vel potius ſarta tectaq; omnib9
manebit.

[…]i unusqui q; faciet, quod ſe deceat, facile pax in domo, Repu. & Eccleſia Chriſti retinebitur.

Quantum bonum ſit PAX enarratur.

manebit. Quæ tot tantaq́ generi humano beneficia adfert, vt nihil fere ſub cœlo ſit, quod cōcordia & pace non cōtineatur: diſcordia vero diſsipetur. Etenim nō ſolum hi vitæ humanæ ordines de quibus diximus, verum etiā omnia bona quæ in rerum natura cōſtant & videntur, pacis vi ac poteſtate cōtinentur. ita vniuerſi compago quē mundum appellamus ſtabili partiū ſocietate, ordine, mutuoq́ niſu conſiſtit. Quid enim in his ordinem, vim, motum, atq́ locum ſuum ſortitū decentur non obtinet? In quo quidē & ſi multa cōtrarietas inſit, leuiaq́ grauibus, rara denſis, calida frigidis & pugnent ſiccis humentia: ea tamē diſcordia, ſiue motum ſpectes, ſiue tempus, aliasq́ corporū ſimplicium & mixtorū affectiōes, & naturas, ita ab æterno patre temperantur, moderātur, ac reguntur, vt nulla vsq́ concordia certior, aut pax fidelior inueniatur. quippe qđ vnum quodq́ horum intra naturā ſuam conſiſtit, locum ſuum ac ordinē retinet, alienū non inuadit. Quod ſi forte Dei permiſſu vniuerſæ hæ partes, quæ vniuerſum hoc perficiunt, facto impetu ſeſe inuadāt, atq́ altera alteram loco, ordine, vi, ac officio deturbare contendat, vel ſaltem mutuum ſibi auxiliū ferre recuſet, quæ iam vis obſiſtere aut prohibere poſſet, quin e veſtigio totam hanc mundi machinā humoribus diluuii mergi, vel ardoribus ignis conflagrare, vel tenebris chaos obduci, atq́ poſtremo interire videamus? Nec diſsimiliter homo (minor mundus iure appellatus) ſeſe haberet, ſi in eo rationi affectus inferiores obſequi nollent, vel ſi aliqua vi aut offenſione cōfundantur, aut perturbētur: tum vero neceſſe eſſet humanæ mentis acumen obtundi, iudiciū labefactari, ac memoriā ſubuerti & cōminui. Perindeq́ ſi in humano corpore humores quatuor, quibus in primis vis ipſa vitalis alitur ac fouetur, bellum ſibi mutuo facerent, procul dubio per eorū pugnam & tumultū bona valetudo corporis adfligeretur, & euerteret. Quid dicam de fortunis, quæ

Fortunæ in concordia & pace unicuiq; ſaluæ.

(vt Romuli Amalæi vtar ſentencia) nō tantū in bonis ducuntur, ſed ex cōmuni etiā vſu loquendi ſolæ ſibi bonorū nomen vendicant? Nonne ſaluo iure ac iuſticia, quæ ſunt humanæ ſocietatis vincula, id eſt vigente hominū pace & cōcordia ſaluæ vnicuiq́ & incolumes eſſe ſolent? Quod ſi plus ſibi homines appetant, quā

Contra ſi homines plus ſibi arrogent bella oriri.

humanæ cōiunctionis ius, cuius omnis ex pace eſt orta ratio patiatur: An nō ſæpiſsime illinc aliena inuadendi cupiditate incitatis, hinc iuſta in ſuis retinendis ira inflammatis, diſsidentiū partiū animis agi ac rapi omnia, vrbes & agros vaſtari, ſacra & prophana violari, ſuas cuiusq́ opes, imperiū, honeſtatem, caput etiam ipſum in periculum & diſcrimē vocari videmus. Ac proinde nihil prohibet quominus credamus. Omnia quæ in rerum natura totoq́ mundo cōſtant, quæq́ mo-

Omnia quæ in rerū natura ſunt, amicicia contrahuntur, diſcordia diſsipantur.

uentur, amicicia cōtrahi, diſcordia diſsipari. Quo ſenſu alius inquit, Exime ex rerum natura conſenſionē & beneuolentiā, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit, nec agri quidē cultus permanebit. E poetarū vero numero ſunt, qui Pacem bonorum cuſtodem & hominū altricem, qui Iuſticiæ ſororē, qui almam, qui rerum omnium iucundiſsimā appellant. Sed horū fortaſsis teſtimonia minus ponderis habere videntur, quod iis vixere temporibus, quibus nondū veræ ſapientiæ hominibus lumen affulſerat. Sed quid ſanctiſsimi ac religioſiſsimi viri pietatis noſtræ authores, an nō vno cōſenſu, atq́ vna & eadem voce, Pacem ſumme ſalutare atq́ ex omnibus maxime expetendū bonum eſſe prædicant: & ad eam in primis amplexandā adhortantur? Pacem (inquiunt) ſequimini, ſine qua nemo Deum videbit. Pacem qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amiſit exquirat, abdicatos & exhæredes Dei filios qui Pacem aſpernātur, appellant. Iidem venturam ad eum nunq́ Dei hæreditatē qui non obſeruet pacis teſtamentū, exclamāt, ac minitantur. Quam ſæpe odia ac inimicicias deteſtātur? quā multa de reditu in gratiam, præſtandoq́ alteri officio præcipiunt? quā pie, quā grauiter, quam etiā eleganter, immenſa quæ per pacem hominibus bona Deus impertitur cōmemorāt? Sed quid horū quilibet de pace ſenſerit, ac ſcriptū reliquerit, idcirco prætereo qđ diuinarū omnium atq́ humanarū authoritatū ille nobis inſtar eſſe debet, qui nō veridicus aut ſapiens. ſed ipſa eſt veritas, & ſapientia Chriſtus. Et is quidē cum ſua iuſtis, innocentibus, & integris hominibus præmia polliceret, quod præmiū omnium maximū eſſet his attribuit, quorū ad Pacem voluntas & conſilia ſpectarent.

Pax altrix omnium bonorū, iuſticiæ ſoror, alma rerum iucundiſsima.

Eccleſiaſtici ſcriptores ad pacē hortātur

Pacifici filij Dei.

Non enim beatos tantū eos fore pollicitus eſt, ſed filii inquit hi Dei vocabūtur. Idem vero quā grauibus, quam etiam expreſsis verbis eſt diſcordiam execratus?

Omne

Omne inquit, Regnum diſsidens deſolabitur, Et omnis Ciuitas vel domus diſſidens non ſtabit. Quid aũt frequentius his quos diligebat, quã Pacem eſt ominatus? Pacis cum cõgrederetur, Pacis cum diſcederet nomen vſurpabat: Pacẽ iuſsit familiares ac diſcipulos ſuos, in quãcumq; domum intraſſent cõprecari. Quod ſcilicet vbi Pax eſſet, ibi ſe eſſe: vbi ipſe eſſet, lęta ſciebat eſſe ac ſecunda omnia. Iam vero a patre in celſam illam atq; ęternam cœli ſedem euocatus, iisdem diſcipulis, quos quaſi ſui patrimonii hęredes eſſe voluit, Pacem ſuã tradidit, Pacem ſuam reliquit. O admirabilem hæreditatẽ, O vera æterni patris bona, non Regna ille omnium Regnorũ Dominus, non opes, non aurum, non prudentiã deniq;, aut temperantiam, aut cætera quæ in bonis homines ducunt, ſed Pacem, qua vna omnes mundi partes, omnia Regna, omnes opes, omnia corporis animiq; bona continerentur, Pacem dedit, Pacem reliquit.

Diſcordia Reipubl. exitium eſt.

Chriſtus pacẽ ſuis ueniens & abiens ominabatur.

Chriſtus nullam aliã hæreditatẽ quam pacem ſuis reliquit diſcipulis.

ET quamq; nos omnes qui Chriſto nomen dedimus nihil magis deceat, quã & eam Pacem quæ inter Deum ac nos per Chriſtum parta nobiſq; donata eſt amplecti, & pacem externã qua inter noſmetipſos coaluimus tueri: ne vel nobis ob ingratitudinẽ pro pace acerbius bellum a Deo recrudeſcat, vel ſi dicamus nos Deum diligere, fratri vero quem videmus bellum inferamus, mendaces habeamur. Nihilominus Epiſcoporũ Eccleſiæ Chriſti ac Magiſtratuũ inprimis curare intereſt, vt vtraq; pax in Eccleſia ſcilicet Dei & Ciuitate maneat, nec vlla vel ingratitudinis vel tumultus procella labefiat. Quocirca cum nuper in Repub. noſtra nõ nihil controuerſiæ eſſet ſuſcitatum religiõis ergo, quod quædã Conſtitutiões hominũ & decreta nõnihil mandato Dei & Chriſti aduerſari hincinde viderent: Nihilq; diuus noſter PRINceps SIG. AVG. pro cõponenda pace reliquum faceret: tunc pius & prudens inprimis vir ANDREAS ZEBRIDOuius poſteaq; primum opus Epiſcopatus Cracouieñ. accepit, a ſeditione Eccleſiaſtica & Ciuili, cum pie & prudenter tum benigne & grauiter ad pacem, & in veræ religionis genere conſenſionẽ omnes hac oratione ſiue Epiſtola ita reuocabat.

ANDREAS DEI GRATIA EPIſcopus Cracouieñ. Omnibus qui ſunt in diœceſi noſtra, fidelibus in Chriſto Ieſu filiis chariſsimis, Gratiam & pacẽ Dei. Grauiter, vel pro officio noſtro, vel pro animo erga vos, audimus, quæ huc de quibusdam veſtrũ adferuntur. Etſi enim pleraq; ex iis eiusmodi ſunt, vt ea de vobis credere nequeamus, cum neq; generis, neq; educatiõis, neq; perſonæ, neq; omnino moris veſtri eſſe, ſed malignitate duntaxat famæ vel confingi in vniuerſum, vel adfingi videantur: tamen nõ dolere nõ poſſumus, nõ eam eſſe vitam veſtram, quæ vi ipſa ſua ita famam cohibeat, vt de ea mentiri vereatur. Et certe, vt quædã, ſicut dicimus, cõficta ſint, ſunt fortaſsis nõnulla, quæ ſuã veritatẽ in veſtra vita & moribus poſſunt cõmonſtrare. Quod ſi eſt, quid nobis quæſo contingere poteſt acerbius? Sed nos ea nõ referemus, quæ lædere tam nos referentes poſſent, quã fortaſsis etiã audientes vos. Illo contenti erimus, quod officii noſtri eſſe intelligimus, quodq; vobis non moleſtũ fore arbitramur. Obſecramus vos igitur per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſicut ipſe vnum cũ Patre eſt, ita nos vnũ in ſeſe fieri voluit, omnes vt ſitis ab omni ſchiſmatis atq; diſsidii non ſolum culpa ſed etiã ſuſpitione ita alieni, vt eandem mentẽ in iis quæ ſunt ad Deum, eandẽq; ſententiam retineatis: neq; vos ab ea vnitate ſpiritus diſtrahi patiamini, quam vt in vinculo pacis cõſeruemus, ſollicitos nos iubet eſſe Apoſtolus. Reſpicite queſo ad fidei veſtræ authorem & conſummatorẽ Ieſum. Ipſe pax eſt noſtra, qui fecit vtraq; vnum: & ipſe eſt, qui, cum hanc vitam, quã noſtra cauſa vixerat, patri eſſet redditurus, dixit hinc abiens, pacem ſe nobis relinquere: vt omnino hac ratione, & ſe eſſe, & nos fore, filios eius perſuaderet qui nõ eſt diſſenſionis Deus ſed pacis. Reſpicite vocationẽ veſtram, & aliquando cognoſcite, in pace vos vocatos eſſe: vt in pace agatis, quæ pacis ſunt ſectemini: quę diſſenſiõis, fugiatis. Functionẽ etiam noſtrã reſpicite, quos hanc legationẽ obire intelligitis, vt vos vni Deo, per vnum Chriſtum, in fidei & profeſsiõis vnitate, ad vnum ouile vni paſtori adducamus. Reſpicite Sereniſs. Regem veſtrum, Senatũq; Regni, illi ea in re per omnia conſentientẽ, quam firmiter acceptã ſemel religionẽ & ſacra, retinet ac tuet, quam ſe, doctrinis variis ac peregrinis circumferri non patitur: imitemini fidem eius cuius ſequimini Imperium. Reſpicite maiores veſtros, qui ſumma ſua cũ

Iohann. 18.

Epheſ. 4.

Epheſ. 2.

Iohann. 14.

in rebus cæteris, tum in religione inprimis conſenſione, ex paruis illis hæc tanta
fecerunt, vobisq; eadem conſenſiōe conſeruanda tradiderunt. Turpe eſſe putate,
quibus genus veſtrum acceptū fertis, ab iis vos eſſe in veræ religiōis genere dege-
neres. Reſpicite vos ipſos, quibus cum multa ſint inter ſe cōmunia, patria, prin-
ceps, leges, ius, forum, cōſuetudines, iure etiam optimo & communis religio & ſa-
cra eadem eſſe debent. Reſpicite Rempub. quæ concordia & conſpiratiōe nō
modo creſcit & augetur tanq̄ nutrimento ſed etiam viuit tanq̄ anima: quā Rem-
pub. nemo homo ſecat acerbius, q̄ qui ſecat varietate doctrinæ & religionis: idq;
eo magis etiam, ſi, qui ſecat, ciuis eſt eius quā ſecat Reip. vt vulnus quidem hoc ſit
grauius, quo grauius eſt a ſuis q̄ exteris lacerari. Quod ſi quis adhuc eſt quē hæc
omnia minus mouent, quanq̄ ſi quis eiusmodi eſt, eius nos magnam rationē habe-
re, cum ſui ipſe nullam habeat, parum conuenit: ſed tamē hic quoq; velim oculos
aliquando cōuertat in ipſam rerum vniuerſitatē & naturam, quæ ita facta eſt, vt
diſcordiam ſi ferre poſsit, ſe ipſa ſuſtinere non poſsit, vtq;, niſi diſcordes elemento-
rum qualitates cōſentiente concordia inter ſe colligaret, ſua ſe vi ipſa euerteret.
Deſinite, deſinite Chriſtiani varietate animorū & religiōis ita Eccleſiam Dei la-
cerare, vt quæ ſponſa Chriſti eſt, & quidem vna, ſancta, atq; catholica, ex ea vos
plures, ſed ſingulares & quidem inquinatas faciatis. Nolite per Deum immorta-
lem, hanc Chriſto ſponſo tam luculentam maculam aſpergere, vt quum ſponſam
vnam habeat, amor illius in plures neſcio quas partitus eſſe videatur. Cæteras ve-
ſtes Chriſti, quę diſſui recte poſſunt, partiamini ſi lubet: hanc vnitę charitatis tu-
nicam interiorem, quæ vt conſuta non eſt ita nō eſt diſſuenda, ſcindere ſi voletis,
Iohann. 19. vereri magnopere debebitis, ne ferocitate ipſum Pilati militem ſuperare videa-
mini, qui ſortiri de illa maluit quā eam ſcindendo inutilem reddere. Quin iunctis
potius manibus & operis in id nobiſcum vna incumbite, vt ex tot vanis Eccleſia-
rum nominibus, vnum Deo verum templum, quod quidē nos ſumus ipſi, cōſtitu-
amus. Reuocate obſecro de medio iſto & periculoſiſsimo curſu cogitatiōes ve-
ſtras, ſenſusq; veſtros ita inſtituite, vt cum Eccleſię ſenſibus congruere videātur.
Quos qdem Eccleſię ſenſus ſi animo & intelligētia tenetis, bene eſt, ſed ita, ſi ver-
bis q̄q; & re ipſa tenere vos oſtenderitis. Corde creditur ad iuſtitiā, ore fit autē
Roman. 10. confeſsio ad ſalutem. Sin tenere vos putatis nec tenetis tamē, videte, ne melius
ſit vos a nobis, quibus id officii incumbit, doceri, quam in rerum tantarum dubia
ſententia aut falſa opinione fluctuare, quantæ res ſine ſumma vitæ & ſalutis ia-
ctura ignorari non poſſunt. Quod ſi in nobis ipſis tantum nō eſt, quātum vel du-
bitatiōibus, vel, quæ fortaſsis nulla eſt in vobis, ruditati veſtrę expediret, erit Deo
Vſus canonicorū & Doctorum in Eccleſia quis. gratia vel in Eccleſiæ noſtræ Canonicis, quos Deus nobis ſocios omnium & ad-
miniſtros conſtituit, vel in gymnaſii iſtius Magiſtris atq; doctoribus, quorum do-
ctrinæ & eruditiōis fama ad exteros etiam permanauit, & quorum nos quoties
neceſſe eſt, opera vti poſſumus, vnde veſtris deſyderiis fieri ſatis queat. Excipie-
tur vnusquiſq; & quatenus opus erit docebitur in ſpiritu lenitatis: eamq; iſtā ra-
tionem & naturæ atq; modeſtię noſtrę cōgruentiorem, & vobis vtiliorem, & Ec-
cleſiæ moribus cōſentaneam magis exiſtimamus, quam ſi aliis remediorū generi-
bus pro officio debitoq; noſtro vti cogeremur. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti
& vnitas pacis cum omnibus & in omnibus vobis. Amen. Cracouiæ vij. die
Septembr. Anno Domini M D L I.
SED QVAMuis nemo tam amens atq; immanis ſit, quin & per ſeipſam pacē
expetat, & in ſectanda illa tam piis hortatibus pii Epiſcopi acquieſcat: nemo ta-
Qui tandem pacis cō potes erunt. men ipſius pacis compos futurus eſt, nemoq; tātum beneficium a Deo Opt. Ma-
ximo illius præbitore cōſequetur, niſi hic vt toties diximus, qui mādatis Dei ac
ipſorum (vt ita dicam) ſeniorum quaſi tutorum ſuorum præceptis obſecutus fu-
erit. dicit enim ſcriptura, NON EST PAX IMpiis. Et Magiſtratus gladiū ge-
ſtat ad vindictam malorū, PACEM VERO BONorum. vt omnino PAX in-
ter Deum & homines, inter perfectos & ſubditos, interq; Rempub. & eius ſocios,
quaſi quoddā pactum ſit ſolenni quadam ceremonia percutiendi fœderis ſtipula-
tum. Cuius idcirco violatores variis etiam Legum pœnis ſubſunt, & a Magiſtra-
tu Eccleſiaſtico & Politico adficiuntur. Cum aūt iam Iherarchiam Eccleſiaſtica,
quæq; ad eam conſtabiliendā pertinent, vt in tanta feſtinatiōe potuimus, vtcūq;
delineaui-

deliniauimus: Ne quis etiam in Politia contra vim ad arma priuatim confugere, & publicā tranquillitatē turbare habeat neceſſe: Magiſtratus præſto eſt, q ſe ab iniuria vindicet: ſi tamē innocenter ſe iniuria pulſatum queratur. ſi quidem

Ne quis cogi ſe ad vim prætendat, Magiſtratus in Repub. iniuriarū uindices cōſtitutos adeat. ſigiſm. Craco. 1522. Idem ſupra folio 25.

Pax ei eſt, qui nulli nocet. Lex I.

Expedit Reipub. ut ſubditi quiete uiuant, quod fiet, ſi nulli noceant, & in uirtutibus conualeſcant.

Rex vero indēnitati cuiuſlibet proſpicit. Lex ij.

ſigiſm Bidgo. 1520.

Aequitate Dei ſuadēte tenemur cuiuſlibet Iuſticiæ & indemnitati proſpicere. Etenim dignitas Regia per iniuſticiæ culpam prophanatur. Albert. Petric. 1496

QVA VERO Iudicii formula Rex has vel illas Cauſas iudicat. Vide Lib. 1. Capitulo 2. Articulo 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

6. Cōtra vim defenſores ordinarij. L. iij.

Decernimus, quod Capitanei, Iudices, & Burgrabij ipſos Terrigenas & ſubditos noſtros, itinerumq; ac itinerantiū ſecuritatem, iuxta Iuris formam a uiolentijs iniuriantium defendant.

ſigiſm. craco. 1507. Idem lib 1. cap. 12. art. 8. folio 215.

ITAq; CAPitanei VIOLatores mulierū, INCENdiarios, ITINerātium prædones, & DOMorum Inuaſores, NOBIles in Ciuitatibus violentiam facientes, aliosq; huiusmodi iudicāt, ſimulq; IVDicata exequuntur. de quibus omnibus Libro 1. Capitulo 12. de Capitan. videatur.

SVCCAMER Arij uero Cauſas finium regundorū definiunt. Vide Libro 1. Capitulo 14. de Succamerariis.

IVDICES aūt ProuincialesCauſas Ciuiles pro qbusuis pec. ſummis iudicāt. vt ſupra Li. 4. Ca 3. Art. 2. de Officio Iudicis generali eſt expreſſū.

QVOD ſi ipſi Magiſtratus vel Iudicia ſua protelauerint, vel parum iuſte exercuerint, pœnæ extant in eos deſcriptæ: ſimulq; prouocatiōis poteſtas grauato relinquitur. Sed ne Actor vel ſtudio accuſandi Magiſtratus, vel vexandi aduerſarii magis quā tutandi Iuris ſui gratia litem ex lite ſerat, easq; trahat: pœnæ quoq; in temere litigantes, vt Libro quarto egimus, ſunt conſtitutæ.

VTCVMq; aūt pax ſit tranquilla libertas, non modo humanis ſenſibus iucunda, reiq; familiari, publicæ, ac Eccleſiaſticę neceſſaria: verum etiā inanimis rebus læta, & vtilis: ei tamē ita & ſemper & vbiq; tam publice quā priuatim conſulendū eſt, vt ſub eius ſanctione nihil cuiq̄ inſidiarū lateat, nullum etiā bellum immineat, ita vt ipſius pacis fundamentū, & quaſi procreatrix ſit IVSTICIA: quæ quidem Deo, parentibus, Magiſtratibus, ac Sacerdotibus: pręterea q; ſociis & amicis quod eis iuſte debeatur, libenter reddere, & cōmunicare iubet. Quę omnis ratio ſanciendæ & cōſeruandæ pacis, cum per omnes ſui circumſtantias legitime erit prouiſa, ne in re nota omnibus vberiore explicatiōe, vel in per ſe optima maiore cōmendatione vti viderer: a longiore oratione ſuperſedebo.

Ita de pace conſulendum eſt, ut nihil inſidiarum ſub eius ſanctione lateat. Pacis fundamentum IVSTICIA.

PORRO quas Leges de REBELLIBVS in genere a ſapientibus accepi, eas hic cōpendio perſtringam. Ne ſcilicet ſeditioſi in domo, vel in Repub. Regni, aut quorūuis ſociorū Prouincia, vt morbi in corpore graſſari, aut CONVENticula & CONIVratiōes facere, a Magiſtratu horum vindice impune permittantur.

DE REBELL'B. COMMENTAR.

Illi ergo rebelles ſunt, qui cum ſint Regis profeſſi ſubditi, quocūq; tamē modo publice vel occulte, ſi modo id liquido appareat, contra Regium honorem, & ſuam fidelitatem, cum aliqua Reipub. perturbatiōe, rebellionis aliqua opera faciunt: & contra Maieſtatē Regni aliquid (nimirū ligis & conſpiratiōibus prohibitis, ſub aliquo colore licito factis) doloſa ordinatione machinant: vel etiam contra Principis Officiales in his quæ ad euertendū diſſipandūq; cōmiſſum eis Officium mere pertinent, violenter rebellant, & inſurgunt. Et id quidē ſcelus ſi a Ciuitate aliqua com-

Qui ſint Rebelles: & quæ pœna eis merito ſit irroganda.

qua cōmitatur: tunc plærumq; vt Troia vel Cartago huiuſmodi Ciuitas patitur aratrum. Sin ab Illuſtri aliqua perſona, infamia percellitur. ſi ab inferiore, capite eluitur. Niſi grauitatē delicti aliqua circumſtantia moderetur, vel etiā amplius aggrauet. vt enī merita ita delicta in Principem, in Rempub. pręſtita vel admiſſa eſſe videntur. Porro ii qui ſeſe brachio Regali opponunt, quominus legitime Iudicatum exequatur: tametſi Principis Maieſtatē recognoſcunt, quia tamē Legi ac Regi eiusq; Iudicibus non parent, ſed illis cōtraueniunt: tanq̄ rebelles etiā bonorum publicatione, item proſcriptione, ac etiā ſi cōprehenderent, & Princeps ita vellet, capite puniuntur. Idcirco vero tam grauiter in rebelles animaduertitur, vt ne quis temerarius Legis, Regis, ac Magiſtratuū auctoritatē diuinitus ad generis humani, cultumq; Dei verum in tranquillitate cōſeruandum datorū impune violet, & peſsimo exemplo euertere tentet.

POSTQVAM igitur iam omnem niſi fallor Reipub. noſtræ deſcripſi Politiam, & quo Iure aliqui ſocii eidem ſint fœderati & vniti oſtendi, ac poſt de obedientia neceſſaria domi, in Ciuitate, ac in Eccleſia præſtanda, deq; pace inter Ciues tenenda, ac rebellibus plectendis vt opinor ſatis egi: Supereſt, vt Deo Optim. Max. gratias agam, qui me (vt agnoſcam ingenue a quo profecerim) primo omnium Præclari & Inſignis viri PETRI BORATINI Procapitanei & Burgrabii Cracou. hortatu, & inuitamentis, de hinc Generoſiſs. Patricii Staniſlai MATHEI STADNICZKI de Zmigrod & Dubieczko Illuſtriū ſuorum Maiorū digni nepotis beneficiis, Poſtremo aūt Sereniſs. Principis noſtri SIG. AVG. auctoritate & mandato ad hoc opus excitauit: Neq; inter tot labores lucubrandi, ſumptusq; excudendi, & inter doloſos ac potētes aduerſarios occumbere permiſit. Quare deſcripta Repub. vt ſeſe domi habeat, reſtat, vt adhuc videamus quomodo per Legatos & quibus artibus ſit Principi auertendū, ſi qd mali foris ingruat, quod quidē ipſam Remp. infeſtare poſſet. Dabunt aūt mihi veniā æqores operis mei Ariſtarchi, quia non ſolū corpus hoc Reip. ita vt quisq; videt, ex Legibus patriæ deſcripſerim, verum etiā ipſius Reip. Legatos quaſi inſtruere aggrediar: cum ego neq; Illuſtri aliqua Legatiōe vnq̄ vſus fuerim, neq; ſubſellia fori attriuerim. Amor enī meus in Principē SIG. AVG. ac in ipſam Remp. magnum ſtudium effecit, vt in ea arte, in qua nunq̄ fui diſcipulus ac Tyro, quaſi Magiſter isq; Veteranus eſſe incipiam. Si aūt ego neq; Principi meo, neq; Reip. hoc ipſo meo ſtudio quicq̄ cōmodauero: ecquid enim & in tantū Regem ab hoc ſubdito, & in Rempub. a tam inopi Ciue proficiſci potuit? at hoc ſaltem certe quidē cōſequar, vt meo Regi cui me Deus ſubiecit, & Reipub. quæ me genuit, grati animi Officium declarem. Pręthereaq; meo exemplo Stan. ORICHOVIVM, Val. & Ioh. HERBORtones, ac Stan. VAPOVIVM: iisq; non poſteriores Stan. DROIEVIVM, Ioh. DERSNacū, ac Stan. VCHANIVM: vel ſingulare ornamentum patriæ noſtræ Andr. TRICESIVM, aliosue tercentos Reipub. noſtræ alumnos tam eruditos quā acri Iudicio viros ad par decus, in ipſamq; Rempub. quaſi cōmunem altricem officia excitem, prouocem, & animem. VELA ergo ventis priusq̄ adhuc ad portum applicemus, & vt olim Satyrico Poetæ, ſic mihi nunc quoq; ſtulta clementia eſſe videatur, perituræ parcere chartæ: ſi quidem galeatum ſero duelli pœnitet. Si quis aūt vel obtrectator mei operis eſſe volet, vel ruditatē mei ſtili ſe ſuperatorū exiſtimabit: Age ſane, habet publicam materiam, meliora ſcribat, præla ſupererunt, victori canemus triumphū. Bene Reſpu. habebit ſi in ea certamen erit de virtute & officio: facile mihi meliores anteponi patiar, Ipſe vero pulchrū putabo ſtare poſt principia: ſiquidē virtus primi pili mihi quoq; gregario proderit militi, & in laude ſummi ac excellentis alicuius Ducis, meæ quoq; ignauiæ ſuus honor erit. Namq; Hebræorū, Græciæ, vel Italiæ ſapientum ac fortiū virorum laus in poſteros quoq; illorū ad hæc vsq; tempora refunditur. Vellem enim ſerio omnes Ioue propicio natos, vt in hoc genere doctrinæ ſeſe exercerent maxime. Nam ſi qui alii bene, certe Legislatores horumue dextri interpretes optime de Repub. merentur: quod ei viuendi Leges cōſcribunt, & quid rectum prauumue ſit ad poſteritatē etiam calamo exprimunt. ne malicia graſſetur, virtus cōtra obruta iaceat. Et ne ſancte conſtituta in ſolis chartis, non in vſu hominū hærerent: MAGISTRATVS CVSTOS Legum, vt toties diximus,

mus, adhibitus eſt: vt ſcilicet ex ſentencia Legum ipſa vicia plecterentur, virtutes vero promouerentur. Vt vel hac diligentia homines externā ſaltem inter ſe diſciplinā conſeruarent: interq; ipſos cōſtaret humanitas, VIS aūt ABSIT, & feritas beluina remoueatur.

CAPITVLVM XV.

De Legationibus.

AD REVERENDISS. ET ILLVSTRES D. IOHANnem DROIEuium Cuiauieñ. & IACOBVM VCHAnium Chelmeñ. Epiſcopos, ac STANISLaum a TANczyn Comitem Caſtell. Leopolieñ. ad Conciliū Tridentinū: nec non ad VALENTInum DEMBIniū de Pyotrkovicze Caſtell. Bieceñ. ad Imperatorem T. Legatos a D. SIG. AVGVSTO Rege Polon. publice deſignatos. IACOB. PRIL. Commentarius.

Sed licet in Repub. noſtra obedientiā, concordiā, atq; pacem ad hunc modū quē deliniaui cōſtabiliamus, ita, vt etiā nulla vnq̃ diſſenſiōis, rebellionis, ac turbarum procella incidat: Nihilominus cum Ciues noſtri cum externis nomine rerum inter ſe contrahant, ac diſceptent: fieri nequit quin ex hac cauſa inter Regna aliqd negocii intercedat, vel etiā publice aliqd cōtrouerſiæ oboriatur: præſertim ſi de religione alicubi, vel de finibus regundis vtrinq; ambigetur, vel qđ ipſa Regna ad mutua fœdera, ad ſuue æquabiliter ſibi ipſis dicendū aliqua inſignis vtilitas hortetur, ac impellat. Cum aūt hominibus ſermo ob id datus ſit, vt vtilitatum & damnorū, iucūdorum & triſtiū, iuſti & iniuſti ſenſum ſibi inuicem, per ſe, vel per Literas, aut per Legatiōes enarrando, ſocietatem Ciuilem inter ſe cōſeruent: Inde fit, vt Rerumpub. Principes ſi ipſimet cōuenire nolunt, vel nequeunt, aut ratio dignitatis illorū prohibet: Literis, vel Legatiōibus omne id controuerſiarū genus, q̃ late patet, abſoluant. Ac Literæ quidē inprimis, & ſi erubeſcere neſciunt, minus tamē quā oratio viua efficiūt: vel qđ viua vox & vultus domini præſentis magis quā mortuæ Literæ mouent, vel qđ Literæ interdum arte cōfictæ, non aūt a mente ſcribentis profectę creduntur. Vtcūq; tandem eſt, Literarū vſus (vt Conradus Brunus inquit) inter mortales eſt & frequētiſſimus, & valde neceſſarius. Nam quæ cōmoda inter abſentes ob locorum diſtantiā, malam valetudinē, religionem, itinerum pericula, aliasue ſimiles cauſas, viua voce agi non poſſunt: cōmode per Literas explicātur, quibus animorū ſenſus vtrinq; demonſtrantur. Similiter per Literas & Epiſtolas, emptiones, venditiōes, ſocietates, locatiōes, conductiones, aliaq; pene infinita ſimilia, æque vt voce, cōtrahimus. Quin etiam inter præſentes multa ſunt, quæ niſi interuenientibus Literis, nec expediri contrahiue de Iure poſſunt, nec contracta valent: quales ſunt, contractus Emphyteotici, teſtamenta ſolennia, fideiuſſiōes, quædam donatiōes, ſentenciæ Iudicum definitiuæ, omnesq; in vniuerſum contractus: quibus hoc agitur, vt non valeat cōtractus, niſi in ſcripturā redactus. Hæc enim & multa id genus alia, non aliter vires habent, niſi ſcriptis completa & corroborata. Sed & quædā præſentibus ſcribimus, quæ voce corā explicare poſſemus: quod & breuius & certius magisq; deliberate, quę ſcriptis agimus, cognoſcant. Quæ cauſa eſt cur preces ſubditorū Principibus non voce, ſed conceptis Libellis, offerantur. Neq; vero ad cōtrahenda tantū negocia inter abſentes, ſed etiā ad rerum geſtarū, tam inter præſentes quā inter abſentes conſeruandā memoriā, inprimis valent Literæ. Fragilis res eſt, & quæ ſępe fallit, quæ per teſtes fit probatio: per quos nōnunq̃ vix ea, quæ non ita pridē geſta ſunt, nedum quæ memoriā hominū excedunt, probant. Vt interim non referam, quā ſit eorum non raro incerta, ſæpe etiā fallaciſſima fides. At ſcriptura nunq̃ ſibi non ſimilis, quæ quod cōtinet, etiā quocūq; tempore geſtum, ſine fuco fatetur. Hoc ſane meli-

Neceſſe eſt nobis aliquando cōtrouerſiam eſſe cū externis.

ſermone tamē de omni controuerſia tranſigitur.

Abſentes per Literas aut per Legatos colloquuntur.

Vſus Literarū commodus, & neceſſarius, etiam in contractibus.

Libelli Principibus offeruntur.

Literæ fidelius rerū geſtarum memoriam retinēt, quam teſtes.

ne meli-

ne melior & cõmodior ſermone, quod hæc rem vt geſta eſt ſimpliciter edocet, ſi-
bicq; ſemper cõſtat: Sermo vero ſiue vox, ob fragilitatẽ memoriȩ: loquentisue ma-

Dolus & falſitas quandoq; in ſcriptis priuatis.

liciam, ſæpe rem aliter quã geſta eſt exprimit. Nec vero iſtiusmodi fidem omni-
bus ſcripruris tribuo. Nam & in ſcribendo multi doli, variæcq; fraudes admittun-
tur. Et vt falſi nuncii, ſermones, & iniqui teſtes: ita & Epiſtolȩ, & priuatæ ſcriptu-

Fraus in literis per aliena nomina & ſigna.

ræ, fallaces & mendaces eſſe poſſunt: Quod genus falſi, frequentiſsimũ eſt in ſtra-
tagematis bellicis. Quorũ nõnulla Libro ſexto adferemus. Omniũ aũt fallaciſsi-
mæ ſunt Literæ (idem ait Conradus) quȩ aliena nomina ſignacq;, ſub quibus p-

Fallaciſsimæ literæ quæ?

deunt, profitentes, alienos dños, quos falſo mentiuntur, produnt. Ille ſiqdem inter
multos vnus, idemcq; ſubtiliſsimus, omnis generis inducendarũ obligationũ mo-
dus eſt, quo ſcilicet ignari prorſus & inſcii, fictis & alienis tanq̃ veris & propriis
Literis, quiduis promittere, immo quælibet etiã crimina de ſe fateri cõuincunt.
Poſſem equidẽ huius rei multa exempla afferre, niſi me inſtituti mei ratio ad alia

Mortis machinatrices literæ quædam. 2. Regum 11. Heſter 3. & 8.

properare cogeret. Adde etiã, Literas nonnunq̃ peſsimarũ rerum machinatrices
eſſe. Cuiuſmodi fuerũt Bellerophontis Literæ, & Pharnabaſi ad Lacedæmonios
aduerſos Lyſandrũ. Et apud Hebræos Dauidis Epiſtola ad Ioab, de Vria eius E-
piſtolæ latore ſcripta. Quibus nõ omnino diſsimiles ſunt Aſſueri Regis Literæ,
de occidendis & delendis Iudæis, ad omnes Prouinciarũ Satrapas ſcriptȩ: niſi qđ
has Rex, dolis & machinatiõibus Aman circũuentus, & ſcribẽdas & annulo ſuo
ſignandas, mandauit, ſed quas deinde detectis fraudibus proditoris, ad preces He-

Peiores literæ Dauidis cõtra Vriam, quã Aſſueri, cõtra Iudæos.

ſter Reginæ reuocauit, corrigendaſcq; mãdauit, Illas vero Dauid nõ deceptus, ſed
ſciens prudenſcq;, in hoc vt Vriam perderet, ſcripſit, tanto prioribus peiores, quãto
deterius eſt, Principẽ ſcienter Literis ſuis abuti, quã dolis inductũ, aliud quã opor
teat Literis mandare. His itacq; ſe habentibus, prudẽtiſsime veteres, vt nõ omnib.
teſtibus, ita nec ſcripturis quibuslibet, ſed integris tantũ, & quauis ſuſpitiõe carẽ-
tibus, fidẽ adhibendã eſſe cenſuerũt. Quinetiã certos quoſdã modos, quibus cu-
iuslibet generis falſitates, tam in teſtibus, quã in ſcripturis, deprehendi ſimul &
vitari poſsint, tradiderũt. Itacq; quæ de vtilitate Literarũ ſupra diximus, ita acci-
pio, vt nõ de fallacibus iſtis Literarũ impoſturis, ſed de his ſcriptis, quȩ a probis et
integris viris ſine ſuſpitione proueniunt, intelligantur.

Non omnia tuto per literas & ſcripta, ſed quædam per fidos homines, commodius tranſigi inter abſentes.

Sed quẽadmodũ multa inter abſentes cõmode per Literas explicant̃: ita rurſus
quædã, quo ſecretiora ſunt magiſcq; celanda, hoc Literis cõmiſſa, & facilius, & ma
iore cum periculo multorũ, in eorum, quorũ minime volumus, manus incidunt.
Seuerus enĩ Imperator, Clodio Albinio interfecto, ſtatim Literas inquiri iuſsit:
ita vt inueniret, ad quos ipſe ſcripſiſſet, vel qui ad eum reſcripſiſſent: omneſcq; il-

Seuerꝰ Imper. omniũ quorũ poſt necẽ Albini literas reperit, ut hoſtes trucidauit.

los, quorũ Epiſtolas reperit, hoſtes iudicari a Senatu fecit, atcq; ob id & ipſos inte-
remit, & bona eorũ propoſuit, atcq; in ærarium publicũ retulit. Itacq; prudenter

Otho Imp. moriturꝰ literas ſuas combuſsit Pliniꝰ libro 7. ca. 25.

Otho Syluius, qui iam iam moriturus, quicqd Epiſtolarũ erat, ne cui periculo aut
noxæ apud Vitelliũ forent, concremauit, teſte Sueto. in Syluio Othone. Plinius
quocq; Cæſaris laudibus adſcribit, qđ captis apud Pharſaliam Pompei Magni ſcri
niis, iterumcq; apud Thapſum Scipionis, ea optima cõcremaſſe fide, atcq; non legiſ-
ſe. Et C. Cæſarẽ Caligulam ferunt cõmentarios ad matris fratrũcq; ſuorum cauſas

Iulius Cæſar: Dictator hoſtis literas non legit.

pertinentes, ne cui poſt modũ delatori, aut teſti maneret vllus metus, coniectos in
forum, & ante clare obteſtatũ Deos, necq; legiſſe necq; attigiſſe qcq̃, concremauiſſe.

C. Caligula Imp.

Qui tamẽ Libelli poſtea per ipſum prolati, & fraudulentũ Cæſaris animũ teſtati

Cautela de periculis literarum.

ſunt, & multis exitio fuerunt. At prudentius aliquãto agunt, qui q̊rum perículoſa
manifeſtatio eſt, ea aut omnino non cõmendant infidelibus Literis: aut ita fictis,
Literisue a propria in arbitrariã ſignificationẽ translatis ſcribunt, vt non ab aliis,
quã a conſciis doli legi intelligiue poſsint. Sunt qui tabellis ligneis ſcriptura de-
ſuper cera inducta, cõſilia hoſtium ſuis prodidere: nõnulli loris varie circum bacu-
lum cõplicatis, illorum ſecreta perſcribebãt: quæ vbi in longũ laxarent̃, nihil certi
repręſentabãt: alii ȩ caſtris ad alia Bullas plumbeas certis notis cõſignatas e funda
mittunt: Alii Literas ſagittæ intrapoſitas, foriſue circumdatas iaculant̃: Plinius
aũt lacte tithimali herbæ occultas Literas ſcribi poſſe cõmemorat: ſimiliterq; ſuc-
co cæpis in papyro Literæ ſcriptæ nõ prius videntur, quã earũ formæ admota ad
papyrum ardente candela exeant, & veluti ſua ſponte, & ex nihilo proferantur:
de quo genere Literarũ multa ſcribit doctiſsimus Abbas Tritencius in ſua poly-
graphia.

graphia. Atq; ex his omnibus perſpicuũ ſit, quã cauti veteres in ſcribendis Literis fuerint, ſi quod arcanum abſentibus ſignificare voluerunt.

Veteres cauti in ſcribendis literis.

COETErum ſunt quædã negocia tam perplexa, vt neq; explicari per Literas, nec vt res exigit demonſtrari poſsint. Quædã etiã vel inter agendum accidunt, vel agentibus in ipſo tractatu occurrunt, quæ vt præuideri nõ poſſunt, ita nec ſcribi cõmode poſſunt. In quibus omnibus, qđ non poſſunt Literæ & Epiſtolæ: hoc cõmode homines, quorũ nobis fides & induſtria perſpecta eſt, præſtare poſſunt. In quibus præcipue ſunt PROCVratores, qui aliena negocia domini mandato adminiſtrãt: Item NEGOCIorũ geſtores, qui abſentiũ negocia licet ignorantiũ vtiliter gerunt, vt eo etiã nomine in eos quorũ negocia geſta ſunt, actio detur: Item COGNItores vel Patroni, qui in Iudicio præſentiũ litem ſuſcipiunt. Item ADVOCATI, qui Ius ſuggerũt, aut præſentiã ſuam cõmodant amico: Præterea PROCVratores Principis, fiſci rationales, aut rei dominicæ: Inſuper NVNCII, cuius in explicãdis negociis miniſterio vice Epiſtolæ vtimur, atq; ea & huiuſmõi alia ſunt organa, per quæ, & negocia noſtra obimus, & ad alios perferimus. Ad quod genus & Iudicũ Nuncios uulgo MINISteriales apud nos nucupatos, referimus. Nuncius tamẽ a Procuratore hoc intereſt, quia Procurator in ſuam perſonam: Nuncius aũt in perſonam domini contractum concipit: nec proprium, ſed alienum factum, & nudum miniſterium præſtat.

Multæ ſunt perſonæ per quas noſtra negocia confiſimus.

Procuratores.

Negociorũ geſtores.

Cognitores uel patroni

Aduocati.

Rationales Procur.

Nuncij.

VERumenĩuero quia ii omnes vt paruarũ cauſarũ ita & perſonarũ priuatarum adminiſtri eſſe videtur, Magiſtratib. vero magnæ res eæq; publicæ ſunt gerendę: Idcirco vltra has adminiſtratiões Legationũ q̊q; publicarũ vſus eſt introductus.

Cum aũt LEGATIO nihil aliud ſit, quã alicuius perſonæ a Magiſtratu aliquo ad quempiã abſentẽ ad dicendũ, gerendum, exequendũue aliquid miſsio: In confeſſo eſt, Quia omnis LEGAtio cõtinet tres perſonas, eam QVAE MITTIT, QVAE MITTItur, ad QVAM MITTItur. Item REM de qua mittitur & QVA FORma, in QVEMVE VſVM Legatio ſit peragenda. ITAq; qui Legatos mittunt in adminiſtratiõe alicuius Reipub. conſtitui debent, vt ſunt ex Eccleſiaſticis Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, aliiq; Eccleſiarũ Pręlati: Ex Sęcularib. Imperator, Reges, Principes, Duces, Comites, Barones. In vtroq; aũt ſtatu ſunt corpora, Collegia, cõmunitates & fraternitates, quæ etiã Legatos mittunt. Vt in Eccleſiaſtico ſtatu Conuentus & congregatiões Epiſcoporũ quæ Concilia appellamus, Capitula, Eccleſię, Monaſteria &c. In ſęculari Regna, Prouinciæ, Ducatus, Ciuitates, ſocietates, fraternitates. Atq; hi omnes ea ratione Legatos mittendi habent poteſtatẽ, quia in publicis adminiſtratiõibus cõſtituti ſunt. Alioqui ii quos priuati mittunt, Nuncii ſunt non Legati. Tantoq; minus omnes ex parte religiõis vel Politiæ violatę iuſta de cauſa infames, Legatos mittere poſſunt. Niſi tam potentes ſint, vt ab his periculũ Reip. metuatur. Quod quidẽ & in ſeditiõibus contingit, in quibus indigniſsimi, facinoroſi, & plærumq; ſordidiſsimi, maximis dignitatibus & honoribus fruunť. Quorũ quidem pro re & pro tempore non ſolũ Legatiões cognoſcẽdæ & audiendæ ſunt, ſed alia quoq; per multa diſſimulanda & tolerãda, donec conſilio & ratione victi tandẽ ab honoribus iniuſte vſurpatis deturbati, in ordinẽ redigantur. Quo ſane cõſilio ſæpe olim ſchiſmaticorum Legatiões, in Conciliis generalibus receptæ ſunt. Nec tamẽ conſultũ videť, vt ad publica conſilia ſeditioſorũ Legatiões admittanť. Nam hoc modo, ipſorum audacia & cõtumacia non ſolum nõ frangeretur, ſed etiam corroboraretur.

Legatio quid ſit?

Legationis deffinitio cõtinet multa, nempe perſonas tres, eã quæ mittit, quæ mittitur, & ad quam mittitur Item rem pro qua fit Legatio, & formam qua Legatio ſit in hunc uel illum finem peragenda.

Priuatorũ Nuncij.

Infamiũ Nũcij an & quãdo ſunt audiẽdi?

Tum aũt Rerũp. præſides Legatiõibus vtuntur, cum ipſi res ſuas vel ſuorũ Ciuiũ cũ abſentib. vel corã, vel per Literas agere nõ poſsũt, vel ꝓpter certas cauſas nolũt. ATqui ii QVI MITTVNtur, vel illi ad QVOS MITTVNtur, nihil intereſt publicæ an priuatę ſint perſonæ, abſit modo ab vtriſq; vel nataliũ infamia, vel hęreſeos, aut perfidiæ, alteriusue ſceleris, aut etiã morum inſignis turpitudo: quæ quidem mittentis dignitatẽ eleuare queant. Quo loco dicendũ eſt, quia licet nõ fiſci, tamẽ Reip. debitores: ſed & ii qbus Ius poſtulãdi nõ eſt, Legatiõe fungi nõ poſsũt. Cum aũt Iudices, Conſules, cæteriq; Magiſtratus apud veteres gentiles: immo etiã Mathias ab Apoſtolis in locum Iudæ, tam ſortitione, quã electiõe ad honores veniebant, variæq; ratiões pro vtroq; horum extent: Nihilominus apud prudentes electio, quę nihil erroris habet; prę ſorte, quę tota fortunæ nitiť; in vſu eſſe cœpit.

Quando legationes ſint mittendæ?

Qui mittantur? quales eſſe oportet, uel non oportet.

ſorte ne an electione: & quo ordine dandi ſint Legati? ſortitio Magiſtratuum ac legatorum inconſulta eſt.

Legatos

Legatos enim aut alios Magiſtratus ſortiri, perinde eſſe putauit Socrates, ac ſi q̃s athletas ſortiatur, non eos qui certare poſsint, ſed qui ſorte euenerint: aut ſi e nautis ſorte gubernatorẽ cõſtituat, quaſi vero ſorte potius q̃ ſcientia cõſtituendus ſit. Electione aũt vnusqſq; pro merito ſuo vel honoratur vel negligit. Tum præſtantiores, & qui ſunt omniũ maxime idonei, officiis pręficiunt, quicq; præſentis Reipub. ſtatum norunt, deligunt.

Quo ergo ſcrutinio ac ordine Legati eligendi ſint?

Receptum etiã eſt vt Legati nõ ſecreto ſcrutinio vt vocant, ſed ex ordine, & apertis ſuffragiis eligant: ita neq; ſe quisq̃ negligi cauſabitur, neq; onus impoſitũ detractare poterit, ſi tamẽ ingenio ac opibus pares tãtis functiõibus ſint. male enim Reſp. Legati imperitia, vel egeſtate multatur. Sed ſi Legatio de primatibus viris deſyderet perſonas, & qui ordine vocantur inferiores ſint, ordo non eſt obſeruãdus. Ita vt Princeps, penes quẽ pręcipue eſt arbitriũ, & Ius decernendorũ Legatorũ, virtutes ac facultatẽ illorũ præcipue ſpectet & rimetur.

Patre fungente Legatione filius etiam alia fungi poteſt.

Certe ſecundũ ſententiã Vlp. Filius etiã a Legatiõe non excuſatur, qđ tum etiã pater ſuus alia fungatur: hoc enim tantũ in interuallis honorũ qui ſumptum habent recte obſeruatur, non aũt in ſtipendiis Legationũ, quæ ſolo miniſterio Legati ſumptibus aũt publicis obeunt.

Vnus poteſt plures obire legationes.

Quin etiã eundẽ plures Legatiões ſuſcipere nõ eſt prohibitũ, præſertĩ ſi & ſumptus, & itinerũ cõpendium ſuaſerit.

Sed quia in creandis Legatis id maxime ſpectandum eſt, vt ad rem quæ eis debet imponi quã maxime idonei ſint, Ne vel miles de pietate, vel Sacerdos de bello ſuſcipiendo; hoc eſt aſinus de fidibus, teſtudoue de alis, aut bos de phaleris diſputare videantur.

In Legatis ſex conſyderantur.

In perſonis itaq; eorum, qui Legati eſſe poſſunt, ſex, teſte Conrado, conſyderant, Scientia, virtus, gratia, numerus, Officium, & beneficiũ.

SCIENTIA.

S C I E N T I A vt ſint idonei & rerum, propter quas mittunt, periti, atq; Legatiõi quã ſuſcipiunt pares. Scientia aũt, ſub ſe habet Prudentiã & Eloquentiã.

Prudentia.

Prudentię partes ſunt Eccleſiaſtica & Politica. vtraq; in Deliberatiuã, Iudicialẽ & Præceptiuã diuiditur. Prudentiã vero natura adiuuat. Ea eſt promptitudo & habilitas, quę homini a natura ineſt, qua quid tum ſibi tum aliis proſequendũ fugiendũq; ſit proſpiciat.

ſolertia.

Quã nos ſolertiam & ſagacitatẽ appellamus.

Experientia.

Deniq; prudentiæ adiungit Experientia, quæ ex multarũ rerum memoria cõſtat: Quã hyſtoriarũ diligens lectio parit & adiuuat.

Eloquentia ſicut flamma materia alitur & motib. excitatur, & vrẽdo clareſcit. Cor. Tacitus.

Eloquentia vero Legatorũ, in iudicando, deliberando, & demonſtrando verſat. Primum genus quod Iudiciale vocatur, accuſatiões, querelas, contentiões, de Iure & poſſeſsiõe cõtinet. Ad ſecundũ genus, qđ Deliberatiuum ſiue ſuaſoriũ appellat: conſultatiões, ſentenciarũ dictiones, petitiões amiciciarũ, induciarum, pacis, captiuorũ pecuniarum deprecatiões veniæ, pertinent. In tercio genere, laudatiões & vituperatiões ponuntur.

VIRTVS.

V I R T V S, partes habet Iuſticiam, Fortitudinẽ, & Temperantiã.

Iuſticia Vniuerſalis.

Iuſticiæ duo ſunt genera, Iuſticia vniuerſalis, & Iuſticia Particularis: Iuſticiæ Vniuerſalis, quæ & legitima dicit, opera ſunt, Leges condere, cõditas diffinire, diffinitas exequi curare.

Lex.

Lex aũt, alia naturalis, alia poſitiua dicitur, Naturalis partes ſunt, Religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, veritas.

Ius gentium.

Ab his Ius gentium trahitur. Iuris gẽtium, bella, ſeruitutes: quæ a vindicatiõe trahuntur. Item Conuentiões & Contractus, in quibus fides ſeruatur, quæ a veritate ducuntur.

Ius poſitiuum.

Cæterũ Ius poſitiuũ, conſuetudinẽ, mores, & Legẽ ſcriptam continet.

Iuſticia particularis.

Iuſticia vero Particularis, quæ æquitate ſeruatur, vnicuiq; tribuit quod ſuum eſt. Partes eius ſunt Diſtributiua & Cõmutatiua.

Fortitudo.

Porro Fortitudo eſt virtus, quæ circa pericula verſatur. Eius partes ſunt, fidentia, patientia & perſeuerantia.

Temperantia.

Temperantia deniq;, eſt ratiõis in libidinẽ atq; in alios, non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Huius partes ſunt, continentia & modeſtia.

Continentia.

Continentia circa voluptates victus & Veneris verſatur.

Modeſtia.

Modeſtia in tribus conſiſtit: quarũ primum eſt, vt appetitus ratiõi obtemperet. Secundum, vt cõſyderemus quanta res ipſa ſit, ne maior aut minor cura & opera ſuſcipiatur, quã cauſa poſtulet: Tertium, vt ea ſeruemus, quæ ad liberalẽ ſpeciẽ & dignitatẽ pertinent, habita ratione temporis, loci & ordinis.

GRATIA.

G R A T I A, natura, cõſuetudine, & ſtudiorum participatiõe cõparatur.

NVMERVS legatorum.

Ad N V M E R V M pertinet, quot numero Legati, ſuper vna pluribusue rebus mittendi ſint. Numerus aũt Legatorũ ſtatuitur ex more, Legibus, & arbitrio mittentiũ. Ternarium tamẽ numerum excedere non debent.

Legato electo Officiũ certa forma præſcribitur.

Poſteaq̃ vero perſona Legationi ſatis idonea reperietur, certa res, certaq; Verborũ forma, ac poteſtatis etiã, necnõ rei gerendæ certus modus Legato

dus Legato

dus Legato præſcribant, vt mandatũ de religione ſic ad Verbum Dei cõſtituenda: de bello ſic vel ſic indicendo, de offerendis muneribus, deq; agendis gratiis, & aliis rebus huiuſmodi. MANDAtum ſi qdem eſt rerum gerendarũ exequendarum re cõmiſsio, & veluti forma quędam cõficiundæ Legatiõis, iis qui mittuntur præſcripta; ne vel temeritate tranſgrediaſ, vel obliuione obliteretur, vel vt fides Legati (ſi ita res poſcat) ipſa cõfirmetur. Alioqui nihil turpius eſt, quam ſine Procuratiõe Senatorem, & ſine Mandatis Legatũ eſſe. Itaq; Legati ſine Literis mandati ægre audiuntur, ſæpe re infecta domũ diſcedunt, non raro in ſuſpicionẽ fraudis veniunt. Vt aũt nulla ratio permittit, vt quis ſine mandatis Legatus ſit, ita etiã nemo cauſa rei ſuæ Legatus eſſe debet. Quapropter iuſte reprehẽdendi ſunt ii qui mittuñt, vt hæreditates & ſyngraphas ſuas perſequantur, vel cum tuti inter Ciues eſſe non poſſunt, ſub Legatiõis prætextu ſe e cõſpectu Ciuium ſubtrahunt. Et tamẽ non pugnat, quo minus quis & mittẽtis, & ſua cauſa ſit Legatus: Sin vero non mittentis cauſa, ſed eiusmet qui mittiſ Epiſtola ſcripta ſit: ſicut nõ mandatum, ſed cõmendationẽ potius continet: Ita qui eam reddit, tabellarius potius vel nuncius priuatus, quam Legatus nominabitur: IPSA vero Legatorũ OFFIcia a perſonis, rebus, & ordine gerendi (teſte eodẽ Conrado) ducuntur. PERSONAE triplicis ſunt conſyderatiõis & reſpectus, vt pote ad eos qui mittuñt, & ad eos qui mittunſ: Atq; ad eos ad quos Legati mittunſ, vt pro Officio recte omnia fiant. RES in cognitiõe & executione verſantur. Cognitio in exercitio Iuriſdictiõnis & in deliberatiõibus agitatur. Iuriſdictio duplex eſt, Sacra ſeu Eccleſiaſtica, & Prophana ſeu Secularis: Et vtraq; rurſus duplex eſt, Voluntaria videlicet & Cõtentioſa. Contentioſa itidẽ duas cõplectitur ſpecies, nempe legitima Iudicia, & liberas diſceptatiões. Cæterũ Deliberatio in publicis Conuentibus fit & Conciliis. Concilia aũt, quædã Vniuerſalia, quædam Particularia ſunt. Similiter & Executio duplex eſt. Alia eni coniunctã habet cognitionẽ, Alia merum factũ & nudum miniſteriũ continet. Prophana inſuper Iuriſdictio verſatur in rebus pacis & belli: Res belli, quædã bellum antecedunt, quædam in bello, quædam poſt bellum, quædam vero mixtim ante bellum, in bello, & poſt bellum geruñt. ORDO in his omnibus certus pro diuerſitate Officii ſeruandus eſt.

Mandatum quid eſt, & qui uſus eius ſit.

OFFICIA Legatorum a perſonis, rebus, & ordine trahuntur.

A PERSONIS.

A REBVS.

Iuriſdictio.

Deliberatio.

Executio.

Res belli.

ORDO.

Cum aũt res multiplices ac variæ ſint de quibus Legatiões fiunt, ac mandantur: A rebus ipſis Legatiões denominationẽ capiunt, & ſecundũ diſtinctionẽ illarum, eæ quoq; ab ſeſe diſtinguunt. Nam (vt idem Conradus ait) quædã ſacræ ſunt, quædam prophanæ: quędam cum Iuriſdictiõe, quędã ſine Iuriſdictiõe mandanſ. Quædam in orando, quædam in conſulendo, quædã in exequendo verſanſ: quædam aliis de rebus, aliisq; modis exercentur. atq; vt in ſumma tantã varietatẽ cõprehendam, tot fere ſunt Legationum genera, quot rerum ſuper quibus Legationes mandanſ. Vnde manifeſtum eſſe arbitror. Quia Legatus ſumpta Reipu. perſona, iuxta pręſcriptũ mandati, apud abſentes ſacra & prophana adminiſtrat, ignaris conſulit, oppreſſos audit, eis ſuffragatur & aduocat, lites hoc vel illo Iure dirimit, contra iniurioſos diſceptat. Iuſticiæ patrocinatur, contrahit, dona dat & accipit, emit, vendit, nuptias cõficit, ſalutat, gratulatur, conuiuiis honorat, & honoraſ, laudat & vituperat. Si qui aũt caſus harmoniã pacis turbauerint bellũ extinguit, pacem componit, fœdera percutit, & conditiões fœderis ita moderatur, vt ne pax verbis re aũt bellum lateat incluſum. VEL E CONTRA, ſi pax certa cõfieri nequeat, bellum indicit, illudq; gerit: vel anteq̃ vtrumq; faciat, oculos, aures, linguam in id intendit, ac etiã pecuniam inſumit, vt cuncta exploret, ſpeculetur, exquirat, ac etiam in intima hoſtis conſilia qua poteſt, penetret.

A rebus ipſis Legationes denominantur & formam accipiũt.

Officiorum Legati tempore pacis ac belli farrago.

Ex qua quidem multiplici functione ſumma difficultas Legatiõis, par aũt Legatorum dignitas eluceſcit: vt bellicis etiã operibus non iniuria præferatur. Quamq̃ enim bella contra iniquos rerum noſtrarũ vſurpatores Magiſtratus auctoritate ſuſci fas eſt, eaq; ſine peccato exemplo Abrahæ, Ioſue, Gedeonis, & aliorum geri poſſunt. Nihilominus quatenus hoſtis vllã æquitatẽ admittit, etiã iuſtiſsima belli cauſa exiſtente, ſemper ad pacificã tranſactionẽ potius quã ad arma deflectendũ eſſe ſapientes iudicant. Non ſolum ob id quia ratione & oratione certare hominis eſt proprium, cõtra manus ad bellum armare beluinum eſſe videſ: Verum etiã quod tam ipſa Iuſticia multo cõmodior, quã ipſa pax longe vtilior eſt, quam Le-

Licet bellare fas eſt præſtat tamen ratione & oratione certare, & victoria potiri, quam bello.

Iuſticia & pax utiliora ſunt, ſi a Legato potius q̃ ab imperatore quærantur.

 gatus ora-

gatus oratione perſequitur,facit,& cõfirmat: quam quæ bello ab Imperatoribus queritur.quod ſcilicet vel iuſtiſſimũ bellũ tanta ſemper incõmoda,labores,curas, ac ſumptus ſecum adfert,vt centies fortaſsis deſiſtere cauſa præſtaret:quã tot malis Remp.inuolui. Inſuper euentus ipſius belli ſemper eſt dubius,nunq̃ vero non calamitoſus:ſiue enim vincimus,lucrum ſumptus belli longe excedunt: ſiue vincimur,iam bis miſeri ſumus,quod & ſumptum ac res noſtras amiſimus,& libertatem vitamq; noſtram, ac poſteros adduximus in præceps. Quanto igitur conſultius eſt pace de omni lite transigere,quã periculoſam Martis aleam tentare, tãto deniq; Legati Officium Imperatoris Officio carius,ſanctiusq; eſt,& quodãmodo Illuſtrius. Tametſi enim æque Imperator in dextra, ac Legatus in lingua Reip. portat.vterq; aũt preſenti cõſilio ac fortitudine in ſummis periculis polleat,oportet: ambæ præterea artes homines in ſummo dignitatis gradu collocare ſolent: Attamẽ ipſe Imperator ſæpe tantum Ducis, Præfecti, Magiſtri, aliorumq; Officiorum titulos gerit. Officia vero,quorum ipſe plærũq; imperitus eſt,per vicarias operas implet,& adminiſtrat. At Legatos propria virtus non aliena: vera non fucata cõmendat. Si qdem tanta Prouincia cum dignitate fungi non poſſunt, niſi q̃ ſint multis experimentis eruditi,iuſti,fortes,& conſtantes: & inprimis rerum, de quibus Legationẽ ſuſcipiunt periti,& ad gerendum eas idonei, ſolertes, circumſpecti,ad omniaq; prompti: qui ſcilicet ex re,& ex tempore,de qualibet re ad negocium quoquo modo pertinente,quid facto opus ſit,deliberare: tum commode etiam & cum dignitate,de his quę deliberauerint dicere,eaq;,quoties res exegerit,conficere poſſent. Et tamen ad dignitatẽ quoq; Legatiõis illud pertinet,quod id munus non tantũ humanis deſtinatũ, ſed etiã diuinis vſibus conſecratum eſt. Nam vt illa fabuloſa mittã,quæ Poetæ de Mercurio & Iride fingunt:illis tantum nitamur, quæ de Legatiõibus diuinis,diuinæ tradunt hyſtoriæ. Namq; & Deus optimus Maximus licet omnia poteſt, tamen conſilium & voluntatẽ ſuam ſæpe hominibus per Legatos manifeſtauit. Si quidem & Prophetas, id eſt Legatos & nuncios ſuos præmiſit,qui filium ſuum in carnem venturũ, & perditam ſalutem humano generi recuperaturũ eſſe nunciarent. Et idem Angelos ſuos ad Abrahã, Iacob,Moſen,Tobiam,aliosq; Patriarchas miſit,vt quid ſe iubente illis ſequendũ eſſet atq; fugiendũ,nunciarent. Angelus fuit & Legatus Domini qui ad Zachariam Sacerdotẽ tum ad aram ſacra facientẽ miſſus eſt,nunciatum illi,ne timeret, quia vxor ſua Elizabeth paritura eſſet illi filium Iohannẽ. Eodem munere functus eſt Angelus Gabriel,a Deo miſſus ad Mariã ſalutatum eam,ſimul atq; nunciatum ipſam parituram Ieſum filium Dei: illum qui regnaturus eſſet in domo Iacob in æternũ, nec Regni eius futurus eſſet finis. Iam & Chriſtus ipſe Legatus fuit,a patre miſſus in mundum,vt aſſumpta carne,peccata noſtra,quę a primo parente noſtro Adam cõtraxeramus, deleret, & nos qui filii iræ eramus, morte ſua patri reconciliaret. Quin & Legatiõe ſua perfunctus,ipſe quoq; Apoſtolos,id eſt, Legatos ſuos miſit in vniuerſum orbem,prædicatũ Euãgelium:qua Legatione,et eorum ſucceſſores,Epiſcopi,& Sacerdotes,vſq; ad conſumationẽ ſæculi funguntur. Atq; hæc de diuinis Legationibus, eo afferre volumus, quo intelligamus,vel iſta etiã ratione plurimum huius muneris dignitati accedere, quia Deus cætera quidem munera approbarit, hoc autem diuino etiam vſu confirmarit.

Etiam iuſtiſſimũ bellum incõmoda multa ſequuntur.

Euentus belli ſemper victori & victo calamitoſus.

Legatus Imperatori confertur.

Quales oportet eſſe Legatos.

Legatio ad res diuinas & humanas pertinet.

Prophetæ & Angeli ſunt Legati Dei.

Lucæ 1.

Mirifica Dei legatio ad Zachariam ſacerdotem maritũ de conceptione eius filij Iohannis.

Legatus Dei patris ipſe Chriſtus.

Legati Chriſti Apoſtoli, atq; Epiſcopi, & Presbyteri.

Apoſtrophe ad Legatos.

Cum autẽ Legatiõis munus tam rebus mortaliũ neceſſariũ ſit, vt verbis bella extinguat:tã magnificum,vt Imperatoris dignitatẽ ſuperet:tã ſacroſanctum,vt Prophetarum, Angelorũ,& Chriſti, ipſiusq; Apoſtolorũ functionẽ referat: iam Reuerendiſs. ac Illuſtres viri videtis quantum Rex Senatus populusq; Polonus de prudentia veſtra perſuaſi ſint,quantũ de fide præſumant,quãtum preterea de veſtra erga omnes Reipub.partes charitate ſibi polliceãt: quod videlicet electiõe non ſorte, conſilio non caſu, in Rep. domi ac foris pacificanda tanta negocia vobis cõmiſerunt,crediderunt,atq; etiã humeris veſtris ferenda impoſuerunt: quãta ipſimet iunctis omnibus ingenii atq; facultatũ ſuarum copiis agere deberent.

Porro cum ego neq; vobiſcũ ad Conciliũ proficiſci poterã, vt me STANISLAE TANcini per Petrũ BORAtinũ vocabas:neq; etiã tecum VALentine DEMbini in Turciam ire volebã, vt me præſens præſentem hortabare: Verebar enim ne & peregrinãdo foris domi eſſe deſinerem,& negocijs neſcio quibus impeditus

de ocio

de ocio hoc meo ignobili periclitarer: humanitate tamē veſtra erga me effeciſtis, vt ea quæ vel cogitatione, vel lectione, vel vſu rerum magiſtro de Legationibus didici: nunc quaſi quidam nomenclator vobis, alioquin ſatis bene memoribus, ex longinquo in aurem ſuggeram. Et ſi quid præterea votis agatur. Optem vobis in iis functionibus Iani prouidentiā, Neſtoris grauitatem, Carneadis vim dicendi, Reguli fidē. Sed quid ego externos domeſticis, gentiles etiā Chriſtianis, prophanos aūt Epiſcopis propono in exemplum? quin potius precabor, vt vos vobis in omnibus partibus actionum publicarū conſtetis. Hoc aūt eſt, vt tu DROIEVI tuæ prudentię ac moderatiōis, tu VCHANI ingenii & pietatis, Tu vero TANCINI natalium tuorum Illuſtriū proptereaq; libertatis in dicendo & magnanimitatis, omnes aūt ex æquo Theologicæ doctrinæ, & veritatis memores, rē chriſtianam conſtabiliatis ex Dei ſententia. Porro tu DEMBINI quę bona ingenii, corporis, vel fortunæ, aliis, vel natura vel ars vel exercitatio per partes dedit: tu tecum vniuerſa feras, quod omnia præſidia tua in te vno tibi collocata ſint: dabiſq; operam, vt tua dexteritate pacatis Reipu. finibus ſecuri viuamus in pace. Sed ne ego vos tantū adhortando nullum ipſe ſymbolum ad vos quoq; afferam, & quaſi lucernam accendens nihil ipſe olei ſuffundam. Agite ergo & ipſe ſignificabo qđ quidem vobis Concilii Legati Reſpub. mea quidē opinione maxime mandet: illud nimirum (dicam aūt res magnas compendio) vt ſcilicet in negocio religiōis omnes Conſtitutiōes humanæ quæ cōtra præceptū Dei in Lege, Prophetarūq;, ac Euangeliſtarū, & Apoſtolorū ſcriptis cōprehenſum, militant: Concilii auctoritate abrogentur, ſolæ aūt illæ cōſtabiliantur, quæ ſecundū analogiā ipſarū ſcripturarum ſunt introductæ: vel quas neceſſario propter pacem Eccleſiæ introduci oportet, potius quā quilibet pius fruſtra reluctantibus Epiſcopis zizania tritico Domini permixta eruncet.

Quid Reſpub. Pol. mandet Legatus concilij.

Quod enim omnes omnium mortaliū inuentiōes ſcripturis Canonicis Verboq; Dei cedere debent, cum mille aliis ſcripturæ præceptis, quæ ſcrutāda ſunt: tum adducimur illo Samuelis dicto, qui dixit MELIOR EST OBEDIENTIA VERBO Dei quā victimæ. Et illo Petri, q dixit oportet DEO MAGIS OBEDIRE quā hominibus. vt etiam illud quod optimum nobis eſſe videatur, præ ipſo Dei pręcepto, negligere debeamus, vt ita ſ. ſolius patris cœleſtis fiat voluntas in terra, ſicut eſt in cœlo: Nos etiā oēs ſimus diſcipuli, Deus vero ſit vnus omniū magiſter, alioq; nihil a Mahometanis, vel ab aliis gentib. differemus, qui tam doctrinam falſam retinent, quā ementita ſacramenta tuentur. Si aūt Deus primos parentes noſtros ob tranſgreſsionē vnius pręcepti exilio, ob cædem Caymum luctu, filios Dei ob carnales nuptias diluuio, Sodomā ob ſaturitatem, ocium, & nefarium concubitū incendio, in vniuerſumq; Iudęos Legis præuaricatores per Iebuſæos, Phariſæos, & Cananæos: item fame, ac peſte adflixit: ac etiā propemodū exterminauit: Certe & nos ſi mandata eius proculcauerimus per Getas, Scytas, & Agarenos omniq; Iliade malorū ad extremum qđ Deus auferat, conficiet. Zelotes enim Deus eſt, & vindex, ſi verba ſua contemni videat. Quod ſi etiā noſmet veritatē Dei perſequemur, quā ex ꝓfeſſo tueri debebamus: nonne tenebrę pro luce appellabimur? ſalq; infatuatum eiectioni deſtinabimur? & ſedentes in templo Dei Antichriſti erimus? An aūt hoc tēpore ad eum lapidem non impegerimus, nemo ſane mentis non videt. Plęrumq; enim ſomnia fabuloſiſsima pro veritate Euangelii docentur, tenebræ ſcelerum pro luce pietatis oſtētantur, Atq; ideo vel eiectioni vt infatuati deſtinamur, vel vt Antichriſti, niſi reſipiſcamus, damnationē expectemus neceſſe eſt.

Veritas Dei & Chriſti hoc tēpore ob Eccleſiæ Sacerdotib. & Antiſtibus plærumq; oppugnatur.

Et tamē quicquid vel in ſacerdotibus vel in populo eſt vicii, facile a vobis Epiſcopis cum voletis ad limam Verbi Dei corrigetur, veſtræ enim auctoritati vtriq; ſubſunt. Illud Reuerendi patres difficilius eſt, qua nam ratione præfectos itidem veſtros emendetis: ne vos quoq; ipſos vna cum veſtris cooperariis & turpiter viuere & impie credere cogāt inprimis aūt Simonia cōtaminent. Neq; enim ignoramus, vos non niſi datis Ro. Pontifici multis aureis plumbeo breui Epiſcopos eſſe creatos: ſimulq; vniuerſas Conſtitutiōes eius (quantūuis multæ illarū iniquæ & præcepto Dei contrariæ ſint) iureiurando vos ſeruaturos promiſiſſe.

Epiſcopi non niſi dato auro a Ro. Pont. creantur.

Nec pudeat vos & pecuniā dediſſe, & ad præſcriptū iuraſſe: eo enim res Eccleſiæ eſt adducta, vt hoc tempore ne qdem ipſe gratiæ largitor Chriſtus cum ſuis piſcatoribus Epiſcopi renunciarentur,

ſi pro Annatis quantũuis Concilii Baſilieñ,decreto ſint prohibitę,nihil numerarint:quinimo in patibulum ſuffigerentur,ſi pro Dei præcepto contra Ro.Pontificem optima fere quæuis ſuo arbitratu vaſtantẽ,vocem efferrent. Adde q.d' vobis a Rom.Pontifice ita ligatis,Cortiſani .i. prębendarũ accipitres in noſtras Eccleſias inuitis vobis aduolant, & ſi renuatis Iudicio Romanæ Rotæ, tanq̃ pecus famelicum ad glandem obtrudunt. Inſuper Monachorũ greges a veſtra Iuriſdictione eximuntur,vt ſcilicet parati ſint Corycei & accuſatores cõtra vos, niſi in numerũ ſaltetis,vel tolutim vadizetis,vt inquit Plautus. Via Romana itaq; multorum Sacerdotiorũ vniones repertæ ſunt,vt ventrem vnius Prælati ſaginent:eadem diſpenſationes de incõpatibilibus tenendis ſunt inuentæ : vt ſcilicet quis tenui Epiſcopatu proiecto,ad pinguiorem aſpiret: vel duos Epiſcopatus , Abbatiasue: Canonicatus aũt,& Plebanatus,aut altaria decem,viginti,aut etiam triginta deuoret.Diſpenſatur & ſuper hoc (ne fœdiora retegam) vt ne ipſi præbendarum captatores,ad tot vel tot annos, id vero eſt, nunq̃ miniſterio Eccleſiæ vtanť: ſed per Sacerdotũ turbam vili ſtipe mercenariã omnia diuina abſoluant:quæ ipſimet ne digito quidem attingant. Cum aũt ita auariſsimus quiſq; tot ſacerdotia ventri ſuo,vt ipſimet aiunt,in morem quadrigarũ coniungat:Mercenarios aũt bimarcales vel trimarcales pro ſe ſufficiat ; mirum eſſe non debet, Quia tot fabulæ pro veritate Dei ab illis ipſis mercenariis in Eccleſiam ſint introductæ,quodq; ad falſitatẽ doctrinæ parem morum turpitudinẽ adferant:tam ſpeculatoribus cæcis, quam fabuloſis Libris, falſam doctrinã adiuuantibus, & turpem vitam permittẽtibus. Quibus rebus effectum eſſe cernimus,vt ſentencia vera Eccleſię, de diſcrimine Legis & Euangelii,de vera pœnitentia,& vſu clauium. Iuſtificatiõeq; peccatorum,monſtroſis indulgentiis,ac precationibus: item operibus ſine præcepto Dei excogitatis,ſatisfactiõibusq; humanis ſit cõſpurcata. adeo vt poſtremo ad Diabolum eiusq; purgatoriũ ignem,ſcripturæ,vt ait Aug.ignotum,domos tamẽ viduarũ comburentẽ,potius q̃ ad Chriſtũ,fidemq; in illũ peccatores deſperabundos ſoleãt remitti: & ad inuocandũ creaturas ſine pręcepto & exemplo adhortari.

Cœlibatus incontinẽtibus Sacerdotib.imperatus fons eſt omnium malorũ in Eccleſia Chriſti.

Lex concubinaria in Decreto diſtinct.34. uideatur.

Et ne quid ad turpitudinẽ Sacerdotalis vitæ, dignitatemq; functionis tantæ eleuandam deſit,videmus quoq; quantũ ſcelerum vnus Sacerdotũ Cœlibatus in Eccleſia peperit:vt iam tot fere lupanaria vulgo dicantur, quod ſint ſacerdotum domicilia. Et ne hæc turpitudo ſine præcepto ali videatur,cautũ eſt Toletani Concilii Decreto,vt is Chriſtianus qui non habet vxorem,& pro ea habet Concubinam,a communione fidelium (Chriſti ſcilicet) non repellatur , ſed tamen vnius Concubinæ coniunctione ſit contentus. Cum aũt maior fere pars Sacerdotum hãc Legem Concubinariã,proh dolor,ſit amplexa:vulgus vero illorũ exempla libenter imitetur,& ea ſuis peccatis prætexat,inde factum eſt, vt ſcortis ac ſpuriis plena ſint omnia : adeo vt bona ex parte Priapi cuiuſdã Lampſacum potius quã Chriſti Eccleſia in nobis eſſe videatur. Porro qui Sacerdotũ in remedium incontinentiæ ac vſtionis ſuæ vxores legitimas duxerint,non ſolum ab altari repelluntur tanq̃ immundi & capite diminuti , verum etiam omni genere pœnarũ afficiuntur,tanq̃ concubinariæ Legis proditores.Ita honorabile Matrimoniũ inhonoratur,Concubinarii aũt id vero eſt,Scortatores,& adulteri (excipio vere caſtos) Regnum Dei,id eſt Eccleſiam,vi ſumma poſsident.Illa vero pręcepta,non eſt bonum hominem ſolum eſſe,faciamus ei adiutoriũ, maſculum & fœminam creauit eos,& benedixit eis Dominus,nam vxor bona a Domino: Item Sacerdos Virginem ducat vxorem, Epiſcopus aũt vt viuat ſine crimine , perindeq; Diaconus ſit vnius vxoris vir,& filiis ſuis bene præſit, ſi vero quis poteſt Cœlibatũ capere, capiat,nemini eſt laqueus iniiciundus,melius eſt nubere quã vri,& alia huiuſmodi, hæretica,vel ſaltem allegorica habentur : aut non ſimpliciter ſed ſecundum quid interpretantur. Quo fit, vt numeratis Archidiacono tanq̃ Lenoni tribus Marcis pecuniæ,& concubinæ,& ſcorta,& ſpurii illis permittantur:tantum abeſt vt hoc tempore vel lapidibus adulteri obruantur, vel ſcortatores excõmunicentur , aut etiam aliquo duriore modo animaduertatur in eos : Naturalia enim & aquatica peccata hæc eſſe plærique omnes confitẽtur. Ducere tamen vxorem , & exemplo Zachariæ cum Elizabeta cohabitare , grande ſcelus habetur : riſus iocusq; ſunt, immo hæreſis,præcepta Dei ac ſanctorũ exempla:quin Romanus Cœlibatus tot

animarum

a nimirum manifeſto præcipitio,publicaq; Reipub.infamia nobilitatus manu tenetur, Ac etiam vt Plutoni fructificemus,proh dolor defenditur,quoad incendio Sodomiæ, quod abſit,conflagremus. Quocirca ab aduerſariis multisq; ſcriptoribus Eccleſiæ Babylon .i. Roma vtinã aũt falſo mater fornicationũ,& mater abominationum terræ dicitur,quæ a vino iræ ſuæ potauit omnes gentes,& cum qua ſcortati ſint decem Reges terræ. Qui vnum conſilium habent,& virtutẽ,& poteſtatem ſuam beſtiæ tradiderunt, vt cum agno pugnent: ſed agnus vincet eos,ipſaq; Babylon cadet in incendium æternum. Quippe quod dæmoniacã doctrinã de prohibitione nuptiarum tantopere defenderit, vt fornicationis fructus (niſi quam primum corrigantur) referat multo vberrimas.

Si aũt ſcortatio carnalis tam in Sacerdotibus quã in populo legitimo matrimonio corrigenda eſt,prophanatio quoq; Cœnæ Dominicæ,vſu corporis & ſanguinis Domini ad præſcriptũ Euangeliſtarũ & Pauli Apoſtoli ſub panis & vini ſpeciebus adminiſtranda emendari debet. Etenim ſi teſtamentũ hominis morte cõfirmatum ſine piaculo nemo mutat, hæc quoq; legata nobis hæredibus a Domino noſtro relicta,ſine grandi ſacrilegio diuidi:& a nobis aliter quã ſunt tradita accipi,non poſſunt.Cum aũt aliter dentur,& accipiantur:An non hic verus fuit Iuda, vel potius Apoſtata Diabolus, qui aquam e lacuna quapiam ſine præcepto, ſineq; promiſsione vlla Chriſtifidelibus bibendam obtrulit? ſanguinem aũt Ieſu Chriſti in ara crucis e corpore ipſius pro nobis effuſum contra præceptũ Chriſti, & Apoſtolorũ imitationẽ, euacuans etiam ſacroſanctã promiſsionẽ de remiſsiõe peccatorum illi adnexam, negauit? Neq; me hic mouet quod vel Epiſcopi quidam hoc ſacrilegium aliquandiu in Eccleſia inuectum defendant, vel Reges ac Magiſtratus eis nonnulli ſuffragẽtur:apud pios certe quidem Chriſti & Apoſtolorum ſentencia antiquior eſſe debet, quã etiam Angelorum, quorũ itidem doctrina ſi ab Euangelio ſemel per Chriſtum tradito, & a nobis accepto diſſentiat, anathema eſt,blaſphemia eſt,& damnata hæreſis: tantum abeſt,vt quiſq̃ mortalium illa verba,hoc eſt CORPVS meum,comedite illud: hic eſt SANGVIS MEVS, BIBITE EX HOC OMNES:immutare queat ſuo arbitratu. Adde quod licet truncatim hæc inſtitutio Cœnæ Dominicæ a nõnullis legatur in Eccleſia,quo ſanguinis mentio ex auribus atq; cordibus piorum eximatur: Incautis tamen exhortatio illa in proceſsionibus publicis erumpit: VENite,COMedite, & BIBite. In quem vſum tam Calices ſanguini fundendo,quã patenæ corpori in ora fidelium porrigendo:non aũt ad ſuperſticioſam argenti oſtentationẽ prælata fuiſſe exiſtimamus: vt etiamnum præferri videmus, & ad COMEdendum tum BIBENdum plebem conuocari audimus.

Cœna Dominica eſt etiam ad amuſsim ſcripturarũ populo adminiſtranda.

Cum aũt hæc aliaq; multa auctoritate Concilii ad præſcriptum Verbi Dei exigẽtur,conſtabiliẽturq;:quis dubitat reliquos Eccleſię Chriſti Patriarchas Romano, cum quo nunc mutuo ſeſe diris deuouent,dextras ſocietatis eſſe daturos? præterea q; tot hæreticos ſub ordinariã Epiſcoporũ obedientiam ſponte reuerſuros, & manuum veſtrarũ impoſitionẽ atq; auctoritatẽ eſſe agnituros? deindeq; reliqua ſacramenta quæ illi nunc negligunt,eſſe recepturos?redibũt.itaq; principio Gręci,reuertẽtur Alexandrini,& Antiocęni,apud quos Iuſtificatiõis Articulus nullis indulgentiis,monſtroſisq; mediis,aut operibus cõtaminatus eſt.Cœlibatus iugum etiã,vt pote tot malorum fomes,niſi forte Monachis, aut ſponte ſua caſtratis,Sacerdotibus nõ imponitur. Cœna aũt Dominica citra impietatẽ,quæ neceſſaria demit:ac citra ſuperſtitionẽ,quæ ſuperflua addit:ad hæc vsq; tempora incõtaminata atq; inconuulſa habetur.perindeq; alia immota,incorruptaq; exiſtunt, & retinentur. Ecquis enim contra hunc conſenſum Vniuerſalis Eccleſię ortu & occaſu Solis definitæ ſuper Verbo Dei vt ſupra Petram ſolidam fundatum conſiſtet? Quo etiam ore,exemplo Goliati,exercitui Dei viuentis quis exprobrabit, altareue contra altare eriget? Cum interea & conſiſtere libẽtiſsime,& exprobrare audaciſsime,& erigere cõſtantiſsime nulli non dubitent: nec arbitremini ſentenciam eſſe mutaturos,niſi Apoſtoli Euangelium prædicetis non Leges ſuas,diſcipuli Chriſti præcepta prædicetis non figmenta hominũ,clauigeri etiam ſapiatis ea quæ Dei ſunt non quæ carnis. Alioquin vnusquiſq; pro Apoſtolico Apoſtaticus,pro diſcipulo Iudas,pro Petro etiã & erit.& appellabitẽ Sathan,pro Chri-

ſtiano aũt Epiſcopo Antichriſtus,qui in templo Dei ſeſſurus erat,extollens ſe ſupra omne id quod dicitur & colitur Deus,mutans Dei Leges vt ſuas conſtabiliat, quoad conficiatur ſpiritu & Verbo Dei. Amen Domine Ieſu,veni,vide,& vince: ne nos quoq; miſeræ pecudes rapiamur cum paſtoribus in interitum, niſi per te quã primum paſtores noſtri conuertãtur,corrigantur,reſipiſcant. & tuæ voci parere incipiant: vel ob hoc,ne ipſimet & falſa doctrina & impura vita cauſam ſchiſmatum in Eccleſia tua nobis ſuppeditent.

QVOD VERO ad pacificandã foris Rempub.attinet,tu VALENTine DEMBIni apud T. Reipub.noſtrę cauſam ita ages,vt pręſens rerum facies actionem moderari deſiderat. Etſi enim nunq̃ antea tam magna tamq; ardua Reip. noſtræ Legatio,vt nunc,contigit,tibi tamen obeunda eſt. Qui enim alius vel Ciuis vel Senator ad functionẽ eius tibi eſſet præferendus, tua ſingularis virtus,ac in omni Reipub. functione dexteritas ſpectata dubium fecit. Principio itaq; ad Imp. T. iterum a Sereniſs. noſtro Principe Oratorem præmittendũ eſſe cenſemus,qui quidem nos excuſet,quod & peſtilentia in V. graſſante, & inſidiis olim Stephani cæſi,quominus cœptum iter contiñuaſti,fueris prohibitus. Simulq; alteras publicæ fidei Literas tibi afferat. priores enim exoleuiſſe non temere ſuſpicamur. Cum aũt coram Imp. dabitur tibi copia dicendi,veterem amiciciam inter eum & Principes noſtros ſumma ſemper fide atq; obſeruantia ſingulari cultam recoles,iſtudq; ipſum ſignis,quę plurima ab anteactis rebus colligi poterint,confirmabis. Summa aũt Legatiõis erit,vt res repetas,& fœdera percutias. De V. vero vel per occupationẽ ſermonem inſtitues,vel rogatus ex mente Principis reſpõdebis. Quodcũq; tamen horum placuerit,aptam ſentenciã fore exiſtimo,vt V. ab eo defeciſſe ad nos neges. Etenim hic Alexander nuperrime in locum cæſi Stephani communi ſuorum ſuffragio ſuffectus,tributum ei ſe daturum recepit. Cum Sereniſs vero Rege noſtro Ius atq; fœdus ſocietatis atq; amicicię iuratus ſanxit. Id vero & iuſte & candide feciſſe doceatur: non ſolum ob id quia eius Maiores Regno Poloniæ iurati ſemper fuerant ſocii, verum etiã quod Imperatorẽ fœdus ſanctiſsime nobiſcũ coluiſſe ſciuit. Quod quidem vt eſſet perpetuũ,ſe quoq; pro rata parte curaturum promiſit. Ac proinde hęc Palatini voluntas merito ſuo magno boni debet conſuli, tantum abeſt, vt vel animaduerſiõe digna,vel ſuſpicione cauillãda eſſe videatur. Stephanus aũt Alexandri per omnia fuiſſe diſsimilis multis argumentis eſt oſtendendus, & quoad fieri poteſt cõmerito ſuo in inuidiam pertrahendus. Non ſolũ enĩ indicta cauſa nobiliſsimos quosq; ſuorũ Ciuiũ ſuſtulit crudeliſsime,verum etiã nihil fecit reliquum,vt fœdus Imperatori & Regi noſtro ſacroſanctũ ſemper habitum omnes per occaſiões violaſſet. Quinimo vt omnes ludibrio haberet,rapinæq; ſuæ proponeret, Imperatoris quoq; ſubditos Mercatores per ſiccarios a ſe deſtinatos rebus ſpoliauit, ſimulq; immaniſsime percuſſit. Qua de re cum ab Imp. appellaretur,vt ſe impoſtor omni crimine vacuum eſſe doceret, conquiſita mancipia morti deuota in præſentia Legati per ſummum ſcelus trucidauit: aliaq; tercenta ſceleroſiſsime egit, vt nihil mirum ſit quod ſuorummet manibus quos tot modis cruentauit,more Tyrannorũ lanienã ſuorũ Ciuium exercentiũ perierit. Noſtros aũt Milites,qui tantum ad fines cuſtodiendos miſsi erant,nihil conſilii,minus etiã pręſidii ad tanta facinora contuliſſe,prohibere tamẽ,ne fierent, neq; potuiſſe, neq; debuiſſe. Quin etiã vti nequiſsimo vicino quã optimus ſuccederet,more hominũ cõmuni optauiſſe: cum quo vel certa pax eſſet,vel ſaltem certum bellum. Vtcumq; tamen accidit,culpam V. ſi qua per eos admiſſa eſſe putetur,ex dignitate Reipub. dilues, atq; etiã ſi ita res poſcat deprecabere,ne fraudi ei ſit, quod potentem ſibi fecerint inimicum, dum in tanto rerum omnium motu ac diſcrimine,& ſe in libertatem aſſerunt, & ſanctis partibus adhęrent: vt videlicet aliquã potius quã nullam rationem tuendæ ſalutis ac Reipub. Chriſtianę experiantur. Alioquin ſi omnia tentata nihil proficient, nihilominus iniecta ſpe pacificarũ conditionũ referenda erunt omnia ad Regem: vt ſaltem ita res in longum extrahatur, vt quid facto opus ſit, tempus quod omniũ rerum pater eſt,nos doceat. Quamq̃ tot veterum & recẽtiora exempla abunde nos admonent,in hac vicinia,ſecuritate nihil eſſe pernicioſius. Qui enim neq; Iureiurando,neq; fœdere vllo ſe teneri profitetur: hic vtilitatis ſpe, quantũuis ſanctam,

ex quacũq;

ex quacunq; tandẽ occaſiõe, amiciciam violabit. Ita vt nihil credere, ſed quaſi in ſtatione ſemper excubare, & veteres ſocios pro muro habere, tutiſsimũ Reipub. propugnaculũ fore videatur. Etſi enim fortaſsis ea inhumanitas inſit nobis, vt ad nos cõfugientibus Ius hoſpicii ac ſocietatis denegemus: cupiditas tamẽ illius hac offa ſaturari, tantoq; minus ſiſti poterit: ſtatim danda erunt plura, vt hydropico ſitienti aquæ: ſtatim cauſas belli nectet, litem ex litẽ ſeret, vt nos noſtro deinceps deturbet. Si aũt tantum etiam virium illi accedet, nobis vero decedet: videamus quæſo ne tandem acciſi, attenuati, & ſoli ad dimicationẽ relicti noſtram ſupinitatem ſero culpemus, ac dicamus illud, NON PVTARAM. Nihil aũt Rebusp. periculoſius eſt, vel Principibus indignius, quã ſi vel propter timorem puſillaniter, vel ob vtilitatem ſeruiliter ſupplices ſe dent eorum Legatis: ita vt quocũq; tandem res inclinabunt, neq; de dignitate Principis, neq; de exiſtimatiõe virium quicq̃ plane eis remittendum eſſe cenſeamus.

Et equidem pro mea in Rempub. fide, atq; in patriã charitate, quod in præſentia tam cogitatiõe conſequi, quã Iudicio examinare poteram: vobis Reuerendiſs. ac Illuſtres Legati ſuggero: ne in tractatione huius argumenti omnino ſine ſymbolo, ſineq; vllo plebis etiam mandato, vos dimiſiſſe videar. longe tamẽ prudentiora locupletioraq; omnia mandata ab Antiſtitibus Reipub. noſtræ accepiſſe non dubito, vt hoc veſtro Officio & Eccleſia Dei repurgationẽ, & finium Regni pacificationem Iure optimo nobis atq; noſtris polliceri queamus: Veſtros conatus adiuuante Deo, qui & veritas appellatur: & pacis atq; belli eſt arbiter.

Mandatum generale ualet ad ſuas ſpecies.

Et tamen in Legatiõibus generale Mandatum valere putatur, quantũ ad eas ſpecies, quæ recte ſub illo genere mandati comprehendi poſſunt. Item qui in ſumma poteſtate cõſtituti ſunt, his clauſulis & Legatos inſtruũt, & mandata ſua extẽdunt, vt quæ in ipſis comprehenſa nõ ſunt, vel tacite contineri, vel ſi ita velint, ipſi etiam vigore eiuſdem mandati exprimere poſſent. Quod tum fit, ſi talis, vel ſimilis clauſula mandato inſeratur. Dantes nihilominus iiſdem Oratoribus, Legatis, ſiue Procuratoribus, & eorũ cuilibet, præſentibus Literis in mãdatis, vt defectum ſupplere valeant, & huic Procuratorio addere, quicqd quoad præſens negocium expediendũ, ſubſtantiæ vel ſolennitatis poſſet eſſe neceſſarium vel vtile, per occupatiõem vel alias omiſſum, & ſic vti quoad addita, acſi fuiſſent Procuratorio appoſita per noſipſos. Et huiuſmodi mandata recte libera appellãtur. Inde aũt huiuſmodi mandatorũ vſus venit, quia multæ ſunt res quæ aliter decerni atq; conſtitui quam in re præſenti non poſſunt: vt medicus per Literas cibi aut balnei tempus eligere nequit, vena tangeñda eſt. Quinetiã prouerbium admonet, gladiatorem in arena cõſilium capere, aliquid aduerſarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipſa inclinatio corporis intuentem monet quid fieri ſoleat, quid in vniuerſum fieri oporteat, cuiusmodi conſilium mandari poteſt & ſcribi, idque non tantum abſentibus ſed etiam poſteris. Illud aũt quando fieri debeat, aut queadmodũ, ex longinquo nemo ſuadebit, cum rebus ipſis deliberandum eſt: In quibus rebus, quoniam certum mandatum dari non poteſt, multa eorum, qui mittuntur, fidei credenda ſunt. Idq; non ſolum in diſceptatiõibus cauſarum, verum etiam in cõſultatiõibus publicis de bello & pace. In deſperatis quoq; rebus, vbi nullum certũ conſilium, nullius certæ rei electio a fortuna relicta eſt, Legati cum Liberis mandatis mitti ſolent, vt ſcilicet id agant, quod e re Dñorum ſuorum vtile putauerint. Idem quoq; in priuatorum negociis obſeruari ſolet, vt pro qualitate rerum interdum etiam Libera mandata dentur. Quod quidem tunc fit, cum generaliter alicui Libera rerum adminiſtratio conceditur. Nam tali caſu omnium, quæ Dominus facere poſſet, mandatum plenum habere intelligit, vt etiam ea, quę ſpeciale mandatum exigunt, explicare poſsit. In quibus tamẽ mandatis Liberis, niſi verbum Libera aut æquipollens vel inſit tacite, vel expreſſe nominet: quantumlibet generaliter concepta ſint, nunq̃ tamẽ ad ea, quæ ſpeciale mandatum requirũt, extenduntur. Itaq; recte a quibusdam dictum eſt, Procuratorẽ quantumcũq; generalem, niſi cum libera poteſtate mandatum habeat, nullam obligationẽ contrahere. Cæterum quęcũq; de Liberis mandatis dicta ſunt aut dici poſſunt, illam interpretationem recipiunt, vt abſit dolus malus: vt ſcilicet qui mandauit, nõ aliter q̃ quatenus res ex fide agendæ ſunt, mandaſſe intelligatur.

Mandatorum generalium quæ forma, & qui uſus ſit.

Mandata libera quæ & quo conſilio introducta.

Mandata neq; teſtibus, neq; iureiurando probantur, ſed niſi oſtendantur, Legato non creditur.

Etſi aũt in ſanctioribus Iudiciis vltra mandatũ Procurator Iuſiurandum præſtare ſolet, quod non animo calumniandi onus Procuratiõis aſſumat. Nihilominus a Legatis illud non exigitur, ſed ſimpliciter eorum mandatis tam apertis quã obſignatis, ſine Iuriſiurandi ac teſtium probatiõe creditur, ſi modo autentica illa eſſe videantur. Perindeq; Officialibus, & Procuratoribus Principũ, ac fiſci, aliiſq; Cõmiſſariis abſq; Literis non creditur. Quas ſi amittant, priuſq̃ oſtendant, inutiliter Iureiurando vel teſtibus cõfirmare vellent: cum alioqui is qui priuatus Literas ſuper bona amittit, per teſtes illarum gnaros & proprio iuramento probatiõe facta eas Principis beneficio recuperat. Duo vero genera ſunt Literarũ quas Legatis dare ſolemus: alias enim Legatis damus, & appellantur Inſtructiões, ſeu Cõmonitoria: quibus Legatos docemus, quid noſtro nomine, & quo ordine, ac modo agere debeant. Alias Literas ipſis ad quos Legati mittunt̃ dare ſolemus, quibus & Legatos noſtros cõmendamus, & vt noſtro periculo eis fides habeatur poſtulamus. Itaq; vt Legatus obligat Dñm ſuum, ita quoq; eidem Dño ſuo is obligatur, qui cum ipſius Legato cõtraxit. Et appellantur huiuſmodi mandata publica, qppe quod illos quibus cum aliquid agimus latere nolumus.

Mandata publica & occulta.

Atqui alia etiã occulta mandata fiunt, quæ tantũ iis quibus ea exequenda cõmittimus cognita eſſe volumus: vel quorũ occulta opera, cõſilioq; vtimur, vt a multitudine id quod volumus, ſed aperte tamẽ non poſſumus, impetremus. Et vtraq; rerum licitarũ vel illicitarũ dari poſſunt: Licita ſunt mandata veluti quæ ad exploranda hoſtium conſilia, ſiue per Legatos ſolos, ſiue per ipſos, & paucos quoſdã alios dantur.

Mandata occulta quædam licita, quædam non.

Nec huiuſmõi mandata illicita ſunt, quamq̃ ſint occulta: nam vice bellicorũ Stratagematũ eſſe ſolent. occulta vero, eaq; illicita & turpia mandata, non niſi a Tyrannis & Lucifugis in eum finem dari ſolent, vt Legati prætextu publici mandati mere in perniciem eorum ad quos mittunt̃ aliquid tentent. puta ſi ſubditos ad defectionẽ ſolicitent, vel diſſenſione dirimant, vel in Principem animent, aut ipſi prętextu amiciciæ & officii cędem machinentur: aliiſq; huiuſmodi corruptelis plebem inficiant, & arment. a quo genere fraudis Ro. non ſolum abſtinuerũt, verum etiã Pyrrhum Regẽ Epyrotarũ mænibus vrbis iam appropinquantẽ, vt ſibi a veneno medici caueret, pręmonuerũt. Ita ſiquidẽ vel acerrimo hoſti fidem ſeruauerũt.

Inhoneſta mandata ſine Literis dari ſolẽt.

Vt aũt in rebus turpibus & inhoneſtis crebrior vſus eſt occultorum mandatorũ, ita plærumq; ſine Literis dari ſolent, ne prodantur. vt enim honeſtatis natura & conditio ea eſt, vt nuſq̃ latere, quin potius omnibus expoſita eſſe velit: Ita e regione ipſa turpitudo natura lucem refugit, hominũq; cõſpectum reformidat, a qua omnes homines quantũlibet etiã prauiſſimi abhorrent. Nec enim quiſq̃ eſt (vt cum Cicerone dicam) tam diſſimilis homini, qui non, vt comprobatiõe honeſtatis: ita offenſione turpitudinis, moueatur. Quo fit, vt qui turpia perpetrãt, ea aut aliquo honeſtatis prætextu velare ſtudeant (Quod quidem plęrumq; faciunt ſeditioſi, & quicũq; vicia pro virtutibus venditant, malum bonum, & tenebras lucẽ eſſe mentiunt̃) aut ſi id non poſſint, tamẽ quod faciunt celatum eſſe velint: Maxime vero, ne authores ipſi prodantur, ſi crimen ipſum celari non poteſt, laborãt.

Eſaiæ 5.

Quos tamẽ peregrinus Philoſophus apud Gellium omniũ maxime errare putat: neq; enim peccatum vllum diutius latere poſſe, nec impunitatẽ ex ea latebra ſperandam. ideoq; Sophocles illos verſiculos ſemper in ore habendos eſſe dicebat.

Matth. 10.

Nihil occulte, quando cuncta tuens
Et cuncta audiens omnia reuelabit dies.

Et a turpibus & ab occultis mandatis abſtinendum.

Quod ſi igitur turpia mandata in vniuerſum vitanda ſunt, tum ab occultis omnium maxime abſtinendũ eſt, quæ non eo tantũ nomine, quod turpia præcipiũt, mala eſſe iudicantur: ſed quia occulta ſunt, hoc ipſo, quod in alienam perniciem ſuſcipiunt̃: Proditiõis etiam ſpeciem aliqũã præſeferre videntur. Quæ & ipſa etiamſi manus non adhibeãtur, homicidii ſpecies eſt. Non ſolum enĩ homicidę ſunt, qui manibus hominem occidunt, ſed etiam per quorum conſilium & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur.

Variæ Legatiões pace, ac bello in rebus ſacris & prophanis, publicis & priuatis fiunt.

Ipſæ vero Legatiões variis de cauſis ſuſcipiũtur, a quibus etiã denominationem capiunt. Namq; pace Legatiões fiunt de rebus ſacris & prophanis, publicis & priuatis. Siquidem & Ro. Pontifex, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & cæteri Eccleſiaſticarum Præ-

carum Præ-

carum Prælati de dogmatibus fidei & Eccleſiaſticarū rerum ſtatu in generalibus & Prouincialibus Synodis per Legatos conſultant, ſtatuūt, atq; decernunt. Similiter etiā de cognoſcendis rebus Eccleſiarū, deq; pace inter Chriſtianos cōcilianda Legati a Pontifice Rom. mitti ſolent. Quæ quidem Legatiōes rerum ſacrarū ſunt, & ab his ſacræ appellandæ. In rebus aūt publicis & priuatis, quod generale Officium Legati ſit pace, mox a capite huius Cōmentarii attigimus. Tempore vero belli multiplex itidem materia Legationū naſcitur: Namq; aliæ bellum antecedunt, vt conſultatio de inferendo bello: & Indictio belli. Quā Legatione apud Ro. feciales tantum fungebantur. Quædā inter gerendum incidunt, vt induciarū, auxilii, veniæ, vel colloquii: item captiuorū, & aliorū huiuſmōi poſtulatio. Ad qđ genus etiā referunt illa, vt pote obſidiōes nunciare, vrbes dedere, captiuos reducere, hoſtium cōſilia explorare, caſtra & munitiōes aliaq; ſpeculari, frumenta & annonā militarem cōparare, aliorum ſocietatē petere, aliorū auxilia ab hoſtibus auertere, Duces reuocare, & ſimilia. Quędā bellum ſequunt̄, vt pacem facere, fœdera percutere, conditiōes pacis exequi: & hanc Legationē Cicero pacificatoriā appellat. Ac de his rebus omnibus Legatiōes mitti ſolent: qđ ex infinitis hiſtoriarum exemplis cognoſcere licet.

Tempore belli Legationum materia.

Etſi aūt nemo rei ſuæ ergo Legatus eſſe debeat, nihilq; turpius Cic. eſſe aiebat, vt ſupra retulimus, q̄ ſine procuratiōe Senator. Legatus ſine mandato, ſineq; vllo Reip. munere: Attamē honoratiorib. Ciuibus liberas & ſine vllo Reip. mandato Legatiōes cōmittere mos eſt, ita ſcilicet, cum quis peregre proficiſcit̄ cuiuſuis honeſti exercicii cauſa, vel vt hæreditates aut Legata perſequat̄, & exigat in prouinciis: qualiumcūq; Legatorū perſonas induere ſolēt, vt facilius id qđ volebant, conſequatur. Sed & illa olim vtebantur, qui ab æmulis, hoſtibusue in Rep. minus tuti, honeſtā aliquam cauſam proficiſcendi, ac e Ciuiū conſpectu ſe ſubtrahendi, quęrebāt: Nam hac Legatiōe ornati, domi contempti, apud Prouinciales in honore & reuerentia habebant̄. Ideoq; qui hac Legatione aberant, non videbātur Reip. cauſa abeſſe, non eni publici cōmodi cauſa, ſed ſui aberant. vt inqt Vlpianus.

Legatio libera uariis ex cauſis dari ſolet

Hac Legatiōe vſus eſt Scipio Naſica, qui propter iniquiſsimā virtutū ſuarum apud Ciues æſtimatiōnē, ſub titulo Legatiōis Pergamū ſeceſsit, & qđ vitæ ſuperfuit, ibi peregit. P. quoq; Lentulus, clariſs. & amantiſsimus Reip. Ciuis, inuidia & obtrectatiōe cōpulſus, Legatione a Senatu libera impetrata, habitaq; concione, qua a Diis immortalibus petiit, ne vnq̄ ad ingratū populum reuerteret̄, in Siciliā profectus eſt, ibiq; perſeueranter morando cōpotem ſe voti fecit. Otho item Siluius, qui a Poppea Sabina amica Neronē riualem excluſerat, per cauſam Legatiōis in Luſitaniā ſepoſitus eſt, vt ſcribit Tranquillus in Othone Siluio.

Ex lib. 1. cap 14. Conradi Brun. ad uerbū.

Atq; hęc quidē Legatio, relegatiōis & Exilii quandā ſpeciem habere videtur. Quemadmodū Marcus Cato apud Ciceronē, quaſi per beneficium Cyprum relegatus eſſe dicitur. Quæ & eidem Ciceroni amandatio dicitur. Huiuſmodi etiā videtur fuiſſe Oſtraciſmus ille Athenienſiū, nā & ipſe erat exilii genus, non qdem improbitatis caſtigatio, ſed honeſtiore voce elationis, ac grauioris potentiæ moderatio & pœna. In eos ſiquidē ferebatur, qui ſuperexcellere viderētur, vel propter diuitias, vel propter aliā Ciuilem potentiā, teſtis Ariſtoteles. Fuit aūt (teſte Plutarcho) huiuſmodi. OSTRaci (id eſt, calculi) viritim in Concilio dabantur, & in eis quiſq; quem ex Ciuibus vrbe cędere vellent, Literis indicabant, quem poſtea in vnum fori locum cancellis circumſeptū deferebant. Magiſtratus vero, quibus negociū dabatur, primum quidē ſimul vniuerſos recenſebāt, qui niſi ſex milliū numerū exceſsiſſent, nihil cōfectum erat: poſtea vniuſcuiuſq; calculis ſepoſitis, eum quem pluribus ſentenciis damnatū cognoſcerent, decē annis extorrem eſſe declarabāt: ea tamē conditiōe, vt fructus ſuos capere liberū ſibi relinqueret̄: Hæc Plutarchus in Ariſtide.

Talis Legatio Exilii quædam ſpecies ē. cicero in Oratore pro domo ſua.

Oſtraciſmus apud Athenienſes.

Libr 3. Polit. cap. 2.

Plutarchus in Ariſtide.

Mirabilis ſane auditu pœna, quæ non ob delictum inferebatur: ſed humani tantū liuoris erat cōſolatio. Hanc Ariſtides, Hanc Cymon, hanc alii plures, nobiliſsimi ſimul multarūq; rerum gloria clariſsimi viri paſsi ſunt. Qui nullam aliā ob cauſam, quā qđ populus eorū virtutē & amplitudinē ferre nō poſſet, a patria exterminati ſunt.

Iniqua pœna Oſtraciſmi.

Hic mos & ſi apparentē quādam iuſticiā his qui eum inſtituerūt, habere viſus eſt, Si quidē arbitrati ſunt, Ciues ęquales genere & potentia eſſe debere, illosq; qui ſuperexcellūt, quantūlibet Nobiles, non tam ferendos eſſe inter cæteros, quā pictor pedem debitā menſurā

Apparens ratio & iuſticia Oſtraciſmi.

proportio-

proportioneq́ꝫ excedentē, quantūuis pulchrū, animal habere nō pateret: aut artifex prorā aut aliam partē nauis: aut magiſter chori pulchriorē ac meliorē toto choro vocem emittentē, in choro eſſe nō ſineret. Atq́ꝫ eo etiā Periandri conſiliū Thraſibulo datum reſpicere putāt: Hoc enī ipſo qđ nullo reſponſo nuncio dato, ſupereminentes ſpicas demetendo ſegetē adæquauerit, ſupereminētes Ciues auferendos eſſe, ſignificauiſſe. Tamē nulla ratiōe iuſta huiuſmōi pœna niti videtur, quippe quæ ex liuore populi ꝓcedit, ſeditionūq́ꝫ materiā & velut fomentū præbet. Tum omni q̃q́ꝫ iuſticię aduerſum eſt, eum q virtute excellat, exilio multari: quē perpetuum magis Ciuium adminiſtratorē gubernatoremq́ꝫ eſſe cōueniret.

Periandri conſilium.

Iniquitas Oſtraciſmi.

Si Legatus legationē deſeruerit, uel neglexerit.

Quod ſi Legatus legitime miſſus ſine legitima cauſa deſeruerit Legationē pœna afficiet extraordinaria vel ſi grāde peccatū in eo ſit, ordine ſuo vt plærūq́ꝫ fieri ſolet mouebit. Et tamē is qui Legationē deſeruerit vel ex neceſſaria cauſa moram paſſus ſit ordini patriæ ſuæ probare debet. Ceſſatio tamen vnius Legati ei qui munus vt oportet obiit nihil nocet.

Atq́ꝫ ita de Legationū cauſis, deq́ꝫ perſonis quæ Legatiōes mittūt: necnō de qualitate ac Officio Legatorū: & de mādatis, deq́ꝫ rebus ac differentia Legationū diximus. Sed Legationū quędā gratuitę ſunt. Quędā ob lucrum ſuſceptę. Legati, qui gratuitę Legatiōis munere funguntur, DVPLEX BENEFICiū habent: vnū a Lege, & alterum ab homine. Lex nāq́ꝫ naturalis, & Ius gentiū tribuit Legatis, vt a nemine pulſari, ſpoliari, aut alia quacūq́ꝫ ratiōe violari debeāt. Nomen enī Legati tam ſanctum & inuiolabile eſſe debet, vt nō modo inter ſociorū Iura, verum etiā inter hoſtium tela incolume verſet. Et ideo ſi genti alicui bellum indictū ſit, cum Legati eorū apud nos eſſent: liberos eos manere oportet. Qđ ſi quis Legatū pulſauerit, hoſtibus q̃rum erat Legatus eſt dedendus. Lex aūt humana ſeu Ciuilis, ſua quoq́ꝫ priuilegia & beneficia tribuit Legatis. Ac primum q̃dem, vt ſint a muneribus & oneribus ac Iudiciis Ciuilib. immunes, intra hoc tempus, quo eis Legatio eſt impoſita. perindeq́ꝫ tempus ſuæ vacatiōis cōceſſum nō ſtatim ex die reuerſiōis numerat, ſed cum quodā temporis laxamento. Niſi forte Legatus etiā tēpore Legatiōis obligauit ſe daturum aut facturum aliq̃d. Deinde vt Reipu. cauſa abeſſe intelligant, eoq́ꝫ beneficio Iuris omnino gaudeāt. q̃ gaudent ii, qui Reipu. cauſa ſunt abſentes. Poſtremo, vt Ius reuocandi domū habeāt. At is qui Legatiōe fungit, neq́ꝫ alienis, neq́ꝫ propriis negociis ſe interponat: niſi forte cum amico ſuo gratis cōſilium cōmunicet, vel pupillæ nomine inſtituat & defendat cauſam: pręcipue ſi participē ipſius tutelæ abſentē eſſe dicat. Qđ ſi alium Iure cōuenit, Legatus reſpondere debet eidē ſe recōuenire volenti. Si vero q̃s in munere Legationis anteq̃ ad patriā reuerteret deceſſerit, ſumptus qui proficiſcēti dati ſunt, nō reſtituunt. Ab hominibus q̃q́ꝫ beneficia accipiunt Legati. Primū, ab his qui eos mittunt. Deinde ab his ad quos mittunt. Nam ab vtriſq́ꝫ munera ex honeſta cauſa accipere poſſunt. Certe qui ob lucrum Legatione funguntur, Legatiuum id eſt, ſalarium, accipiunt ab iis qui eos mittunt.

BENEFICIA Legatorum.

A iure gentium.

A Iure Ciuili.

Si Legatus moriatur

Reſtat vt attigamus de perſonis eorū ad q̃s mittit Legatio: & de eorū Officio in ſuſcipiēdis dimittēdiſq́ꝫ Legatis. PERſonæ enī, ad quas mittunt Legatiōes, vt inquit Cōradus, vel publicę ſint vel priuatę: Aut vna, aut multę: Quędā Sacrę, quędā Prophanę. Quę multæ ſunt, interdū corpus cōſtituunt, interdū nullum cōſtituunt. In perſonis eorū, ad q̃s mittunt Legati, duo ſpectant, Authoritas & Officium. Authoritas in admittēdis, audiendis, dimittēdiſq́ꝫ Legatiōib. verſatur. Itaq́ꝫ partes eius ſunt: admiſsio, audiētia, dimiſsio. Authoritatē vero per ſeſe, vel per alios exercēt ii, ad q̃s Legatio mittit. Admiſsiōis Legatorū partes ſunt, Exceptio. & Audiētia. Exceptiōis partes ſunt, hoſpiciū & dona. Audiētiæ vero partes ſunt, locus, tempus, indictio Senatus ſeu Cōcilii, ſeſsio, ordo audiendi. Dimiſsio, Reſpōſa, Decreta, Honores Profectionē & Renunciationē cōplectit. Reſpōſa dant aut voce, aut Literis: aut parti voce, parti Literis. Porro, Reſponſorū quędā ſunt Extrema, quędā Media: Quędā Gratificatoria, quędā Negatoria: Quędā ſpem faciunt, quędā rē ipſam pręſtāt: Quędā mitia & benigna, quędā dura & aſpera: quędā certa & expedita: quędā perplexa, quędam magnifica & fortia, quędā modeſta, quędam ſuperba. Decretū in Concilio, fit a maiore parte Cōcilii & ſubſcriptiōib. atq́ꝫ ſigillis cōmunit. Maiorē aūt partē, numero, authoritate, zelo, & merito metimur.

Officia perſonarum ad quas mittitur Legatio.

Authoritas.

Admiſsio.

Dimiſsio.

Reſpōſa multiplicia.

Decretum.

Subſcriptio

Subſcriptio fit vel ꝓprio noīe ſolo, vel proprio noīe adiuncto: Itē, manu ꝓpria, vel manu alterius ſubſignata. Honor exhibet̃ Legatis. Primũ, muneribus datis. Secũdo, mõſtratiſiis, quæ ſunt in precio apud eos q illos dimittunt. Tertio, adhibitis aliquibus, q eos proſequant̃. Renunciatio fit a Legatis, eis, a ꝗbus miſsi fuerũt.

subſcriptio.

Renunciatio.

Pacta ſeu promiſsa Legatorũ inuiolata ſunto.

Si aũt Romanis vel aliis gentib. ſacroſancta erãt omnia illa acta, quę illorũ feciales cũ patre patrato, noīe Senatus populiq; ſui, ſiue fœdera ſanciẽdo, ſiue res repetẽdo, ſiue bella indicẽdo, adhibitis ꝓphanis ſolẽnitatib. geſſerũt: tũ etiã ea quæ de pactiõibus & cõditionib. populorũ, Regũ, terrarũ, & nationũ: necnõ de illatis iniuriis ſociis fœderatiſq; gentib. ꝓmiſerũt: Nec cõtra fidẽ cõuentiõis & Ius gentiũ cuiq̃ venire licebat: Quomõ Regum, Senatorũq; noſtrorũ pacta, ſemel per Legatos eorũ nec vi nec dolo malo cũ aliꝗbus externis gentib. facta, in noīeq; Dei viui iureiurãdo cõfirmata, violãda qs putet? nõne & Deo teſti, & hominib. ꝗbus ꝓmiſeriat, vt periuri mẽtirent̃ & vindictã eorũ erga q̃s forte fidefragi fuerit in ſe ꝓuocarent? Hoc aũt ne Rex, ne Senatus populiq; oẽs, q ſina huius Reip. continent̃, in ſe admittãt: partī domeſticis Pricipum & priuatorũ, partī externarũ gentiũ luctuoſis exẽplis admoniti, quę plurima ſunt, cauebunt. Quĩ inter Rom. Reguli fidem ſibi imitandã ꝓponãt: qui, vt ait Cic. captus a Pœnis cum de captiuis cõmutandis Romã miſſus eſſet, iuraſſetq; ſe rediturũ. primũ vt venit captiuos reddẽdos in Senatu nõ cenſuit, deinde cum retineret̃ a ꝓpinquis & ab amicis ad ſuppliciũ redire maluit, q̃ fidem hoſti datã fallere. Qui aũt ſecundo bello Punico poſt Cannenſem pugnã itidem ab Annibale obſtricti, ac Romã miſsi: qd' de captiuis cõmutandis nihil a Senatu impetraſſent, nõ redierunt, eos omnes Cenſores, q̃ad quiſq; eorũ vixit q peieraſſent, in ærariis reliquerunt. Sed & maximũ eſt iuſticię exemplum in hoſtẽ ab ipſis Rom. cõſtitutum. Quum enī a Pyrrho perfuga Senatui eſt pollicitus ſe venenũ Regi daturũ, & eum necaturũ: Senatus & C. Fabricius perfugã Pyrrho dedit. Ita ne hoſtis ꝗdem & potentis, & bellũ vltro inferentis, cũ ſcelere interitũ apꝓbauit. Sed ꝗd ego Rom. in exẽplum ſeruandorũ ꝓmiſſorum gẽtibus Sarmatię ꝓpono? Quum vnus Rex noſter D. Sigiſm. abſolutiſsimũ hoc euo omnis Regię virtutis exemplum omnibus ſufficiat. hic enī nihil Regii ſanguinis gloria elatus, nihil tot triumphorũ ſucceſſu inflatus, nihil opibus ſummis inſolẽtior factus: & erga ſuos pius ac clemens, & erga externos etiã hoſtes æque ꝓmiſsi tenax, ac fortis omnia amicicię Iura ſanctiſsime coluit, ſœderũq; pacta pręſtitit: vt Regum exẽplum ab omnib. omnium nationũ Pricipibus merito, vt erat, diceret̃: tãtum abeſt, vt vnq̃ in omni vita ſua vel publice vel priuatī nomine violati ꝓmiſsi a quoq̃ appellaret̃. Quin etiã de eo dum adhuc viueret, in externarũ gentium hiſtoriis, ac publicis orbis terrarũ picturis magno cum cõſenſu omnium ſcribebat̃: id qd' Samuel de Saule, ſed tamen longe fœliciore omine, dixit.

NON FVIT EIVS SIMILIS REX IN OMNI POPVLO.

Quocirca cum externi fœderatis, hoſtes Ciuib. inſuper Mahometani Chriſtianis ſumma obſeruantia & amore in illum etiã mortuum certare viderent̃: ego quoq; in Epitaphio inter alias eius laudes me ſcripſiſſe memini.

> Te, quos viciſti, Valachus, Scyta, Moſcus ademptum:
> Diſsideat quamuis Cæſar vterq;, dolent.

Illis tamẽ pactis nõ eſt ſtandũ, quæ qs vel metu qui cadit in conſtantẽ virum adactus, vel dolo deceptus, cum ſe decipi nihil ſuſpicaret̃, aliqd ſe facturũ promiſerit: aut ſi ei cui ꝓmiſſa ſunt nihil noceant: vel ſi de ſcelere patrãdo ſint vi extorta, aut etiã aſtu elicita. In legitimis aũt pactis ſeu promiſsis ꝗd ſenſeris nõ ꝗd dixeris eſt cogitandũ. vir tamẽ bonus nunq̃ quidq̃ dicet, niſi forte vis præſto ſit, niſi id quod animo ſuo cõceperit: ſublata enī fide, quæ eſt dictorum & factorum præſtatio, Iuſticia quoq;, quæ reddendo vnicuiq; ſuum eſt ſocietatis humanæ vinculum, ruit, & e medio mortalium peſſundatur.

Quibus promiſsis non eſt ſtandum?

in promiſsis quid uidendum?

Apoſtrophe ad ſocios fœderatos Polonorũ, ut æque bello ac pace amiciciam cum ipſis Polon. conſeruent.

Porro cum iã vobis o ſocii Polonorũ ex veſtriſmet Iuribus planũ feci, q̃ Iure, quibuſq; vĩculis ipſis Polonis adhęreatis, Qua deniq; ratiõe cum externis hominib.

de veſtris

de veſtris cõtrouerſiis per Legatos trãſigatis, Cogitate, quęſo, vos, Dei ac maiorũ veſtrorũ ꝓuidẽtia & volũtate in eã Polonorũ ſocietatẽ veniſſe, & tam humanã q̃ neceſſariã rationẽ tuendę cõmunis ſalutis cũ illis iniuiſſe: Quę qdem ne vnq̃ diſſuerent reuocarentq́ꝫ in dubiũ, & ipſi maiores veſtri iusiurandũ eo noie prę ſtiterunt, & a vobis perpetuo prę ſtari nouis ſubĩde orĩẽtibus Principib. voluerũt. Nec iniuria, tam enĩ publice inter gẽtes fœderatas ſocietas, q̃ priuatĩ inter quasuis perſonas amicicia, ſecũdas res ſplẽdidiores facit, aduerſas aũt cõmunicãdo tolerabiliores efficit. Sed neq́ꝫ opprimi imbecilles, neq́ꝫ cadere debilitatos, neq́ꝫ egere pauperes permittit: qui etiã, qđ dictu mirabile eſt, amici mortui etiã in iis q ſuperiunt q̃dam modo viuunt. Ac ꝓinde maiores veſtri hãc ipſam cũ Polonis amiciciã ita honeſtã ſibi & iuſtã fore iudicabãt, vt etiã infamiæ ac iniq̃tatis reos ſe, vosq́ꝫ ſuos poſteros fore volebãt, ſi eã vel illi violaſſent, vel vos labefactetis. Adeo etiã vtilem fore arbitrabanẽ, vt æque ſuã ac vitã veſtrã, veſtrarũq́ꝫ cõiugum, ac liberorũ, necnõ libertatẽ, ac fortunas, pręterea q́ꝫ religionẽ veſtrã ea cõtineri crediderint. Quocirca ſi tot bonorũ pręſentiſsimi fructus, ac malorũ metus, vos mouẽt, (vt certe mouere debent) & ſi qđ humani ſenſus vobis ineſt (vt ſapientię famã retinetis) nõ ſolum ſuper his rebus fidẽ ſemel datã Polonis Regiq́ꝫ veſtro & illorũ cõmuni perpetuo ſeruabitis (hoc aũt citra periculũ præſtare tam inglorũ q̃ facile eſt) verũ etiã ſi ſalui eſſe voletis, vnum & cõmune periculũ, qđ bello vobis nobiſcum imminet, iunctis in cõmune omnibus veſtris viribus ac copiis propulſabitis. Etenim ſi inter gentiles fideles amici Aeneas & Achates, Achylles & Patroclus, Theſeus & Pyrithous, inprimis aũt Oreſtes & Pylades laudanẽ, qđ alter præ altero ire ad ſuppliciũ maluit: Pylades Oreſtem ſe ſimulans, & e cõtra Oreſtes ita vt erat reuera ſe Oreſtem ſontem furti affirmans: Quæ laus vobis populis ac natiõibus Chriſtianis debebiẽ, ſi nos q̃rum amiciciã vobis honeſtã, ac vtilẽ ſemper experti eſtis, in ſummis periculis iuueritis: maius enĩ erit vos toti Reip. Polonę, q̃ vnum illorũ quantumuis virum excellentẽ virtute ac officio ductum vni homini tantã fidem ſeruaſſe. Alioq ſi forte Polonis ea fides a vobis in ſummis periculis nõ fuerit ſeruata, illud qdem dictum Chriſti, niſi Deus cauerit, impleri oportebit, quod omne Regnũ in ſe diuiſum deſolabiẽ: penes tamẽ illã gentem, dedecus æternũ, ſcelusq́ꝫ perpetuũ manebit, quæ more Metii ſociis in acie laborãtibus, cum poſsit, vt debuit, ob perfidiã iuſtas nõ tulit ſuppetias: periurioq́ꝫ etiã interire, q̃ fidem ſeruando vna cum eis ſalua eſſe maluit. vt aũt omnes q hæc legent ſcripta mea intelligãt & quid animo cõcipio, cognoſcant: iterũ repeto. Quia ſi Poloni aliquo ictu fortunę, cladeq́ꝫ publica, qđ Deus auferat, in acie cõciderimus: non eſt qđ vobis ſingulis veſtrisq́ꝫ poſteris vllam ſalutẽ tantopere polliceamini, quin Polonorũ occaſu, vos q̃q́ꝫ vna occidatis. Inſuper, vt Mahometanis diſcordia ciuilis aperuit viam in Europam per Græciã & Hungariã: ita eiſdem eadẽ Erynnis alteram q̃q́ꝫ patefaciet per Poloniã. de quo quidẽ citra vllas ambages me loqui oportet, vt vanã falſamq́ꝫ & Reip. inſidioſam eſſe libertatẽ veſtrã doceam: q̃ vel ipſimet vobis etiamnũ indulgendo forte iactatis intempeſtiue, vel aliqui ſtulti rerum æſtimatores, vt blandianẽ vobis, de ea retinenda diſputant incaute: id nimirũ cauẽtes, ne vires veſtras more fidiſsimorum ſociorum, fortiſsimorumq́ꝫ virorum exemplo nobiſcum ad dimicandum iungatis, ſed vt potius ſinguli hoſtem, hoc autem eſt, interitum veſtrum turpem & infamem, in finibus veſtris, ac domi veſtræ, veluti perfidi proditores, aut degeneres ſerui, vel potius pecora lanienæ hoſtili relicta expectetis.

¶ Statutorum Libri Quinti Finis.

IVRIS SEV STATVTORVM ET PRIVILEGIORVM REG. POLON.

De Re Militari ſeu de Bello.

LIBER VI.

AD ILLVSTREM ET MAGNIFICVM D. Iohannem Comitem a Tarnov. Caſtellan. Cracou. Sandomirieñ. Lubaczovieñ. ac Stryeñ. Capitaneum. Necnon Regni Poloniæ exercituum Ducem fortiſsimum.

PRAEFATIO.

Quod ſi vel Ciues ſumma fide inter ſe Iuſticiā colerent, vel cum eiſdē externi de omni cōtrouerſia exæquo & bono ſpōte tranſigerēt, vt Leges de vtroqꝫ horū ſuperioribus quinqꝫ Libris tradidimus: profecto tu quoqꝫ IOHANNES TARnoui pro tua ſapientia ac æquitate inhumanū eſſe iudicares, vel iuſtis Ciuibus Magiſtratus imponi, vel externis bellum inferri; dicā vero apertius, inutilis eſſet Rex, nō neceſſarii Magiſtratus, ſine cauſa adſciſcerent etiā Milites: quippe qđ omnes Ciues iuſti eſſent, nullus aūt metus mali foris immineret: Sed cuncti innocentia tuti, nihilqꝫ mali inuicē cogitantes, fœlicem ac beatam vitam ſine Rege, abſqꝫ etiam vllis Præfectis, & Milite, hoc aūt eſt, liberi, veluti olim aureo ſęculo victitarēt.

Quæ fuerit cauſa creandorum Regum Magiſtratuū, ac Militum.

Verum eniuero, quia inique inter Ciues multa deſignanť, qđ tenues a ditioribus plærūqꝫ opprimunť: & gens gētem vel cōtemnit, vel iniuria frequēter afficit. Inde fit, vt nō ſolum odia intus & foris vtrinqꝫ q̊dammodo immortalia neceſſario pullulent, verum etiā cædes & rapinæ facultatum multæ populari temeritate deſignātur. Quibus q̄dem malis ſiſtendis, tametſi Reges ac Magiſtratus principio creati fuerint, abſqꝫ tamē Milite præſenti vana eorum quoqꝫ ira, ſine auctoritate etiā poteſtas videreť. Quin etiā inter Reges (dicā cum bona venia) tam pauci ſunt boni, ac perfecti, vt ſecundū prouerbiū, in vno annulo ſculpi poſſe videanť: frequētiuſqꝫ inuenias Roboamos q̃ Salomones, Phalares q̃ Traianos, Nerones q̃ Conſtantinos: qđ maligna ingenia, ſi etiā inſtitutiōe recta deſtituanť, in ſumma poteſtate & licentia difficile ſibi modū ſtatuunt: Indeqꝫ factū eſſe exiſtimo, quia nō ſolum Reges Rebuſpu. præponi, ſinguliſqꝫ Rerump. Prouinciis a Regibus varii Magiſtratus præfici, verum etiā & Milites creari cœperint, qui q̄dem iuſſu Regum externis Iuris gentiū violatoribus bellū inferrent: vel vt viciſsim ipſæ Reſpublicę cōtra extremā Tyrannorū vim illis vterētur. vt ne ſcilicet horū aliq̄ per licentiā in perniciē infirmiorū domi aut foris graſſentur impune, ſi nō ſit in Rep. certum quoddā aſylum, ad qđ oppreſsis pateat tutum perfugium, & tanq̄ ad ſacroſanctum Tribunal prouocetur.

Militum creandorū quæ prima cauſa fuiſſe uidetur.

Cum ergo Reges & Magiſtratus cōtra vim potentiorū, cōtra vero externorū iniquitatē, ac ſæuitiā Tyrannorū, in omni Rep. Milites ex viris aliqua virtute excellentibus ſint introducti, omnino circa militarem ordinē honeſtandū, locupletandum, omniqꝫ ratiōe conſtabiliendū, omnia in Rep. conſilia inprimis fieri debent: qđ videlicet Milites pace ac bello, domi ac foris cū Rege ac Magiſtratu pro rata parte ꝓuident, vt corpus Reip. quacumqꝫ tandē fortunæ procella feriať, illis ſaluis

Omnia in Rep. conſilia de conſtabiliendo Militari ordine ſumi debēt.

Militum Officia.

& incolumibus,ſaluū & incolume maneat,& ad quandā ſempiternitatē cōſeruet. Quæ quidē tot ac tāta neq; luxus veſtiū, neq; auri preciū,neq; argenti ſplendor, gēmarumue nitor præſtare poſſunt. eoq; minus vel iniurioſos cōpeſcunt,vel violentos ad officiū reuocāt,vel hoſtes ad reuerentiā noſtri,aut ad gratiā flectūt: q̄n hæc ſolo terrore Principū armatorūq; Militum vi cōficiunt.Quorum ſi vel copia diminuat, vel diſciplina peſſundet, & ipſa Reſp. cum ſuo principe abſq; viribus Militū facile ab hoſtibus cōtemneret:& plebs agris,opificiis,mercaturęq; addicta nullo negocio in prædam vicinorum veniret: aut etiam inter ſeipſam ſciſſa, manus in mutuam armaret perniciem.

Et q̄niam tu IOHANnes TARnoui in Rep. noſtra huius militiæ poſt Regem Pr̄iceps cōſiliarius,& ſummus Imperator es:Leges noſtras de re Militari a me methodico ordine digeſtas tibi inprimis dedicare volui.q̄bus quidē tu adhuc vſus,tot trophæis Remp. noſtrā cum ſumma laude ac nominis tui gloria ſempiterna illuſtraſti,vt vel iniquiſsimis Cenſoribus dubiū feceris,bello ne Imperator fortior,an pace Senator ſis prudentior.Quāta enī prudentia Remp.domi iuues,ac eius rationes omnes gubernes,res ipſa publica docet:in qua tu,ceu in q̄dam theatro aperto & expoſito viuens,omnes illius partes ad cōmunem ſalutē curas: vt in Polonia merito Princeps Senatus ſis,tam loco, q̄ ſententiis: quæ pro Apollinis oraculis, ac pro Sybillæ reſpōſis in Polonia ſunt,& Iure optimo habent.Quid bello? quantum tandē te eſſe dicā,cum Polonia te Duce nō ſolum ſtet adhuc inuicta,ſed etiā maximarū gentium,ac bellicoſiſsimarū nationū victrix exiſtat? Hæc enī tuis oli Sigiſmūdi auſpiciis,tuis vero armis Moskouiā afflixit, Scytiam repreſsit,ac Valachiā domuit:& q̄cumq; ſe cōuertat plurima tuę virtutis monimēta in omnes partes intuet. Videt enī ad Orientē OBERtinū infinita Valachorū cæde madentē, videt etiā a Septemtriōe STAROdubum Moskorū internitiōe euerſum: Aſpicit Hungariā,ac SCYthiam. Quarum altera te olī Ducem exercitus a D. SIG. Rege Ludouico Regi Hungarię in auxiliū miſsi vidit florentem annis iuuenem: Altera nūc q̄tidie experit ſenem.vt ipſa Pol.tuæ inprimis vigilātię acceptū ferre nō dubitet,qđ Ruſsia eius Prouincia nō ſolum ab anniuerſario Scythiæ incurſu ſit pacata:Verum etiā tantū inſeſſa,vt cum vetuſtiſsimis iiſq; populoſiſsimis Prouinciis hominum frequentia,& rerum copia,quā pax peperit,certare videat. Ad quē q̄dem fructum laudis & gloriæ tantū fere NICOLaum SYENAuium Belzeñ.& Myleciū Podolię Palatinos,pręterea Magnificū ANDReam a GORka Comitē Caſtell.Poſnañ.tanq̄ collegas:FILIOS aūt ipſius Syeniauii,& PROCOpium atq; ALEXandrū fratres eius: Item LIGAZones, PRAETVIciū, pretereaq; IASLOVIcios,TVVOrouios,HERBortones,TARLones,STARĘchouium,SENCIgnieuios & Sarmaticæ fortitudinis memorabile exemplū Iohan.BORAtinū alioſq; fortiſsimos viros. parti vt magiſtros Equitum,parti vt milites admittas.Inde fit,quia in tanto Reip.diſcrimine,in q̄ nunc eſt poſita,poſt Deum ac Regē in te omnes ſuſpicimus, in te q̄q; noſtros defigimus oculos, & q̄d vel agas,vel ſentias,quaſi claſſicū vel receptui cantum expectamus cuncti. Id vero te nunc maxime præſtare,nos aūt ſperare fas eſt, IOHANnes TARnoui,cū iam Illuſtrem & potentē virum PETRVM KMITA A VISNICZE Comitem,Palatinū aūt & Capitan.Cracou. & Marſchalcū & omnis libertatis Regni Antiſtitē infractum,tot rebus itidē & in Repu.noſtra,& in Curia Cæſaris MAXImil.pace belloq; prudenter,pie,iuſte,fortiter,ac liberaliter geſtis,clariſsimum, nō ſolum natura,verum etiā voluntate fratrē tuum,quaſi Theſeum alterū tibi cooptaris Collegā,ei dextrā dederis,cum eo omnes functiōes tuas, hoc aūt eſt, Regni omnes publicas actiōes partiaris,& cōmunices. Cum quo q̄dem tametſi aliquandiu (dicam enī vera) ſimultates tibi interceſſerāt, de virtutibus tamē & in Rempu.officiis, ſtudio partiū magis q̄ voluntate veſtra certamen fuiſſe ſuſcitatū, ſæpe ipſimet deprehendiſtis.Quæ q̄dem cōtentio,& ſi Platoni & Xenophōti ꝓpter æqualitatē doctrinæ certantibus calcar fuit ad virtutē, quia tamē e cōtrario hæc ipſa ſiue cōtentio ſiue æmulatio inter Pompeiū & Iulium Cæſarē ſuborta, Reip. Rom. exitioſa fuit,eam ſæpe præcidiſtis,infeciſtis,& ne extra fines honeſti progrederet,oppreſsiſtis:vt ſcilicet Remp. cui vos veſtraq; debere ſcitis omnia, omnibus ſui partibus ſartam tectāq;,nobis,poſteriſq; veſtris,quaſi per manus tra-

Tarnouij Collegæ, Magiſtri Equitum, & Milites.

Iohanni Tarnouio Petrus Kmita Theſeus.

datis, qua-

datis, qualẽ a maioribus veſtris accepiſtis, aut vosmet ipſi uirtute veſtra pro rata parte adhuc ſeruaſtis. Nunc inquã IOHANnes TARnoui a te ſalutẽ poſcimꝰ omnes maxime, cum ad omnia naturæ tuæ, artis, ac fortunæ adiumenta, acceſsit ꝙꝫ tibi omnium itidem actionũ tuarum comes ęque fidus ac gratioſus Illuſtriſs. vir NICOLAVS RADIVILVS OLICAE DVX PALatinus Vilneñ. & Magni Ducatus Lithvaniæ ſupremus Marſchalcus. Qui qdem tametſi hactenus nihil operæ pepercit, nihil ſumptibus ſuis magnis detraxit, vt quã optime de Polonis, totaꝗ Rep. Polonorũ mererẽt: ſiue cum Legatiõibus apud Carolum V. Cæſarem magna cum gloria Polonici nominis fungerẽt: ſiue cum tot belli adiumenta, pacis vero ornamenta in patriã noſtram inferret: nihil tamẽ vel maius, vel ſanctius, vel Ducali eius honore dignius ab eo expectamus vniuerſi, quã vt cum Diuo Rege SIG. AVG. Lithvanos Polonis ad omnes Reip. violentiores caſus cõiungat, & ex duabus Gentibus vnam, pro ſua tam apud Regem SIG. AVG. q̃ apud Proceres Lithvaniæ gratia & auctoritate in Rempublicãꝗ Regni ac illius Ducatus beneuolẽtia, Officio, & debito faciat. ad quas qdem res cõficiũdas te hortatorem atꝗ adiutorẽ habebit: vt habuit, quo is tibi priuati affinis, publice aũt Ciuis & Dux Regni clariſs. ſit, & haberẽt. Ac propterea is Dux tibi cum PETRO KMITA erit, vt Ciceroni quondã Cato, pro centum millibus: vel potius, vt Plato Antimacho pro omnibus fuiſſe memorant. Et equidem ſentio Illuſtris heros quam magna, & quam difficilia opera a te optemus, qd ni tamẽ ea optemus? & ſi ita dici vis, Iure q̃dam patriæ poſtulemus? turpe ſiqdem fuerit tuã auctoritatẽ domi vel apud Pricipem noſtrũ, vel apud Ciues & ſocios in negociis Reip. honeſtiſſimis, vtiliſsimis, atꝗ adeo hoc tempore neceſſariis hæc ipſa efficere nõ poſſe, cum ea tantum apud exteras gentes pondus habeat, vt etiam FERDINANDVS Rom. Rex inclytus ei ſtandum ſibi eſſe multoties duxerit. Is enĩ q̃ties in luſtrando ſuo exercitu caſtriſꝗ diſponendis tuo vſus fuit cõſilio, toties in fugam hoſtes potentiſsimos vertit, aut ſaltem incolumem ſeruauit exercitũ. Qđ quidem officium, vt nõ ſolum tibi verum etiã omnibus noſtræ gentis hominibus teſtaretur ſe grato accepiſſe animo, cum nihil ornamentorũ tibi parenti addi potuit, IOANNEM tuum magnæ ſpei filium in eius aula primã ætatem exigentem, paterna fere beneuolentia eſt proſecutus: ſubindeꝗ in mediis Regnorũ euentibus cõplexum ſuo ac tuo nomine, vt olim Aeneas Iulium filium ſuum, Poetæ verſiculo ad virtutem hortabatur.

Item Nicolaus Radiuilus Dux olicæ.

Ferdinandus Rex Tarnouium plurimi fecit.

Diſce puer uirtutem ex me, uerumꝗ laborem:
Fortunam ex aliȷs.

Item illud quoque ſæpe ingeminaſſe fertur:

Nomine Iane refers patrem, uirtutibus æqua.

Cum ergo tot domi ac foris, pacis ac belli artib. excellas, nec minora ños de te ſperare iubes, quã ea quæ iam præſtitiſti, iudicium incertum relinquis, qua tandem laudis parte magis emineas. At ego quidem in æqua laudis parte vtrũꝗ poſuerĩ, diuinituſꝗ hoc tibi datum eſſe dixerim, id quod paucis cõtigit, vt & pace ſapiens Senator, & bello ſummus ſis Imperator. Quorum vtrumꝗ in ſuo Agamemnone nunq̃ tantopere admiratus fuiſſet Homerus, niſi id raro alicui daretur vni, ut qui fortis eſſet bello, idem prudens haberetur domi: quod fortitudo animo indigeat incenſo atꝗ incitato, prudentia vero remiſſo atꝗ temperato. Quæ duo tamẽ diuerſa, ita cõueniunt in te, aptaꝗ ſunt, vt ſumma moderatiõe in te ſimul conſiſtant. Et ad hunc modum cum ab aliis eruditis viris in Polonia, tum a noſtro PETRO Royſio Hiſpano Epigrammatis prædicantur.

Fortis raro prudens

De Iohanne Tarnouio Epigramma.

Cum laudare uirum fortem uis Sarmata, dicis,
Hannibal hic alter, Scipio & alter hic eſt.
Parce dehinc laudare uirum ſic Sarmata fortem:
Quid quæris Pœnos? Romuleoſue Duces?
Veſtra domus tulit unde petas hæc Sarmata: noli
Quærere dehinc Pœnos, Romuleoſꝗ Duces.

Ingratus patriæ es, patriæ eſt iniuria: fortem
Cui conferre queas, patria fortis habet.
Tarnouione potes Pœnos Latioſue relicto
Quærere: qui facit hoc, inuidet ille ſuis.
Cum laudare uoles igitur dehinc Sarmata fortem:
Alter hic eſt, dicas, Sarmata Tarnouius.
Adde quod, hic Iuris quoq; cognitione Lycurgum
Anteit, & uera relligione Numam.

Nec mirum, qđ tam diuerſas virtutes in te cõiunctas videamus, ac veneremur: ad ingenii enĩ fertilitatẽ, vt olim Alexander Homeri, Cęſar Xenophõtis, aut Cicero Platonis Lectionẽ adhibuiſti quoq; ſtudiũ Philoſophiæ diuturnũ. quę ita moderatur affectiõibus tuis, vt in illis nõ inueniat̃ nimium neq; parum, vt nuſq̃ pręceps ruas, ſed rectus in omni Officio, ceu talus iactus, aſsiſtas: quo fit, vt ſumma tua virtute plurimũ Polonia cõfidat, ac te, & domi autorem virtutũ omniũ, & foris ſalutis ſuæ propugnatorẽ habeat: vt tibi ſeſe & armis tutandã, & Legibus ornandam credat. Quas Leges cum pace ſentencia, bello vero armis tueare: tuo inquã potiſſimum Iudicio hunc Librũ de re Militari ſcriptum ſubmitto. ex quo ſane intelligatur, quanta tandẽ ea in Polonia ſit libertas, quæ vt pacem, ita bellum Legibus habet circumſcriptũ: vt ſic temeritate a noſtra Repub. Legibus excluſa, nihil in Polonia valeat CASVS STVLTORVM MAGISTER. ETSI aũt ſciam Phormionẽ Oratorẽ falſe ab Hannibale fuiſſe reprehenſum, ita, vt nunq̃ ſe vidiſſe ſenem magis delirantẽ dixerit, quã Phormionẽ: quod homo ex Muſæo productus, de officio Imperatoris ſe pręſente diſſerere nõ dubitaſſet multoq; verius hoc ſcomma de me dici queat, qui admodũ mediocri peritia rei Militaris imbutus, te Imperatorẽ tot victoriis illuſtrẽ, vel officii admonere, vel te cenſore de re Militari ſcribere auderẽ. Nihilominus amor meus in Remp. ſingularis, erga te vero quędã obſeruantia, me nunc cũ Phormiõe delirare coegerũt, vt ſ. ea quæ de ipſa re Militari vel cogitatiõe conſequi, vel lectione diſcere, aut quantulocũq; vſu rerum deprehendere poterã: in hunc Librũ conferre voluerim. Tibi ergo inprimis homini ſapientiſsimo, ac eidẽ Imperatori ſummo, nõ dubito gratum fore ſtudiũ hoc meũ, qui fide optima Leges patrias ordine digeſtas noſtris Ciuibus propono: vt illis cognitis atq; perſpectis, cogitemus, quales nos in noſtra Rep. Ciues eſſe cõueniat: vt illa vetera ſapientũ præcepta Legum noſtrarũ præſcripto exęquamur. nempe vt pietatẽ colamus, Parentes honoremus, Maiores natu vereamur, Legibus obtẽperemus, Magiſtratibus pareamus, cõmunitatẽ amęmus, Patriã vita chariorẽ habeamus, & breuiter, iuſti in omnes, iniuſti aũt in neminem ſimus: quodq; maximum eſt, vt noſtra tam pace quã bello tueamur ſine alterius iniuria: Quæ pręcepta nullo modo poterimus ſeruare, niſi moribus ac Legibus patrię perſpectis, quę Polonis vitæ cõmunis officia tradunt. Quod qua ratione pace fiat, ex præcedentibus Legib. liquet, quomodo vero idẽ efficiat̃ bello: ſequens Legũ ſeries docebit.

Polonia & pacẽ & bellum habet Legibus circumſcriptum.

SED anteq̃ has ipſas Leges aggrediar, illud quoq; fuit mihi attingendũ quia ingenioſis viris & illud in mentem venire poſſet, In vita mortaliũ (vt quidã Godefridus Hittorpius ait) res cõplures & fuiſſe ſemper, & adhuc eſſe, & deinceps fore, quas qdem vt initio præſtabat nunq̃ fuiſſe inuentas, eo quod ingens malorum agmen ſecum allaturæ forent: ita poſteaq̃ ab improbis hominib. in perniciem bonorum repertæ ſunt, optimũ eſſe prudentes viri iudicarũt, ſi & boni eas hactenus attingerent, vt malorũ a ſe vim ac iniurias, eadẽ arte qua ab improbis petunt̃, depellere poſſent. Quo in genere vel cum primis mihi eſſe videtur bellum: quo per Deum immortalẽ, qd belluinũ magis, qd magis impium, & vt vno dicã verbo, qd inhumanius excogitari ab hominibus poterat: quo tot hominũ innocentiſsimorum ſanguis quotidie fundit̃, quo tot pereunt animæ, vrbes diripiunt̃, Regna alioq; florentiſsima euertunt̃, diuina humanaq; ſurſum ac deorſum cõmiſcent̃, ac cõciduntur: qđ nemo deniq; libens ſuſcepit vnq̃, niſi inuitus: nemo eſſe bonũ putauit, niſi qui ſit ipſe minime bonus. Sed tamẽ quãdo huc quoq; hominũ peſsimorũ eſt progreſſa audacia, vt aut ſeruiendũ ſit bonis vniuerſis, aut illorũ impiis conatibus

An Reipu. expediat artem bellandi prodere?

resiſtendum,

reſiſtendū, nemo mali cōſulēt opinor, ſi qs ea curet proferenda in lucem, quorum ad
miniculo, facile ab inſultibus ac iniuriis aliorū tuti eſſe poſsimus. Id qđ noſtro hoc
æuo, ſi vnq̃ alias, ego neceſſariū eſſe duco: quo vniuerſus pene orbis chriſtianus
ita bellis ac diſcordiis inundatur, vt ne angulus qdem vllus, huius quaſi catacly-
ſmi eſſe poſsit omnino expers. Poloniæ aūt noſtræ præcipue tot hoſtes imminēt,
quot ſunt fere vicini: cum quibus tam dubia pax, quā certum bellū eſt: qđ, vel ſo-
lum Polonorū occupant, vel ſuum a nobis occupatū eſſe pertinaciter quiritanẽ.
Quocirca nihil reliquū nos iam facere oportet, quā vt tempori rei Militaris diſci-
plinā longa pace in vniuerſum fere, proh dolor, collapſam, reſtituamus: Ne ſi illā
ad extremū abiiciamus, prædæ q̃q; hoſtium, velut inermes columbæ aquilarum,
expoſiti, prius pereamus, quod abſit, quā nos periiſſe videamus. Eſto aūt qđ nunq̃
aut tarde bello pulſemur: hāc vero vanā falſam atq; exitioſam fiduciā qs ignorat?
at vel ſolus belli metus, & maior penes belli imperitos eſt, & maiorem adfert ca-
lamitatē. Nam cum Reſp. inermis, imparata, & luxu perdita, hoſtem audit iā ad-
uentantem: etiā ſi forſan irruptio nulla fiat, tamē pecora relinquunt, agricultura
deſeritur, mercatorū vltro citroq; cōmigrandi libertas congelſcit: quin etiā & reli-
gio, Iudicia ac cæteræ bonæ artes cōticeſcunt: inprimiſq; fugiendi cōſuetudo ho-
minum ſeruiles animos facit, vt nunq̃ deinceps ſe ei hoſti pares fore putent, quo-
rum ſemel cōſpectum metu attoniti fugiebāt. Atq; inde liquet, Quia rei Milita-
ris virtus longe præſtantior eſt cæteris virtutibus. quippe qđ omnia quæcunq;
ambitu Imperii cōtinentur, latent illibata in tutela ac præſidio bellicæ virtutis. Ita
vt nemo in Rep. ſit qui ſuæ vitæ, artis, facultatū, atq; etiā dignitatis principia, pro-
greſſus, vtilitates, atq; etiā ornamēta bellicę virtuti nō ferat accepta. Hæc itaq; vt
apud nos cōſeruetur, IOHANnes TARnouii: corruptelæ aūt illius vt extermi-
nentur, per ipſius Reip. noſtræ ſalutem quæſo, des operā. Vel primariū enī Impe-
ratoris hoc eſt Officium, vt virtute & cōſilio eius metu, ſeruitute, atq; interitu li-
berati, ſecuri, liberi, & incolumes degamus. Etſi enī cōfiteamur te ſcientia rei Mi-
litaris cum ſummis Imperatorib. æquari poſſe, ad hęc fortem in periculis, item au
ctoritate ſumma inter Milites, fœlicem etiā eſſe in victoria quęrenda: præterea
tolerantem laborū in agendo, celerem in cōficiendo, ſapientē aūt in prouidendo:
Minora tamē hæc eſſe putabimus, Niſi hanc ipſam diſciplinā in Rempub. infun-
das, & quā latiſsime propages, hæreditariāq; nobis iuſto vſu ac luſtratiōe ſaltem
armorū facias, ne ſcilicet poſteaq̃ naturæ cōceſſeris, quaſi Tyrones ſine Magiſtro,
ad certamina ſine tua diſciplina relinquamur: & ſero cum Phrygib. ſapientes, ne-
glectæ diſciplinæ occaſu Reip. demus pœnas. Quā quidem cum vna cum D. Si-
giſm. Aug. Rege noſtro optimo, eiuſq; Senatu in Repub. cōſtabilies, conſtabilies
aūt ſi voles, facile cum ipſius Hannibalis atq; Scipiōis laudem adęquabis, tum ve-
ro eorum qui eodem ordine atq; loco in Repub. noſtra ante te fuerunt, vnus fa-
mam obliterabis, inprimiſq; charitatis opera exercebis cumulatius. Neq; enī tu-
orum anteceſſorū ſentenciæ tuas facile vicerint, cum non ſit, qui qdem vel natu-
ra, vel arte, vel vſu variæ lectiōis, inprimiſq; Philoſophiæ purioris, Iuris, & hyſto-
riarum, ac etiā proprię, omniſq; externæ Reipub. cognitiōe te viciſſet; neq; con-
flictus & victoriæ tuis præliis ac trophæis, ſiue fortitudinē hoſtium, ſiue numerū
victoriarum reſpiciamus, pares eſſe poſſunt: tantoq; minus aliorum peregrinatio-
nes tuis in Ciues meritis, veſtes armis, cænę ſudoribus, ſupellex armamentariis,
gratia periculis, liberalitas etiam priuata tuis in Rempub. beneficiis, exæquari
poterint. ita vt omne feras punctum, ſi tot bona quæ noſtræ patrię pręſtitiſti, no-
bis quoq; qui nunc viuimus, ac poſteris etiā, qui noſtris veſtigiis proxime immi-
nent, hanc ipſam (dico) diſciplinā Militarem cōmunices, trāſmittas, & cōſtabili-
as, qua quidem noſtra Reſpub. contra tot hoſtes pro vallo, atq; etiā pro muro in-
expugnabili, ad æternitatē quandā vtatur. vt nō ſolum te viuum colat,
verum etiā tuos cineres æternis laudibus celebret: Nepotes
aūt, quibus tu tantum præluxiſti, ad par decus me-
ritorū, ſimiliaq; virtutis facinora perpe-
tuo ſtudio accēdat, & inflāmet.

Poloni diſciplinam militarem in Repub. ſua reſtituant.

Metus belli, bello ſæpe ipſo grauior.

Rei militaris virtus longe præſtantiſsima

CAPITVLVM I.

De Nobiliũ gnãli expeditiõe ad bellũ.

ARTICVLVS I.

Anteq̃ de bello ineatur deliberatio, omnia pacis conſilia ſunt præmittẽda, quod pax ſemper beata, bellum cõtra luctuoſum ſit. Itaq; vt belli omnis præcidatur occaſio, Ciues innocenter viuant. vtq; tales ſint Rex prouideat. nec etiã illatas priuatim iniurias vlciſcendo, belli faciant vllam occaſionẽ. quin Iure de litibus intra & extra diſceptent. omnes Regni fines defendant. Porro vel Milite mercenario, vel alioqui permiſſu Regio cõtra prædones pugnent. bellum autem & omnium viribus geratur, & ad tutelam non ad deſolationem Regni ordinetur.

PRÆFATIO.

Ad ocium & pacem omnia cõſilia in Reſpub. ſunt referenda.

VT ocium negocio, ita pax bello præfertur: ſi vtraq; cõtingant iuſta, honeſta, vtilia, aut ſaltem ferenda. Neq; enim Regnũ propter hoc fœlix exiſtimandũ eſt, quod bella gerat, ac etiã vincat: ſed quod verã religionẽ, iuſticiã, atq; pacem cuſtodit: cõtrariis aũt viciis, quaſi fontibus malorũ omnium vacat. quippe quod hęc naturalẽ hominum ſocietatẽ violant, ac prophanãt: vt illa ſeruant, & beant. Deinde, tametſi periculoſa eſt alea belli, vnaq; hora gentes integras perdit, ſumere tamen bellum vel ignauiſsimo licet, deponere nõ licet, niſi victoris arbitrio. Itaq; in Repub. Leges atq; omnia conſilia ad PACem referenda ſunt, non AD BELlũ: ſiue quod PAX ſit tranquilla & beata libertas, quã late ſe eius cõmoditates per ſacra & prophana diffundunt: ſiue quod ecõtrario BELLum omnia ſacra & ꝓphana perturbet, deformet, & luctuoſa reddat. ita, vt quemadmodũ nihil tam populare, tamq; humanũ eſt, quã ipſa Pax: qua quidem non modo ii quibus ſenſum natura dedit, verum etiã tecta atq; agri ſuo modo lętantur: ita econuerſo bello nihil inhumanius, nihil belluinũ magis. eo etenĩ nõ modo vniuerſa animantia interire, verũ etiã oĩa inanima deformari vident. Atq; idcirco Tibul. de pace ita canit.

Pax bello confertur.

Interea PAX arua colat, PAX candida primum
Duxit araturos ſub iuga curua boues.
PAX aluit uites, & ſuccos condidit uuæ,
Funderet ut nato teſta paterna merum.
PACE bidens, uomerq; uigent, ac triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.
Ruſticus e lucoq; uehit male ſobrius ipſo
Vxorem plauſtro, progeniemq; domum.

ET OVIDIVS.

Candida PAX homines, trux decet ira feras.

Econtrario autem de BELLO LVcanus ita ſcribit.

Nobilitas cum plebe perit, lateq; uagatur
Enſis, & a nullo reuocatum eſt pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent, nulli ſua profuit ætas,
Non ſenis extremum piguit urgentibus annis
Præcipitaſſe diem, nec primo in limine uitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?

Sed ſatis

Sed ſatis eſt iam poſſe mori.
Quemqꝫ ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſſæ,
Hos polluta domus, Legesqꝫ in pace timendæ,
Hos ferro fugienda fames, mundiqꝫ ruinæ
Permiſcenda fides, nullum furor egit in arma,
Caſtra petunt magna uicti mercede.

Ibidem.

IDEM LVCANVS.

Nulla fides pietasqꝫ uiris qui caſtra ſequuntur
Venalesqꝫ manus, ibi fas, ubi maxima merces.

PRAETEREA TIBVL.

Qui fuit horrendos primus qui pertulit enſes?
Quam ferus? & uere ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuiter diræ mortis aperta uia eſt.
At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc uicium eſt auri, nec bella fuerunt
Faginus aſtabat cum cyphus ante dapes.
Non arces, non uallus erat, ſomnumqꝫ petebat
Securus uarias dux gregis inter oues.
Quis furor eſt, atram bellis accerſere mortem?
Imminet, & tacito clam uenit illa pede.
Non ſeges eſt infra, non uinea culta, ſed audax
Cerberus, & ſtygiæ nauita puppis aquæ.
Illic percuſsisqꝫ genis, uſtoqꝫ capillo,
Errat ad obſcuros pallida turba lacus
Quam potius laudandus hic eſt, quem prole parata
Occupat in parua pigra ſenecta caſa.
Ipſe ſuas ſectatur oues, at filius agnos.
Et calidam feſſo comparat uxor aquam.

Et quamq̃ BELLVM illud, quod etiã iuſtiſsime in hoſtem iniurioſum, ſuperbũ, & cõtumelioſum ſuſcipitur, eſt miſerrimũ: omne tamẽ genus calamitatũ ſeditio ſeu bellum Ciuile vincit. cuius imaginẽ Poeta Vergilius ita deſcripſit.

Iuſtum bellum calamitoſum ſemper: Ciuile tamen longe calamitoſius eſt.

Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitqꝫ animis ignobile uulgus,
Iamqꝫ faces, & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte uirum quem
Conſpexere, ſilent, arrectisqꝫ auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:

Quod ſi deſit talis ac tantus vir cuius pietatẽ, vt Poeta innuit, partes reuerent, cuiusqꝫ ſentenciæ ſubſcriberẽt omnes: vir tamẽ bonus q̃ longiſsime a bellis & cõtrouerſiis Ciuilibus diſcedet: non ſolum qđ ſine ſcelere geri nõ poſſunt, verum etiam qđ in eis nihil miſerius eſt, quã ipſa victoria. quæ q̃dem etiã ſi ad meliores venit, tamen ſi Ciceroni credimus eos ipſos ferociores impotentioresqꝫ reddit. vt etiam ſi natura tales nõ ſint, neceſsitate tamen eſſe cogantur. Multa enim victori, eorum arbitrio per quos Vicit, etiam inuito, ſunt facienda.

Et quamq̃ omnibus fere, ſecundum Prouerbiũ, Dulce ſit bellum inexpertis, qđ vbi nulla prudentia eſt, ibi multa cõfidentia eſſe ſolet. Explicandũ tamẽ eſt nobis,

quia cõmu-

Fontes omnium fere Bellorum.
Diuerſa religio.

quia cõmunes fontes omniũ fere bellorũ ſunt, diuerſitas religiõis, proximi odium, aut iniuſticia, vel alienarum rerum, gloriæue cupiditas. Namq; videmus quã Iudæus gentes vniuerſas præ ſe faſtidiat, execretur, & ſi poſsit neci deſtinet: Nec aliud experimur in nobis gentibus, licet in radicem Iudæorũ inſiti ſimus, qđ ne aue quidem dicimus Iudæis: Porro Mahometani (ii vero ſunt Iſmahelitæ) nil prius itidem habent, quã vt tam Iudæos ex Iſaac deſcendẽtes, quã Chriſtianos in ſtirpẽ eius adoptatos, perpetuo perſequant, & immaniſsime trucident. Vt taceã, quam vnius religiõis ſectæ ſeſe omni genere pœnarũ petant, proſcindãt, & dilaniẽt. qđ videlicet vnusqsq; arbitretur longe gratiſsimũ ſe obſequm præſtare Deo, ſi in eos qui a ſua hæreſi diſſentiunt, quã maxime ferociat. Et quia is furor in his duobus populis ex ignorãtia veræ religiõis proficiſcit. Nos aũt Chriſti fideles qđ ex ſcripturis ſanctis didicimus, veræ religionis poſſeſsiõe nos gloriari: omnino hic cultus veri Dei, & quẽ ille miſit IeſuChriſti, ex veris & Canonicis ſcripturis depromptus atq; inſtitutus, antiquior nobis eſſe debet, quã vt ab eo recedamus, quo vel præſidibus, vel ſubditis, vel ſociis nobis cõiunctis, tantoq; minus hoſtibus, ſi illũ omnino violare pergant, gratificemur: qđ oportet plus obedire Deo q̃ hominibus. Porro quæ res in nobis ſitæ ſunt, dilectiõe mutua, Iuſticia, & innocentia, nõ ſolum ipſi inter nos cõſentienter viuere, verum etiã finitimarũ gentiũ amorẽ emereri debemus. vt ſic pie quo ad Deum, moderate quo ad nos, & iuſte quo ad proximum viuendo, intra & extra pacata Repub. perfruamur, vereq; homines ad humanitatem & Iuſticiã facti videamur, non belluæ: quibus bellum ac vis propria ſunt.

charitas & innocentia pacis ſunt fundamenta.

Et quamq̃ tantopere pacem, continentiãq;, & charitatem cõmendemus: vt etiam earum gratia de Iure noſtro multum nos decedere oportere cenſeã: EMPTIcias tamẽ amicicias in vniuerſum damno, vel qđ ſeruiles req; publica, ac Principibus liberis indignæ ſunt, vel qđ infirmas eſſe ratio & experientia docent. eatenus enĩ durant quatenus habes quod des. Inſuper is qui pecunia pacem redimit, timidũ, ob idq; inferiorẽ, ac ſeruum ſe eſſe profitetur. Cum aũt ſemel aliqs ſe tanq̃ degenerem deiecerit, difficile ad reſiſtendũ cõcipiet fiduciã. At quæ amiciæ, innocentia, & charitate, opiniõeq; præſtantis alicuius virtutis, comparant: liberales, iucundæ, & æternæ habentur: ita vt ferociſsimas etiã gentes cicurent, & nobis fideliter cõiungant. Quod qdem noſtra ætate SIGISMVNDO illi Iure optimo patri patriæ noſtræ appellato cõtigiſſe vidimus. cuius virtus in tanta veneratione fuit etiã apud gentes vicinas, vt, quemadmodũ ſuperius dixi, externi fœderatis, hoſtes Ciuibus, Mahometani Chriſtianis, amore & obſeruantia in illum viuentem ac mortuum certaſſe viderentur.

Empticiæ amiciciæ infirmæ, indignæ, ac ſeruiles.

Contra amiciciæ diuturnæ ſunt quæ opinione uirtutis ſtabiliuntur.

ſigiſmundum R. omnes uicini magni fecerunt.

Quodſi Rerumpub. Principes ad archetypon huius SIGiſmundi, aliorũq; laudatiſsimorũ Regum, exemplo SIG. AVG. Principis noſtri, illius aũt filii, pace belloq; ſeſe cõponerent: certe aliquanto pacatius res humanæ ſeſe haberent, nullas diſſenſiões ſocietatem humanã ſcindentes experiremur, nõ etiã bellis orbem terrarum confundi doleremus: citiusq; Leonum, Vrſorũ, aut Luporũ agmina cõtra ſui generis animantia, quã hominũ exercitus cõtra homines ſurgerent in præliũ. Hanc enĩ Iuſticiæ regulã, ſumma pax, ſumma etiã beatitas ſequerentur. quippe quod omnis cauſa mutuo decertandi tolleretur e medio.

Fraus & cupiditas bellorum fontes.

Quia tamẽ fidem fraus Iuſticiã vero cupiditas perturbant, bellum in locum pacis ita ſucceſsit, vt is, qui ſemper lites domi, foris autẽ bella cõſideret, PACIS NOMEN INANE ESSE VOcabulum cõtinuo dicere nõ dubitaret. Nihil enim plærig; reliquum faciunt, quã vt hoc vel illo prætextu cuiuis tollant ii, qui eorum cupiditatibus obſtant. Vnde tot mala vitam humanã adflixerunt, vt ab his, qui memoriã illorum ſtyli officio perſequi ſtuduerunt, ſignificata potius quã deſcripta eſſe videant: numero ac magnitudine rerum diligentiã ac eloquentiã ſcriptorum vincente. Vtcumq; aũt res ſeſe habeant, ac bello deforment: Vſus tamen iuſtorum bellorum naturalis, immo etiã exemplo Abrahæ, Moyſi, Ioſue, Gedeonis, Saulis, & Dauidis, a Deo permiſſus eſt. Nempe cum ipſa iniuſticia, ac vis hoſtilis, diſceptatiõe tranſigi, vel cõſilio auerti nequeunt: ſupereſt, vt Magiſtratus gladio, ad pacem bonorũ, vindictam aũt malorũ, diuinitus ei dato, propulſent. Nam ferre iniuriam cum non oporteat, inutile: & hoſti ſeruire, contra naturam: deſerere aũt patriam cum quis poſsit ac debeat tueri, impietas eſt. adde qđ hoſtes niſi principio fortiter

Vſus iuſtorum bellorum naturali & diuino iure pmiſſus ẽ.

Qui veterem iniuriam fert, nouam inuitat.

pro fortiter reſiſtas, audaciã ad malefaciẽdũ concipiunt. Atqui bellum inferre ꝓ gloria, Ethnicum potius quã Chriſtianũ: pro præda aũt, ſiccarii potius quã Principis proprium eſſe videtur. Sed quia neq; cæci eſt vt ducat, neq; cadentis vt erigat, neq; imperiti vt proſit, vt ſupra diximus: omnino, vt ſacra, & fora: ita diſciplina Militaris in Repub. ſunt inſtituenda, atq; exercenda, vt eius adiumento vitã, religionẽ, libertatẽ, atq; facultates noſtrorũ a vi hoſtili tueamur: Quodq; Iure fœderis ac ſocietatis ex hoſte non poſſimus: Iure belli perſequamur. Nam & Iohannes Militiam approbauit, ne tamẽ Milites aliquẽ cõcutiant, ſed vt ſtipendio ſuo ſint contenti, præcepit. Armorũ enim vſu, ac Militaris diſciplinæ peritia, facile cõtra iniuſticiam cõſiſtimus. Sine hac vero, hoſtibus velut oues ſine paſtoribus lupis, in prædam exponimur. In qua quidem diſciplina poſteaq̃ conſtet Deo noſtrã probari cauſam, PRIMO OMnium Reipub. firmiſſimũ propugnaculũ eſſe putetur, apiſtia, hoc eſt, nihil hoſti credere: certam aũt proditionẽ arbitrari, ſecure agere: eoq; magis, cõſilium hoſti retegere. Timorem enim in animis noſtris extingui, exercitatiſſimis etiã pernicioſum eſſe, Romæ Fabiorũ ad Cremerã, apud nos Alberti in Valachia caſus docuerunt. adeo nullus hoſtis violentius vincit, quã q contemptui habitus eſt. SECVNDVM, vt diſcordia interna habeat clades vniuſcuiuſq; Reipub. certiſſima. Si enim nõ orbis terrarum, non gentes conglobatę, mouere Romanũ Imperium potuerunt: & tamẽ diſcordia Ciuili conuulſum, attritum, & poſtremo euerſum eſt: ita, vt qđ olim Samium in Samo, ita hoc tempore Roma Romę queri poſſit: Certe magna vi laboret Princeps, vt firmet apud ſuos concordię bona, mala aũt diſcordię pellat. Neceſſe enim eſt eos tarde ad victoriam peruenire, qui inter ſe diſſident, anteq̃ dimicent. Quinimo ſi fieri poteſt, largitiõibus, pollicitatiõibus, ac fama, inter Duces exercitus hoſtilis ea iniiciat, vt q̃ minime ſibi fidant, & ſeditiõe conuellanť mutua, ac poſtremo deſperatiõe frangãtur, vel auertantur alio. Nec ſolum fortis & ad omnem occaſionẽ ſolers Princeps verum etiã beneuolus, copioſus, exercitatus, atq; expeditus Miles faciendus eſt. Vt enim Leone Duce etiã Cerui pugnant, & occaſione res proſpere vel male cedunt: ita cum maleuolis contra hoſtes non eſt in certamen deſcendendũ, neq; cũ paucis contra multos, neq; cum inexercitatis cõtra exercitatos, neq; cum tardis cõtra celeres: PECVNIA inſuper ad ſumptus neceſſarios habenda eſt, ſine qua Princeps in officio liberalitatis claudicat, virtus militaris friget, vicia vires concipiunt, & omnia plane hærent. Hæc aũt niſi quotannis vſibus bellorum adſeruet, ſufficiens repente conferri nõ poteſt. His itaq; bene cõſtitutis illæ queſtiones in deliberatione de bello ſuſcipiendo ſolent excuti. Num ſatis pium ac iuſtum bellum, facile, vtile, ac ita neceſſariũ ſit, vt pace nequeat mutari: aut ſi id contingat ſine graui dedecore, aut inſigni iactura, redimi. Item qui de bello & pace cõſultaturus eſt, is Reipub. ſuæ & hoſtium copias nõ ignorabit. item quantę, qualeſue ſint, & quandiu, ac vbi durare, ſtipendiumq;, atq; cõmeatum, in præſentia, & quanta paulo poſt ſupplementa habere poſſent. Item quo genere certaminis, quoue ſucceſſu bella hinc inde geſta ſint, reputabit, ac quomodo fœderibus, victoria, vel deditione hoſtis vſus ſit, in memoria habebit. Nam ab ſimilibus ſimilia ſunt expectãda. Ad hæc, cum aliis finitimis prius fœdera percutienda ſunt, ne bello impeditũ ab inſtituto reuocẽt. recte enim illud dicitur, Ne hercules quidem aduerſus duos. Et fortiſſimum quemq; turbari neceſſe eſt, ſi pugnaturo alter hoſtis inſperatus a tergo immineat. præterea quo pacto, per quantos, quales, ac vbi locorum regio ſit cuſtodienda, eſt reputandum: ita, vt ſi minora ſint præſidia, augeantur: ſin vero ſuperuacua, omnino tollantur, & loca opportuna magis cuſtodiant. Ad hæc, quam magna impenſa Reipub. ad victum ſufficiat, & quæ a propriis agris colligatur, & quæ afferatur aliunde. Item quas res efferre, quas inferre opus ſit, vt cũ huiuſmõi hominibus fœdera ſint, atq; pacta. Ad duo enim genera hominum Reſpub. debet reſpicere. ad meliores, & ad eos, qui ei aliqua ratiõe vtiles eſſe poſſunt.

Neq; hoc prætereundũ eſt, vter Caſtra vel vrbes in finibus Regni munitiores ac propinquiores habeat, quibus præſidia hic, vel ille imponat, vel alioqui in quę diſperſus, aliqua calamitate cõfectus, aut etiã proxime hybernaturus miles deducatur cõmode. Nam qui arces, & vrbes munitas, ad robur Regni, ſimulq; ad cohibẽdum hoſtem, vtiles eſſe negat: is vel incaute ſibi victoriã pollicetur, neſciens dubi-

Que bella illicita ſũt?

Quia iuſtum bellum ſumere licet, diſciplina militaris in Regno eſt inſtituẽda atque exercenda.

Diſciplinæ militaris primum præceptũ nihil hoſti credere.

Secundũ ut abſit diſcordia Ciuilis, in exercitum uero hoſtilem iniiciatur.

Tercium ut preſto ſit, miles beneuolus, copioſus, exercitatus, & expeditus.

Pecuniæ uſus in bello pernecęſſarius.

Que quæſtionũ capita in deliberatione de bello ſuſcipiendo ſint excutienda.

am eſſe aleam Martis: vel ita inſanus eſt, vt melius dirutis parietibus habitari putet, tutius etiã in campis, quã ſub tectis hominem cõtineri arbitret. Item firmius Regnum eſſe aſſeueret, quod neqꝫ fluminibus, lacubusue, neqꝫ aſperitate montium tranſitũ hoſtibus impediat.

Scientia Principis de tuẽdo Regno eſt ſpeculatiua.

Cum ergo ſcientia Principis ſeu Imperatoris maxime omniũ earum rerum, cauſarum, ac euentuum ſit ſpeculatiua: cognitione ac peritia earundẽ imbutus ille ſit oportet, moreqꝫ Iani Bifrontis, quæ ante vidit, audiuit, geſsit, in hyſtoriiſqꝫ conſcripta, vel a Poetis in magnis, fortibuſqꝫ viris ingenioſi adumbrata legit, & quæ retro ac proxime futura ſint, proſpectet, ſimulqꝫ putet antiquitatẽ non vanis argumentis eandẽ Deam, nempe Mineruã, tam ingenii quã armorum præſidẽ finxiſſe, & ferro corpus, haſta dextram, clypeo cum Gorgonibus ſiniſtram manum armaſſe: caput etiã galea, noctua in tenebris vidente, & dracone vigilante, ei inſidentibus, texiſſe. adeo vt nihil nouum, nihil inopinũ, nihil nõ meditatum Imperator habere debet.

Eadem Minerua artiũ & bellorũ præſes

Imperatori non contingit bis peccare in prælio.

Cum enim cæteræ omnes artes errando diſcantur, impuneqꝫ deſipitur in illis, quod primi lapſus ſecundis ſtudiis corrigi poſſunt, ſolius Imperatoris incogitantia ac delictum, raro vllam recipit correctionem, Neque contingit bis peccare in prælio, vt habet Prouerbium. Sed Reſpub (quæ eſt vita quædã omnium) dat eius errati pœnas: gloriãqꝫ aut dedecus, libertatem vel ſeruitutẽ, vitam aut mortem, ex vno fere iactu aleæ Martis expectat, ac ſibi pollicetur, ita vt magna neceſsitas Imperatori incumbat, nihil admittere, cuius mox pœnitere illum oporteat.

Et quia Legiſlatores noſtri cauerunt, vbi, quando, & a quibus bellum ſit decernendum: item quomodo, & quã innocenter ad bellum eſſet proficiſcendũ, illorum Conſtitutiões adnumeremus, vt alia omnia ordine methodico.

In diſpoſitione exercitus potiſsima victoriæ pars poſita eſt.

Cum aũt omnia conſilia Belli, ad pacem, vel ſi dimicandũ ſit, ad victoriam dirigenda ſint: eaqꝫ in diſpoſitiõe exercitus, nõ minus quã in robore conſiſtat, rationẽ adeoqꝫ formam exercitus inſtruendi, conſilio, atqꝫ voluntati Principis, ab eoue creati Imperatoris, maiores noſtri reliquerunt, vel quod Prĩcipum ea facultas ſit propria, nec Imperatores, niſi ex gnaris eiuſdem facultatis militibus, creari ſolent, vel quod certa forma, omnium incertiſsimæ rei ad omnem hoſtis impetum: necnon pro loco, ac tempore, proqꝫ caſu, item pro numero, & qualitate militum, variabilis præſcribi non poterat. Illa tamẽ forma exercitus abſoluta fiet, quæ omnem numerũ equitum, peditumqꝫ, Ex iiſdemqꝫ Tyronum, ac veteranorũ: item omnium tormentorum atqꝫ curruum copiam ea forma, eoqꝫ loco ac tempore diſponat. vt vel victoriam tanq̃ finem conſequatur, vel ſaltem fortunam potius, quã conſilium Imperatori defuiſſe dicatur a prudentibus.

Ex Priuil. Vulad. & M. Pruß, 1404.

Ad pacem & vnionẽ Deus nos inuitat. 132

Auctor pacis Deus ad unitatis & pacis ſpiritum ſuis rigidis mandatis nos inuitat quotidie. (Lex I. (ſis.

Pacis & Belli, charitatis & odij antithe-

Ex Priuil. pacis & concord. inter Regẽ & M. Pruß. 1456.

Pax quæ eſt finis belli, & charitas quæ in natura hominis eſt cõmendantur: mala aũt odiũ & belli, quæ genus humanum hic & in futuro peſſundant enumerantur.

Attendeñ. quod non niſi in pacis Opifex Deus perfecte coli ualeat, & ea nihil in mundo exoptari poſsit præcioſius, aut deſiderabilius concu- 133
piſci: hinc eſt, quod nos non abſqꝫ interna cõpaſsione & graui cordis 134
amaritudine recẽſentes, quot, & quanta mala ex guerris & diſſenſiõib. procedant, quotqꝫ ex cõtentionibus, & bellis, ſi ea mortales agant, odia hominũ non ſine etiã animarũ & æternæ ſalutis diſpendijs, ac excidijs Ciuitatũ, Prouinciarũ. & terrarum, ac in illis degentiũ interitus ſubſequantur: diuinus deperit cultus, & ſanguinis effuſio oritur: Cumqꝫ talium diſcordię atqꝫ bella, non ſolum ſe ſuoſqꝫ, ſed etiã alios plurimos tractura ſunt, ueriſimiliter in præcipitiũ, & ruinam. ¶ Propterea ſupremis affectibus exoptamus ut non creſcant iurgia, ſed iuxta Magiſtrum bonorũ omnium, charitatẽ, quæ nihil ſapit extraneũ, nihil aſperum, nihil

rum, nihil confuſum immo propria uirtute nutrit concordiã, diſſociatos iungit, pacem & unitatem conſolidat, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei amplectamur.

Iterum Pax laudatur.

Inter humanæ uoluntatis deſideria, quæ in aliquẽ citra Deum finem, atq; rerum omniũ Opificem, diriguntur: nulla res optabilior, nulla gra
142 tior, quemadmodũ quotidianis experimur effectibus, nulla deniq; humano generi æque ſalutaris, neceſſaria, iucundior & utilior, quã Pax habeatur, *in ortu* redemptiõis Domini noſtri Ieſu Chriſti hominibus bonæ uoluntatis denunciata per Angelos, & in receſſu ad patrem cætui Apoſtolico, & uniuerſis Apoſtolorũ ſequacibus geminata donatione relicta, & repromiſſa.

Idem Rex.

Pacem huius mundi, ſeu Politicam, cũ pace ſpirituali & chriſtiana Legiſlator hic confundit, tolerabiliter tamen.

SIMILIS.

142 Attendimus quales ſint ueræ pacis fructus, & quanta belli pericula, qualiſq; uaſtitas diſcordiam ſubſequatur.

Idem Rex.

Si expedit Reipu. vt eius Municipes

qete uiuãt, ſemper de innocẽtia et uirtute illorũ cõſultandũ eſt. L. ij.

Expedit Reipub. ut ſubditi quiete uiuant, quod fiet, ſi nulli noceant, & in uirtutibus conualeſcant.

Sigiſm. Petric. 1523.

Quales Ciues eſſe oporteat, & qđ Pax

& concordia a Regibus cuſtodiuntur. Lex iij.

53. Quamuis diſponente Domino ſubditi debeant eſſe pudici, modeſti, iuſti, ac pacifici: effrenata tamẽ cupiditas eo uſq; progreſſa eſt, ut niſi a cuſtodib. Iuſticię frenareẽ, tũc ꝑfecto cõcordia & pax int̃ hoĩes deperirẽt.

Kazim. C. 1369. Idem lib. 1. cap. 2. articulo 8. lege 1.

Nemo iniuriã ſuã vlciſcatur, hoſteſue

(cõcitet. Lex iiij.

Nonnullorũ improba temeritas & audacia ſuas paſſiones & iniurias ulciſci uolentiũ guerras execrabiles ſæpenumero Re-
91. gno noſtro excitant, & damna procurant immenſa: Propter quod prohibemus præſenti edicto, ne aliquis cuiuſcũq; ſtatus aut conditiõis exiſtat, quacũq; laceſsitus offenſa, aut iniuria, uel damno, audeat ſine noſtro conſenſu belligerare, aut guerras perſonis extraneis, aut intraneis mouere. Si quis aũt contrariũ facere præſumpſerit, ad damnorũ omnium, quæ nos, aut noſtri ſubditi, propterea cõtraherent: eum decernimus cõuictum cogi debere ſolutionẽ. Si aũt plenaria ſolutio, aut partialis dãnorum, propter eius inchoationẽ guerræ Regno, aut perſonis irrogatorum non ſufficeret, mulctandum decernimus in corpore.

Kaz. Iag. Pet. 1447.

Quod ſi aliqui ob iniurias priuatas bella cũ extraneis, uel Ciuib. abſq; cõſenſu Regio excitarint, & dãnũ Reg. dederint: ad damni ſolutionẽ Reg. uel externis dati teneantur. alias in corpore puniantur. Sæpe enim priuata odia Reſpub. euertunt. Ac proinde Leg. 6. 12. tabularũ fuit proditum Qui hoſtes cõcitauerit, quiue opẽ hoſti dederit, pœnã capitis dato: Nam & fœliciſs. etiam pugnare iniuſſu Ducis, apud Ro. fuit capitale

Licet enim vnicuiq; Municipum Iu.

re competenti ſuam perſequi iniuriam. Lex v.

Quã vide ſupra Lib. 4. de Iudiciis Terreſtrib. Cap. 3. Art. 1. Lege Volumus aũt.

COMMISSarij aũt de finitimorũ hominũ iniurijs definiunt. Lex vi.

Quam vide Lib. 2. Cap. 1. Art. 4. & 5. de Commiſſariali Iudicio. ſed liquidius Lib. 5. Ca. 1. 2. 3. 4 &c̃. de ſingulis Ducatib. Regno vnitis & pręſerti Ca. 11.

SVB INTERRegno tam Eccleſiarũ bona quam fines Regni a Nobilitate defendentur. Lex vij.

Quam vide Lib. 1. Cap. 1. Art. 2. Lege 3. confœderationē dictam Captur.

Prædones etiam Sileſiæ milite ex pu:

sigiſm. Craco, 1532.

blicis Contributionibus ſubmoueantur, & ſi a uiolentijs ſibi non temperauerint, uel a Ro. Rege nō arcerentur: Statuta ſuperius poſita de non inferendis bellis a R. Maieſtate relaxari debēt, ut unicuiq; uī ui repellere liceat. L. vuj. Quam uide infra cap. iij. arti. v. de Regni defenſiōe Mercenaria.

De Repreſſalibus.

Supra attigimus Lib. 3. quia illicitus eſt talis Contractus, ſi qs pacifcat, quia pro ſuo debito populariū aut Municipū ſuorum bona velit eſſe oppignorata: ſi ipſe ceſſet ſoluere. Necq; enī fas eſt, vt inſontes pro alienis debitis pignorent. & vocātur tales pignoratiões Repreſſalię, quæ nullo Iure ſunt licitæ, niſi a Magiſtratu qui habet Ius cōdendæ Legis cōcedant adverſus ſubditos eius; qui omnino recuſet aut negligat debitorem ad ſolueñ. cogere: vel in delinquentē animaduertere. talis enim & debitorem tueri, & delictis patrocinari videtur.

Porro cū omnia pacis cōſilia tētata, cō:

sigiſm. Craco. 1510.

ſumptaq; fuerint, ita, ut bellum pium, iuſtū, ac neceſſariū ſuſcipi oporteat, facta eius denunciatiōe: omnium Ducatuū, in eiſq; ſtatuum unitis uiribus geratur. Lex ix.

Compertum ab omnibus habetur, quod uirtus unita fortior ſolidiorq; eſſe cōſueuit, ſe ipſa diuiſa. (ideo prędicat a Rege. L. x. 8.

Nam diſſenſio omni bello grauior eſt,

Alexand. Rad. 1505

Volumus tempore noſtri fœlicis regiminis obuiare tēpeſtiue periculis diſſenſionū, & ſeditionū inteſtinarū. quod omni bello externo ſint grauiores.

117 Nihil eſt tam contrariū diſciplinæ militari quā ſeditio & vel de ſuo Iure Reip. cauſa aliqd cōcedere nolle, vel etiā priuatas iniurias cōmuni ſaluti nō cōdonare. Tarde aūt vel potius nunq̄ illi ad victoriam perueniunt, qui anteq̄ dimicent, inter ſe diſcrepant, vel alter alterum prius exponit periculo. ipſe vero more Thraſonis cauet ſibi poſt principia.

Item bellum ordinatum ſit, ad tuitio:

nem non ad deſtructionem Regni cedat. Lex xi.

sigiſm. Petric. 1523.

Item ut expeditio Bellica ordinato modo fiat, ad tuitioneq; Regni, & non ad eiuſdem deſtructionem cedat. 9.

ARTICVLVS II.

De Officio omnium Reipub. Statuum tempore Belli.

PRÆFATIO.

Etſi functiones Regiæ tales ſint, vt nullo nō in officio perfecta omnia a Principe debeant expectari: non ſolum quod eius errati Reſpub. det pœnas; verum etiam quod nimis eſſet turpe, eum ex quo exemplum omnis virtutis petendū ſit, in aliquo labi & offendere: IN BELLO tamē ſuſcipiendo virtutes illas quas Regi debere ineſſe Libro primo oſtendimus eluceſcere debēt maxime. ET QVIA Regē parum eſt bonum atq; frugi virum dici, quod eæ quoq; laudes in quēlibet priuatum bene quadrāt: reſtat, vt REX excellenter ſit, prudens, pius, iuſtus, fortis, ac liberalis, ſi Regiam laudē ferre, Ciuibuſq; admirationi eſſe velit. PRVDens itaq; Princeps nihil incogitanter, nihil inconſulto, temere nihil tentabit: quin lōge antea omnem belli materiā ſeu inſtrumenta, item formam, & quoad humana mens ex

mens ex præteritis ac præſentibus futura coniicere poteſt, exitum quoq; præuidebit. IVSTVS, nunq̃ niſi pium iuſtum, ac neceſſariũ bellum: id vero eſt, vel religionis ac patriæ tuendæ, vel repetendarũ rerum gratia, ſuſcipiet. Præter ea hoſti illud per fecialem prius denunciabit, eiq; fidem ſeruabit. FORtis aũt nõ minus in periculis belli ſibi conſtabit quã in tranquilitate incurſantes caſus Legibus fuit moderatus. Porro LIBEralis Theſauros ſuos in hunc vſum longe antea depoſitos ad ſalutẽ Reipub. conuertet. Præterea MODEſtia Principis & HVMANitas amorẽ militum elicient. vt TEMPErantia ipſum met frugalẽ, vigilantem, ac prouidum ad omnia faciet. Quod ſi PACE ſocordia Principis ad malum Ciuibus perſuadẽdum multum valet, BELLO tamẽ eiusdẽ virtus ad virtutẽ amplectẽdam calcar longe acutius erit: cum & virtuti præſto præmium, & ſocordiæ præſens pœna omnibus imminere videbitur. Ita vt nihil dubitandũ ſit, Principis virtute magnam ſubditis impoſitum iri neceſsitatẽ ad res nauiter itidẽ gerendas. Ad hęc iuſtius in delinquẽtes animaduertet, niſi cum eo longe pulcherrimum certamẽ de virtute putarint ſibi ſuſcipiẽdum.

Rex fines Regni tueatur. Lex I.

Quę Lib. j. cap. j. Art. iiij. fol. xxj. de Iureiurãdo Regis uideatˉ.

Caſtra pace ac bello per quẽ reparanda, defendenda, & præſidio munienda: Lex ij.

Item ſi aliquod Caſtrum uetus reparatiõe indigeat, tunc tempore pacis Burgrabius, ſeu poſſeſſor, & conſeruator illius Caſtri tenebitur re-
41. parare. Oriente aũt guerra, & diſcordia, Caſtra noſtra in cõfinibus Regni noſtri Poloniæ ſita & exiſtentia, homines illorum Diſtrictuũ ubi ipſa Caſtra ſita exiſtunt, adiuuare ad reparationẽ, reformationẽq; tenеantˉ.
41. ¶ At ſi aliquod Caſtrum pro defenſione & utilitate ipſius Regni cum conſilio & conſenſu eorundẽ Baronũ conſtruere uoluerimus, tunc ad eius conſtructionẽ ijdem Regni Proceres tenentur adiuuare. Si uero ſine ſcitu & cõſenſu eorundẽ Nobiliũ & Procerũ ædificare uoluerimus, tũc ad eius cõſtructionẽ noſtris ſumptib. & expẽſis facie9.

Ex Priuil. Ludouis. Caſſoniæ 1374. Ludouicus decernit Caſtra per ſe tempore pacis, ſed tempore guerræ per Diſtrictus Terrarum reparanda.

Ex eodem Priuil. ſed Nobiles conſentientes ad Caſtri reparationem, tenẽtur Regem adiuuare, alioqui Rex illud ſuis impenſis conſtruat.

QVOD AVtem Spũalium & Seculariũ ſubditi liberati ſint ab alijs laborib. & ſeruitijs, necnõ tributis Caſtrorũ. Lib. iij. ca. j. uideatˉ.

PORRO Vagi Laici, & Mendici ualidi, absq; ſignis Ciuitatum, Plebanorum, vel ſaltẽ Dominorum errantes capiantur per Caſtrorũ, aut Ciuitatum Officiales, ad faciundos aggeres, vel foſſas Ciuitatum, aut Caſtrorũ, Turcis & Tartaris præſertim vicinorũ, purgandas. de quo vide Statuta Lib. j. Cap. 12. de Capit. Art. 18. Et poſt ea Lib. j. Cap. 16 de Ciuitatibus Art. 7. Et Lib. j. Cap. 17. Ar. 7. de vagis Ruſticis. Et Cap. 20. de Mẽdicis. Et Libro 3. Capitulo j.

EX VAGORVM quoq; & mẽdicorum genere cẽleri poſſunt PHILISTINI, prætextu neſcio cuius ſuperſtitiõis, omnium gẽtium errones, mendicabula, ac fures. Qui quidẽ Iure optimo alligandi eſſent alicuius vitæ certo inſtituto, vel potius Caſtrorum ac Ciuitatũ itidẽ foſsis ac muris parandis. Ii etenim non ſolum q̊quo ſe vertunt furantur, incautos circumueniunt, bonaq; depopulantur, verum etiam multos noſtræ gentis ad ſuam factionem pelliciunt.

SED ET ILLI vtiles eſſent publicis operibus murorũ ac foſſarũ reficiẽdarum, qui ob furta parua, & alia leuiora delicta more pecudũ capite plectuntur.

SIMILITER ET capti in Bello, vel alioqui circa prædandũ in confinio Regni deprehẽſi reficiẽdis muris atq; foſsis eſſent alligandi. hi enim omnes vili cibo contenti, operas ſuas Reipub. vtiles ac neceſſarias præſtarent. & terrorẽ tam vagis & mendicis, quã furibus & prædonibus incuterent longe maiorẽ, q̃ ſi mactarentur, vel inutiliter compedibus vincti in carcere ſederent.

SED QVIA Caſtra & Vrbes fruſtra uel natura loci, uel opere muniuntur, niſi fortibus viris cõmittant. Quod ergo ex Poloñis, Nobilibus, Veteranis ac benemeritis, iisq; indigenis Capitanei vel Tribuni creandi ſint, iidemq; Caſtris præficiendi: vide Li. I. Ca. 5. fol. 183. de Dignitatib. & Officiis cõferendis.

De Tribunatibus.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quia etiã bellico ſeruitio Tribunatibus nõ parum decedit, omnes hos Tribunatus poſt annũ 1538. inſtitutos abrogamus. antiquis aũt iuxta hoc ipſum Statutũ Lib. I. Cap. v. ſupra poſitũ diſpenſabimus. Quin etiã & eos, qui Caſtris carent, caſſamus. tantum aũt eos, qui Caſtra habent, in robore relinquimus. ∴ ∴ ∴

Sigiſm. Petric. 1538.

VICECAPitanei uero arcium Iudicialiũ, & in cõfinio poſitorũ, ne ex Caſtris ad bellum proficiſcant. uide Artic. ſequenti.

QVOD VEro tempore belli Caſtra Regia milite, cõmeatu, & ſtipendio: Item tormentis & pixidibus: aliisq; omnibus obſidiõi aliquamdiu ſuſtinendę rebus neceſſariis, a Rege: vel alioq a poſſeſſoribus illorũ inſtruant, & muniantur: vſus & ratio ipſa ſatis indicant: & exempla quotidiana admonẽt. Certe, ne Rex impenſis grauetur, bona pars earũ rerum partim ex hoſtiũ præda, partĩ ab his hominib. peti & exigi poterit abſq; iniuria: q ſuæ & ſuorũ vitæ tuẽdę gratia ad Caſtra, vel ad Vrbes, ex agris cũ ſuis rebus, frumẽtis, & animantib. cõfugere cogunt.

Kazimir. Tercius.

Rex aũt ne obliget terras & Caſtra pri-

cipalia. quia bona menſæ Regalis nõ ſolum pro perſona Regia ſed & pro tuitiõe 93.
& conſeruatione Regni totius ſunt a principio ordinata. Lex iij. Quã vide ſupra Libro 2. Cap. I. Artic. 2. de bonis fiſci Regalis.

Kazimir. 3. Neruus belli eſt pecunia, quæ, quod bellorũ ſumptus infiniti ſere ſunt, Regi debet eſſe numeroſa. Quo ſenſu M. Craſſus aiebat, nõ eſſe ditẽ, q exercitũ alere nõ poſſet ſua pecunia.

Quĩ etiã Rex augẽdis Theſauris ac p- 77.

uentib. ſtudeat, ex quibus Regno & ſubditis liberalit̃ prouidere valeat. Lex iiij. Quã vide Lib. I. Ca. I. Art. I. qualẽ Regẽ eſſe oporteat. & Li. 2. Ca. 2. de ſalinis.

SED THESAVrus Regius defenſiõi Reip. cõparandus, ne cum aliis inutilibus expenſis, tum multitudine Nunciorũ Terreſtriũ exhauriatur. Lex v Vide Libro I. Capitulo 2. Articulo I. de Comitiis.

Sig. Cracou. 1540.

Sig. Cracou. 1510.

TESTAMenta quoq; nõ de immobilib. & hęreditariis bonis condun- 11.
tur, ne defenſio Reipub. minuatur, ſed ſolum de mobilibus, vel Regalibus bonis. alioqui Teſtamenta huic Statuto cõtraria non ſunt cõfirmanda. Lex vj. Quam vide Lib. 2. Cap. I. Artic. 3. de recuperandis bonis Regalibus. & Lib. 3. Cap. 3. Art. I. de ſucceſsione in bona ex Teſtamento.

Curr⁹ bellici niſi expreſſa ſit mẽtio in

Sig. Cracou. 1510. Idem lib 3 cap. 1. ar. 4. de literis ſup. Reg. bona.

alicuius Priuilegio, uel in Inſcriptiõe: Iuris Regii eſſe cognoſcit. L. vij. 15.
Vbi ſpecialis mentio in Priuilegio, uel in Inſcriptiõe, de Curru Bellico (Regi a Ciuitatibus ſingulis mitti ſolito) facta non eſt, Iuri Regio reſeruatus eſſe intelligitur. (Lex viij.

Kaz. Mag. V. 1368.

Milites & Nobiles cõtra hoſtes militẽt

Porro Milites & Nobiles ad expeditionẽ Bellicam ſint obligati, & debent ſeruire armati, iuxta quantitatẽ bonorũ, ſi quæ habeãt libera, il aũt

Sed quia in armata militia honor Regis, & defenſio totius Regni depẽdet: Tenetur igit̃ quilibet Miles ſecundũ quantitatẽ, & poſſeſsionẽ ſu- 33.
orum bonorũ, & redituũ, ad Rempu. certis armatis hominibus ſeruire & prodeſſe, dum modo bona ipſorũ ſint libera, & de Iure militari inſtituta, & abſq; omni uexatiõe cõſeruentur. Decernimus etiã quod Barones &

rones & Nobiles noſtri Terrarũ Pol. nobis & noſtris ſucceſſoribus in
Regno noſtro Pol. quanto melius & efficacius poterint, teneãtur mili-
tare, & armis ſe inſtruere, & ſeruire. Sed extra Regni metas nobis ſerui-
re non ſunt obligati, niſi ipſis ſatis competens ſatisfactio per nos impẽ-
datur, uel per nos ſpecialiter fuerint petiti, & ad hoc rogati.

intra limites Regni: Extra uero Reg militaturis, ſtipendium dandum eſt, uel rogandi ſunt.

Nobiles quod bona ſua, loco ſtipendij

poſſideant, ea luſu aleæ aliiſq; illicitis modis perdere non debent. ut ſtudia & opes
militarium uirorũ non in dedecus, detrimentũ, ac ſcelera: ſed ad dignitatẽ, defenſi-
onem, uirtuteſq; in Repub. promouendas inſumantur. Vide Lib. 3. Cap. 8. Art. 2.
de Contractibus filiorũ familias.

SIMILIS.

Ex Priuil. Ludouici Caſſouiæ. 1374.

Quod ſi inſultus hoſtiũ in dictũ Regnũ inualeſceret, tunc Nobiles ip-
40. ſius Regni ad repellendũ eorũ ſæuiciã occurrant, cum omnimoda eorũ
poteſtate. ¶ Demũ ſi noſtro & noſtrorũ ſucceſſorũ regiminis tempo-
re, pro aliqua expeditiõe facienda, ultra fines ipſius Regni procedere nos
expediat, uel eoſdẽ nobiſcũ cum inimicis quibuſcũq; in eadẽ expeditiõe
conflictum ſeu bellũ facere, & inire cõtigerit, & aliqui ex ipſis in eodem
cõflictu capti, uel detenti fuerint, damnaq; parua, uel magna perceperĩt
in rebus & pſonis: ipſis plenariã ſatisfactionẽ ĩpẽdemus.

Iterum Nobiles ad repellendos hoſtes cum ſumma illorũ poteſtate oblĩgãtur. Rex uero Terrigenis promittit in bello damna paſſis, aut captis de indemnitate.

SIMILIS.

Ex Vlad. Reg. Priuil. ledln. 1433.

Item promittimus inſuper & ſpõdemus, quod dum ad requiſitionẽ no
ſtram Nobiles noſtri Regni extra metas eiuſdẽ Regni noſtri ad repellẽ
Fo. 51. dam hoſtium ſæuiciã transferre cõtigerit, ipſis ſatisfactionẽ cõdignam
pro captiuitate, cæteriſq; damnis Nobilibus faciemus. ¶ Metas uero
ſeu granicies ſæpe dicti Regni memorati Nobiles ab inſultu & incurſu
æmulorũ & hoſtium proprijs ſumptibus tueri debẽt, & omnimode te-
neantur. ¶ In caſu uero quo aliquis æmulus Regni noſtri quocũq;
modo Regnũ noſtrũ intrauerit, & cũ eodem cõflictum intra metas eiuſ
dem Regni Terrigenas noſtros facere cõtigerit, eiſdem Terrigenis pro
captiuitate duntaxat: Si uero extra metas id ipſum fieri cõtigerit, tũc &
pro damnis, ſi quæ, quod abſit, incurrerint, & pro captiuitate ſatisfacti-
onem condignã impendere. ¶ Et ſi quis ex noſtris Baronibus, Nobi-
libus, Proceribus, ſeu Terrigenis, aliquẽ, uel aliquos, captiuũ, uel capti-
uos cuiuſcũq; ſtatus, conditiõis, aut eminẽtiæ captiuauerit: illi, uel illis
promittimus a quolibet huiuſmodi captiuo dare & ſoluere unam ſexa
genam monetæ in Regno noſtro currentis & recipere pro nobis capti-
uum depactandũ. exceptis Ciuibus & plebeis, quos ille uel illi depactẽt,
qui eos duxerit ſeu duxerint captiuandos pro libito ſuæ uoluntatis.

Nobilib. extra metas Reg. ad propulſandos hoſtes proficiſcentib. indemnitatẽ Rex promittit.

Nobiles ab incurſu hoſtiũ proprijs ſumptibꝰ metas Regni tueri debent.

Captis in cõflictu inter metas Reg. de captiuitate duntaxat, extra metas uero tam de captiuitate, quam de damnis Rex ſatiſfaciat.

Nobilis Nobilẽ in bello capiens, Regi deportandũ tradet ſexagena recepta. Ciuem uel plebeum per ſe depactaturus.

¶ Item quod quando præfatis noſtris Terrigenis extra metas Regni
noſtri expeditionaliter exire, ſeu ſe trãſferre mandabimus, ſeu mandare-
mus: quinq; Marcas ſuper quãlibet haſtam dare, ſoluere, & diſtribuere
promittimus, in Ciuitate notabiliori cuiuslibet Diſtrictus, ſeu antequã
metas Regni noſtri exiuerint prædicti. ¶ Caſu uero ſeu ſucceſſu tem
poris ſe offerente dum infra ſpaciũ duorum annorũ poſt diſtributiões
pecuniarũ, ſic ut præmittitur factã, ad expeditionẽ non proceſſerimus:
Extunc ijdẽ Terrigenæ ab huiuſmodi pecunijs & ſeruitijs ratiõe prædi
ctarum pecuniarũ faciendis erunt ſoluti, penitus & exempti. ¶ Si aũt
infra decurſum eorundẽ duorum annorũ ad expeditionẽ cum eiſdem
Terrigenis

Terrigenis extra metas ad bellum Rege mandante progredientibus, quinq; Marcæ pro qualibet haſta p Regẽ dentur.

Terrigenæ receptis pecunijs ſi Regẽ ad bellũ progredi nõ cõtingat infra bienniũ, a ſeruitijs & pecunijs libari & exempti erunt.

Rege ad expeditionẽ extra metas infra biennium progrediẽte, Terrigenæ a pecunijs abſoluuntur.

Terrigenis noſtris tranſitũ faceremus, & extra metas Regni noſtri cũ expeditiõe proceſſerimus, Extunc prædicti Terrigenę ab eiſdẽ pecunijs & ſeruitijs prętextu earundẽ ſimilit' ſint abſoluti. SIMILIS.

92. Item pollicemur, Quod dum & quãdo nos extra fines Regni expeditionaliter proficiſci cõtigerit, omnibus Terrigenis noſtris nobiſcũ euntibus exoluemus Iura Terreſtria. uidelicet ſuper quãlibet haſtam quinq; Marcas: pro damnis etiã, & captiuitate ipſis ſatisfaciemus, iuxta quod ipſis a noſtris prędeceſſoribus eſt conceſſum. SIMILIS.

Kaz. in Nyſſ. 1454. Extra fines Regni cũ libus 5. Marc. ſuper haſtam Rex inſcribit. Pro captiuitate uero & dãnis in bello paſſis promittit ſatisfactionem

✱ Alex. Rad. 1505.

✱ Nobilitas ſuis proprijs ceruicib. a caſibus bellicis Regnum ipſum defendere conſueuit, & aſtricta eſt. 117

TVTORes de bonis minorenniũ pupillorũ ſecundũ quantitatẽ bonorum eorundẽ equites militatum expediant.

SIMILiterq; Viduæ Tutores, filios, amicos, uel certe ſeruitores ſuos ſecundũ quantitatẽ bonorũ ſuorũ quæ poſsident militatũ expediãt.

Clericus bonorũ Terreſtriũ poſſeſſor,

Kaz. Mag. V. 1368. Clericus bona hæreditaria poßidens ad bellum ſit obligatus. alias bonis cedat, aut confiſcabantur.

Cum in Iure ſuo nulllus debeat defraudari. Et quia (militet. Lex ix. pleriq; Clerici noſtri Regni bona patrimonialia tenentes & habentes, 10. de eiſdẽ bonis, ſub umbra clericali uiuentes, nobis & noſtro Regno ſeruitia debite facienda in expeditiõe ſubtrahere cõſueuerunt. Ideoq; Statuimus, quod ijdem Clerici noſtri Regni, cuiuſcũq; ſtatus exiſtãt. prædicta patrimonialia bona tenentes, uel nobiſcũ ad quãlibet expeditionẽ tranſire teneãtur iuxta prædictorũ bonorũ facultates: uel eadem bona proximis ſuis fratribus laicis reſignare, & dimittere, & eiſdẽ renunciare. Quod ſi præfati Clerici neutrũ iſtorũ facere curauerint, prędicta bona decreuimus, & præſentiũ auctoritate decernimus, perpetuis temporibus noſtro Regno applicanda. SIMILIS.

Bolzan'a 1569. Clerici de bonis paternis ad expeditionẽ bellicam cum Rege ire tenentur iuxta ſuam facultatem.

57. Clerici uero cuiuſcũq; gradus, ſtatus, uel conditiõis exiſtãt bona patrimonialia poſsidentes, ad expeditionẽ cum dño Rege tranſeant de eiſdẽ, iuxta eorum omnimodam facultatem. (de Monialib.

DE BOnis Monialiũ militet. L. x. Quã uide Lib. I. Cap. iiij. Art. xij.

ANNATÆ uero, quæ nõ ſine ſcelere Simonię pro impoſitiõe manuũ, Rom. Pontifici ab Epiſcopis noſtrarũ Eccleſiarũ dãtur: ad ſumptus belli gerendi cõuertantur. Lex xI. Quã ſupra Lib. I. ca. iiij. art. v. uide.

IMMO & Spirituales de bonis ſuis in ſumma Reip. neceſsitate militatum expediant. Lex xij. Quam uide de hoc infra Cap. ij.

Sculteti oẽs Spũaliũ & Sclãriũ militẽt.

Kaz. Mag V. 1368. Sculteti uniuerſi ad bellũ cũ Rege uadãt.

Quia onus, prẹſertim quod omnes tangit, inter plures diui- (Lex xiij. ſum facilius deportatur. Qua propter Statuimus, quod indifferẽter om- 10. nes Sculteti, tam Spũalium quã etiã Sęculariũ perſonarũ, iuxta ipſorũ facultates ad quãlibet expeditionẽ nobiſcũ trãſire teneãt. SIMILIS.

Sigiſm. Petric. 1538. Eſt horum Legũ mẽtio ſupra lib. I. cap. 17. ar. 3. de ſcultetis. Sculteti ſpiritualium ſeruient bellicam expeditionẽ in ſimmunitatem literis autenticis probauerint.

Viſum eſt, ut ſi probatũ fuerit Scultetos Spũalium teneri ad expeditionem bellicã, Sculteti eorũ ſint obligati deinceps nobiſcũ in bellũ proficiſci, præter eos qui Priuilegijs eſſent ab expeditiõe exempti & liberati, Quæ Priuilegia dñi Spũales in Synodo proxima, poſtq̃ præterita propter mortem

pter mortē dñi Archiepiſcopi effectū ſortita nō eſt, ſe recenſere promiſerunt, & illa poſt modū in Conuentu generali Regni proxime poſt Synodum futuro exhibebūt, ut ex illis fiat cognitio de immunitate Scultetorum ſeu Aduocatorū, uel obligatione ad præſtandam & ſuſtinendam bellicam expeditionem.

sculketorū numerus ad decē mill a equi ū b. llis Pruthenicis fuiſſe fertur Quia uero hoc tēpore magna pars eorū ē ſuis fundis exēpta: uidere licet qd eo facto rei militari deceßerit, niſi mature ei damno obuiam ibitur.

SIMILIS.

Quia ubi eſt maior hominū copia, ibi uis potentior: renouādo antiqua Statuta, Statuimus, ut ex Sculteтijs & Aduocatijs bellicū ſeruitiū fiat. idq; tam ex his quę poſsidētur ab ipſis, quā ex his quæ (per dños) exēptæ ſunt. Nihilominus in futuris Comitijs Spūales hoc docere debent, an Sculteti, uel Aduocati eorū, a bellico ſeruitio liberi ſint iuxta Statutum anni 15 3 8. Quod quidē ſi nō fecerint, extunc Sculteтiæ & Aduocatiæ eorū ad profectionē bellicam iam tenebūtur, & erūt obligatæ.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550.

Quare Ciues & plebei bona Iuris Terreſtris acqrere phibētur, alioq; ſi ea acquiſiuerit, nō liberent a bello, ſed militēt, vel de ipſis bonis exemātur. Attamē ſi qui Ciues ad militarē ordinē inauctorati ſunt, a negociis ab hoc ordine alienis in vniuerſum abſtineāt, militaribus aūt ſtrenuā dent operam. Alioqui ſi citabūtur pro bonis literis inauctoratiōis ſuæ ſe defendere non poterint. Lex xiiij. Quam vide Libr. 3. Cap. 1. toto Artic. 2.

Si aūt ſub Interregno externi vel Eccleſiarū bona, uel fines Reg. inuadāt: a Nobilitate defendant. Lex xv.

Inſuper ſi qui extra fines Regni poſiti, Eccleſias ſeu bona Eccleſiæ, aut confinia Regni noſtri, Rege nondū coronato, moleſtare pręſumpſerint, uolumus promitteñ. ſine dolo & fraude, cum ad hoc ſpecialiter requiſiti fuerimus, iuxta poſſe, facultatesq; noſtras, unanĩmit illa defenſare.

Ex confœderatione quæ dicitur caputur. Idem lib. 1. ca. 1. ar. 2. de Rege folio 7.

De qbus bonis expeditio fiat: Lex xvj.

Statuto uetuſto innitētes, Conſtituimus, ut Terrigenę in diuerſis Ter-
14. ris domicilia habentes, omni tamē fraude ſubmota, bellico ſeruitio ex eis bonis ubi eos reſtes præuenerint, propria perſona: de alijs aūt bonis expeditione congruenti ſatisfaciant. At uero ſecus facienti fraus & dolus non patrocinabuntur.

Sigiſm. Craco. 1510.

Filius nō emācipat⁹ pro patre, & frater indiuiſus pro fratre militare poſſunt. Lex xvij.

Item Statuimus, Quod ſi quis ex Terrigenis noſtris habuerit filiū adul-
95. tum, indiuiſum: aut frater fratrē potentē ferre arma: poterit ipſum (etiā absq; licentia Regia) ad expeditionē uice ſua mittere: qui ſupplebit locum eius tanquā ſolus perſonaliter intereſſet, ſic tamē quod ipſum eo modo expediat, ſicut ipſemet iturus eſſet.

Kaz. in Nyeſſ. 1454.

Filij kmetonū de Villis ſi plures ſint non niſi cū Literis teſtimonialib. Capitaneorū, vel dñorum ſuorū, ad ſtipendialia ſeruitia: & præſertī Literarū, vel artificiorū (Reipub. vtilium, vt ſunt pixidaria, & armificina) diſcendorū gratia mittanť. alioqui ſi vnus filius ſit, vel violator huius Statuti, vndecūq; extradātur. Lex xviij. Quā qdem vide ſupra Lib. 1. Ca. 17. Art. 6. de filiis, filiabus, ac viduis Kmetonū. fit tamē & mentio eiuſdē Libr. 1. Cap. 4. Ar. 14 de libertatib. Scholaſticorū.

Serui quāto tp̄e ante bellū veniā abeū:

Alex. in Radō 1505 Quicunq; ſeruientiū ſiue famulantiū ſub expediti- (di petant. Lex xix.
one bellica, aut aliqua alia neceſsitate iuſta & legitima, licentiā a ſerui- 116
tio apud dominū ſuū petierit, & ab eo receſſerit: perpetuo etiā ſint infa-
mes. habebit aūt quilibet ante bellicā expeditionē ante neceſsitatē dn̄i
ſui ſex ſeptimanarū tempus, infra quod & nō celerius a dn̄o ſuo licen-
tiam a ſeruitio petet & poſtulabit. DE EODEM.

ſerui olim ſex, iam uero decem ſeptimanis ante bellū licentiam a dominis petant. & non aliter, ſub infamiæ pœna.

Sigiſm. Craco. 1507. In hac Conſtitutiōe de tempore ſeruorū ſub indicta belli expeditione, 2.
aut alia neceſsitate iuſta & legitima, a dn̄is recedere uolentiū: quæ ſex
ſeptimanas pręfinit petendę licentiæ diſceſſus a dominis ante dictā ex-
peditionem bellicā: ad decem ſeptimanas extendimus.

Mazouia cū Polonis militet. Lex xx.

Ex ſtat. Maz. 1529. Conſentimus, ut iſte Ducatus adiūgatur & adhęreat, ſicut & alię Ter- 137
ræ Terris Maioris Polonię. Quādo præſertim & Ducum tempore Du
ces ipſi erant cū Terris Maioris Polonię, tempore belli. Nec ob aliā cau
ſam Terra Viſchneñ. ſit adiuncta ipſis Terris Maioris Poloniæ.

Quod ſi ita Reſp. poſtulet, Mercatores

quoq; Opifices & agricolæ ſecundū facultatē bonorū ſuorum, quęcunq; poſsidēt, militatum expediant: vel tributa cōferant. EX QVIbus qdem, ſi ita Principi viſum fuerit, & e Repub. fiat, ad certos militiæ gradus, iuxta Stat. Libr. 1. Capit. 16. Artic. 1. & 5. ac 6. generoſiores inauctorētur. vt vel hoc laboris ac ſumptuū propoſito præmio, alacriter omnes ad bellum, tanq̄ ad cōmune incendiū reſtinguendū, cōcurrant. Nam & Romani repentino hoſtium aduentu territi, vel etiā bello clade accepta, raptim tales militiæ equeſtri & pedeſtri adſcribebāt. TVMVLtuarioſq;, item PROletarios, CAPiteq; cenſos: item Volones qui voluntarie nomen ſuū dabant, item libertinos ex ſeruis creatos, item gregarios, alarios, & manipulares: Item voluntarios obſequentes latrones dictos: alioſq; aliis nominibus, nullum genus hominū faſtidiētes, nuncupabāt. Quibus, vt etiā maius incitamentū adderetur: non ſolum aliqua præmiola, verū inprimis hoſtiles copiæ in prædā proponebantur. Si enī Getes ex captiuis delectu adhibito fortiſsimos legit habetq; milites, certe fortiores noſtri erunt, ſi & aliquouſq; itidē exerceant, & præmiis propoſitis ad labores & pericula pro patria ſuſtinenda animent. Qua de re ne mentiri videar, quotidiano quoq; exemplo, peditum noſtrorū ex ima plebe lectorū, parum non gratis militantiū, fortitudinē præſtantē, ac famis & laborū tolerantiā incredibilē videmus: ſi modo Duces habeāt tales, quibus virtutū ſuarum ſpecimina edere ac probare queant. ET tamē etiā ad Tyrociniū nullus vagus, veteranus, cenſibus obnoxius, quiue ſit alienum mancipium accedere edicto Valentis Imp. permittebatur: niſi fortaſsis in clade Reipub. inſigni.

QVOD aūt Lithuani, & Samogitæ: item Prutheni, et Pomerani: prę-terea Zatorieñ. & Oſſvvyaczim. ac Scepuſieñ. necnō Moldaui iuxta facultatem, vel alioquin iuxta pacta auxilia Polonis & Ruthenis cōtra hoſtes illorū quoslibet dare, & ferre teneātur. Lex xxi. Quam ex illorū Priuilegiis, & cum Regno vnionibus Libro quinto contentis vide.

FOEDERati etiā populi ſua auxilia cōferant. de quibus ſupra Libro 5. Cap. 12. de fœderatis vide. In rebus tamen dubiis, nihil temere eſt expectandum ab amicis Aeſopi Caſsita admonet.

PORRO inter ea dum bellandū eſt cum uno hoſte, fœdera cum aliis percutiantur: eaq; vt ſint rata, faciundum eſt periculum, ne tempore difficili irritentur, & fracta fides noceat.

Et quamq̄

ET quamq; Nobiles, qui militare ratiōe bonorū non tenent, libere de Regno ad ſeruitia honeſta, ſi forte domi nulla habeant: vel ſi ardua Reipub. neceſsitas id patiatur: exire poſſunt. viritim tamē, non collecto exercitu id facient. Lex xxij. Quam Libro j. Cap. 4. Artic. 15. vide.

NE tamen Coloni extra Regnum mittantur. Lex xxiij. Quam Lib. j. Capitulo xvij. Articulo vij. uide.

NEQVE etiam Equites e Regno expellantur. Lex xxiiij. Quam Libro ij. Capitulo v. Articulo iiij. uide.

COMMENT.

SI PAX, eiusq; tot cōmoda retineri nequeāt: ita, vt neceſſario bellū eiusq; tot mala ſuſcipienda ſint: ne cum pœnitentia, & dedecore, inprimisq; iactura Reipub. illud deponere cogamur: Primo omniū, poſt Dei auxilium, vires tam hoſtiles expendendę, q̄ proprię recenſendę ſunt, ad hunc vtiq; modum, niſi fallor, quē ex ipſis patrię Legibus deſcripſi. ita vt nō ſolum cōſideretur, quā iuſta, et honeſta ſit in hoc bello gerendo tua voluntas: verum etiā vt eius ſuſtinendi a te habeatur facultas. In quo qdem ipſo animaduertendū eſt, ne vel temere deſperes propter ignauiam, vel nimis propter cupiditatē cōfidas, vt ait Cic. Quod ſi inferiorē te viribus agnoſcas, arte, qď deeſt viribus, eſt addendū: & vt dicitur, Qua deeſt pellis leonina, aſſuenda eſt vulpina. Sed anteq̄ dicamus de haſtibus ſeu Stratagematibus in hoſtem iniurioſum cōceſsis, de iuſtis ac veris Reipub. viribus prīcipio agamus. Atq; ob id ſtatim eſt reputandū, Quia vt OECOnomia ex DOmo, VIro & vxore, ac BOue aratore cōſtat: ita RES MILItaris in ARces & VRBes, item ARma, VIRosq;, ex quibus itidem cōſtat: diuidit. Quod enī in Oeconomia ſunt DOMVS quæ ab iniuriis cœli familiā defendunt: Item OECOnomus, qui domui præeſt: præterea BOues cum omnibus ruſticis inſtrumētis agro purgando neceſſariis: hoc in RE MILItari ſunt, vt equidē arbitror, ARCES & VRBES quæ a vi hoſtium incurrentiū Ciues, vel alioqui imbellē turbā cum facultatibus eorū recipiāt: Item REX, q tot periculis obuiam eat: præterea EQVItes & Pedites qui omni genere armorum inſtructi, Regē adiuuent. Si aūt PATRISFAmilias intereſt, vbi, & qua forma DOMum cōtra imbres, aliasq; incommoditates depellēdas, cōmoditates vero accerſendas ponat: omnino in RE q̄q; MILITAri REGIS prouidere intereſt, quo loco, quaue forma, ac robore, ARCes, vel VRBes, recipiēdo populo cōtra vim hoſtiū, incōmodaq; oppugnationū, & commoda munitionū neceſſariæ ædificent. Vt enī in BELLO gerendo, de PACE cōſtituenda: ita in PACE DE BELLO gerēdo eſt bene antea cogitandū: neq; ocio ſed exercitatiōi militari, nō etiā profundendis luxu ſed cōparandis parſimonia rebus bello neceſſariis ſtudendū, vt Reſp. etiā in pace, quaſi qdam exercitus ad bellum ſemper inſtructa eſſe videat. Nemo enī ignorat (vt Seſellius de Rep. Galliæ ſcribit) quā ſit neceſſe, habere in finibus propugnacula q̄ munitiſsima. Nam vnum aliqď oppidum bene munitū, ac rebus neceſſariis inſtructū, ad tolerandā obſidionem, ad alendū præſidia militum, & ad ſuſtinendū vim hoſtilē, donec ei ſubueniatur, maximum ſæpe momentū toti Regno ad ſalutē adfert. qď cum alias frequēter, tum hac memoria nō ſemel cognitum eſt. In hanc ergo curā Rex diligēter incumbat, & ſumptum in eā rem faciat, & pecuniā ad certum tempus, in hūc vſum imperet, iis præſertī qui fines incolunt, & q tempore belli receptū habituri ſint in ea loca, quæ cōtra vim & impetus hoſtium ædificant. Pacis aūt tempore his rebꝰ vacandū eſt. nam & populus multo minus grauat, & opus ipſum in ocio melius perficit, & cum bellū incidit, nō ita perturbant homines, vt fieri neceſſe eſt, cum repente ac tumultuoſe ad laborē accurritur. Tum enī hoc etiā eſt incōmodi, qď in ea feſtinatiōe nihil ad diuturnitatē ædificari poteſt. Verum in eo ſæpe peccat, maximo & Regis & populi detrimēto: quāobrem, qbus earum rerum eſt demandata cura, ii, certe magnopere ꝓuidere debent, ſi ſunt Reipub. amantes, vt oportune ſuoq; tempore ſingula adminiſtrent. Quoniā vero & nō omnes ſunt ad eiuſmodi res idonei, & plerīq; ſuis fere ſtudēt cōmodis: erit ex vſu Reip. ſi Rex, cum ei per negocia vacat, circumſpaciet per omnes Prouīcias, & Regni fines inprimis accedat, vt cuiuſmōi fiant locorū munitōes, & quomodo populus gubernet, & an præ fecti, in ſuo qq; genere, officio fungant, ipſe cognoſcat. Quocūq; aūt acceſſerit, populi

Domus, Oeconomo, & Boui in re familiari. Arces & Vrbes, Rex, & Equites armati in re Militari conferuntur.

Arces & Vrbes in Reg. ſunt neceſſaria.

Vrbes munitæ reprimūt hoſtilē incurſum

Tempore pacis ædificandum.

Feſtinatæ ædificationes ſumptuoſæ, malæ tamen.

Rex per omnes Reg. Prouincias circūſpacietur, munitiōes videre, facere quemq; ſuum officium cogat.

rit, populi ſalutẽ ſibi eſſe curæ declarabit, & eos qui quaq; de re querent, benigne patienterq; audiet, & qđ iniquum eſſe cognouerit, emẽdabit. Nam hoc ipſo beneuolentiã & animos hominũ, multo magis quã ſi literis tantũ & mandatis rem ageret, ſibi cõciliat, & omnis generis præfectos ac belli Duces, in officio ac metu cõtinet, & illos in quorum agros peruenerit, queſtu auget. qđ in finib. maxime eſt neceſſarium, vt videlicet homines, qui ſumptum plusq̃ reliqui facere cogunt, ſint q̃ maxime pecunioſi. De qua qdem Regis circum fines Regni peruagatiõe, muniendisq; eius finibus, & qua nã ratiõe Princeps cõparet ſibi beneuolentiam apud ſubditos: noſter quoq; STANISLAVS ORICHOuius ad Regẽ SIG. AVG. nuper ita ſcripſit. Cum fœnerator vrbem querat, Cauſidicus forum, Arator agrum: Regi quoq; vt in Repub. ſummo artifici, pro ratiõe ſuæ artis, aptus locus deligendus eſt.

Regi aptus locus eſt deligendus.

Quia vero idẽ REX IVDEX & CVſtos Regni eſt: cum intra ſatis temporis cognoſcendis ſubditorũ cauſis dederit, cuſtodiæ Regni reliquum temporis tribuat.

Rex ut cuſtos Regni ad oras Regni ſeſe conferat.

CVStodi aũt locus a natura, non intra, ſed extra eas res quas cuſtodit eſt attributus. vt generoſus canis nõ intra ouile ſed extra cubat, quo facilius ſentiat lupos, perſequaturq;, & arceat: cõtra ſegnis & degener latitat poſt oues, & interdũ in ſinum paſtoris turpiter refugit. Miſſis ergo vrbibus, quę & intra Regnum ſunt, & voluptatũ illecebris plęnæ ſunt: in oras Regni, quas metus hoſtis premit maximę, Rex ſeſe cõferat: & quæ vel ædificandis arcibus, vel diſponẽdis præſidiis viui bellorũ neceſſaria ſunt, tempori prouideat: ſemperq; ad excipiendã vim hoſtis paratũ ſeſe declaret.

Labor & metus duo fortitudinis magiſtri

ita in labore & metu (hoc eſt cũ duobus optimis fortitudinis magiſtris viuens) nõ trepidabit ad pericula ſubito venietia: quinimo tam hoſtibus formidabilis erit, quã Ciuibus ſuis ſtabilimentũ videbit. Multum enĩ pollicet ſibi ille de certa victoria, qui vel hoſti venienti occurrit, vel illum vltro ad certamen inuitat.

Duabus potiſsimũ artib. ſubditorum beneuolentia a Principe comparatur.

Sed quãdo equeſter ordo præcipuũ Regni firmamentũ eſt, hunc duabus potiſsimũ rebus Rex ſibi adiunget; Prima qdem ſi nil ſui Rex in Regno eſſe dicat, ſed totum Reipub. adſcribat: ſe aũt illius tãtum CVSTodem fateatur, non dominũ. Eo pacto & ſuſpicionẽ auariciæ effugiet, & ſpe libertatis omnes ad ſe amandum alliciet. Altera vero res eſt quæ ad conciliandã beneuolẽtiam ſubditorum valet plurimũ, ſi eos quos illi Principes ſui ordinis eſſe dixerint, Rex clementer fuerit cõplexus: in quibus omnes illi ſe magnifieri putabunt.

Sed cum iam ipſum Regẽ in oras Regni producemus: quæ de ipſis arcibus vel vrbibus ædificandis, muniẽdis, expugnandis, vel cõſeruandis ſentimus, aut apud alios qui de re militari ſcripſerũt legimus, hic quoq; ei fideliter exponamus, ne accendiſſe lucernã, nihil aũt olei infundiſſe videamur. At ne quis vel rem ſumptuoſam, vel inutilẽ me ſuaſiſſe putet, is omnino ſciat Vegetii dictũ verũ eſſe, qđ hic q deſyderat pacẽ, bellũ preparare debet: q impreſsionẽ timet, muniat vrbes: q victoriã cupit, inſtruat militẽ diligent. q ſecũdos optat euẽtus, dimicet arte nõ caſu. Nemo prouocare, nemo audet offendere, quẽ intelligit ſuperiorẽ eſſe futurum, ſi pugnet.

¶ Conſilia ædificandarum Vrbium.

Arces, & Ciuitates, aut opere, aut natura: aut vtroq; debent muniri. Ex Vegetio libr. 4.

Igitur Vrbes atq; Caſtella, aut natura muniunt, aut manu, aut vtroq;: qđ firmius ducitur. Natura, aut loco edito, vel abrupto, aut circumfuſo mari, ſiue paludibus, vel fluminibus: Manu, foſsis, ac muris. In illo naturali beneficio tutiſsimũ eligẽtis conſiliũ, in plano queritur fundantis induſtria. Videmus enĩ antiqſsimas Ciuitates ita in campis patentibus cõſtitutas, vt deficiente auxilio locorũ: arte tamẽ & opere redderentur inuictæ.

Non directos ſed anguloſos muros faciundos.

Ambitum muri directũ veteres ducere noluerũt, ne ad ictus arietum eſſet expoſitus: ſed ſinuoſis anfractibus iactis fundamẽtis clauſere vrbes, crebrioresq; turres in ipſis angulis ediderunt. Propterea, quia ſi quis ad murum tali ordinatione conſtructum vel ſcalas vel machinas voluerit admouere, nõ ſolum a frõte: ſed etiã a lateribus & prope a tergo veluti in ſinum circumcluſus telis opprimitur.

Turres aũt vel rotundas, vel angulis ita ad excipiendos ictus expoſitas faciebant: vt tela & globi nõ in pariete oppoſitum, ſed vel in angulos inciderẽt, vel certe, ſi ab eis parum deflecterent, ſine vllo periculo deſilirent in partem.

Quemadmodũ murus nunq̃ poſsit demoliri. Ex Vegetio libr. 4.

Murus aũt vt nunq̃ poſsit elidi hac ratiõe perficitur. Interuallo citra vel vltra decẽ pedum interpoſito, duo intrinſecus parietes fabricant. Deinde terra quæ de foſsis fuerit egeſta, inter illos mittit, vectibusq; denſatur: ita vt a muro primus paries pa-

rum inferi

rum inferior, ſecundus longe minor ducat: vt de plano Ciuitatis ad ſimilitudinē graduum quaſi cliuo molliuſq; ad propugnacula poſsit aſcendi. Quia ſic nec murus vllis poteſt arietibus globiſue rumpi, quē terra cōfirmat: et quis caſu deſtructis lapidib. ea quę int̃ parietes denſata fuerit, ad muri vicē ingruentib. moles obſiſtit.

Quales munitiões in Polonia cōmodiores & faciliore ſumptu parabiliores ſint ℥.

Quare & hoc genus munitionū optimum, ac minimo ſumptu parabile eſſe videtur: gleba ex foſsis circūducendis egeſta, cum lapidibus cemētoq;, inter binos & binos parietes ex roboribus cōtignandos, & interuallatī in formā propugnaculorum diſponendos: interiecta, præſertī ſi in lutulento, aut ſaltē humido loco (vt a ſuffoſione, & agendis ſubterraneis cuniculis nihil periculi immineat) ſit ædificādum: præter ea, ſi roborū maior quā lapidum, vel laterum ſit copia in propinquo. Nam ab iaculis igneis foris, argilla circumpoſita, robora defendi poſſunt.

De cataractis, & portis, ne exurantur ab ignibus.

Ex Vegetio.

Cauetur præterea, ne portæ ſubiectis ignibus exurant̃. Propter qđ ſunt coriis & ferro aut ſaltē argilla tegendæ. Sed præſtat, vt ante portā addatur ꝑpugnaculum. In cuius ingreſſu ponitur cataracta, quę annulis ferreis ac funibus pendet: vt ſi hoſtes intrauerint, demiſſa eadē extinguant̃ incluſi. Ita tamen ſupra portam murus eſt ordinandus: vt accipiat foramina, per quæ de ſuperiore parte effuſa aqua, ſubiectum extinguat incendium.

De foſsis faciendis.

Foſſæ aūt ante vrbes altiſsimæ latiſsimæq; faciendæ ſunt, vt nec poſsint coæquari repleriq; ab obſidentibus: & cum aquis cœperint inundari, ab aduerſario cuniculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus ſubterraneum peragi, earum altitudine & inundatione prohibetur.

ℂ Conſilia oppugnandarum Vrbium.

Tametſi longe regalius eſt Vrbes cōdere, qđ hoc cōſociando propagādoq; generi humano longe eſt vtiliſsimū: quā cōditas demoliri, qđ vno hoc telo multa millia hominū peſſundari ſoleant, victoris periculo; Nihilominus cum vel dñs ipſius Ciuitatis, vel potius ipſamet Ciuitas deliquerit, tum vero expugnatiōes ipſarū vrbium æque ac bella Politicis Magiſtratib. conceſſa ſunt: non vindicantiū iniuriā, ſed delinquentis malo. De qbus quidem oppugnādis ac defendendis partī Imperatorū magnorū, partī noſtrā bona cum venia lectorum hic adferemus opinionē, vt ſi quādoq; vel oppugnādi vel defendendi vrbes neceſsitas noſtris q̊q; hominib. cōtingat, habeāt exempla in illuſtri loco poſita quæ ſequant̃, vel etiā ſi minus ꝓbentur, vitent, aut anteuertāt.

Ante urbis oppugnatione quid obſeſſori eſt faciendum.

Ex Iacobi Purliliarum Comitis libello, hic quædam deſumpta ſunt.

Igitur priuſq̃ ab vrbem cum exercitu oppugnandā accedamus, conſiliū eſt, vt ipſius vrbis Ciues & primates benignis verbis, necnō ſitibundus diuitiarū populus liberalitate ac munificentia ad deditionē prouocentur. Nam magna eſt Imperatori gloria, & fauor apud milites non vulgaris, optatam victoriam ſine vllo militum ſuorum ſanguine conſequi.

De ſitu urbis ab Imp. primo inſpiciendo.

Sed Imperator vrbis ſitum accurate propriis inſpicere oculis debet, anteq̃ cū exercitu ad propugnandā, vel obſidendā eam accedat. Nam ex vna magis, quā ex altera parte vrbem aggredi, vel obſidere, qd aliud eſt profecto, quā & eam vel expugnare, & vel non cum damno, vel ſine exercitu caſtra habere: quare omnē vrbis ſitum diligent̃ iterum atq; iterum prudens cōſideret Imperator, ex eoq; cōſilium capiet, qua vrbis parte eam aggredi, vel obſidere expediat.

Qua parte facilior urbs eſt, ea, ut incuſtodita relinquatur a Ciuib9: quid faciendum ℥.

Nam omnes fere vrbes & oppida ex vna magis quā ex altera parte habiles ad expugnandū exiſtunt. quare qua vrbis parte difficilior & perículoſior oppugnatio eſt, ex ea iubere debet Imperator omnes tubas canere, vt earum horribili clangore exciti vrbis defenſores, & perterriti illuc accurant: & ſic aliquā ipſam vrbis partem minus cuſtoditā relinquāt, & ex ea faciliorē nobis vrbis oppugnationē reddant. Nam procul dubio, vbi rari ſunt defenſores, facilius minoriq; cum exercitus clade muros aſcendimus, & pauci a multis certe cōtemnunt̃, & haud difficile opprimunt̃. Sed facilius munitiorē vrbis partem deſerent defenſores, ſi debiliorē totis viribus oppugnari vident. qua ex re conſiliū eſt, vt accepta robuſtioris exercitus parte, munitiorē, ob idq; minus dubiā & cuſtoditā vrbis partē aggrediantur. ex loci tamen ſitu & defenſorum numero conſilium capiat Imperator.

Alioquin abſtinendū ab oppugnatiōe earum urbium, quib9 auxilia ſunt certa.

Sed ab illius Oppidi, vel Vrbis oppugnatiōe, ſeu obſidiōe, cui indies auxilia, nobis etiā inuitis, ſubmitti poſſunt, omnino deſiſtendū eſt. Nam ex huiuſmōi quotidiana auxilii ſubmiſsiōe eorū oppugnatio, ſeu obſidio difficillima reddit̃: immo impoſsibile pene eſt, huiuſmodi Vrbes vel Oppida ſubigere, cum integri pro ſauciis

quotidie ſubmittant,nec deſint illis neceſſaria ad victum. Aduerſus tamẽ huiuſmodi Oppida,ſeu Vrbes:vti celeri & inopinata oppugnatiõe,nõ improbamus.

In magnarum urbiũ obſidione, qd agẽũ ſ.

In obſidendis aũt magno ambitu Vrbibus,ſummo ſtudio curandũ eſt,vt publicæ latis altiſqꝫ foueis.haud longe ab Vrbe intercidant vię,ligneiſqꝫ turribus fortiter muniant,ne qua repentina ex Vrbe eruptio fiat, quę magna exercitibus incommoda afferre conſueuit. Deinde amplæ inter obſidentium Caſtra fiãt vię,vt vna exercitus pars alteri auxilio cito ac tuto eſſe poſsit, ſi res exigat.

Obſeſſor quas munitiones circum Vrbem facere debet.

In obſidendis item Vrbibus,ſeu Caſtellis perutile eſt conſiliũ,vt alta circumdetur foſſa,deinde aggeres & deſuper frequentes excitent turres,ne facile egredi obſeſſis Vrbem liceat,aut alicui introeundi facultas concedat. alias haud facile capientur obſidiõe munitę Vrbes,aut Caſtella. Nam & externa in tempore accerſere auxilia,& q̃ in ſtatu res ſuæ ſint, & Reges & Pricipes ſuos ſigillatim admonere poterunt, quantũqꝫ in Vrbe cõmeatus ſit, & quantũ temporis moleſtã ferre poſsint obſidionẽ. Et ſi fortaſſe cõtigerit nimiũ obſtinate & Caſtella & Vrbes ab hoſtibꝰ defendi,tunc conſiliũ eſt,vt capta Vrbe vel vi vel deditiõe,pugnantiũ manus abſcindi iubeat Imperator:vt eorum grauis pœna & diuturna in aliorũ manifeſtum trãſeat exemplum,ne tã obſtinati in ſua perſiſtant opiniõe,& obſidiõem perferãt.

Vrbi obſeſſa promittatur militib. in prædam.

Expedit ꝗqꝫ maxime in munitiſsimæ Vrbis oppugnatiõe, generali Imperatoris edicto,vniuerſo ſignificare exercitui captæ Vrbis prędã militum fore.ea enim dulci lucri ſpe omnes ad Vrbis oppugnationẽ accendent milites,& robuſtiores fient: neqꝫ vi vlla, nec maxime quidem, ab eius captiuitate arceri poterint. tanta eſt mortalibus peſsimi lucri auiditas, & inſatiabilis cupiditas.

De continua urbis oppugnatione.

Neqꝫ eſt dubitandũ, etiã munitiſsimã quãqꝫ exercitum fortiẽ aggredi Vrbem, ſi eã maxime ab ignauis & præliis penitus inſuetis viris tueri cognouerimus. nam nõ altiſsimæ turres, nõ lata mænia, pauidos viros & bellicæ rei ignaros, omniaqꝫ timentes, ſatis ꝓtegent: timor animi auribus officit. quare omni poſtpoſita mora cum ad huiuſmõi cuſtoditas viris Vrbes deueneris,illas corona cingere,& ſtrenue aggredi minime verearis:clamore,ſtrepitu,cœlum,terrãqꝫ replendo:eas nãqꝫ paruo exercitus labore & eo qdem incruento,expugnabis.verum nõ laxandum prelium memineris,donec nõ ipſa potitus ſis Vrbe,ne ex ſegni oppugnatione illis & animus & vires augeſcant,& tui deficiãt, & ſic difficilior indies Vrbis reddat op⸗ (pugnatio.

Si pauci milites ſunt in urbe continuo oppugnetur.

Porro vbi parua eſt multitudo,quę Vrbem tueat,conſiliũ eſt,eam corona cingere,die noctuqꝫ prælio detinere,acerrimeqꝫ oppugnare,vt feſsi tãdem dedant. Nam qs tam ſtrenuus eſt & robuſtus vir, qui diu ſine quiete in viuis eſſe poſsit:ne dum acriter cum hoſtibus pugnare. quare in Vrbis oppugnatiõe diligẽter exploret Imperator, quot viris abundet: & an ſatis ſint ad eam tuendam die, noctuqꝫ, ſi prælio illam aggredi & oppugnare vellet.

Alioqui ſi eſt ulla ſeditionis ſpes in urbe futuræ: oppugnatio differatur.

Alioquin vbi aliqua ſpes eſt in Vrbe quã obſidemus,ſeditionẽ moueri,conſilium erit,vt oppugnatio differat:q̃niam celerius,& qđ admodũ glorioſum eſt,in cruento exercitu, in tumultu illo Vrbs capiet. Omnem igit ad occaſionem intentus ſit Imperator ne ea prætermiſſa magnũ illi poſtmodũ ſequat incõmodum. Hoc idẽ ſeruandum erit,ne cum hoſtibus manus cõſeramus,ſi ſpes vlla erit, quod in hoſtium Caſtris ſeditio aliqua oriatur,aut tumultus excitet:

Agris primũ potiundum,poſtea urbes aggrediendæ.

Neqꝫ prius Vrbes, Oppidaue aggredi debemus,quã vniuerſum Vrbis vel Oppidi agrum in noſtrã redegerimus ditionem,Nam ſi agri partem Vrbs vel Oppidum in ſua habeat poteſtate,haud facile capient:ſed diutius fruſtra ibi tempus teretur,q̃ fortaſsis & maiores Vrbes & Oppida caperent. Et hoc cõſilio ſemper virilis ſpiritus mulieres vſę ſunt Amazones,quę nõ prius Vrbem aggrediebant,q̃ vniuerſo potitæ eſſent agro.

Quomodo in urbem ſunt mittendæ literæ.

In Caſtra & Vrbem, vel extra, mitti poſſunt Literæ ſagittis alligatæ. Quæ quidẽ vtiles eſſe poſſunt, ſi ſeditionem inter Duces Ciuitatis immittant.

Nocte uel pluuioſo tempore urbes maxime capiendæ.

Si Vrbes & Oppida abſqꝫ vllo militũ ſanguine acquiri poſſent,maximæ hoc Imperatori gloriæ apud milites ſuos cederet:apud hoſtes vero terrori eſſet,qđ ſingulari prudentia ſua incruento exercitu tanta potitus eſſet victoria.milites ꝗqꝫ ſuos ad quæcũqꝫ etiã difficillima opera peragenda,magna Imperatoris peritia cõfiſos, promptos,paratoſqꝫ in poſterũ habebit ſemper. Quare omnia prius experiri cõſilio,quã armis, prudentẽ decet Imperatorẽ,q̃ maiora fere ſemper gerunt bella,quã virib. nocte igit,& imbre cadẽte,Vrbes & Oppida maxime capient,diripientqꝫ.

Inter aũ

Obſidendi multa ſunt genera.

Inter aũt oppugnationũ & defenſionũ multa genera, cõperimus & hæc eſſe omnium vſitatiſsima. Cum aduerſarius opportunis locis præſidiis ordinatis, cõtinuis inſultibus oppugnat obſeſſos. vt nec ſpaciũ requieſcendi, tãtoq; minus dormiẽdi, aut vires reficiendi det; qua quidem re ſæpe efficit, vt obſeſsi tametſi viribus, tormentis, atq; cõmeatu abundent: perpetua tamẽ vigilia, atq; ſtatione confecti, vel ſponte viribus diffiſi, vel victi tanquã pecora mactandos ſe hoſtibus tradant.

Eodem referũ & illud ſtratagema, Qđ aliquãdo etiã hoſtis turbam pecorum & captiuorũ ad muros agit, vt Ciues omnẽ vel ſaltem plurimã vim globorum ac telorum primo eiaculẽt in eos: poſt modũ fortiſsimos quoſq; impune muris admittit, q vel ſcalis admotis muros aſcendunt, vel potius antea muris vi tormentorũ demolitis, euerſiſue pulueribus pixidariis per cuniculos ſubterraneos ſuppoſitis, foramen occupãt. Quod ſi nõ perficiunt, at ſaltem cadauerũ fœtore Ciues fatigant, atq; etiã inde aere infecto peſtilentia necãt. Item vtile genus oppugnatiõis eſt, cum aduerſarius vel aqua ꝓhibet incluſos, vel deditionẽ ſperat a fame: quãdo omnes ꝓhibuerit cõmeatus, Hoc enĩ cõſilio, ipſe ocioſus ac tutius fatigat inimicũ.

Vrbes etiã munitiſsimę eminus ex mõte, ſi q ei imminet: vel ex vallo, ſi per aquas quã propinquiſsime noctu cõtra Vrbem erigi poteſt, admotis tormẽtis demoliri ſolent. Quod ſi muri fortes atq; alti ſint, altius vallum erigiũ, vt illis præteritis, tela & globi tectis incidant, eaq; frangant. Porro PALVdes ſi altæ ſint, roboribus: vel ſi vadabiles, ex rubetis ac terra deſuper ingeſta factis pontoniis ſterni, & in ſpeciẽ aridæ redigi ſolent. præſertĩ ſi ſyluæ in propinquo fiant. Alioqui fame & populatiõibus Vrbs premiũ. vel etiã cadaueribus tam ad Vrbem fluentes, quã circũ ſtagnantes aquę, vna cum aere, & vento inficiunũ. Ad hæc proditiões internæ q̃uis malo Vrbibus nocẽtiores ſunt. Eæ vero vel hoſtium pollicitatiõibus ſummis fiũt: vel ſi hoſtis ſimulat, & quacũq; via rumorẽ ſpargit, aliquẽ Ducum ſibi Vrbem eſſe proditorũ. ſic enĩ nõ ſolum Duces diſiungit, verũ etiã eos in mutuã cędẽ agit.

Quid agendum vbi timetur eruptio.

Vbi vero timetur eruptio, tam ex Vrbe quã ex hoſtiũ exercitu, extra Vrbem erigendi ſunt aggeres vtrinq;, & turres lignee excitandę, vt tutus exercitus ab vtraq; parte ſit. Nam eruptiones maxima plærũq; exercitibus incõmoda afferre ſolent: immo qa frequenũ ex impulſo accidũt, ad vltimã vſq; perniciẽ exercitus adducere cõſueuere. tãta eſt inopinata eruptiõis vis, qua pene victus ſępe victor euadit.

De aſtucia ad urbem capiendam.

Quod ſi Vrbem aliquã vi capere nequis, & obſidio nimis fortaſſe longa futura eſt, vt Imperator longe ab Vrbe recedat, & hac illac cum exercitu celeri modo Vrbẽ verſus, modo longo proficiſcaũ itinere, poſt modũq; ex improuiſo ipſam adoriatur, quam attonitam frequenti exercitus mutatione omnino capiet.

Capta urbe templa ne ſpolientur.

Sed caueãt milites, Dei optimi & maximi templa impie ſpoliare, ne illis fortiter iraſcatur. Nam ex huiuſmõi crudeli & ſacrilega templorũ ſpoliatiõe, magna vel ingentia potius exercitus damna ſequunũ: neq; vlla ſcripturę memoria, aut diebus noſtris vnq̃ cõpertum fuit, aliquem exercitũ tãtum nefas impune perpetraſſe. A templorũ ergo rapina nõ minus, quã a mortalib. hoſtib. & plus certe caueat. Nam nullum eſt pernicioſius in humano genere, & ineuitabilius, quã Dei bellum.

Etiam parcendum alijs deditis.

In noua aũt Vrbis vel Prouincię deditiõe, ad alliciendũ hominũ animos ad beneuolentiã, omnia onera ad tẽpus remitti debẽt, necnõ & carceres recludi, & Libri condẽnatorii cõburi, & deniq; nullũ genus aut liberalitatis aut humanitatis & clementiæ erga illos omitti debet, quo intelligere valeãt, illos miro amore, ineffabili charitate, ingentiq; beneuolẽtia proſequi.

De eodem.

Libertatẽ illibatã omnino ſeruet, imo augeat Imperator captis Prouinciis, Vrbibus, vel Oppidis. Nam nihil eſt, qđ captiuorũ animos magis alliciat ad beneuolentiã & amorẽ, necnõ & antiqui domini obliuionẽ, quã intactã illis libertatẽ & ſeruare & augere: qua nihil dulcius in hac vita, nihil ſuauius mortalibus contingere poteſt, pro qua & horribilẽ mortem ſubire nemo vnq̃ ſanus mente recuſat.

Cicer. in Offic. lib. 1.

Item in euertendis Vrbibus, diripiendiſq;, valde illud Imperator cõſiderabit, ne qd temere, ne qd crudeliũ fiat. Idq; eſt magnanimi viri, rebus agitatis, punire ſontes, multitudinẽ cõſeruare, & in omni fortuna recta atq; honeſta retinere.

Ex Adamarij Lorichij de inſtit. Princ. Euerſis urbibus quibus eſt parcendum.

Vnde Ageſilaus ille magnus Lacedemoniorum Rex crebro ſolitus fuit in conciõe admonere milites ſuos, ne captiuos, vt facinoroſos cruciarẽt, ſed vt homines ſeruarẽt. Infantibus etiã in bello captis parcerent, Hos vt in vnum locũ cõportarenũ, iuſsit, ne mutatis Caſtris relicti perirent.

Eandem

Eandẽ curã voluit impendi ſenibus captiuis,ne q̃niam ſe qui nõ poſſent,a canibus
Er. in apo. lupiſue diſcerperent. Hæc aũt humanitas Regi nõ ſolum aliorũ, verum etiã ca-
ptiuorũ mire beneuolentiã cõciliauit. Et nunc hoĩes ſibi vident,qui trucidatis in-
fantibus,ac ſenibus, eam ætatẽ abducunt,quæ vel libidini apta eſt, vel labori, vel
Cyrus a direptiõe ur vtriq;.Quo progreſſa eſt immanis illa feritas? Multo iuſtiores oli Ethnici. Crœſus
bis temperauit. cum videret Vrbe capta, Cyri milites magno tumultu diſcurſantes, rogabat quid
nam facerent:Cui reſpõdenti,facere eos, qđ victor exercitus ſolet, diripere bona
Er. in prin. inſtit. Ciuium.Quid,inqt,audio:An nõ hæc iam tua ſunt, q me viciſti? Cur igr̃ iſti tua
populant̃? Hac voce monitus Cyrus, militẽ a direptiõe coercuit. Eadẽ ſemper o-
portebit obuerſari Prĩcipis aĩo: Hęc quę extorquent̃ mea ſunt,q iniuriis afficiũt̃
mei ſunt, q ſpoliãt̃ & atterunt̃ mei ſunt.Quicqd in hos peccat̃,in me ipſũ peccat̃.
Is tantũ qui deliquit, Item propter vnius delictũ hominis Princeps nõ delebit totã aliquã Ciuitatẽ. Sic
puniatur, nõ omnes. cum in AbelaCiuitate Sibam oppugnaret Ioab,& exercitus deſtruere muros ni-
teretur,ad ſapientẽ mulierẽ Ciuem,inqt: Non demoliar Ciuitatẽ. Tradite ſolum
hoſtem mihi,& recedemus a Ciuitate.Et ait mulier ad Ioab:Ecce caput eius mit-
tetur ad te per murum,Ingreſſa eſt ergo ad omnẽ populũ,& locuta eſt eis ſapient̃:
Qui abſciſſam caput Sibę ꝓiecerunt ad Ioab,& ille cecinit tuba,& receſſerũt ab
Er. 5. apo. Item: Rebus fœlicit̃ in bello geſtis,tum maxime,cum populus maxi- (Vrbe.
Etiam rebus bene ge- me indulget genio,vigilandũ eſt Principi,Huic nõ oportet vnq̃ vacare,genialiter
ſtis Imp.nunquam ge viuere.Sic olim,cum feſtũ diem celebraret,omneſq; cõpotatiõibus & libidini in-
nio indulgebit. dulgerẽt,Epaminundas Thebanorũ Dux cuidã familiariũ factus eſt obuiã ſqua-
Plu. in ap. lidus & cogitabũdus. Admirãte illo,rogãteq; qd tãdem eſſet rei,qđ ſolus ad eũ af-
fectus modũ obãbularet? vt vobis,inqt,omnibus ebrios, & ſocordes eſſe liceat.
sacris,literis,artificũ Item:Sacra,literarũ & artificum nobilium monumenta cõſueruabit integra,cun-
monumentis, & eru- ctis ab iniuriis defenſa. Viris item & virtutibus,& eruditiõe cõſpicuis parci iube-
ditis parcet. bit. Sic captis Syracuſis M. Marcellus Imperator,machinatiõib. archimedis Phi-
Val. lib. 8. cap. 7. loſophi, multum ac diu victoriã ſuã inhibitã ſenſerat, eximia tamẽ hominis pru-
dentia delectatus,vt capiti illius parceret̃,edixit:pene tantũ gloriæ in Archimede
ſeruato,quantũ in oppreſsis Syracuſis hoſtis reponens.Et Dux inclytus Demetri-
us,cũ Rhodũ obſideret,ędes quę extra muros Vrbis erant,vaſtare,& igni parabat
abſumere.In iis ædibus erat memoratiſsima illa imago Hyaliſi Protogenis manu
Gel. lib. 15. cap. 31. facta,pictoris illuſtris,Cuius operis pulchritudinẽ pręſtantiãq; ira percitus Rho-
diis inuidebat.Mittũt Rhodii Legatos ad Demetriũ cum his verbis: Quæ malũ,
inqunt,ratio eſt,vt tu imaginẽ iſtã velis incendio ædium facto,diſperdere.Nam ſi
nos omnes ſuperaueris,ac Oppidũ hoc totum cœperis,imagine q̃q; illa integra &
incolumi per victoriã potieris.Si vero nos vincere obſidẽdo nequeris,petimus cõ-
ſideres, ne turpe tibi ſit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum
Protogene mortuo geſsiſſe. Hoc vbi ex Legatis audiuit,oppugnatione deſita, &
imagini & Ciuitati pepercit.

De Imperatore Exercitui ducẽdo uel Vrbi defendẽdæ neceſsario.

Imperatorum genus. Talem exercitus tui,vel Vrbis in Imperatorẽ eligas virum velim,q generoſo ſan-
guine ortus ſit, q; nihil pręter malã famã in vita timeat,viciiſq; omnibus careat.
Nam q aliis imperare vult,ſibiipſi prius imperare eum decens eſt. Vbi enĩ appeti
Mores pudici & li- tus dominat̃,ceſſat ratio:qua ſine,figura tantũ,nõ re hoĩes dici poſſumus.Sed pręſ-
berales. ſertĩ LVXVria & AVARicia, ab omnis ꝓcul dubio fugiendis viciis,carere de-
bet:NAM magnos hæc duo ſcelera & innumerabiles qdem pariũt effectus.LV-
XVria enĩ Imparatorẽ reddit infamẽ, & amicis & inimicis contęmnibilẽ: & qđ
deterius eſt, exercitũ q̃q; turpitudinis ſuæ imitatorẽ facit. qua ex re muliebris cũ
Imperatore,qđ admodũ dedecoroſum,efficit̃ exercitus:& dum molli Veneri ope
ram dant,fortem Martẽ deſerũt.Nam vires & animi & corporis hęc improba do-
mina penitus tollit:& deniq; q̃ in viro luxuria vigebit,nulla vnq̃ virtus erit. Tanto
Luxuriæ ac uirtuti enĩ,tamq; immortali odio ſe inuicẽ luxuria & virtus proſequunt̃, vt nulla induci-
bellum perpetuum. arum,nulla vnq̃ in ipſis pacis ſit ſpes. IMPEratoris aũt AVAricia milites ſuos eti
Auaricia Imp.inuiſa am ſtrenuos,& ad maxima pericula promptos,pigriores reddit: neq; pro auari &
ideo inuiſi Imperatoris gloria, aut ꝓ victoria ſe periculis exponere volunt,cũ fru-
ſtra ſe laborẽ ſuſcipere, & pericula Imperatoris auaricia ſubire manifeſte videant
atq; cognoſcãt:ĩgã laborũ ſuorum,necnõ & periculorũ pręmium deſperãt.Sed qđ
ſingula

ſingula referre opus eſt: cū omniū malorū fōs & origo certe ſint hęc duo vicia. Prętereа FORTVnatus ſit Imperator. nā quidam adeo aduerſam patiunt̄ fortunā, vt vinci ſemper eorum peculiare ſit, neq; militum multitudo, aut fortitudo victores illos fecere vnq̄, adeo vt illis Ducibus nulla certæ victoriæ ſpes ſit. OPTimo igit̄ in Imperatore hoc præcipue requirat̄, vt q̄ maxime fortunatus ſit. ad hoc curādum eſt etiam, vt talis vir ab ineunte vſq; ætate ſub optimis MILitauerit Imperatoribus, & in exercitu magna cum gloria ordines duxerit, maiori q; ſemper honore dignus ab vniuerſo habitus fuerit exercitu, quiq; magna & ingenii ſui & artis bellicæ experimenta præbuerit, VESTIMENtis aūt æqualis cæteris ſit: neq; IMPEtu ad aliquid agendum, ſed RATIONE ducatur.

Fortunatus ſit Imperator.
Ex milite creetur.
Veſtimenta imperat. qualia?

Multa ſunt qppe vario in bello tolerāda, quę dulci in pace nō eſſent. Nam nō omnes, quas in bello patiunt̄ iniurias, ſtatī vlciſci expedit: ſed earū vltionē potius poſt peractum bellū, diſsimulatis tunc iniuriis, differre debemus ne eodē tempore plures nobis paremus hoſtes, q̊rum vim ſuſtinere nobis aut difficile admodū, aut impoſsibile ſit. NAM SVſcipere bella nihil leuius, PONEre aūt cum gloria nihil difficilius: & paruæ qdem ſcintillæ, quas minime curamus, magna quādoq; excitāt incēdia.

De patientia in bello neceſſaria.
Diſſimulandæ aliquo uſque iniuriæ.
ſuſcipere bella nihil facilius, ponere cum gloria omnium difficillimum.

Prudens Imperator, quiq; rei militaris peritiā optime callet, neq; victus, neq; victor vnq̄ qeſcere dedicit, ſed ſemper magno & inuicto animo ſeſe gerere cōſueuit. Hoc eni pacto & victū, & victorē parit̄ hoſtes perhorreſcēt, & mortalium neminem magis quā cum timebunt, abſentemq; & præſentem æque ſibi exitialem exiſtimabunt. qua ex re facile eueniet, vt huiuſmōi animi Imperator, aut honeſtam pacem, aut glorioſam de hoſtibus victoriam conſequatur.

De inuicto animo Imperatoris.

ATTAmē ſanciat̄ in VrbeLex, vt victus exercitus Imperator capitis pœna mulctetur: ſic aut vincet, aut ſtrenue pugnādo cum ſua immortali gloria ac fama morief: omniaq; maiori cura & ſollicitudīe in exercitu curabit, quā ſi nulla talis extaret Lex. neq; patiet̄ exercitū ſuum turpi ocio corrumpi, ſed in cōtinua exercitatiōe cōtinuiſq; laboribus detinebit: ſuoſq; frequent̄ admonebit milites, vt patriæ Legis memores aut vincāt, aut ſtrenue pugnādo moriant̄. eoſq; pręterea doceat, nihil eſſe viris fortiſsimis melius, q̄ in virtutis & victoriæ contentiōe vitā fortit̄ ac ſtrenue finire.

Cōſilia defendendarū urb.

Ad defendendū hoc eſt utile ut imperator præmiis & pœnis præſentiſſimis ad fortitudinem inſtituatur

Et quia in Prouinciis ſępius eſſe ſolent cōplures & Villæ, & Caſtella, quæ nullo ab hoſtibus defendi modo queunt, quare vtile cōſilium eſt, vt ea diruant̄, & incendant̄, ne inde ſibi hoſtes & cōmeatus, & alia ad victum & ſibi & equis perneceſſaria facile ſuppeditare poſsint. qđ ſi illa integra & incorrupta reliquerimus, & qd aliud q̄ belli materiā & fomentū noſtris præſtabimus hoſtibus? & nō ſolum Caſtella, aut Villas, ſed & pabula & aquarum fontes, ſi eorum in Prouincia magna eſſet penuria, corrumpere deberemus: vt magnis impenſis, nec nō & grandi exercitus incōmodo ad nos iter facere poſsint. Nam diutius deficiente cōmeatu, in Prouincia cum exercitu morari non poterunt hoſtes.

Diruat villas & Caſtella immunita cō meatūq; exurat.

Obſeſsi etiā debent aliq̄ argumento veriſimili obſidentib. oſtendere, ſeſe rebus ad ſuſtinendū diu obſidionē omnib. abundare, & maxime qbus carēt: vt deſtituti ſpe omni vrbis potiūdę, ipſam deſerāt. & iis ſępius argumētis deluſi fuerūt obſidētes.

Obſeſſorum primum officium.

SED ne in media egeſtate ſtulte ſibi placere incipiāt obſeſsi: Iam ſtatī a pricipio ad omnem vſum Ciues, quātumuis leui ſuſpiciōe pulſati, tā omnem vim telorum, tormentorū, aliorūq; armorū, inprimiſq; militum: quā omnē alimoniā victus intra muros debent ſtudioſiſsime collocare: vt ipſis exuberet ſubſtātia, aduerſarios inopia cogat abſcedere. Non ſolum aūt POrcinum: ſed & omniū ANimaliū genus, qđ incluſum ſeruari poteſt, deputari oportet ad lardum: vt adminiculo carnis frumenta ſufficiāt. Aues aūt cortales & ſine expenſa in Ciuitate nutriunt̄, & ꝑpter ægrotātes ſunt neceſſariæ. Pabula equis cōgerenda præcipue, & quæ apportari nequerint exurenda. vini, aceti, cæterarūq; frugum vel pomorū cōgerendæ ſunt copiæ: nihilq; qđ ſuis ꝓficiat, hoſtibus relinquendū eſt, Nam vt hortorū cura in viridariis domorū, vel areis exerceat̄: vtilitatis aut voluptatis ratio perſuadet. Parum aūt proficit plurimū collegiſſe, niſi ab exordio dimenſiōe ſalubri per idoneos Procuratores erogatio temperet. NVNQVAM PERICLITATI SVNT FAME, QVI FRVGAlitē inter copiā ſeruare cœperunt. Imbellis q̄q; ętas ac ſexus propter neceſsitatem victus foris frequenter excluſa eſt, ne penuria opprimeret armatos, a quibus ſæpe mœnia ſeruabantur.

Ex Vegetio.
Aues cortales.
Quæ pabula ſeruanda, et quæ cōburēda?
Erogatio parca, penu eſt locupletiſſimū.
Imbelles aliquando excludendi.

Quæ ſpecies præparandæ ſint pro defenſione murorum.

Exurimēta, ferrum, carbones, ligna, ſaxa

Exurimenta, bitumen, ſulphur, picem liquidā, oleum (qđ incendiariū vocāt) ad exurendas hoſtium machinas: cōuenit q̄q̧ preparari. Ad arma facienda ferrum vtriuſq̧ temperaturę, & carbones ſeruanť in cōditis: ligna q̄q̧ haſtilibus ſagittiſq̧ neceſſaria reponunť. Saxa rotunda de fluuiis q pro rotunditate grauiora ſunt & aptiora, mittentib. diligentiſsime colligunť: ex qbus muri replentur & turres. Minima etiā fundis ſiue fuſtibalis vel manibus iacienda. Maiora per onagros dirigūtur. Maxima vero pondere, formaq̧ velubili, in propugnaculis dirigunť: vt dimiſſa per præceps, nō ſolum hoſtes obruāt ſubeuntes: ſed etiā machinamēta cōfringant.

Rotæ.

Rotæ q̄q̧ de lignis viridibus ingentiſsimę fabricanť: vel intercifi ex validiſſimis arboribus cylidri (quas taleas vocant) vt ſint volubiles leuiganť. Quæ per pronum labentia, ſubito impetu bellatores ſternunt: equoſq̧ ſolēt deterrere.

Trabes, clauos.

Trabes q̄q̧ & tabulata vel diuerſę magnitudinis clauos ferreos eſſe oportet in promptu. Nam talibus oppugnātium machinis, per alias machinas conſueuit obſiſti. Pręcipue cum ſubditis operibus addenda ſit muris vel propugnaculis altitudo: nę aduerſariorum mobiles turres ſupereminεant & capiant Ciuitatem.

Quid faciendum ſi neruorum copia defuerit?

Neruorū q̄q̧ copiā ſummo ſtudio expedit colligi: qa onagri vel baliſtæ cæteraq̧ tormenta, niſi funibus neruinis intenta, nihil ꝓſunt. Equorū tamē ſetæ de caudis ac iubis ad baliſtas vtiles afferunť. Indubitatū vero eſt crines fœminarū in eiuſmodi tormentis nō minorē habere virtutē, Romanę neceſsitatis experimēto. Nā in obſidiōe Capitolii corruptis iugi ac longa fatigatiōę tormentis, cum neruorum

Mulierum Romanarum crines.

copia defeciſſet, matronę abſciſſos crines viris ſuis obtulere pugnātibus: reparatiſq̧ machinis aduerſariorū impetum repulerūt. Maluerunt enī pudiciſsimę fœminæ deformato ad tempus capite libere viuere cū maritis: q̄ hoſtibus integro decore ſeruire.

Cornua crudi corij.

Cornua quoq̧ vel cruda coria proficit colligi ad cataphrattas tegendas aliaq̧ machinamenta ſiue munimina.

Quid faciendum ne aquæ inopiam patiantur obſeſſi?

Magna Vrbis vtilitas eſt, ſi vel flumina pręterlabētia habeāt, vel cū perennes fontes murus includit. Qđ ſi natura nō pręſtat, cuiuslibet altitudinis effodiendi ſunt putei: aquarūq̧ hauſtus funibus extrahendi. Sed interdū ſicciora ſunt loca, quæ montibus ſunt ſaxiſq̧ munita: in qbus ſuppoſita Caſtella extra murū inferiores repperiunt fontiū venas, ac de ꝓpugnaculis vel turrib. deſtinatis ꝓtegunt telis: vt aquatorib. liber pręſteť acceſſus. Qđ vltra iactum teli, incliuo tamē Ciuitatis ſubiecta ſit vena: Caſtellū paruulū (quē Burgum vocāt) inter Ciuitatē & fontem cōuenit fabricari, ibiq̧ baliſtas, ſagittarioſq̧ cōſtitui: vt aqua defendať ab hoſtibus,

Ciſternæ.

Pręterea in omnibus publicis ædificiis, multiſq̧ priuatis, ciſternę ſunt diligentiſſime ſubſtituēdę: vt receptacula aquis pluuiatib. quę de tectis effluūt pręſtēt. Difficile enī vincit ſitis eos, q q̄uis exigua aqua ad potū tātum in obſidiōe ſunt vſi.

Si ſal defuerit quid faciendum ſit?

Si maxima ſit Ciuitas & Sal defuerit, liquor ex mari ſumptus, per alueos aliaq̧ patula vaſa diffundiť: q a calore Solis duratur in Salem. Qđ ſi hoſtis ab vnda ꝓhibeat (nam hoc ſępe accidit) harenas, quas excitato vēto mare ſuperfuderat, aliquādo colligunt, & dulci aqua eluunt: quę Sole ſiccata nihilominus mutať in Salē.

Violenta aūt impugnatio, quādo Caſtellis vel Ciuitatib. præparať, mutuoq̧ vtriq̧ periculo, ſed maiore oppugnantiū ſanguine exerceņť luctuoſa certamina. Illi enī q muros inuadere cupiunt, terrifico apparatu expoſitis copiis in ſpem deditionis formidinē gemināt: tubarum ſtrepitu hominūq̧ permixto. Tunc, qa timor magis frangit inſuetos, primo impetu ſtupentibus Oppidanis, ſi diſcriminū experimēta

Si primus impetus hoſtium repellitur.

nō norunt: admotis ſcalis inuadiť Ciuitas. Quod ſi a fidentibus ſiue militaribus viris repellatur prima congreſsio: ſtatim clauſis creſcit audacia, & iam nō terrore: ſed viribus & arte confligitur.

Ne ſagittis hoſtium homines lædantur in muro.

Ex Vegetio.

Quod ſi formidať, ne multitudo ſagittariorū, de propugnaculis exterritis defenſorib. appoſitiſq̧ ſcalis occupet murum: cataphractæ galeæ atq̧ ſcuta in Ciuitatib. habeanť q̄ plurima. Arcuum aūt & baliſtarum, inprimiſq̧ pixidū & tormentorū omnis generis, pręterea ſagittarū, globorū, telorum, ac puluerū ad ea neceſſariorū q̄ maxima itidē copia habeať ad hoſtē ꝓpulſandum,

Quomodo hoſtes urbi propinquantes ſine telis etiam conficiuntur?

Sed & hoſtes ita leuiſsima opera conficiunť, ſi per ea loca per quēcumq̧ aggreſſuri ſunt muros, quā maxima vis pixidarii pulueris conſpergať: vt tum cum inſiliunt maxime, tum q̄ plurimis iactis exurimentis puluis ſuccendať, qui vel more tonitrui enecet, vel ſaltem igne & fumo excæcet irruentes.

Quod ſi vi tormentorū muri deiiciant, nec hoſtis permittit, vt ex domibus Ciuitatis ligneis

tatis ligneis

tatis ligneis terra ruderibusq́ȝ implẽdis foramina noctu ſartiant̃: tãtoq́ȝ minus vallo admoto muros vacillãtes cõfirmari patit̃: qd' ſtatĩ ad foramen occupandũ feſtinat: tunc optimũ videt̃ eſſe cõſilium, vt intrinſecus penes murum foſſa q̃ ꝓfundiſſima & latiſsima ſudibusq́ȝ acutis plena fiat, in quã hoſtes & fumo puluerũ occæcati, & primi ab vltimis ſuis impulſi ruant præcipites. Et tamẽ e terra egeſta vallũ etiã citerius cũ turriculis ꝓpugnaculisue, q̃ altiſsime tuẽdę ciuitatis cauſa erigat̃.

Si muri ab hoſte deijciantur, ut iam foramen occupet.

Aſsiduã vero oppugnationẽ, viciſsitudinariæ Ciuiũ quietes leniunt: cadauera ſubmerſio, exuſtio, aut ſepultura nocturna, ſi erumpere licet, tollunt: telorũ ac globorum deſuper inſultum, vel altum itidẽ vallum, vel ſubterranei ſpecus eludunt: pontonia ignes cõburunt, aquarum infectionẽ cyſternę cõpenſant, pręterea ſeditionẽ vnius ſummum Imperiũ, ac Iurata fides: Item minas & promiſſa obſeſſorũ, vel induciæ aliquousq́ȝ impetratæ, vel itidem virium oſtentatio, ac fucata promiſſa: aliæq́ȝ technæ alias excludunt. Certe in dura obſidiõe omnia & grauia q̃dem prius patienda ſunt, quã dedant̃ ſe hoſtibus obſeſsi: q̃niam in viris nihil magis quã ſancta probat̃ fides: qua fluxa, q̃d viro dignum in illis amplius deſiderandum eſt: Cuſtodiãt igit̃ obſeſsi ipſam vsq́ȝ ad vltimũ vitæ exitum, nec ꝓ ea maximos etiã corporis cruciatus ſubire recuſent. nã plęrumq́ȝ q̃s nunq̃ putares, fortuna erigere conſueuit. Perſiſtant ergo in fide, qui in obſidiõe reperiuntur, & Domino omnino breui peritura corpora dedicent. Nam nihil viro ſtrenuo glorioſius contingere poſſet, quam fidem ſeruando vitam fortiter finire.

Obſidio conſtanter perferenda.

Euenit etiã frequent̃ Vrbes moleſtiſsima premi obſidiõe, & pręter duriſsimos labores, & immenſas vigilias, quas ipſa triſti in obſidiõe homines patiunt̃, domatrice omnium mortaliũ fame, plęrumq́ȝ etiã afficiunt̃: quæ omnia ſæpius ad maturiorẽ deditionẽ Vrbes cõpellere cõſueuęre: niſi ſingulari prudentia vir illis pręfectus fuerit, q̃ blandis verbis, & correctiõibus nõnunq̃ Ciues & populũ multa fingendo in ſancta retineat fide. Nõnulla igit̃ exempli gratia inferius notabimus, vt his præceptis imbuti Vrbis præfecti, plura & vtiliora inuenire poſsint figmẽta ad conſeruandã dño ſuo Vrbem. Debet igit̃ præfectus omni ſtudio curare, vt Regis ſui nomine literæ conficiant̃, quibus certa illis ſpes properati auxilii fiat: & ſi ad deditionẽ eos inclinatos viderit, oratiõem cõtinuo ad Ciues & ad populũ habeat, omni arte inſinuatã, qua illos a tanto facinore deterrere poſsit, omnimodã illis libertatem pollicendo. ſtudeat pręterea, vt noctu in Vrbis propugnaculis ſeu tabulatis, ſagittę cum Literis affigant̃, quibus Ciuis aliq̃s ab amico, qui in hoſtium exercitu ſit, admoneat̃, ne deditiõem faciant: fraudem ineſſe Imperatoris pollicitationibus, cæde & igni Vrbem illã eum extirpare velle omnino decreuiſſe, & ſimilia alia fingendo: quæ ex obſidionis diuturnitate veriſimilia videbuntur.

Ad ſeruandam urbẽ in fide obſeſſam quæ ſunt utilia.

Vbi manifeſta Vrbis apparet defectio, enſe celeriter opprimenda eſt. Nã in manifeſtis Vrbium defectiõib. nulla ratio valet, nullæ ſeruant̃ Leges, ſilent inter arma, quare q̃d' nullis verbis, nullis rationibus ſuaderi poteſt, Iure enſe q̃ primũ ſuadendũ eſt.

In manifeſta urbis defectione quid agẽdum. *Iacob.*

Accidit frequent̃ in exercitu, nimiã ob hoſtium multitudinẽ Caſtra oppugnãtium, ſuper eruptiõe cõſultari, an illa pugnare debeamus, nec ne. quã obrem prudentẽ Imperatorẽ nõ lateat, nunq̃ niſi neceſſario eruptiõe pugnandum eſſe. Nam pugne genus illud in extrema tãtum reſeruat̃ fortuna, & vbi nulla tuendi Caſtra amplius ſpes relinquit̃, aut vbi diu illa oppugnando maxime defeſsi ſunt hoſtes. idem & in Vrbium oppugnatione ſeruandum erit.

Quando eruptione pugnandum eſt. *Iac.*

Strenui & prudẽtis eſt Imperatoris, nõ ſupereſſe exercitui infœlicit̃ interempto. quo enĩ vultu Imperator in fortiſsimorũ virorum cõſpectum venire poteſt, cum eo ductore vniuerſus interemptus ſit exercitus? ſi enĩ male pugnatum eſt, in quẽ, niſi in Imperatorẽ culpa transfert̃, qui aut iniquo loco, aut parua manu, temere cum magna pugnauerit multitudine, aut cum hoſtibus peritioribus: cum nõ niſi ex magna occaſione, aut ex neceſsitate pugnandum ſit.

Strenuus Imperator ne ſuperſit cæſis.

SEQVITVR ENVMERATIO MACHInarũ quibus olim muri oppugnabãtur, uel ętiãnum oppugnant̃.

ADMOuentur etiã teſtudines, arietes, falces, vineę, plutei, muſculi, turres: de quibus ſingulis qualiter fabricent̃, quo etiã pacto pręlient̃ vel repellant̃ edifferã.

Vegetius lib. 4. ca. 13

De materia ac tabulatis teſtudo contexit̃, quę ne exuratur incendio, coriis vel ci-

liciis cen-

lleſis centonibusq; veſtit̃. Hæc intrĩſecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro, qđ falx vocat̃, ab eo qđ incuruata eſt, vt de muro extrahat lapides. Aut certe ipſius caput veſtitur ferro, & appellat̃ aries. Vel qđ habet duriſsimã frontem, quæ ſubruat muros, vel qđ more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Teſtudo aũt a ſimilitudine veræ teſtudinis vocabulum ſumpſit, quia ſicut illa modo reducit, modo profert caput: ita machinamentũ interdum reducit trabem, interdum exerit, vt fortius cædat.

De ariete, falce, teſtudine.
Vegetius lib. 4. ca. 14

De uineis, de pluteis, & aggere.
Veget. lib. 4. cap. 15.

Vineas dixerũt veteres, quas nunc militari barbaricoq; vſu cauſias vocãt. E lignis leuiorib. machina colligit̃, lata pedibus 8. alta pedibus 7. longa pedibus 16. Huius tectum munitiõe duplici, tabulatis cratibusq; contexit̃. Latera quoq; vimine ſepiũtur, ne ſaxorum telorũq; impetu penetrent̃. Extrinſecus aũt, ne immiſſo cõcremetur incendio, crudis ac recentib. coriis vel centonibus operit̃. Iſtæ, cum plures factæ fuerĩt, iungunt̃ in ordinẽ, ſub qbus obſidentes tuti ad ſubruenda penetrãt murorum fundamenta.

Plutei.

Plutei dicunt̃, q ad ſimilitudinẽ apſidis contexunt̃ e vimine, & ciliciis vel coriis ꝓteguntur, ternisq; rotulis, quarũ vna in medio, duæ in capitibus apponunt̃. In quãcunq; partem volueris admouent̃ more carpenti, quos obſidẽtes applicant muris, eorumq; munitione ꝓtecti, ſagittis ſiue fundis vel miſsilibus defenſores omnes de propugnaculis Ciuitatis exturbãt, vt ſcalis aſcendendi facilior preſtet̃ occaſio. Agger aũt ex terra lignisq; extollit̃ cõtra murũ, de quo tela iactãt.

De Muſculis.
Veget. lib. 4. cap. 16.

Muſculos dicunt̃ minores machinas, qbus protecti bellatores ſi lutum offuerit, aut ciuitatis foſſatũ, apportatis lapidibus, lignis, ac terra, nõ ſolum cõplent, ſed etiã ſolidant, vt turres ambulatoriæ ſine impedimento iungant̃ ad murum. Vocantur aũt a marinis beluis muſculi. Nam quemadmodũ illi, cum minores ſint, tamen balenis auxiliũ adminiculũq; iugit̃ exhibent, ita iſtæ machinæ breuiores deputatæ turribus magnis, aduentui illarum parant viam, itineraq; præmuniunt.

De turribus ambulatoriis.
Veget. lib. 4. cap. 17.

Turres aũt dicunt̃ machinamenta, ad ædificiorũ ſpeciem ex trabibus tabulatisq; cõpacta, & ne tantũ opus hoſtili concremet̃ incendio, diligentiſsime ex crudis coriis vel centonib. communit̃, qbus pro modo latitudinis addit̃ altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrũ, interdum quadragenos vel quiquagenos latæ ſunt. Proceritas aũt ipſarũ tanta ſit, vt nõ ſolum muros, ſed etiã turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubdunt̃, quarũ lapſu volubili magnitudo tam alta moueat̃. Præſens aũt periculũ Ciuitatis eſt ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enĩ accipit ſcalas, & diuerſo genere conat̃ irrumpere. Nã in inferiorib. habet arietem, cuius impetu deſtruit muros. Circa vero mediã partem accipit pontem, factã de duabus trabibus, ſeptumq; de vimine, quẽ cito prolatum inter turrim murũq; cõſtituunt, & per eum ingredientes de machina bellatores in Ciuitatẽ tranſeũt, & occupãt muros. In ſuperiorib. aũt turris illius partibus contati & ſagittarii collocant̃, q defenſores Vrbis contis, miſsilibus, ſaxisq; ex alto ꝓſternant. Quo facto Ciuitas capit̃ ſine mora. Quid enĩ auxilii ſupereſt, cũ hi q de murorũ altitudine ſperabãt, repẽte ſupra ſe aſpiciãt altiorũ hoſtiũ murum?

Quemadmodum ambulatoria turris poſſit incendi.
Veget. lib. 4. cap. 18.
Malleoli.
Phalarica.

Huic tam manifeſto diſcrimini occurrit̃ multis modis. Primũ ſi cõfidentia vel virtus eſt militaris, eruptiõe facta, globus egredit̃ armatorũ & vi hoſtib. pulſis machinamentũ illud ingens direptis coriis ignis exurit. Qđ ſi oppidani exire nõ audeãt maiores baliſtas, malleolos, vel phalaricas cum incendio deſtinant, vt perruptis coriis vel centonibus intrĩſecus flamma condat̃. Malleoli velut ſagittæ, & vbi adhæſerĩt (qa ardentes ſunt) vniuerſa cõflagrant. Phalarica aũt ad modum haſtæ valido præfigit̃ ferro, inter tubum etiã & haſtile ſulphure, reſina, bitumine, ſtuppisq; cõuoluit̃ infuſo oleo, qđ incendiariũ vocãt. Quæ baliſtæ impetu deſtinata, prærupto munimine ardens figit̃ ligno, turritãq; machinam frequent̃ incendit. Depoſiti quoq; homines funibus cum hoſtes dormiunt, in latebris portant lucernas, & incenſis machinis rurſus leuantur in murum.

Quemadmodũ altitudo muris addatur.
Veget. lib. 4. cap. 19.

PRæterea partem muri, ad quã machina conat̃ accedere, cemento atq; lapidibus vel luto ſiue lateribus, poſtrema tabulatis extruendo faciunt altiorẽ, ne defenſores mœniũ deſuper Vrbi vẽtura poſsit opprimere. Conſtat aũt inefficax machinamẽtum reddi, ſi inueniat̃ inferius. Verum obſidentes eiuſmodi dolum adhibere conſueuerunt. Primo talem extruunt turrem, quæ propugnaculis Ciuitatis videatur inferior, Deide ſecreto aliam de tabulatis intrĩſecus faciunt turriculã, & cum mu-

ris fuerit

tis fuerit machina ſociata,ſubito funibus trochleiſq́ꝫ de medio turricula illa ꝓdu-
citur,de qua egredientes armati (quia altior inuenit̃) ſtatĩ capiunt Ciuitatẽ.
Interdũ longiſsimas ferrataſq́ꝫ trabes opponunt machinæ venienti,eamq́ꝫ a muri
vicinitate ꝓpellunt. Sed cum Rhodiorũ Ciuitas oppugnaret̃ ab hoſtibus, & tur-
ris ambulatoria ſuper murorũ altitudinẽ ac turrium omniũ pararet̃,mechanici in
genio inuentum eſt tale remediũ. Per noctem ſub fundamento muri cuniculũ fo-
dit,& illũ ad quẽ die poſtero turris fuerat ꝓmouenda,nullo hoſtiũ ſentiente, ege-
ſta terra cauauit intrĩſecus,& cum rotis ſuis moles impulſa fuiſſet,atq́ꝫ ad locum ꝙ
ſubtus cauatus fuerat veniſſet,tãto pondere ſolo cedente ſubſedit,vt nec iũgi mu-
ris aut moueri vlterius potuit. Ita Ciuitas liberata eſt, derelictaq́ꝫ machina.

Quo pacto fodiatur terra, ut machina nocere non poßit.
Omnia ex Vegetio.

Admotis turribus funditores lapidibus,ſagittarij iaculis, manubaliſtarij vel arcu-
baliſtarij ſagittis,iaculatores plumbatis ac miſsilibus,e muris ſubmouẽt homines.
Hoc facto ſcalis appoſitis occupãt Ciuitatẽ. Sed ꝙ ſcalis nitunt̃,frequent̃ pericu-
lum ſuſtinent,exemplo Capanei,a q̊ primum hæc ſcalarũ oppugnatio perhibetur
inuentaq́ꝫ tanta vi occiſus eſt a Thebanis,vt extictus fulmine diceret̃. Et ideo ſam
buca,exoſtra,& tollenone obſidentes in murũ hoſtium penetrãt. Sambuca dicit̃
ad ſimilitudinẽ citharę. Nam quẽadmodũ in cithara chordę ſunt,ita in trabe,quę
iuxta turrim ponit̃,funes ſunt,ꝙ pontem de ſuperiore parte trocleis laxant,vt de-
ſcendat ad murũ,ſtatiq́ꝫ de turri exeunt bellatores,& per eã trãſeuntes mœnia vr-
bis inuadunt. Exoſtra dicit̃ pons quẽ ſuperius expoſuimus , ꝙ de turri in murum
repente protrudit̃. Tollenon dicit̃ q̃ties vna trabs in terrã prælata defigit̃. Cui in
ſummo vertice alia trãſuerſa trabs longior, dimenſa medietate cõnectit̃, eo libra-
mento,vt ſi vnum caput depreſſeris,aliud erigat̃. In vno ergo capite cratibus ſiue
tabulatis contexit̃ machina , in qua pauci collocant̃ armati. Tunc per funes vno
attracto depreſſoq́ꝫ alio capite eleuati imponuntur in murum.

De ſcalis, ſambuca, exoſtra, & tollenone.
Capaneus.
ſambuca.
Exoſtra.
Tollenon.

Aduerſum hæc obſeſſos defendere cõſueuerũt baliſtæ, onagri, ſcorpiões,arcuba-
liſtæ,fuſtibali,ſagittarii,fundę. Baliſta funibus,neruis,chordiſq́ꝫ tẽditur,quę quã-
to ꝓlixiora brachiola habuerit, hoc eſt quãto maior fuerit , tanto ſpicula longius
mittit. Quæ & ſi iuxta artẽ mechanicã temperet̃ , & ab exercitatis hominib. qui
menſurã eius ante collegerit, dirigat̃, penetrat quodcũq́ꝫ percuſſerit. Onager aũt
dirigit lapides, ſed præ neruorũ craſsitudine & magnitudine ſaxorũ põdera iacu-
latur. Nam quãto amplior fuerit , tãto maiora ſaxa fulminis more cõtorquet. His
duobus generib. nulla tormentorũ ſpecies vehemẽtior inuenit̃. Scorpiões dicebã-
tur,quas nũc manubaliſtas vocãt, ideo ſic nuncupati q.ꝺ paruis ſubtilibuſq́ꝫ ſpicu
lis inferãt mortẽ. Fuſtibalos,arcubaliſtas,et fundas deſcribere ſuperfluũ puto,quę
præſens vſus agnoſcit. Saxis tamẽ grauiorib. per onagrũ deſtinatis,nõ ſolum equi
eliduntur & homines , ſed etiam hoſtium machinamenta franguntur.

De baliſtis, onagris, ſcorpionib. arcubaliſtis, fuſtibalis, fundis, per quæ tormẽta deſenditur murus.
Onager.
ſcorpiones.

Aduerſum arietes etiã vel falces ſunt plura remedia. Aliquãti centones & culci-
tras funibus calcãt,& illis opponũt locis q̃ua cedit aries, vt impetus machinæ ma-
teria molliore fractus nõ deſtruat murũ. Alii laqueis captos arietes,per multitudi
nem hominũ de muro in obliquũ trahunt, & cum ipſis teſtudinib. euertunt. Plu-
res in modũ forficis dentatũ funibus alligãt ferrũ, qꝺ lupum vocãt,apprehẽſumq́ꝫ
arietem,aut euertunt,aut ita ſuſpendũt,vt impetũ nõ habeat feriendi. Interdũ ba
ſes columnę marmoreæ vibrato impetu iaciunt̃ e muris,arieteſq́ꝫ confringũt. Qꝺ
ſi tanta vis fuerit, vt murus arietib. perforet̃, & (qꝺ ſæpe accidit) decidat, ſalutis
vna ſpes ſupereſt,vt deſtructis domibus alius intrĩſecus murus addat̃ , hoſteſq́ꝫ in-
tra binos parietes (ſi pẽetrare tentauerint) perimantur.

Aduerſum arietes proſunt culcitræ, laquei, lupi, & columnæ grauiores.

Aliud genus oppugnationũ eſt, ſubterraneũ atq́ꝫ ſecretum, qꝺ cuniculũ vocãt,a
leporib. ꝙ caſulas ſub terras fodiunt,ibiq́ꝫ condunt̃. Adhibita ergo multitudine ad
ſpeciem metallorũ,in q̃bus auri argentiq́ꝫ venas beſſorum rimat̃ induſtria,magno
labore terra defodit̃ , cauatoq́ꝫ ſpecu in exitiũ Ciuitatis inferna quęrit̃ via. Quæ
fraus duplicibus operat̃ inſidiis : Aut enĩ pẽetrãt Vrbem,& noctu, nõ ſentiẽtib.
Oppidanis,egrediunt̃ per cuniculũ, reſeratiſq́ꝫ portis ſuorũ agmen inducunt,ho-
ſteſq́ꝫ in ipſis domibus perimũt ignorãtes. Aut certe cum ad murorũ fundamenta
peruenerit,ſuffodiunt eorum maximã partẽ,appoſitis ſicciorib. lignis,ruinãq́ꝫ mu
ri tumultuario opere ſuſpẽdunt. Sarmenta inſuper iungunt aliaq́ꝫ fomenta flam-
marum. Tunc præparatis bellatoribus ſubter ignis immittit̃. cõbuſtiſq́ꝫ columnis

De cuniculis ꝑ quos murus defoditur.

ligneis atq; tabulatis, muro ſubito corruente irruptioni aditus reſeratur.

Quid facere debeant oppidani, ſi hoſtes irruperint Ciuitatem.

Innumerabilibus declaraſ exemplis, ſæpe cæſos ad internecionẽ hoſtes, qui peruaſerãt Ciuitatẽ. Qd' ſine dubio euenit, ſi oppidani muros ac turres retinuerĩt, vel altiora loca occupauerĩt. Tunc enĩ de feneſtris ac tectis omnis ætas ac ſexus irrũpentes obruũt ſaxis, aliiſq; generibus telorũ. Qd' ne ſuſtineãt obſidentes, portas Ciuitatis aperire cõſueuerũt, vt reſiſtere deſinãt, fugiendi poteſtate cõceſſa. Neceſsitas enĩ quædã virtutis eſt deſperatio in hoc caſu. Vnum oppidanis auxilium eſt, ſiue per diem ſiue per noctẽ hoſtis intrauerit, vt muros turreſq; teneãt, ac loca ſuperiora cõſcendant, hoſteſq; per vicos & plateas vndiq; obruãt dimicantes.

Quæ ſit adhibenda cautela, ne hoſtes furtim occupent murũ.

Frequenſ dolum excogitãt obſidẽtes, ac ſimulata deſperatiõe longius abeũt. Sed vbi poſt metum, murorũ vigiliis derelictis, requeuerit incauta ſecuritas, tenebrarũ ac noctis occaſiõe captata cum ſcalis clanculũ veniunt, muroſq; conſcendũt. Propter qd' maior eſt adhibẽda cuſtodia cũ hoſtis abſceſſerit, & in ipſis muris ac turribus tuguriola locãda. In qbus vigiles hybernis menſibus ab imbrib. vel frigore, æſtiuis defendanſ a ſole. Illud q̃q; vſus inuenit, vt acerrimos ac ſagaciſsimos canes in turribus nutriãt, q aduentũ hoſtiũ odore præſentiãt, latratuq; teſtenſ. Anſeres q̃q; nõ minore ſolertia nocturnos ſuperuẽtus clamoribus indicãt. Nã ingreſsi Capitolinã arcem Galli, Romanũ nomen eruerant, niſi clamore anſerum excitatus Manlius reſtitiſſet. Mira diligentia ſiue fortuna viros, qui vniuerſum orbem erãt miſſuri ſub iugum, auis vna ſeruauit.

Quomodo oppidanis inferantur inſidiæ

Non ſolũ in obſidiõibus, ſed in vniuerſo genere bellorũ ſuper omnia ducit, hoſtiũ conſuetudinẽ explorare diligenſ ac noſce. Oportunitas enĩ inſidiarũ aliter nõ poteſt inueniri, niſi ſcias qbus horis aduerſarius a laboris intentiõe diſcedat, quibus reddaſ incautior, interdũ medio die, interdum ad veſperũ, ſæpe nocte, aliquãdo eo tempore q̊ ſumiſ cibus, cum vtriuſq; partis milites ad requiem aut curanda corpora diſpergunſ. Qd' in Ciuitate cum cœperit fieri, obſidentes aſtu ſe de prælio ſubtrahunt, vt aduerſariorũ negligentiæ licentiã tribuant. Quæ ipſa impunitate cũ creuerit, repente admotis machinis, vel appoſitis ſcalis occupãt Ciuitatẽ. Et ideo in muris ſaxa cæteraq; tormẽta ponunſ in promptu, vt cognitis inſidiis occurrentes, ad manus habeant quod ſupra capita hoſtium euoluant atq; iaculentur.

Quid faciant obſidẽtes ne ab oppidanis patiantur inſidias.

Cum negligentia interuenerit paribus inſidiis ſubiacẽt obſidentes. Nam ſiue cibo ſiue ſomno fuerint occupati, ſiue otio aut aliqua neceſsitate diſperſi, tunc oppidani repente ꝓrumpunt, ignorãtes perimũt, arietes, machinas, ipſoſq; aggeres ignibus cõcremant, omniaq; in perniciẽ ſuã fabricata opera ſubuertunt. Propter hoc obſidentes vltra iactũ teli foſſam faciunt, eamq; nõ ſolum vallis & ſudibus, ſed etiã turriculis inſtruũt, vt erumpentib. ex Ciuitate poſsint obſiſtere, qd' opus loriculã vocant, & ſepe cũ obſidio deſcribiſ, inueniſ in hiſtoriis loricula Vrbẽ eſſe cir-cumdarã.

Quo genere tormentorum defendantur Ciuitates.

SED ex alto deſtinata miſsilia, ſiue plumbatæ, vel lanceæ, veruta, vel ſpicula in ſubiectos vehemẽtius cadunt. Sagittę q̃q; arcubus miſſæ, & ſaxa manibus, fundis, ſiue fuſtibalis directa, quanto de excelſiori loco exeunt, tanto lõgius penetrant. Baliſtæ vero & onagri, ſi a peritis diligentiſsime temperenſ, vniuerſa præcidunt. A qbus nec virtus vlla nec munimina poſſunt defendere bellatores. Nã more fulminis quicqd percuſſerĩt, aut diſſoluere, aut irrũpere cõſueuerunt.

Quemadmodũ menſura colligatur, ad ſcalas uel machinas faciendas.

Veget. lib. 4. ca. 30

AD capiendos muros ſcalæ vel machinæ plurimũ valẽt, ſi ea magnitudine compactæ fuerint, vt altitudinẽ exuperent Ciuitatis. Menſura aũt colligiſ duplici modo: Aut enĩ linum tenue & expeditũ, vno capite nectiſ in ſagitta, quæ cũ ad muri faſtigia directa peruenerit, ex menſura lini murorũ altitudo deprehendiſ. Aut certe cum ſol obliquus vmbrã turriũ murorũq; iaculaſ in terrã, tunc ignorantibus aduerſariis, vmbræ illius ſpatium menſuraſ. Itemq; decempeda figiſ, & vmbra illius ſimiliſ menſuraſ. Quo collecto numero, nemo dubitat ex vmbra decempedæ inueniri altitudinẽ Ciuitatis, cum ſciaſ quanta altitudo, quantũ vmbræ mittat in longum. Quæ ad oppugnãdas vel defendẽdas Vrbes autores bellicarũ artium ꝓdiderũt, vel quæ recentior neceſsitatũ vſus inuenit, ꝓ publica (vt arbitror) vtilitate digeſsi, illud iterũ iterũq; cõmonẽs, vt ſolertiſsime caueaſ, ne qñdo aut potus inopia emergat, aut cibi, qbus malis nulla arte ſuccurriſ. Ideoq; intra muros tanto plura cõdẽda ſunt, quãto ſciſ clauſuræ tẽpus in obſidentiũ poteſtate cõſiſtere.

ATq; hęc ſunt, quę de ædificãdis, expugnãdis, atq; defendẽdis Arcibus & Vrbibus, uel

bibus,vel ipſe ſentiam, vel ab aliis ſcripta legam. Supereſt,vt mentē noſtrę Reip. in Legibus (ſaluis tamē illis per omnia) de conditiōe ſequendi Regis extra Regnum,paucis explicē. Ac primo illud.Quoniā vt in RE RVStica veſtigiū herile optimū ſterqlinium agro eſſe,in re aūt pecuaria OCVlus dñi ſaginare equū dicitur:ita q̄q; in re militari optime VRGET OPVS præſentia REgis,& tam imperium quā exemplū eius cunctos operi accīgit.nō ſolum qđ de Rege,vt de Leone, in acie verſanti plurimū qſq; militū,etiā ſi forte vt Ceruus timidus ſit,cōfidit: Verum etiā qđ qſq; benefactis ſuis prēmiū & laudē,cōtra malefactis ſuppliciū & dedecus ſub oculis Regis ſibi certius pollicet̃. E cōtrario aūt nemo libent̃ ſeſe ꝓ Rege exponeret periculo, ſi ipſemet ſubducat ſe a bello , vel ſi ſaltē valde ſibi caueat poſt pricipia.Et tamē peſsime Reip.conſulit̃,ſi Rex in aciem dimicaturus ꝑducitur.Scimus enī quantā cladē Hungaria Ladiſlao & Ludouico Regibus ſuis bello Turcico amiſsis,Item Gallia Franciſco ſuo Rege a Carolo V. capto,& Aegyptus ſuo Soltano amiſſo,acceperit.Sed licet q̄q; & illud ſit int̃ ſummos Imperatores cōfeſſum:bellum in hoſtili regiōe melius,q̄ in propriis finibus geri: ſi modo cōmoda vel incōmoda hoſtilis regiōis ſatis bene explorata atq; tuta ab inſidiis ſint. Nihilominus noſtris Legib. cauet̃,ne Nobilitas gratis extra fines Regni a Rege educatur. Siue ob id, nę & ſanguine & ſua ſtipe foris militare cogat̃, ſiue ob id ne aliquando Rex ſuſceptis priuati cum aliq̄ vicino inimiciciis , vel gloriæ, aut Regni ꝓpagādi libidine ductus,vita atq; facultatib.militiæ ſuæ abutat̃ : id ei frenum eſſe. Attamē ſtantibus his Legibus ſaluis,ſępe maiores noſtri pro belli ac temporis ratiōe Pricipes ſuos,q̄s ſemper tanq̄ liberi æqſsimos parentes dilexerūt,& tanq̄ omnium virtutū magiſtros fidelit̃ venerati ſunt , extra etiā fines Regni gratis ſequebant̃.immo etiā vltro,vel ad inuadendos hoſtes,vel ſaltē frumentatū ſe mitti petebant.Sed neq; illud hic reticendū eſt, qa nuſq̄ alibi gentiū Nobilitas ſuo impendio militat:apud nos vero Ius militiæ Nobilis amittit,niſi ita cum opus eſt,cū Rege militet. ac ꝓpterea de externorū,& noſtra militia,tā vere q̄ acute dicit̃,qđ alii prēſtēt gēmis,prēſtēt auro:pugnāt fabris ꝓ theſauris,nos ꝓ agris milite Nobili.

An expediat Reip. Regem ad dimicationem procedere.

Quare Nobilitas extra Regnum nō militat ſuo ſtipendio.

ARTICVLVS III.

De bello decernendo , & indicēdo : deq; Conuentiōib. Prouincialibus illud præceſſuris , ac Scholis Militaribus.

TAmetſi int̃ ſapientes cōſtet,pueros vt pote Reip. ſeminaria, & publice,& in optimis diſciplinis mox ab incunabulis eſſe inſtituēdos : vt ſcilicet tā corpus, quā animā & mentē,ad opera virtutis q̄ maxime vtilia reddāt : qppe qđ ad omne opus rite obeundū tria neceſſario cōcurrere debent. Natura tractabilis,ars liberalis,& exercitatio diuturna. In aſsignatiōe tamē earum artiū ipſi ſapientes nōnihil ſecum diſsentire vident̃.Etenī PLAto Philoſophus,Muſica & Gymnaſtica ex ęquo eſſe pueros imbuēdos docuit : MVSIces nōie,omnē inqſitionē virtutis,ac liberaliū ſcientiarū circulum, qbus animus ad bene, liberalit̃, beateq; viuendum inſtituit̃: GYMNAſtices vero,omnē exercitationē quæ ad corporū ſanitatem & robur cōparandū,facultateſq; defendendas ſpectat,intelligens. ARISToteles vero quatuor pueris ingenuis oportere tradi præcepit, LITEras videlicet,qbus artes liberales diſcāt:FIGVrandi peritiā,vt melius de operib.mechanicorū iudicent:MVSIcā,qbus mentem ſeriis laboribus feſſam beato,delectabili,& docto ocio oblectent: prēterea GYmnaſticen,qua ad fortitudinē in periculis honeſtis,& ꝓ Rep.neceſſario ſumendis exerceant̃. Quę tamē Philoſophorū ſentenciæ facile cōciliabunt̃, Si MVſica, id qđ voluit Plato , literas & picturā, vt genus ſpecies ſuas cōprehendat:GYmnaſticen aūt ſecundū vtriuſq; ſenſum accipiamus.Cui etiā Philoſophorū præſcripto nō abſimile Iudæi faciebāt, cum altera manu TEMPlū Dñi ædificabāt,altera geſtabāt GLAdios,qbus illud tuerent̃. A quibus qdem prēceptis & exemplis noſtri q̄q; maiores nō receſſerūt. Nam & Muſica ſeu artib. liberalib. in Rep.ſumma ſapientia vna cum earū magiſtris publice cōſtitutis: GYMnaſticen q̄q;,ſeu rem militarem, quæ illa omnia cōmoda in trāqllitate tueret̃ , ita cōſtituerūt,vt neq; vſq̄ gentiū ei maior honos ſit habitus, neq; libertas data , neq; exercitatio aptior reperta. Et de honorib.qdem,ac libertate ſatis ſufficient̃ ſupra egimus: de exercitio vero anteq̄ dicamus primo omniū Lectorem admoneamus, qa Deus

Muſica & Gymnaſtica in Repub. Polonorum diſcuntur.

Iſmahelitas

Iſmahelitas (ii vero ſunt ꝓfeſsi hoſtes noſtri) nõ ſolum nõ delet, verũ etiã in dies
ꝓſperat: vt ſcilicet ſemper flagellũ habeat, q̃ nos feriat, niſi cuſtodiamus præcepta
eius, & reiectis inuẽtiõib. noſtris ambulemus in illis. vt de eo in Libro Iudicũ ca-
pite 2. & 3. & alias per totã fere ſcripturã legimus. Cum ergo & doctrinã Eccleſiæ
& vitã, ad præſcriptũ mandatorũ Dei inſtituerimus, Quid enĩ apoſtatę cõtra infi-
deles, falſi cõtra mendaces, perduelles cõtra hoſtes, vel ſceleroſi cõtra impios bella
gereremus? tum vero ſecundo loco de præſidiis humanis, quæ qdem rem militarẽ
appellamus, eſt cogitandũ. Quæ qdem qđ vel in propagãdo, vel in tuẽdo Imperio
verſet: ex Romana vero inprimis Rep. omnia fere cõſilia & exẽpla bene admini-
ſtrandarũ Rerump. ſunt petenda: Cicerõis afferã teſtimoniũ, qui qdem de his ar-
tibus qbus Reſp. Romana iuſte creuerat, ita inqt. Nolite æſtimare maiores no-
ſtros armis Remp. ex parua magnam feciſſe, id ſi ita eſſet, multo pulcherrimã nos
haberemus. Quippe ſociorũ atq; Ciuiũ, præterea equorũ atq; armorũ maior no-
bis copia eſt, quã illis fuerat. Sed alia ſuperſunt, quæ viros illos magnos fecerunt,
quæ nobis nulla ſunt. Domi induſtria, foris iuſtũ Imperiũ, animus in cõſulendo li-
ber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriã, auariciã, pu-
blicã egeſtatẽ, priuati opulentiã: laudamus diuitias, ſeqmur inertiã. Inter bonos &
malos nullũ diſcrimẽ. OMNIA VIRTVTIS PRAEMIA AMBITIO poſ-
ſidet. Atq; ita Cicero vere & grauit̃ nõ ſolum de Romana, verũ etiã de cuiuslibet
Reip. incremẽtis, atq; decremẽtis ſenſit, & ſcripſit. vt qd nobis itidẽ ex vſu eſſe q̃ar,
in illuſtri exẽplo cõtemplaremur, tanq̃ in ſpeculo. NIHILOminus qa rem mili-
tarẽ cohibendis Reip. hoſtibus ꝓbauimus eſſe neceſſariã: Eſtq; & illud cõfeſſum,
vt in qualibet alia arte, ita in ipſa militia exercitatos inexercitatis prudẽtiores at-
q; fortiores ſolere fieri: Itaq; eſt in Rep. exercẽda. Nulla enĩ alia re cõtra iniuſtos
hoſtes cõſiſtimus, vel in officio cõtinemus rebellãtes, niſi armorũ exercitio, diſci-
plina Caſtrorũ, vſuq; militiæ: vt ei poſt Deum, ſalutẽ Reip. noſtrę Iure optimo ac-
ceptã ferre debeamus. ea etiã olĩ Romani orbẽ terrarũ ſibi ſubegerãt. Quid enim
(inqt Vegetius) aduerſus Gallorũ multitudinẽ, paucitas Romana valuiſſet? Quid
aduerſus Germanorũ ꝓceritatem, breuitas potuiſſet audere? Hiſpanos qdem nõ
tantũ numero: ſed etiã viribus corporũ, noſtris pręſtitiſſe, manifeſtũ eſt. Aphrorũ
dolis atq; diuitiis ſemper impares fuimus. Græcorũ artibus prudentiaq; nos vinci,
nemo vnq̃ dubitauit. Sed aduerſus omnia, ꝓfuit Tyronẽ ſolertẽ eligere, Ius (vt ita
dixerĩ) armorũ docere, diſciplinã q̃tidiano exercitio roborare, quæcũq; euenire
in acie atq; in præliis poſſent, omnia in cãpeſtri meditatiõe prænoſcere, ſeuere in
deſides vĩdicare. Scientia enĩ rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciã. Nemo facere
metuit, qđ ſe bene didiciſſe cõfidit. Etenĩ in certamĩe bellorũ, exercitata paucitas
ad victoriã prõptior eſt, q̃ rudis & indocta multitudo, ſemper expoſita ad cędẽ.

SI aũt vllius gentis miles certe Sarmata paſtus equo, vt inqt Lucanus, bello vtiliſ-
ſimus eſſe videt̃. qđ ad naturalẽ ac veterẽ regiõis feritatẽ, quæ noſtræ vtiq; cũ ſe-
ptemtrionalib. cõmunis eſt: cultum animorũ ab his q clementiore cœlo emolliti
ſunt, cõhibimus: aut potius, tanq̃ patriũ retinemus, qđ a Græcis nos ortos eſſe idi-
oma noſtrũ ſemigræcũ plane teſtat̃. Vt nihil ſit, quod quidem ad robur corporis,
& ſapientiam bellandi pertinet: vel Momus in noſtris deſideret.

ACceſsit ad hæc, qđ apud nos tota Reſp. in REgem, SACErdotes. & EQVItes
ſit diuiſa: ita vt quẽadmodũ Sacerdotes ſacrorũ, ſic Eqtes omniũ fere Politicarum
rerum adminiſtri ſint, ac tutores habeant̃. Atq; ideo bello ingruente, neq; aliunde
miles aduocat̃, neq; de virtute domeſticorũ, aut de numero inauctoratorũ dubitat̃.
Præterea rura colũt nõ Vrbes, ſub diuo nutriunt̃, ſolis patientes ſunt, vmbræ ne-
gligentes, balnearũ neſcii, deliciarũ ignari, ſimplicis animi, paruoq; cõtenti, ab om-
ni quæſtu alieni, militia tãtum & agricultura viuentes, ad omnẽ tolerantiã mem-
bra educãt. Et ſicut Quintius ex aratore Dictator fuit a Romanis ſalutatus, ita & q;
apud nos ſępe idem Imperator idẽ venator, idem bellator idẽ arator habet̃. Et ita
certe qdem maiores noſtri in Rep. noſtra olĩ viuebãt. Verum eniuero hoc excul-
tiori tempore, pueri tam Nobiliũ q̃ plebeiorũ primo Literis fidelit̃ inſtituunt̃. vbi
aũt ex ephebis excedunt, artiumq; liberaliũ fidelit̃ iaciunt fundamẽta. niſi ſeſe ad
Philoſophos, ad arteſue tuendæ vitæ neceſſarias cõuertant: ducibus. & magiſtris
militũ tradunt̃: & ꝑ eo, ac Minerua Literis & armis præſidet, SAPientiã, qua re-

gant popu-

Chriſtianos nũquam poſſe eſſe abſq; hoſtib.

In deliberatiõe de bello ſuſcipiendo duo in primis uidenda.

Vnde incrementa & decrementa Reipub. Rom. uenerant.

Militaris diſciplina eſt exercenda.

Rei militaris potẽtia.

Exercitatio in re militari multũ ualet.

Poloni rei militari maxime idonei.

Poloni græcũ genus.

Reſpub. Polona in tres ordines diuiditur in Regem, ſacerdotes, Equites.

Exercitatio Polonorũ antiqor et præſens

Iuuenes Polonorũ a Literis ad mil. iam ducuntur.

gant populos:& FORTitudinē,qua trepidantes defendāt,cōiungant.vt ęque pace ac bello Reip.ꝓſint.Et vt in præſentia tantū de re militari agamus,mox a teneris annis lucta & gladiatoria, item curſu exercent: inprimiſcꝗ velocit' aſcendere equum,ex eo deſcendere,calcaribus in hoſtē agere, freno rotare, eiuſcꝗ rei ornamenta diſcunt:arma,enſes,arcus,baliſtas,pixides,ſclopetos,ſcorpiões: item haſtas, lanceas,parmas,loricas,& thoraces ferūt.pręterea fame,ſiti,frigore,& æſtu:necnō vigiliis,labore, & tolerātia,ad odium vſcꝗ corporis, & mortis cōtemptū ſeſe exercent:nihil etiā prius,nihil q̄cꝗ antiquius habēt, q̄ in acie verſari,cū hoſte cōfligere, IN PRAELIO DENIcꝗ POTIVS PATRIAE QVAM NATVRæ VITAM REDDERE. Atcꝗ hęc ita apud nos ſancta ſunt,vt poſteaq̄ decernēdi rationē decertādi fortitudo ſubſequi debet:qui ſecus faxit,quantūuis genere ac opibus excellat,ignobilis ſit,& degener habeat.Cuius rei,vt hic taceā Tvvorouios,Struſſos,Czyolkones,Vvlodkones,alioſcꝗ fortes viros:vel vnus BALIcius Iudex Sandomir.ętate inclināte creatus,documento eſſe poteſt. is etenī iis rudimētis a iuuenta ſua inſtitutus ea prærogatiua militiæ vir publice fuit honoratus, vt primus in omni certamine cōfligeret,impetūcꝗ hoſtiū in ſe exciperet.ita,vt te Duce IOHANnes TARnoui.Collega vero ISKRIcio ad OBERtinū cum iā pugnam & occaſio inuitabat,& neceſsitas exigebat,ter BAlicii cohors ante omnes cū VALAchis cōflixerit,totieſcꝗ a frequētiſsimo hoſte vſcꝗ in Caſtra repreſſa fuerit.q̄ad eruptiōe a te impetrata,a quatuor millibus noſtrorū,viginti quatuor millia Eqtum Valachorū ſint fuſa, atcꝗ fugata. Et licet nō incruentā victoriā omnes alii retuliſſetis,q enī aliter fieri poterat? ex BAlicii tamē Equitibus tantū fere viginti,aut trigīta,ex centenaria cohorte ſuperſtites,atcꝗ ii aduerſis vulnerib.ſaucii fuerant relicti. Sed qd ego hic q̄cꝗ militaris obedientiæ memorabile, fortitudinis aūt itidē inuſitatū exēplum,ꝓ multis vnum Ioh.BORatinū huius PEtri BORatini Procapitanei & Burgrabii Cracou.patrem referā? Qui qdem ad liberandam obſidiōe Arcem POLoczko cum quadringentis Eqtibus miſſus (vt olī Gedeon cum trecentis viris cōtra Madianitas)q̄ maxima potuit vi,clamore tubarūcꝗ clangore,in hoſtes ſecuros irruit, partēcꝗ eorū ferro percuſsit, partē aūt in flumē præterlabens præcipites egit.vt e ſex millibus,vix aliquot centa virorū cladis ſuę nūcii incolumes,Moskouiā abiectis armis,ꝓfugerint.Ita hic BORatinus Ducis ſui, licet neceſſario,duro tamē Imperio paruit:vt & ego virtutis eius ergo,ad tabulam geſta eius continentem hæc carmina adſcripſerim.

ſtudia Polonæ iuuentutis.

Polonorū fortitudinis memorabilia inprimis exempla BALICIVS & BORATINVS.

Viuere quiſquis amas poſt ultima fata ſuperſtes:
  Fac quod amet, recitet, poſteritaſcꝗ colat.
En & imago docet uere, ut BORATINVS ad HORſam
  Viribus Hectoreis agmina MOSKA quatit:
It, redit, ac totiens inſtaurans prælia uictor,
  Fungitur officio MILItis, atcꝗ DVcis.
Eripit, aſt alia parte, obſidione POLOczkum,
  Cumcꝗ quater centum millia ſena fugat.
Hic ſed ab aduerſo iacet obrutus agmine: uictus
  Rex porro Hungariæ Theutonis arma fugit.
Rex fugiens uitam ſine Regno elegit acerbam:
  Viuere dimiſſo noluit iſte loco.
O ſi mille Duces tales pro gente Polona
  Starent: Thrax fieret, quod fuit ante, Getes

In clariſs.uiri Iohannis Boratynski Vexilliferi Pramiſl. & Capitan. Rohatinēſ. cū alibi tum in prælijs cū Moſcis & in Hungaria cum Germanis cōmiſsis,Ducis ac Militis fortiſsimi, tabulam geſta eius continentē,ad ſpectatores pictura.

Sepulchro autem ipſius hæc verba leguntur inciſa.

Mars iacet hic bellis, idem Cato pace uerendus:
  Humanæ & quitquid integritatis erat.

Quas qdem Balicii,Boratini,aliorūcꝗ fortiſs.virorum virtutes nō ſolum naturæ,verum etiā inſtitutiōi recte debemus.Quippe qd' ſemper illa ſententia eorū animo obuerſabat, quā a teneris annis imbiberāt.FORtis animi & cōſtantis eſt nō perturbari in

Cicero.

turbari in rebus aſperis, nec tumultuantē de gradu deiici, vt dicit, ſed præſenti animo vti & cōſilio, nec a ratiōe diſcedere: quāq̄ hoc animi, illud etiā ingenii magni eſt, præcipere cogitatiōe futura, & aliquāto ante cōſtituere, qd accidere poſſit in vtrāq; partem, & qd agendum ſit, cum qd euenerit, nec cōmittere, vt aliquādo dicendū ſit. NON PVTARAM. Hæc ſunt opera magni animi, & excelſi, et prudentia cōſilioq; fidentis. Sed quia mortē oppetūt ii, qui vſu bellorū exercitatiſsimi ſunt, aut ſaltē fuerunt: Legiſlatorē aūt oportet ad æternitatē quandā Reip. reſpicere, age ergo in vſum noſtrorū hominum, huc adferā, quæ de Tyronibus exercendis a Vegetio ſunt Literis prodita ne quid vel operæ vel ſumptibus in gratiam patriæ hic quoq; peperciſſe videar.

Cuius artis tyrones uel eligendi ſint uel reſpuendi.
Vegetius lib. 1, ca. 7.

AC PRimo cuius artis tyrones vel eligendi vel penitus reſpuēdi ſint, indagem9. Piſcatores, aucupes, dulciarios, lintheōes, omneſq; qui aliqd tractaſſe videntur ad gynęcea pertinens, lōge arbitror pellendos a Caſtris. Fabros ferrarios, carpētarios, macellarios, et ceruorū aprorūq; venatores, cōuenit ſociare militię. Et hoc eſt in q̄ totius Reip. ſalus vertit̄, vt tyrones nō tātum corporib. ſed etiā animis præſtantiſſimi deligant̄. Vires Regni, & æterni nominis fundamentum, in prima delectorū examinatiōe cōſiſtunt. Nec leue putet̄ hoc officium, aut paſsi q̄buscunq; mādandum, qd' apud veteres int̄ tam varia genera virtutū, in Sertorio præcipue conſtat eſſe laudatū.

Tyrones genere & moribus deligantur honeſti.

Iuuētus enī cui defenſio Prouinciarū, cui cōmittenda bellorū fortuna, & genere, ſi copia ſuppetat, & moribus debet excellere. Honeſtas enī idoneū militē reddit. Verecundia, dum ꝓhibet fugere, facit eſſe victorē. Quid enī ꝓdeſt ſi exerceat̄ ignauus? ſi pluribus ſtipendiis moret̄ in Caſtris? Nunq̄ exercitus ꝓfecit tempore belli, cuius in ꝓbandis tyronib. claudicarit elector.

Non eſt exercendus ignauus.

Et, quātum vſu experimētiſq; cognouimus, hic tot vbiq; ab hoſtibus illatæ ſunt clades, dum longa pax militē negligentius incurioſiusq; legit, dum honeſtiores quiq; ciuilia ſectant̄ officia, dum poſſeſſorib. addicti tyrones, per gratiā aut diſsimulationē probantur: taleſq; ſociantur armis, quales domini habere faſtidiunt. A magnis ergo viris, magna diligentia, idoneos eligi conuenit iuniores.

Quando tyrones ſignandi ſunt.
Veget. lib. 1. cap. 8.

SED nō ſtatī punctis ſignorū inſcribendus eſt tyro delectus, verū ante exercitio prætentādus, vt vtrum vere tāto operi aptus ſit, poſsit cognoſci. Et velocitas in illo reqrenda videt̄ & robur, & vtrum armorū diſciplinā ediſcere valeat, vtrum habeat cōfidentiā militarē. Pleriq; enī, q̄uis in ſpecie nō imꝓbabiles videant̄, tamē experimentis cōprobant̄ indigni. Repudiandi ergo minus vtiles, & in locum eorum ſtrenuiſsimi ſubrogādi ſunt. In omni enim cōflictu, nō tam ꝓdeſt multitudo, quā virtus. Signatis itaq; tyronibus per q̄tidiana exercitia, armorū eſt demōſtrāda doctrina.

Ad gradum militarē & curſum & ſaltum exercendos tyrones.
Veget. lib. 1. cap. 9.

PRIMis ergo meditationū auſpiciis, tyrones militarē edocendi ſunt gradum. Nihil enī magis in itinere vel in acie cuſtodiendū eſt, quā vt omnes milites incedendi ordinē ſeruent. Qd' aliter fieri non poteſt, niſi vt aſsiduo exercitio ambulare celerit̄ & æqualit̄ diſcant. Periculū enī ſæpe ab hoſtibus grauiſsimū ſuſtinet diuiſus & inordinatus exercitus. Militari ergo gradu, vigiti millia paſſuum, horis quinq; duntaxat æſtiuis cōficienda ſunt. Pleno aūt gradu, q citatior eſt, totidem horis viginti quatuor millia peragēda ſunt. Quicqd addideris iā curſus eſt, cuius ſpatium nō poteſt diffiniri. Sed ad curſum præcipue aſſuefaciendi ſunt iuniores, vt maiore impetu in hoſtes ꝓcurrāt, vt loca oportuna celerit̄, cum vſus aduenerit, occupēt: vel aduerſariis, idem facere volentib. præoccupēt: vt ad explorādum alacrit̄ pergant, alacrius redeāt, vt fugientiū terga facilius cōprehendāt. Ad ſaltum etiā q̄ vel foſſæ tranſiliunt̄, vel impediens aliqua altitudo ſuperat̄, exercēdus eſt miles vt cum eiuſmōi difficultates euenerīt, poſsint ſine labore trāſire. Pręterea in ipſo cōflictu ac dimicatiōe telorum bellator cum curſu ſaltuq; veniēs, aduerſarii perſtrīgit oculos, mentēq; deterret, priuſq; plagā infligit, quā ille ad cauēdum vel ad reſiſtendū ſe præparet.

Pompeii exercitium.

De exercitio Pompeii magni, Saluſtius hoc memorat, cum alacrib. ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat. Neq; enī ille alit̄ potuiſſet par eſſe Sertorio, niſi ſe & milites frequētib. exercitiis pręparaſſet ad pręlia.

Ad uſum natandi exercēdos tyrones.
Veget. lib. 1. cap. 10.

NATANdi vſum ęſtiuis menſibus omnis æqualit̄ debet tyro cōdiſcere. Nō enī ſemper flumina pōtibus tranſeunt̄, ſed & cedens & inſequēs natare cogit̄ frequent̄ exercitus. Sæpe repentinis himbrib. vel niuibus ſolēt exūdare torrentes, Et ignorātia nō ſolum ab hoſte, ſed etiā ab ipſis aqs diſcrimē incurrit. Ideoq;

rit. Ideoꝗ Romani veteres, q̃ tot bella & cõtinua pericula, ad omnẽ rei militaris erudierant artem, Campum Martiũ vicinum Tiberi delegerũt: in q̃ iuuentus poſt exercitiũ armorũ, ſudorem puluereꝗ dilueret, ac laſsitudinẽ, curſusꝗ laborem natando deponeret. Non ſolum autem pedites, ſed & equites ipſosꝗ equos vel lixas (quos galearios vocant) ad natandum exercere percommodum eſt, ne quid imperitis, cum neceſsitas imminebit, eueniat.

Campus Martius Romæ.

ANTIqui (ſicut inuenit̃ in Libris) hoc genere exercuere tyrones. Scuta de vimine in modum cratiũ corrotũdata texebant: ita vt duplum põdus cratis haberet, quã ſcutum publicũ habere cõſueuit. Iidẽꝗ clauas ligneas, duplicis ęque põderis, ꝓ gladiis tyronibus dabant. Eoꝗ modo nõ tantũ mane, ſed etiã poſt meridiẽ exercebant̃ ad palos. *Palorũ enĩ vſus* nõ ſolum militibus, ſed etiã gladiatorib. plurimũ ꝓdeſt. Nec vnq̃ aut harena, aut campus inuictum armis virum ꝓbauit, niſi q diligent̃ exercitatus docebat̃ ad palum. A ſingulis aũt tyronibus, ſinguli pali defigebant̃ in terrã, ita vt nutare nõ poſſent, & ſex pedibus emineret̃. Cõtra illum palũ, tanq̃ cõtra aduerſariũ, tyro cum crate illa & claua, velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto: vt nunc quaſi caput aut faciẽ peteret, nunc a lateribus minaret̃, interdũ cõtenderet poplites & crura ſuccidere, recederet, aſſultaret, inſiliret, & quaſi præſentẽ aduerſariũ, ſic palum omni impetu, omni bellandi arte tentaret. In qua meditatiõe ſeruabat̃ illa cautela, vt ita tyro ad inferendum vulnus inſurgeret, ne qua ex parte pateret ipſe ad plagam.

Quemadmodum ad ſcuta viminea vel ad palos antiqui exercebant tyrones.
Veget. libr. 1, cap. 11.
Palorum uſus.

PRAEterea nõ cæſim, ſed puncti ferire diſcebant: Nam cæſim pugnãtes nõ ſolũ facile vicere, ſed etiã deriſere Romani. Cæſa enĩ q̃uis impetu veniat, nõ frequent̃ interficit, cum & armis vitalia defendant̃ & oſsibus. At cõtra puncta, duas vncias adacta, mortalis eſt. Neceſſe eſt enĩ vt vitalia penetret, qcq̃d immergit̃. Deinde dũ cæſa infert̃, brachiũ dextrum latusꝗ nudat̃. Puncta aũt tecto corpore infertur, & aduerſariũ ſauciat anteq̃ videat̃. Ideoꝗ ad dimicandũ hoc pręcipue genere vſos eſſe cõſtat Romanos: duplicis aũt ponderis illa cratis & claua ideo dabant̃, vt cũ vera & leuiora arma tyro ſumpſiſſet, velut grauiore põdere liberatus, ſecurior alacriorꝗ pugnaret.

Non cæſim ſed punctim feriẽdos tyrones.
Veget, lib. 1. cap. 12.

PRAEterea illo exercitii genere, qđ armaturã vocãt, & a campi doctoribus tradit̃, imbuendus eſt tyro. Qui vſus vel ex parte ſeruat̃. Cõſtat enĩ & nunc in omnibus prælijs armaturã melius pugnare, quã cæteros. Ex q̃ intelligi debet, quantũ exercitatus miles in exercitato ſit melior: cũ armatura vtcunꝗ eruditi, reliq̃s cõtubernales ſuos bellandi arte præcedãt. Ita aũt ſeuere apud maiores exercitii diſciplina ſeruata eſt, vt & doctores armorũ duplicibus remunerarẽtur annonis, & milites, q parum in illa prælusiõe ꝓfecerant, ꝓ frumento ordeũ cogerent̃ accipere. Nec ante eis in tritico redderet̃ annona, quã ſub præſentia præfecti, Tribunorũ, vel Prĩcipum experimẽtis datis, oſtendiſſent ſe omnia quæ erãt in militari arte cõpleſſe. Nihil enĩ neꝗ firmius, neꝗ fœlicius, neꝗ laudabilius eſt Reipub. in qua abundãt milites eruditi. Nõ enĩ veſtium nitor vel auri vel argenti gẽmarumꝗ copię hoſtes aut ad reuerentiã noſtrã, aut ad gratiam inclinant, ſed ſolo terrore ſubigant̃ armorũ. Deinde in aliis rebus (ſicut ait Cato) ſi qđ erratum eſt, poteſt poſtmodũ corrigi: Præliorũ delicta emendationẽ nõ recipiunt, cum ſtatim pœna ſequat̃ errorẽ. Aut enim cõfeſtim pereunt, qui ignaue imperiteꝗ pugnauerunt: aut in fugam verſi, victoribus vltra pares ęſſe non audent.

Armaturam docẽdos tyrones.
Veget. lib. 1. cap. 13.
Veterum cõſuetudo.
Milites eruditi Reip. ſtabilimentum.
Catonis ſentencia.

SED ad incœptũ reuertor. Tyro: q cum claua exercet̃ ad palum, haſtilia q̃ꝗ põderis grauioris, quã vera futura ſint iacula, aduerſus illum palũ, tanq̃ aduerſus hominẽ iactare cõpellit̃. In qua re armorũ doctor attendit, vt magnis viribus haſtile cõtorqueat, vt deſtinato ictu vel in palum vel iuxta dirigat miſsile. Eo enĩ exercitio & lacertis robur accreſcit, & iaculandi vſus atꝗ peritia acquiritur.

Ad miſsilia iacienda tyro exercendus.
Veget, lib. 1, cap. 14

SED prope tertia, vel quarta pars iuniorũ, quæ aptior potuerit reperiri arcubus ligneis, ſagittiſꝗ luſoriis, ad illos ipſos ſemper exercenda palos. At doctores ad hãc rem & artifices eligendi: & maior adhibẽda ſolertia, vt arcum diligent̃ ac ſcient̃ teneant, vt fortit̃ impleant, vt ſiniſtra fixa ſit, vt dextera cum ratiõe ducat̃, vt ad illud qđ feriendũ eſt, oculus parit̃ ac animus cõſentiant, vt ſiue in equo ſiue in terra, recte ſagittare doceãt. Quã artem & diſci opus eſt diligent̃, & q̃tidiano vſu exercitioꝗ ſeruari. Quantũ aũt vtilitatis boni ſagittarii in præliis habeãt, & Cato in Libris de diſciplina militari euident̃ oſtendit, & Claudius pluribus iaculatorib ante

ſagittis tyronem imbuendũ diligenter.
Veget, lib. 1, cap. 15.
claudij iaculatores.

 inſtitutis

inſtitutis atq; perdoctis hoſtē, cui prius impar fuerat, ſuperauit. Aphricanus qdē Scipio, cum aduerſum Numātinos, q exercitum populi Romani ſub iugum miſerant, eſſet acie certaturus, aliter ſuperiorem ſe futurum eſſe non credidit, niſi in omnibus centuriis lectos ſagittarios miſcuiſſet.

Aphricani iaculatores.

AD lapides vero, vel manibus vel fundis iaciendos, exerceri diligent̄ cōuenit iuniores. Fundarū aūt vſum primi Baleariū Inſularū habitatores & inueniſſe, & ita perite exercuiſſe dicunt̄, vt matres paruos filios nullū cibum cōtingere ſinerent, niſi quē ex funda deſtinato lapide percuſsiſſent. Sępe enī aduerſum bellatores caſſidibus, catafrattis, loricisq; munitos, teretes lapides de funda vel fuſtibalo deſtinati, ſagittis ſunt omnibus grauiores, cū mēbris integris, letale tamē vulnus importent: & ſine inuidia ſanguinis, hoſtis lapidis ictu intereat. In omnibus aūt veterū prælijs funditores militaſſe, nullus ignorat. Quæ res ideo ab vniuerſis tyronib. frequenti exercitio diſcenda eſt: qa fundā portare nullus eſt labor. Et interdū euenit, vt in lapidoſis locis cōflictus habeat̄, vt aut mons ſit aliqs defendēdus, aut collis & ab oppugnatiōe Caſtellorū ſiue Ciuitatū, lapidib. barbari fundisq; ſunt pellēdi.

Ad iactandos lapides fundis uel manu exercendos tyrones. Balearibus fundæ primo repertæ. Vegetius lib. 1, ca. 16.

PLVMbatarū q̄q; exercitatio (quas Martiobarbulos vocāt) eſt tradenda iunioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiōes fuerunt, quæ ſena millia militū habuerunt: quæ qd̄ his telis ſcient̄ vtēbant̄ & fortit̄, Martiobarbuli vocabant̄. Per hos longo tempore ſtrenuiſsime conſtat omnia bella cōfecta, vsq; eo, vt dum Diocletianus & Maximianus ad imperiū veniſſent, ꝓ merito virtutis hos Martiobarbulos, Iouiarios, atq; Herculianos cenſuerit appellādos, eosq; cūctis legiōib. prætuliſſe doceant̄. Quinos aūt Martiobarbulos inſertos ſcutis portare cōſueuerunt: quos ſi opportune milites iacerēt prope ſagittariorū ſcutati imitari videntur officium. Nam hoſtes equosq; conſauciant priuſquā, non modo manu ad manum, ſed ad ictum miſsilium potuerat perueniri.

De exercitio plumbatarum. Martiobarbuli. Vegetius lib. 1, ca. 17.

NON tantū aūt a tyronibus, ſed etiā a ſtipendiariis militibus ſalitio eq̄rum diſtricte eſt ſemper exacta. Quē vſum vsq; ad hanc ætatē, licet iam cum diſsimulatiōe, perueniſſe manifeſtū eſt. Equi lignei hyeme ſub tecto æſtate ponebant̄ in campo: ſuper hos iuniores primo inermes, dum cōſuetudine ꝑficerent, deinde armati cogebant̄ aſcēdere. Tantaq; cura erat, vt nō ſolum a dextris, ſed etiā a ſiniſtris partibus & inſilire & deſilire cōdiſcerent euaginatos etiā gladios vel contos tenētes. Hoc enim continua meditatiōe faciebat, ſcilicet vt in tumultu prælii ſine mora aſcenderent, qui tam ſtudioſe exercebantur in pace.

Quemadmodum ad aſcendendos equos tyrones exercendi ſunt. Vegetius lib. 1, ca. 18

PONDus q̄q; baiulare vsq; ad LX. libras, & iter facere gradu militari, freq̄etiſſime cogēdi ſunt iuniores, qbus in arduis expeditiōib. neceſsitas imminet annonā parit̄ ac arma portandi. Nec hoc credat̄ eſſe difficile ſi vſus acceſſerit. Nihil enim eſt, quod non aſsidua meditatio facillimum reddat. Quam rem antiquos milites factitauiſſe, Vergilio ipſo teſte, poteſt cognoſci, qui ait:

Ad portandū pondus exercēdos tyrones. Veget. lib. 1, cap. 19.

> Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis.
> Iniuſto ſub faſce uiam cum carpit, & hoſti.
> Ante expectatum poſitis ſtat in agmine Caſtris.

LOCus exigit, vt q̄ armorū genere, vel inſtruendi, vel muniēdi ſint tyrones, referre tentemus. Sed in hac parte antiqua penitus cōſuetudo deleta eſt. Nam, licet exemplo Gothorū & Alanorū Hunnorūq; Eqtum arma ꝑfecerint, pedites tamē cōſtat eſſe nudatos. Ab Vrbe enī cōdita vsq; ad tēpus diui Gratiani, & cataphractis & galeis muniebat̄ pedeſtris exercitus. Sed cum cāpeſtris exercitatio, interueniente negligētia deſidiaq; ceſſaret, grauia videri arma cœperūt, quę raro milites induebant. Itaq; ab Imperatore poſtulabāt primo cataphrattas, deīde caſsides deponere. Sic detectis pectorib. & capitibus, congreſsi cōtra Gothos milites noſtri, multitudine ſagittariorū ſæpe deleti ſunt, nec poſt tot clades, quæ vsq; ad tantarū Vrbium excidia peruenerūt, cuiq̄ curæ fuit, vel cataphrattas vel galeas pedeſtrib. reddere. Ita fit vt nō de pugna, ſed de fuga cogitēt q nudi in acie exponunt̄ ad vulnera. Quid enī pedes ſagittarius ſine cataphratta, ſiue galea, q cum arcu ſcutū tenere nō poteſt, faciet? Quid ipſi draconarii atq; ſigniferi, q ſiniſtra manu haſtas gubernāt, in prælio facient, q̄rum & capita nuda eſſe cōſtat & pectora? Sed grauis pediti lorica videt̄, & galea fortaſſe raro meditanti, & arma tractāti. Cæterū q̄tidianus vſus

Quo armorum genere uſi ſunt antiqui. Veget. lib. 1, ca. 20.

anus uſus

annus vſus nō laborat,etiāſi oneroſa geſtauerit. Sed illi, q laborē in portandis veteribus munimētis armorū ferre nō poſſunt,detectis corporibus & vulnera ſuſtinere cogunt & mortes:& (qđ eſt grauius & turpius) aut certe capi,aut fuga Rēp. perdere. Sic dum exercitiū laboremq; declināt cum maximo dedecore trucidāt vt pecudes. Vnde apud antiq̄s murus nō dicebat pedeſtris exercitus,niſi qđ pilatæ legiōes præter ſcuta etiā cataphrattis galeiſq; fulgebāt. Vſq; eo,vt ſagittarii ſiniſtra brachia manicis munirent. Pedites aūt ſcutati,præter cataphrattas & galeas,etiā ferreas ocreas in dextris crurib. cōgerent accipere. Sic erāt armati illi, qui in prima acie pugnātes Prīcipes,in ſecunda haſtati,in tercia triarii vocabant. Sed triarii genibus flexis ſolebāt intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes vulnerarent venientibus telis: & cum neceſsitas poſtulaſſet,tanq̄ requieti vehemētius inuaderēt hoſtes,qbus cōſtat ſæpe factā eſſe victoriā,cum haſtati illi,& q priores ſteterāt,interiiſſent. Erant aūt apud veteres inter pedites,q dicebant leuis armaturæ funditores & ferentarii,q præcipue in cornibus locabant,& a quibus pugnandi ſumebat exordium. Sed hi velociſsimi & exercitatiſsimi legebant. Nec erāt admodū multi, qui cedentes (ſi prælii neceſsitas cōpuliſſet) inter prīcipia legionū recipi ſolebāt, ita vt acies immota cōſiſteret. Vſq; ad præſentē prope ætatem cōſuetudo permāſit,vt omnes milites pileis, q̄s pannonicos vocabāt, ex pellibus vterent. Quod propterea ſeruabat, ne grauius galea videret homini in prælio, qui geſtabat aliquid ſemper in capite. Miſsilia aūt qbus vtebat pedeſtris exercitus, pila vocabant, ferro ſubtili trigono præfixa, vnciarū nouē ſiue pedali, quæ in ſcuto fixa,nō poſſent abſcindi:& loricā,icient ac fortit' directa,facile perrūpunt:cuius generis apud nos iam rara ſunt tela. Barbari aūt ſcutati pedites his præcipue vtunt,quas Bebras vocant: & binas etiā ac ternas in præliis portāt. Sciendū præterea,qđ cum miſsilib. agitur,ſiniſtros pedes in ante milites habere debere. Ita eni vibrādis ſpiculis vehementior ictus eſt. Sed cum ad pilā (vt appellant) venit,& manu ad manū gladiis pugnat:tunc dextros pedes in ante milites habere debēt, vt & latera eorū ſubducant ab hoſtibus,ne poſsint vulnus accipere, & ꝓximior dextra ſit, quæ plagam poſsit inferre. Inſtruendos igit ac ꝓtegendos omni arte pugnandi, & q̄cunq; genere armorum, conſtat eſſe tyrones. Neceſſe eſt enim vt dimicandi acriorem ſumat audaciam, qui munito capite vel pectore non timet vulnus.

Murus pedeſtris exercitus. *Triarÿ.* *Pila.* *Bebra.*

De munitione Caſtrorum. Veget. lib. 1. cap. 21.

CAStrorū q̄q; munitionē debet tyro cōdiſcere. Nihil enī tam ſalutare,neq; tam neceſſariū inuenit in bello. Quippe ſi recte cōſtituta ſunt Caſtra, ita intra vallū ſecuri milites dies noctesq; peragūt, etiā ſi hoſtis obſideat, quaſi muratā Ciuitatē videant ſecū vbiq; portare. Sed huius rei ſciētia prorſus intercidit. Nemo enī iam diu deductis foſsis,præfixiſq; ſudibus Caſtra cōſtituit. Sic diurno vel nocturno ſuperuentu Eqtum barbarorū,multos exercitus ſcimus frequent afflictos. Non ſolum aūt cōfidentes ſine Caſtris iſta patiunt,ſed cum in acie caſu aliq̄ cœperit cedere munimēta Caſtrorū,q̄ ſe recipiant nō habent,& more animaliū multi cadūt. Nec prius moriendi finis fit, quam hoſtibus defuerit voluntas perſequendi.

In quibus locis cōſtituēda ſint Caſtra. Veget. lib. 1. cap. 22.

CASTra aūt,præſerti hoſte vicino,tuto ſemper facienda ſunt loco,vbi & lignorū & pabuli & aquæ ſuppetat copia. Etſi diutius cōmorandū ſit,loci ſalubritas eligatur. Cauendū etiā ne mons ſit vicinus altior, qui ab aduerſariis captus poſsit officere. Conſiderandū etiā ne torrentibus inundari cōſueuerit campus, & hoc caſu vim patiat exercitus. Pro numero aūt militū vel impedimētorū munieda ſunt caſtra,ne maior multitudo cōſtipet in paruis,neue paucitas in latiorib. vltra q̄ oportet cogat extēdi.

Quali ſpecie deliniēnda ſint Caſtra. Veget. lib. 1. cap. 23.

INTERdum aūt quadrata, interdū trigona, interdū ſemirotunda,ꝓut loci qualitas aut neceſsitas poſtulauerit,Caſtra facienda ſunt. Porta aūt quæ appellat prætoria,aut orientē ſpectare debet,aut illum locum q ad hoſtē reſpicit:aut ſi iter agit,illā partem debet attēdere,ad quā eſt ꝓfecturus exercitus. Intra quā primæ centuriæ, hoc eſt cohortes, papiliones tēdunt & dracones & ſigna cōſtituunt. Decumana aūt porta quæ appellatur,poſt prætoriam eſt: per quā delinquentes milites educuntur ad pœnam.

Prætoria porta. *Decumana porta.*

Quo genere muniēda ſint Caſtra. Veget. lib. 1. ca. 24.

CAStrorū aūt diuerſa triplexq; munitio eſt. Nam ſi nimia neceſsitas nō premit, ceſpites circuncidunt e terra,& ex illis velut murus inſtruit. Altus tribus pedib9 ſuper terrā,ita vt in ante ſit foſſa, de qua leuati ſint ceſpites. Deinde tumultuaria foſſa ſit lata pedes nouem,& alta pedes ſeptē. Sed vbi vis acrior imminet hoſtium,

tunc latiſsima foſſa ambitũ cõuenit munire Caſtrorũ, ita vt duodecĩ pedes lata ſit, & alta ſub linea (ſicut appellãt) pedes nouẽ. Supra aũt ſepibus hincinde factis, quę de foſſa leuata fuerit, terra cõgerit, & creſcit in altum quatuor pedes. Sic fit vt ſit alta tredecĩ pedes, duodecim lata. Supra quã ſudes de lignis fortiſsimis, quas milites portare cõſueuerant, præfiguntur. Ad quod opus ligones, raſtra, qualos, aliaq́; vtenſilium genera habere conuenit ſemper in promptu.

Quemadmodũ muniẽda ſint Caſtra cum hoſtis immineat. Veget. lib. 1. cap. 25.

SED facile eſt abſentibus hoſtibus Caſtra munire. verũ ſi aduerſarius incumbat, tunc omnes Eqtes, & media pars peditũ, ad ꝓpulſandum hoſtiũ impetum, ordinant in acie, reliq poſt ipſos ductis foſsis muniunt Caſtra, & per pręconẽ indicat, quæ centuria prima, quæ ſecunda, quæ tercia, quæ quarta opus omne cõpleuerit. Poſt hæc a centuriõibus foſſa inſpicit ac menſurat, & vindicat in eos qui negligentius fuerit operati. Ad hunc ergo vſum inſtituendus eſt tyro, vt cum neceſſitas poſtulauerit, ſine perturbatione celeriter poſsit Caſtra munire.

Quemadmodũ exerceantur tyrones, ut in acie ordinẽ & interualla cuſtodiant. Veget. lib. 1. cap. 25.

NIHIL magis ꝓdeſſe cõſtat in pugna, quã vt aſsiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines indeſinenter obſeruent, nec vltra magis quã expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Nam etiã cõſtipati, perdunt ſpatia pugnandi, & ſibi inuicem impedimẽto ſunt. Et rariores atq; interlucentes aditum perrũpendi hoſtibus præſtãt. Neceſſe eſt aũt ſtatĩ metu vniuerſa cõfundi, ſi interciſa acie ad dimicantiũ terga acceſſerit. Producẽdi ergo tyrones ſunt ſemper ad campũ, & ſecundum matriculæ ordinẽ in aciem dirigẽdi, ita vt primo ſimplex extenſa ſit acies, ne quas habeat curuaturas, vt æquali legitimoq; ſpacio miles diſtet a milite. Tunc præcipiendũ, vt ſubito duplicẽt aciem, ita vt in ipſo impetu, ad quẽ ipſi reſpõdere ſolẽt, ordo ſeruet. Tercio præcipiendũ eſt, vt quadratã aciem repente cõſtituant, q̊ facto in trigonũ (quẽ cuneũ vocãt) acies ipſa mutanda eſt. Quę ordinatio plurimũ ꝓdeſſe cõſueuit in bello. Iubet etiã vt inſtruãt orbes, q̊ genere cum vis hoſtiũ interruperit aciẽ, reſiſti ab exercitatis militibus cõſueuit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & graue diſcrimen immineat. Hæc ſi iuniores aſsidua meditatione perceperint, facilius in ipſa dimicatione ſeruabunt.

Quantũ ſpatium ire uel redire debeant, uel quoties in menſe exerceri, cum educuntur milites ambulatũ. Veget. lib. 1. cap. 27.

PRAEterea & vetus cõſuetudo permãſit, & diui Auguſti atq; Hadriani cõſtitutiõibus præcauet, vt ter in menſe, tam Eqtes quã pedites educant ambulatũ, hoc enĩ verbo, hoc exercendi genus nominãt. Decem millia paſſuũ armati inſtructiq; omnibus telis pedites, militari gradu ire ac redire iubebant in Caſtra, ita vt aliquã itineris partem curſu alacriore cõficerent. Eqtes q̃q; diuiſi per turmas armatiq; ſimilit tantũ itineris peragebãt, ita vt ad equeſtrẽ meditationẽ interdũ ſequerent, interdum cederẽt, & recurſu q̃dam impetus repararẽt. Non ſolum aũt in campis, ſed etiã in cliuoſis & arduis locis, & aſcẽdere & deſcẽdere vtraq; acies cogebat, vt nulla res vel caſus prorſus pugnãtib. poſsit accidere, quã nõ ante boni milites aſsi(dua exercitatiõe didiciſsẽt.

De adhortatione rei militaris Romanæq; uirtutis. Veget. lib. 1. cap. 28.

HAEC fidei ac deuotiõis intuitu, Imperator inuicte, de vniuerſis autoribus, q rei militaris diſciplinã literis mãdauerunt, in hunc Libellũ enucleata cõgeſsi, vt in delectu atq; exercitatiõe tyronũ, ſi qs diligens velit exiſtere ad antiquæ virtutis imitationẽ, facile corroborare poſsit exercitum. Neq; enĩ degenerauit in hominib. Martius calor, nec effœtę ſunt terrę quę Lacedæmonios, quæ Athenienſes, quæ Marſos, quæ Sannites, quę Pelignos, quæ ipſos ꝓgenuere Romanos. Nõne Epirotæ armis plurimũ aliquãdo valuerũt? Nonne Macedones ac Theſſali, ſuperatis Perſis vſq; ad Indiã bellando penetrarũt? Dacos aũt & Mœdos ad Thraces, intantũ bellicoſos ſemper fuiſſe manifeſtũ eſt, vt ipſum Martẽ fabulæ apud eos natum eſſe cõfirment. Longũ eſt ſi vniuerſarũ prouinciarũ vires enumerare contendã, cum omnes in Romani Imperii ditiõe cõſiſtant. Sed longe ſecuritas pacis hoies partĩ ad delectationẽ ocii, partĩ ad ciuilia traduxit officia. Ita cura exercitii militaris, primo negligẽtius agi, poſtea diſsimulari, ad poſtremũ olĩ in obliuiõnẽ perducta cognoſcit. Nec aliqs hoc ſuperiore ætate accidiſſe miret, cum poſt primũ Punicũ bellum vigintiquatuor circulis excurſis annorum, pax ita Romanos illos vbiq; victores ocio & armorũ deſuetudine eneruauerit, vt ſecundo bello Punico Hannibali pares eſſe nõ poſſent. Tot itaq; cõſulibus, tot Ducibus, tot exercitibus amiſsis, tunc demũ ad victoriã peruenerũt, cum vſum exercitiiq; militare cõdiſcere potuerũt. Sẽper ergo legẽdi & exercẽdi ſunt iuniores. Vtilius enĩ cõſtat erudire armis ſuos, quã alienos mercede cõducere.

ATq; hæc ideo IOH. TARNOVI, & qui fortaſsis legetis hæc oli Ciues mei, huc ex Vegetio adſcripſi: vt noſtri q̊q; hoies ſapientia Romanorũ ad inſtituendã militarem diſciplinã ꝓuocarent, & ad eam induſtriã, quæ eis naturalis eſt: ad eãq; artem, quã perpetuis in bellis diſcunt: exercitationem q̊q; veterum Romanorum ſuæ itidem adiungãt. Cum enĩ plurima alia præmia & ornamenta militarib. viris in Rep. noſtra ꝓpoſita ſunt, tum his maiora eſſe nõ poſſunt, Quod REX noſter (cõtra VENEtorũ exemplum) extraneos milites nunq̃ aſciſcit, ſed, vt dixi, tantum ſuorũ viribus cõtra externos bella gerit. Præterea, nõ niſi ſuffragantib. ipſis militibus ea decernit. Vel qđ parua ſint arma foris, niſi ſit cõſilium domi: vel quod iuſte ii de bello ſentenciã rogant, q̊rum ſumptibus & labore eſt gerendum. Excepto, ſi forte regrendorum ipſorũ ſpacium inſperatus hoſtis Regi eripiat. Ad hæc Conuentus municipibus prouinciati prę̄ſtituunt. In qbus arma, viriq; a Caſtellanis omnium luſtrent, & vt apparatus bellicus vniuſcuiuſq; facultatibus reſpõdeat, atq; exęquet, tanq̃ a Cenſoribus legitimis ꝓuidetur. vt inde ad locum & tempus bello præſtitutum ordinate, ac mature omnes deducantur.

Bellũ in Comitiis decernatur, inſperatõ (caſu excepto. L. I.

95. Item pollicemur, Quod neq; Terrigenis ut ad bellum mouerent, mãdabimus: abſq; Conuentiõe cõmuni in ſingulis Terris inſtituenda.

Kazim. in Nyeſſoua.

EXCEPTIO.

Quia tamẽ incerta eſt futurorũ euentuũ cognitio, nec aduerſus illos certa cõſilia dari, aut prouiſiões fieri poſſunt, erit in poteſtate noſtra ex decreto præſentis Conuẽtus, generalẽ belli motionẽ facere: ubi talis neceſsitas ingrueret, ut illi per pręſidia decreta obſtari non poſſet.

Sigiſm. Craco. 1527. Relinquitur in poteſtate Regis generalis belli motio, quando opus ſit.

Cõuent⁹ ꝓuĩciales bellũ quoq; antecedẽt. L. ij.

Itẽ quoniã cõuenimus ſimul cũ uniuerſis ſubditis noſtris, ut quãlibet expeditionẽ bellicã generalẽ, Conuẽtiones Particulares in
105 locis cõſuetis ſecundũ cõſuetudines ex antiq̊ ſeruatas præcederẽt. Itaq; Statuimus, Quod nos, ſucceſſoresq; noſtri, quotieſcũq; expeditionẽ bellicam uellemus indicere, ſeu uellent, neceſsitate quacũq; expoſcẽte: totiens Cõuentiões Particulares inſtituere debebimus, & debebũt. ¶ Videlicet Terrigenis Cracou. Terræ in Proſſovicze: Sandeceñ. & Bieceñ. in Czchovv: Sandomir. in Novemyaſto: Maioris Poloniæ, & Vvſchoueñ. in Srżoda: Siradieñ & Vyeluneñ. Siradiæ: Lanciciæ, Cuiauieñ. & Breſteñ. in Brzeſczye: Dobrineñ. in Rypin: Goſtineñ. et Sochaczouieñ. in Rypin: Raueñ. in Rava: Lublineñ. & Lukouiẽ. in Vrzandovv: Chelmeñ. in Rubyeſſovv: Belzeñ. in Busko: Pręmiſlieñ. in Moſcziska: Podoliæ in Kamyenyecz: Sanoceñ. in Sanok: Leopolieñ. in Viſznia: Haliciẽñ. in Trebovvla ad conſulendũ neceſsitati, tunc fortaſſe nobis & Reipub. Reg. noſtri immineẽti.

Iohan. Alb Pet. 1496 Expeditiones bellicas precedãt Conuentiones Terreſtres in loci infraſcriptis. Cracouiæ. In Proſſouicze, sandecz, Biecz, Czchouu sandomiriæ, Nouemyaſto. Poloniæ. Vſchoua, Srzoda, siradiæ, Lancic. Brzeſcye, Rypin, Gambin, Raua. Ruſſiæ. Vrzandouu, Rubieſſou, Buſko, Moſczitka, Kamyeniecz, sanok, Viſnya, Trebouula.

SIMILIS, deq; ſoluendo bello.

Bellicã Expeditionẽ generalẽ, nõ niſi deliberate, & ex legitimis ratiõib. & cauſis ac neceſsitate publica, futuris temporibus inſtituemus, ſecundum diſpoſitionẽ Statutorũ, pręmiſsis generali & particulari Conuẽtibus. Cum uero expeditio bellica fuerit inſtituta, ad illã immutandã, Cõuentiões indici nõ debẽt, ne cum ex decreta & publicata expeditiõe, pręparationẽ ad bellum Nobiles fecerint, ſi eodem tempore cõtribuere cogerentur, duplici ſumptu onerentur.

Sigiſm. Petrič. 1538. Bellicam expeditionẽ generales & particulares Cõuentus precedent.

Literæ reſtiũ bello præmittẽdæ. L. iij.

Statuimus & ordinamus, Quod dũ bellũ generale iuxta Statuta anti-
sigiſm. Bidgo. 1520. quiora per nos & ſucceſſores noſtros indictũ fuerit, extũc trinæ Literæ 21.
Reſtium ſeorſum ſiue ſucceſsiue mittant, & in ultimis Literis Reſtium
nominabit dies Conuentionũ Particulariũ in Diſtrictibus pro quo tẽ-
pore Caſtellani Diſtrictuũ tenebunt cum Nobilitate cõuenire & con-
ſtituere inter ſe unanimiter diem & locũ, ita quod Nobiles Diſtrictuũ
cũ ſuis Caſtell. ad locũ generalis belli deſignatũ ꝑcedãt. SIMILIS.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. Literę Reſtium unę pro binis, niſi in Comitijs ita decretũ fuerit, emit-
ti non debent. Sed alteræ poſt alteras iuxta Statutum.

Literis Regijs a bello nemo liberetur.

Alexand. Petr. 1504 Idem lib. 1. cap. 9. ar. 2. de Cancell. Ipſi uero Cancellarij & Vicecãcellarij Literis Literas cõtrari- (L. iiij. 115
as, alter cõtra alterũ, & cõtra Ius cõmune Regni, nõ extradãt, * Literæ
aũt Iuri cõtrarię int̃ alias intelligunt̃ * liberatiões ab expeditiõe bellica

Ii enĩ tantũ a bello liberi ſunto. Lex V.

Sigiſm. Bidgo. 1520. Item ſtatuimus, Quod in eiſdẽ Conuentiõibus Particularib. licebit eiſ-
Ægrotos reuidere Caſtellanis intereſt & Regi deferre. dem Caſtellanis ęgrotos ad bellũ proficiſci nõ ualẽtes cũ aliquibus No- 23.
bilibus reuidere, & tandẽ nobis & ſucceſſoribus noſtris deferre: ac dein-
de corã nobis & ſucceſſoribus noſtris nomine talis ægroti teſtes quatu-
or Nobiles idonei nominabunt̃, qui teſtes quatuor, uel alij electi Nobi-
les teſtes nominãdi iurare debẽt ſuper uera infirmitate cũ eodẽ ægroto
cõualeſcente. Sed ſi ipſe infirmus cũ quatuor nõ iurauerit ſuper uera in-
firmitate: extũc talis ægroti bona impetrata debẽt ſecundũ donationẽ
noſtrã uel ſucceſſorũ noſtrorũ ſuũ effectũ ſortiri. Et nihilominus talis
ægrotus expeditionẽ debitã faciet bellicã. SIMILIS.

sigiſm. Petric. 1538. Ægrotan. ſenes Reip. neceſsitate obeun. ac Vicecapitanei locorũ tam iudicialiũ quam limitaliũ a bellica neceſsitate eximuntur. Cauebimus deinceps, nos & poſteri noſtri, ne aliquẽ qui ad obeundũ
ſeruitiũ bellicũ de Iure eſſet obligatus, ab expeditiõe generali liberũ &
exemptum faciamus, præter ægrotãtes, ſenio cõfectos, & in neceſsitate
Reip. exiſtẽtes, & pręter Vicecapitaneos eorũ locorũ ubi ſunt Iudicia,
& in limitibus Reg. arcibus præſidentes. SIMILIS.

sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550. De liberandis hominibus a bello iuxta ueterẽ cõſuetudinem, & com-
mune Ius nos conſeruabimus.

Arma & pixides tẽpore belli, in Ruſsia uero ſemper impune portentur. Lex vj.

sigiſm. Petric. 1519. Nemo deĩceps tẽpore pacis ſeu eques ſiue pedeſtris pixides breues quas 27.
Rucznicze uocant deferre audeat, ab hac tamẽ Conſtitutione Terras
Ruſsiæ libertas eſſe uolumus quæ parata arma contra inſultus hoſti-
um habere ſemper ſolent & debent.

PRÆSCRIptiones tempore belli ne currant. Lex vij.
Quam Libro 3. Capitulo 6. Articulo 8. & alibi vide.

ARTICVLVS IIII.

Nobiles ſua bona vt pote ſtipendia ne ꝓfundant: ne tã Spũalium quã Sęculariũ
rapere cogant̃, ob idq; in campis ſtatiões faciant. per Caſtellanos ſuos a vi arcean-
tur, Quæ ſi accidat, partĩ ipſi Caſtellani Palatini & Rex, partim Spirituales ſon-
tes puniunt.

ſes puniunt. Cõmeatum enim iuſte æſtimatum Caſtellani ex Villis ad exercitũ conduci iubent: ne illum Nobilibus vi rapere ſit neceſſe.

SI aũt noſtris Nobilibus bona hereditaria tanq̃ ſtipendia ſunt cõſignata, ne nõ Reip. ſed ſuo ſtipendio militare ſe putent: & ſi ad defendendã Rempub. publice ſe miſſos gloriant, quod vtiq; propriũ officium eorũ eſt: Omnino, neq; bona ſua lu xu profundãt, qđ quidẽ egeſtas eorum Reipub. ſit fraudi: neq; bona Ciuium tanq̃ tutores pupillorũ rapiant, qđ hoc ipſum cuiuſdã latrocinii ſimile exiſtimat. Atq; idcirco Leges noſtræ, vt Regi, bona fiſci: & Epiſcopis, Eccleſiæ fundos alienare vetuerunt: ita q̃q; & Nobilibus luſu bona perdere, vel Mercatorib. luxuriæ ſuæ adminiſtris ea vendere ,phibuerũt. Ne ſi cõtra fiat vnus quiſq; eorũ propter ege- ſtatem in exequendis ſuis officiis claudicet, vel tam Eccleſiæ miniſtrorũ, quã pau perorum hominũ facultatibus manus admoueat. Male aũt ſe res habet, ſi & canis ouibus quas cuſtodit pro defenſore Lupus ſit: & miles ſuiſmet Ciuibus & Eccle- ſiis pro tutore fiat hoſtis. Quæ audacia ne impune admittat, primo efferatis mili- tum animis metus Dei ponendus eſt ob oculos, dixit enim Dñs, NON CONcu piſces, tanto q; minus FVRAberis. Quod ne milites ſibi licere putent, dixit eis Iohãnes. NEMinẽ CONcuſſeritis, NEMini INIVriã feceritis, SVFficiat vobis STIpendiũ veſtrum. Quod cum ita ſit, Iure optimo pœnis quoq; corporalibus et pecuniariis Leges emendari delictũ voluerunt, ſi quis ad bellum ,pficiſcendo dam num det Eccleſiaſtico miniſtro, Ciui, vel Colono: & quod horũ vtiq; ipſi milites ſunt defenſores, ac patroni: & quod vnuſq; q; eorũ pro rata parte ſtipem itidẽ bel- lo gerendo cõfert. Et vt hic taceã, quã crudeliter gentiles Imperatores in prædo- nes milites ſæuierint: Vereor enim ne recitandis peregrinis exemplis aliqd inhu- manum in Remp. noſtrã, vel etiã iuſta de cauſa inuexiſſe videar: illud cõmemora- bo, Quod D. Aurelianus (vt Flauius Vepiſcus ſcribit) poſteaq̃ adulterũ militẽ duabus arboribus inflexis alligatũ, iiſdemq; dimiſſis, medium diſcerpſit: ad vica- rium ſuum ſcripſit: SI VIS Tribunus eſſe, immo ſi vis viuere, manus militũ conti- ne. Nemo pullum alienũ rapiat, Ouem nemo cõtingat, Vuam nullus auferat, Se- getem nemo deterat, Oleum, ſal, lignum nemo exigat. Annona ſua cõtentus ſit. In hoſpiciis caſte ſe agant: qui litem fecerit, vapulet. Epiſtola profecto digniſſima, quã omnes legant, & factis exprimant milites, eorumq; Tribuni chriſtiani.

Epiſtola Aureliani ad Tribunũ exercitꝰ

Ex Adamario Lotrichio.

Similiter Aufidius Caſſius Imperator milites, qui aliqd Prouincialib. abſtuliſſent per vim, in illis ipſis locis, in quibus peccauerãt, in crucem ſuſtulit. Primus id ſup- plicii genus inuenit, vt ad ſtipitem grandẽ damnatos milites ligaret, & ab imo fo- cum apponeret, incenſis aliis, alios fumi cruciatu, timore etiã alios necaret. Idem denos catenatos in ,pfluentem mergi iubebat, vel in mare, Idem multis deſertori- bus manus abſcidit, aliis crura incidit, ac poplites, dicens: maius exemplum eſſe viuentis miſerabiliter criminoſi, quam occiſi.

Ex Vlca. Gallicano.

Et Alexander Seuerus Cæſar, in expeditiõibus, ſi quis de via in alicuius poſſeſſi- onem deflexiſſet, pro qualitate loci fuſtibus ac virgis cædebat, aut alioq condem- nabat., Quod ſi dignitas perſonæ tales pœnas nõ recipiebat, grauiſſimis cõtume- liis afficiebatur, quũ diceret: Velles ne hoc in agro tuo fieri, quod facis in alieno? Clamabat ſæpius, quod a Chriſtianis audierat, idq; per præconẽ, quoties aliquem emendabat, dicere iubebat: QVOD TIBI fieri nolis, alteri ne feceris. Sed quid nunc dicemus de militibus Chriſtianis, qui limina paterna vix egreſſi, ſtatim mo- re luporum, rapiunt atq; mactant, qui ſiue quo eant, ſiue redeant, furantur, cõſtu- prant, pulſant, abigunt pecora, pertuſis vaſis ſinunt vinum effluere. Quid multis? Crudelius tractant ſuos, quã hoſtes. Et hoc hodie ſi ſuperis placet, appellat Ius mi- litare, & ad hæc cõniuent Principes. Attamẽ heroes hodie nõnulli boni, ſcelera militum in Prouĩciales ædita pati nõ poſſunt, imitati P. Corneliũ Scipionẽ, qui eodẽ temporis momento, quo Caſtra intrauit, turpi atq; erubeſcenda hominũ ſen tina purgauit exercitum. Neq; enim impiiſſimã quandã audendi quælibet licen- tiam eſſe bellum ſciunt, quod ſolius Iuſticiæ defendendæ, iniuriæq; illatę propul- ſandæ, non inferendæ cauſa, ſuſcipi debet. Et tamẽ rapinæ militari præſentiſſimũ eſt remediũ ſi & res, cum gratis omnibus impartiri nõ poſſunt: facile, iuſtoq; pre- cio tam a Spũalibus, quã ab agricolis, ac Mercatorib. militibus vendant: & ſi exer citus quoq; a propriis finibus in hoſtilem regiõem mature transferatur. In quã vt

Ad. Lang.

Contra militarẽ ra- pinam quæ remediat

TTT non gra-

non grauatim Imperatorē etiā citra ſtipendiū ſequatur: hoſtiles copiæ, ac etiam Vrbes, niſi ſe ſponte ſua dedant, & peccato hoſtis participent: ei in prædā ſunt ꝓponendæ. Si aūt ipſe inprimis Imperator manus ſuorū a raptu cōtinuerit, non difficile eandē continentiā reliquis militibus perſuadebit. Sicut ecōtra eoſdem alacres ad operas præſtandas, periculaq; adeunda, faciet: Si primus ipſe omniū opus inuadat, & periculum capeſſat: ne milites alterum contumeliæ, alterum etiam proditionis loco ducant.

Intereſt Reipubl. vt militares viri in

defendendo Regno peruigilent, defenſiōiq; facultates neceſſarias cōſeruent. Idcirco nulli Cōtractus, fideiuſſiōesue ſuper rebus, equis, bonis, & hereditatibus inter ludendum aleam facti valeant. imo ſi creditores debitoribus probris inſultent, pœna percelluntur. Lex I. Quam Lib. 3. Cap. 10. Artic. 2 de Contractibus & fideiuſſionibus quaſi ex maleficio vide.

Kaz. M. Viſl. 1368.

Armigeri ad bellicā expeditionē procedētes, ullo no- ū damno uinere nō debent, ſed in campis ſtatiōes facient, ſolis pabulis fint cōtenti: nec ædificia deſtruant, ſed in uicinis ſyluis ligna cedāt necnon facientes damna ſoluant. ſecundum iuramentū domini loci, & pœnam duplicē L. per hoc tamē pabulum equis moderatū non negatur.

Armigeri ne dāna dēt, ſtatiōes in cāpis

Expedit Reip. ut ſubditi qete uiuāt, et qđ nulli noceāt, & (faciāt. L. ij.
in uirtutib. cōualeſcāt. Quidā tamē pretereūtes iſta, ueluti Legis tranſ- 25. 26.
greſſores: Qđ cū p Terras ꝓprias pergūt ad expeditionē bellicā, quaſi hoſtes infinita damna pauperibus (etiā plura quā hoſtibus) inferre nō uerent. per quod Terræ noſtræ maxime deuaſtant. Volētes itaq; huic periculo de remedio opportuno prouidere. Statuimus, Quod qtieſcūq; ad bellicā expeditionē fit progreſsio, nullus in Villis ſtationē faciat: ſed in campo. Nec rapinas in equis, pecudibus, pecoribus, uel in alijs rebus cōmittant: ſed ſolū modo pabula recipiāt moderate pro ſuis equis. Nec ſtatiōes faciāt de lignis in ſyluis, Gajs, aut rubetis pro ędificijs ualentibus: ut ex hoc ædificia Villarū integra & illæſa permaneāt: Et ſi qs uelut temerarius huius Statuti uiolator fecerit cōtrarium, dño illius Villæ, aut cui damnū eſt illatū, damna reſtituat iuxta ſuū Sacramentū, cū reſtitutiōe ablatorū, ſuper ablatis præſtitū cū pœna pyathnadzieſta ad hoc appoſita. Et nihilominus alia ſimilis pœna cedat nobis occaſiōe uiolatiōis Statuti. Per hoc tamē nō negamus quin pabulū moderatū eqs & uictus ipſorū, ſine q̄ tranſitus alias haberi nō poſsit, recipiatur.

Kazim. M. Viſlicie. Idem ſupra l. b. 1. ca. 27. de Kmeton. ar. 2. 3

Nihil pabulorū vi in via recipiat. L. 3.

Cum itaq; omnis uiolētia nō immerito uarijs Iuris ſanctiōibus prohibeatur, & cohercea̅t: Maieſtas igit Regia ęquū cenſuit, ſubditorū cōmoda in his præſertī prouidere: Statuimus ideo, ut trāſeuntes per uiā ad do- 39.
minos ſuos, uel in proprijs etiā negocijs procurādis, ſiue ſint Principes, Milites, aut alterius ſtatus, & cuiuſcūq; conditiōis homines exiſtāt. pro ſe expenſas, aut pabula equorū, in Villis, tabernis, aut locis ſolitarijs nō recipiāt: aut aliquā uim inferāt uēdere nolētibus, aut a uenditiōe ſe retrahentibus: Sed unuſqſq; libere utatur re ſua, pro libito ſuæ uolūtatis.

Vuladiſlaus Iagello confirmat Statutum Kazmiri Magni.

Cōtra raptores maiores etiā pœnæ ſta:

Quanq̄ fœlicis recordatiōis KAZIMIrus Rex Po (tuunt. L. iiij. 63.
loniæ prędeceſſor noſter, cū nōnullis Principib. Terrarū Regno & Ma- 64.
ieſtati ſuæ cōtrariantibus. per multa tempora bella & expeditiōes habuerit, fecerit, tenuerit, & exercuerit: nunq̄ tamē tempore fœlicis ſui regi-

minis Regni, per bellatores tot & tam grauia damna, pericula, ſacrilegia, effractiões Eccleſiarũ, & deuaſtatiões bonorũ Eccleſiæ, & Monaſteriorũ, ac aliorũ bonorũ fuerunt, nec ſunt tot, & tam grauia, uti fœlicis tempore noſtri regiminis Regni (quod cõdolentes referimus perpetrata ac cõmiſſa. ℂ Statuerat enĩ & ordinauerat laudabilit̃ pręfatus prędeceſſor noſter cũ Prælatis & Dñis Regni ſui: Quod omnes & ſinguli Regnicolæ, ad expeditionẽ euntes, quacumq; nomine cenſerent̃ nunq̃ in Ciuitatibus, Oppidis, Villis, allodijs, & alijs bonis tã Eccleſiarũ, & Monaſteriorũ, & Secularium quæ ædificia habẽt, ſed in campis, uel rubetis ſtationẽ facere, nullaſq; rapinas bonorũ quorumcũq; & uiolentias cuiq̃ inferre debuiſſent. ℂ Item ſtatuerat, cũ Prælatis & Dñis prædictis leuiori cõparatione expenſarũ, ad expeditionẽ tranſeuntiũ ex utilitate Regni penſatis. Quod euntes ad expeditionẽ pro expenſis ſuis cõparandis: BOuem pro media Marca, VAccam pro octo ſcottis, pro fertone PORcum, MVTonẽ pro duobus groſsis, duas AVcas pro groſſo uno, ſex PVLlos pro groſſo, CApetam tritici pro duobus groſsis, Capetã SILIginis pro groſſo, & Capeta AVenæ pro groſſo ſimilit̃ emere debuiſsẽt. Quod Statutũ per longã cõſuetudinẽ Terrigenarũ noſtrorũ fuit & eſt tentum, & laudabilit̃ obſeruatũ. Sed tẽpore fœlicis noſtri regiminis Regni quorundam Incolarũ Regni noſtri deteſtãda peruerſitas, neſciens abſtinere a uetitis, nec debito modo gaudere cõceſsis, tam laudabile Statutum in abuſum damnabilẽ deducẽtes, nõ tantũ pręmiſſa, ſed multo plura, & maiora mala quę diuinę Maieſtatis offenſam, Regniq; noſtri deſolationẽ inducere uident̃, ferociter perpetrãdo cõmiſit: prout ex ſubditorũ noſtrorũ querelis, & queruloſis clamoribus percepimus, & nos ipſi certa experiẽtia probauimus. Ex quibus in Regno noſtro multa ſcandala, magna pericula, & grauia incõmoda, necnõ deſtructiões Eccleſiarum & Monaſteriorũ ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurrat̃) ueriſimile eſt in futurũ. ℂ Nos igit̃ præmiſsis, & alijs malis occurrere, & indẽnitatibus Regni noſtri & Eccleſiarũ Monaſteriorũq; prouida circumſpectiõe prouidere cupiẽtes, tã laudabile Statutum prædicti pręedeceſſoris noſtri, de cõſilio parit̃ & aſſenſu Prælatorũ & Dñorum Regni noſtri approbãtes illud auctoritate noſtra Regia cõfirmamus, noſtris uobis dantes in mãdatis, quatenus tam laudabile Statutum in Ciuitatibus & Oppidis noſtri Regni ac ipſius cõfirmationẽ & approbationẽ publicare & proclamare faciatis, illudq; ab omnibus Regnicolis noſtris, ſub obtentu gratiæ noſtræ obſeruari præcipiatis. Trãſgreſſores uero ipſius nobis & illis quibus damna intulerĩt pœnam ſyedmnadzyeſta alias xiiij. Marcas, uel maiorẽ pœnã illius Terræ per cuius Terrigenas prædicto Statuto cõtrauentũ fuerit, una cũ illatis dãnis, & iniurijs ſoluere tenebunt̃. ℂ Quæ damna & iniuriæ per illius ſolius iuramentũ, cui illata ſunt, quicũq; ille ſit, corã nobis probari debent. exceptis PONtificibus, qui cũ ſæpius ex diuerſis cauſis in remotis partibus cauſas agere habẽt, Procuratores ipſorũ diſcretos & idoneos, Spirituales uel Nobiles Seculares nobis iſtud præſtẽt. ℂ Vobis nihilominus huiuſmõi trãſgreſſores Statuti pręſentis, noſtra approbatione, & confirma-

Ad bellum euntes nõ in Ciuitatib. oppidis, uillis, uel allodijs ſpiritualium uel ſæcularium faciant ſtationem ſed in campis.

Euntes ad bellũ Bouẽ media marca, uaccam octo ſcottis, Porcum fertone, Mutonẽ duobus groß. duas aucas uno großo, ſex pullos uno großo, Capetam tritici duobus groſ. ſiliginis uno gr. Capetam auenæ groſſo comparabant.

Vuladiſlaus Rex cõfirmat statutũ Kaz. & mandat illud publicari. Tranſgreſſores statuti pœna 14. Marc. una cum illatis damnis percellẽdos.

Damna Iuramento ſolius cui illata ſunt probari debent. Pontificib. in remotis agentib. exceptis. qui per Procuratores idoneos tam spirituales q̃ seculares Nobil. iſtud præſtabunt.

Dat Rex auctoritatẽ iudicib. tranſgreſſores iudicandi, con-

domnandi, puniendi, & ad ſatisfaciendū compellendi.

Ad perpetuam rei memoriam Rex mandat, hanc confirmationem in Librum Terreſtrem ſcribi & inferri de uerbo ad uerbum.

& cōfirmatiōe, iudicandi, cōdemnādi, ad ſatisfactionē cōpellendi & pu-
niendi, omnibus dilatiōibus remotis omnimodā damus & cōmittimus
facultatē. ¶ Mandātes uobis, omninoq; habere uolētes, Quod præſen-
tes noſtras approbatiōis & cōfirmationis huiuſmodi Literas in Libros
Terreſtres de uerbo ad uerbū ad perpetuā memoriā ſcribi & inferri fa-
ciatis. Nos igit̄ VVLadiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ &c. hoc lau-
dabile Statutū ſuperius notatū Sereniſs. Prīcipis & Dn̄i Kazimiri Dei
gratia Regis olī Pol. prędeceſſoris noſtri renouan̄, cōfirmamus, & ad Li-
brum Iuris Terreſtris ſcribi, & notari iuſsimus, prout antea in Statutis
eiuſdē Dn̄i Regis Kaz. cōtinet̄, ac in omnib. prius enarratis obſeruari et
teneri fecimus. de cōſilio Prelatorū, ac dn̄orū noſtrorū. SIMILIS.

Kaz 3 Petric. 1457.

Iſta conſtitutio Kaz. eadem eſt in forma cū conſtitutiōe Vuladiſlai ſui progenitoris præter paragraphum illum Quod ſi uos aut aliqi ueſtrū.

KAZIMIRVS Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithva-
niæ, Ruſsiæ, Pruſsięq; Dn̄s & hęres. Vniuerſis & ſingulis Capitaneis 64.
Regni noſtri tā generalibus q̄ Particularib. quibuscūq; Terris & Di- 65.
ſtrictibus pręſidētibus Gratiā & beniuolentiā Regalē, Magnifici, Gene-
roſi, & Nobiles fideles noſtri dilecti. Quamq̄ fœlicis recordatiōis KAzi
mirus Rex Poloniæ prędeceſſor noſter cū pluribus hoſtibus Regni ſui
per tempora multa bella expeditiōes habuerit, fecerit, tenuerit & egerit,
nunq̄ tamē tempore fœlicis ſui regiminis Regni per bellatores tot & tā
grauia damna, pericula, ſacrilegia, effractiōes bonorū Eccleſię, et Mona-
ſteriorū fuerūt, & ſunt cōmiſſa, quod & quā grauia tempore noſtri fœ
licis regiminis Regni, quod dolēter referimus, fuerūt, & ſunt cōmiſſa &
perpetrata. Statuerat enī & laudabilit̄ ordinauerat præfatus prædeceſ-
ſor noſter cum Prælatis & Cōſiliarijs Regni noſtri, QVOD omnes &
ſinguli Regnicolę, q̊cumq; nomine cenſeant̄ ad expeditionē euntes, nū-
quā in Ciuitatib. Oppidis, Villis, allodijs, & alijs bonis tā Eccleſiarū &
Monaſteriorū, q̄ Sęculariū, quę ædificia habent: ſed in campis, uel rube
tis ſtationē facere, nullasq; rapinas bonorū q̊rumcūq; cōmittere, & uio
lentias inferre cuicūq; debuiſſent. ¶ Item ſtatuerat cū Pręlatis et Cō-
ſiliarijs prædictis pro leuiori cōparatiōe expenſarū ad expeditionē trā-
ſeuntiū ex utilitate Regni penſantis, Quod euntes ad expeditionē pro
expenſis ſuis cōparandis, BOuem pro media Marca : VACcā pro octo
ſcottis, PORcū pro fertone, MVTonē pro duobus groſsis, duas AV-
cas pro groſſo, caſſulā tritici pro duobus groſsis, caſſulam ſiliginis pro
groſſo, & caſſulā auenæ pro groſſo emere debuiſſent. Quod Statutū per
longā cōſuetudinē Terrigenarū noſtrorū fuit, & eſt tentū, & laudabi-
liter obſeruatū. Sed tempore noſtri fœlicis regiminis q̊rundā Regnico-
larum noſtrorū deteſtanda peruerſitas, neſciens abſtinere a uetitis, neq;
debito modo gaudere cōceſsis, tam laudabile Statutū in abuſum dam-
nabilē deducens: nō enī præmiſſa, ſed multo plura, ac maiora mala quæ
Maieſtatis diuinæ offenſam, & Regni noſtri deſolationē inducere ui-
dentur, ferociter perpetrādo cōmiſit, prout ex ſubditorū noſtrorū cla-
morib. queruloſis, percepimus, & nos ipſi certa experiētia probauimus.
Ex qbus in Regno noſtro multa ſcādala, magna pericula, & grauia in-
cōmoda, necnō deſtructiōes Eccleſiarū, & Monaſteriorū ſunt ſecuta, &
ampliora ſequi (niſi celeri remedio ſuccurrat̄) ueriſimilit̄ præſumitur

in futurum.

in futurū. Nos igit̃ præmiſsis, & alijs malis occurrere, & indẽnitatibus Regni noſtri, ac Eccleſiarū, & Monaſteriorū utilitatib. prouida circū-ſpectiōe prouidere cupientes, tā laudabile Statutū prędeceſſorū noſtrorum parit̃ & aſſenſu Prælatorū, Cōſiliariorū Regni noſtri approbantes illud auctoritate noſtra Regia, cōfirmauimus, uobis & cuilibet ueſtrū dantes in mādatis, quatinus tā laudabile Statutū, ac ipſius approbationẽ & cōfirmationẽ in Ciuitatib. & Oppidis Regni noſtri publicari, & proclamare faciatis. Illud q̊q; ab omnibus Regnicolis noſtris ſub obtentu gratię noſtrę obſeruare præcipiatis, trāſgreſſores uero ipſius nobis & illis q̄bus damna intulerĩt pœna ſyedmadzyeſta, uel maiorẽ pœnam Terræ illius per cuius Terrigenas prædicto Statuto cōtrauentum fuerit, una cum illatis damnis & iniurijs ſoluere tenebunt̃. quæ damna & iniuriæ per illius ſolius iuramentū, cui illata fuerĩt, q̄cumq; ille ſit, corā nobis probari debẽt. Exceptis Pontificib. qui cum ſępius ex diuerſis cauſis in remotis partibus agere habẽt per Procuratores eorū diſcretos & idoneos Sp̄ales uel Nobiles ſęculares corā nobis illud præſtent. Vobis nihilominus & ueſtrū cuilibet huiuſmōi tranſgreſſores Statuti, præſenti noſtra approbatiōe & cōfirmatiōe iudicandū & cōdemnandū ſatisfacere cōpellendū, puniendū, omnibus dilatiōibus remotis omnimodam damus & cōmittimus tenore præſentiū facultatẽ. ¶ Quod ſi uos aut aliq̄s ueſtrum in exhibẽda iuſticia iniurias, aut damna paſsis, poſtq̄ per eos requiſiti fueritis, negligẽtes ac remiſsi fueritis, poterĩt perſonæ Eccleſiaſticæ cōtra uos & quẽlibet ueſtrū pro huiuſmōi negligentia uti Iure Spirituali, & per Iudices Eccleſiaſticos cẽſuris Eccleſiaſticis cōpellere, quibus uos ſubijcimus. ¶ Volumus tamẽ eſſe in optiōe & arbitrio iniuriā aut damnū paſsi, quod poſsit & ualeat ſuper damnis & iniurijs ſibi illatis, ad Eccleſiaſticū uel Sęcularẽ Iudicẽ pro iuſticia recurrere. Mandamus uobis & cuilibet ueſtrū omnino habere uolẽtes, q̊d præſentes noſtras huiuſmōi approbatiōis & cōfirmatiōis Literas in Libro Terreſtri de uerbo ad uerbū ad perpetuā rei memoriā ſcribi & inſeri faciatis in teſtimoniū futurorū, ſecus noſtræ gratiæ ſub obtentu nō facturi. Actum & datū Petricouiæ in Cōuentiōe generali ſabbato poſt feſtum S. Andreæ Apoſtoli. Anno dñi 1457. noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo &c. Præſentibus ibidem R. in C. P. D. Iohāne S. Eccl. Gneſ. Archiep. & Primate. Thoma Cracou. Iohanne Vulad. Cancell. Andrea Poſnañ. Epiſcopis Vener. Iohanne Luthkonis de Brzezye V. I. Doctore Archid. Gneſn. Vicecanc. R. P. Necnon Magnificis Gener. Stren. & Nobil. Iohāne de Czyzov Caſtell. & Capitan. Crac. Stanislao de Oſtrorog Caliſs. Derslao de Rythvyany Sirad. Petro de Opporovv Lancic. Nicolao de Koſczyelec Vulad. Palatinis, Andrea de Sprova Palatino & Capitan. Leopol. Petro de Samotuly Poſn. Petro de Gay Caliſs. Hyncza de Rogovv Sirad. & R. P. Vicetheſaur. Creslao de Kurozvyanki Lubl. Iohāne de Borek Brezeñ. Petro de Moſczina Dobriñ. Petro de Striykovv Vulad. Stanislao de Szydlovyec Zarnou. Caſtellanis, Creslao Voyſſyk de Voycza Cracou. Sandiuogio de Lazenicza Sandom. & Capitan. Lubl. Floriano de Paczanov Crac. Criſtino de Smol-

Iudices ſæculares iuſticiam facere negligẽ. damna paſsis, poſquam fuerint requiſiti, poſſint per perſonas Eccleſiaſticas cẽſurari & compelli.

In optione & arbitrio eſt paſsi damnum, an ad Iudicem ſpiritualem uel ſæcularem uoluerit pro iuſticia recurrere.

ſko Iuniulad. & Vulad. Dapif. Iohãne Kraska de Lubnicza Caliſſ. Iacobo de Dambno Cracou. Pincernis, & alijs pluribus fidedignis circa præmiſſa. Datũ per manus præfati Reuerend. patris Dñi Iohan. Epiſcopi Vuladiſl. Canc. & Venerab. IohãnisLuthkonis de Brzezye V. I. Doct. Archid. Gneſn. R. P. Vicecanc. ſyncere nobis dilectis. Sub ſigillo noſtro præſentibus appenſo in fidẽ premiſſorũ ad relationẽ eiuſdẽ Reuerend. patris Domini Iohãnis Epiſcopi Vulad. R. P. Cancell.

Itẽ Priuilegiũ wlad. Iagellonis & kaz.

III. Petricouiæ feria quarta poſt feſtũ S. Georgii proxima. Anno 1458. datum ſupra Libr. 1. Cap. 4. Artic. 9. fol. 128. de Raptoribus decimarum vide ad hunc enim locum ſeruire videtur.

SIMILIS.

De Raptorib. & inuaſorib. bonorũ Eccleſiæ.

In Oppatouyec 1474

KAZIMIrus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæq; Dñs & hęres &c. Vniuerſis & ſingulis Capitaneis, 68. ſignanter tamẽ Cracou. Sandom. Nouę Ciuitatis, Radomieñ. Lubliñ. 69. & alijs ubilibet cõſiſtẽtibus pręſentib. requireñ. ſyncere & fidelibus dilectis. Gratiã noſtrã cũ fauore. Magnifici & Generoſi ſyncere & fideles noſtri dilecti. Non ſine graui animi moleſtia, ac diuinæ ultionis metu q̊tidianas Spiritualiũ Regni noſtri querelas lachrymis etiã permixtas audimus. Quomodo ipſi ꝑ Terrigenas belligeros q̃ ad expeditionẽ generalẽ proxime præteritã procedebãt in bonis Eccleſiaſticis præter morem Terreſtrẽ damnificati ſunt. Volẽtes itaq; ultionẽ diuinã intercipere, noſtraq; animaduerſiõe pręuenire cũ omnibus Cõſiliarijs noſtris in Oppatovyec exercitualit̃ cõgregatis, talẽ modũ inuenimus, ſtatuimuſq; per quẽ ipſi Spũales damna ſua per uiã Iuris repetẽt breuiorẽ. ¶ Qđlibet pro damnis ſuis poſsit corã Capitaneo loci cui damnificator ipſe ſubiacet eũ cõuenire, quẽ ipſe Capitaneus pro damnis illatis nõ ſecus q̃ pro Articulo Caſtrẽſi uno ex quatuor in Iure deſcripto iudicare debebit. ¶ Et admittere probationẽ Actori, ſicut pro uiolẽtia domeſtica: aut ſi Actor id elegerit, quod arbitrio eius deferimus, purgatiõe Iuramẽti more Caſtri reus iudicetur. ¶ Si uero Capitaneus in lõga diſtantia fuerit, corã quo Reus deberet trahi in cauſam: poterit Actor Spũalis opportunitate capta, dũ ipſi in partibus Cracou. & nõ Maioris Polonię eſſemus cõſtituti, ad noſtri præſentiã Reũ citare, quẽ nulla Diſtrictus euocatiõe uolumus excipi, ſed more bellico Actori iuſticiã miniſtrare. quæ omnia deſcripta de Spũalibus bene poſſeſsionatis Terreſtri dominio ſiue hęreditario intelligere uolumus. ¶ De alijs uero Spũalibus inferioris cõditionis qui propter eorũ egeſtatẽ in Iudicijs Terreſtrib. maxime ſic remotis nõ ſufficiẽt impẽdere: Extũc poterint in Iure eorũ Eccleſiaſtico damnificatores ſuos cõuenire, in quo quãdocũq; iuſte cõuicti fuerint, & cenſuras ultra annũ ſuſtinuerĩt, uolumus, quod rigidiſsime cõſtitutio de talibus edita obſeruetur, & quod turri mancipẽtur. hãc uolumus a Iudicibus Spiritualib. & Actoribus ſeueritatẽ moderari, ut nec illi in petendo ſiue exiſtimãdo damna ſua, nec iſti in decernẽdo modum excedant rationabilis æquitatis. In cuius rei teſtimoniũ ſigillũ noſtrum præſentib. eſt ſubappẽſum. Datũ in Noua Ciuitate Korczyn feria VI. proxima ante Dñicam Oculi. An. Dñi 1474. Ad Mãdatũ Dñi Regis.

Inferens alicui ſpirituali damnũ, coram Capita. cui ſubeſt, eſt cõueniendꝰ, & non ſecus q̃ pro Artic. Caſtrenſi uno ex quatuor per eũ iudicandꝰ.

Actori ſuper damno illato incũbit probatio, alias Reus iurabit ſe eſſe immunẽ a damno illato.

Capitaneo a loco lõge diſtante, poteſt Actor Reum coram Rege in terra Crac. agẽte conuenire, ſine Diſtrictus exceptione.

Spiritualib. inferiorib. nõ habentib. impenſas in Iure Terreſtri conceditur facultas conueniendi ſuos damnificatores in Iure ſpirituali, qui ſi conuicti cenſuras ultra annum ſuſtinuerint in turrim inijciantur.

SI VERO ſtipendiati in bonis Spiritualiū damna dent. Vide infra Capitulo tercio Articulo ſeptimo.

ITAq; Plebei ad aliquot maiores Eccleſias non recipiuntur, quod earū bona, hoc eſt, Oppida, Villas, decimas a rapina militum deffendere non ſufficiunt. Lex v. Quam Libro j. Cap. iiij. Artic. iij. uide.

Caſtellani arceant a damnis, & ducant exercitus eis a Palatinis conſignatos. Lex vj.

Quodā abuſu frequentatū eſt, Quod Nobilitas ſine ordine ad bellum, dum generalis expeditio moueret, tranſibat, Conſtitutionē uetuſtā non
9. obſeruando. Decernimus itaq; Statuto ueteri inniteñ. ut Caſtellani Di
10. ſtrictus ſuos ad locum in Reſtibus per nos deſignatū ſine hominū iniuria & incōmodo ducant. Quibus quidē auctoritatē damus eos puniendi, qui temerarie exceſſus facerent, & damna hominibus inferrent, ordinationes antiquas in uictu cōparando nō obſeruantes. Quod ſi Caſtellani officiū ſuum in hoc neglexerint exequi, & in profectiōe damna nō prohibuerint, tunc tenebūtur damna paſsis damna ſoluere, ſi reos nobis non detulerint, & nobis pro pœna negligentiæ xiiij. Marcas ſoluēt. Palatini uero cum Caſtellanis ordinabūt Diſtrictus, & Caſtellanis eos ducendos diuident, & deputabūt. præſertim in Maiori Polonia, ubi nihil hoc modo ante ordinatū fuiſſe reperitur. Dum uero Caſtellanus cū Diſtrictu ſuo mouere ſe uoluerit ad bellum, ut una omnes pergant: Debet Caſtellanus locum ſuo Diſtrictui deputare, & in loco cōpetenti tentorium ſuum extendere, & quatuor diebus in eodē loco immorari, et tādem progredi ſine hominū iniuria: uictualia quæuis, ut Statuto cautū eſt, ſoluendo. & cum ad locum in Reſtibus deſignatū uenerit, Palatino ſuo eum Diſtrictū quē duxit, conſignabit. SIMILIS.

Itaq; Nobiles Diſtrictuū cum ſuis Caſtellanis ad locū generalis belli
21. deſignatū procedant, & Caſtellanus in profectiōe de Nobilitate cōquerentibus ſuper damnis & iniurijs iuſticiā faciat. Inobedientes aūt nobis & ſucceſſoribus noſtris deferat. quod ſi deferre neglexerit, extunc damna paſsis perſoluet. Si uero idem Caſtellanus ægritudine, uel aliqua alia cauſa abſens fuerit, uel tranſire nō poterit: extunc in locū ſuum aliū idoneum Nobilē deputabit ad præmiſſa. SIMILIS.

Item ut expeditio bellica ordinato modo fiat, ad tuitionēq; Regni et nō
29. eiuſdem deſtructionē cedat: ueteri ordinationi & Statuto innitētes, Sta-
30. tuimus ac ordinamus, ut Caſtellanus ad bellicā expeditionē cum Nobilibus ſui Diſtrictus profecturus, quatuor, uel ad minus tres dies in loco ad conueniendū deſignato in Diſtrictu ſuo expectet, & qui Nobiles ad diem illam non cōuenerint, aut cum eo profectionē ſuam non continuauerint, ſoli uero abſq; ipſo Caſtellano ſuo proficiſcētes, ſi damnum cuipiam fecerint, Duplum eiuſdē damni ſoluere damnū paſsis tenebūtur & debebunt. Idem aūt Caſtellanus cū ſuo Diſtrictu proficiſcens ſtatiua faciet cum Nobilibus nō in Villis, nec Oppidis, ſed prope illa iuxta Statuta Regni, ETSI RVSTICI ſeu Coloni COMMEATVM & alia neceſſaria ad exercitū illius cōducere noluerint: Ipſe Caſtellanus

Vera bona Eccl. Dei, ſunt Euangeliū Ieſu Chriſti, & ſacramenta diuinitus inſtitutas quæ quidem olim Apoſtoli iugulis etiam ſuis defenderunt. opes autē (ſi bene diſpēſentur bonæ utiq;) ut Giezi dona & Iudæ ſaculi, uera uenena Eccleſiæ eſſe cœperunt.

Sigiſm. Craco. 1510. Vt uero Nobiles præſentia etiam Dignitariorum ab inferendis damnis arceantur, Caſtell. ducant ſuos exercitꝰ a damniſq; cohærceant. Alioq ipſi damnum paſſo Regi uero pœnam 14. Marc. ſoluant, & quod Palat. ordinant cum Caſtel. Nobiles quos Caſtell. quatriduo triduoue in tentorijs expectens una ſecum ad locum reſtib præſtitum profecturos, & poſtea Palat. cōſignandos.

Sigiſm. Bidgo. 1520. Nobiles cum Caſtellano procedant ad locū belli præſignatū, Iudicelle nomine damnorum dicant, uel Regi deſſerant inobedientes Et quod æger Caſtel. pro ſe idoneū Nobilē ſufficit & deputat.

Sigiſm. Petric. 1523. ſimile quod Caſtell. Diſtrictus ſuos quadriduo expectent: deinde ad locū in reſtib. deſignatum ducēt, ab iniurijſq; cohercebūt. Alioqn ſi quiſpiā ſolus proficiſcens damnum det duplū damni ſoluat. Item quod ſtatiua nō intra, ſed circa Villas & oppida faciant: & quod a Caſtel. ſeu ab eo pabula niſi ſpōte cōducantur ad exercitū recipiuntur: æſtimati miſſorum probrorum familiarium aut Nobilium ſoluenda.

ad uicinas Villas familiares ſuos uel aliquos probos Nobiles mittet, q neceſſaria ipſa omnibus qui pro illis ſe cõtulerint, diſtribuent, & curabunt, ut parata pecunia exoluant, modo & ordine infra ſcripto, uidelicet FENVM quantũ unus equus portare ſeu trahere poteſt ſoluatur, uno groſſo, Quod duobus equis afferetur, ſeu aducet, duobus groſsis, Quod quatuor equis, quatuor groſsis. CASSVLA Siliginis una tribus groſsis. AVENÆ unus chorus uno groſſo. CASSula uero auenæ duobus groſsis ſoluetur. BOS media Marca. IVVENCA alias Ialovicza ſedecim groſsis. PORcus duodecim groſsis. ARIES ſeu Muto tribus groſsis. ANSeres, GALLinæ, & Pulli, prout in antiquo Statuto deſcriptum eſt ſoluantur.

Feni precium.

Caſſula ſiliginis.

Auenæ.

Bos, Iuuenca, Porcus Aries, Anſeres, Gallinæ.

SIMILIS.

Sigiſm. Craco. 1532.

De Militibus Mercenarijs, uel Nobilitate ad ſeruitiũ bellicũ proficiſceñ. uel inde redeuntes Capitaneus exercituum Regni & Palatini ſeu Caſtellani locorũ prouidere debent, ne ſubditis Spiritualiũ uel Secularium aliqua damna uel uiolentiæ cõtra Regni Conſtitutiões & Priuilegia inferantur, & ſi illatæ fuerint, ut ad ſolutionẽ & ſatisfactionẽ damnorum & iniuriarũ illas infereñ. cõpellantur. Cum uero milites Mercenarij ex ſeruitio, uel Nobiles Regni noſtri ab expeditiõe bellica domũ reuerteñ. aut reuerſi, aut in proprijs agentes, alicui damna intulerint: nos iuſticiam cuilibet de illis facere & adminiſtrare pollicemur, uel Officiales noſtri miniſtrabunt, iuxta Statutum Regni noſtri.

Eiuſdem infra cap. 3. artic. 7. fit mentio de mercenario milite.

Generaliter aũt Capitaneus exercituũ, & Palatinus ſiue Caſtellanus uel alioqui Rex eiuſue Officialis de mercenarijs militib. aut Nobilib. qui ſubditis ſpiritualiũ, uel ſæculariũ damna inferunt, iuſticiam facient.

ARTICVLVS V.

Ne milites tpe belli caritate rerũ grauentur,

Omnes Magiſtratus ſciant ſua officia, eaq; tam bello quã pace exequant. alioquin a Rege doceant, & ſi ceſſent exeq puniantur. Vide Libro 1. Capitulo 16. Articulo 10. de Ciuitatibus folio 317.

PALATINI precia rebus cõſtituant, maxime bello inſtante. Vide Libro 1. Cap. 16. Art. 10. de Ciuitatibus fol. 319. cum aliis eius generis Legibus.

SI RAPINAE militum cohiberi debent, Ruſtici (& ipſi Spũales certe qdem, item Opifices, ac Mercatores) iuſſu Caſtellanorũ cõmeatum ad Caſtra ducant, eumq; conſtituto precio vendant. Vide ſuperiore Articulo.

QVOD SI omnibus non ſufficiat affati, Caſtellanus data teſſera, ſeu frumẽtandi ſigno, vnicuiq; certam mẽſuram, ſecundũ Eqtum numerũ diſtribui ac vẽdi faciat. Ita & inopia victus, & lis de diuidũdo tolleẽ ab exercitu: ĩprimisq; rapinæ ſedabũt.

QVANDO ET quãta foralia Marſchalcus vel Imperator exercitus capit, preciaq; rebus imponit. Vide ſupra Libro 1. Cap. 8. de Marſchalco fol. 197.

ARTICVLVS VI.

Sam. M. Viſlic. 1368.

Officia Imperatoris ac militũ in bello.

Ius militare admonet, ut attẽdamus, & ſuper id cõſtituamus, (Lex I.
quod quidã ex noſtris Baronibus, Nobilibus, cæteriſq; ſubditis, cum in 8
Caſtris cõtra hoſtes poſiti fuerĩt, omni abiecto rubore, cum omni Nobi- 9.
lium ſtrenuitate cõmunicantes, ſub nullius uexillo, neq; alicuius ditiõe noſtri exercitus ſe locare præſumũt: aliquãdo ad hunc præſertĩ finem, ut machinarũ, & propugnaculorũ, cæterarũq; rerũ bellicarũ, aut ipſius exercitus cuſtodiã, uel uigiliã nocturnã euitarẽt, & defenſionẽ, quã cæteri cõmili

Cum iam omnes milites ad locũ belli deuenerint, Quilibet miles in bello, ne machinarum, & propugnaculorum, cæterarũq; rerum bellicarũ, aut exercitus cuſtodiam, uigiliamue, aut defenſionẽ euitet; ſub certo

ſeri cõmilitones & fratres ipſorũ ſub certis uexillis locati, ſecundũ modum inter ipſos ordinatũ, facere & ſeruare cõſueuerũt, negligerent. Idcirco quoniã TVRPIS EST PARS quæ ſuo non congruit uniuerſo: Statuimus, ut quilibet miles, aut ſimplex, ſub certo uexillo erecto cũ ſua ſtatiõe cõquieſcat, ut ingruente neceſsitate belli, & dimicatiõis cum hoſtibus ſciat capere locum certum, magisq; animaduerteret pro ſui uexilli defenſione. alias uolumus, quod tales & huiusmõi deſertores, ſi amplius in noſtro exercitu fuerint inuenti: per Succamerariũ Terræ ſeu Diſtrictus in quo degunt & militãt (quaſi per circuitorẽ exercitus) capti nobis ad pœnam præſentabuntur. Equi uero eorum, eidem Succamerario pro ipſa culpa & delicto applicentur.

uexillo militare teneatur. Secus facientes per succamerarium ſuæ Terræ tanq; circuitorem exercitus cdpiiuatur, Regni detur. Equi uero ſui eidem succam. debebuntur.

QVOD CVM EXERCitibus Maioris Poloniæ Mazouitæ militent. Vide ſupra Articulo ſecundo.

CVM iam EXERcitus producet in prœliũ, omnino illum in ARma VIrosq; diuidi oportet. Et in ARmorũ ꝗdem genere ponunt ea omnia inſtrumẽta, quæcumq; ſunt neceſſaria ad tegendũ, portãdum, alendum, ſanãdumq; corpus: vel ad hoſtem cominus vel eminus cõficiundum, vt ſunt loricę, laminæ, toraces, galeæ, ac clypei: Item equi, & currus: Item cõmeatus & pharmaca: præterea enſes, cæſtus, & haſtæ: item tela, ſagittæ, & globi variorũ pixidum, ac tormentorũ. Et NVDis enĩ cum armatis nõ eſt cõfligendũ, & EQVI eqtum ſunt portitores, COMmeatus autẽ ſanos, PHARmaca vero læſos reficiunt. POrro VIRorum omnẽ multitudinẽ in IMperatorẽ ſummum, Duces, ac Magiſtros militum varios: ac in exercitum quãtumcũq; ille multiplex eſt, diuidit. Cum aũt omni incẽdio ſęuior ſit exercitus, ſi vel nullũ, vel imꝓbum Imperatorẽ habeat: Qualis ille eſſe debeat, tametſi paulo ante in Cõmentario ſuper Art. 2. diximus. Attamẽ etiãnũ aliqd de eodẽ dicam 9 iuxta ꝓuerbiũ Gręcorũ, bis & ter, quę pulchra et neceſſaria ſunt repetẽtes.

COMENT.
Exercitus in arma uirosq; diuiditur.
Armorũ formæ uariæ
Vſus armorum qui ſit
Virorum omnis multitudo diuiditur in Duces & milites.

ℂ Qualis debet eſſe Imperator, deq; eius officio.

Optimus itaq; ille, mea certe ꝗdem opiniõe, erit Imperator, q nõ ſolum natalibus generoſus, ac ingenio ſit acutus, quiq; exẽplo Homerici Vlyſsis multorum mores hominũ vidit, legendoq; multa didicit: verum etiã qui tyro ſpectatus, poſtea miles ſatis diu fuit in periculis exercitus, quiq; victoriis aſſuetus ſit non fugæ: viresq;, & artes ſuas, atq; hoſtium, ante dimicationẽ pernoſcat: vt ita animũ omni humana ſorte excellentiorẽ, & præter ſcelus atq; infamiam nihil timentẽ, in aciem ſecum perferat. talis ꝗppe erit in capeſſendis periculis audax, & inter ipſa pericula oculatus. Diues item & liberalis ſit, vt virtuti præmia largiri poſsit, ſceleri vero pœnas irroget, ac omnino imperet cum auctoritate. Quæ quidẽ cum ſumma ſint, omnino ꝗſpiam obſcurus, hebes, inexercitatus, pauper item, aut ſordidus ne aſpiret ad tantã functionẽ: in qua error ad perpetuã Reip. calamitatẽ redundat. Neq; enim vel in ſordidiſsima opificina poterit eſſe ille magiſter, qui vel a natura ſit ineptus, vel ab arte parum perfectus, vel iuſta exercitatiõe, tum facultatib. deſtitutus ad illam tractandã acceſſerit. Quod ſi tam ipſe Imperator, quã eius milites ꝓ pia ac iuſta cauſa ſe decertaturos intelligẽt, neq; adire laborẽ, neq; ferre pericula, neq; etiã ipſam mortẽ valde fugiendã eſſe putabunt. Mirum enĩ eſt, quã cõſcia mens recti cõfidens ſit, & victoriã ſibi polliceat: cõtra, iniuſti ſemper animo torquent, nunq̃ nõ ſeruiliter trepidãt, etiã ſi nemo eis pœnas irroget, nemoq; eos perſequatur. Atq; inter partes prudentię, quæ vel circa ſuas, vel circa hoſtiles vires explorãdas verſantur: nõ poſtrema erit, vt fœdera cum aliis hoſtibus percutiat, cum cõtra alios bellũ geret. bene enĩ dicit ne hercules ꝗdem aduerſus duos. Et fortis ꝗdem Imperatoris eſt, dare nõ accipere conditiões: Nihilominus ſi ſeruiendũ eſt tempori, vel pollicitationibus quærendum, vel certe quidem aliquo tolerabili pacto fœdus eſt redimendum: donec cum infeſtiore inimico erit debellatum.

Optimus Imperator debet eſſe.
Generoſus.
Prudens.
Bello exercitatus.
Fortis.
Diues ac liberalis.
Iuſta & pia cauſſa multam fiduciam Imperatori ac militibus ſuppeditat.
Prudentiæ impe. eſt, cum aliis hoſtib. fœdus percutere: dum bellũ gerit cum aliis.

Quod ſi Imperator ad prælium deſcẽſurus dicat ſe moriturũ potius quã acie ceſſurum: mirificã ſpem de ſe ſuis, ac hoſtibus etiã metum iniiciet. hoc enĩ cõſilio cõ-

Imp. omnia dicat & faciat confidenter, timere tamen nihil.

plures ſtrenui Duces vias omnes a tergo impediũt, põtesq; deiiciunt, necnõ a ſylvarum latebris abducunt exercitũ: vt milites cum fugere nõ deſ, vincãt, aut moriant. Quare & Sylla videns aliquãdo Romanos fugam capeſſere, ipſe ab equo deſiliit, arreptoq; vexillo ad fugientes ita dixit. Mihi hic glorioſum eſt, o Romani, mortẽ obire. Vos aũt interrogantib. vbi Syllã pdideritis, facite, vt reſpõdeatis, in Orchomeno. Hoc ſermone pudefacti Romani, reuerſi ſunt, & alacrit in aduerſarios impetu facto, eos in fugã cõpulerunt. tantũ ſæpe valet temeritas ac deſperatio, vt ferro aperiat ſibi viam ad ſalutẽ: & nodum quẽ neq; viribus, neq; arte ſolue re poteſt: ferro dirimat. iuxta puerbium. Sed grauitas q̃q; dicendi, & verborũ ornatus plurimũ in Imperatore cõmendant, et neceſſario fere requirunt. nam grauibus & ornatis vtendo verbis Imperator ſe omnibus præſtat venerabilẽ, & tanq̃ q̃ddam abſolutæ virtutis ſimulachrũ, ac ſingularis prudentiæ exemplũ, qđ omnes milites maxime & admirent & venerent. quãobrem nõ palam iocoſis & inanib. vtat verbis, niſi int maxima ſibi familiaritate, & nõ vulgari amicicia coniunctos. ſint enĩ ipſius verba nõ laſciua, nõ temulẽta: ſed ſapientiæ plena, & grauitatis, deniq; tanq̃ ſacra oracula. Quid enĩ oratio poſſit firmis adiuta ſentenciis, declarauit Cæſar, cum ad Veſontionẽ Sequanorũ Oppidum, aliquãdiu moratus, aduerſus Ariouiſtum Germanorũ Regẽ, cum exercitu pficiſceret. Hoc genus alia teſtimonia multa reperiunt in Xenophõtis Libro, qui de Cyri pfectiõe in Perſiam eſt cõſcriptus, reperiunt item q̃ plurima in Saluſtio, Tito Liuio, Q. Curtio, & omnibus parit Hiſtoricis. Quãobrẽ ita ſtatuo, qđ ſi cõſuetudo illa vetus cõcionandi ad militum reuocaretur in vſum, & ab Imperatoribus noſtris recoleretur, nõ mediocrem ex ea re commoditatem poſſe ad Rempublicam redire.

Imper. grauis quoq; ſit in dicendo.

Ac inprimis ſtrenuos milites ſuos nihil præter turpem famã magis timere doceat q̃tidie, atq; admoneat prudens Imperator. Nã & qd diutius in viuis certe eſſe cupimus, ea turpit amiſſa, qua ſine nulla vitę ratio prorſus habẽda eſt: q̃niam ea perdita, nõ vitã illã, quã viuimus, ſed miſerrimã potius mortẽ appellare poſſumus.

Imperatori de militib. turpis fama plus etiam morte eſt fugienda.

Et ne Imperator aliqua re a militibus ſuis diſſentire videat, etiã veſtimẽtis cæteris æqualis ſit, hoc enĩ pacto multitudinis fauorẽ plurimũ ſibi cõciliabit, humilitatis vendicans ſibi, & ſuperbiæ nomẽ effugiens: verum virtutib. ſuperior ſit. Decet enĩ eum, q aliis imperare optat, queãdmodũ illuſtri dignitate cæteris, ita & virtutibus, & bonis moribus ſuperiorẽ eſſe: alias ſibi Imperatoris nomẽ falſo vẽdicabit, qui ſubditis ſit deterior. Attamẽ Caius Cæſar, vt in cõflictu bellorũ cunctis innoteſceret, & ad prima ſigna nouo colore amictus, & diuerſo genere armorũ munitus pdire ſolebat. Sic & Alexandrũ Macedonẽ auro & gẽmis diſtincta arma ho- (neſtabãt.

Imperator veſtitu militibus ſit æqualis, virtutib. maior.

Vtcũq; tamẽ de veſtimentis ſtatuet, certe in bello Imperator ſocietatibus q̃q; militaribus nõ ſolum aliquãdo interſit, verum etiã præſit, & comeſſatiões, ſodalitateſq; aliquãdo nõ faſtidiat: q̃ gratior omnibus fiat. Nulla enĩ vox iucundior in exercitu, atq; in omni actiõe militari auditur, quã cum Imperator cũctos in bello blando verbo cõmilitones appellat: & ſi ea quæ pmiſerit, adepta victoria p viribus ſuis præſtat. Alioquin ſi Imp. ocio gaudet, & armorũ ſtrepitum horret, militum deniq; aſpectum refugit, is vel fortunã in cõſilio habeat, quæ ei pacem æternã promittat. vt ait Patricius, vel certe Imperio ſeſe exautoret. Male enĩ cum militibus nullo Iure amiciciæ ſibi deuinctis in prælium deſcendet.

Imper. ſit ſocialis.

Quantũ etiã imperatoris præſentia in prælio expediat, omnes q alicuius ſunt cõſilii & ratiõis, clare intelligũt atq; cognoſcunt. Nam & milites, & eorũ ductores cũ verecundia, tum Imperatoris timore ad omnia ſtrenue peragẽda impigre mouentur: nõnulli etiã maxima ſpe præmii & gratiæ Imperatoris cõſequendæ, diligent omnia adminiſtrãt: frequentq; a militibus ſegnit deſtituta, ab Imperatore fortit redintegrant prælia: nihil in eis vbiq; relinquit inexpertũ, belli fortuna in omnibus tentat: præſentia Imperatoris, & verba adhortãtia ac minantia nõnunq̃ militibus animũ & vires augent, ſe inuicẽ milites fortitudine ſuperare cõtendunt, manifeſtum vitæ periculũ ſubire minime recuſant, dum modo in Imperatoris conſpectu egregium aliqđ edant facinus. Nulla igitur res magna & perpetua digna memoria abſq; Imperatoris præſentia vnquam certe geretur.

Imp. præſentia quantum valeat.

Quia vero Imperator præſentiſſimo ſemper cõſilio, ac etiã opera in exequẽdis officiis militaribus eget, Imperatori q̃q; Legati ſeu Collegæ addi ſolent. vt vel quoq; modo abſen-

Collegæ imper. adduntur, & quis ſit eorum vſus.

modo abſentis Imperatoris vicē ſupplerent, vel dubitātⁱ cōſulerent, vel imperātⁱ e veſtigio parerēt, aut etiā errata emendarēt. pari tamē poteſtate cum Imperatore ne ſint, qđ male plures imperitent, qa vt cœlū duos ſoles, ita ꝙꝫ exercitus ſaluo eius ſtatu duo ſumma Imperia neqt habere. Qđ ſi fortaſſe ſint, ac diſſentiāt: ſortitiōe de omni lite tranſigāt. tarde enī aut nunq̃ ad victoriā perueniunt illi, q anteq̃ dimicent, inť ſe diſcordāt. qđ ante ea ꝙꝫ diximus. Quod ſi Imperator exercitui vult perſuadere, vt ſequať virtutē: ipſe in omni vita virtutis, honeſtatis & cōtinentiæ in ſe primum exibeat exemplū. ita inferiores a virtute ſui Ducis deiicere pudebit. ne alioqn loripes claudos, æthiops nigros reprehendere videatur. Nihilominus in militibus magis peritia, quam exacta probitas eſt ſpectanda.

Collegæ cum Imp. pari poteſtate ne ſint.

Si Duces diſſideant.

Imp. ſit milit. b. uirtutum exemplum.

Quod ſi Imperator diligens in ægrotantiū & vulneratorū curatiōe & viſitatione militum fuerit, profecto in tantum eorum ſibi animos conciliabit, vt pro ipſius gloria, propriam etiam exponere vitam non vereantur.

Imperatori quid maxime conciliet beneuolentiam militum.

Si aūt ſuos in certamine nolit trepidare, eoſdē ante prælium exerceat: necꝫ vnq̃ ſub tecto habeat, quibus ſub dio multæ cœli tempeſtates ſunt exhauriendæ.

Imp. ante præliū ſuos milites exerceat.

Quod ſi qs in exercitu deliquat, videat Imperator, vt in puniēdo delicto cōtumelia abſit: neue maior pœna irrogeť, quā ſit delictum. Porro cum pœnarū genera ſint octo, dānum, carcer, vincula, verbera, talio, ignominia, ſeruitus, & mors. Imperator ex æquo & bono, procꝫ ratiōe delictorū, rerum, ac perſonarū eas pœnas intendet, vel remittet. vt ita pœna ad delinquentē duntaxat, exemplum aūt ad omnes pertineat. Ecōtrario aūt benefacta præmiis, quā late illa patent, honorabit. Qui etenim nō intelligunt Deum ꝙꝫ propter ipſum et eſſe colendum, beneficiorum ipſius recordatione, ad colendum illum extimulantur.

Vt in Repub. ita in exercitu duo dy præmiū uidelicet & pœna, ſunt neceſſarij.

Sed q̃niam ſolent etiā plærumcꝫ milites in exercitu de Imperatore maledicere, qa fortaſsis nō ita ab eo diliguntť, aut dignis afficiunť præmiis, vt ſe mereri exiſtimant. Quare Imperator nō illis iraſci debet, ſed liberalitate potius in eos vti. nam maioribus eum poſtea laudibus ꝓſequenť, quā cæteri milites, magiſcꝫ promptos omnibus in periculis certe habebit. Fortes igitur milites leui de cauſa prudens Imperator minime ab ſeſe alienet, ſed illos omni potius ſtudio ſibi adiungat.

Si milites Imperatori maledicant.

Prǽterea officium prudentis eſt Imperatoris, ꝓſpicere, vt cōmeatu exercitus plurimum abundet. Nam nihil vrgente fame a militibus bene fortitercꝫ agi poteſt. q̃niam & equis, & viris fame cōfectis, procul dubio vires deficiunt: vt non modo hoſtes ſtrenue ferire, verum etiam nec ſe tueri fortiter valeant.

Imper. prouideat ut exercitus commeatu abundet.

Generaliť aūt optimi Imperatoris officium eſt, vigilare, feſtinare, cuncta ſtrenue obire. non ſomnus, nō labor vllus, aut voluptas eum proprio ab officio auocet: ſemper die, noctucꝫ intentus, paratuſcꝫ ſit ad omnes callide nocēdi hoſtibus occaſiones, & ſuos amicos tutandi. Non parcat pecuniis, vt qd hoſtes agant, qdue acturi ſint, quotidie, vel ſi fieri poſſet, ſingulis fere horis intelligat: nam a fidelibus exploratoribus hoc facile cognoſcet: ſi illos magna ſæpius donabit pecunia, & maiorib. onerabit promiſsis. hæc enim eſt præcipua cauſa, & cladem aliquam fugiendi, & victoriam de hoſtibus cum gloria adipiſcendi.

Imp. uigilet & hoſtium conſilia exploret.

Atqui meminerimus vnius exploratoris opera tantū in bello nos minime vti debere. Nam frequenť maiorū ſpe ducti prǽmiorū, noſtra ad hoſtes defeꝛunt cōſilia: & quæ nobis falſa ſunt, & minime expedire cognouerimus, fictis inſidiarum plenis referunt verbis. Quare plurium vtenda eſt opera, curandumcꝫ, vt neuter ſpeculatorum alterum cognoſcat cito. hoc enim pacto fraudem deprehendemus: qua cognita, laqueo illos vitam miſerrime finire cogamus.

At non unius exploratoris opera eſt utendum.

Etſi aūt difficile admodū ſit, in magno exercitu hoſtiū exploratores cognoſcere, tamē quaſdā nō inutiles cognoſcēdi illos explicabimus ratiōes. Vna erit, ſi ſæpius exercitus luſtratio fiat. nam q in exercitu erunt, ſi in matriculis ſcripti nō reperienť, exploratores eſſe nō parua erit ſuſpicio. Sed ſi ex iis q ſcripti ſunt, nōnulli cōſilia ad hoſtes deferāt: tunc neceſſe erit, vt itinera & ſaltus, & nemora ab armatis militibus die noctucꝫ obſideanť: & qui ab iis capti fuerit retrahanť, & torqueanť. immo & qcumcꝫ præfectorū iniuſſu extra Caſtra reperianť, nō carebunt ꝓditionis ſuſpicione. Officium Imperatoris tamē erit, ſingulis diebus clam per callidos viros exercitū luſtrare, & hominū facies notare, & an aliqua noua eis in exercitu appareat: tunc poterit intelligere, an miles hic, & cuius, & q̃to tēpore fuerit. poterit etiā

Hoſtium exploratores in luſtratiōe exercitus cognoſcentur.

terit etiã interdiu iubere milites in tẽtoria ſua ſecedere:& ſi qui tunc apparebũt cõprehendi poterunt, & in vincula conijci, & quid agant cognoſcere.

Si hoſtium exploratores capiantur.

Si hoſtiũ exploratores in noſtrã aliquando deuenerĩt poteſtatẽ, illis vitam, & inſuper magnã pecuniã donare,nõ inutile erit,maioribusq́ pollicitatiõib.eos in poſterum ad hoſtiũ arcana nobis aperiẽda cõpellere, necnõ & quæ nobis plurimum expedire cognouerimus,illis referre. Nihil enim in bello vtilius, nihil tutius,magisq́ neceſſariũ eſſe poteſt,quã hoſtium cõſilia q̊tidie percipere: q̊niam nihil, vel parum,quæ prȩuiderimus,nobis obeſſe poterũt. Omni igit̃ ſtudio & arte,q̊d acturi ſint hoſtes,ſingulis fere horis intelligere curemus,neq́ pecunijs parcamus,eoq́ minus pollicitatiõibus. Verũ ſi liberalit̃ remiſsi fuerint,nulla de hoſtiũ conſilijs interrogatiõe facta, magnũ erit confidentiæ ſignum. quæ res hoſtium animos multum contereret.ex re tamẽ capiat conſilium Imperator,quid magis expediat.

Scipio ſpeculatorib. exercitum ſuum luſtrare permiſit.

SCIpio certe ſpeculatorib.Carthaginenſiũ ter cõprehenſis,Lege Romanorũ iubẽte hoſtiũ exploratores interficere, id quidẽ nõ fecit, ſed eos iuſsit circũire vniuerſum exercitũ.Qui cum viderẽt Romanos alios tela mittere,alios iaculari,alios gladios acuere,rurſus ad Scipionẽ adducti ſunt. Qui dato eis prãdio: Renunciate,inquit,quȩ vidiſtis,ei q̃ vos miſit.Qui reuerſi, Annibali,alijsq́ Carthaginenſib.hæc renunciãtes,terrorẽ eis iniecerũt,& Romanorũ apparatiõe,& Scipiõis magnanimitate.

Summi labores in Imperatorib. & militibus honore compenſantur.

SED q̊niã iidẽ labores nõ ȩque Imperatori ac militi graues eſſe debẽt, q̊d honos Imperatoriũ laborẽ faciat leuiorẽ. Idcirco & Imperator multos labores nõ defugiet,& in exhortãdis militib.q̃ maximã partem eius honoris,ad eos deuolutum iri dicat,& inculcet: & q̃ nũc milites ſint,Imperatores q̊q́ aut ſaltẽ illuſtres Ciues fore perſuadeat. Qui plura volet cognoſcere de his, quæ in belli Duce reqrunt̃, & paulo inferius videbit, & alia plura facile ſibi ipſe colligere poterit ex plȩriſq́ Libris ea de re ſcriptis, & ex hiſtorijs,iis præſerti,quȩ clariſsimorũ hominum res geſtas cõmemorant, cuiusmõi fuerunt Cyrus, Alexander, Pyrrhus, Hannibal, Marcellus, Fabius, Scipio, Themiſtocles, Liſander, C. Cæſar, & id genus alii, quorum mentionem facit Plutarchus.

SEQVItur vt de MILItibus aliq̊d etiã dicamus:vt prudent̃.fortit̃,ac iuſte imperata:citra vllã ꝓuocationem e veſtigio per eos exequant̃. Sed quia in hoc genere ſcripti Vegetius omniũ ſentẽcia optime elaboraſſe videt̃:Mihi aũt nunc nõ vacat ſatis expolire ea quæ in vſum Reip.noſtræ ego q̊q́ paraui: ne, & poſt Homerum Iliada ſcribere, & non ſatis concocta temere meis Polonis obieciſſe viderer: illius hic Librum ſecundum ad verbum inſerendum duxi.

Omnes uirorum copiæ in tres partes diuiduntur.
Ex Veget. lib. 2. ca. 1.
Vexillationes.
Equites legionarii.
Claßium duo genera.
Pedites magis Reipublicæ neceſſarii.
Exercitus.
Peditum duo genera.
Legio.

OMNES ergo copiæ virorũ in tres diuidunt̃ partes, EQVItes, PEDItes, CLaſſes. EQVItum ALAE dicunt̃, ab eo q̊d ad ſimilitudinẽ alarũ ab vtraq́ parte ꝓtegant acies: quæ nunc vexillatiões vocant̃ a velo, quia velis, hoc eſt flammulis, vtunt̃. EST aliud genus Equitũ,qui LEGIonarii vocant̃:propterea q̊d connexi ſunt legiõi. Ad q̊rum exemplũ,ocreati Equites ſunt inſtituti. CLAſsium itẽ duo genera ſunt. Vnum liburnarũ:aliud luſoriarũ. EQVItibus campi, CLAſsibus maria & flumina, PEDitibus colles,vrbes,plana,& abrupta, ſeruant̃. Ex q̊ intelligit̃ magis Reip.neceſſarios PEdites:qui poſſunt vbiq́ ꝓdeſſe. Et maior numerus peditum,ſumptu & expenſa minore nutrit̃. EXERcitus ex re ipſa atq́ opere exercitii,nomen accepit:vt ei nunq̃ liceret obliuiſci,q̊d vocabat̃. VErum ipſi pedites, in duas diuiſi ſunt partes: hoc eſt,in auxilia & legiões. AVxilia a ſocijs,vel fœderatis gentib.mittebant̃. Romana aũt virtus,præcipue in legionũ ordinatiõe præpollet. LEGio aũt ab eligendo appellata eſt: q̊d vocabulũ eorum deſyderat fidem atq́ diligentiã,quibus milites probantur. In auxilijs minor, in legiõibus longe amplior conſueuit numerus militum aſcribi.

Quid inter legiones & auxilia interſit? Veget. libr. 2 cap. 2.
Phalanges catervæ.
Auxiliares.

DENIq́ Macedones, Græci, Dardani, phalanges habuerũt: vt in vna phalange armatorũ octo millia cenſerent̃. Galli atq́ Celtiberi,pluresq́ barbaricȩ nationes, cateruis vtebant̃ in prælio:in quibus erãt ſena millia armatorũ. Romani legiones habẽt,in quibus ſingulis ſena millia,interdũ amplius, militare cõſueuerunt. Quid aũt int̃ legiões & auxilia intereſſe videat̃,expediã. Auxiliares conducunt̃ ad prȩlium ex diuerſis locis,ex diuerſis munerib.venientes:nec diſciplina int̃ ſe, nec noticia, nec affectatiõe cõſentiunt. Alia inſtituta,alius int̃ eos eſt vſus armorum. Neceſſe eſt aũt tardius ad victoriã peruenire,q̃ diſcrepãt ante q̃ dimicent. Deniq́ cũ

in expetitiōibus plurimū ꝓſit, omnes milites vnius pręcepti ſignificatiōe cōuerti: nō poſſunt ęqualiť iuſſa cōplere, qui ante pariť nō fuerunt. Tamē hæc ipſa ſi ſolēnibus diuerſiſqȝ exercitiis ꝓpe q̃tidie roborenť, nō mediocriť iuuant. Nam legionibus ſemper auxilia, tanq̃ leuis armatura in acie iungebanť: vt in his prælíandi magis adminiculū eſſet quā prīcipale ſubſidium. Legio aūt ꝓpriis cohortib. plena, cum grauem armaturā, hoc eſt prīcipes haſtarios, triarios, anteſignarios: Item leuem armaturā, hoc eſt ferentarios, ſagittarios, funditores baliſtarios, cum ꝓprios & ſibi impoſitos Equites Legionarios, iiſdē matriculis teneat: cum vno animo pariqȝ cōſenſu Caſtra muniat, aciem inſtruat, prælium gerat ex omni parte perfecta: nulloqȝ extriſecus indigens adiumento, quantālibet hoſtiū multitudinē ſuperare cōſueuerat. Documentū eſt magnitudo Romana, quæ ſemper cum legiōibus dimicans, tantum hoſtium vicit, quantū vel ipſa voluit vel rerū natura permiſit.

Legio.

Leuis armatura.

LEGIOnum nomen in exercitu permanet hodie: ſed per negligentiā ſuperiorū temporum, robur infractū eſt, cum virtutis præmia occuparet ambitio, & per gratiam ꝓmouerenť milites, qui ꝓmoueri cōſueuerant per laborem. Deinde cōtubernalib. cōpletis ſtipendiis, per teſtimoniales ex more dimiſſis, nō ſunt alii ſubſtituti. Præterea neceſſe eſt, morbo aliquātos debilitari atqȝ dimitti: aliquātos militiem deſerere, vel diuerſis caſibus interirę: vt niſi annis ſingulis, imo ſingulis pene menſib. in recedentiū locum iuniorū turba ſuccedat, quāuis copioſus exhauriať exercitus. Eſt & alia cauſa, cur attenuatæ ſint legiōes. Magnus in illis lābor eſt militandi, grauiora arma, ſera munera, ſęuerior diſciplina. Qđ vitantes plæriqȝ in auxiliis ſæpe feſtināt militiæ ſacramēta percipere: vbi & minor ſudor & maturiora ſunt præmia. Cato ille maior, cum & armis inuictus eſſet, & Conſul exercitū ſępe duxiſſet, plus ſe Reip. credidit ꝓfuturum, ſi diſciplinā militarē cōferret in Literas. Nam vnius ætatis ſunt res quæ fortiť fiunt: quæ vero ꝓ vtilitate Reip. ſcribuntur æterna ſunt. Idem fecerunt alii cōplures: ſed præcipue Frōtinus diuo Traiano ob eiuſmōi cūprobať induſtriā. Horū inſtituta horū pręcepta, inquantū valeo, ſtrictī fideliťqȝ ſignabo. Nam cum eaſdē expenſas faciat & diligenť & negligenť exercitus ordinatus, nō ſolum pręſentibus, ſed etiam futuris ſæculis proficiet: ſi pro viſione Maieſtatis tuę Imperator Auguſte, & fortiſsima diſpoſitio reparetur armorum, & emendetur diſsimulatio præcedentium.

Que cauſa exhauriri fecerit legiones.

Veget. libr. 2. cap. 3.

Cato rei militaris ſcriptor.

IN OMNibus authorib. inueniť. ſingulos Cōſules aduerſus hoſtes copioſiſsimos nō amplius quā binas duxiſſe legiōes, additis auxiliis ſociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tāta fiducia, vt cuiuis bello duę legiōes crederenť poſſe ſufficere. Quapropter ordinatiōnē legiōis antiquę ſecundū normam militaris Iuris exponā. Quę deſcriptio ſi obſcurior aut impolitior videbiť: nō mihi, ſed difficultati ipſius rei cōuenit imputari. Attento itaqȝ animo ſæpius relegēda ſunt, vt memoria intelligentiaqȝ valeant cōprehendi. Neceſſe eſt eni inuictā eſſe Rempub. cuius Imperator militari arte percepta, quantos voluerit faciat exercitus bellicoſos.

Quotenas legiōes antiqui ad bellum duxerunt.

Veget. libr. 2. cap. 4.

DILIGenť igiť lectis iunioribus, animis corporibuſqȝ pręſtātib. additis etiā exercitiis q̊tidianis, quatuor, vel eo amplius menſiū, iuſſu auſpiciiſqȝ inuictiſs. Prīcipis legio formať. Nam picturis in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti iurare ſolent. Et ideo militiæ ſacramēta dicunť. Iurant aūt per Deum & Chriſtū & Spiritumſanctū, & per maieſtatē Regis, quæ ſecundū Deum generi humano diligēda eſt & colēda. Nam Rex, cum Auguſti nomē accepit, tanq̃ pręſenti & corporali Deo fidelis eſt præſtāda deuotio: & impendēdus peruigil famulatus. Deo eni vel priuatus, vel militās ſeruit, cum fideliť eum diligit, qui Deo regnat autore, Iurant aūt milites omnia ſe ſtrenue facturos, quæ præceperit Imperator, nunquā deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Republica.

Quemadmodum legio conſtituatur.

Veget. libr. 2. cap. 5.

Militiæ ſacramenta.

SCIEndum eſt aūt inquit Vegetius in vna legiōe decē cohortes eſſe debere. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcedit. Nam genere & inſtitutiōe Literarū viros electiſsimos quęrit. Hæc eni ſuſcipit Aquilā: qđ pręcipuum ſignū in Romano eſt ſemper exercitu, & totius legiōis inſigne. Hęc imagines Imperatorū, hoc eſt diuina & præſentia ſigna venerať. Habet pedites mille cētum quiqȝ. Equites loricatos centū trigita duos: & appellať cohors milliaria. Hæc caput eſt totius legiōis: ab hac cū pugnandū eſt, prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites 555. Eqtes loricatos 66. & appellať cohors quingētaria.

Quot cohortes in una ſint legiōe. item quot milites in una cohorte

Libro 2. cap. 6.

ria. Tertia cohors ſimilit habet pedites 555. Equites 66. ſed in hac cohorte tertia validiores ꝓbari moris eſt: qa in media acie cōſiſtit. Cohors quarta habet pedites quigentos quinquagita quinq; Eqtes 66. Cohors quinta habet totidē. Sed & ipſa ſtrenuos deſyderat milites, quia ſicut prima in dextro, ita quinta in ſiniſtro ponit cornu. Hæ quinq; cohortes in prima acie ordinant. Sexta cohors habet pedites 555. Equites 66. In ipſa q̄q; enucleati aſcribēdi ſunt iuniores, qa in ſecunda acie poſt Aquilā & imagines, cohors ſexta cōſiſtit. Cohors ſeptima habet pedites 555. Equites 66 Cohors octaua habet pedites 555. Eqtes 66 Sed & ipſa animoſos deſyderat viros, qa in ſecunda acie cōſiſtit media. Cohors nona habet pedites 555. Equites 66. Cohors decima habet pedites 555 Eqtes 66. & ipſa bonos accipere cōſueuit bellatores, qa in ſecunda acie ſiniſtrū poſſidet cornu. His decem cohortibus legio plena fundat, quæ habet pedites ſex millia centum, Eqtes ſeptigentos trigita. Minor itaq; numerus armatorū in vna legiōe eſſe nō debet. Maior aūt interdū eſſe cōſueuit, ſi nō tantū vnā cohortē, ſed etiā alias milliarias fuerit iuſſa ſuſcipere.

Nomina & gradus principiorū legionū. Veget. libr. 2. cap. 7.

Principia. Tribunus. Ordinarij. Auguſtales. Flauiales. Aquiliferi. Imaginarij. Optiones. Signiferi. Teſſerarij. Teſſera quid? Campigeni. Metatores. Beneficiarii. Librarii. Tubicines. Cornicines. Buccinatores. Armaturæ. Menſores. Torquati. Candidati. Manifices.

ANTIqua ordinatiōe legionis expoſita, principaliū militū, & (vt ꝓprio vtar vocabulo) pricipiorū nomina & dignitates ſecundū pſentes matriculas indicabo. Tribunus maior per Epiſtolā ſacrā Imperatoris iudicio deſtinatur. Minor Tribunus ꝓuenit ex labore. Tribunus aūt vocat a tribu, tribuendoq; Iure, qa præeſt militibus, q̄s ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicunt, qui in prælio præſunt, & primos ordines ducunt. Auguſtales appellant, q ab Auguſto ordinariis iuncti ſunt. Flauiales itē tanq̄ ſecundi auguſtales, a diuo Veſpaſiano ſunt legiōib. additi. Aquiliferi qui Aquilam portant. Imaginarii, vel imaginiferi qui Imperatorū imagines portant. Optiōes ab optando appellati, qđ antecedentib. ægritudine præpeditis, hi tanq̄ adoptati eorū, atq; vicarii ſolent vniuerſa curare. Signiferi, q ſigna portant, q̄s nunc draconarios vocant. Teſſerarii, qui teſſerā per cōtubernia militū nunciant. Teſſera aūt dicit præceptū Ducis, vel ad aliq. ꝓ opus, q̄ vel ad bellū mouet exercitus. Campigeni, hoc eſt anteſignani, ideo ſic nominati, qa eorū opera atq; virtute exercitii genus creſcit in campo. Metatores qui præcedētes, locum eligunt Caſtris. Beneficiarii, ab eo appellati, qđ ꝓmouent bñficio Tribunorū. Librarii, ab eo qđ in Libros referāt ratiōes ad milites pertinētes. Tubicines, Cornicines, & Buccinatores, qui tuba, vel æreo cornu, vel buccina cōmittere prælium ſolēt. Armaturæ duplares, quæ binas cōſequunt annonas. Simplares, quæ ſingulas. Menſores, q in Caſtris ad podiſmū demetiunt loca, in qbus milites tentoria figant, vel hoſpicia in Ciuitatib. præſtāt. Torquati duplares, Torquati ſimplares, quibus torques aureus ſolidus virtutis præmiū fuit, quē qui meruiſſet, preter laudem interdum duplas cōſequebat annonas, duplares duas, ſimplares vnam. Erant & ſecundum annonam candidati duplares, candidati ſimplares. Hi ſunt milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munia facere coguntur.

Nomina eorū q antiquos ordines ducebāt Veget libr. 2. cap 8.

Centurio primipili. Primus haſtatus. Ducenarius. Princeps primæ cohortis. Haſtatus ſecundus. Triarius prior. Centuriones. Centenarii. Decani. Caput contubernii.

VETus aūt cōſuetudo tenuit, vt ex primo Principe legiōis, ꝓmoueret Centurio primipili, q nō ſolum Aquilæ præerat, verū etiā quatuor cēturias, hoc eſt quadrigentos milites, in prima acie gubernabat. Hic tanq̄ caput totius legiōis merita cōſequebat & cōmoda. Item primus haſtatus duas cēturias. i. ducentos homines ducebat in acie ſecunda, quē nunc ducenariū vocant. Princeps aūt primæ cohortis centuriā & ſemis, hoc eſt centum quinquaginta hoīes gubernabat. Ad quē prope omnia, quæ in legiōe ordināda ſunt, pertinēt. Item ſecundus haſtatus centuriam et ſemis, id eſt centū quinquaginta milites gubernabat. Triarius prior, centū homines regebat, ſic decem centuriæ cohortis primæ a quinq; ordinariis regebant, qbus magnæ vtilitates & magnus honor eſt a veteribus conſtitutus, vt cæteri milites ex tota legiōe omni labore ac deuotiōe cōtenderēt ad tanta præmia peruenire. Erant etiā Centoriōes qui ſingulas cēturias curabāt, q nunc centenarii nominant. Erant Decani, denis militibus præpoſiti, qui nunc caput cōtubernii vocantur. Secūda cohors habebat Centuriōes quinq;. Similit tertia, quarta, quinta, vſq; ad decimā cohortē: in tota aūt legiōe erant Centuriōes quinquagitaquinq;.

De officio præfecti legionis. Veget. libr. 2. cap. 9.

SED Legati Imperatoris ex Cōſularibus ad exercitus mittebant, quibus legiōes & auxilia vniuerſa obtemperabāt in ordinatiōe pacis vel neceſſitate bellorum: in q̊rum locum nunc illuſtres viros cōſtat magiſtros militū ſubſtitutos, a quibus nō

tantum

tātū binæ legiones, ſed etiā plures numero gubernant. Proprius aūt Iudex erat Præfectus legiōis, habens cōmunē primi ordinis dignitatē: qui abſente Legato, tāquā vicarius ipſius, poteſtatē maximā retinebat. Tribuni vel Centuriōes, cęteriq́; milites, eius pręcepta ſeruabāt. Vigiliarū ſiue ꝓfectiōis teſſera petebat ab eodem. Si miles crimē aliqđ admiſiſſet, auctoritate pręfecti legiōis deputabat a Tribuno ad pœnam. Arma omniū militum, item equi, veſtes, annona, ad curam ipſius pertinebant. Diſciplinæ Ius & ſeueritas & exercitatio, nō ſolum peditū, ſed etiā Equitum legionariorū, præcepto eius q̄tidie curabat. Ipſe aūt cuſtos diligens & ſobrius, legionem ſibi creditā aſsiduis operibus ad omnem deuotionē, ad omnem afformabat induſtriam, ſciens ad præfecti laudem ſubiectorū redundare virtutem.

Præfectus legionis.

ERAT etiā Caſtrorū præfectus, licet inferior dignitate, occupatus tamē nō mediocrib. cauſis, ad quē Caſtrorū poſitio, valli & foſſæ deſtinatio pertinebat. Tabernacula vel caſæ militum, cum impedimētis omnibus, nutu ipſius curabant. Præterea ægri cōtubernales, & medici (a quibus curabant) expenſæ, etiā ad eius induſtriā pertinebant. Vehicula ſagittarii, necnō etiā ferramenta, q̄bus materies ſecat vel cædit, quibusq́; aperiunt foſſæ circa ſitum valli & aquę ductus. Item ligna vel ſtramina, arietes, onagri, baliſtæ, cæteraq́; genera tormentorū, ne deeſſent aliquando procurabat. Is poſt longam probatāq́; militiam, peritiſsimus omnium legebatur, vt recte doceret alios quod ipſe cum laude feciſſet.

De officio præfecti Caſtrorum. Veget. lib. 2. cap. 10.

HABet præterea legio fabros lignarios inſtructores, carpētarios, ferrarios, pictores, reliq́sq́; artifices ad hybernorū ædificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas, cæteraq́; quibus vel expugnant aduerſariorū Ciuitates, vel defendunt ꝓpriæ, præparatos. Qui arma, q vehicula cæteraq́; genera tormentorū vel noua facerēt, vel quaſſata repararent. Habebant etiā fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias in quibus ſagittæ, miſsilia, caſsides, omniaq́; armorū genera formabant. Hęc enī erat cura præcipua, vt quicq̄d exercitui neceſſariū videbat, nunq̄ deeſſet in Caſtris: vsq́; eo, vt etiā cunicularios haberent, q ad morem Beſſorum, ducto ſub terris cuniculo, murisq́; intra fundamenta perfoſsis, improuiſi emergerent ad Vrbes hoſtium capiendas. Horum Iudex erat proprius præfectus fabrorum.

De officio præfecti Fabrorum. Veget. lib. 2. cap. 11.

DECem cohortes habere legionū diximus, ſed prima erat milliaria, in qua cenſu, genere, literis, forma, virtute, pollentes milites mittebant. Huic Tribunus pręerat armorū ſcientia, virtute corporis, morum honeſtate præcipuus. Reliquæ cohortes ꝓut Pricipi placuiſſet, a Tribunis vel a præpoſitis regebant. Tanta aūt ſeruabat exercēdi milites cura, vt nō ſolum Tribuni vel præpoſiti cōtubernales ſibi creditos, ſub oculis ſuis iuberēt q̄tidie meditari, ſed etiā ipſi armorū arte perfecti, cęteros ad imitationē ꝓprio cohortarent exēplo. Tribuni aūt ſolicitudo per hanc laudat induſtriā, cū miles veſte nitidus, armis bene munit9 ac fulgēs, exercitii viu

De officio Tribuni militum. Veget. lib. 2. cap. 12.

PRImum ſignū totius legiōis eſt Aquila, quā (& diſciplina eruditus incedit. Aquilifer portat. Dracones etiā per ſingulas cohortes a draconariis ferunt ad pręlium. Sed antiqui, q̄a ſciebant in acie cōmiſſo bello celerit ordines aciesq́; turbari atq; cōfundi, ne hoc poſſet accidere, cohortes in cēturias diuiſerūt, & ſingulis cēturiis ſingula vexilla cōſtituerunt, ita vt ex qua cohorte vel quota eſſet centuria in illo vexillo Literis eſſet aſcriptū, qđ intuentes vel legentes milites, in quātouis tumultu, a cōtubernalib. ſuis aberrare nō poſſent. Centuriōes inſuper, q nūc centenarii vocant, nimiū bellicoſos loricatos, trāſumptis caſsidū criſtis, vt facilius noſcerent, ſingulas iuſſerūt gubernare centurias, quatenus nullus error exiſteret, cū centeni milites ſequerent, nō ſolum vexillū ſuum, ſed etiā Centurionē q ſignum habebat in galea. Rurſus ipſæ centuriæ in cōtubernia diuiſæ ſunt: vt decem militibus, ſub vno papiliōe degentib. vnus quaſi pręeſſet Decanus, q caput cōtubernii nominat. Contuberniū aūt manipulus vocabat, ab eo qđ cōiunctis manib. parit

De Centuriis atq; uexillis peditum. Veget. lib. 2. cap. 13.

Decanus. Manipulus.

QVEMadmodū int pedites centuria vel manipulus appellat, ita (dimicabāt. int Eq̄tes turma dicit, & habet vna turma Equites 32. Huic qui præeſt Decurio nominat. Centum enī pedites ab vno centuriōe ſub vno vexillo gubernant: ſimiliter 32. Eq̄tes ab vno Decuriōe, ſub vno vexillo regunt. Præterea ſicut Centurio eligendus eſt magnis viribus, ꝓcera ſtatura, q haſtas vel miſsilia perite iaculet & fortit, qui dimicari gladio, q ſcutum rotare doctiſsime nouerit, q omnē artem didicerit armaturæ, vigilans, ſobrius, agilis, magis ad faciēda quæ ei imperant, quam

De turmis Equitum legionariorum. Veget. lib. 2. cap. 14. Turma. Decurio.

ad loquen-

adloquendū paratus. Cōtubernales ſuos ad diſciplinā retineāt, & ad armorū exercitium cogat, vt bene veſtiti & calceati ſint, vt arma omniū defricent ac ſplendeant. Similit eligendus eſt Decurio, qui turmæ Equum præponat, inprimis habilis corpore, vt loricatus & armis circundatus, omnibus cum ſumma admiratiōe equū poſsit aſcendere, equitare fortiſsime, conto ſcient vti, ſagittas doctiſsime mittere,

Turmales.

Turmales ſuos, id eſt ſub cura ſua Equites poſitos, erudire ad omnia quę equeſtris pugna depoſcit: eosdem cogere loricas ſuas vel cataphrattas, contos ſuos & caſsides frequent tergere & curare. Plurimū enī terroris hoſtibus armorum ſplendor importat. Quis credat militem bellicoſum, cuius diſsimulatiōe ſitu ac rubigine arma fœdant? Nō ſolū aūt Eqtes, ſed etiā ipſos eqs aſsiduo labore cōuenit edomari. Itaq; ad Decurionē & ſanitatis & exercitatiōis tam hoīm q̄ eqrum pertinet cura.

Quemadmodū legionū acies inſtruantur.
Veget. lib. 2. cap. 15.

NVNC qualit inſtruenda ſit acies, ſi pugna immineat, declaret vnius legiōis exemplo: qd ſi vſus exegerit, trāsferri poſsit ad plures legiōes. Eqtes locant in cornibus. Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors ſecunda cōiungit. Tertia cohors in media acie collocat. Huic annectit quarta. Quinta vero cohors ſiniſtrū ſuſcipit cornu, ſed ante ſigna, & citra ſigna. Necnō in prima acie dimicātes, Pricipes vocabant, hoc eſt ordinarii, cæteriq; pricipales.

Principes.
Sphata.
Semiſphatæ.

Hæc erat grauis armatura, q habebāt caſsides, cataphrattas, ocreas, ſcuta, gladios maiores, qs Sphatas vocāt, et alios minores, qs Semiſphatas nomināt, plūbatas quinas poſitas in ſcutis, quas primo impetu iaciunt. Item bina miſsilia, vnum maius, ferro triangulo, vnciarum nouē haſtili pedum quinq; & ſemis, qd pilum vocabāt,

Pilum. Spiculum.

nunc Spiculū dicit. Ad cuius ictum præcipue exercebant milites, qd arte & virtute directum, & ſcutatos pedites, & loricatos Eqtes ſępe trāſuerberat. Aliud minus, ferro triāgulo, vnciarū quinq;, haſtili trium pedum & ſemis, qd tunc Verriculum,

Verriculum.

nunc verutum dicit. Prima acies Pricipum. Secunda haſtatorū, armis talibus docet inſtructa. Poſt hos erant Ferentarii & leuis armatura, qs nunc auxiliatores & armaturas dicimus. Scutati qui plumbatis vel gladiis & miſsilibus accicti, ſicut nunc prope omnes milites vident, armati erant. Item Sagittarii, cum caſsidibus, cataphrattis & gladiis, ſagittis & arcubus. Erāt Funditores, q ad fundas vel fuſtibalos lapides iaciebāt. Erant Triangularii, q ad manubaliſtas vel arcubaliſtas dirigebāt ſagittas. Secunda acies ſimilit armabat, in qua cōſiſtentes milites, haſtati vocabantur. Sed in ſecunda acie, dextro cornu, cohors ſexta ponebatur, cui iungebatur ſeptima. Octaua cohors mediam aciem tenebat, nona comitante. Decima cohors in vndecima acie, ſiniſtrum ſæpe obtinebat cornu.

Ferentarij.
Scutati.
Funditores.
Triangularij.

Quemadmodū triariū uel Centuriones armentur.
Veget. lib. 2. cap. 16.

POST omnes aūt acies, Triarii cum ſcutis, cataphrattis & galeis ocreati cū gladiis ſemiſphatis, plūbatis, & binis miſsilibus locabant, qui genu poſito ſubſidebāt, vt, ſi prima acies vinceret, ab his quaſi de integro reparata pugna, poſſet reparare victoriam. Omnes autē ſignarii vel ſigniferi, q̄uis pedites, loricas minores accipiebāt, & galeas ad terrorē hoſtium, vrſinis pellibus tectas. Centuriōes vero habebant cataphrattas, ſcuta, & galeas ferreas, ſed trāſuerſis & argētatis criſtis, vt facilius cognoſcerent a ſuis.

Commiſſa pugna grauem armaturam ſtare pro muro.
Veget. lib. 2. cap. 17.

ILLVD aūt ſciendū eſt, & modis omnibus retinendū, cōmiſſo bello, prima ac ſecunda acies ſtabant immota, Triarii q̄q; reſidebant. Ferentarii autē armaturę ſcutatores, ſagittarii, funditores, hoc eſt leuis armatura aduerſarios ꝓuocabant ante aciem ꝓcedentes, ſi hoſtes fugare poterant ſequebant, ſi eorum virtute ac multitudine premebant, reuertebant ad ſuos & poſt eos ſtabant. Excipiebat autē prælium grauis armatura, & tanq̄ murus (vt ita dicam) ferreus ſtabat, nō ſolum miſsilibus, ſed etiā gladiis cominus dimicabāt. Etſi hoſtes fugaſſent, non ſequebat grauis armatura, ne aciem ſuam ordinationēq; perturbaret, & ad diſperſos recurrentes hoſtes, incōpoſitos opprimerent, ſed leuis armatura cum funditoribus, ſagittariis, & Equitibus, fugientes ſequebatur inimicos. Hac diſpoſitione atq; cautela ſine periculo legio vincebat, aut ſuperata ſeruabatur incolumis, quia lus legionis eſt facile nec fugere nec ſequi.

Nomina militum & gradus in ſcutis eorū aduerſis ſcribenda.
Veget. lib. 2. cap. 18.
Digmata.

SED ne milites aliquādo in tumultu prælii a ſuis cōtubernalib. aberrarēt, diuerſis cohortib. diuerſa in ſcutis ſigna pīgebant, quę ipſi nominant Digmata, ſicut etiam nunc moris eſt fieri: præterea in aduerſo ſcuto vniuſcuiuſq; militis, literis erat nomē aſcriptum, addito ex qua eſſet cohorte, quaue centuria. Ex his ergo apparet legionē benę inſtitutam, quaſi munitiſsimā eſſe Ciuitatē, quę omnia prælio neceſſaria ſecum

ria ſecum

ria ſecum vbiq; portaret, nec metueret repentinũ hoſtium ſu perueutũ, quæ etiã in mediis campis ſubito foſſa ſe valloq; muniret, quæ omne genus militum cõtineret & armorũ. Si qs ergo pugna publica ſuperare barbaros cupit, vt diuinitatis nutu, diſpoſitiõe Imperatoris inuicti reparent, ex tyronibus legiões votis omnib. petat. Intra aũt breue ſpacium temporis, iuniores diligent̃ electi & exercitati, q̃tidie nõ ſolum mane, ſed etiã poſt meridiẽ, omni armorũ diſciplina vel arte bellandi veteres illos milites, q orbem terrarũ integrum ſubegerũt, facile coæquabũt. Nec moueat̃ Cæſar, tua Maieſtas, qđ oli cõſuetudo eſt mutata quæ viguit: ſed huius ꝓuiſionis ac fœlicitatis eſt perennitas tua, qđ ꝓ ſalute Reipub. & noua excogitet & antiqua reſtituat. Omne eñi opus difficile videt̃ anteq̃ tentes. Cæterũ ſi exercitati & prudẽtes viri delectui præponant̃, celerit̃ manus bellis apta poterit aggregari & diligent̃ inſtitui. Quiduis eñi efficit ſolertia, ſi cõpetentes nõ denegentur expenſæ.

SED q̃uiam in legiõibus plures ſcholæ ſunt, quæ literatos milites querunt, ab his q tyrones ꝓbant in omnibus qdem ſtaturæ magnitudinẽ, corporis robur, alacritatẽ animi, cõuenit explorari. Sed in quibusdã notarũ peritia, calculandi cõputandiq; vſus exigit̃. Totius eñi legiõis ratio, ſiue obſeqorum, ſiue militariũ numerorũ, ſiue pecuniæ q̃tidie aſcribit̃ actis maiore ꝓpe diligentia, quam res annonaria vel Ciuilis politicis Libris annotat̃. Quotidianas etiã in pace vigilias. Item excubitũ ſiue angarias, de omnibus cẽturiis & cõtuberniis, quę viciſſim milites faciunt, vt ne qs contra iuſticiã prægrauet̃, aut alicui præſtet̃ immunitas. Nomina eorum q vices ſuas fecerũt, breuibus inſerunt̃. Quãdo qs cõmeatum acceperit, vel quot dierum, annotat̃ in breuibus. Tunc eñi difficile cõmeatus dabat̃, niſi cauſis iuſtiſſimis apꝓbatis. Nec aliq̃bus milites inſtituti deputabant̃ obſeqis nec priuata iiſdẽ negocia mandabant̃. Siquidẽ incongruum videret̃, Imperatoris militem, qui veſte & annona publica paſcebat̃, vtilitatibus vacare priuatis. Ad obſequia tamẽ Iudicum vel Tribunorũ, necnõ etiã principaliũ deputabant̃ milites, q vocabant̃ accenſi, hoc eſt poſtea additi quã fuiſſet legio cõpleta, q̃s nunc ſupernumerarios vocant. Faſciculariа tamẽ. i. lignum, fœnũ, aquã, ſtramen etiã legitimi milites in Caſtra portabãt. Munifices eñi ab eo appellant̃ ꝙ hæc munia faciãt.

Præter corporis robur notarum uel cõputandi artem in tyronibus eligendam. Veget. lib. 2, cap. 19.

Accenſi. ſupernumerarij.

ILLVD vero ab antiquis diuinitus inſtitutũ eſt, vt ex donatiuo qđ milites cõſequunt̃, dimidia pars ſequeſtraret̃ apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſeruaret̃, ne per luxum aut inanẽ rerum cõparationẽ, a cõtubernalibus poſſit abſumi. Plærinq; eñi homines & pręcipue pauperes tantũ erogant, quantũ habere potuerũt. Sepoſitio aũt iſta pecuniæ, primũ ipſis cõtubernalibus docet̃ accõmoda. Nam cum publica ſuſtentent̃ annona, ex omnibus donatiuis auget̃ eorũ ꝓ medietate Caſtrẽſe peculium. Miles deinde, q ſumptus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magis diligit ſigna. Pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenii, vt pro illis habeat maximã curam, in q̃bus ſuam videt poſitã eſſe ſubſtantiã. Deniq; 10 folles, hoc eſt 10. ſacci, per cohortes ſingulas ponebant̃, in quibus hęc ratio cõdebat̃. Addebat̃ etiã ſaccus vndecimus, in quẽ tota legio particulam aliquã cõferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſa, vt ſi quis ex cõtubernalib. defeciſſet, ex illo vndecimo ſacco ad ſepulturã ipſius ꝓmeret̃ expenſa. Hæc ratio apud ſigniferos (vt nunc dicunt) in cophino ſeruabat̃. Et ideo ſigniferi nõ ſolum fideles, ſed etiã literati homines eligebant̃, q & ſeruarẽt depoſita, & ſcirẽt ſingulis reddere rationẽ.

Donatiui partem dimidiam debent apud ſigna ſequeſtrare militibus ſeruandam. Veget. lib. 2, cap. 20.

NON tantũ humano cõſilio, ſed etiã diuinitatis inſtinctu, legiões arbitror a Romanis cõſtitutas. In quibus 10. cohortes ita ſunt ordinatæ, vt omniũ vnum corpus, vna videat̃ eſſe cõiunctio. Nam quaſi in orbem quendã per diuerſas cohortes & diuerſas ſcholas milites ꝓmouent̃, ita vt ex prima cohorte ad gradum quempiam ꝓmotus vadat ad decimã cohortẽ, & rurſus ab ea, creſcentibus ſtipendiis, cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili Centurio, poſtq̃ in orbem omnes cohortes per diuerſas adminiſtrauerit ſcholas, in prima cohorte ad hãc peruenit palmã, in qua ex omni legiõe infinita cõmoda cõſequat̃. Sicut Primicerius in officio præfectorũ prætorioq; ad honeſtũ quæſtuoſumq; militiæ peruenit gradum: ita legionarii Eqtes cohortes ſuas cõtubernii affectiõe venerant̃, cum naturalit̃ Equites a peditibus ſoleant diſcrepare. Per hanc ergo cõtexionem, in legionibus, & omnium cohortum Equitum, peditumq; ſeruabat̃ vna concordia.

In legione ita fieri promotiones, ut per omnes cohortes tranſeant q promouẽtur. Veget. lib. 2, cap. 21.

Primicerius.

HABet preterea legio Tubicines, Cornicines, & Buccinatores. Tubicines ad bel-

Quid inter tubicines & cornicines et claſſicum interſit.
Veget. lib. 2. cap. 22.
Claßicum.

lũ vocãt milites & rurſum receptui canẽtes reuocãt. Cornicies q̃tiẽs canũt, nõ milites, ſed ſigna ad eorũ obtemperant nutũ. Ergo q̃tiẽs ad aliqđ opus exituri ſunt ſoli milites, Tubicines canũt. q̃tiẽs mouẽda ſũt ſigna, cornicies canũt. Quotiẽs aũt pugnať, & Tubicines & Cornicines pariť canũt. Claſsicũ itẽ appellať, qđ Buccinatores per cornu dicũt. Hoc inſigne videť Imperii, quia claſsicum caniť Imp. preſente, vel cũ in militẽ capitaliť animaduertiť, qa hoc ex Imperatoris Legib. fieri neceſſe eſt. Si vero ad vigilias vel angarias faciẽdas, ſiue ad opus aliqđ, vel ad decurſionẽ cãpi exeunt milites, tubicine vocante operanť, & rurſus tubicine admonente ceſſanť. Cum aũt moueuť ſigna, aut iam mota figenda ſunt, Cornicines canunt. Qđ ideo in omnibus exercitiis & ꝓceſsionibus cuſtodiť, vt in ipſa pugna facilius obtemperent milites, ſiue eos pugnare, ſiue ſtare, ſiue ſequi, vel redire prçceperint Duces. Siqdem ratio manifeſta ſit, ſemper in ocio debere fieri, qđ neceſſario faciendum videť in prælio.

De exercitatione militum.
Veget. lib. 2. cap. 23.

LEGIonis ordinatiõe digeſta, ad exercitiũ reuertamur, vnde (ſicut iam dictũ eſt) exercitus nomen accepit. Iuniores qdem & noui milites, mane & poſt meridiẽ ad omne genus exercebanť armorũ. Veteres aũt & eruditi ſine intermiſsiõe ſemel in die exercebanť armis. Neq; eñi longitudo ætatis aut annorũ numerus artem bellicã tradit, ſed poſt quãta volueris ſtipendia, inexercitatus miles ſemper eſt tyro. Idcirco armaturã quæ feſtis diebus exhibeť, nõ tantũ qui ſub campi doctore ſunt, ſed omnes æqualiť cõtubernales q̃tidiana meditatiõe diſcebant, & corporis velocitatẽ. Nam & velocitas vſu ipſo acquiriť corporis, & ſcientia feriendi hoſtẽ ſeq; ꝓtegendi, præſertĩ ſi gladiis cominus dimiceť. Illud vero maius eſt, vt ſeruare ordines diſcãt, vt vexillum ſuum in tãtis permixtionibus in ipſa ꝓluſione comiteuť. Nec inter doctos aliqs error exiſtit, q̃uis in multitudine ſit tanta cõfuſio. Ad palum q̃q; vel ſudes iuniores exerceri percõmodum eſt cum latera vel pedes aut caput petere, puncti cçſimq; cõdiſcant. Saltus q̃q; & ictus facere pariť aſſueſcãt, inſurgere tripudiãtes in clypeũ, rurſusq; ſubſidere, nũc geſtiendo ꝓuolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire. Miſsilibus etiã palos ipſos ꝓcul ferire meditẽtur, vt & ars dirigendi, & dextræ virtus poſsit accreſcere. Sagittarii vero vel funditores ſcopas, hoc eſt fruticũ vel ſtraminum faſces, ꝓ ſigno ponebant, ita vt ſexcentis pedibus remouerenť a ſigno, vt ſagittis vel certe lapidibus ex fuſtibalo deſtinatis, ſignũ ſæpius tangerẽt. Propterea ſine trepidatione in acie faciebant, qđ ludentes in campo fecerant. Semper aſſueſcendũ eſt etiã, vt ſemel tantũ funda circa caput rotetur, cum ex ea emittiť ſaxum. Sed & manu ſola, omnes milites meditabanť libralia ſaxa iactare, q vſus paratior crediť, quia nõ deſiderat fundam. Miſsilia q̃q; vel plumbatas iugi & perpetuo exercitio dirigere cogebanť, vſq; adeo, vt tempore hyemis de tegulis vel ſcandulis, quæ ſidæ eſſent & certç, de cannis, vlua vel culmo & porticus tegerenť ad Eqtes, & quçdã velut baſilicæ ad pedites, in qbus tẽpeſtate vel ventis aere turbato, ſub tecto armis erudiebatur exercitus. Cæteris aũt etiã hybernis diebus, ſi niues pluuiæq; ceſſarent, exerceri cogebanť in campo, ne intermiſſa cõſuetudine, animos militũ debilitarent & corpora. Syluã cædere, portare onera, trãſilire foſſas, natare in mari ſiue fluminib. gradu pleno ambulare, vel currere etiã armatos cum ſarcinis ſuis, frequẽtiſsime cõuenit, vt q̃tidiani laboris vſus in pace, difficiiis nõ videať in bello. Siue ergo legio fuerit, ſiue auxilia, exerceanť aſsidue. Nam ſicut bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. Poſtremo ſciendũ eſt, in pugna vſum amplius ꝓdeſſe quã vires. Nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil paganus diſtat a milite.

Exempla adhortationum exercitij militaris, de alijs artibus tracta.
Veget. lib. 2. cap. 24.

ATHLeta, venator, auriga, ꝓpter exiguã mercedẽ, vel certe plebis fauorẽ, continua meditatiõe artes ſuas aut ſeruare aut augere cõſueſcunt. Militẽ cuius eſt manibus ſeruanda Respub. ſtudioſius oportet ſcientiã dimicandi, vſumq; rei bellicæ iugibus exercitiis cuſtodire. Cui cõtingit nõ tantũ glorioſa victoria, ſed etiã amplior præda, quemq; ad opes ac dignitates ordo militiæ & Imperatoris iudicium cõſueuit euehere. Artifices ſcenici ab exercitiis nõ recedunt ꝓ laude vulgi. Miles ſacramento lectus ab exercitiis armorum, vel nouellus vel iã vetuſtus ceſſare nõ debet, cui pugnãdum eſt pro ſalute ꝓpria & libertate cõmuni, præſertim cum antiqua ſit prudenſq; ſentencia, omnes artes in meditatione conſiſtere.

Enumeratio ferramẽtorum uel machinarum legionis.

LEGio aũt nõ tãtum militum numero, ſed etiã genere ferramẽtorum vincere cõſueuit. Primũ omniũ inſtruiť iaculis, quç nullç loricç, nulla poſſunt ſcuta ſufferre.

Nam per

Nam per ſingulas centurias ſingulas carrobaliſtas habere cōſueuit, q̄bus muli ad trahendū, & ſingula cōtubernia ad armandū vel dirigendū, hoc eſt vndeci homines, deputant. Nam hæ quāto maiores fuerit, tanto lōgius ac fortius tela iaculant. Non ſolum aūt Caſtra defendunt, verum etiā in campo poſt aciē grauis armaturę ponunt. Ad quarū impetum, nec Eq̄tes loricati, nec pedites ſcutati poſſunt obſtare. In vna aūt legiōe 55. carrobaliſtæ eſſe ſolent. Item decē onagri, hoc eſt, ſinguli per ſingulas cohortes in carpentis bobus duobus portant armatis, vt ſi forte hoſtes ad oppugnandū venerint vallū, ſagittis & ſaxis poſſit Caſtra defendi. Scaphas q̄q̧ de ſingulis trabibus excauatas, cū lōgiſſimis funibus, interdū etiā ferreis cathenis ſecum legio portat, quatenus cōtextis eiſdē (ſicut dicunt) monoxylis, ſuperiectiſq̧ tabulatis, flumina ſine pōtibus quæ vadari nequeūt, tam a peditibus quā ab Equitibus ſine periculo tranſeant. Habet ferreos harpagones, q̄s lupos vocant, & falces ferreas cōfixas lōgiſſimis contis. Item ad foſſarū opera facienda bidentes, ligones, palas, raſtra, alueos, cophinos, q̄bus terra portet. Habet q̄q̧ dolabras, ſecures, aſcias, ſerras, q̄bus materia ac pali dolant atq̧ ſecant. Habet præterea artifices cum omnibus ferramētis, qui ad expugnandas hoſtiū Ciuitates, teſtudines, muſculos, arietes, vineas (vt appellāt) turres etiā ambulatorias faciant. Verū ne ſingula enumerādo plura dicant, vniuerſa quæ in quoq̧ belli genere neceſſaria eſſe credunt, ſecū legio debet vbiq̧ portare, vt q̄uis loco fixerit Caſtra, armatā faciat Ciuitatē.

Harpagones.

ATHEnienſes & Lacedæmonios ac Macedonas rerū potitos, priſci loquūtur annales. Verū apud Athenieſes, nō ſolum rei bellicæ, ſed etiā diuerſarū artium viguit induſtria. Lacedæmoniis aūt pręcipua fuit cura bellorū. Primi nanq̧ experimēta pugnarū de euentibus colligentes, artem præliorū ſcripſiſſe firmant, vſq̧ eo rem militarē, quæ virtute ſola, vel certe fœlicitate credit cōtineri, ad diſciplinam peritięq̧ ſtudia reuocarint, ac magiſtros armorū (q̄s τακτικους appellauerūt) iuuentutem ſuā vſum varietateq̧ pugnandi pręceperint edocere. O viros ſumma admiratiōe laudandos, q eā præcipue artē ediſcere voluerūt, ſine qua aliæ artes eſſe nō poſſunt. Horū ſequētes inſtituta Romani, Martii operis præcepta & vſu retinuerunt, & Literis ꝓdiderunt. Quę per diuerſos autores Libroſq̧ diſperſa, Imperator inuicte, mediocritatē meā abbreuiare iuſſiſti, ne vel faſtidiū naſceret ex plurimis, vel plenitudo fidei deeſſet in paruis. Quantū aūt in pręliis Lacedæmoniorū diſciplina ꝓfuerit (vt omittā cæteros,) Xantippi declarat exēplo. Qui Attilium regulum, Romanūq̧ rxercitū, ſæpe victorē cum Carthaginenſib. nō virtute, ſed artis ſolo fere auxilio, ꝓſtratis exercitibus, cœpit ac domuit, vnoq̧ cōgreſſu triumphās bellum omne confecit. Nec minus Hannibal, petiturus Italiā Lacedæmoniū doctorē quæſiuit armorum. Cuius monitis tot Conſules, tātaſq̧ legiōes, inferior numero ac viribus interemit. Ergo q deſiderat pacem, præparet bellum. Qui victoriā cupit, inſtruat militē diligent. Qui ſecundos optat euentus, dimicet arte nō caſu. Nemo ꝓuocare, nemo audet offendere, quē intelligit ſuperiorē eſſe ſi pugnet.

Veget. in prologo libri tertij.

Lacedæmoniorū circa bellum cura.

Xantippus rei militaris peritus.

Hannibal rei militaris ſtudioſus.

PRIMVS Liber tyronū delectum exercitiūq̧ deprōpſit, ſequens legiōis inſtitutionē diſciplināq̧ edocuit militarē. Hic aūt tertius claſſicum ſonat. Ideo eni illa præmiſſa ſunt, vt hæc, in q̄bus peritia certaminū & victoriæ ſumma conſiſtit, diſciplinæ ordine cuſtodito, & intelligerent celerius, & amplius adiuuarēt. Exercitus dicit tam legiōum, quā etiā auxiliorum, necnō etiā Eq̄tum ad gerendū bellum multitudo collecta. Huius modus a magiſtris quęrit armorū. Nam cum Xerxis & Darii & Mithridatis cæterorūq̧ Regum, q innumerabiles armauerunt populos, exemplaria legunt, euident apparet nimium copioſos exercitus, magis ꝓpria multitudine, q̄ hoſtium virtute depreſſos. Nam pluribus caſibus ſubiacet amplior multitudo. In itineribus ꝓ mole ſua ſemper eſt tardior. In lōgiore aūt agmie, etiā a paucis, ſuperuentum aſſolet pati. In locis aūt aſperis & fluminibus tranſeūdis, ꝓpter impedimentorū moras ſæpe decipit. Præterea ingenti labore numeroſis animalibus equiſq̧ pabula colligunt. Rei q̄q̧ frumentariæ difficultas, quæ in omni expeditiōe vitanda eſt, cito maiores fatigat exercitus. Nā quātolibet ſtudio præparet annona, tanto maturius deſit, quanto pluribus erogat. Aqua deniq̧ ipſa nimiæ multitudini aliquādo vix ſufficit. Qđ ſi caſu acies verterit tergum, neceſſe eſt multos cadere de multis, & illos q effugerit, ſemel territos, poſtea formidare cōflictum. Veteres aūt, q remedia difficultatū didicerāt experimētis, nō tā numero-

Qui modus debeat eſſe exercitus.

Veget. libr. 3. cap. 1.

Exercitus.

los, quā eruditos armis exercitus habere voluerunt. Itaq; in leuiorib bellis vnā legionem, mixtis auxiliis, hoc eſt decē millia peditum & duo millia Eqtum, crediderunt poſſe ſufficere. Quā manum Prætores velut minores Duces, ad expeditionē ſæpe ducebāt. Qđ ſi magnæ hoſtium copiæ dicerent, Cōſularis poteſtas cum 20. millibus peditum & quatuor Eqtum, tanq̄ comes maior mittebat. Qđ ſi infinita multitudo ex gentib. fortiſsimis rebellaſſet, tunc nimia neceſsitate cogente, duo Duces & duo mittebant exercitus, cum eiusmōi præcepto, vt ꝓuiderent ne quid Respub. detrimēti capiat: Conſules ambo. Deniq; cum in diuerſis regiōibus contra diuerſos hoſtes, a Po. Rom. annis pene omnibus pugnaret, ideo ſufficiebāt militum copiæ: qa vtilius iudicabant nō tam grandes exercitus habere, quam armis inſtructos. Illa tamen ratione ſeruata, ne vnq̄ amplior multitudo ſociorum auxiliariumue eſſet in Caſtris, quam Ciuium Romanorum.

Quemadmodum ſanitas gubernetur exercitus.
Veget. libr. 3 cap. 2.

NVNC (qđ vel maxime ꝓuidendum eſt) quēadmodum ſanitas cuſtodiat exercitus admonebo, hoc eſt, locis, aquis, temperie, medicina, exercitio. Locis, ne in peſtilenti regiōe iuxta morboſas paludes, ne aridis & ſine opacitate arborū campis aut collibus, ne ſine tentoriis æſtate milites cōmorent. Ne egreſsi tardius, & calore Solis, & fatigatiōe itineris cōtrahant morbum: ſed potius in æſtate ante lucē ad loca, cœpto itinere, deſtituta perueniāt. Ne ſæua hyeme iter per niues ac pruinas noctibus faciant, aut lignorū patiant inopiā, aut minor illis veſtium ſuppetat copia. Nec ſanitati enī, nec expeditiōi idoneus miles eſt, q algere cōpellit. Nec perniciosis & paluſtribus aquis vtatur exercitus. Nam malæ aquæ potus, veneno ſimilis, peſtilentiā bibētibus generat. Iam vero vt hoc caſu ægri cōtubernales oportunis cibis reficiant, ac medicorū arte curent, Pricipum Tribunorūq; & ipſius Comitis, qui maiorē ſuſtinet poteſtatē, iugis quærit diligētia. Male enī cum his agit, qbus neceſsitas & belli incūbit & morbi. Sed rei militaris periti, plus q̊tidiana armorum exercitia ad ſanitatē militum putauerūt ꝓdeſſe, quā medicos. Itaq; pedites ſine intermiſsiōe imbribus vel niuibus ſub tecto, reliqs diebus exerceri in cāpo voluerūt. Similit Equites nō ſolum in planis, ſed etiā in abruptis, & foſſarū hiatu difficillimis ſemitis, ſeq; & equos ſuos aſsidue exercere iuſſerunt: vt nihil iis in neceſsitate prælii accidere poſſet incognitum. Ex q̊ intelligit, quāto ſtudioſius armorū artem docēdus ſit ſemper exercitus, cum ei & laboris cōſuetudo in Caſtris ſanitatē, & in cōflictu poſsit pręſtare victoriā. Si autumnali ęſtiuoq; tempore diutius in eisdē locis militum multitudo cōſiſtat, ex contagiōe aquarū & odore ipſius fœditatis, viciatis hauſtibus, & aere corrupto, pernicioſiſsimus naſcitur morbus, qui prohiberi non poteſt aliter, niſi frequenti mutatione Caſtrorum.

Quanta cura prouidenda ſint atq; ſeruanda pabula & frumenta.
Veget. libr. 3. cap. 3.

ORDO poſtulat vt de cōmeatu pabuli frumētiq; dicat. Sæpius enī penuria, quā pugna cōſumit exercitū & ferro ſæuior fames eſt. Deinde reliqs caſibus poteſt in tempore ſubueniri, at pabulatio & annona in neceſsitate remediū nō habent, niſi ante condant. In omni expeditiōe vnum eſt & maximū cōſilium, vt tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. Ante igit quā inchoet bellum, de copiis expenſiſq; ſolers debet eſſe tractatus, vt pabula, frumentum, cęterę q; annonarię ſpecies, quas a Prouīcialibus cōſuetudo depoſcit, maturius exigant, & in oportunis ad rem gerendā ac munitiſsimis locis, amplior ſemper modus quā ſufficit aggreget. Qđ ſi tributa deficiunt, ꝓrogato auro cōparanda ſunt omnia. Neq; enī diuitiarum ſecura poſſeſsio eſt niſi armorum defenſione ſeruet. Frequent aūt neceſsitas geminat & obſidio ſæpe fit longior quā putat, cum aduerſarii etiā ipſi eſurientes circumſidere nō deſinant, q̊s fame ſperant eſſe vincendos. Pręterea quicqd in pecore, vel quacunq; fruge vinoq; hoſtis inferens bellum ad victum ſuum poterit occupare, non ſolum admonitis per edicta poſſeſſorib. ſed etiā coactis per electos perſcrutatores ad Caſtella idonea & armatorū firmata præſidiis, vel ad tutiſsimas conferendū eſt Ciuitates, vrgendiq; Prouīciales, vt ante irruptionem ſeq; & ſua mœnibus condāt. Reparatio enī murorum tormentorūq; omnium, ante curanda eſt. Nā ſi ſemel hoſtes præuenerit occupatos, metu vniuerſa turbant. Et quæ ex aliis Vrbibus petēda ſunt, intercluſis itineribus denegant. Sed fidelis ſeruatorum cuſtodia, & erogatio moderata, conſueuit ſufficere pro copia, maxime ſi ab initio procuret. Cæterū ſera parſimonia eſt, tum ſeruare cum deficit. In expeditiōibus arduis, per capita magis militum, quā per dignitates ab antiqs prębebant annonæ, ita vt poſt neceſ-

ſitatem

ſtatem eiſdē a Repub.redderent. Hyeme lignorū & pabuli, æſtate aquarū vitanda eſt difficultas. Frumenti vero vini & aceti, necnō etiā ſalis, omni tempore neceſſitas declinanda, ita vt Vrbes atq; Caſtella ab iis militibus, qui minus prōpti inueniunt in acie armis, ſagittis, fuſtibalis, fundis etiā & ſaxis, onagris, baliſtiſq; defendant. Præcipueq; videt cauendū, ne aduerſariorū dolo atq; periuriis decipiat Prouicialiū incauta ſimplicitas. Frequentius enim cōuentionum paciſq; ſimulatio credulis, quam arma nocuerunt. Qua ratione famem collecti patiuntur hoſtes, diſperſi vero crebris ſuperuentibus facile vincuntur.

INTErdum mouet tumultū, ex diuerſis locis collectus exercitus, & cum pugnare nolit, iraſci ſe ſimulat, vt nō ducat ad bellum. Qđ ii præcipue faciunt, q in ſedibus ocioſe delicateq; vixerunt. Nā aſperitatis inſoliti, labore offenſi, quē in expeditiōe neceſſe eſt ſuſtinere, præterea metuētes prælīū, qui armorū exercitia declinant, ad eiuſmōi præcipitant audaciā. Cui vulneri multiplex medicina cōſueuit opponi, vt dum adhuc ſeparati ſunt in ſedibus ſuis, Tribunorū vel vicariorū, necnō Principū ad omnē diſciplinā arctiſsima ſeueritate teneantur, nihilq; aliūd, niſi deuotionē moderationēq; cuſtodiant. Campi curſionem (vt ipſi appellāt) inſpectionemq; armorū aſsidue faciāt. Nullis cōmeatibus vacent. Nomen & ſigna obſeruare nō deſinant. Ad ſagittas iaciendas, ad miſſilia dirigenda, ad iactandos lapides vel funda, vel manu. Ad armaturę geſtum, ad vectes iactandos ꝑ ſimilitudine gladiorum, puncti cæſimq; feriendo, multo die vſq; ad ſudorē ſunt frequentiſsime detinendi. Curſu etiā & ſaltu ad trāſmittendas foſſas nihilominus imbuendi, ſi mare vel fluuius vicinus eſt ſedibus. Aeſtiuo tempore ad natandū cogendi ſunt omnes. Præterea ſyluā cædere, iter per dumos & abrupta facere, materiem dolare, aperire foſſam, occupari aliquem locū, & ne a cōtubernalib. detrudant, in ſcutis inuicē obuiātibus, niti. Ita exercitati atq; eruditi in ſedibus milites Romani, ſiue legionarii, ſiue auxiliares, ſiue equites fuerint cum ad expeditionē ex diuerſis cōuenerint locis, æmulatiōe virtutis prælium magis neceſſe habeant optare quā ocium. Nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam de arte vel viribus gerit. Dux aūt eſſe debet attentus, vt in omnibus legionibus ſiue auxiliis vel vexillatiōibus a Tribunis, vicariis, Principibuſq;, ſi qui turbulenti vel ſeditioſi fuerint milites, nō pro inuidia ſuggerentiū, ſed ꝑ rerum veritate cognoſcat, eoſq; prudentiori cōſilio ſegregatos a Caſtris, ad agēdum aliqđ qđ ipſis prope videat optabile, aut ad Caſtella Vrbeſq; deputent muniēdas atq; ſeruādas, tanta ſubtilitate, vt cum abiiciunt, videant electi. Nunq; eni ad contumaciā pari cōſenſu multitudo ꝓrumpit, ſed incitant a paucis, qui viciorū ſcelerumq; impunitate ſperant peccare cum plurimis. Qđ ſi fieri medicinā neceſsitas extrema perſuaſerit, rectius eſt more maiorum in autores criminum vindicari, vt ad omnes metus, ad paucos pœna perueniat. Laudabiliores tamē Duces ſunt, quorum exercitus ad modeſtiam labor & vſus inſtituit, quam illi quorum milites ad obedientiam ſuppliciorum formido compellit.

Quemadmodum oporteat prouidere ne milites ſeditionem faciant.
Veget. lib. 3. cap. 4.

MVLta qdem ſunt diſcēda atq; obſeruanda pugnantibus, ſiqdem nulla ſit negligentiæ venia, vbi de ſalute certat. Sed int reliqua, nihil magis ad victoriam ꝓficit, quā monitis obtēperare ſignorū. Nam cum voce ſola int prcliorum tumultus regi multitudo nō poſsit, & cum ꝑ neceſsitate rerū plura ex tēpore iubenda atq; facienda ſint, antiquus omniū gentium vſus inuenit, quomodo qđ ſolus Dux vtile iudicaſſet, per ſigna totus agnoſceret & ſequeret exercitus. Tria itaq; genera cōſtat eſſe ſignorum, vocalia, ſemiuocalia, muta. Quorū vocalia & ſemiuocalia percipiunt auribus. Muta vero referunt ad oculos. Vocalia dicunt, quę voce humana ꝓnunciant, ſicut in vigiliis vel in prælio ꝑ ſigno dicit: vt puta, victoria, palma, virtus, Deus nobiſcum, triumphus Imperatoris: & alia quæcunq; voluerit dare, ſi qui in exercitu habent maximā poteſtatem. Sciendū tamē eſt, iſta vocabula q̄tidie debere variari, ne ex vſu ſignum hoſtes agnoſcāt, & exploratores int noſtros verſent impune. Semiuocalia ſunt, quæ per tubam, aut cornua, aut buccinā dant. Tuba quæ directa eſt, appellat Buccina, quæ in ſemetipſam æreo circulo flectit. Cornu qđ ex vris agreſtibus, argento nexum, tēperatum arte, & ſpiritu quem canentis flatus emittit, audit. Nam indubitatis per hæc ſonis agnoſcit exercitus, vtrum ſtare aut ꝓgredi, an certe regredi oporteat: vtrum longe perſequi fugientes, an receptui canere. Muta ſigna ſunt aquilæ, dracones, vexilla, flāmulæ, tufæ, pinnę: Quo-

Signorum militarium quot ſint genera.
Veget. lib. 3. cap. 5.
Signa vocalia.
Signa ſemiuocalia.
Tuba.
Buccina.
Cornu.
Signa muta.

cunq; enim

cunq; enĩ hæc ferri iuſſerit ductor, eo neceſſe eſt ſignum ſuum comitantes milites pergant. Sunt & alia muta ſigna, quæ Dux belli in eqs, aut indumentis, & etiã in ipſis armis, vt dignoſcat̃ hoſtis, pręcipit cuſtodiri. Præterea manu aliqd, vel flagello more barbarico, vel certe mota qua vtit̃ veſte ſignificat. Quę omnia in ſedibus, itineribus, in omni exercitatione Caſtrenſi, vniuerſi milites & ſequi & intelligere cõſueſcant. Cõtinuus enĩ vſus neceſſarius videt̃ in pace eius rei, quæ in pręlii confuſiõe ſeruanda ſit. Item mutum & cõmune ſignum eſt, q̃tiens ꝓficiſcente turba excitatus puluis ad ſimilitudinẽ nubium ſurgit, hoſtiũq; ꝓdit aduentũ. Simılit̃ ſi diuiſæ ſint copiæ, per noctẽ flãmis, per diem fumo ſignificant ſociis, qđ alit̃ nõ poteſt nunciari. Aliquando in Caſtellorum aut Vrbium turribus appendunt trabes, quibus aliquando erectis, aliquando depoſitis indicant quæ geruntur.

Quanta ſit ſeruanda cautela, cum uicinis hoſtibus mouetur exercitus.
Veget. libr. 3. cap. 6.

QVI rem militarẽ ſtudioſius didicerunt, aſſerunt plura in itineribus, quã in ipſa acie pericula ſolere cõtingere. Nam in cõflictu armati ſunt omnes milites & hoſtẽ cominus vident, & ad oppugnandũ animo veniũt parati. In itinere aũt minus armatus, minusq; attentus eſt miles, & ſuperuentus ĩpetu vel fraude repente turbat̃. Ideo omni cura, omniq; diligẽtia ꝓuidere Dux debet, ne ꝓficiſcens patiat̃ incurſum, vel facile ac ſine damno repellat illatum.

Itineraria.

Primũ itineraria omniũ regionum, in qbus bellum gerit̃, pleniſsime debet habere perſcripta, ita vt locorũ interualla, nõ ſolum paſſuum numero, ſed etiã viarum qualitates perdiſcat, cõpendia diuerticula, montes, flumina, ad fidem deſcripta conſideret: vsq; eo, vt ſolertiores Duces, itineraria Prouinciarũ, in qbus neceſsitas gerebat̃, nõ tantũ adnotata, ſed etiã picta habuiſſe firment̃, vt nõ ſolum cõſilio mentis, verum aſpectu oculorũ viam ꝓfecturis eligerent. Ad hæc a prudentiorib. & honoratis ac locorũ nõ ignaris, ſeparatim debet vniuerſa perqrere, & veritatẽ colligere de pluribus. Præterea ſub periculo eligendarũ viarũ, Duces idoneos, ſcienteſq; percipere eoſq; cuſtodiæ mancipare, addita pœnæ conteſtatiõe vel præmii. Erunt enĩ vtiles, cum intelligant nec fugiendi ſibi copiã ſupereſſe, & fidei præmium, ac perfidiæ parata ſupplicia. Prouidendum q̊q; vt ſapientes exercitatiq; quærant̃, ne duorũ aut trium error diſcrimen pariat vniuerſis. Interdum aũt imperita ruſticitas plura ꝓmittit, & credit ſe ſcire quæ neſcit. Sed cautelę caput eſt, vt ad quæ loca, vel qbus itineribus ſit ꝓfecturus exercitus, ignoret̃. Tutiſsimũ nanq; in expeditiõibus credit̃ facienda neſciri. Ob hoc veteres Minotauri ſignum in legiõibus habuerunt, vt quẽadmodum ille in intimo & ſecretiſsimo labyrintho abditus perhibet̃, ita Ducis cõſilium ſemper eſſet occultum. Securum iter agit̃, qđ agendum hoſtes minime ſuſpicant̃. Verum, qa exploratores altrĩſecus miſsi, ꝓfectionem ſuſpiciõibus vel oculis deprehẽdunt, vel interdũ transfugę ꝓditoreſq; nõ deſunt, quẽadmodum occurri ingruentibus debeat, intimet̃. Dux cum agmine exercitus ꝓfecturos, fideliſsimos, argutiſſimoſq; cum equis ꝓbatiſsimis mittat, qui loca, per quæ iter faciendũ eſt, in progreſſu & a tergo, dextra, leuaq; perluſtrent, ne aliquas aduerſarii moliant̃ inſidias. Tutius aũt operant̃ exploratores noctibus quã diebus. Nã q̊dãmodo ipſe ſui ꝓditor inuenit̃, cuius ſpeculator fuerit ab aduerſariis cõprehenſus. Primi ergo Eqtes iter arripiãt. Inde pedites, impedimenta, Sagittarii, Calones, vehiculaq; in medio collocent̃: ita vt expedita pars peditũ & eqtum ſubſequat̃. Nam ambulãtibus, interdum quidẽ a frõte, ſed frequẽtius a tergo ſuperuẽtus infert̃. A lateribus q̊q; pari armatorũ manu impedimẽta claudenda ſunt. Nam inſidiatores in alio loco impulſant, trãſuerſo frequent̃ incurſu. Illud q̊q; præcipue obſeruandũ eſt, vt ea pars ad quam hoſtis venturus credit̃, oppoſitis electiſsimis Eqtibus & leui armatura, necnõ etiã peditibus ſagittariis muniat̃. Qđ ſi vndiq; circũfundunt̃ inimici, vndiq; præparata debent eſſe ſubſidia. Ne vero repentinus tumultus amplius noceat, ante cõmonendi ſunt milites, vt parati ſint animo, vt arma in manibus habeãt. Nã in neceſsitate ſubita quæ conterrẽt, ꝓuiſa nõ ſolent eſſe formidini. Antiq diligẽtiſsime præcauebant, ne a Calonibus interdũ vulneratis, interdũ timẽtibus & Sagittariis clamore pauefactis, pugnãtes milites turbarent̃, ne diſperſi lõgius aut cõglobati amplius quã expedit impedirent ſuos, hoſtibuſq; ꝓdeſſent. Et ideo ad exẽplum militum, etiã impedimenta ſub qbusdã ſignis ordinanda duxerunt. Deniq;

Calones.
Galearij.

ex ipſis Calonibus (q̊s galearios vocant) idoneos ac peritos vſu legebant, q̊s non amplius quã ducentis ſagittariis pueriſq; pręfecerant. Hiſq; vexilla dabant: vt ſcirent ad quæ

rent ad quæ ſigna deberent impedimēta colligere. Sed ꝓpugnatores ab impedimentis laxamento aliq̃ diuidunt, ne cōſtipati lædant̃ in prælio, ambulante exercitu. Vt locorũ varietas euenerit, ita defenſiōis ratio variat̃. Nam in campis patētibus Eqtes magis ſolent impugnare quã pedites. At vero in locis ſylueſtribus vel mōtoſis, vel paluſtribus, pedeſtres magis formidandæ ſunt copiæ. Illud q̄q; vitandum, ne per negligentiã aliis feſtinantibus, aliis tardius incedētibus interrumpat̃ acies, aut forte tenuet̃. Continuo enĩ hoſtes interpollata peruadunt. Præponendi ergo ſunt exercitatiſsimi campi doctores, vicarii, vel Tribuni, q alacriores retardēt, & pigrius incedentes accelerare cōpellant. Nam q multum præceſſerunt, superuentu facto, nō tam redire quã fugere cupiunt. Qui vero extremi ſunt, deſerti a ſuis, vi hoſtium ac ꝓpria deſperatiōe ſuperant̃. Sciendũ eſt etiã, qđ aduerſarii in his locis quæ ſibi oportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocāt, vel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne ſecreta noceant, Ducis prȩſtat induſtria, quȩ omnia prius cōuenit explorare. Deprehenſa q̄q; ſubſeſſa, ſi circumueniat̃ vtilit̃, plus periculi ſuſtinet quã parabat inferre. Aperta aũt vis ſi præparet̃ in mōtibus, altiora loca præmiſsis ſunt præſidiis occupāda, vt hoſtis cum aduenerit, reperiat̃ inferior, nec audeat obuiare, cum tam a frōte quã ſupra caput ſuum cernat armatos. Qđ ſi anguſtæ ſint viæ, ſed tamē tutæ, melius eſt præcedere cum ſecuribus ac dolabris milites, & cum labore vias aperire, quã in optimo itinere periculũ ſuſtinere. Præterea noſcere debemus hoſtium cōſuetudinē, vtrum nocte, an incipiente die, an hora reficiendi laſsis ſuperuenire cōſueuerint, & id vitare qđ illos facturos ex more putamus. Iam vero vtrum peditibus an Eqtibus, vtrum funditoribus, vtrum cōtatis, an Sagittariis amplius valeant, vtrum numero hominũ an armorum munitiōe præcellant, nos ſcire cōuenit, & ordinare qđ nobis vtile, illis docet̃ aduerſum. Tractare q̄q;, per diem an per noctem iter expediat inchoare, quæ & quãta locorum interualla ſint, ad quȩ cupimus ꝓperare, ne æſtate penuria obſit euntibus, ne hyeme difficiles aut inuiæ occurrant paludes, maioreſq; torrētes: & impedito itinere circumueniat̃ exercitus, priusq̃ ad deſtinata perueniat. Vt noſtra cōmoditas eſt, iſta ſapient̃ vitare: ita ſi aduerſariorũ imperitia vel diſsimulatio occaſionem nobis dederit, nō oportet dimitti, ſed explorare ſolicite ꝓditores, ac trãsfugas inuitare, vt qđ hoſtis moliat̃, in præſenti vel in futurum poſsimus agnoſcere, paratiſq; Eqtib. ac leui armatura ambulantes eoſdē, vel pabula victũq; quȩrētes, ĩprouiſo terrore (decipere.

Quemadmodum flumina, quæ ſunt maiora tranſeantur.
Veget. libr. 3. cap. 7.

IN tranſitu fluuiorũ grauis moleſtia negligētibus frequent̃ emergit. Nam ſi qua aqua violentior fuerit, aut alueus latior, impedimēta, pueros, & interdum ipſos ignauos ſolet mergere bellatores. Ergo explorato vado, duæ acies Equitũ, electis animalibus ordinant̃, interuallis competētibus ſeparatȩ, vt per medium pedites & impedimēta tranſeāt. Nam acies ſuperior aquarũ impetum frangit: inferior, q rapti ſubmerſiq; fuerit, colligit atq; tranſponit. At cum altior fluctus nec peditem nec Equitē patit̃, ſi per plana decurrat, ductis multifariã ſpargit̃ foſſis, diuiſuſq; facile tranſit̃. Nauigio vero amnes, haſtis fixis ac ſuperpoſitis tabulatis, peruii fiunt, vel certe tumultuario opere colligatis inanibus cupis, additiſq; trabibus tranſitum præbent. Expediti vero Equites faſces de cãnis aridis vel vlua facere cōſueuerunt, ſuper q̄s loricas & arma, ne vndent̃ imponunt, ipſi equiq; natãdo tranſeunt colligatiſq; ſecum faſces pertrahunt ſarcinis. Sed cōmodius repertũ eſt, vt Monoxylos, hoc eſt paulo latiores ſcaphas, ex ſingulis trabibus excauatas, ꝓ genere ligni & ſubtilitate leuiſsima, carpentis ſecum portet exercitus, tabulis parit̃ & clauis ferreis præparatis. Ita abſq; mora conſtructus pons, & funibus (qui ꝓpterea habendi ſunt) vinctus, lapidei arcus ſoliditatē præſtet in tēpore. Sed inſtantes aduerſarii ad tranſitus fluminũ inſidias vel ſuperuētus facere conſueuerũt Ob quã neceſsitatē in vtraq; ripa collocant̃ armata præſidia, ne alueo interueniente, diuiſi opprimant̃ ab hoſtibus. Cautius tamē eſt ſudes ab vtraq; parte prȩfigere ac ſine detrimento, ſi quauis illata fuerit, ſuſtinere. Qđ ſi pons nō tantũ ad trãſitum, ſed etiã recurſum & cōmeatum neceſſarius fuerit, tunc in vtroq; capite percuſsis latioribus foſsis, aggereq; conſtructo, defenſores milites debet accipere. A quibus tam diu teneatur, quam diu neceſsitas locorum poſtulat.

Monoxyli.

Quemadmodum caſtra debent ordinari.
Veget. lib. 3. cap. 8.

CONſequens videt̃, itineris obſeruatiōe deſcripta, ad Caſtrorũ (in q̄bus manendũ eſt) venire rationem. Non enĩ belli tempore ad ſtatiuã vel mãſionem murata Ciuitas ſemper

tas ſemper occurrit, & incautū eſt plenūq; diſcriminis, exercitū paſſi ſine aliquā munitiōe cōſidere, cum militibus ad capiendū cibum occupatis, aut ad munia facienda diſperſis, facile nectant inſidię. Poſtremo noctis obſcuritas, neceſsitas ſomni, paſcentiū equorū diſperſio, occaſionē ſuperuenietibus pręſtat. In metandis Caſtris nō ſufficit bonum locū eligere, niſi talis ſit, vt alter eo nō poſsit melior inueniri, ne vtilior prætermiſſus a nobis, & ab aduerſariis occupatus, apportet incōmodum. Cauendum q̄q; ne per æſtatē aut aqua morboſa in ꝓximo, aut ſalubris aqua ſit longius. Hyeme, ne pabulatio deſit aut lignum, ne ſubitis tēpeſtatibus campus, in q̄ manendū eſt, ſoleat inundari, ne ſit in abruptis ac deuiis, & circūſedentib. aduerſariis, difficilis præſtet egreſſus, ne ex ſuperioribus locis, miſſa ab hoſtibus, in eum tela perueniāt. Quibus vt oportet caute ſtudioſeq; ꝓuiſis, pro neceſsitate loci, vel quadrata, vel rotunda, vel trigona, vel oblonga Caſtra cōſtitues. Nec vtilitati præiudicet forma. Tamē pulchriora credunt, q̄bus vltra latitudinis ſpaciū tertia pars additur lōgitudinis. Ita aūt ab agrimēſoribus podiſmū menſuræ colligi oportet, vt ad quantitatē concludat exercitus. Nam ꝓpugnatores anguſta conſtipant, & vltra quā cōuenit latiora diffundunt. Tribus aūt modis diffiniunt Caſtra muniri poſſe. Primū in vnius noctis tranſitum, & itineris occupationē leuiorē, cum ſublati ceſpites circundant, & aggerē faciunt, ſupra quem valli, hoc eſt ſudes vel tribuli lignei, per ordinē digerunt. Ceſpes aūt circumciditur ferramētis, qui herbarum radicibus cōtinet terram, fit altus ſemiſſem, latus pedem, longus pedem ſemis. Qđ ſi terra ſolutior fuerit, vt ad ſimilitudinē lateris ceſpes nō poſsit abſcindi, tunc opere tumultuario foſſa producitur, lata pedes quinq;, alta tres: cui intrinſecus agger excreſcit, vt ſine metu ſecurus qeſcat exercitus. Statiua aūt Caſtra æſtate vel hyeme, hoſte vicino, maiore labore ac cura firmant. Nam ſingulæ centuriæ, diuidentibus campi doctoribus & Pricipibus, accipiunt pedaturas, & ſcutis vel ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna depoſitis, cincti gladio foſſam aperiūt, latā aut nouem, aut vndecim, aut tredecim pedibus: vel, ſi maior aduerſariorū vis metuitur, pedibus decem & ſeptē (imparem enī numerū obſeruari moris eſt) tum ſepibus ductis vel interpoſitis ſtipitibus ramiſq; arborū, ne facile terra dilabatur, agger erigitur. Supra quē ad ſimilitudinē muri pinnæ & ꝓpugnacula componunt. Opus vero centuriōes decempedis metiunt, ne quis minus foderit, aut errauerit alicuius ignauia. Id Tribuni circumeunt, nec ante diſcedunt, qui ſtrenui ſunt, quā fuerint omnia perfecta. Ne tamē aliqs ſuperuentus laborātibus fiat, omnes Equites & pars peditum, qui non operant, dignitatis priuilegio ante foſſam inpræcinctu armata cōſiſtit, vt ingruentes repellat inimicos. Prima igit ſigna locis ſuis intra caſtra ponunt, quia nihil eſt venerabilius eorū maieſtate militibus. Duci prætoriū, eiuſq; comitibus præparat. Tribunis tabernacula collocant, quibus per cōtubernales ad munia deputatos, aqua, lignum, & pabula miniſtrant. Tunc pro gradu legiōibus & auxiliis, Eqtibus & peditibus, loca in quibus papiliōes tendant, deputātur in Caſtris, ac de ſingulis centuriis quaterni eqtes, & quaterni pedites, qui excubitum noctibus faciunt, eligunt. Et quia impoſsibile videbat in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſæ vigilię, vt nō amplius quā tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. A Tubicine omnes vigiliæ cōmittunt. Et finitis horis a Cornicine reuocant. Idoneos tamē Tribuni & ꝓbatiſsimos eligunt, q circūeant vigilias, & renuncient, ſi qua emerſerit culpa, q̄s circuitores appellāt. Nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores appellant. *Circitores.* Sciendum tamē eſt Equites extra vallum nocturnas excubias facere debere. Per diem aūt Caſtris poſitis, alii mane, alii poſt meridiem ꝓpter fatigationem hominū equorūq; angarias faciunt. Int pręcipua cōuenit Ducem ꝓuidere ſiue in Caſtris, ſiue in Ciuitate cōſiſtat, vt animaliū paſcua, ſubuectio frumēti cæterarūq; ſpecierū, aquatio, lignatio, pabulatio, ſecura ab hoſtium reddat incurſu. Qđ alit nō poteſt euenire, niſi per loca idonea, qua noſtrorū ambulat cōmeatus præſidia diſponant. Siue illæ Ciuitates ſint, ſiue Caſtella munita. Qđ ſi nō reperitur antiqua munitio, oportunis locis circundata, maioribus foſsis tumultuaria caſtella firmant. *Caſtella a Caſtris.* Nam a Caſtris diminutiuo vocabulo ſunt nūcupata Caſtella. Intra quę in angariis aliquāti pedites eqteſq; degētes, tutū iter cōmeatib. pręſtāt. Difficile enī hoſtis ad ea loca audet accedere, in quibus & a fronte & a tergo nouit aduerſarios commorari.

QVISquis

Quæ & quanta cōſideranda ſunt, ut intelligatur utrum ſuperuentibus & inſidijs, an publico debeat Marte confligi.
Veget. lib. 3. cap. 9.

QVISqs hos artis bellicæ cōmentarios, ex ꝓbatiſsimis authoribus breuiatos, legere dignabiť: q̄primum legem prælii, depugnandiq; cupit audire præcepta. Sed cōflictus publicus duarū vel trium horarum certamine diffiniť, poſtq̄ partis eius, quæ ſuperata fuerit, ſpes omnis intercidit. Ideo omnia ante cogitāda ſunt, ante tētanda, ante facienda, quā ad vltimū veniať abruptum. Boni enī Duces, nō aperto Marte pręliū in q̄ eſt cōmune periculū, ſed ex occulto ſemper attentāt, vt integris ſuis, quantū poſsint hoſtes interimāt certe vel terreāt. In qua parte quæ neceſſaria admodum ſunt, ab antiqs recepta perſcribā: Pręcipua ars & vtilitas Ducis eſt, vt adhibitis ex vniuerſo exercitu ſcientibus belli & ſapiētibus viris, de ſuis & hoſtium copiis, ſæpius tractet, omni (quæ plurimū nocet) adulatiōe ſummota, vtrū maiorē numerum pugnatorū ipſe an hoſtes habeāt, vtrum ipſius, an aduerſariorū homines, magis armati ſint & muniti. Qui magis exercitati, q ſint in neceſsitatib. fortiores. Quærendū eſt etiā, vtra pars Eqtes, vtra pedites habeat meliores. Sciendumq; in peditibus maxime cōſiſtere robur exercitus. Et inť ipſos Eqtes, qui cōtatis, qui ſagittariis antecedāt. Qui plures loricas induant, qs vtiliores equos adduxerit. Poſtremo ipſa loca in quibus pugnandū eſt, vtrum inimicis an nobis videātur accōmoda. Nam ſi eqitatu gaudemus, campos optare debemus: ſi pedite, loca eligere anguſta, foſsis, paludibus, vel arboribus impedita, & aliq̊ties montoſa, cui magis victus abundet quā deſit. Nam fames (vt diciť) intrinſecus pugnat, & vincit ſæpius ſine ferro. Maxime aūt tractandū eſt, vtrum ꝓtrahi neceſsitatē expediat, an celerius dimicari, interdū enī ſperat aduerſarius expeditionē cito poſſe finiri, & ſi delatus fuerit in longum, aut penuria exercitus macerať, aut deſiderio ſuorum reuocať ad ꝓpria, aut nihil magnū faciens, per deſperationē abire cōpellitur. Tunc fracti labore & tædio plurimi deſerunt, aliquanti ꝓdunt, aliquāti ſe tradūt. Quia aduerſis rebus rarior fides eſt, & nudari incipit qui copioſus aduenerat. Ad rem pertinet noſſe qualis ipſe aduerſarius vel eius comites optimatesq; ſint, vtrū temerarii, an cauti, an audaces, an timidi, ſcientes artem bellicā, an ex vſu temere pugnantes, quæ gentes cum his fortes, quæ ignauæ pugnauerit, noſtra auxilia cuius fidei qualiūq; ſint virium, q̊s animos illius copiæ, q̊s habeat noſter exercitus, quæ pars ſibi magis victoriā repromittat. Eiuſmōi enī cogitatiōibus virtus augeť aut frangiť. Deſperātibus aūt creſcit audacia adhortatiōe Ducis, & ſi nihil ipſe timere videať, creſcit animus ſi ex inſidiis vel occaſiōe aliqd fortiť fecerit, ſi hoſtib. aduerſæ res cœperit euenire, ſi vel infirmiores aut minus armatos ex inimicis potueris ſuperare. Cauendū aūt eſt ne dubitantē aut formidantē exercitū ad pugnā publicā aliquādo ꝓducas. Intereſt vtrū tyrones an veteres milites habeas, vtrū ante breue tempus in expeditionibus fuerint, an annos aliquot in pace durarint. Nam ꝓ tyronibus accipiendi ſunt, qui pugnare longo tempore deſierunt. Sed cū legiōes, auxilia, vel Eqtes ex diuerſis aduenerint locis, Dux optimus & ſeparatim ſingulos numeros per Tribunos electos, q̊rum ſciť induſtria, ad omnia genera exercere debet armorū, & qoſt in vnum collectos, quaſi depugnaturos cōflictu publico exercebit. Ipſe ſæpius tentabit quicqd artis poſsit habere, quid virium: quēadmodum ſibiipſi cōſentiant, vtrum ad tubarū monita, ad ſignorū indicia, ad præcepta vel nutum ſuum diligenť obtēperent. Si errant in aliqbus, exerceanť atq; doceanť q̄diu poſsit eſſe perfecti. Si vero in campi curſiōe, in ſagittando, in iaculando, in ordināda acie ad plenum fuerit eruditi, nec ſic qdem temere occaſiōe captata ad publicā deducendi ſunt pugnā, ſed ante minoribus præliis imbuendi. Dux itaq; vigilans, ſobrius, prudens, tanq̄ de Ciuili cauſa inť partes iudicaturus adhibito cōſilio de ſuis, & aduerſarii copiis iudicet. Et ſi multis rebus ſuperior inuenitur, oportunū ſibi nō differat inire cōflictum. Si vero aduerſariū intelligit potiorē, certamen publicū vitet. Nam pauciores numero & inferiores viribus ſuperuētus & inſidias facientes, ſub bonis Ducibus reportauerunt ſæpe victoriam.

Quid oportet fieri, ſi quis deſuetū a pugna habeat exercitū uel tyronem.
Veget. lib. 3. cap. 10

OMNes artes omniaq; opera, q̊tidiano vſu, & iugi exercitatiōe, ꝓficiunt. Qđ ſi in paruis verum eſt, quanto magis debet in maximis cuſtodiri? Quis aūt dubitat artem bellicā rebus omnibus eſſe potiorē, per quā libertas retineť, & dignitas Prouincię ꝓpagať, & cōſeruať Imperiū? Hanc quondā relictis doctrinis omnibus Lacedæmonii, & poſtea coluere Romani. Hanc ſolam hodie q̊q; Barbari putāt eſſe ſeruandā. Cætera aūt hac arte cōſiſtere omnia, aut per hanc aſſequi ſe poſſe cōfi-

dubit. Hęc dimicatoribus eſt neceſſaria, per quã vitã retineãt, & victoriã cõſequãtur. Dux ergo cui tantæ poteſtatis inſignia tradunt̃, cuius fidei atq; virtuti poſſeſſorum fortunæ, tutelæ Vrbium, ſalus militũ, Reipub. credit̃ gloria, nõ tamẽ ꝓ vniuerſo exercitu, ſed etiã pro ſingulis cõtubernalib. debet eſſe ſolicitus. Si qd enĩ illi eueniat in bello & ipſius culpa, & publica videat̃ iniuria. Ergo ſi tyronem vel diu armis deſuetum exercitũ ducit, ſingularũ legionum ſiue auxiliorũ, necnõ etiã vexillationũ vires, animos, cõſuetudinẽ, diligent̃ exploret. Sciat etiã (ſi poteſt fieri) nominati quis comes, qs Tribunus, quis domeſticus, qs cõtubernalis, quantũ poſſit in bello, autoritatẽq; maximã ſeueritate ſumat, omnes culpas militares legibus vindicet, nulli errantiũ credat̃ ignoſcere, in diuerſis locis ex diuerſis occaſiõibus omniũ experimenta præcipiat. His (vt oportet) ita curatis, cum diſperſi ad prædandũ ſecuri oberrant hoſtes, tunc ꝓbatos Equites vel pedites cum tyronibus aut inferioribus mittat, vt ex occaſiõe, fuſis inimicis, & illis peritia, & reliquis creſcat audacia. Ad tranſitus fluuiorũ, ad præcipitia mõtium, ad ſyluarũ anguſtias, ad paludum aut viarum difficultates, ſuperuentus nullo ſciente diſponat, atq; ita iter ſuum temperet, vt aut cibum capiẽtes, aut dormiẽtes, aut vacantes, certe ſecuros inermes, diſcalciatos, diſtractis equis, nihil ſuſpicãtes, ipſe paratus inuadat, quatenꝰ in huiuſmõi certaminibus ſui fiduciã colligant. Nam qui ante lõgum tempus, aut omnino nunq̃ viderunt homines vulnerari vel occidi, cum primũ aſpexerint, perhorreſcunt, & pauore cõfuſi, de fuga magis quã de cõflictu incipiũt cogitare. Pręterea, ſi excurrãt aduerſarii longo itinere, fatigatos aggrediat̃: vltimos certe vel inſperatos ſuperueniat. Eos etiã qui longe a ſuis, aut pabuli, aut prędæ gratia cõmorantur, cito occupet cum delectis. Illa enĩ ante tentanda ſunt, quæ ſi male ceſſerit, minus noceant, ſi bene, plurimũ ꝓſint. Int̃ hoſtes diſcordiarũ ſerere cauſas ſapientis eſt Ducis. Nulla enĩ q̃uis ſit minima natio, cito poteſt ab aduerſariis deleri: niſi ꝓpriis ſimultatibus ſeipſa cõſumpſerit. Nam Ciuile odium ad inimicorũ perniciem præceps eſt, ad vtilitatẽ ſuę defenſiõis incautum. Vnum illud eſt in hoc opere prædicendũ, vt nemo deſperet fieri poſſe quæ facta ſunt. Dicat aliqs, Multi anni ſunt quibus nullus foſſa, aggere, vallo, manſurũ circundat exercitum. Reſpondebit̃, ſi fuiſſet iſta cautela, nihil nocturni aut diurni ſuperuẽtus hoſtium nocere potuiſſent.

Perſarum mos in foßis ducendis.

Perſę imitantes Romanos, ductis foſsis Caſtra cõſtituũt, & qa arenoſa ſunt ꝓpe omnia, ſaccos, q̃s inanes portauerãt, ex puluerulẽta (quę ibi effodit̃) terra cõplent, eorumq; cumulo aggerẽ faciunt. Omnẽs Barbari carris ſuis in orbẽ cõnexis ad ſimilitudinẽ Caſtrorũ, ſecuras a ſuperuenientib. exigunt noctes. Veremur ne diſcere nequeamus quæ a nobis alii didicerunt? Hæc ex vſu Libriſq; diſcenda, quæ antea ſeruabant̃, ſed omiſſa diu nemo quæſiuit: quia vigẽtibus pacis officiis, ꝓcul aberat neceſsitas belli. Sed ne impoſsibile videat̃ armorũ diſciplinã, cuius vſus intercidit, reparari poſſe doceamur exẽplis. Apud veteres ars militaris in obliuionẽ ſæpius venit: ſed prius a Libris repetita eſt, poſtea Ducum authoritate firmata. Scipio Aphricanus ſub aliis Imperatorib. Hiſpaniẽſes exercitus frequent̃ victos accepit, hos diſciplinæ regula cuſtodita, omni opere foſsiſq; faciẽdis ita diligent̃ exercuit: vt diceret fodiẽtes luto inqnari debere, qui madere hoſtium ſanguine voluiſſent. Cum ipſis deniq; Numantinos ſic, capta Ciuitate, cõcremauit vt nullus euaderet. Metellus in Aphrica Albino imperante ſubiugatũ accepit exercitum. Quẽ ita emendauit veteribus inſtitutis, & diſciplina maiorum, vt poſtea eos, a quibus ſub iugũ miſsi fuerãt, ſuperarẽt. Cimbri q̃q; Cepionis & Manilii & Syllani legiões inter Gallias deleuerunt. Quarũ reliquias cum C. Marius ſuſcepiſſet, ita erudiuit ſcientia & arte pugnandi, vt innumerabilẽ multitudinem nõ ſolum Cimbrorũ, ſed etiã Teutonũ & Vmbrorũ publico Marte deleret. Facilius aũt eſt ad virtutem inſtruere nouos milites, quã reuocare perterritos.

Formula imperandi & obſequẽdi ex Aeliano.

AGE ad arma. aſsiſte ad arma. impedimenta a phalange ſecedãt. Miles attendat præceptis, ſuſcipe. recipe. diſta. erige ſpiculum. verſa. iuga. reſpice præcedentẽ. ſuã decuriam dirigat tergiductor. Conſtituta interualla cõſerua. ad haſtã declina. collige. ita cõſiſte. Ad haſtam immutare. collige. Ita cõſiſte. Ad haſtam immutare. collige. Ita conſiſte. Altitudinẽ duplica. reſtitue. Laconicã euolue. reſtitue. Macedonicam euolue. reſtitue. Choreum euolue. reſtitue. ad haſtam cõuerte. reſtitue ad haſtam. inflecte. reſtitue: & alia huiuſmodi.

PRÆmiſsis

Quæ ipſo die procuranda ſunt, cū publica cōmittitur pugna. Veget. lib. 3. cap. 11.

PRAEmiſsis leuioribus artibus belli, ad publici cōflictus incertū & fatalē diem natiōibus ac populis, ratio diſciplinæ militaris inuitat. Nam in euētu aperti Martis victoriæ plenitudo cōſiſtit. Hoc ergo tempore tanto magis Duces debent eſſe ſolliciti, quāto maior ſperaẽ diligētibus gloria, & magis periculū comitaẽ ignauos. In quo momento peritiæ vſus, pugnandi doctrina cōſiliumq; dominaẽ. Veteribus ſęculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamē educere, vt citatiores ſumpta redderet eſca, & longiore cōflictu nō fatigarenẽ inedia. Pręterea obſeruādum eſt præſentibus hoſtibus, ſiue ex Caſtris, ſiue ex Ciuitate ꝓducas ad prælium, ne dum per anguſta portarū particulatim ꝓcedat exercitus, a collectis & præparatis debiliteẽ inimicis. Ideoq; ꝓuidendum eſt, vt ante omnes milites egredianẽ portā, & aciem cōſtruant, quā hoſtis adueniat. Qđ ſi intra Ciuitatē manentibus imparatis, aduenerit, aut differat egreſſus, aut certe diſsimuleẽ, vt dum aduerſarii inſultare cœperit his q̄s nō putāt exituros, cum ad prædam vel redeundū cōuerterint animum, cum ordinem ſoluerint, tunc illis ſtupentibus lectiſsimi quiq; ꝓrumpāt, & cōfeſtim aggredianẽ ignaros. Obſeruaẽ aūt ne longo ſpacio fatigenẽ milites, ne laſſos poſt curſum equos ad publicū prælium cogas, multum virium labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet qui ad aciem anhelus aduentat? Hoc & veteres declinarūt & ſuperiori noſtra ætate, cum Romani Duces per imperitiā nō cauiſſent (ne qđ amplius dicā) exercitus perdiderūt. Impar enī cōditio eſt laſſum cū requieto, ſudantē cum alacri, currentē cum eo qui ſteterit inire conflictum.

Inueſtigandum quid ſentiant milites pugnaturi. Veget. lib. 3. cap. 12.

IPSA die qua certaturi ſunt milites, qđ ſentiant diligenẽ cōuenit explorare. Nā formido vel fiducia ex vultu, verbis, inceſſu, motibus cerniẽ. Nec cōfidas ſatis ſi tyro præliū cupit: inexpertis enī dulcis eſt pugna. Et noueris te oportere differre, ſi exercitati bellatores metuūt dimicare. Monitis tamē & adhortatiōe Ducis, exercitui virtus accreſcit & animus, præcipue ſi futuri certaminis talem acceperīt rationem, qua ſperent ſe facile ad victoriā peruenturos. Tunc inimicorū ignauia vel error oſtendendus eſt, vel ſi antea a nobis ſuperati ſunt, cōmemorandū. Dicenda etiā, q̄bus militum mentes in odium aduerſariorū, in iram & indignationē moueanẽ.

Quibus Dux exercitum moueat.

Animis pene omniū hominū hoc naturaliẽ euenit, vt trepident cum ad conflictum venerīt. Sine dubio aūt formidoloſiores ſunt, q̄rum mentes ipſe confundit aſpectus. Sed hoc remedio formido leniẽ, ſi anteq̄ dimices frequenẽ exercitū tuū locis tutioribus ordines, vnde & videre hoſtem & agnoſcere conſueſcant. Interdū audeant aliq̄d ex occaſiōe, aut fugent, aut intermināt inimicos. Inimicorū mores, aduerſariorū arma & equos recognoſcant. Nam quæ ex vſu ſunt non timenẽ.

Remedium in formidine militum.

Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam. Veget. lib. 3. cap. 13.

BONum Ducem cōuenit noſſe magnā partem victoriæ, ipſum locum in q̄ dimicandum eſt poſsidere. Elabora ergo, vt cōſerturus manum, primum auxiliū capias ex loco: q tanto vtilior iudicaẽ, quāto ſuperior fuerit occupatus. In ſubiectos enim vehemētius tela deſcendūt, & maiore impetu obnitētes, pars altior pellit. Qui aduerſo nitiẽ cliuo, duplex ſubit cum loco & hoſte certamen. Sed illa diſtātia eſt, qđ ſi de peditibus tuis victoriā ſperas cōtra Eq̄tes hoſtiū, loca aſpera, inæqualia, mōtoſa debes eligere. Si vero de Equitibus tuis cōtra aduerſariorū pedites victoriam quæris, ſeq debes paulo q̄dem editiora loca, ſed plana atq; patētia, neq; ſyluis neq; (paludib. īpedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari ut in conflictu reddatur inuicta. Veget. lib. 3. cap. 14.

ORDINaturus aciem tria debet ante ꝓſpicere, ſolem, puluerem, & ventum. Nam Sol ante faciē eripit viſum, ventus cōtrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtiū adiuuat tela. Puluis a frōte cōgeſtus oculos implet & claudit. Hæc momento eo q̄ acies ordinaẽ, etiā imperiti vitare ſolent: ſed Duci ꝓuido cauendum eſt in futurū, ne poſt paululū accedente die, noceat Solis mutata cōuerſio, ne ventus aduerſus hora ſolita eo pugnāte naſcaẽ. Ita ergo cōſtituanẽ ordines, vt hæc poſt occipitiū noſtrum ſint, & (ſi poteſt fieri) aduerſariorū impetant faciem. Acies diciẽ exercitus inſtructus, frōs quæ aduerſum hoſtē ſpectat. Hęc in pugna publica, ſi ſapienẽ diſponiẽ, plurimū iuuat: ſi imperite, q̄uis optimi bellatores ſint, mala ordinatiōe franguntẽ. Inſtructionis lex eſt, vt in primo exercitati: & veteres milites collocenẽ, q̄s antea Pricipes vocabāt. In ſecundo ordine circundati cataphrattis ſagittarii, & optimi milites cum ſpiculis vel lanceis ordinenẽ, quos prius haſtatos vocabāt. Singuli aūt armati in directū ternos pedes inẽ ſe occupare conſueuerūt, hoc eſt, in mille paſsibus mille ſexcenti ſexagita ſex pedites ordinanẽ in longum, vt nec acies interluceat, & ſpaciū ſit arma tractandi. Inter ordinem aūt & ordinem a

ordinem a tergo in latū ſex pedes diſtare voluerūt,vt haberēt pugnantes ſpacium accedendi atq; recedēdi:vehemētius enī cum ſaltu curſuq; tela mittunt. in his duobus ordinibus & ætate maturi,& vſu confidentes, & muniti grauioribus etiā armis collocant. Hi enī abinuicē muri,nec cedere,nec ſequi aliquādo cogendi ſunt, ne ordines turbent:ſed veniētes aduerſarios excipere,& ſtando pugnādoq; repellere vel fugare. Tercius ordo diſponit de armaturis velociſsimis, de ſagittariis iuuenibus,de bonis iaculatoribus,q̄s antea ferentarios nominabāt,Quartus item ordo cōſtruit de ſcutatis expeditiſsimis, de ſagittariis iunioribus, de his qui acriter verutis vel Martiobarbulis(quas plumbatas nomināt)dimicant, q dicebant leuis armatura. Sciendū ergo eſt ſtantibus duobus primis ordinibus,tercium & quartū ordinē ad ꝓuocandum cum miſsilib.& ſagittis primo loco ſemper exire.Qđ ſi hoſtes in fugam vertere potuerit, ipſi cum Eqtibus perſequunt. Si vero ab hoſtibus pulſi fuerint, redeunt ad primā & ſecundā aciem, & int ipſos recipiunt ſe ad loca ſua.Prima aūt & ſecunda acies cum ad ſpathas & ad pila (vt dicit) ventum fuerit, totum ſuſtinet bellum. In quarta acie ponebant interdū carrobaliſtę,& manubaliſtarii,fundibulatores,funditores.Fundibulatores ſunt q lapides fuſtibalis iaciūt. Fuſtibalus,fuſtis eſt longus pedibus 4.cui per mediū ligat funda de corio,& vtraq; manu impulſus, ꝓpe ad inſtar onagri dirigit ſaxa. Funditores ſunt qui fundis ex lino vel ſetis factis (eas enī dicunt eſſe meliores) cōtorto circa caput brachio dirigunt ſaxa. Quibus ſcuta deerant ſiue lapidibus manu iactis, ſiue miſsilibus in hoc ordine dimicabāt,q̄s accenſos tanq̄ iuniores & poſtea additos nominabāt. Sextus ordo poſt omnes a fortiſsimis, & ſcutatis & omni genere armorū munitis bellatoribus tenebat,q̄s antiqui triarios appellabāt.Hi vt requieti & integri acrius inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere cōſueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidiſſet, de horum viribus reparationis ſpes tota pendebat.

Ratio podiſmi quantum ſpacium in acie inter ſingulos homines in longum, uel in latum inter ſingulos ordines debeat cuſtodiri.

Veget.lib.3.cap.15.

EXPLAnato aūt qualit debeat acies inſtrui,nunc podiſmū menſuraq; ipſius ordinatiōis exponā. In mille paſsibus campi, vna acies mille ſexcētos ſexaginta ſex ſuſcipit pedites,ꝓpterea quia ſinguli pugnatores ternos occupāt pedes. Qđ ſi ſex acies in mille paſsibus campi volueris ordinare:nouem millia nonaginta ſex pedites ſunt neceſſarii. Si aūt in ternos ordines hunc numerū volueris tēdere,duo millia paſſuum cōprehendes. Sed melius eſt plures acies facere, quā milites ſpargere. Senos aūt pedes a tergo inter ſingulas acies in latum diximus patere debere:& ipſi bellatores ſtantes ſingulos obtinent pedes. Ideoq; ſi ſex acies ordinaueris, quadraginta & duos pedes in latum,& mille paſſus in longū,& 10000.hominū tenebit exercitus. Si aūt in ternos volueris 21. pedes in latum & duo millia paſſuū in longum 10000. tenebit exercitus. Ad hanc rationē ſiue 20000.ſiue 30000.peditum fuerint iuxta menſurā podiſmi, ſine aliqua dubitatiōe difficultatis poterūt ordinari, nec Dux fallit cum ſciat qui locus quātos poſsit capere armatos. Deniq; ſi anguſtior locus ſit,vel multitudo ſufficiat,& iam inde nouem vel amplius acies ordinari cōuenit.Magis enī expedit vt cōferti pugnent,quā longius ſeparati a ſuis.Nam ſi nimiū fuerit acies attenuata, cito ab aduerſariis facta impreſsione perrumpit. & nullum poſtea poterit eſſe remediū. Qui aūt numeri in dextro cornu, qui in ſiniſtro, qui in medio debeant ordinari, & iuxta dignitates eorum ſeruatur ex more, vel certe pro qualitate hoſtium commutatur.

De Equitibus ordinandis.

Veget.lib.3.cap.16.

Drumi.

Alij contra alios melius dimicant.

si Equites impares habeas, pedites illis ſunt permiſcendi.

CONſtructa acie peditum,Eqtes ponunt in cornibus,ita vt loricati omnes,& cōtati iuncti ſint peditibus.Sagittarii aūt,vel q loricas nō habent,lōgius euagent. A fortioribus nanq; Eqtibus, peditum ꝓtegenda ſunt latera, & a velocioribus atq; expeditis hoſtium cornua perfindenda ſunt atq; turbāda. Scire Dux debet cōtra q̄s Drumos, hoc eſt globos hoſtiū,q̄s Equites oporteat ponere. Nā neſcio qua occulta ratiōe, imo pene diuina, alii cōtra alios dimicāt melius, & qui fortiores vicerant, ab inferioribus ſæpe vincunt. Qđ ſi Equites impares fuerit, more veterū velociſsimi cum ſcutis leuibus pedites, ad hoc ipſum exercitati iiſdē miſcendi ſunt: q̄s expeditos Velites nominabāt. Quo facto q̄uis fortiſsimi hoſtium venerit Equites,tamē aduerſus mixtū agmen pares eſſe nō poſſunt. Vnum hoc remediū Duces veteres inuenerūt, vt aſſueſcere facerent iuuenes currētes egregie, & inter binos Eqtes ſingulos ex his pedites collocarēt,cū leuiorib.ſcutis,gladiis,atq; miſsilibus.

SED optima ratio eſt,& ad victoriā plurimū cōfert,vt lectiſsimos de peditibus,

Equitibus,

Equitibus,cum vicariis,comitibus, Tribuniſq; vacantib. habeat Dux poſt aciem præparatos,alios circa cornua,alios circa medium, vt ſicubi hoſtis vehemẽt inſiſtit,ne rumpat acies, ꝓuolent ſubito, & ſuppleant loca: additaq; virtute,innumerorum audaciã frangãt. Hoc primi Lacones inuenerũt,q̊s imitati ſunt Carthaginenſes, Romani poſtea vbiq; ſeruauerũt. Hac diſpoſitiõe nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc ſolum agere debet ſi poteſt,vt hoſtem repellat, aut fundat. Si cuneus agendus ſit,aut forfex,ſuperfluos habere debes poſt aciem,de qbus cuneum aut forſicem facias,ſi copia de ꝓximo ducenda ſit. Serra itẽ ex abundantib. ducit̃: nam ſi de loco ſuo ordinatũ militem transferre cœperis, vniuerſa turbabis. Si globus hoſtium ſeparatus, aut alam tuã, aut partẽ aliquam vrgere cœperit,niſi ſuperfluos habeas q̊s cõtra globos poſsis opponere,ſiue Eqtes ſiue pedites de acie tuleris,dum aliã vis defendere,aliã periculoſius denudabis. Qđ ſi bellatorũ tibi copia nõ abundat, melius eſt aciem habere breuiorẽ, dummodo in ſubſidiis colloces plurimos. Nam plures circa medias partes campi,expeditibus bene armatis debes habere lectiſsimos, de quibus cuneum facias, & ſtatim aciem hoſtium rumpas. Contra cornua aũt de contatis loricatiſq; Equitibus ad hoc ſeruatis, & leui armatura peditum, alas hoſtium circumuenire te conuenit.

De ſubſidijs quæ poſt aciem collocantur.
Veget.lib.3.cap.17.
Directa acies qd facit
ſerra ex ſuperfluis facien.

DVX, qui præcipuã ſuſtinet poteſtatẽ int̃ Eqtes & pedites,in parte dextra ſtare cõſueuit. Hic eñi locus eſt in q̊ tota acies gubernat̃,ex quo rectus eſt liberq; ꝑcurſus. Ideo aũt int̃ vtroſq; cõſiſtit,vt & conſilio Regem, & authoritate tam Equites q̃ pedites ad pugnã poſsit hortari. Hic de Eqtibus ſupernumerariis,mixtis peditibus expeditis,aduerſariorũ ſiniſtrũ cornu,qđ contra ipſum ſtat,circuire & a tergo ſemper vrgere debet. Secundus Dux in media acie ponit̃ peditum,qui eam ſuſtẽtet & firmet. Hic fortiſsimos pedites,& bene armatos de ſuperfluis ſecum habere debet, ex quibus aut ipſe cuneũ faciat & hoſtiũ aciẽ rumpat, aut ſi aduerſarii cuneum fecerit,ipſe forficẽ faciat,vt cuneo illi poſsit occurrere. In ſiniſtra parte exercitus,tercius Dux eſſe debet,ſatis bellicoſus & ꝓuidus,quia ſiniſtra pars difficilior eſt & velut manca in acie conſiſtit. Ideo circa ſe bonos Equites ſupernumerarios & velociſsimos pedites ſecũ habere debet, de qbus ſiniſtrũ cornu ſemper extẽdat, ne circumueniat̃ ab hoſtibus. Clamor aũt (quẽ quidã barrhitum vocant) prius nõ debet attolli,quã acies vtraq; ſe iunxerit. Imperitorũ eñi vel ignauorũ eſt vociferari de lõge,cum magis hoſtes terreant̃,ſi cum telorũ ictu clamoris horror acceſſerit. Semper aũt ſtudere debes,vt prior inſtruas aciẽ quam hoſtis,quia ex arbitrio tuo potes facere qđ tibi vtile iudicas,cum nullus obſiſtat, deinde & tuis auges cõfidẽtiam & aduerſariis fiduciam minuis: quia fortiores vident̃ qui ꝓuocare nõ dubitant. Inimici aũt incipiunt formidare,qui vidẽt cõtra ſe acies ordinari. Huic addit̃ maximum cõmodum, qa tu inſtructus paratuſq; ordinantẽ & trepidũ aduerſariũ præoccupas. Pars eñi victoriæ eſt inimicum turbare anteq̃ dimices.

In quo loco primus Dux ſtare debet, in quo ſecundus,in quo tercius.
Veget.lib.3.cap.18
Dux inter equites et pedites ſtet.
Officium Ducis.
ſecundus Dux in acie peditum.
Tercius in ſiniſtrã parte exercitus quæ manca eſt.
Clamor vſq; in commiſsione pugnæ tollendus.
ſemper prior aciem inſtruas.

EXCEptis ſuperuẽtibus vel incurſionibus repẽtinis ex occaſiõe, quã nunq̃ Dux exercitus amittit. Nam in itineribus iam fatigatis,in fluminũ trãſgreſsiõe diuiſis, in paludibus occupatis,in iugis montiũ laborantibus,in campis ſparſis,atq; ſecuris in manſiõe dormiẽtibus, oportunũ prælium ſemper infert̃: cum aliis negociis occupatus hoſtis, prius interimat̃ quã præparare ſe poſsit. Qđ ſi cauti ſunt aduerſarii,& inſidiarũ nulla ſit copia, tunc aduerſum præſentes, ſcientes, vidẽteſq; æquã conditiõe pugnat̃. Inde ars belli,non minus in hoc aperto cõflicta,quã in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauẽdum vel maxime,ne ab ala,cornuq; ſiniſtro(qđ ſæpius euenit)aut certe dextro(qđ tamẽ raro cõtingit)circumueniant̃ tui a multitudine hoſtium, a vagantibus globis, q̊s Drumos vocant. Qđ ſi acciderit, vnum remedium eſt,vt alam cornuq; replices & rotundes: quatenus cõuerſi tui ſociorũ terga defendant. Sed & in angulo ipſius extremitatis fortiſsimi collocent̃,quia ibi impetus amplior fieri conſueuit. Itẽ aduerſum cuneum hoſtiũ, certis reſiſtit̃ modis. Cuneus dicit̃ multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo anguſtior,deinde latior procedit,& aduerſariorũ ordines rumpit: qa a pluribus in vnum locum tela mittunt̃. Quã rẽ milites nominãt caput porcinum. Contra quẽ ordinatio ponitur,quã forficẽ vocant. Nam electiſsimis militibus cõfertis in V.literam cõponitur: & illum cuneum excipit,atq; ex vtraq; parte cõcludit, q̊ facto aciẽ non poteſt erumpere. Itẽ Serra dicit̃,quæ a ſtrenuis directa ante frontẽ opponit̃ hoſtibus, vt

Quibus remedijs uirtuti uel dolis hoſtium reſiſtatur in acie.
Veget.lib.3.cap.19.
Vbi commode hoſtis inuadendus.
Ars in aperto bello utilis.
Qualis Cuneus ſit.
Caput porcinum.
serra.

Globus.

In pugna non commutandi ordines.

Quot generibus pugna publica cõmittatur, & quomodo etiam qui inferior eſt numero & viribus valet victoriam obtinere.

Veget. lib. 3. cap. 20.

turbata acies reparet. Globus aũt dicit, qui a ſua acie ſeparatus, vago ſuperuentu incurſat inimicos. Cõtra quem alter populoſior vel fortior immittit globus. Obſeruandum ꝙꝫ eſt, ne ſub tempore, quo iam cõmittit pugna, velis ordines cõmutare aut de locis ſuis aliquos numeros ad alia transferre. Statim enim naſcitur tumultus atqꝫ confuſio, & imparatis conturbatiſqꝫ facilius hoſtis incumbit.

DEPVgnationũ ſeptem ſunt genera, quũ infeſta ex vtraqꝫ parte ſigna cõfligunt. Vna depugnatio eſt fronte lõga, quadrato exercitu, ſicut etiã nunc prope ſemper ſolet prælium fieri. Sed hoc genus depugnatiõis periti armorũ nõ optimum iudicant, quia cum in ꝓlixo ſpacio tendit acies, nõ æqualis ſemper campus occurrit, & ſi aliquãdo in medio ſinus aut curuatura ſit, in eo loco acies frequent irrumpit. Præterea ſi multitudine aduerſarius antecedit, a lateribus aut dextrã aut ſiniſtrã alam circũuenit, in ꝗ periculũ magnum eſt, niſi ſupernumerarios habeas qui ſuſtineant, hoſtẽqꝫ repellant. Hoc genere ſolus debet confligere, qui & plures & fortes habuerit bellatores, vt ex vtroqꝫ cornu hoſtem circumueniat, & quaſi in ſinum ſuum cõcludat exercitus. Secunda depugnatio eſt publica, quæ plurimis melior. In qua ſi paucos ſtrenuos loco idoneo ordinaueris, etiã ſi multitudine hoſtium & virtute turberis, tamẽ poteris reportare victoriã. Huius talis eſt modus: Cum inſtructæ acies ad cõgreſſum veniunt, tunc tu ſiniſtrã alam tuam a dextra aduerſarii tui longius ſeparabis, ne vel miſſilia ad eam vel ſagittæ perueniãt. Dextrã aũt alã tuam ſiniſtrę alæ illius iunges, & ibi primum inchoa præliũ, ita vt cum peditibus optimis, & ꝓbatiſsimis Eqtibus ſiniſtrã partẽ illius, ad quã te iunxeris, aggrediaris atqꝫ circumeas, & detrudendo atqꝫ ſupercurrẽdo ad hoſtium terga peruenias. Qđ ſi ſemel aduerſarios exinde pellere cœperis, accedẽtibus tuis indubitatã victoriam cõſequeris, & pars exercitus tui, quã ab hoſte ſubmoueris ſecura durabit. Ad ſimilitudinẽ aũt A. literæ vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere cõſtituit. Qđ ſi te prior aduerſarius fecerit, illos quos poſt aciem ſupernumerarios diximus debere poni, tam Equites quam pedites ad ſiniſtrũ tuum colliges cornu, & ſic aduerſario reſiſtes magnis viribus, ne arte pellaris. Tertia depugnatio eſt ſimilis ſecundæ, ſed in hoc deterior, qđ a ſiniſtro cornu tuo cum illius incipis dextro cõfligere. Nam quaſi mancus impetus eſt eorũ, & aperte cum difficultate aggrediunt hoſtes, ꝗ in ſiniſtro dimicant cornu. Qđ apertius explanabo: Si quãdo alam tuam ſiniſtrã longe habueris meliorẽ, tunc & fortiſsimos Eqtes peditesqꝫ cõiunge, & in cõgreſſu ipſam primã applica ad alam hoſtiũ dexterã, & quantũ potes aduerſarii dexteram partẽ pellere & circuire, feſtina. Tuam aũt aliã exercitus partẽ, in qua deteriores bellatores habere te noſti, a ſiniſtra longe illius ſepara, ne vel gladiis inuadatur, vel ad eam tela perueniant. In hoc cauendũ eſt ne inimicorũ cuneis trãſuerſa tua acies elidatur. Hoc aũt modo vno caſu vtilit pugnabitur, ſi aduerſarius infirmius dextrũ cornu habuerit, & tu longe fortius ſiniſtrũ. Quarta depugnatio talis eſt. Cum ordinaueris aciem ante quadringentos vel quingẽtos paſſus, quã ad hoſtem peruenias, nõ ſperante eo, ſubito ambas alas tuas incitare te conuenit, vt ex vtroqꝫ cornu improuiſos hoſtes vertas in fugam, & celerius victoriã cõſequaris Sed hoc genus certaminis licet cito ſuperet, ſi exercitatos fortiſsimosqꝫ ꝓduxerit, tamẽ periculoſum eſt: quia mediam aciẽ ſuam, qui ſic dimicat, denudare cõpellit, & in duas partes exercitũ ſeparare. Et ſi primo impetu victus nõ fuerit inimicus, habet poſtea occaſionẽ, qua inuadat & diuiſa cornua, & mediam aciẽ deſtitutam. Quinta depugnatio eſt quartæ ſimilis. Sed hoc vnum amplius habet, quia leuem armaturã & ſagittarios ante primam aciẽ ponit, vt illis reſiſtentibus nõ poſsit irrũpi. Nam ſic de dextro cornu ſuo illius ſiniſtrũ, & de ſiniſtro cornu ſuo illius dextrum aggredit. Qđ ſi fugare poterit, ſtatim vincit, ſin minus, media acies illius nõ laborat: quia a leui armatura ſagittariiſqꝫ defendit. Sexta depugnatio optima eſt, & prope ſimilis ſecundæ, qua vtunt qui de numero ſuorũ & de virtute deſperant. Etſi bene ordinauerit, ꝗuis cum paucioribus, ſemper victoriã cõſequunt. Nam cũ inſtructa acies ad hoſtes accedit, dextrã alam tuam ſiniſtræ alæ hoſtium iunge, & ibi per Equites ꝓbatiſsimos & velociſsimos pedites incipe præliari. Reliquã aũt partem exercitus tui, longiſsime a dextra parte illius remoue, & directum porrige quaſi veru. Nam ſi partẽ ſiniſtrã illius & a lateribus & a tergo cœperis cædere, ſine dubio vertes in fugam. Aduerſarius aũt nec de dextra parte ſua, nec de media

acie poteſt

ſcie poteſt ſuis laborantib. ſubuenire, quia acies tua extendiť & tota ſe porrigit ad ſimilitudinē L. literę lōgiſsimę, quæ recedit ab hoſtibus. Quo genere in itinerib9 ſæpe cōfligiť. Septima depugnatio eſt, quæ loci beneficio adiuuat dimicātem. In hac q̈q̄ & cum pauciorib. & cum minus fortibus poteris aduerſariū ſuſtinere, hoc eſt, ſi montē, aut mare, aut flumen, aut lacum, aut Ciuitatē, aut paludes, aut abrupta in parte vna habeas, ex qua hoſtis nō poſsit accedere, reliquum exercitū tuum directa acie ordines. Sed in illa ala quæ munitionē nō habet, omnes Eqtes & ferētarios ponas. Tunc ſecurus ꝓ tuo arbitrio cum hoſte cōfliges, qa ab vna parte loci natura te munit, ab alia duplex ꝓpe poniť eqtatus. Illud tamen obſeruandū eſt, q̄ nihil melius inueniť, vt ſiue de dextro cornu tuo cum illius ſiniſtro pugnare volueris, ibi fortiſsimos ponas: ſiue de ſiniſtro cū illius dextro, ibi ſtrenuoſiſsimos colloces: ſiue in medio facere cuneos volueris, per q̊s hoſtiū acies rūpas, in cuneo exercitatiſsimos ordines bellatores. Victoria enī per paucos fieri cōſueuit. Tantū eſt, vt electi a Duce ſapietiſs. in his locis, in qbus ratio & vtilitas poſtulat, ordinenť.

PLAErīq; rei militaris ignari, pleniorē victoriā credunt, ſi aduerſarios aut locorū anguſtiis, aut armatorū multitudine circundederiť, vt aditum nō inueniāt abſcedendi. Sed clauſis ex deſperatiōe creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Libenť cupit cōmori, q ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturū. Ideoq; Scipionis laudata ſentēcia eſt, q dixit: viā hoſtibus qua fugerent, nō eſſe muniendā. Nā cum abſcedendi aditu patefacto, mentes omniū ad præbenda terga cōſenſerint, multi more pecorū trucidanť. Nec inſequentiū vllum periculū eſt, cum victi (qbus defendi poterāt) arma cōuerterit. Hoc genere quāto maior fuerit exercitus, tanto facilius multitudo proſterniť. Neq; enī ibi reqrendus eſt numerus, vbi animus ſemel territus, nō tam tela hoſtiū cupit declinare, q̄ vultum. Cæterū clauſi, licet exigui numero & infirmi viribus, hoc ipſo tamē ſunt hoſtibus pares, qa deſperātes ſciunt aliud ſibi licere non poſſe, ſed vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Viam abſcedendi hoſtibus dandam, ut deleantur facilius fugientes.

Veget. lib. 3 cap. 21.

DIGEſtis omnibus quæ ratio militaris experimētis & arte ſeruauit, vnum ſupereſt edocere, quemadmodū recedať ab hoſtib. Nā diſciplinæ bellicæ & exemplorum periti, nuſq̄ maius periculū imminere teſtanť. Qui enī ante cōgreſſum recedit ex acie, & ſuis fiduciā minuit & inimicis addit audaciā. Verum qa hoc ſæpius neceſſe eſt euenire, qbus modis tuto poſsit fieri declarandū eſt. Primum vt tui neſciant ideo te recedere, qa declinas inire cōflictum, ſed credant arte aliqua ſe ideo reuocari, vt ad oportuniorē locum inuiteť hoſtis, vt facilius ſupereť, aut certe inſequentib. aduerſariis ſecretiores collocenť inſidiæ. Nam neceſſe eſt ad fugā parati ſint, q Ducem ſuum ſentiant deſperare. Illud q̈q; vitandum eſt, ne hoſtes te recedere ſentiāt & ſtatī irruant. Propterea plærīq; ante pedites ſuos Eqtes poſuerunt, vt diſcurrētes aduerſarios videre nō ſinerēt, quādo pedites abſcedebāt. Itē particulatī incipiētes a primis, ſingulas acies ſubducebāt, retroq; reuocabāt, in gradu ſuo manentib. reliqs, q̊s ſenſim poſt acies, ſeq; ad illos iungebant, q̊s ſubduxerāt. Primū aliquantis exploratis itinerib. noctu cum exercitu recedebant, vt hoſtes die orto, cū intellexiſſent, nō poſſent cōprehendere præcedētes. Præterea leuis armatura præmittebať ad colles, a qua ſubito tuto reuocareť exercitus, & ſi hoſtes inſeq voluiſſent, a leui armatura, quæ antea occupauerat locum, additis Eqtibus fundebātur. Nihil enī periculoſius exiſtimať, quā ſi incōſulte inſequētib. ab his q in ſubſeſſa fuerit, vel qui ante ſe parauerint, obuieť. Hoc tempus eſt q̊ oportune collocanť inſidię, qa aduerſum fugiētes, maior audacia & minor cura eſt. Neceſſario aūt amplior ſecuritas grauius ſolet habere diſcrimen. Imperatis, cibum accipientib. in itinere laſsis, equos ſuos paſcentib. ac nihil tale ſuſpicantib. ſuperuentus aſſolet fieri. Qđ & nobis vitandū eſt, & hoſti in eiuſmōi occaſiōib. pernicies iſerenda. Hoc enī caſu oppreſsis, nec virtus poteſt nec multitudo ꝓdeſſe, qa qui in acie publica vinciť pugna, licet & ibi ars plurimū ꝓſit, tamen ad defenſionem ſuā poteſt accuſare fortunam. Qui vero ſuperuentus & ſubſeſſas inſidias paſſus eſt, culpā ſuam nō poteſt excuſare, qa hoc euitare potuit, & per ſpeculatores idoneos ante cognoſcere. Cum recediť, talis fraus fieri cōſueuit. Recto itinere Eqtes cōſequunť. Valida manus occulte per alia mittiť loca, vbi ad agmen inimicorū peruenerūt Eqtes, tentāt leuiť atq; diſcedunt. Ille credit quicqd inſidiarū fuerat præteriiſſe, & ſine cura reſoluiť in negligentiā. Tunc illa manus, quę ſecreto itinere deſtinata fuerat, ſuper-

Quemadmodū ab hoſte recedatur, ſi cōſiliū pugnæ diſpliceat.

Veget. lib. 3. cap. 22.

uenicns opprimit ignorãtes. Multi cum ab hoſte diſcedũt, ſi per ſyluas ituri ſunt, præmittunt qui abrupta vel anguſta occupent loca, ne ibidem ab aduerſariis patiant̃ inſidias. Et rurſus poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas cõpedes vocant, vt aduerſariis facultatẽ adimãt perſequẽdi, & pene vtriq; parti in itinere ad ſubſeſſas cõmunis occaſio eſt. Nã qui pręcedit, oportunis vallibus, vel ſyluoſis mõtibus, quaſi poſt ſe reliquit inſidias, in quas cum inciderit inimicus, recurrit ipſe & adiuuat ſuos. Qui vero ſequit̃ auerſis ſemitis, longe ante deſtinat expeditos, vt præcedentẽ aduerſariũ arceat in tranſitu, deceptũq; a tergo & a fronte cõcludat. Dormientib. noctu aduerſariis, & qui præceſſerit poteſt regredi, & qui ſequitur, quantũuis interſit, poteſt ſuperuenire per fraudem. In trãsfretatiõe fluuiorũ, qui præcedit, illã partem tentat opprimere, quę pręmiſſa trãſierat, dũ reliqui alueo ſeparant̃. Qui aũt ſequit̃ feſtinato itinere, illos qui nõ potuerunt trãſire cõturbat.

De Camelis & cataphractis Equitibus.
Veget. lib. 3. cap. 23.

CAMelos aliquãte natiões apud veteres in acie ꝓduxerũt, vt Vrcilani in Aphrica, Mahetes hodie q; ꝓducunt. Sed hoc genus animaliũ arenis & tolerandæ ſiti aptum, cõfuſas etiã in puluere vento vias abſq; errore dirigere memorat̃. Cæterũ ꝓpter nouitatẽ, ſi ab inſolitis videat̃, inefficax bello eſt. Cataphracti Equites propter munimina quæ gerunt, a vulnerib. quidẽ tuti, ſed ꝓpter impedimentũ & põdus armorum, capi eos facile eſt, & laqueis frequent̃ obnoxii, cõtra diſperſos pedites, q̃ cõtra Eqtes in certamine meliores, tamẽ ſunt aut ante legiones poſiti, aut cũ legionariis mixti, qñdo cominus (hoc eſt manu ad manũ) pugnat̃, acies hoſtiũ ſæpe rumpũt.

Quomodo quadrigæ falcatæ, vel Elephanti in acie poſſint obſiſti.
Veget. lib. 3. cap. 24.

QVAdrigas falcatas in bello Rex Antiochus & Mithridates habuerunt. Quæ vt primum magnum in acie intulere terrorẽ, ita poſtmodũ fuere deriſui. Nam difficile currus falcatus planum ſemper inuenit agrum, & leui impedimento retinet̃, vnoq; afflicto aut vulnerato equo decipit̃. Sed maxime hęc Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnã ventum eſt, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in q̃s currentes quadrigæ cum incidiſſent, deletæ ſunt. Tribulus aũt eſt ex quatuor palis cõfixum ꝓpugnaculũ, qđ quomodo abieceris, tribus radiis ſtat & erecto quarto infeſtus eſt. Elephanti in præliis magnitudine corporũ, barrhitus horrore, formæ ipſius nouitate, hoĩes equoſq; cõturbant.

Tribulus.

Pyrrhus Elephantos primus in Italiam duxit.

Hos cõtra Romanũ exercitum primus in Lucania Rex Pyrrhus eduxit. Poſtea Hannibal in Aphrica, Rex Antiochus in Oriente. Iugurtha in Numidia copioſos habuerunt. Aduerſus q̃s diuerſa reſiſtendi excogitarunt genera armorum. Nã & Centurio in Lucania gladio manũ (quã Promuſciden vocãt) vni abſcidit, & bini cataphracti equi iungenbant̃ ad currum. Quibus inſidẽtes Clibanarii, Sariſſas, hoc eſt lõgiſsimos, contos in Elephãtos dirigebãt. Nam muniti ferro, nec a ſagittariis (q̃s vehebant) beluæ lędebant̃, & earũ impetum eq̃rum celeritate vitabãt. Alii cõtra Elephantos cataphractos milites immiſerunt, ita vt in brachiis eorum, & in caſsidibus vel humeris aculei ingẽtes ponerent̃ e ferro, ne manu ſua Elephas bellatorũ cõtra venientẽ poſſet apprehẽdere. Præcipue tamẽ Velites antiqui aduerſum Elephãtos ordinarunt. Velites aũt erãt iuuenes, leui armatura, corpore alacri qui ex equis optime miſsilia dirigebãt. Hi equis prætercurrẽtib. ad latiores lanceas vel maiora ſpicula beluas occidebant; ſed creſcẽte audacia poſtea collecti, plures milites parit̃ pila, hoc eſt miſsilia, in Elephãtos cõgerebant, eoſq; vulnerib. elidebant. Illud tamẽ additum eſt, vt Funditores cum Fuſtibalis & fundis rotundis lapidibus deſtinatis. Indos (per q̃s regebant̃ Elephãti) cum ipſis turribus affligerẽt atq; mactarẽt, q̃ nihil tutius inuenitur. Præterea veniẽtibus beluis, quaſi irrupiſsẽt aciem, ſpacium milites dabant. Quæ cum in agmen medium perueniſsẽt, circũfuſis vndiq; armatorũ globis, cum magiſtris abſq; vulnerib. capiebantur illeſæ. Carrobaliſtas aliquãto maiores (hæ enĩ lõgius & vehemẽtius ſpicula dirigunt) ſuperpoſitas curriculis, cum binis equis aut mulis poſt aciẽ ordinari conuenit, & cum ſub iactu teli acceſſerit, beſtiæ ſagittis baliſtariorũ transfigunt̃. Latius tamẽ & firmius cõtra eas pręfigit̃ ferrum, cum in magnis corporib. maiora ſint vulnera. Aduerſum Elephantos plura exempla & machinamẽta retulimus, vt ſi quando neceſsitas poſtulauerit, ſciatur quæ ſint tam immanibus beluis opponenda.

Promuſcis.
Sariſſæ.
Velites.

Quid fieri debeat, ſi vel pars vel totꝰ exercitus fugerit.
Veget. lib. 3. cap. 25.

SCIEndum vero eſt, ſi pars exercitus vicerit & pars fugerit, minime deſperandũ cum in eiuſmõi neceſsitate, Ducis cõſtantia totam ſibi poſsit vẽdicare victoriam. Innumerabilibus hoc accidit bellis, & ꝓ ſuperioribus ſunt habiti qui minime deſperarunt.

ſperarunt. Nam in ſimili conditiōe fortior credit̃, quē aduerſa non frangunt. Prior ergo de cæſis hoſtibus ſpolia capiat, qđ ipſi dicunt colligat campū, prior clamore ac buccinis exultare videatur. Hac fiducia ita perterrebit inimicos, ita ſuis fiduciā geminabit, quaſi victor ex omni parte diſceſſerit. Qđ ſi aliq̄ caſu omnis in acie fūdatur exercitus pernicioſa clade, tamē reparatiōis multis fortuna nō defuit, & medicina quærēda eſt. Dux ergo ꝓuidus ſub ea cautela publico debet Marte confligere, vt ſi qd ꝓ varietate bellorū, vel conditiōis humanæ ſecus acciderit, abſq; graui detrimento liberet victos. Nam ſi vicini colles fuerīt, ſi poſt terga munitio, ſi cęteris abſcedentib. fortiſſimi quiq; reſtiterīt, ſe ſuoſq; ſeruabunt. Frequent̃ iam fuſa acies, diſperſos ac paſſi ſequentes, reparatis viribus interemit. Nam nunq̄ exultātibus maius ſolet eſſe diſcrimē, quā cum ex ſubita ferocia in formidinē cōmutantur. Sed qcunq; euentus fuerit, colligendi ſunt ſuperſtites, bello erigendi, adhortationibus cōgruis et armorū inſtauratiōe refouendi. Tunc noui delectus, noua quęrunt̃ auxilia, & (qđ amplius ꝓdeſt) captatis occaſiōibus in ipſos victores per occultas inſidias impetus faciendus eſt, ac ſic audacia reparanda. Nec opportunitas deerit, cum pro fœlicitate ſuperbius & incautius mentes efferantur humanæ. Si quis hunc caſum vltimum putat, cogitet euentus omnium pręliorum, inter inicia contra illos magis fuiſſe, quibus victoria debebatur.

Colligere campum.

Regulæ bellorum generales.

Veget. lib. 3. cap. 26.

IN omnibus prælijs expeditiōis cōditio talis eſt, vt quicqd tibi ꝓdeſt, aduerſario noceat, qđ illum adiuuat, tibi ſemper officiat. Nunq̄ igit̃ ad illius arbitriū aliqd facere aut diſſimulare debemus, ſed id ſolum agere, qđ nobis vtile iudicamus. Cōtra te enī eſſe incipis, ſi imiteris qđ fecit ille ꝓ ſe, & rurſus quicqd ꝓ tua parte tentaueris, contra illum erit, ſi voluerit imitari. In bello, qui plus in angarijs vigilauerit, pluſq; in exercendo milite laborauerit, minus periculū ſuſtinebit. Nunq̄ miles in aciem ꝓducendus eſt, cuius antea experimēta nō cœperis. Aut inopia, aut ſuperuentibus, aut terrore melius eſt hoſtem domare, quā pręlio, in q̄ ſolet amplius fortuna poteſtatis habere quā virtus. NVLla cōſilia meliora ſunt, quā illa quę ignorauerit aduerſarius anteq̄ facias. OCCaſio in pręlio amplius ſolet iuuare quā virtus. IN ſollicitādis ſuſcipiēdiſq; hoſtibus, ſi cum fide veniat, magna fiducia eſt, qa aduerſariū amplius frāgunt trāsfugæ quā perempti. MElius eſt poſt aciem plura ſeruare præſidia, quā latius militem ſpargere. Difficile vincit̃, qui vere poteſt de ſuis & de aduerſarij copijs iudicare. AMplius iuuat virtus quā multitudo. AMplius ꝓdeſt ſæpe locus quā virtus. PAVcos viros fortes natura ꝓcreat, bona inſtitutiōe plures reddit induſtria. EXErcitus labore proficit, ocio conſeneſcit. NVNquā ad certamē publicū ꝓduxeris militem, niſi cum eum videris ſperare victoriā. SVBita conterrent hoſtes, vſitata vileſcunt. QVI diſperſis ſuis inconſulte inſequit̃, quā ipſe acceperat aduerſario vult dare victoriā. QVI frumentū neceſſariaq; non præparat, vincit̃ ſine ferro. QVI multitudine & virtute præcedit, quadrata dimicet frōte, qui primus eſt modus. QVI imparē ſe iudicat, dextro cornu ſuo ſiniſtrū cornu pellat inimici, qui eſt ſecundus modus. QVI ſiniſtram alam fortiſſimā habere ſe nouerit, dextram alam hoſtis inuadat, qui eſt tercius modus. QVI habet exercitatiſſimos milites, in vtroq; cornu parit̃ prælium debet incipere, qui eſt quartus modus. QVI leuem armaturā optimam regit, vtranq; alam hoſtis inuadat, ferentarijs ante aciem cōſtitutis, q quintus eſt modus. QVI nec numero militum, nec virtute cōfidit, ſi depugnaturus eſt, de dextra ſua ſiniſtrā alam hoſtium pulſet, reliquis ſuis porrectis in ſimilitudinē veru, qui ſextus eſt modus. QVI pauciores infirmioreſq; habere ſe nouit, ſeptimo modo ex vno latere aut montē, aut Ciuitatē, aut mare, aut fluuiū, aut aliquod debet habere ſubſidium. QVI cōfidit equitatu, altiora loca quærat Equibus, & rē magis per Equites gerat. QVI confidit pedeſtribus copijs, altiora loca peditibus quærat, & rem magis per pedites gerat. CVM explorator hoſtiū latent̃ oberret in Caſtris, omnes ad tentoria ſua per diem redire iubeant̃, & ſtatī deprehendit̃ explorator. CVM cōſilium tuum cognoueris aduerſarijs ꝓditum, diſpoſitiōem mutare te cōuenit. QVID fieri debet tractato cum multis, qđ vero facturus ſis, cum pauciſſimis ac fideliſſimis, vel potius ipſe tecum. MIlites pœna & timor in ſedibus corrigunt, in expeditione ſpes & præmia faciunt meliores. BOni Duces publico certamine nunq̄ niſi ex occaſiōe aut nimia neceſſitate cōfligunt. MAgna diſpoſitio eſt, hoſtem fame

magis vrgere q̃ ferro. DE equatu ſunt multa præcepta, ſed cum hæc pars militiæ vſu exercitii, armorũ genere, & equorum nobilitate ꝓfecerit, ex Libris nihil arbitror colligendum, cum pręſens doctrina ſufficiat. QVO genere depugnaturus ſis neſciant hoſtes, ne aliquibus remediis obſiſtere moliantur.

DIgeſta ſunt (Imperator inuicte) quæ nobiliſsimi authores, diuerſis ꝓbata temporibus, per experimentorũ fidem memoriæ tradiderunt, vt ad ſagittandi peritiam, quam in Serenitate tua Perſa miratur, ad equitãdi ſcientiã vel decorem, quẽ Hunnorum, Alanorũq; natio velit imitari, ſi poſsit, ad currendi velocitatẽ, quã Saracenus Indusq; nõ æquat: ad armaturæ exercitationẽ, cuius campi doctores vel pro parte exempla intellexiſſe gaudent. Nunc regula præliandi, imo vincendi artificium ingeratur, quatenus virtute pariter ac diſpoſitione mirabili, Reipublicę tuę & Imperatoris officium exhibeas & militis.

De celeritate & cunctatione, deq; obedientia ac fide ſeruanda, uindicanda uero temeritate ac perfidia.

ET quamq̃ Vegetius nihil nõ attigit, qđ quidem ad rem militarẽ ediſcendã faceret: Nihilominus & ipſe ne ſim omnino aſymbolos, quędã alia pręcepta alicunde cõcerpta in cõmune adferã. Ac primo de celeritate & cunctatiõe. de quibus ita ſtatuo. Quia tametſi vix quicq̃ conſumatũ eſſe poteſt, qđ repente fit: poſteaq̃ tamen bellum decretũ eſt, CELEritas in cõficiundo illo magnũ pondus habet: Siqdem in officio prudentiæ nõ claudicet. Et antea enĩ bellum infert, vel depellit, quã hoſtis ſperet: & multum de ſe ꝓmittit is, q factis famam etiã anteuertit. ita vt Caſtra & Vrbes etiã munitiſsimę HAC ſola virtute opprimantur. Quo ſenſu Iulius Cæſar gloriari ſolebat, VEni, VIdi, VIci. Nihilominus ſi ea ipſa celeritate vti cõmode nequimus, Nulla res ſummo Imperatori magis cõuenit ecõtrario, quã MOra & CVNctatio: nulla minus, quã FEStinatio & TEMEritas. Qua quidem ſi hoſtis vtitur, in laqueum prudentis & occulati Imperatoris facile incidit. Quid enĩ Hannibale fuit vel vafrius in conſiliis, vel in pręliis audacius, vel in agẽdo celerius? Attamẽ tot ac tantæ dotes eius CVNctatiõi Fabii ſuccubuere. Cuius impetus vehementes diuturna detrectatiõe pugnæ eluſit atq; eneruauit, donec opportunitate ꝑuiſa, nõ magis viribus quã arte fregit. Sed quanq̃ cunctationẽ ꝓbamus, deſidiam tamẽ, vt certiſsimã omniũ Rerump. & exercituũ peſtem damnamus. ita vt ſola maturatio, quæ ex celeritate incõſulta, & tarditate remiſſa cõſtat & in omnes, omni loco omniq; tẽpore nocendi occaſiões ſit intẽta, in exercitu q̃q; maxime ꝓbetur.

De celeritate ac cunctatione in bello.

An celeritate, uel potius cunctatione eſt utendum.

Maturitas probanda.

ALTErum eſt, vt poſteaq̃ Imperator acies inſtruxerit, meminerit Duces cum militibus capitale eſſe, niſi ordines obſeruẽt, ac dicto Imperatoris cum veſtigio pareant, fidemq; in ſummo etiã periculo ſeruẽt. Et ſi enĩ ꝓditio hoſti grata ſit, ꝓditores tamen certum odium, certior etiã calamitas, certiſsima omniũ nex manet. Ita Metius a Tullo duobus curribus alligatus actis in diuerſum quadrigis eſt diſcerptus, Medicus Pyrrhi, & Iuuentutis Phaleriorũ Pœdagogus, ab ipſiſmet Rom. in quorum gratiã alter Regem veneno tollere: alter pueros Ciuiũ tradere voluerũt, ꝓditi, ferro immaniſsime ſunt trucidati. Et tamen ſi auxiliares, aliæue copiæ ꝓ hoſtibus ſuos impetãt, Imperator, ne ſui terreantur nouitate immanitateq; ſceleris, exẽplo Tulli dicat ſuo iuſſu ita illas facere: donec ſit debellatũ. & perfidi iuſto dedantur ſupplicio. Quia vero vel in Hungaria ſola quotidiana exempla violatæ vel ſeruatæ fidei omnibus hoc tempore apparent, a recitandis illis ſuperſedebo.

De obedientia ac fide ſeruanda, uindicanda uero temeritate ac perfidia.

Si cohors aliqua in prælio præuaricetur.

TERcium eſt, vt in periculoſo certamine ſi fœderibus ſiſti, nocturna retroceſsione, ſimulatiõe fugæ, lociue, vel Caſtrorũ, aut Vrbium tutela deuitari neqt: omnes vnum hoſtiũ Ducẽ cõfertim, vel ſigillatĩ exẽplo Mutii Sceuolæ petãt: potiusq; in acie more fortium virorũ occumbãt, quam veluti pecora ab hoſte trucidentur, vel in ſeruitutẽ redigantur. Inprimisq; fortiſsimus Imperator conſumato ſuo omni officio, ne ſuperſit victis. Confidentiaq; iuſti belli meminerint qa ſit vna ſalus victis nullã ſperare ſalutem. Nam illud ſoli Demoſtheni fuit conceſſum, vir fugiens iterum pugnabit.

In periculoſo certamine quid faciendũ.

STRATAGEMATA.

Sed qa fortis animi & cõſtantis eſt, nõ perturbari in rebus aſperis, nec tumultuãtem de gradu deiici, vt dicitur: ſed præſenti animo vti & cõſilio. nec a ratiõe diſcedere: Temere aũt in acie verſari, & manu cum hoſte cõfligere, ſi arte vinci poteſt, immane qddam ac belluarũ ſimile eſt. Itaq; niſi tempus neceſsitasq; poſtulat vt decertetur manu.

Ex Cicerone.

Fortitudo animi in ſtratagematibus maxime cernitur.

vertetur manu, Omnino Stratagematib. cōtra hoſtem prius eſt vtendū. Cum enī Stratagema ſit artificiū quoddā callidū ducendi exercitus ad hoſtiū internecionē ex tempore repertū: certe præſtat ingenio, qđ Deus homini pro armis dedit: quā viribus decertare, quas belluis tantū impertiit: præſertī ſi ipſis viribus inferior ſis. tunc enī aſſuenda eſt pellis vulpina, cum deeſt leonina, vt dicit. vt ſ. inopinātibus terror iniiciat, im ꝓuiſum hoſtibus cōſilium capiat, accerſat dolus abſq; perfidia, adhibeat induſtria, locum habeat ſolertia, Stratagemata ꝓ tempore vafra & vtilia

Quid ſ ſtratagema?

Stratagematibꝰ uti licet.

ATq; principio omnis victoriæ autori Deo ſupplicandum eſt, eiq; (vſurpent. exemplo olī Abrahę, Moyſi, Ioſue, Gedeōis, Saulis, Dauidis, & Iudæ, aliorūq; piorum ac fortium Principū effundendū cor: vt ei ꝓ iuſta & pia cauſa in præliū deſcēdiſſe nos ꝓbemus, poſtea vero cōceſſis artib. dolis, aut etiā virib. eſt in hoſtem vtēdum. Qđ aūt dolis vti licet in hoſtē, ſalua fidei integritate: & ſacra exēpla docent. Nā ABRAHAM celeritate ſola vſus, diuiſis ſuis 318. militib. in aliquot turmas, noctu irruit ſuper quatuor Regulos Lot eius fratrē captiuū ducentes, percuſſitq; eos atq; etiā eſt perſequutus. MOSES aūt iuſſu Dei acceptis rebus Aegyptiorū cōmodato, poſtremo Regem Pharaonē aquis rubri maris, quas ipſe ſicco pede trāſiit, cōmerſit. RAAB vero in Iericho exploratores abſcōdit. Porro IOSVE ſolo tubarū clāgore muros ipſius Ciuitatis euertit. Inſuper cū Rex HAI educeret cōtra Iſraelē exercitū, IOSue ſimulādo metū ceſſit loco, cōiecitq; ſe in fugā: inſidias vero a tergo hoſtiū ſe perſequentiū abdidit. Cum ergo maxime fugeret, Hai vero fugaret maxime: Ioſue cōuerſis ſignis palantes, & ſine ordinibus hoſtes victoriæ ſecuros inuaſit, cecidit, atq; fugauit, præterea Vrbem cœpit, in tumulumq; erexit, & Regem captum in furca ſuſpendit. Alioſq; omnes itidē gentiū Reges partī vi, partim aſtu deleuit. Conſimiliťq; GEDEON duntaxat cum 300. viris iuſſu Dei delectis, in Caſtra hoſtiū ad locuſtarū multitudinē exæquatorū deſcēdit, expiſcatiſq; eorū cōſiliis, atq; etiā exauditis ſuſurris & colloqis, diuiſis 300. viris in tres partes, datiſq; tubis in manibus eorū, cum vigilię noctis medię inciperēt, irruit in hoſtes. cuius metu illi perculſi, vociferātes, vlulanteſq; fugerūt: inſtātibus 300. viris, & buccinis perſonātibus: ita vt hoſtes ſeſe mutua cęde cōficerent. Similiť Zebee & Salmana cum ſecuri eſſent, & nihil aduerſi ſuſpicarent, turbato omni eorū ordine, percuſſit & cōprehendit. Sed & SAMSON ꝓpter ablatā vxorem alligatis facib. ad caudas vulpiū, ſegetes Philiſtinorū incendit, poſtremo cōcuſſis fortiť columnis domus, in qua ad 3000. Philiſtinorum cōpotantium & ei illudentiū erant, erutos oculos ſua & hoſtium morte vēdicauit: dicens, moriať anima mea cum Philiſtím. Quare & DAVID in noīe Dnī percuſſit Goliathū lapide miſſo ex funda. IDēq; ꝓpoſuit præmiū q percuſſiſſet Iebuſeū. Idem alia vice gyrans poſt tergum eorū, eoſdē percuſſit. IEHV vero Rex omnes ad vnū Prophetas & Sacerdotes Baal in eius idoli fanum ad ſacrificandū dolo cōuocatos occidit, & in cōtumeliā Idoli cōtriti, ex templo fecit latrinas. Item arte factū eſt vt Aman in patibulo, qđ fabricauerat Mardocheo, precibus atq; ꝓbatiōe HESTER ab Aſſuero Rege ſuſpenderetur. Item vafro nimiū cōſilio IVDITH extra Bethuliā obſeſſam egreſſa, ab Holoferneq; ſui amore capto, & tum ebrio, venia nocte ad oratiões exeundi & redeundi impetrata, caput ipſius pręcidit, & Ciuibus ſuis detulit, priuſq́ vigiles exercitus facinus reſciſſent. Quinimo & Magi per aliā viā in regionē ſuam reuerſi, Herodi illuſerunt. Et Chriſtus nō ſolum cæcos Phariſæorū impetus toties euanitiōe eluſit, verum etiā Regnū Dei abſtulit ab his, qbus ſe vltro dedit ad crucifigendū. Præterea Satanā mortis humanæ autorē, morte ſua vicit. & ad ſimilitudinē peccatorū actus in patibulū, peccatores ſaluos fecit. egregiū ſtratagema ratus, ſi in carne Deum ſe nobis ꝓderet. per crucem gloriam quęreret. morte mortuos viuificaret. infernis ſuperatis ad cœlum aſcēderet. inferretq; nos ad dexterā Dei patris, vnde nos Satan deturbauit. Nec iniuria, aliena qppe fraude hoſtes Dei facti ſumus, aliena etiā iuſticia Deo ſumus recōciliati, atq; vniti. Quæ qdem redemptiōis noſtræ ſtulticia ac infirmitas, prudentum prudentiā infatuauit, potentiā aūt potentū ſub iugum ſuum redegit. ne ſcilicet glorieť vlla caro in cōſpectu DEI, & AGNI: q omnē ſuperbiā mititate ſua demoliť, peccata mundi ſua iuſticia tollit. Sed quia hæc, & huiuſmōi ſexcēta alia ſacra exēpla qđ diuinitus facta ſint immitabilia eſſe videť. Itaq; ad humana calamū cōuertamus. Quę tamē & ipſa nō ſine noīe Dei geſta eſſe cre-

Conflicturus primo omnium Deo ſupplica, & iuſta cauſa te niti oſtende.

Sanctiſſimi uiri ſtratagematib. uſi ſunt.

Geneſ. 14. Abraham. Moſes. Raab. Ioſue.

Simulando fugam hoſtes ingenti clade affecit.

Gedeon. Iudic. 7. 8. Iudic. Samſon. 15. Iudic. 16. Iudic. David. 2. Reg. 5. 3. Reg. 15. Heſter. Iudith.

Stratagemata Chriſti omniū uaferrima.

ſta eſſe credamus. Qui quidem nõ ſolum alteri alteros, liberosq; ſeruis præponit, verum etiam integra Regna de gente in gentem transfert propter INIVſticiam: perſuaſum interea habentes, quia NON EST DEO DIFFICILE, vel in multis, vel in PAVCIS vincere aut ſaluare.

Protheus. *Vlyſſes.*

INTer gentiles ergo nõ vano argumento PROTheũ varias rerum figuras mẽtitum. Stratagematũ enim periculum fuiſſe Poetæ his inuolucris oſtenderunt. A quo non multum VLYſſes receſsit, qui in equo fabricato Troiani proditores immiſit. recte etiã vinum, terrisq;, & aries, ſtratagemata poſſunt appellari cõtra Cyclopem ab eo adhibita. Perindeq; cera ſociorum auribus inuncta, & ipſe rectus ad malum alligatus. Namq; hęc remedia cõtra pernicioſam muſicam, atq; illecebras voluptatum fortiſsimus Imperator excogitabat. Item quæcumq; de pera mendici dicas, & quæcumq; erga Eumæum, aut Penelopen finxit.

Bacchus olim Indiæ nunc multarum gentiũ in Europa victor

BACCHVS etiã aduerſus Indos bella gerens, non tam armis q̃ ebrietate illos vicit. Ebrietas enĩ cõfidentiam, obliuionẽ, ac ſecuritatem inducit, virilesq; animos et corpora effœminat. Quo ſenſu Plato vinum a Deo ad vindictã malorũ datum eſſe putauit. Quare & hoc tempore ſobriæ gentes ebrioſos pro inſanis habent, & ad militiam nõ permittunt. Turcæ aũt ebrioſo quadraginta ictus infligunt.

Ridiculũ ſi etiamnũ Mars cum Venere ligatus deprehẽdatur, & Palladi conficiundi dentur.

SI aũt Mars cum Venere ligatus, vt eſt in fabulis, diis hominibusq; adhuc riſum mouet: certe exercitus cuiuspiã Heliogabali ex ſcortis inſtructus, iuſto ludibrio, ac etiã cædi ſeruatũ. tantum abeſt, vt in expugnãdo illo multis viribus ſit opus Palladi. quæ vt caſta eſt, ita ingenii atq; armorum præſes eſſe fingit a Poetis.

Pan.

PAN vero Dux Bacchi, cum ſpeculatores ei renunciaſſent hoſtẽ noctu iam iam ſibi intra concauas rupes imminere, imperato ſuis clamore incõdito, petræ ſonum exceptum ad hoſtes referebant, & cauitas ſaltus longe maiorũ copiarum fremitũ hoſtibus reddebat. Quare ab Echo metu perterriti ſe in fugam coniecerunt, atq; ideo Echo Pani gratam & amicam eſſe finxerunt Poetæ.

Hercules.

HERCules aũt cum Minyorũ equitatu cõflicturus, Phiſum fluuiũ int̃ duos mõtes aggere obiecto auertit, & Caſtra hoſtibus cõmodiſsima refluxu fluuii inundauit, ac poſtremo in locos iniqores eductos turbatis turbinibus cõfecit. Quo facto admonemur reſtagnatiõibus, vel planicies circum Vrbes obſeſſoribus reddi infeſtas, vel ſi in imo cõſideant ipſas Vrbes q̊q;, vel alioq hoſtiũ Caſtra poſſe inundari.

Reſtagnationũ uſus.

Locorum anguſtiæ naſtris utiles.

Certe decem millia peditum Spartanorũ Duce LEomda ad Thermopylas, clauſtraq; illa naturalia, exercitum Xerxis Regis Perſarũ vltra decies centena millia peditum, octogita vero millia armatorũ ad internecionẽ vsq; ꝓfligaſſe ab Hiſtoricis memorantur. Ex quo quidem exemplo multo maximam partem victoriæ in delectu loci conſiſtere diſcimus. SIMilit̃ & ALExander occupatis faucibus anguſtis Amanicarũ Pylarum, paruo ſatis exercitu, minus ducentis viris amiſsis, centum millia Darii etiam Regis Perſarum fudit, ac deleuit.

Alexander.

Transfugarum uſus maximus.

Transfugæ qualia cõmenta narrent?

Transfugæ uel nihil boni, uel omnia optima de te narrent, uera tamen falſis ſunt permiſcẽda, ne fraus detegatur.

SCitum & hoc eſt, exploratores quaſi trãsfugas ad hoſtes mittere, qui eis tale cõmentum denarrent, quod ſi ſequantur: tibi ſe feriendos præbeant, aut ſaltem inde deducant exercitum, vnde tu velis eſſe remotos, atq; incautos.

EIVS eſt generis & illud, vt trãsfuga hoſtibus renunciet mortem Imperatoris, vel Prĩcipum diſcordiã, peſtemue, aut famẽ, paucitatem, nuditatẽue, vel alioq ſcortorum & impedimentorũ copiam in tuo exercitu, ita hoſtes te cõtemnentes ſecure omnia agent, ac etiã te perſequent̃, & in inſidias, quas illis, vel in anguſtis, montaniſue locis abdes, peruenient: aut ſaltem remiſsius de victoria confligent.

QVOD ſi contrariũ expedit, omnem noſtrã virtutẽ iidem trãsfugæ, etiã maiorẽ quã ſit, denarrent: quippe noſtris magna adueniſſe auxilia, in exercitu ſummam ꝓuidentiã verſari, rerumq; copiam eſſe. E cõtrario aũt primarios hoſtium Duces ꝓditiõis aliq̃ ſigno inſimulet. quo hoſtes & virtute noſtrorũ terreant̃, & nihil ſibi fidant, vel ſeſe conficiant̃, aut metu perfidię potius fugiant, quam dimicent.

IDEM tuis militibus ſemper perſuade, vt ſi aliquis eorum forte capiatur, metum hoſti incutiat: & tui ſemper confidentiores ſint.

DARius Babylonẽ oppugnans, longo tempore Ciuitatẽ capere nõ potuit. Zopyrus Darii Satrapa mutilata facie, trãsfugæ ſpecie ad hoſtes venit, quaſi his damnis a Dario affectus. Babylonii vultus calamitati fidẽ adhibent, Zopyroq; adminiſtrationem Ciuitatis permittunt. Qui per noctem portas aperuit, & Darius Babylone potitus

ſe potitus eſt. Sed hanc vocem plane Regalem emiſit, ſe viginti Babylonibus æquo animo carere poſſe, ne damnum hoc Zopyri videret.

QVOD ſi hoſtis ſemper ſimilia tuis cœptis facere incipit: & excurrenti ſcilicet ſit obuiam, & te quieſcente quieſcit, & vigilante dormienteue itidem vigilat vel dormit: Optimum factu eſt, vt factis his vel illis præſtigiis: hac parte, eoq; tempore illum adoriare, quo minime ille te vapulaturum ſperauit.

SED ne hoſtes fugiẽtes perſequamur: ne, vel in iſidias nos ducãt, vel manendũ potius q̃ fugiendũ ſibi eſſe putẽt. ſępe enĩ deſperatio pręſtat, qđ virtꝰ efficere neq̃at.

Ne hoſtẽ perſequitor

QVOD ſi certo ſcias tibi bellum futurum, neq; ſtratagematibus vti liceret: inferendum potius tibi cenſeo potius q̃ depellendum. multum enim de ſuis viribus ille promittit, qui vltro hoſtem ad pugnam laceſsit.

ſi bellum deuitare nõ potes, inferas potius quam depellas.

QVOD ſi partem exercitus tui hoſtili more veſtib. & armis induas: hoſtibus qdẽ erũt pernicioſi, ſed neq; ſibi ipſis parcẽt, ſi nõ certis notis ſeſe cõſignent: iidẽ imitatores ꝑiti ſi linguã hoſtiũ calleãt, int̃ cędẽdũ, hoſtes, quaſi iã fuſos, ad fugã hort̃ẽt

Habitus hoſtium aliquando imitandus.

IMperãtorẽ ꝑ eſt, int̃ hortandũ clamare, vicimꝰ: & ſi reſiliãt ſui, ꝓ dię futuros oſtẽdere.

Vicimꝰ clamet imp.

QVidam etiã acutorũ CLAuorũ magnã vim in anguſtiore itinere, per qđ hoſtes erant tranſituri ſpargere ſoliti ſunt. Atq; ſic hoſtiliũ eq̃rum ſoleas configebant.

Claui iter hoſtium impediendum.

PORro ALcibiades adnauigãs hoſtili ſolo, noctu milites Caſtris egredi iuſsit: quibus incenſis, & fugã ſimulãs, naues cõſcendere iuſsit. Cum aũt hoſtes ſecuri & palantes admiratũ egreſsi ſunt, mox ex inſidiis cũ ſuis erũpens, illos parti cecidit, par-

ſimulare fugã utile.

MILItare eſt hoſtium vires cauere, præſertim ſi ex deſperatiõe pu- (tim cœpit.
gnent. Quod ſi pauperes habeas milites, vt laude & gloria inopiam compenſent, & ex rebus bene geſtis facultates ſperent, ſunt adhortandi.

Hoſtis non eſt contemnendus.

Inopes milites quomodo adhortandi?

SI quid mali actum eſt de tuis, contraria nuncientur. ne reliquus exercitus timore conſternatus fugam capeſſat.

Mala, bona appellentur.

AGEſilaus captiuos Perſas pręcioſis veſtib. exuit, & corpora eorũ laxa alba Gręcis oſtẽdit, ac laconice dixit. Cum qbus nobis bellũ eſt, hi ſunt: ꝓ qbus vero, hęc.

Ornati & pulchri non ſunt timendi.

CVM Tiſſaphernes Rex Perſarum violatis fœderibus agros Græcorũ violaſſet, Græciq; metu cõſternarent̃: Ageſilaus gaudio exhilaratus, inquit. Gratiã habeo, o Tiſſapherne, pro periurio. Tibi enim Deum hoſtem, mihi vero ſocium reddidiſti: nec mora alacriter collatis ſignis Barbaros vicit, ac fudit.

Si hoſtis uiolat fœdera, nihil ex timore cẽdã.

IDEM Ageſilaus ſpargebat rumores ſe ea facturum, quę minime erat attentaturus: quæ vero facturus erat, occultabat. vt ſemper factis verba anteuerteret.

IDEM cum Mendenſes oppugnauit, illis ſignificauit. qd, inqens, tumultuamini? dimidia eni pars veſtrum ꝓditiõis eſt particeps, q me ad Ciuitatẽ occupandã vo- (cauerunt.

ſuſpicionem proditionis hoſtibꝰ incutere eſt utile.

IDEM nobiliſsimos q̃ſq; captiuos libere dimiſit, & hoſtium Pricipes, ſimiliterq; Legatos eorum, omni genere humanitatis eſt proſecutus. vt ſcilicet ita ipſis fidem apud ſuos Ciues derogaret, ſeditionesq; inter illos ſereret. Sic altera manu panem oſtentabat, altera incutiebat lapidem.

Venari amicicias hoſtium principũ utile

CONtra ſagitiferos Scythas agmen lente procedat. at cum iam intra iactum teli ab illis conſiſtes, omni impetu eos adoriare, vt eorum tela anteuertas.

ſagittarij q̃ inuadẽdi

CLEArchus cum eſſet in Thracia, & exercitus eius metu nocturno agitaret̃, diſpoſitis probe vigiliis edixit, vt ſi qs noctu cõſurgeret, tanq̃ hoſtis interficeret̃. hoc præcepto excluſit timorem, ac intempeſtiuum ſuorum tumultum ſędauit.

Cõtra tumultũ militũ

EPAMinundas vero cum eius milites tonitru terrerent̃, nõ, inquit, cõtra nos, ſed contra hoſtes ea tela Deus parat. atq; ſic in ſpem bonam trepidantes errexit.

Terriculamenta in bonam partem conuertenda ſunt.

IDEM cum Laconibus conflixurus, anguẽ cœpit. & reſecato eius capite, militibus oſtendit: inquiens, videte abſq; capite quam inutile ſit corpus? ita ſi vos Laconicum agmen contriueritis, ſocii illorum vltro fugam capeſſent.

Caput hoſtis petat, uel etiam partem imbecilliorem, ſi ita expedit.

QVOD ſi maxime commeatus inopia te vrgeat, tum maxime iactites copiam ſic & tui in fiduciam erigentur, hoſtes autem deſperatione frangentur.

CLEOnymus Lacedęmoniorũ Rex, Træzenem vrbẽ oppugnans, ad multas vrbis partes circumcirca expeditos iaculatores collocauit, & emittere iuſsit, iaculis inſcribens: Venio, vt Ciuitatẽ in libertatẽ aſſeram. Træzenios etiã, q̃s captiuos habebat, ſine redemptionis precio dimiſit. Captiui in vrbem reuerſi, fauſtum nuncium adferebant. Atq; ſic immiſſa ſeditione Ciuitate eſt potitus.

Obſeſſis libertatem pollicere ut inter eos ſeditionem immittas.

CVM Iphicrates in hoſtes militũ agmen ꝓduceret, quoſdã trepidos ac timidos,

Exercitum meticuloſis repurga.

pallidosq; ſequi cõſpicatus, ꝓgreſſus aliquantulũ, cum mox eſſet ineundũ prælium, clamare Præconẽ iuſsit: Si quis aliqd reliquit, reuertat, & recte inſtructus redeat. Hoc audito, timidiores lętabant, & cõtinuo reuerti cœperunt. At Iphicrates nulla mora facta: Nunc, inquit, nos viri ſine mancipiis cum hoſtibus pedem conferemus, vt ſoli etiam fructum fortitudinis & virtutis capiamus. Hac re multo confidentiores effecti ſunt milites, & ſine timidis pugnã faciẽtes, victoriã pepererũt.

Cum timidis militib. nõ eſt confligendum.

IDEM cum rogaretur quare a prælio abſtinuiſſet: reſpondit, quia tum maiorem dentium quam armorum fremitum exaudiebam.

Quomodo contra tyrones uel ueteranos eſt dimicandum.

IDEM ſi cõtra tyrones & inexercitatos aciem inſtrueret, habens exercitatos milites, non cõtinuo pugnam faciebat, ſed ſtando tempus cõſumens, hoſtes laſſabat, minus ad laborẽ aſſuetos, atq; tum demũ impetũ faciebat. Sin cum pręexercitatis cõflicturus eſſet, habẽs tyrones, ſtatĩ pugnã inibat, & primũ ſuorũ impetũ tẽpeſtiue adhibebat.

Exercitus ordinatus humano corpori per ſimilis.

IPHIcrates ordinationẽ exercituũ humano corpori aſsimilabat. Pectus phalangem appellabat, manus leuis armaturæ milites, pedes equitatum, caput Ducem. Reliquorum aliquod ſi deſit, claudum & mancum exercitum eſſe: ſin deficiat Dux, totam inutilem diſcedere.

Blandiendum eſt ſeruis uel Ducib. hoſtiũ.

IDEM Mitylenæ famam emiſit, breui multa ſcuta comparari oportere, quæ Chiorum ſeruis mitterentur. Hoc audito Chii, mancipiorum conatum metuentes, e veſtigio miſerunt ei pecunias, & ſocietatem fecerunt.

Quibus modis exercendi ſint milites.

IDEM Iphicrates variis modis milites exercebat, fictis excurſionibus, falſis inſidiis, fictis proditionibus, ſimulatis tranſitionibus, fictis aggreſsionibus, & panicis, vt ſi quando tale quid eueniret, non terrerentur.

Obiicienda hoſti præda, ut circa eam capiatur.

IDEM in Thracia cum hoſtes ꝓpe Caſtra haberent, inter vtroſq; noctu ſyluã incendit, & relictis ſarcinis, multiſq; quadrupedibus, fumo tenebroſiorẽ noctem efficiente, diſceſsit in locum arboribus denſum, & vmbroſum. Illuceſcente die, Thraces ad Caſtra progreſsi, cum neminem Græcorũ inueniſſent, ad ſarcinarũ & quadrupedum rapinam ſeſe verterunt. Iphicrates diſtractis ſuperueniens ex eo loco cum inſtructa acie, tum hoſtes profligauit, tum ſarcinas vindicauit.

Meminerimus nos cõtra hoĩes pugnaturos.

CHAbrias, militib. dixit: Si pugnã inibimus, ne putemus nos cũ hoſtib. manũ cõſerere, ſed cũ hominib. ſanguine ac carne prędıtis, & q naturã eandẽ cõmunemq; nobiſcũ habeãt.

Tim de militari offi. tio exautorandi.

IDEM cum recens collectum exercitũ haberet, & pugnã inituruS eſſet, per Præconẽ iuſsit, vt q male haberent, ſeorſim arma deponerent. Quotquot igit̃ erant timidi, morbum ſimulantes, arma ſeponebant. His ad pugnam quidem non vtebatur, ſed ad præoccupãda loca munita, vt ſaltem ipſorum multitudo apparens, metum hoſtib. faceret. Occaſiõe vero data, ſtatĩ eos ſtipendiis priuauit.

Callida fuga.

DEMEtrius Phalerus cum ſe a Thracię Rege interceptum, captum iri cerneret, ſemetipſum in currum ſtramĩe onuſtum abdẽs, in finitimã regionẽ ſaluus & incolumis peruenit.

Etiam utile eſt imbelles aliquãdo armare

ARGEus Rex Macedonum ex imbelli turba, atq; adeo & ex mulieribus armauit exercitum: ꝓpulſo eo, vt fugæ pręſidio tutus eſſe queat, ſi acie cedendum fuiſſet. quem Galaurus eminus videns retroceſsit atq; fugit.

Durato corpore militem eſſe oportet.

PHIlip. Macedo quendã Tarentinum munere Imperatorio exautorauit, qđ calidis balneis fuiſſet vſus. aſſerens qa apud Macedões ne mulierem qdem puerperã aqua calida lauari videas.

Armis nõ citharis in exercitu ẽ indulgẽdũ.

IDEM etiã e finibus Reg. ſui Damaſippum Ducem ꝓſcripſit, qđ e lupanari conductam mercede pſaltriam in Caſtra adduxerit.

Etiam uicti ordines non deſerant.

IDEM cum a Stratocle Athenień. Imperatore ad cedendũ acie cogeret̃, nihilominus diſpoſito agmine paulo retrocedens, occupatis excelſiorib. locis, militibuſq; cõfirmatis, reuerſus ſumma vi in Atheń. impetum fecit: atq; collatis ſignis eoſdem egregie vicit.

Aliquando ſimul bellum indicendum & inferendum.

IDEM ſimul & Legatos mittere & bellum inferre ſolitabat.

Pulchrius oratione q̃ armis uicimus.

IDEM Philippus nõ minores res oratiõe q̃ prælio confecit: & hercle magis ſibi placebat in his, q̃rum verbis adeptus eſſet victoriã, q̃ quę armis in ſuã poteſtatẽ redegiſſet. Horũ enĩ partẽ ſibi vendicare milites exiſtimabat, at illa ad ſuã vnius laudem pertinere.

Imperator primus iuſſa capeſſat.

ALExãder Tyrum oppugnãs, cum amplã foſsã mœnib. Tyrioru adiectã ſuperare cuperet, primus ipſe corbẽ arena refertum apportauit. Macedões cũ Regem, ſuis manib. opus facere viderent, cõfeſtĩ abiectis chlamidib. celerit̃ loca æquarunt.

Caput hoſtis primũ eſt petendum.

IDEM cum in prælio a Parmeniõe fuerat admonitus, vt iumentis opem ferret. Qui, Nequaq̃, inq̃t, Phalãx eſt diſſoluenda, ſed cum hoſtib. ipſis prelium faciendũ. Nã ſi victi fuerimus, nõ indigebim9 amplius iumẽtis. Si euaſerim9 victores, nõ ſolum noſtra, verum etiã hoſtium obtinebimus.

IDEM

IDEM Semithoraces ſuis militibus pro thoracibus dedit, vt ſi manſiſſent, ſecuritatẽ ac munitionẽ haberent, anteriorib. partibus occultatis: ſin fugiſſent, auerſa ho (ſtib. nuda paterẽt.

Semithoraces tantum fortibus neceſſarij.

IDEM in Hyrcania cum audiſſet malos de ſe iactari ſermões a Macedonibus & Grecis, conuocatis amicis, dixit rem poſtulare, vt domum mitteret, q nunciarent eum reuerſurũ intra trienniũ. Idem etiã amicos ſuis familiaribus per Literas ſcribere iuſsit, q omnes ad vnum ſcripſerunt. Cum vero Tabellarii tres ſtathmos abeſſent, reuocatis iis, Literas reſignauit: & q̃ ſentẽciã & opinionẽ (haberẽt ſinguli, cognouit.

Quomodo uel militum uel Ciuium ſentencias de ſe Alex. expiſcabatur.

ALExãder per aridã & expertem aquæ viam iter faciens, maxime ſiti laborabat. Macedones ſpeculatores regionis cum in cauo ſaxo pauxillum aquæ reperiſſent, eam in galeam impoſitam Alexandro attulerunt. Ille oſtendens exercitui, vt apparente aqua bonum animum gererent, nequaquã ipſe bibit, ſed in omnium oculis & conſpectu galeam effudit.

Imperatoris tolerantia militem facit continentem.

IDEM in Perſarũ regia ſumptum immenſum in regias cænas legens columnã in qua hæc erant deſcripta conuelli iuſsit, ac dixit. Nequaq̃ vtile eſſe Regibus, tam intemperant̃ & ꝓdige cænare diſcere: Neceſſe enim eſſe, vt magnum luxum ac prodigalitatem, eximia timiditas atq; mollicies conſequatur. Videtis autem, eos qui tantis cænis impleri ſolent, in pugnis etiã celerit̃ hoſtibus victoriã dare.

Intemperantiam Imper. eximia timiditas atq; mollicies conſequitur.

SYLLA non omnia delicta puniebat, verum inſigni aliqua fortitudine expiari iubebat. Seditio tamẽ ac fuga in militibus peccata mortalia ſunt. Ex montanis ac munitis locis hoſtis in planiciem educetur: ſi fugam ſimules.

IMPRanſus hoſtis extrahendus eſt ad prælium, vt mora belli fame cõficiatur.

SCIPIO omnes meretrices e Caſtris eiecit, iubens eas in Vrbem cõuiuiis deditã recedere. Imperauit etiã, vt nouæ menſæ, ſcyphi, omniaq; vaſa, præter ollam, veru, & poculum fictile exportarent. Ex argenteis poculum nõ amplius duarum librarum permiſit, ſi qs habere vellet. Balneis vti vetuit. Qui vngerent, iuſsit vt ipſi ſeſe fricarent. Nã iumenta fricãtibus indigere. Pranderẽt aũt expers ignis obſonium. In cæna etiã carnem ſeu coctã, ſeu aſſatã adderent. Veſtimento vterent̃, ſago Gallico: & primus ipſe ſago pullo amictus, Duces in ſtratis recumbentes circumiens inſpexit, dicens ſe deplorare exercitus luxuriam & molliciem.

Quod ſcortis & luxu purgandus ſit exercitus.

SCIPIO tumultuãtis populi vociferatiõe impeditus, Me, inqt, ne militum quidẽ armatorũ clamor vnq̃ terruit, neq; hominũ tumultus terrebit, q̃rum Italiã ſcio nouercam eſſe, non matrẽ. His verbis repreſsi ſunt, & tumultuari deſierunt.

Contra tumultuantes milites.

COESAR ſi tumultuari videret milites, expectari ab hoſtib. maiores copias nõ ſolum non inficias ibat, ſed vehementioribus verbis etiã augens, & amplificãs, eos confirmabat, vt aduerſus plures fortius dimicandum putarent.

Contra maiores copias, maiores animi tollantur.

SCIPio cum ſubegiſſet in Iberia Vrbem Phœniciã, cum captiuorũ ductores virginem inſigni formæ elegantia pręditã adducerẽt, patrẽ reqſiuit, eiq; filiam donauit. Qui cum adferret munera, etiam hæc ſimul largitus eſt, dotem, inqens, ſe hæc puellæ dare. Quotquot aũt etiã aliæ vel vxores hominũ ſummo loco natorum, vel filiæ, vel pueri ætate florentes caperent̃, his duos Romanorũ moderatiſsimos attribuit ex ſenibus, q curam eorum gererẽt, & ſumptum captiuis ꝓ dignitate ſuppeditarẽt. Scipiõis cõtinentia multas Vrbes Ibericas ad amiciciã & ſocietatẽ Romanorũ volentes perduxit.

Puella captiua patri reddita.

COESAR milites ſemper inſtructos eſſe iubebat, quaſi & in feſto. & in imbri, nocte dieq; ſubito exercitum educturus. ob eamq; cauſam neq; tempus neq; diem antea definiebat.

ſemper inſtructum militẽ haberi oportet

COESAR milites commilitonum vocabulo ſolebat appellare, æqualitate nominis promptiores reddens ad ſubeunda in pugnis pericula.

Benigne milites compellandi.

COESAR cum Pompeio in campis Pharſalicis prælium cõmittebat. Cum videret multos hoſtium iuuenes & formoſos ſe ob pulchritudinẽ efferre, præcepit ſuis militibus, ne corporibus hoſtium haſtas & venabula inferrent, ſed in ipſas facies intenderent. Illi veriti, ne forma mutilaretur in fugam ſe coniiciunt.

Formoſi imbelles.

COESar Põpeio bellũ denunciãte, cõtra denunciauit, eos q neutros ſequerent̃, ſe amicorũ numero habiturũ: & his q ſibi auxiliũ ferrent, periculũ ꝓpulſaturum.

Qui neutros ſequitur pro amicis ſunt habendi.

QVI in occultas foueas hoſtes deducere cupiunt, cõſilium eſt, vt trans eas paucæ cõſtituant̃ cohortes, quæ ſint in armis, & pedentĩ ſe intra cęcas recipere foueas admoneat, doceatq; Imp.

PEDItes etiam cum arcubus, baliſtis, pixidibus, ac tormentis in exercitu habere plurimum intereſt, nõ ſolum qd̃ nulla armã illis obſtare poſſunt,

Quędam præcepta noſtro æuo neceſſaria cognitu.

re poſſunt, verum etiã qđ tempus fugę eripiunt: pręſertim ſi hoſtes eorũ inſtrumẽtorum telis & globis præciſæ fuerint obiecti. Qđ ſi tibi cõtra tales pugnandũ erit, vel vallum ante exercitũ de terra erigas, ne lædatur ab inſilientibus globis: vel primum ordinem in editiore, reliqs aũt exercitus ordines in humiliore loco ſtatuas. vt poſteaq̃ omnis tormentorũ vis fruſtra egeſta fuerit, cum hoſte tormentis exarmato, & fumo pixidario occęcato, præterea victorię ſecuro cõgrediare fortiſsime. Si tamẽ ita accidat vt tuus peditatus hoſtiũ tormentis incaute obiectus ſit, vel retrocedendum eſt: aut certe humi ꝓcumbendum, vt globorũ impetus eludatur: & ad ſtatariam pugnam integris ire, ac iidem pixidibus hoſtes adoriri liceat.

Arcus & baliſtæ itẽ diabolicum ſternẽdorum hominũ inuẽtum, pixides & tormenta, in exercitu habenda.

HVMIdo aũt, vel pluuioſo tẽpore, aut ex impulſo huiusmõi iaculatores impune (inuadi ſolent.

Quomodo hoſtes tuis tormentis obijcere poteris.

QVOD ſi tormentorũ copiam habeas, int̃ exercitus ſunt tibi occultanda. vt poſteaq̃ hoſtis tuos velites ante ipſa tormenta emiſſos perſequendo iamiã ad globos ſe obtulerit, tum primũ tuis in Caſtra receptis, in hoſtes confertos illa exoneres. Ita eni Turcus Ludouici Regis Hungariæ exercitũ ad Mohaczouium tormentis fudit, atq; disiecit. Qua etiã re docemur hoſtes nõ temere eſſe perſequẽdos. Ne aũt hoſtis inſidias ſubolfaciat, & a perſequendo abſtineat: omnino quam maxima in ſpeciem tibi acies eſt ordinanda. Ita tamen, vt cum retroceſſerit, in paratam & commodam ſtationem ſeſe recipiat.

Si tibi ſit pugnandũ cum hoſte grauis uel leuis armaturæ.

QVOD ſi tibi cum exercitu grauis armaturæ pugnandũ ſit, prælium in longum, quantũ potes extrahas. Nec vnq̃ ad ſtatariã pugnam deſcendas. fame aũt, & ſiti, prætereaq; tam imbribus, quã calore illum cõficias. Conſilio enim citius q̃ armis tales vinces. CONtra, eos qui ſola celeritate & ſpe fugæ bella gerunt, vel potius latrocinantur: vel prædatum euntes, vel redeuntes repentina pugna inuadas.

De extrema acie.

SEMPER aũt in extrema acie ęque ac in prima, & fideliſsimi & fortiſsimi quiq; collocentur. Nam ea integra, incolumis vniuerſus ſeruari poterit exercitus. præterea tam a tergo quam a fronte exercitum hoſtis aggredi ſolet.

Mos Polonorum in conflictu.

CERTE in cõmittendo pręlio noſtri Poloni ad alacritatẽ canũt, ad terrorem vociferant, ad accendendos animos tubas & vtres inflant, omniq; conatu virorum & inſultu equorum haſtarumq; ac tormentorum vi hoſtem inuadunt. cum ea nimirum fiducia, vt vincant: vel cæſi corporibus data loca tegant.

Plura ſtratagemata unde petenda?

HAEC ego in vmbra cõſcripſi, Imperator vero in ſole exequatur: in ſuaq; practica & labore, noſtrã theoricam & ocium ne omnino aſpernet. Summi eni Duces fuerunt, q̃rum huc præcepta, & exempla, vt per feſtinationẽ potui, congeſsi. Plura Stratagemata ſcire q volet, Valerium, Frontinũ, & Polyænũ. Hiſtoricosq; ſcriptores legat: vel breui a nobis expectet, ſi hæc ſenſerimus eſſe grata.

FRONTINI AVTEM STRATAGEMATA HÆC SVNT.

De occultandis conſiliis. Cap. 1.
De explorandis cõſiliis hoſtiũ. Cap 2.
De conſtituendo ſtatu belli. Cap. 3.
De transducendo exercitu per loca hoſte infeſta. Cap. 4.
De euadẽdo ex locis difficillimis. Ca. 5.
De inſidiis in itinere factis. Cap. 6.
Quemadmodum ea quibus deficimus videantur non deeſſe aut vſus eorum expleatur. Cap. 7.
De diſtringendis hoſtibus. Cap. 8.
De ſeditiõe militũ cõpeſcenda. Cap. 9.
Quemadmodũ intempeſtiua poſtulatio pugnæ inhibeatur. Cap. 10.
Quemadmodũ incitandus ſit ad prælũ exercitus. Cap. 11.
De diſſoluendo metu, quo milites ex aduerſis cõciderunt omnibus. Cap. 12.

¶ De occultandis conſilijs. Caput primum.

M. PORtius Cato, deuictas a ſe Hyſpaniæ Ciuitates, exiſtimabat in tempore rebellaturas, fiducia murorũ. Scripſit itaq; ſingulis, vt diruerent munimẽta, minatus bellum, niſi cõfeſtim obtemperaſſent: epiſtolasq; vniuerſis Ciuitatibus, eodem die reddi iuſsit: vnaquæq; vrbiũ, ſibi ſoli credidit imperatum. Contumaces conſpiratio potuit facere: ſi omnibus idem denunciari notum fuiſſet.

HAMIlcar Dux Pœnorũ, vt in Siciliam inopinatus appellleret claſſem, nõ pronunciauit q̃ proficiſceretũ: ſed tabellas, in qbus ſcriptũ erat, quã partem peti vellet, vniuerſis gubernatoribus dedit ſignatas: præcepitq; ne qs legeret, niſi vi tẽpeſtatis a curſu prætorię nauis, abductus eſſet.

C. LAELius

C. LAELius ad Syphacem ꝓfectus legatus, quoſdã ex Tribunis & Centurionibus, per ſpeciem ſeruitutis ac miniſterii, exploratores ſecũ duxit: ex quibus, L. Staro-rium, q̄a ſępius in eiſdem Caſtris fuerat, q̄dam ex hoſtibus videbantur agnoſcere, occultandæ conditionis eius cauſa, baculo vt ſeruum caſtigauit.

TARQuinius Superbus pater, Principes Gabiorum interficiendos arbitratus, quia hoc nemini volebat cõmiſſum, nihil Nuncio r̃ñdit, qui ad eum a filio erat miſſus: tamẽ virga eminentia papauerũ capita (cum forte in horto ambularet) decuſſit. Nuncius ſine reſponſiõe reuerſus, renunciauit adoleſcenti Tarquinio, q̄d agentem patrem vidiſſet: ille intellexit, idem eſſe eminentibus faciendum.

C. CAESAR, qui ſuſpectã habebat Aegyptiorũ fidem, per ſpeciem ſecuritatis, inſpectione Vrbis, atq; operum, ac ſimul licentioribus cõuiuiis deditus, videri voluit captum ſeſe gratia locorum, & ad mores Alexandrinos vitamq; deficere: atq; inter eam diſsimulationem pręparatis ſubſidiis, occupauit Aegyptum.

VENTIdius Parthico bello aduerſus Pacorũ Regem, nõ ignarus Pharneũ quẽdam, natiõe Cyrreſten, ex his qui ſocii videbant̃, omnia quæ apud ipſos agebant̃, nunciare Parthis, perfidiã Barbari ad vtilitates ſuas cõuertit: Nam quæ maxime fieri cupiebat, ea vereri ſe ne acciderẽt, quæ timebat, ea vt euenirẽt optare ſe ſimulabat. Solicitus itaq;, ne Parthi ante trãſirent Euphratẽ, quã ſibi ſuperuenirẽt legiones, quas in Capadocia trans Taurum habebat: ſtudioſe cum ꝓditore egit, vti ſolenni perfidia Parthis ſuaderet, per Zeuma traicerent exercitũ: qua & breuiſsimum iter eſt, & omiſſo alueo Euphrates decurrit: Namq; ſi illac venirẽt, aſſeuerabat ſe opportunitate colliũ vſurum, ad eludendos ſagittarios. Omnia aũt vereri, ſi ſe in patentes cãpos ꝓieciſſent. Inducti hac affirmatiõe Barbari, inferiore itinere, per circuitum adduxerunt exercitũ. Dumq; fuſiores ripas, & ob hoc operoſiores pontes iungunt, inſtrumentaq; moliuntur XL. amplius dies impenderunt: q̊ ſpacio Ventidius ad cõtrahendas vſus eſt copias. Eiſq; triduo anteq̄ Parthus adueniret receptis, acie commiſſa, vicit Parthos & interfecit.

MYTRIdates circunuallante Põpeio, fugã in ꝓximam diẽ moliens, huius conſilii obſcurandi cauſa, latius & vſq; ad applicitas hoſti valles, pabulatus, Colloquia q̊q; cum pluribus, auertẽdæ ſuſpiciõis cauſa, in poſterũ cõſtituit. Ignes etiã frequẽtiores, per tota Caſtra fieri iuſsit. Secũda deĩde vigilia pręter ipſa Caſtra hoſtiũ, agmẽ eduxit.

IM. CAES. Domitianus Aug. Germanicus, cũ Germanos, q in armis erant vellet opprimere, nec ignoraret maiore bellũ molitiõe inituros, ſi aduentum tãti Ducis præſenſiſſent, ꝓfectiõem ſuam ſenſu obtexuit Galliarũ. Sub q̄bus inopinato bello affuſus, cõtuſa immanium ferocia nationũ, Prouinciis cõſuluit. Profectionis ſuæ ſp ſui.

CL. Nero, cum cuperet Aſdrubalẽ, copiaſq; eius anteq̄ Annibali fratri iungerẽtur, excidi, idcircoq; feſtinaret, ſe Liuio Salinatori collegæ ſuo cui bellum mandatum fuerat (parũ fidens viribus, quæ ſub ipſo erãt) adiungere, neq; tamen diſceſsũ ſuum ab Annibale cui oppoſitus erat ſentiri vellet: X. millia fortiſsimorũ militum delegit, pręcepitq; legatis q̊s reliquebat, vt eędem ſtatiões & vigilię æque agerentur: totidem ignes arderent, eademq; facies Caſtrorũ ſeruaret̃: ne q̄d Annibal ſuſpicatus auderet aduerſus paucitatem relictorum: Cum deĩde in Vmbria occultatis itineribus, collegæ ſe iunxiſſet, vetuit Caſtra ampliari: ne q̄d ſignum aduentus ſui daret Pœno detrectaturo pugnã, ſi Cõſulum iunctas vires intellexiſſet.

IGITur inſcium duplicatis aggreſſus copiis ſuperauit: & velocius omni nuncio, rediit ad Hannibalẽ. Ita ex duobus callidiſsimis Ducibus Pœnorũ, eodem cõſilio alterũ celauit, alterũ oppreſsit. THEMiſtocles Athenarũ Dux exhortans ſuos ad ſuſcitandos feſtinant̃ muros, q̊s iuſſu Lacedæmoniorũ deiecerãt legatis Lacedæmone miſsis, q interpellarẽt, reſpõdit venturũ ſe ad diluendã hanc exiſtimationẽ: & peruenit Lacedęmonẽ: ibi ſimulato morbo, aliquantũ tẽporis extraxit: & poſtq̄ intellexit ſuſpectã eſſe tergiuerſationẽ ſuã, cõtendit falſum ad eos rumorẽ: & rogauit vt mitterẽt aliq̊s ex Principibus, q̄bus crederent de munitiõe Athenarũ. Suis deinde clam ſcripſit, vt eos qui veniſſent retinerẽt, donec refectis operibus, cõfiterentur Lacedæmoniis, munitas eſſe Athenas: nec aliter Principes eorum redire poſſe, quam ipſe remiſſus foret: quod facile pręſtiterunt Lacedæmonii, ne vnius interitum multorum morte penſarent.

L. FVRIus exercitu ꝓducto in locum iniquũ, cum cõſtituiſſet occultare ſollici-

tudinem ſuã, ne reliq trepidarent, paulati ſe inflectens, tanq̃ circuitu maiore hoſtẽ aggreſſurus, cõuerſo agmine, ignarũ rei quæ agebat̃ exercitũ, incolumẽ reduxit.

METELlus Pius, in Hiſpania interrogatus, quid poſtera die facturus eſſet. Tunicam meam ſi id eloqui poſſet (inquit) comburerem.

M. LICInius Craſſus, percontanti quo tempore Caſtra moturus eſſet, reſpondit vereris ne tubam non exaudias?

De explorandis conſilijs hoſtium. Front. libr. 1. cap. 2.

SCIPIO Aphricanus, capta occaſiõe mittendę ad Syphacem legatiõis, cũ Lęlio ſeruorũ habitu, Tribunos & Centuriões electiſsimos ire iuſsit: q̃bus curæ eſſet ꝓſpicere regias vires: hi, vt liberius Caſtrorũ poſitionẽ ſcrutarent̃, equum de induſtria dimiſſum, tanq̃ fugientẽ perſectati, maximã partem munimentorũ circuierunt: quæ cum nunciaſſent, incendio confectum eſt bellum.

Q. FABius Maximus bello Hethruſco, cum adhuc incognitæ forent Romanis Ducibus ſagatiores explorãdi viæ, fratrẽ Fabium Cæſonẽ, peritũ linguæ Hethruſcæ, iuſsit Hethruſco habitu penetrare Ciminiã ſyluam, ante militi noſtro intentatum. Qđ is adeo prudentẽ atq; induſtrie fecit, vt trãsgreſſus ſyluã, Vmbros Camertes, cum animaduertiſſet nõ alienos nomini Romano, ad ſocietatẽ cõpulerit.

CARTHaginenſes cũ animaduertiſſent Alexãdri ita magnas opes, vt Aphricæ q̃q; immineret, vnum ex Ciuibus virũ acrem, nomine Hamilcarem Rhodinũ, iuſſerunt ſimulato exilio ire ad Regem: omniq; ſtudio in amicitiam eius peruenire, qua is potitus conſilia eius nota Ciuibus ſuis faciebat.

IIDEM Carthaginẽſes, miſerunt q per ſpeciem legatorũ longo tempore Romæ morarentur: exciperentq; conſilia noſtrorum.

M. CATO in Hyſpania, q̃a ad hoſtium cõſilia, alia via peruenire nõ potuerat, iuſſit trecentos milites, ſimul impetũ facere in ſtationẽ hoſtium: raptumq; vnum ex his in Caſtra perferre incolumem: tortus ille omnia ſuorũ arcana cõfeſſus eſt.

C. MARIus COS. bello Cymbrico & Teutonico, ad excutiendã Gallorũ & Ligurum fidem, Literas eis miſit. Quarũ pars prior præcipiebat, ne interiores, quæ præſignatæ erãt, ante tempus certũ aperirent̃: easdem poſtea ante pręſtitutũ diẽ repetiit: & quia reſignatas repererat intellexit hoſtilia agitari.

EST etiã aliud explorandi genus, q̃ ipſi Duces nullo extrĩſecus adiutorio, per ſe ꝓuident. Sicut Aemilius Paulus COS. bello Hethruſco apud Oppidum Coloniam dimiſſurus exercitũ in planiciem, cõtemplatus ꝓcul auium multitudinẽ, citatiore volatu e ſylua cõſurrexiſſe, intellexit illic aliq̃d inſidiarũ latere, qđ & turbatę aues, & ſimul plures euolauerãt. Præmiſsis igit̃ exploratoribus, comperit X. millia Boiorum, excipiendo ibi Romanorũ agmini imminere: eaq;, alio quam expectabatur latere miſsis legionibus, circunfudit.

SIMILiter Thyamenus Horeſtis filius, cum audiſſet iugum ab hoſtibus natura munitũ teneri, præmiſit ſciſcitaturos q̃d rei foret: ac referentibus eis nõ eſſe verũ qđ opinaret̃, ingreſſus iter, vt vidit ex ſuſpecto iugo magnã vim auium ſimul euolaſſe: neq; omnino reſidere, arbitratus eſt latere illic agmen hoſtium: itaq; circumducto exercitu eluſit inſidiatores.

ASDRVbal frater Annibalis, tunc Liuii & Neronis exercitũ (quanq̃ hoc illi nõ duplicatis Caſtris diſsimularent) intellexit: quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos: & coloratiora hominum ex viæ corpora.

De cuſtodiendo ſtatu belli. Front. libr. 1. cap. 3.

ALEXander Macedo cum haberet vehementẽ exercitũ, ſemper eum ſtatum belli elegit vt acie cõfligeret. C. Cæſar bello ciuili cum exercitũ veteranũ haberet, hoſtium autem tyronem eſſe ſciret, acie ſemper decertare ſtuduit.

FAB. Maximus aduerſus Annibalẽ ſucceſsibus præliorũ inſolentẽ, recedere ab ancipiti diſcrimie, & tueri tãtũmodo Italiã cõſtituit, cũctatoriſq; nomẽ, & per hoc ſummi Ducis meruit.

BYZAntii aduerſus Philippũ omne præliandi diſcrimẽ vitantes, omiſſa etiã finium tutela, intra munitiões Oppidi ſe receperunt: aſſecutiq; ſunt, vt Philippus obſidionalis moræ impatiens recederet.

HASDrubal Giſgonis filius, ſecundo Punico bello in Hiſpaniã victum exercitũ (cum P. Scipio inſtaret) per Vrbes diuiſit: itaq; factum eſt, vt Scipio, ne oppugnatione plurium Oppidorum diſtringeretur, in hyberna ſuos reduceret.

THEMIſtoches aduentante Xerxe (quia neq; prælio pedeſtri, neq; finium tutelæ, neq; obſidiõi credebat ſufficere Atheniẽſes) autor fuit eis liberos & coniuges

Troezena,

Troezena & in alias Vrbes emittendi:relictoq; Oppido,ſtatũ belli ad naualem prę
lium trãsferendi. Idem fecit in eadẽ Ciuitate, Pericles aduerſum Lacedęmonios.
SCIPIO manente in Italia Hannibale, trãſmiſſo in Aphricã exercitu,neceſsita-
tem Carthaginenſib.impoſuit reuocãdi Hannibalẽ:Sicq; a domeſticis finib.hoſti-
ATHENienſes, cum Deceleã Caſtellũ ipſorũ Lacedæmonii (le trãſtulit bellũ.
cõmuniſſent,& frequẽtius vexarent,claſſem quæ Peloponneſum infeſtaret miſe
runt:cõſecutiq; ſunt,vt exercitus Lacedæmoniorũ,q̃ Deceleæ erat,reuocaretur.
IMP.CAES.Domitianus,Aug.cum Germani more ſuo e ſaltibus & obſcuris la
tebris, ſubinde impugnarẽt noſtros, tutumq; regreſſum in ꝓfunda ſyluarũ habe-
rent,militibus per centum viginti millia paſſuum actis, nõ mutauit tãtum ſtatum
belli,ſed & ſubiecit ditioni ſuæ hoſtes,quorum refugia nudauerat.

AEMYLius Paulus COS. cum in Lucanos iuxta littus anguſto itinere exer-
citum duceret, & Tarentini ei claſſe inſidiati, agmen eius ſcorpiõibus aggreſsi eſ- De transducẽdo exercitu per loca hoste infesta.
ſent,captiuis latera euntium prętexuit:q̃rum reſpectu hoſtes inhibuere tela.
AGESilaus Lacedæmonius,cum præda onuſtus ex Phrygia rediret,inſequeren-
turq; hoſtes.& ad locorũ opportunitatẽ laceſſerent agmen eius,ordinem captiuo- Front. libr. 1, cap. 4.
rum ab vtroq; latere exercitus ſui applicuit: q̃bus dum parcit ab hoſte,ſpaciũ trã-
ſeundi habuerunt Lacedęmonii. Idem,tenentib.anguſtias Thebanis,per quas trã
ſire habebat, flexit iter quaſi Thebas cõtenderet : exterritis Thebanis digreſsiſq;
ad tutanda mœnia,repetitum iter q̃ deſtinauerat emenſus eſt,nullo obſiſtente.
NICOStratus Dux Aetolorũ aduerſus Epirotas, cum ei aditus in fines eorũ an-
guſti fierent,per alterũ locum irrupturũ ſe oſtendens,omni illa ad ꝓhibendum oc
currente Epirotarũ multitudine,reliq̄t ſuos paucos:q ſpeciem ramanentis exerci-
tus prębererent : & ipſe cum cætera manu, qua nõ expectabat̃ aditus intrauit.
AVTOphraudates Perſes, cum in Piſidiã exercitũ duceret, & anguſtias quaſdã
Piſidæ occuparẽt,ſimulata vexatiõe traiiciendi,inſtituit reducere: qđ cum Piſidę
credidiſſent,ille nocte validiſsimã manum ad eundem locum occupandum prę miſ
ſit : ac poſtero die totum traiecit exercitum.
PHILippus Macedonũ Rex Græciã petens,cum Thermopylas occupatas audi-
ret,& ad eum legati Aetolorum veniſſent acturi de pace, retentis eis, ipſe magnis
itineribus ad anguſtias pertendit:ſecuriſq; cuſtodibus,& legatorum reditus expe
ctantibus, inopinatus Thermopylas traiecit.
IPHICrates Dux Athenienſiũ,aduerſus Anaxibium Lacedęmoniũ in Helleſpõ
to circa Abydõ,cum trãſducendũ exercitum heberet,per loca,quæ ſtatiõibus ho
ſtium tenebant̃, alterum aũt latus eius trãſitus abſciſsi mõtes pręmerent, alterum
mare ablueret,aliquãdiu moratus,cum incidiſſet frigidior ſolito dies,& ob hoc ne-
mini ſuſpectus, delegit firmiſsimos q̃ſq; : quibus oleo ac mero calefactis,præcepit,
vt ipſam orã maris legerẽt ,abruptiora tranarent: atq; ita cuſtodes anguſtiarũ ino-
CN. POmpeius cum flumen trãſire ꝓpter oppoſitũ (pinatus oppreſsit a tergo.
exercitium hoſtium nõ poſſet,aſsidue ꝓducere & reducere in Caſtra inſtituit: de-
inde in eãdem perſuaſionẽ hoſte perducto, ne vllã viam ad progreſſum Romano-
rum teneret, repente impetu facto tranſitum rapuit.
ALEXander Macedo,ꝓhibente Rege Indorum Poro traiici exercitum per flu-
men Hydaſpem,aduerſus aquã aſsidue ꝓcurrere iuſsit ſuos.Et vbi eo more exerci
tatiõis aſſuetus eſt,q̃a Poro aduerſa ripa caueret̃,per ſuperiorẽ partem ſubito trãſ-
miſit exercitum. Idemq; Indi fluminis traiectu ꝓhibitus ab hoſte,diuerſis locis in
flumine Equites inſtituit inmittere,& trãſitum minari.Cumq; expectatiõe Barba
ros teneret intentos,Inſulã paulo remotiorẽ, primum exiguo deinde maiore præ-
ſidio occupauit: atq; inde in vlteriorẽ ripam trãſmiſit. Ad quã manum opprimen-
dã,cũ vniuerſi ſe hoſtes effudiſſent,ipſe libero vado trãſgreſſus,oẽs copias cõiunxit.
XENOPHON vlteriorem ripam Armeniis tenentibus,duos iuſsit quęri aditus:
& cum a citeriore repulſus eſſet,trãſiit ad ſuperiorẽ.Inde q̃q; ꝓhibitus hoſtium oc
curſu, repetiit vadum inferius, iuſſaq; ibidem militũ parte ſubſiſtere, ex qua cum
Armenii ad inferioris vadi tutelã rediiſſent, per ſuperius tranſgrederet̃: Armenii
credentes decurſuros omnes decepti ſunt a remanentibus. Hi cum reſiſtente nul-
lo vadum ſuperaſſent , tranſeuntium ſuorum fuere propugnatores.
P. CLAVdius COS. primo bello Punico,cum a Rhegyo Meſſanã traiicere mili-

ſem negret,cuſtodiẽtibus fretum Pœnis,ſparſit rumorẽ,quaſi bellum iniuſſu popũ
li inceptum gerere nõ poſſet:claſſemqꝫ Italiã verſus ſe agere ſimulauit:digreſsis de
inde Pœnis,qui ꝓfectioni eius habuerãt fidem,circũactas naues appulit Siciliæ.
LACEDæmoniorũ Duces cum Syracuſas nauigare deſtinaſſent,& Pœnorũ di-
ſpoſitã penitus claſſem timerent,x.Punicas naues, quas captiuas habebant,veluti
victrices primas iuſſerũt agi,a latere iunctis ac puppe religatis aliis, qua ſpecie de-
(ceptis Pœnis trãſierunt.
PHILIPpus cum anguſtias maris,quæ Cyaneæ appel-
lantur, trãſnauigare ꝓpter Athenienſiũ claſſem(quæ opportunitatẽ loci cuſtodi-
ebat)nõ poſſet: ſcripſit Antipatro Thraciã rebellare præſidiis quæ ibi reliquerat
interceptis, vt ſequeret̃ omiſsis omnibus, quæ Epiſtolæ vt interciperent̃ ab hoſte
curauit:Athenieñ arcana Macedonũ excepiſſe viſi,claſſem abduxerũt:Philippus
nullo ꝓhibente anguſtias freti liberauit,Idem ꝗ Cherroneſum quæ iuris Athe-
nienſiũ erat occupare ꝓhiberetur, tenentibus trãſitum nõ Byzantiorũ tantũ, ſed
Rhodiorum q̊qꝫ,& Chiorũ nauibus,cõciliauit animos eorũ,reddendo naues quas
cœperat:quaſi ſequeſtres futuros ordinandæ pacis inter ſe,atqꝫ Byzantios ꝗ cauſa
belli erant: tractaqꝫ per magnũ tempu poſtulatiõe, cum de induſtria ſubinde ali-
quid in conditionibus retexeret,claſſem per id tempus præparauit: eaqꝫ in angu-
ſtias freti imparato hoſte ſubito euaſit.
CHABRias Athenieñ,cum adire portum Samnorũ obſtante nauali hoſtiũ præ-
ſidio nõ poſſet,paucas e ſuis nauibus præter portum miſſas,iuſsit trãſire:arbitrat9
qui in ſtatiõe erant, perſecuturos: hiſqꝫ per hoc conſilium euocatis,nullo obſtan-
te portum cum reliqua adeptus eſt claſſe.
Q. SERTorius in Hiſpania,cum a tergo inſtante hoſte flumen traiicere habe-
ret,vallum in ripa eius in modum cauæ lunæ duxit: & oneratum materiis incen-
det: atqꝫ ita excluſis hoſtibus fluuium libere tranſgreſſus eſt.

De euadendo ex locis difficillimis. Front. libr. 1. cap. 5.

SIMILiter Pelopidas Thebanus,bello Theſſalico trãſitum quæſiuit: namqꝫ Ca-
ſtris ampliorem locum ſupra ripam conplexus,vallum ceruolis & alio materiæ ge-
nere cõſtructũ incendit:Dũqꝫ ignibus ſummouerent̃ hoſtes ipſe fluuiũ ſuperauit.
Q. LVCTatius Catulus,cum a Cymbris pulſus vnã ſpem ſalutis haberet,ſi flumẽ
liberaſſet, cuius ripam hoſtes tenebãt, in ꝓximo monte copias oſtendit, tanq̃ ibi
Caſtra poſiturus:ac præcepit ſuis ne ſarcinas ſoluerent, aut onera deponerent,ne
quis ab ordinibus aut ſignis diſcederet:& q̊ magis perſuaſionẽ hoſtium cõfirmaret
pauca tabernacula in cõſpectu erigi iuſsit, igneſqꝫ fieri, & quoſdã vallum ſtruere,
quoſdã in lignationẽ,vt conſpicerent̃,exire:Qđ Cymbri vere agi exiſtimantes,&
ipſi Caſtris delegerunt locũ: diſperſiqꝫ in ꝓximos agros, ad cõparanda ea quæ ne-
ceſſaria ſunt manſuris. occaſionẽ dederunt Catulo non ſolum flumen traiiciendi,
ſed etiam Caſtra eorum infeſtandi.
CROEſus,cum Halim vado trãſire nõ poſſet,neqꝫ nauiũ aut põtis faciendi copiã
haberet,foſſa ſuperiori parte poſt Caſtra deducta,alueũ fluminis a tergo exercit9
(ſui reddidit.
CN. POMpeius,Brunduſii,cum excedere Italia & trãsferre bel-
lum ꝓpoſuiſſet,inſtante a tergo Cæſare cõſcenſurus claſſem,quaſdã obſtruxit vi-
as alias parietibus interſepſit.alias intercidit foſsis:eaſqꝫ ſudibus erectis præcluſas
operuit cratibus humo aggeſta,q̊ſdam aditus qui ad portã ferebant trabibus tranſ-
miſsis & in denſum ordinem ſtructis ingenti mole tutatus. Quibus perpetratis ad
ſpeciem retinendæ Vrbis raros pro mœnibus ſagittarios reliq̃t: cæteras copias ſi-
ne tumultu ad naues reduxit: nauigantem eum mox ſagittarii quoqꝫ per itinera
nota digreſsi paruis nauigiis conſecuti ſunt.
CN DVEllius COS.in portu Syracuſano, quẽ temere intrauerat,obiecta ad in-
greſſum catena clauſus,vniuerſos in puppim retulit milites,atqꝫ ita reſupina nau-
gia magna remigantiũ vi cõcitauit, leuatæ proræ ſuper catenam ꝓceſſerunt: qua
parte ſuperata, tranſgreſsi rurſus milites proras preſſerunt, in quas verſum pon-
dus decurſum ſuper catenam dedit nauibus.
LYSAnder Lacedæmonius cum in portu Athenienſiũ cum tota claſſe obſidere-
tur, obrutus hoſtium nauibus, ab ea parte, qua faucibus anguſtiſsimis influit ma-
re, milites ſuos clam in littus egredi iuſsit, & ſubiectis rotis ad proximum naues
(portũ Monœciũ traiecit.
HERCVleius legatus Sertorii,cum in Hiſpania in-
ter duos montes abruptos,longum & anguſtum iter ingreſſus,paucas duceret co-

hortes: compe-

hortes: cõperiſſetq; ingentẽ manum hoſtiũ aduenire, foſſam trãſuerſam inter mõ-
tes preſsit: vallumq; materia extructũ incendit atq; ita intercluſo hoſte euaſit.
C. CAESar bello ciuili cum aduerſus Afraniũ copias educeret: & recipiẽdi ſe ſi-
ne periculo facultatẽ nõ haberet, ſicut cõſtiterat, prima & ſecũda acie furtim a ter-
go ad opus applicata, xv. pedum foſſam fecit: intra quam ſub occaſum Solis armati
(ſe milites eius receperũt.
PERICles Athenieñ. a Peloponnẽſibus in eum locũ
cõpulſus, qui vndiq; abruptis cinctus, duos tãtum exitus habebat: ab altera parte
foſſam ingentis latitudinis duxit, velut hoſtis excludendi cauſa: ab altera militem
agere cœpit tanq̃ per eum erupturus. Ii qui obſidebãt, cum per foſſam quã ipſe fe
cerat exercitum Periclis nõ crederẽt euaſurum, vniuerſi a limite obſtiterunt: Pe-
ricles pontibus q̃s præparauerat foſſę iniectis, ſuos qua nõ reſiſtebat̃ emiſit.
LISIMachus ex his vnus, in q̃s opes Alexandri trãſierunt, cum æditum collem
Caſtris deſtinaſſet, imprudentia aũt ſuorum in inferiorem deductus, vereret̃ ex ſu
periore hoſtiũ incurſum, triplices foſſas intra vallũ obiecit: deinde ſublimibus foſ-
ſis circa omnia tentoria ductis, tota Caſtra cõfodit: & intercepto hoſtiũ aditu, ſimul
humo q̃q;, & frondibus quas foſsis ſuperiecerat, facto impetu, in ſuperiora euaſit.
CN. FONteius Craſſus in Hiſpania cum tribus millibus hominũ prædatum ꝓfe
ctus ad Haſdrubalẽ, & ad primos tantũ ordines relato cõſilio incipiente nocte, quo
tempore minime expectabat̃, per ſtationes hoſtium ꝓrupit. L. Furius exercitu
perducto in locum iniquũ, cum cõſtituiſſet occultare ſolicitudinẽ ſuam ne reliqui
trepidarẽt, paulatĩ inflexit iter, tanq̃ circuitu maiore hoſtẽ aggreſſurus: cõuerſoq;
agmine ignarum rei quæ agebatur exercitum incolumen reduxit.
P. DECius TR. bello Samnitico, Cornelio Coſſo COS. iniq̃s locis deprehẽſo ab
hoſtibus ſuaſit, vt ad occupandũ collem q̃ erat in propinquo modicã manum mit-
teret: ſeq; Ducem iis q̃ mittebant̃ obtulit: auocatus in diuerſum hoſtis dimiſit Cõ-
ſulem: Decium aũt cinxit: obſęditq; illas q̃q; anguſtias. noctu eruptiõe facta cum
eluctatus eſſet Decius incolumis cum militibus conſuli acceſsit.
IDEM fecit ſub Attilio Calatino COS. is cuius varie tradit nomẽ: Alii Laberiũ,
nõnulli Q. Cædítiũ, plurimi Calphurniũ fama vocitatũ ſcripſerunt: Hic cum di-
miſſum exercitum in eam vallem videret, cuius latera omnia ſuperiora hoſtis in-
ſederat, depopoſcit & accepit trecẽtos milites: q̃s adhortatus vt virtute ſua exerci-
tum ſeruarent, in mediã vallem decurrit, & ad opprimendos eos vndiq; deſcendit
hoſtis, lõgoq; & aſpero prelio retẽtus, occaſionẽ cõſuli ad extrahendũ exercitũ de-
(dit.
L. MINVtius COS. in Lyguria dimiſſo in anguſtias exercitu, cum iam
omnibus aduerſaret̃, Caudinæ cladis exemplo, Numidas auxiliares, tam ꝓpter ip-
ſorũ q̃ propter equorum deformitatẽ deſpiciẽdos, iuſsit adequitare faucibus quæ
tenebant̃. Primo intenti hoſtes ne laceſſerent̃ ſtationem obiecerunt de induſtria
Numidæ ad augẽdũ ſui cõtemptum, labi equis, & per ludibriũ ſpectaculo eſſe af-
fectauerunt. ad nouitatẽ rei laxatis ordinibus Barbari in ſpectaculũ vsq; reſoluti
ſunt. Qđ vbi animaduerterũt Numidæ paulatim ſuccedentes, additis calcaribus
per intermiſſas hoſtiũ ſtatiões eruperunt: q̃rum deinde cũ ꝓximos inierunt agros
neceſſe Liguribus fuit auocari ad defendenda ſua, incluſoſq; Rom. emittere.
L. SYLLA bello ſociali apud Eſerniã int̃ anguſtias deprehenſus, ad exercitũ ho-
ſtium, cui Duillius præerat, colloq̃o petito, de conditiõibus pacis agitabat ſine ef-
fectu: Hoſtem tamẽ ꝓpter inducias negligẽtia reſolutum animaduertẽs, nocte ꝓ-
fectus, relicto buccinatore, q̃ vigilias ad fidem remanentiũ diuideret, & quarta vi-
gilia cõmiſſa, eum ſequeret̃, incolumes ſuos cum omnib. impedimẽtis tormẽtiſq;
(in tuta perduxit.
IDEM aduerſus Archelaum præfectũ Mythridatis in Capa-
docia, iniq̃tate locorum, & multitudine hoſtiũ preſſus, fecit pacis mentionẽ: inter-
poſitoq; tempore etiã induciarũ, & per hoc auocata intentiõe, aduerſariũ euaſit.
HASDRubal frater Annibalis, cum ſaltum euadere nõ poſſet faucibus eius ob-
ſeſsis, egit cum C. Nerõe, recepitq; dimiſſum ſe, Hiſpania exceſſurũ cauillatus de-
inde conditiõib. dies aliquot extraxit: q̃bus omnibus nõ omiſit per anguſtos tra-
mites, & ob id neglectos dimittere per partes exercitũ: ipſe deinde cũ reliq̃s expe-
(ditis facile effugit.
SPARtacus foſſam, qua erat a M. Craſſo circundatus, cæ-
ſis captiuorũ pecorumq; corporibus noctu repleuit, & ſupergreſſus eſt. Idem cum
in Lesbio obſeſſus ea parte qua mons aſperrimus erat, ideoq; incuſtoditus ex vi-

 mine ſilue-

mine ſilueſtri cathenas cōſeruit, ꝗbus demiſſus nō ſolum euaſit, verū etiā ex alio latere gladio ita terruit, vt aliquot cohortes, gladiatorib. quatuor & ſeptuagita ceſſerint. Idē cum a L. Varinio PROCOS. præcluſus eſſet, palis per modica interualla fixis ante portā, erecta cadauera (adornata veſte atq; armis) alligauit, vt ꝓcul intuentibus ſtationis ſpeciꝭ eſſet, ignibus per tota Caſtra factis, imagine vana deluſo hoſte copias ſilentio noctis eduxit.

BRASidas Dux Lacedæmoniorū, circa Amphipolim ab Athenienſiū multitudine numero impar deprehenſus, claudendū ſe pręſtitit: vt per lōgum coronę ambitum extenuaret hoſtilē frequentiam: quaq; rariſsimi obſtabant erupit.

IPHICrates in Thracia cum depreſſo loco Caſtra poſuiſſet, exploraſſet aūt ab hoſte ꝓximum teneri collē, ex vnus ad opprimendū ipſos deſcenſus erat, nocte paucis intra Caſtra relictis imperauit, vt multos ignes facerent, eductoq; exercitu & diſpoſito circa latera prædicta vię, paſſus eſt trāſire Barbaros: locorūq; iniqtate, in qua ipſe fuerat, in illos cōuerſa, parte exercitꝰ terga eorū cecidit, parte caſtra fecit

Darius.

DAREus vt falleret Scytas diſceſſu, canes atq; aſinos in Caſtris reliqt, q̊s cum latrantes rudentesq; hoſtis audiret, remanere Dareum credidit.

EVNDem errorē obiecturi noſtris Ligures, per diuerſa loca bubalos laqueis ad arbores alligauerūt, ꝗ deducti frequētiore mugitu ſpēm remanentiū prębebāt hoſtium.

HANNO ab hoſtib. clauſus, locū eruptiōi maxime aptum, aggeſtis leuibus materiis incēdit, tum hoſte ad cæteros exitus cuſtodiendos auocato, milites per ipſam flammam eduxit: admonitos ora ſcutis, crura veſte contegere.

ANNIbal, vt iniqtatem locorū, & inopiā inſtante Fabio Maximo effugeret, noctu boues, ꝗbus ad cornua faſciculos alligauerat ſarmentorū, ſubiecto igne dimiſit cunq; ipſo motu adoleſcente flāma turbaret pecus, magna diſcurſatiōe montes, in q̊s actum erat colluſtrauit: Romani ꝗ ad ſpectaculū cōcurrerant, primo prodigiū opinati ſunt: deinde cum cuncta Fabio renunciaſſent, ille de inſidiarū metu ſuos Caſtris continuit. Barbari obſiſtente nullo profecti ſunt.

De inſidijs in itinere factis.
Front. libr. 1. cap. 6

FVLVIVS Nobilior, cū ex Samnio in Lucanos exercitū educeret, & cognouiſſet a perfugis, hoſtes nouiſsimū agmen eius aggreſſuros, fortiſsimā legionē primo ire, vltimo ſequi iuſsit impedimēta: ita factum ꝓ occaſiōe amplexi hoſtes, diripere ſarcinas cœperūt: Fuluius legiōis, de qua ſupra dictū eſt, quinq; cohortes in dexterā partem viæ direxit: quinq; ad ſiniſtrā, atq; ita prædatiōi intentos hoſtes, explicato per vtraq; latera milite, clauſit ceciditq;. Idem hoſtib. tergum eius in itinere prętmentib. dum flumine interueniente, nō ita magno vt trāſitum ꝓhiberet, moraret tamē rapiditate, alterā legionē in occulto citra flumē collocauit: vt hoſtes paucitate cōtempta audacius ſequerent: quod vbi factum eſt, legio quæ ab hoc diſpoſita erat, ex inſidiis hoſtem aggreſſa vaſtauit.

IPHICrates in Thraciā, cum ꝓpter cōditionē locorum, lōgum agmen deduceret, & nunciatum ei eſſet hoſtes ſummū id aggreſſuros, cohortes in vtraq; latera ſecedere, & cōſiſtere iuſsit, cæteros fugere & iter maturare. Trāſeunte aūt toto agmīe, lectiſsimos q̊sq; retinuit: & ita paiſsī circa prędā occupatos hoſtes, iam etiā fatigatos, ipſe requietis & ordinatis ſuis aggreſſus fudit exuitq; præda.

BOII in ſylua Litana, qua trāſiturus erat noſter exercitus, ſucciderāt arbores: ita vt ex parte exigua ſuſtentatæ ſtarent donec impellerent, delituerāt deinde ad extremas: ipſi vbi (ingreſſo ſyluā hoſte) ꝓximas vlteriores impulerunt, eo modo ꝓpagata pariter ſupra Romanos ruina, magnam manum eliſerunt.

Quemadmodum ea quibus deficimur, uideantur non deeſſe, aut uſus eorum expleatur.
Front. libr. 1, cap. 7.

L. CAECilius Metellus, quia vſus nauiū ꝗbus elephantes trāſportaret deficiebat, iunxit dolia cōſtrauitq; tabulamētis, ac ſuper ea poſitos, per Siculum fretum trāſmiſit.

ANNIbal, cum in prælti fluminis tranſitū elephātes nō poſſet pellere: neq; nauium aut materiarū, ꝗbus rates cōtinerent, copiā haberet, iuſsit ferociſsimū elephantū ſub aure vulnerari: & eum ꝗ vulneraſſet, tranſnato statī flumīe ꝓcurrere: elephantus exaſperatus ad perſequendū doloris ſui authorem tranauit amnem, & reliquis idem audendi fecit exemplum.

CARthaginenſiū Duces inſtructuri claſſem, ꝗa ſparto deficiebant, crinib. tonſarū mulierū ad funes efficiēdos vſi ſunt. Idē Maſsilienſes & Rhodii fecerunt.

M. ANTOnius a Mutina ꝓfugus, cortices ꝓ ſcutis militibus ſuis dedit. Spartaco copiisq; eius, ſcuta ex vimīe fuerūt, quę coriis tegebant. Nō alienꝰ (vt arbitror)

hic locus

hic locus eſt, referendi factũ Alexandri Macedõis illud nobile, q per deſerta Africæ itinera grauiſſima ſiti cum exercitu affectus, oblatã ſibi a milite in galea aquã ſpectantib. vniuerſis effudit vtiliore exẽplo tẽperãtię, q̃ ſi cõmunicare potuiſſet.

De diſtringendis hoſtibus. *Front. libr. 1. cap. 8.*

CORIOlanus, cum ignominiã damnatiõis ſuæ bello vlciſceret, populationem patritiorũ agrorum inhibuit, deuſtis vaſtatiſq; plebeiorũ: vt diſcordiam moueret, qua conſenſus Romanorum, diſtringeretur.

ANNIbal Fabium, cui neq; virtute neq; artibus bellandi par erat, vt infamia diſtringeret, agris eius abſtinuit cæteros populatus. Cõtra ille, ne ſuſpecta Ciuibus fides eſſet, magnitudine animi effecit: publicatis poſſeſsiõibus ſuis. FAB. Max. quinto COS. cum Gallorũ, Vmbrorum, Ethruſcorũ, Samnitiũq;, aduerſus P. R. exercitus coiſſent, cõtra quos & ipſe trans Apeninum mõtẽ Caſtra cõmuniebat, ſcripſit Fuluio & Poſthumio, qui in pręſidio Vrbi erãt, copias ad Sitium mouerẽt: q̃bus aſſecutis ad ſua defendenda Ethruſci, Vmbriq; deſcẽderunt: relictos Samnites Galloſq; Fabius & collega Decius aggreſsi, vicerunt.

M. CVRius aduerſus Sabinos, q ingenti cõſcripto, relictis finibus ſuis, noſtros occupauerãt, occultis itineribus manum miſit, quæ deſolatos agros eorũ vicoſq;, per diuerſa incendit. Sabini ad arcendã domeſticã vaſtitatẽ receſſerũt: Curio cõtigit & vacuos infeſtare hoſtiũ fines: & exercitũ ſine prelio auertere, ſparſumq; cędere.

T. DIDIus paucitati ſuorũ diffidens, cum in aduentũ earum legionũ, quas expectabat traheret bellum & occurrere eis hoſtẽ cõperiſſet, conciõe aduocata aptari iuſsit milites ad pugnã: ac de induſtria negligẽtius cuſtodiri captiuos: ex q̃bus pauci q profugere, nunciauerũt ſuis pugnã imminere. At ille, ne ſuſpiciõe prelii deducerent vires, omiſerunt occurrere eis, quibus inſidiabantur: legiões tutiſsime nullo excipiente ad Didium peruenerunt.

BELLO Punico quædã Ciuitates, quæ a Romanis deficere ad Pœnos deſtinauerãt, cum obſides dediſſent, q̃s recipere anteq̃ deſciſcerẽt ſtudebant, ſimulauerũt ſeditionẽ int̃ finitimos ortam, quã Romanorũ legati dirimere deberent: miſſoſq; eos velut cõtraria pignora retinuerũt: nec ante reddiderũt q̃ ipſi recuperarẽt ſuos.

LEGATI Romanorũ, cum miſiſſent ad Antiochum Regẽ, q ſecum Annibalẽ victis iam Carthaginenſib. habebat, cõſiliumq; eius aduerſus Romanos inſtruebat, crebris cum Annibale colloq̃s, effecerunt vt is Regi fieret ſuſpectus, cui gratiſsimus alioq; & vtilis erat, propter calliditatem, & peritiam bellandi.

Q. METEllus aduerſus Iugurthã bellum gerens, miſſos ad ſe legatos eius corrupit, vt ſibi ꝓderent Regẽ: Cum etiã alii veniſſent idem fecit: Eodẽ cõſilio vſus eſt & aduerſus tertios: Sed de captiuitate Iugurthæ res parum ꝓceſſit (viuum enĩ ſibi tradi volebat) plurimum tamẽ cõſecutus eſt: nam cum interceptæ fuiſſent Epiſtolæ eius ad Regios amicos ſcriptæ, in omnes eos Rex animaduertit: ſpoliatuſq; conſiliis amicos poſtea parare non potuit.

C. CAESAR per exceptum quendã aquatorẽ, cum cõperiſſet Afranium Petreiumq; Caſtra noctu moturos, vt citra vexationẽ ſuorum, hoſtilia impediret cõſilia, in initio ſtati noctis vaſa cõclamare milites, & præter aduerſariorũ Caſtra agi mulos cum fremitu, & ſonum iuſsit cõtinuare q̃s retẽtos volebat: arbitrati Caſtra Cæſarem mouere.

SCIPIO Aphricanus ad excipiẽda auxilia cũ commeatib. Annibali, Venticium Termum dimiſit, ipſe ſubuenturus.

DIONYſius Syracuſanorũ tyrannus, cum Aphri ingenti multitudine traiecturi eſſent in Siciliam, ad eum oppugnandũ, Caſtella pluribus locis cõmuniit: cuſtodibuſq; præcepit, vt ea aduenienti hoſti dederent: dimiſsiq; Syracuſas occulte redirent. Aphris neceſſe fuit capta Caſtella præſidio ibi tenere, quos Dionyſius redactos ad quam voluerat paucitatem, pene iam par numero aggreſſus vicit: cum ſuos contraxiſſet & aduerſarios ſparſiſſet.

AGESilaus Lacedæmonius, cum inferret bellum Thyſapherni, Cariã ſe petere ſimulauit: quaſi aptius locis mõtuoſis, aduerſus hoſtem eq̃tatu præualentẽ pugnaturus. Per hanc cõſilii oſtentationẽ aduocato in Cariam Thyſapherne, ipſe Lydiam, vbi caput hoſtiũ Regni erat, irrupit: oppreſsiſq; q illic agebãt, pecunia Regia potitus eſt.

De ſeditione militum compeſcenda. *Front. libr. 1. cap. 9.*

A. MANLius COS. cum cõperiſſet cõiuraſſe milites in hybernis Campaniæ, vt iugulatis hoſpitibus, ipſi res inuaderent eorũ, rumorem ſparſit eodẽ loco hybernaturos: atq; ita cõiuratorũ cõſilio turbato, Campaniã periculo liberauit: & ex occaſiõe nocentes puniuit.

LVCIVS

Liu. lib. 7. ab urb. cō. & L. Martiū Rut. habet.

LVCIVS Sylla cum legiões Ciuium Romanorū pernicioſa ſeditióe furerent, cō-
ſilio reſtituit ſanitatē efferatis. Propere enim annūciari iuſsit, hoſtem adeſſe, & ad
arma vocantiū clamorē tolli, ſigna canere diſcuſſa ſeditio eſt, vniuerſis aduerſus
(hoſtē cōſentientib.

CN. POMpeius, trucidato ab exercitu Mediolani Senatu,
ne tumultū moueret, ſi ſolos euocaſſet nocentes, mixtos eis qui extra delictū erāt,
venire iuſsit ita & noxii minore cum metu, qa nō ſegregati, ideoq́ nō ex cauſa cul-
pæ videbant̄ accerſi, cōparuerunt: & illi qbus integra erat conſcientia, cuſtodien-
dis quoq́ nocentibus attenderunt: ne illorum fuga inquinarentur.

C. CAESAR cum quædā legiões eius, ſeditionē mouiſſent, adeo, vt in pernicie
quoq́ Ducis viderent̄ cōſurrectuiræ, diſsimulato metu, ꝓceſsit ad milites: poſtulā-
tibusq́ miſsióem, vltro minaci vultu dedit: exauctoratos pœnitentia coegit ſatiſ-
facere Imperatori, obſequentioresq́ in reliquum operas ædere.

Quemadmodum in-tēpeſtiua poſtulatio pugnæ inhibeatur. Front. lib. 1. cap. 10.

Q. SERTorius, qđ experimento didicerat imparem ſe vniuerſo Romanorū
exercitui, vt Barbaros qꝙ incōſulte pugnā expoſcentes doceret, adductis in cōſpe-
ctum duobus equis, altero prævalido altero admodū exili, duos admouit iuuenes
ſimilit̄ affectos, robuſtū & gracilem: ac robuſtiori imperauit equo exili vniuerſam
caudam abrumpere: Gracili aūt valentiorē per ſingulos vellere. Cumq́ gracilis fe-
ciſſet qđ imperatū erat, validiſsimus cum infirmi equi cauda ſine effectu luctaret̄.
Iam (inqt Sertorius) Romanorū cohortiū (per hoc vobis exemplū oſtendi) mili-
tes, inſuperabiles ſunt vniuerſas aggredientib: eaſdē lacerabit & carpet, ꝗ per par-
(tes attētauerit.

IDEM cum videret ſuos pugnæ ſignū incōſulte flagitātes, cre-
deretq́ rupturos Imperiū niſi cōgrederent̄, permiſit turmæ eqtum ad laceſſendos
hoſtes ire: laborātiq́ ſubmiſit alias, & ſic recepit omnes: tutiſq́ & ſine noxa oſten-
dit: qs exitus flagitatā pugnā manſiſſet: obſequētiſsimis inde eis vſus eſt.

AGESilaus Lacedęmonius cum aduerſus Thebanos Caſtra ſuper ripā poſuiſſet,
multoq́ maiorē hoſtiū manum intelligeret, & ideo ſuos arcere a cupiditate decer-
tandi vellet, dixit decernendi reſpōſo Deum ſe ex collibus pugnare iuſſum: & ita
exiguo præſidio ad ripam poſito acceſsit ad colles. Qđ Thebani pro metu inter-
pretati trāſierunt flumen: & cum facile depuliſſent præſidium, cæteros inſecuti
auidius, iniquitate locorum a paucioribus victi ſunt.

SCORylo Dux Dacorū cum ſciret diſſociatum armis Ciuilibus populū Ro. neq́
tamē tentandū arbitraret̄, qa externo bello poſſet cōcordia in Ciues coaleſcere du-
os canes in cōſpectu populariū cōmiſit: hiſq́ acerrime inter ipſos pugnātibus lu-
pum oſtendit: quē protinus canes omiſſa inter ſe ira aggreſsi ſunt. Quo exemplo,
prohibuit Barbaros ab impetu, Romanis profuturo.

Quemadmodum ſit incitandus exercitus ad prælium. Front. lib. 1. cap. 11.

M. FABius & CN. Manlius COSS. aduerſus Hethruſcos ꝓpter ſeditiões de-
tractante prælium exercitu, vltro ſimularunt cunctationē: donec milites ꝓbris ho-
ſtium coacti pugnam depoſcerēt: iurarentq́ ſe ex ea victores redituros.

FVLVius Nobilior cum aduerſus Samnitiū numeroſum exercitū, & ſucceſsibus
tumidum, paruis copiis neceſſe haberet decertare, ſimulauit vnā legiōem hoſtium
a ſe corruptā ad ꝓditionem: imperauitq́ (ad eius rei fidem) Tribunis & primis or-
dinibus, & Centuriōib. quantū qſq́ numeratæ pecuniæ, aut auri argentiq́ habe-
ret, cōferret: vt repræſentari merces ꝓditoribus poſſet: Se aūt his ꝗ cōtuliſſent, pol-
licitus eſt cōſumata victoria, ampla inſuper præmia daturū. Quę ſua perſuaſio Ro-
manis alacritatē attulit & fiduciā: vnde etiā præclara victoria, cōmiſſo ſtati bello
(peracta eſt.

C. CAESAR aduerſus Germanos & Ariouiſtū pugnaturus cō-
fuſis ſuorū animis ꝓ concióe dixit nullius ſe eo die opera niſi decimæ legiōis vſu-
rum. Quo cōſecutus eſt, vt decimani, tanq̄ præcipuę fortitudinis teſtimonio co-
gerentur, & cæteri pudore, ne penes alios gloria virtutis eſſet.

Q. FABius, ꝗ egregie ſciebat, & Romanos eius eſſe libertatis, quæ contumelia
exaſperaret̄, & a Pœnis nihil iuſtum aut moderatū expectabat, miſit legatos Car-
thaginē de conditiōibus pacis: quas cum iniqtatis & inſolentiæ plenas attuliſſent
exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus eſt.

AGESilaus Lacedæmoniorū Dux, cum ꝓpe ab Orchomeno, ſocia Ciuitate Ca-
ſtra haberet, cōperiſſetq́ pleroſq́ ex militibus præcioſiſsima rerum deponere in-
tra munimēta, præcepit Oppidanis, ne qđ ad exercitū ſuum pertinens reciperet̄:
quo ardentius dimicaret miles, ꝗ ſciret ſibi pro omnibus ſuis pugnandum.

EPAMinun-

EPAMinundas Dux Thebanorũ aduerſus Lacedæmonios dimicaturus, vt non
ſolum viribus milites ſui, verum etiã affectibus adiuuarent, ꝓnunciauit in conci-
one, deſtinatũ Lacedæmoniis ſi victoria potirent omnes virilis ſexus interficere,
vxoribus aũt eorũ & liberis in ſeruitutem adductis Thebas diruere. Qua denun-
ciatione concitati primo impetu Thebani Lacedæmonios expugnauerunt.

EVTidas Dux Lacedæmoniorum pugnaturus eodem die, qua claſſe vicerant ſo-
cii, quamuis ignarus actæ rei, vulgauit nunciatam ſibi victoriam partium, quo
conſtantiores ad pugnam milites haberet.

A. POSThumius prælio q̃ cum Latinis cõflixit, oblata ſpecie duorũ in equis iu-
uenũ, animos ſuorũ erexit, Pollucẽ & Caſtorẽ adeſſe dicens, ac ſic pręliũ reſtituit.

ARCHIdamus Lacedæmonius aduerſus Archadas bellum gerens, arma in Ca-
ſtris ſtatuit, & circa ea duci equos noctu clam imperauit. Quorũ veſtigia mane (tã
q̃ Caſtor & Pollux pereqtaſſent) oſtendens, adfuturos eoſdẽ ipſis pręliantib. per-
ſuaſit.

PERIcles Dux Athenienſiũ, initurus pręlium cum animaduertiſſet lu-
cum, ex q̃ vtraq; acies cõſpici poterat, denſiſsimæ opacitatis vaſtum, alioq; & Diti
patri ſacrum, ingentis illic ſtaturę hominẽ, altiſsimis cothurnis & veſte purpurea,
coma venerabilẽ in curru candidorũ equorum ſublimẽ cõſtituit: q dato ſigno pu-
gnæ proueheret, & voce Periclem noĩe appellans, cohortaret eum, diceretq; De-
os Athenienſib. adeſſe: quo pene primo coniectu teli hoſtes terga verterunt.

L. SYLLA q̃ paratiorẽ militem ad pugnandũ haberet, prædici ſibi a Diis futura
ſimulauit. Poſtremo in cõſpectu exercitus, priuſq̃ in aciem deſcenderet, ſignũ mo
dicæ amplitudinis qđ Delphis ſuſtulerat orabat petebatq; vt ꝓmiſſam victoriam
maturaret.

C. MARIus ſagam quandam ex Syria habuit, a qua ſe dimicatio-
num euentus prædiſcere ſimulabat.

Q. SERTorius cum barbaro, & ratiõis indocili milite vteret, ceruam candidã in-
ſignis formæ, per Luſitaniã ducebat, & ab ea quæ agenda aut vitãda eſſent, præ-
noſcere ſe aſſeuerabat: vt barbari ad omnia tanq̃ diuinitus imperata obedirẽt.

HOC genere ſtrategematicon non ea tantum parte vtendum eſt, quia imperitos
exiſtimabimus eſſe, apud quos his vtemur: ſed multo magis ea, quæ talia erunt,
excogitabuntur, vt ab his monſtrata credantur.

ALExander Macedo ſacrificaturus, inſcripſit medicamento aruſpicis manum,
quã ille extis erat ſuppoſiturus: literæ ſignificabãt victoriã Alexandro dari, quas
cum iecur calidũ rapuiſſet, & a Rege militi eſſet oſtenſum, auxit animũ tanq̃ Deo
ſpõdente victoriã. Idem fecit Innides aruſpex pręliũ Eumene cum Gallis cõmiſ-
ſuro. EPaminundas Thebanus aduerſus Lacedęmonios fiduciã ſuorũ religione
adiuuandã ratus, arma quæ ornamentis affixa in templis erant, nocte ſubſtraxit:
perſuaſitq; militibus, Deos iter ſuum ſequi, vt præliantibus ipſis adeſſent.

AGESilaus Lacedæmonius, cum quoſdam Perſarum cœpiſſet, quorum habitus
multum terroris præfert quoties veſte tegitur, nudatos militibus ſuis (vt alba cor-
pora & vmbratica contemnerent) oſtendit.

GELO Syracuſarum tyrannus bello aduerſus Pœnos ſuſcepto, cum multos cœ-
piſſet, infirmiſsimum quemq; præcipue ex auxiliaribus qui nigerrimi erant, nu-
datum in conſpectu ſuorum produxit vt perſuaderet contemnendos.

CYRVS Rex Perſarũ, vt cõcitaret animos populariũ, tota die in excidẽda quã-
dam ſylua eos fatigauit: deinde poſtridie præſtitit eis liberaliſsimas epulas, & in-
terrogauit vtro magis gauderent. Cũq; ei præſentia ꝓbaſſent: atqui per hęc (inqt)
ad illa perueniendũ eſt. Nam liberi beatiq; eſſe niſi Medos viceritis, non pote-
ſtis: atq; ita eos ad cupiditatem prælii concitauit.

L. SYLla qa aduerſus Archelaũ præfectũ Mithrydatis, apud Pyrea pigriorib. ad
pręliũ militibus vtebat, opere eos fatigãdo cõpulit ad poſcendũ vltro pugnę ſignũ.

FABIus Maximus veritus ne qua fiducia nauiũ, ad quas refugium erat, minus cõ
ſtant pugnaret exercitus, incendi eas priuſq̃ iniret prælium iuſsit.

De diſſoluendo metu quem milites aduerſi conceperint ominibus.

SCIPIO ex Italia in Aphricã trãſportando exercitũ, cum egrediens nauẽ ꝓla-
pſus eſſet, & ob hoc attonitos milites cerneret, id qđ trepidationẽ afferebat, cõſtan
tia & magnitudine animi, in hortationẽ cõuertit. Et audite (inqt) milites Aphricã
oppreſsi.

C. CAESAR cum forte cõſcendens nauẽ lapſus eſſet, teneo te terra
mater (inquitq;) ua interpretatiõe effecit, vt repetiturus illas a qbus ꝓficiſcebatur
terras uide-

Front. libr. 1. cap. 12.

terras videret. T. Sempronius Gracchus COS. acie aduerſus Picentes directa, cū ſubitus terremotus vtraſq; partes cōfudiſſet, exhortatiōe cōfirmauit ſuos & impulit, vt cōſternatum ſuperſtitione hoſtem inuaderent, adhortatusq; deuicit.

SERTorius, cum equitum ſecuta extrīſecus, eq̄rumq; pectora cruenta ſubito ꝓdigio apparuiſſent, victoriā portendi interpretatus eſt: q̄niā illę partes ſolerent ho-

EPAMInundas Thebanus cōtriſtatis militibus, q̄ ex has (tili cruore reſpergi. ſta eius ornamentū, inſulæ more dependens, ventus ablatū in ſepulchrū Lacedæmonii cuiusdā depulerat. Nolite (inquit) milites trepidare: Lacedæmonis ſignificatur interitus. Sepulchra enim funeribus ornantur.

IDEM cum fax de cœlo nocte delapſa eos qui aduerterant terruiſſet, lumen (inquit) hoc numina oſtendunt. ∴ ∴ ∴

IDEM inſtante aduerſus Lacedæmonios pugna, cum ſedile in q̄ reſederat ſuccubuiſſet, & id vulgo pro triſti exciperetur ſignificatione, cōfuſi milites interpretarentur. Immo (inquit) vetamur ſedere.

L. SVLPitius Gallus defectū lunæ imminentem, ne pro oſtento exciperent milites, prædixit futurum, additis rationibus cauſisq; defectionis.

AGAThocles Syracuſanus aduerſus Pœnos ſimili eiusdē ſyderis diminutione, qua ſub diem pugnæ, vt ꝓdigio milites ſui cōſternati erāt, ratiōe qua id accideret expoſita, docuit q̄cq̄d illud foret ad rerū naturā, nō ad ipſorū ꝓpoſitū pertinere.

PERIcles, cum in Caſtra eius fulmen decidiſſet, terruiſſetq; milites, aduocata cōcione, lapidibus in cōſpectu omnium colliſis ignem excuſſit, ſedauitq; turbationem, cum docuiſſet ſimiliter nubium attritu excuti fulmen.

TYMOtheus Athenienſis, claſſe dimicaturus aduerſus Corcyreos, gubernatori ſuo (q̄ proficiſcēti iam claſſi ſignum receptui cœperat dare, q̄a ex remigibus quēdam ſternutauiſſe audierat) miraris (inq̄t) ex tot millibus vnum perfrixiſſe.

CHABrias Athenien̄. claſſe dimicaturus excuſſo ante nauem ipſius fulmine exterritis per tale ꝓdigium militibus, Nunc (inquit) potiſsimum ineunda pugna eſt: cum Deorū maximus Iuppiter adeſſe numen ſuum claſſi noſtræ oſtendit.

Front. in præfatione ſecundi libri.

DISPOSITIS primo Libro exemplis inſtructuris (vt mea fert opinio) Ducē in his quæ ante cōmiſſum prælium agenda ſunt: deinceps reddemus pertinentia ad ea, quæ in ipſo prælio agi ſolent, & deinde ea quæ poſt prælium: & eorum quæ ad prælium pertinent ſpecies ſunt.

De tēpore ad pugnā eligendo. Cap. 1.
De loco ad pugnā eligendo. Cap. 2.
De acie ordinanda. Cap. 3.
De acie hoſtium turbanda. Cap. 4.
De inſidiis. Cap. 5.
De emittendo hoſte ne clauſus præliū ex deſperatione redintegret. Cap. 6.
De diſsimulandis aduerſis. Cap. 7.
De reſtituēda per cōſtantiā acie. Ca. 8.

Deinde eorū quæ poſt præliū agenda ſunt, has ſpecies arbitrauerim.

De ſummandis reliquiis belli, ſi res proſpere ceſſerint. Cap. 9.
De aduerſis emendandis, ſi res durius ceſſerint. Cap. 10.
De dubiorū anīs in fide retinēdis. Ca 11
Quę faciēda ſunt ꝓ Caſtris, ſi ſatis fiducię in p̄ſentib. copiis nō habeamꝰ. Ca 12
De effugiendo. Cap. 13.

De tempore ad pugnam eligendo. Front. libr. 2. cap. 1.

P. SCIPIO in Hiſpania, cum cōperiſſet Haſdrubalē Pœnorū Ducem ieiuno exercitu mane ꝓceſsiſſe in aciem, cōtinuit in horam ſeptimā ſuos: q̄bus præceperat, vt q̄eſcerent & cibum caperēt: cumq; hoſtes inedia, ſiti, mora ſub armis fatigati, repetere Caſtra cœpiſſent, ſubito copias eduxit, & cōmiſſo pręlio vicit.

METEllus Pius in Hiſpania aduerſus Hireuleium, cum ille oriente protinus die inſtructā aciem vallo eius admouiſſet, feruidiſsimo tunc tempore anni, intra Caſtra ſuos continuit in horam diei ſextam: atq; ita fatigatos æſtu, facile integris & recentibus vicit ſuorum viribus.

IDEM iunctis cum Pompeio Caſtris aduerſus Sertorium in Hiſpania, cum ſæpe inſtruxiſſet aciem, hoſte (qui imparem ſe duobus credebat) pugnā detrectante. q̄dam deinde tempore Sertorianos milites animaduertiſſet, magno impetu inſtinctos depoſcētes pugnā, humerosq; exercētes, & lanceas vibrātes, exiſtimauit ardori cedendū in tempore: recepitq; exercitum, & Pōpeio idem faciendi autor fuit.

POSThumius COS. in Sicilia, cum Caſtra eius a Punicis trium millīū paſſuum ſpacio diſtarent, & dictatores Carthaginenſiū q̄tidie ante ipſa munimenta Romanorum diri-

Eorum dirigerent aciem,exigua manu leuibus aſsidue præliis pro vallo reſiſtebat.
Quā cõſuetudinē cõtemnente iam Pœno, reliquis omnibus per getem intra val-
lum præparatis,ex more priſtino,cum paucis ſuſtinuit incurſum aduerſariorū : ac
ſolito diutius detinuit : Quibus fatigatis poſt ſextā horā, etiā ſe recipiētibus,& cū
inedia q̄ ꝑ laborarēt,per recētes ſuos hoſtē,quem prędicta ꝓfligauerāt incõmoda
IPHICRates Athenieñ. qa explorauerat, eodē aſsidue tempore ho- (fugauit.
ſtes cibum capere,maturius veſci ſuos iuſsit : & eduxit in aciem,aggreſſusq; hoſtē
ita detinuit, vt ei nec cõfligendi, nec abeundi daret facultatē. Inclinato deinde iā
die reduxit ſuos,& nihilominus in armis retinuit: fatigati hoſtes nõ ſtatiõe magis
q̄ inedia,ſtatī ad corporis curam & cibum capiendū feſtinauerunt:Iphicrates rur-
ſus eduxit & incompoſiti hoſtis aggreſſus eſt Caſtra.
IDEM cum aduerſus Lacedæmonios pluribus diebus caſtra cõminus haberet,et
vtraq; pars certis temporibus aſsidue pabulatū lignatumq; ꝓcederet,q̄dam die mi
litum habitu,ſeruos lixasq; dimiſit ad munera,milites retinuit : & cum hoſtes diſ-
perſi eſſent ad ſimilia munera,expugnauit Caſtra eorū, inermesq; cum faſciculis
paſsim ad tumultum recurrentes,facile aut occidit, aut cœpit.
VERGinius COS.in Volſcis cum ꝓcurrere hoſtes effuſos ex longinquo vidiſſet,
q̄eſcere ſuos ac defixa tenere pila iuſsit. Tunc anhelantes,integris virib.exercitus
FAB. Max. nõ ignarus Gallos & Samnites primo impe (tui,aggreſſus auertit.
tu præualere,ſuorum aūt infatigabiles ſpiritus,inter moras decertandi etiā incale
ſcere,imperauit militibus,vt cõtenti eſſent primo cõgreſſu ſuſtinere, vt hoſtē mo-
ra fatigarent,qd' vbi ſucceſsit,admoto etiā ſubſidio ſuis,in prima acie vniuerſis vi-
PHILippus ad Cheroniā, memor ſibi eſſe militē lon- (rib.oppreſsū fudit hoſtē.
go vſu duratū, Athenienſib.acrem qdem,ſed inexercitatū & impetu tantū violē-
tum, ex induſtria prælium traxit : Moxq; languentibus iam Athenienſibus con-
citatius intulit ſigna , & ipſos cecidit.
LACEdęmonii certiores ab exploratorib.facti.Meſſenios in eā exarſiſſe rabiē,vt
in pręliū cum cõiugibus ac liberis deſcenderent.pugnam diſtulerunt.
C. CAESAR bello ciuili,cum exercitū Afranii & Petreii circumuallatū ſiti au-
geret,isq; ob hoc exaſperatus,interfectis omnibus impedimētis,ad pugnā deſcen-
diſſet,cõtinuit ſuos,arbitratus alienū dimicatiōi tēpus:qd' aduerſarios & ira & de-
CN. POMpeius,fugientē Mythridatē cupiens ad prętium (ſperatio incēderat.
cõpellere,elegit tempus dimicatiōi nocturnū,vt adeunti ſe opponeret:atq; ita prę
paratus,ſubitā hoſtibus neceſsitatē decertandi iniecit. Prętere a ſic cõſtituit aciē,vt
Ponticorū qdem oculos aduerſa luna perſtrīgeret,ſuis aūt illuſtrē & cõſpicuū prę-
IVGVRtham aūt cõſtat memorem virtutis Romanorū , ſem- (beret hoſtem.
per inclinato die committere prælia ſolitum , vt ſi fugarentur ſui opportunam
noctem haberent ad deliteſcendum.
LVCVllus aduerſus Mythridatē & Tigranem , in Armenia maiore apud Tigra-
nocertam,cum ipſe nõ amplius XV. millia armatorū haberet.hoſtis aūt innume-
rabilem multitudinē. Eoq; ipſo inhabilē,vſus hoc incõmodo,nõdum ordinatā ho-
ſtiū aciē iuaſit,atq; ita ꝓtinus diſsipauit,vt ipſi q̄q; Reges abiectis iſignib.fugerēt.
CL. TYBerius Nero aduerſus Pannonios,cum Barbari feroces in aciem oriente
ſtati die ꝓceſsiſſent, cõtinuit ſuos, paſſusq; eſt hoſtē nebula & himbribus, q forte
illo die crebri erāt, verberari ac deinde vbi feſſum ſtando & pluuia nõ ſolum ani-
mo,ſed & laſsitudine deficere animaduertit, ſigno dato adortus ſuperauit.
C. CAEſar in Gallia,qa cõpererat ArioiuiſtoGermanorū Regi inſtitutū,& quaſi
legē eſſe nõ pugnādi,decreſcēte luna,tum potiſsimū acie cõmiſſa ipeditos religiõe
D.AVG. Veſpaſianus,Iudęos Saturni die(quo eis nefas eſt quic- (hoſtes vicit.
quam ſeriæ rei agere) adortus ſuperauit.
LYSAnder Lacedæmonius aduerſus Athenieñ. apud Aegeopotamos inſtituit
certo tempore infeſtari naues Athenienſiū,deinde reuocare claſſem,ea re in con-
ſuetudinē perducta,cum Athenieñ.poſt digreſsū eius ad cõtrahēdas copias diſper
gerent,extendit ex cõſuetudine claſſem.& recepit. Tum hoſtiū maxima parte ex
more delapſa reliquos adortus occidit,& vniuerſas naues cœpit.

De loco ad pugnam eligendo.
Front. lib. 2. cap. 2.

M. CVRIVS,qui Aphlangi Regis Pyrrhi explicite reſiſti nõ poſſe animaduer
tebat,dedit operā vt in anguſtiis cõfligeret: Vbi cõferta ſibi ipſa eſſet ipedimento.

CN. Pompeius in Capadocia, elegit locum Caſtris æditum, vnde adiuuante ꝓcli-
uo impetum militum, facile ipſo diſcurſu Mythridatẽ ſuperauit.

C. CAEſar aduerſus Pharnacẽ, Mythridatis filium dimicaturus, in colle inſtruxit
aciem: quæ res expeditã ei fecit victoriam. Nam pila ex ædito in ſubeuntes Bar-
baros emiſſa, protinus eos auerterunt.

LVCVllus aduerſus Mythridatẽ & Tygranem, in Armenia maiore, apud Tigra-
nocertã dimicaturus, collis ꝓximi planum verticẽ raptim cum copiarũ parte ade-
ptus in ſubiectos hoſtes decucurrit, & eq̃tatum eorum a latere inuaſit, auerſumq;,
& eorundẽ partem perturbantẽ inſequutus, clariſsimã victoriam retulit.

VENTidius aduerſus Parthos nõ ante militem eduxit, q̃ illi quingentis nõ ampli
us paſsibus abeſſent, atq; ita ꝓcurſiõe ſubita adeo ſe admouit, vt ſagittas q̃bus ex
lõginquo vſus eſt, cõminus applicitus eluderet, q̃ conſilio (q̃a quandã fiduciæ etiã
ſpeciem oſtentauerat) celeriter Barbaros debellauit.

ANNIbal apud Numiſtronẽ, cõtra Marcellũ pugnaturus, cauas & prẹruptas vias
obiecit a latere, ipſaq; loci natura pro munimentis vſus clariſsimũ Ducem vicit.

IDEM apud Cannas, cum cõperiſſet Vulturnũ amnem, vltra reliq̃rum naturã flu
minum ingentes auras mane perflare, quæ arenarũ & pulueris vertices agerent,
ſic direxit aciem, vt tota vis a tergo ſuis Romanis in ora & oculos incideret: qui-
bus incõmodis mire hoſti aduerſantibus, illã memorabilem adeptus eſt victoriã.

MARIus aduerſus Cymbros ac Teutonos conſtituta die pugnaturos, firmatũ ci-
bo militem ante Caſtra collocauit: vt per aliquantũ ſpacii, q̃ aduerſarii dirimeban-
tur, exercitus hoſtiũ potius labore itineris ꝓfligaretẽ, fatigatiõi eorum deinde incõ-
modum aliud obiecit, ita ordinata ſuorũ acie, vt aduerſo Sole, & vento & puluere
Barbarorum occuparetur exercitus.

CLEOmenes Lacedæmonius aduerſus Hippiã Athenienſem q equitatu prẹua
lebat, planiciẽ in qua dimicaturus erat, arborib. ꝓſtratis ĩpediuit & in viã eq̃ti fecit.

IBERI in Aphrica, ingenti hoſtium multitudĩe excepti, timenteſq; ne circumi-
rent, applicuerunt ſe flumini, qd' altis in ea regiõe ripis ꝓfluebat: q ita a tergo am-
ne defenſi, & ſubĩde cũ virtute prẹſtarẽt, ĩcurſando in ꝓximos, omnẽ hoſtiũ exer-
citum ſtrauerunt.

XANTippus Lacedæmonius ſola loci cõmutatione, fortu-
nam Punici belli cõuertit: nam cum deſperantibus iam Carthaginenſib. mercede
ſollicitatus, animaduertiſſet Afros q̃dem qui eq̃tatu & elephantis præſtabãt, col-
les ſectari: a Romanis aũt, q̃rum robur in peditibus erat, campeſtria teneri, Pœnos
in plana deduxit: vbi per elephãtos diſsipatis ordinibus Romanorũ, ſparſos mili-
tes per Numidas perſecutus, eorum exercitũ fudit, in illã diẽ terra mariq; victorẽ.

EPAMInundas Dux Thebanorũ, aduerſus Lacedæmonios directurus aciem, ꝓ
fronte eius decurrere equitibus iuſsit, cum ingentẽ puluerem oculis hoſtiũ obie-
ciſſet, expectatiõemq; equeſtris certaminis prẹtendiſſet, circunducto pedite ab ea
parte, ex qua decurſus in aduerſam hoſtiũ aciem ferebat, inopinantiũ terga ador-
tus cecidit.

LACEdæmonii CCC. cõtra innumerabilẽ multitudinẽ Perſarum
Thermopylas occupauerũt. quarũ anguſtiæ nõ amplius, q̃ parem numerum cõmi
nus pugnaturũ, poterãt admittere: eaq; ratiõe (quantum ad cõgreſſus facultatem)
æquati numero Barbarorũ, virtute aũt præſtantes magnã eorum partem occi-
derunt: nec ſuperati forent, niſi per proditorem Ephyaltem Trachinium circum-
ductus hoſtis, a tergo eos oppreſsiſſet.

THEMiſtocles Dux Athenienſiũ, cum videret vtiliſsimũ Grẹciæ, aduerſus mul-
titudinem Xerxis nauium in anguſtiis Salaminis decernere, idq; perſuadere Ci-
uibus nõ poſſet, ſolertia effecit, vt a Barbaris ad vtilitates ſuas Græci cõpellerentẽ:
ſimulata namq; ꝓditione, miſit ad Xerxem, q iudicaret populares ſuos de fuga co
gitare. difficilioreq; rem ei futurã, ſi ſingulas Ciuitates obſidione aggrederetẽ. Qua
ratiõe effecit vt exercitus Barbarorũ primum inq̃etaretur, dum tota nocte in ſta-
tione cuſtodiæ eſt: deinde, vt ſui mane integris viribus, cum dictis Barbaris vigi-
lia marcentibus confligerent, loco vt voluerat arcto, in quo Xerxes multitudine,
qua præſtabat, vti non poſſet.

De acie ordinanda, Front. libr. 2, cap. 3.

CN. SCIPIO in Hiſpania aduerſus Hãnonem ad Oppidũ Indibile, cum ani-
maduertiſſet Punicã aciem ita directã, vt in dextro cornu Hiſpani cõſtituerentur,
robuſtus q̃dam miles, ſed q alienum negociũ ageret. In ſiniſtro aũt Afri minus vi-
ribus firmi,

ribus firmi,ſed animi conſtantioris,reducto ſiniſtro latere ſuorũ dextro cornu,quod
validiſsimis militibus extruxerat,obliqua acie cum hoſte cõflixit. Deinde fuſis fu-
gatiſq́ Afris, Hiſpanos (qui in receſſu ſpectantiũ more ſteterãt) facile in deditionẽ
PHILippus Macedonũ Rex aduerſus Illyrios gerens bellum, vt ani- (cõpulit.
maduertit frõtem hoſtium ſtipatã electis a toto exercitu viris,latera aũt infirmio-
ra,fortiſsimis ſuorum in dextro cornu collocatis, ſiniſtrum latus hoſtium inuaſit:
turbataq́ acie tota, victoriam profligauit.
PARMenes Thebanus,cõſpecta Perſarũ acie,quæ robuſtiſsimas copias in dex-
tro cornu collocatas habebat,ſimili ratiõe & ipſe ſuos ordinauit,omnẽq́ eqtatum
& fortiſsimũ quenq́ peditum,in dextro cornu,infirmiſsimos aũt cõtra fortiſsimos
hoſtium poſuit,pręcepitq́ vt ad primum impetum eorũ,ſibi fuga cõſulerent,& in
ſylueſtria cõfragoſaq́ loca ſe reciperent. Ita fruſtrato robore exercitus ipſe optima
parte virium ſuarũ,dextro cornu,totam circuiuit aciem hoſtium & euertit.
P. COR. Scipio cui poſtea Africano cognomen fuit,aduerſus Aſdrubalem Du-
cem Pœnorũ in Hiſpania bellum gerens, ita per cõtinuos dies ordinatũ ꝓduxit
exercitum, vt media acies fortiſsimis fundaret: Sed cum hoſtes quoq́ eadem ratiõe
aſsidue ordinati ꝓcederent. Scipio eo die quo ſtatuerat decernere,cõmutauit inſtru-
ctionis ordinẽ,& firmiſsimos id eſt legionarios in cornibus collocauit,ac leuem ar-
maturam in media acie,ſed retractã:ita cornibus quibus ipſe præualebat infirmiſ-
ſimas hoſtium partes lunata acie aggreſſus, facile fudit.
METEllus in Hiſpania eo prælio quo Hirculeiũ deuicit, cum cõperiſſet cohortes
eius,quę validiſsimę vocabant,in media acie locatas:ipſe mediã ſuorũ aciẽ reduxit
ne eã parte ante cum hoſte cõfligeret,quam cornib. cõfligatis,medios vndiq́ circũue-
ARTAxerxes aduerſus Græcos,qui Perſidã intrauerãt,cum multitudi- (niſſet.
ne ſuperaret,latius quam hoſtes acie inſtructa,in frõte eqtem,leuẽq́ armaturã in cor-
nib. collocauit:atq́ ita ex iduſtria lentius ꝓcedente media acie, copias hoſtiũ cin-
CONtra Annibal ad Cannas reductis cornibus ꝓductaq́ media (xit ceciditq́.
acie,noſtros primo impetu protruſit. Idem cõſerto prælio,paulatĩ inuicem ſinuã-
tibus, ꝓcedentibusq́ ad præceptũ cornib. auide inſequentẽ hoſtem in mediã aci-
em ſuam recepit,& ex vtraq́ parte cõpreſſum cecidit,veterano & diu edocto vſus
exercitu: hoc enim genus ordinationis exequi, niſi peritus & ad omne momen-
tum reſpondens miles, vix poteſt.
LIVIus Salinator & CL. Nero cum Aſdrubal bello Punico ſecundo decertandi
neceſsitatẽ euitans,in colle cõfragoſo poſt vineas aciem direxiſſet, ipſi deductis in
latera virib. vacua fronte ex vtraq́ parte circũuenerunt eũ,atq́ ita aggreſsi ſupe-
ANNIbal quũ frequentib. prælijs a CL. Marcello ſuperaret:nouiſ- (rauerunt.
ſime ſic Caſtra metabat,vt aut montibus,aut paludibus, aut ſimili locorum aliqua
opportunitate adiutus,aciem eo modo collocaret,vt vincentibus quidem Romanis
pene indemnem recipere poſſet intra munimenta exercitum; cedentibus autẽ
inſtandi liberum haberet arbitrium.
XANTippus Lacedæmonius in Africa aduerſus M. Attilium Regulũ,leuem
armaturã in prima acie collocauit,in ſubſidio aũt robur exercitus: præcepitq́ au-
xiliaribus,vt emiſsis telis cederent hoſti:& cum ſe intra ſuorũ ordines recepiſſent,
confeſtim in latera diſcurrerent, & a cornibus rurſus erumperent, exceptumq́ iã
hoſtem a robuſtioribus & ipſi circumirent.
SERTorius idem in Hiſpania aduerſus Pompeiũ fecit. CLEandrias Lacedęmo
nius aduerſus Lycaoños denſam inſtruxit aciẽ, vt longe miñoris exercitus ſpeciẽ
præberet:ſecuris deide hoſtibus,in ipſo certamie deduxit ordines,a laterib. circũ-
CASTronius Lacedæmonius, cum in auxilio Aegiptiis ad- (uentos eos fugit.
uerſus Perſas veniſſet, & ſciret firmiorẽ eſſe Græcum militẽ, magiſq́ a Perſis ti-
meri: cõmutatis armis Græcos in prima poſuit acie, & cum illi æquo Marte pu-
gnarent,ſubmiſit Aegyptiorũ manum,Perſæ cum Gręcis,quos Aegyptios opinabã-
tur,reſtitiſsẽt,ſuperuenientẽ multitudine, quã vt Gręcorũ expauerãt ceſſerũt.
CN. Pompeius in Albania quia hoſtes & numero & eqtatu præualebãt,iuxta col-
lem in anguſtiis ꝓtegere galeas(ne fulgore earũ cõſpicui fierent)iuſsit:equites de-
inde in equum ꝓcedere,ac velut prætendere peditibus:præcepitq́ eis vt ad primũ
impetum hoſtiũ refugerent;& ſimul ac ad pedites ventum eſſet, in latera diſcede-

 rent: quod

ſenecqd' vbi diſplicitum eſt, patefacto loco ſubita peditum conſurrexit acies: inua-
ctosq; temere hoſtes inopinato interfuſa prælio cecidit.
M. ANTOnius aduerſus Parthos, q infinita multitudine ſagittarū exercitū eius
obruebant, ſubſidere ſuos, & teſtudinem facere iuſsit: ſupra quam trāſmiſsis ſagit-
tis, ſine militum noxa exhauſtus eſt hoſtis.
ANNIbal aduerſus Scipionē, in Africa, cum haberet exercitū ex Pœnis & auxi-
liaribus q̊rum pars nō ſolum ex diuerſis partibus, ſed etiā ex Italicis cōſtabat, poſt
elephantos LXXX. qui in prima fronte poſiti hoſtiū turbarēt aciem, auxiliares
Gallos & Ligures & Baliares Mauroſq; poſuit, vt nō fugere poſſent, Pœnis a ter-
go ſtantibus, & hoſtem oppoſiti ſi nō infeſtarent at certe fatigarent, tum ſuis &
Macedonibus (qui iam feſſos Romanos integri exciperēt) in ſumma acie colloca-
tis, nouiſsimos Italicos eos cōſtituit: q̊rum & timebat fidem & ſegnitiē verebatur:
q̊uiam pleroſq; eorū ab Italia inuitos extraxerat. Scipio aduerſus hanc formā, ro-
bur legiōis, triplici acie in fronte ordinatū per haſtatos & principes & triarios op-
poſuit: nec cōtinuas cōſtruxit cohortes, ſed manipulis inter ſe diſtantibus ſpacium
dedit, per qd' elephanti ab hoſtibus acti, facile trāſmitti ſine perturbatiōe ordinū
poſſent, ea ipſa interualla expeditis velitibus impleuit, ne interluceret acies, dato
eis pręcepto, vt ad impetum elephantorū, vel retro vel in latera cōcederent. Eqta-
tum deinde in cornua diuiſit, & dextro Romanis eqtibus Lęliū, ſiniſtro Numidis
Maſimiſſam prępoſuit: quę tā prudens ordinatio, nō dubie cauſa victoriæ fuit.
ARCHElaus aduerſus L. in Syllā, in frōte ad perturbandū hoſtem falcatas qua-
drigas locauit, in ſecunda acie phalangē Macedonicā, in tertia Romanorū more
armatos auxiliares, mixtis fugitiuis Italicæ gentis: q̊rum peruicaciæ plurimū fide-
bat, leuem armaturā in vltimo ſtatuit: In vtroq; deinde latere eqtatum, cuius am-
plum numerū habebat, circumeundi hoſtis cauſa poſuit. Contra hæc, Sylla foſſas
amplæ latitudinis in vtroq; latere duxit, & capitibus earū Caſtella cōmuniuit: qua
ratiōe, ne circumiret̃ ab hoſte, & peditū numero, & maxime eqtatu ſuperāte, cō-
ſecutus eſt. Triplicē deinde peditū aciem ordinauit, relictis interuallis per leuem
armaturā, & eqtem, quē in nouiſsimo collocauerat, vt cū res exegiſſet emitteret: tū
ꝓpugnanis, qui ſecunda acie erāt imperauit, vt denſos numeroſoſq; palos firme in
terrā defigerent, intraq; eos apꝓpinquantibus quadrigis ante ſigna noſtrā aciem
recepit: tum demum ſublato vniuerſorū clamore velites & leuē armaturā ingere-
re tela iuſsit. Quibus factis quadrigæ hoſtiū aut implicitæ palis aut exterritæ cla-
more teliſq;, in ſuos cōuerſæ ſunt, turbaueruntq; Macedonum ſtructurā. Qua ce-
dente cum Sylla ſtaret & Archelaus equitem oppoſuiſſet, Romani equites ſubi-
to omiſsi auerterunt eos conſumaueruntq; victoriam.
C. CAEſar Gallorū falcatas quadrigas eadē ratiōe palis defixis excepit īhibuitq;.
ALEXAnder ad Arbela cum hoſtiū multitudinē vereret̃, virtuti aūt ſuorū fide-
ret, aciē in oēm partem ſpectantē ordinauit, vt circūuenti, vndiq; pugnare poſſet.
PAVLVS aduerſus Perſem Macedonū Regem cum is phalangē ſuorū duplicē,
mediā in partem direxiſſet, eamq; leui armatura cinxiſſet, & eqtem in vtroq; cor-
nu collocaſſet, triplicē aciem cuneis inſtruxit: inter q̊s ſubinde velites emiſit. Quo
genere cum ꝓfligari nihil videret, cederę inſtituit, vt hac ſimulatione perduceret
hoſtes in cōfragoſa, locaq; ex induſtria captauerat. Cum ſic q̊q; ſuſpecta calliditate
recedentiū ſequeret̃ ordinata phalanx, eqtes a ſiniſtro cornu pręter ora phalangis
iuſsit trāſcurrere citatis equis tectos, vt obiectis armis ipſo īpetu præfrigerent ho-
ſtiū ſpicula: q̊ genere telorū exarmati Macedōes ſoluerūt aciē, & terga verterūt.
PYRRhus ꝓ Tarentinis apud Aſculum ſecundū Homericū verſum, q̊ peiſsimi
in mediū recipiunt̃, dextro cornu Samnitas Epyrotaſq;, ſiniſtro Brucios atq; Lu-
canos cum Selentinis, in media acie Tarentinos collocauit, eqtatum & elephan-
tos in ſubſidiis eſſe iuſsit. Contra COSS. aptiſsime diuiſis in cornua eqtibus, legi-
ones in prima acie & in ſubſidiis collocarunt, & his immiſcuerūt auxilia. Vtrinq;
XL. millia cōſtat fuiſſe, Pyrrhi dimidia pars exercitus amiſſa, apd' Ro. quinq; mil-
(lia deſiderata ſunt.
CN. POMpeius aduerſus C. Cæſarē paluſtri prælio Phar-
ſaliæ triplicem inſtruxit aciem: quarū ſingulę denos ordinęs habuerūt in latitudi-
nem. Legiōes ſecundū virtutem cuiuſq; firmiſsimas in cornibus & in medio col-
locauit, ſpacia his interpoſita tyronibus ſuppleuit dextro latere. DC. equites pro-

pter flumen

pter flumen Enipeum, qđ & alueo ſuo & alluuie regionē impedierat, reliquū equi-
tatum in ſiniſtro cornu cum auxiliis omnibus collocauit, vt inde Iulianū exerci-
tum circuiret. Aduerſus hanc ordinationē Iulius Cæſar & ipſe triplici acie, diſpo-
ſitis in fronte legiōibus, ſiniſtrū latus ne circuiri poſſet admouit paludibus. In dex-
tro cornu poſuit eqtem, cui velociſsimos miſcuit peditum, & ad morem equeſtris
pugnæ exercitatos: ſed deinde cohortes in ſubſidio retinuit, ad res ſubitas: ſed dex-
tro latere cōuerſas in obliquū, vnde eqtatum hoſtium expectabat collocauit. nec
vlla res ad victoriā plus eo die Cæſari contulit: effuſum namq; Pompei eqtatum
inopinato ſubinde tali excurſu auerterunt, cædendumq; tradiderunt.

IMPErator CAES. Germanicus, cum ſubinde Catii equeſtre prælium in ſyluas
refugiendo reducerent: iuſsit ſuos eqtes, ſimul atq; ad impedimēta ventū eſſet, eqs
deſilire, pedeſtriq; pugna cōfligere: q̃ genere cōſequutus, ne qs nō locus eius victo-
C. DVIllius cum videret graues ſuas naues mobilitate Punicæ (riam miraret.
claſsis eludi, irritāq; virtutem militū fieri, excogitauit manus ferreas, quæ vbi ho-
ſtilem apprehenderent nauem, ſuperiecto ponte tranſgrediebatur Romanus, &
in ipſorum ratibus cominus eos trucidabat.

PAPYRIVS curſor filius Cōſulis, cum æquo Marte aduerſus obſtinatos Sam- De acie hoſtium turbanda. Front. libr. 2. cap. 4.
nites cōcurreret, ignorantib. ſuis præcepit Spurio Naucio, vt pauci Calones, & A-
galones mulis inſidentes, ramosq; per terrā trahentes, a colle trāſuerſo magno tu-
multu decurrerēt. Quib. ꝓſpectis ꝓclamauit victorē adeſſe collegā, vt occuparēt ip-
ſi præſentis prælii gloriā: q̃ facto & Romani fiducia cōcitati, ꝓpulere ꝓpulſi terga
FAB. RVtilius Maximus quarto Cōſulatu in Samnio, omni mo- (verterent.
do fruſtra conatus aciem hoſtiū perrumpere, nouiſsime haſtatos ſubduxit ordini-
bus, & cum Scipiōe legato ſuo circūmiſit, iuſsitq; collem capere, ex q̃ decurri po-
terat in hoſtium terga: quod vbi factum eſt, Romanis creuit animus, & Samnites
perterriti fugam molientes cæſi ſunt.

MINVTius Ruffus Imp. cum a Sordiſcis Daciſq; premeret, qbus impar erat nu-
mero, præmiſit fratrē & paucos eqtes, vna cum æneatoribus: præcepitq;, vt cum
vidiſſet cōtractum præliū, ſubitus ex diuerſo ſe oſtēderet iuberetq; æneatores cō-
cinere: ſonātibus montiū iugis ſpecies ingētis multitudinis, offuſa eſt hoſtibus: qua
ACILius Glabrio COS. aduerſus Antiochi Regis (perterriti dedere terga.
aciem, quā is in Achaiam per anguſtias Thermopylarū direxerat, iniqtatibus loci
nō irritus tantū ſed cum iactura q̃q; repulſus eſſet, niſi circummiſſus ab eo Portius
Cato (q tum Tribunus militū a populo factus in exercitu erat) deiectis iugis Calli-
dromi montis Aetolis, q præſidio tenebant, ſupereminentē Caſtris Regiis collem
a tergo ſubitus apparuiſſet: quo facto perturbatis Antiochi copiis, vtrinq; irrupe-
re Romani, & fuſis fugatiſq;, Caſtra cœperunt.

C. SVLPitius Petreius COS. cōtra Gallos dimicaturus, iuſsit muliones clam in
montes ꝓximos cum mulis abire: & inde cōſerto iam prælio, velut eqs inſidentes
oſtentare ſe pugnātib. quare Galli exiſtimātes aduentare auxilia Romanis ceſſe-
MARIus circa aquas Sextias, cum in animo haberet po- (re iā pene victores.
ſtera die depugnare aduerſus Theutonos, Marcellū cum parua manu eqtum pe-
ditumq; nocte poſt terga hoſtiū miſit, & ad implendā multitudinis ſpeciem, Aga-
ſones lixaſq; armatos ſimul ire iuſsit: iumentorūq; magnā partem inſtructorū cū
cētunculis, vt per hoc facies eqtatus obiiceret, præcepitq; vt cum animaduertiſ-
ſent cōmitti præliū, ipſi in terga hoſtium deſcenderent: qui apparatus tantum ter-
roris intulit, vt aſperrimi hoſtes in fugam verſi ſint.

LICINius Craſſus fugitiuorū bello apud Calamarcū educturus militem, aduer-
ſus Caſtum & Canimocū Duces Gallorū XII. cohortes cum C. Pōptinio & cum
Q. Marcio Ruffo legatis, poſt mōtem circūmiſit. Quæ cum cōmiſſo iam prælio, a
tergo clamore iam ſublato decucurriſſent, ita fuderūt hoſtes, vt vbiq; fugā ꝓ pu-
MARCEllus, cum vereret ne paucitatem eius militum cla- (gna capeſſerent.
mor detegeret, ſimul lixas caloneſq;, & omnis generis ſequelas, conclamare iuſsit:
atq; ita hoſtem magni exercitus ſpem exterruit.

VALErius Leuinus aduerſus Pyrrhū, occiſo q̃dam grægali, tenens gladium cru-
entum, exercitui vtriq; perſuaſit Pyrrhū interemptū. Quāobrem hoſtes deſtitutos
ſe Ducis morte credentes, cōſternati a mendacio, ſe pauidi in Caſtra receperūt.

IVGVRtha

997

IVGVrtha in Numidia aduerſus C. Mariū, cum Latinæ quoq; linguæ vſum ei cōuerſatio priſtina Caſtrorū dediſſet, in primā aciem ꝓcucurrit, & occiſum ſe C. Marium tum latine clare prædicauit, atq; ita multos noſtrorum auertit.

MYROnides Athenieñ. dubio prælio aduerſus Thebanos rem gerens, repēte in dextrum ſuorum cornu proſiluit, & exclamauit ſe iam ſiniſtro viciſſe. Quare & ſuis alacritate & hoſtibus metu inſecto vicit.

CROEſus præualido hoſtiū eqtatui, camelorū gregem oppoſuit: quorum nouitate & horrore cōſternati equi, non ſolum inſidentes præcipitauerunt, ſed peditum quoq; ſuorum ordines protriuerunt, vincendoſq; hoſti præbuerunt.

PYrrhus Epyrotarū Rex, ꝓ Tarētinis aduerſus Ro. eodē mō elephātis ad perturbandā aciem vſus eſt.

POENI quoq; aduerſus Roman. idem fecerunt frequent.

VOLScorum Caſtra cum ꝓpe virgulta ſyluasq; poſita eſſent, Camillus ea omnia, quæ cōceptum ignē vſq; in vallū ꝓferre poterāt incendit: & ſic aduerſarios exuit Caſtris. M. Craſſus bello ſociali eodē modo ꝓpe cū copiis omnib. interceptus eſt.

HISPAni cōtra Hamilcarē boues vehiculis adiunctos, in prima frōte cōſtituerūt vehiculaq; tædæ & ſepi & ſulphuris plena, ſigno pugnæ dato, incenderunt: actis deinde in hoſtem bobus conſternatam aciem perruperunt.

PHAliſci & Tarquinienſes, cōpluribus ſuorū in habitu ſacerdotū ſubornatis faces & angues furiali habitu præferentibus, aciem Romanorū turbauerunt. Idem Veientes & Fidenates facibus arreptis fecerunt.

ATHEas Rex Scytharū cum aduerſus ampliorē Triballorū exercitū cōfligeret, iuſsit a fœminis & pueris omniq; imbelli turba, greges aſinorū, ac boum, ad poſtremam hoſtiū aciem admoueri, & erectas haſtas præferre: famā deinde diffudit tanq̃ auxilia ſibi ab vlterioribus Scythis aduentarēt: qua aſſeueratiōe auertit hoſtem.

De inſidiis, Front. libr. 2. cap. 5.

ROMVLVS, per latebras copiarū parte diſpoſita, cum ad Fidenas acceſsiſſet, ſimulata fuga temere hoſtes inſequutos eo perduxit, vbi occultos habebat milites: qui vndiq; adorti effuſos, & incautos ceciderunt.

Q. FAB. Maximus COS. auxilio Sutrinis miſſus aduerſus Hethroſcos, omnes hoſtium copias in ſe cōuertit: deīde ſimulato timore, in ſuperiora loca velut fugiēs receſsit: effuſeq; ſubeūtes aggreſſus, nō aciē tantū ſuperauit ſed etiā caſtris exuit.

SEMPronius Gracchus aduerſus Celtiberos, metu ſimulato, cōtinuit exercitum: emiſſa deīde armatura leui, quæ hoſtē laceſſeret, ac ſtatī pedem referret, euocauit hoſtē: deinde inordinatos aggreſſus, vſq; eo cecidit vt etiā Caſtra caperet.

Q. METEllus COS. in Sicilia bellum gerens aduerſus Aſdrubalē, ob eius ingentem exercitū & CXXX. elephātos intentior, diffidentia ſimulata, intra Panormū copias tenuit, foſſamq; ingentis magnitudinis ante ſe duxit: cōſpecto deinde exercitu Aſdrubalis, q in prima acie elephātos habebat, præcepit haſtatis tela in beluas iacerēt, protinusq; ſe intra munimenta reciperēt: ea ludificatiōe rectores elephātorum cōcitati, in ipſam foſſam elephātos egerunt: quo vt primum illaqueati ſunt, partim magnitudine telorū cōfecti, partim retro in ſuos acti, totam aciem turbauerunt. Tunc Metellus, hanc operiens occaſionem, cum toto exercitu erupit, & aggreſſus a latere Pœnos cecidit, ipſiſq; vt elephantis potitus eſt.

TAMIris Scytarū Regina, Cyrum Perſarū Ducem, æq Marte certantē, ſimulato metu elicuit ad notas militi ſuo anguſtias, atq; ibi repente cōuerſo agmine, natura loci adiuta, deuicit.

AEGIPtii cōflicturi acie in eis campis qbus iunctæ paludes erāt, alga eas cōtexerunt: cōmiſſoq; prælio fugā ſimulantes in inſidias ſe vocauerunt, qui rapidius vecti per ignota loca, limo inhæſerunt, circumuentiq; ſunt.

VIRIatus ex latrone Dux Celtiberorū, cedere ſe Romanis eqtibus ſimulans vſq; ad locum voraginoſum & præaltum eos perduxit. Et cum ipſe per ſolidos ac notos ſibi tranſitus euaderet, Romanos ignaros locorum immerſoſq; limo cecidit.

FVLVius Imp. Cymbrico bello collatis cum hoſte Caſtris, eqtes ſuos iuſsit ſuccedere ad munitiōes eorū, laceſsitiſq; Barbaris, ſimulata fuga recedi: hoc cum per aliquot dies feciſſet, auide inſequentib. Cymbris, animaduertit Caſtra eorū ſolita nudari: itaq; per partem exercitus cuſtodita cōſuetudine, ipſe cum expeditis poſt Caſtra hoſtiū conſedit occultus, effuſiſq; eis ex more repēte adortus, & deſertū ꝓrupit vallū & Caſtra cœpit.

CN. FVLuius cum in finibus noſtris exercitus Faliſcorum, lōge noſtro maior Caſtra poſuiſſet, per ſuos milites quedā procul a Caſtris

ædificia

ædiſicia ſuccendit, vt Faliſci ſuos id feciſſe credentes, ſpe prædæ diffunderent.
ALEXander ex Epirotis aduerſus Illyrios collocata in inſidiis manu, q̄ſdam ex
ſuis habitu Illyricorū inſtruxit,& iuſsit vaſtare ſuam, id eſt Epiroticā regiōem: qđ
cum Illyrii viderent fieri, ipſi paſsī prædari cœperūt, eo ſecurius ꝙ præcedētes, ve-
luti ꝓ exploratorib. habebāt, a q̄bus ex induſtria in loca iniqua deducti cæſi fuga-
LEPTEnes q̄ꝫ Syracuſanus aduerſus Carthagiñ. vaſtari ſuos agros (tiꝗꝫ ſunt.
& incendi Villas Caſtellaꝗꝫ quædā imperauit. Carthagineñ. a ſuis id fieri rati, &
ipſi tanq̄ in adiutoriū exierunt, exceptiꝗꝫ ab inſidiatorib. fuſi ſunt, Maharbal miſ-
ſus a Carthagineñ. aduerſus Afros rebellantes, cum ſciret gentem auidā eſſe vini,
magnum eius modiū mandragora permiſcuit: cuius inter venenū ac ſoporē media
vis eſt, tunc prælio leui cōmiſſo, ex induſtria ceſsit: nocte deinde intempeſta, reli-
ctis intra Caſtra q̄busdam ſarcinis, & omni vino infecto, fugā ſimulauit. Cunꝗꝫ Bar
bari occupatis Caſtris, in gaudium effuſi, medicatū auide vinum hauſiſſent, & in
modum defunctorum ſtrati iacerent, reuerſus cœpit eos ac trucidauit.
ANNIbal cum ſciret ſua & Romanorum Caſtra in eis locis eſſe, quæ lignis defi-
ciebantur, ex induſtria in regione deſerta plurimos armentorum greges interual-
lum reliquit, qua velut præda Romani potiti in ſummis lignationis anguſtiis, in-
ſalubribus ſe cibis onerarūt, Annibal reducto nocte exercitu, ſecuros eos & in ſe-
micruda graues carne, maiorem in modum vexauit.
TIBErius Gracchus in Hiſpania, certior factus hoſtem inopē cōmercio laborare,
inſtructiſsima Caſtra omnibus eſculentis deſeruit, qui adeptum hoſtē & repertis
intemperanter repletum grauemꝗꝫ reducto exercitu ſubito oppreſsit.
HI qui aduerſus Erythreos bellū gerebāt ſpeculatorē eorum in loco ædito depræ-
hēſum occiderūt, & veſtē eius ſuo militi dederūt, q ex eodē iugo Erythreos ſigno
ARABes cum eſſet nota cōſuetudo eorum, qua de (dato in inſidias euocauit.
aduentu hoſtiū interdiu fumo, nocte igne ſignificare inſtituerāt, vt ſine intermiſ-
ſiōe ea fierent præceperūt: aduentantib. aūt aduerſariis intermitterēt: q cū ceſſan-
tibus luminib. exiſtimarēt ignorari aduentū ſuū auidius ingreſsi oppreſsiꝗꝫ ſunt.
ALEXander Macedo, cum hoſtis in ſaltu æditiore Caſtra communiſſet, inducta
parte copiarū, præcepit his q̄s reliquebat vt ex more ignes excitarēt, ſpeciēꝗꝫ præ-
berēt totius exercitus: ipſe per auias regiōes circūducta manu, hoſtē ſuperiore ag-
MEMNon Rhodius Rex, cum eq̄tatu præualeret, & ho- (greſſus loco depulit.
ſtem in collibus ſe cōtinentē in cāpos vellet deducere, q̄ſdam ex militibus ſuis ſub
ſpecie perfugæ miſit in hoſtiū Caſtra, q affirmarent exercitū Memnonis iam per-
nicioſa ſeditiōe furere: & vt ſubinde aliqua pars eius dilabaret. Huic affirmationi
vt fidem faceret, paſsī in cōſpectu hoſtium iuſsit parua Caſtella muniri, velut in ea
ſe recepturi eſſent, q diſsidebāt, hac perſuaſiōe ſollicitati q in mōtib. ſe cōtinuerāt,
in plana deſcenderūt: & dum Caſtella tentant, ab eq̄tatu circumuenti ſunt.
HARRidas Rex Moloſſorū bello petitus ab Ardie Illyrio maiorē aliquāto exer
citum habente molitus, imbelles ſuorū in vicinamꝗꝫ regionē Aetoliæ tamē ſparſit:
ſic tanq̄ Vrbes ac res ſuas Aetolis cōcederet. Ipſe cum his q arma ferre poterant,
inſidias in montibus & locis cōfragoſis diſtribuit. Illyrii timētes ne quæ Moloſſo-
rum erant ab Aetolis occuparent, velut ad prædā feſtinātes neglectis ordinib. acce
lerare cœperūt. Quos diſsipatos, nihil tale expectātes, Harridas ex inſignis fudit
T. LABIEnus C. Cæſaris legatus aduerſus Gallos, ante aduentum (fugauitꝗꝫ.
Germanorū q̄s auxilio his venturos ſciebat, cōfligere cupiens, diffidentiā ſimula-
uit: poſitisꝗꝫ in diuerſa ripa Caſtris, ꝓfectionem edixit in poſterū diem. Galli cre-
dentes eum fugere flumen qđ medium erat inſtituerūt trāſmittere. Labienus
circumacto exercitu inter ipſas ſuperandi amnis difficultates, eos cecidit.
ANNIbal cū exploraſſet negligent Caſtra Fuluii Ro. Ducis munita, ipſum præ-
terea multa temere audere, prima luce cum denſiores nebulæ præſtarent obſcuri-
tatem, paucos milites munitionū noſtrarū vigilibus oſtendit: quo Fuluius repente
mouit exercitū. Annibal per diuerſam partē Caſtra eius occupauit, & ita in tergū
Romanorū effuſus, octo millia fortiſsimorū militum cum ipſo Duce trucidauit.
IDEM Annibal, cum int Fabium dictatorē & Minutiū magiſtrum eq̄tum diui-
ſus eſſet exercitus: & Fabius occaſiōib. immineret, Minutius pugnādi cupiditate
flagraret, Caſtra in campo q medius inter hoſtes erat poſuiſſet, & cum partē pedi-

quum in cõfragoſis rupibus cœlaſſet,ipſe ad euocandũ hoſtem miſit q ꝓximum cũ=
mulum occuparẽt:ad q̃s opprimendos cum eduxiſſet copias Minutius, inſidiato=
res ab Annibale diſpoſiti,ſubito cõſurrexerunt & deleſſent Minutii exercitũ,niſi
IDEM Annibal cum ad Threbiã in cõſpe= (Fabius periclitãtib.ſubueniſſet.
ctu haberet Sempronii longi COS.Caſtra,medio amne interfluẽte,ſęuiſsima hye
me Magonem & electos in inſidiis poſuit, Deinde Numidas equites, ad eliciẽ=
dam Sempronii credulitatẽ,adequitare vallo eius iuſsit:q̃bus pręceperat,vt ad pri=
mum noſtrorũ incurſum per nota refugerẽt vada. Hos Conſul & adortus temere,
& ſecutus,ieiunum exercitũ in maximo frigore trãſitu fluminis rigere fecit.Mox
torpore & inedia affectis Annibal ſuũ militẽ oppoſuit, quẽ ad id ignibꝰ,oleoq; &
cibo fouerat:nec defuit partibus Mago q terga hoſtium in hoc ordinatus cęderet.
IDEM ad Traſimeniũ,cum arcta quædã via,in radices mõtis & campos patentes
duceret,ſimulata fuga per anguſtias ad patentia euaſit, ibiq; Caſtra poſuit, ac no=
cte diſpoſitis militibus, & per collem,qui imminebat, & in lateribus anguſtiarum
prima luce, nebula quoq; adiutus, aciem direxit.

FLAMinius velut fugientẽ inſequens,cum anguſtias eſſet ingreſſus,nõ ante ꝓui
dit inſidias,q̃ ſimul a frõte,laterib.tergo circunfuſus,ad internitionẽ cum exercitu
IDEM Annibal aduerſus Iunium dictatorẽ,nocte intẽpeſta ſexcen= (cæderet.
tis eq̃ribus imperauit,vt in plures turmas ſegregati,per vices ſine intermiſsiõe cir=
ca Caſtra hoſtium ſe oſtẽtarent.Ita tota nocte Romanis in vallo ſtatiõe,ac pluuia,
quæ forte continua fuerat,inquietatis confectisq;,cum receptui ſignum iam Iuni=
us dediſſet,Annibal ſuos requietos reduxit, & Caſtra eius inuaſit.

EPAMinundas Thebanus in eundẽ modum,cum Lacedæmonii Athmon valle
ducto Peloponneſſon tuerent̃, paucorũ opera leuis armaturæ, tota nocte inq̃eta=
uit hoſtem:ac deinde prima luce vocatis ſuis cum Lacedæmonii ſe recepiſſent,ſu=
bito vniuerſum exercitum quem quietum habuerat admouit : & per ipſa muni=
menta deſtituta propugnatoribus irrupit.

ANNibal directa acie ad Cannas DC.eq̃tes Numidas iuſsit trãsfugere:qui ad fi
dem faciendã,gladios & ſcuta noſtris tradidere, & in vltimum agmen recepti, vbi
primum concurri cœpit,ſtrictis minoribus (quos occultauerant) gladiis,ſcutis ia=
centium aſſumptis, Romanorum aciem ceciderunt.

IAPYges P. Licinio Procõſuli pagos q̊q; ſub ſpecie deditiõis obtulerunt:q rece=
pti & in poſtrema acie collocati terga Romanorum ceciderunt.

SCIPIO Aphricanus cum aduerſa haberet bina hoſtiũ Caſtra Syphacis & Car=
thagineñ. ſtatuit Syphacis vbi multa incẽdiis alimenta erãt aggredi nocte, ignẽq;
iniicere , vt ex ea re Numidas quidem ex ſuis Caſtris trepidãtes cęderet. Pœnos
aũt(quos certum erat ad ſuccurrendum ſociis procurſuros) inſidiis diſpoſitis exci=
MYTHridates a Lucullo virtute frequent̃ (peret, vtrũq; ex ſentẽcia ĩceſsit
ſuperatus,inſidiis eum appetiit, Adathante q̊dam eminente viribus ſubornato, vt
trãsfugeret:et fide pacta hoſti,facinus perpetraret:qđ is ſtrenue q̃dem,ſed ſine euẽ
tu conatus eſt:receptus enĩ a Lucullo in gregem eq̃tum,nõ ſine tacita cuſtodia ha
bitus eſt:q̃a nec credi ſubito trãsfugæ,nec inhiberi reliq̃s oportebat.Cum deinde
frequentib. excurſiõibus,promptã & enixam operã exhiberet,fide acq̃ſita tẽpus
elegit,q̊ miſſa pricipia q̃etem omnibus caſtrenſib. dabant, prætoriumq; ſecretius
præſtabãt:caſus adiuuit Lucullũ.Nam q ad vigilantẽ vſq; admitteret̃.fatigatũ no
cturnis cogitatiõibus illo tempore q̃eſcentẽ inuenit. Cum deinde,tanq̃ nunciatu=
rus aliq̃d ſubitum ac neceſſariũ intrare vellet, & pertinacit̃ a ſeruis valitudini do=
mini conſulentibus excluderetur, veritus ne ſuſpectus eſſet, equis quos ante por=
tam paratos habebat, ad Mythridatem refugit irritus.

SERTorius in Hiſpania cum apud Lauronẽ Oppidum,vicina Caſtra Põpei Ca=
ſtris haberet,& duæ tantũmodo regiões eſſent,ex q̃bus pabulum peti poſſet,vna
in propinq̊.altera lõgius ſita,eam quę in ꝓpinquo erat,ſubinde a leui armatura in=
feſtari,vlteriorẽ aũt vetuit vllo armato adiri, donec perſuaſit aduerſariis,tutiorem
eſſe quæ erat remotior:quã cum petiiſſent Pompeiani Octauiũ Græcimum cum
decẽ cohortibus,in morẽ Romanorũ armatis,& decẽ Hiſpanorũ leuis armaturæ,
& Tarquinium Priſcum cum duobus millibus eq̃tum ire iubet ad inſidias tendẽdas
pabulatorib. illi ſtrẽnue imperata faciunt. Explorata enĩ locorũ natura, in vicina

ſyluã nocte prædictas copias abſcōdunt,ita vt in prima parte leues Hiſpanos,aptiſ-
ſimos ad furta bellorū ponerent: paulo interius ſcutatos, in remotiſſimo eqtes,ne
fremitu eq̄rum cogitata ꝓderentur,quieſcere omnes ſilentio ſeruato in horã terti-
am diei iubet,cum deinde Pompeiani ſecuri ſeruatiq; pabulo de reditu cogitarēt,
& hi q̄q; qui in ſtatiōe fuerant quiete,inuitati ad pabulum colligendū dilaberent:
emiſſi primū Hiſpani,velocitate gentili in planis effundunt: & cum vulnerāt cō-
funduntq; nihil tale expectātes,prius deinde q̄ reſiſti his inciperet ſcutati erūpunt
e ſaltu,& redeuntes in ordinē,cōſternunt vertuntq; fugientibus eqtes immiſſi to-
to eo ſpacio q̄ rediebat in Caſtra perſecuti cedunt. curatum q̄q; ne qs effugeret,
nam reliqui 250. eqtes emiſſi facile per cōpendia itinerū eff uſis habenis,ante q̄ ad
Caſtra Pompei perueniret,cōuerſi occurrerūt eis qui primi fugerāt. Ad cuius rei
ſenſum Pompeio emittente legionē,cum Lęlio in præſidiū ſuorū,ſubducti in dex-
trum latus velut ceſſerunt eqtes deinde & cum ita legionē hanc tergo infeſtarēt,
cum iam a fronte qui pabulatores perſecuti erāt incurſarent,ſic legio q̄q; inter du-
as acies hoſtium cum legato ſuo eliſa eſt: ad cuius præſidiū Pompeio totum edu-
cente exercitū,Sertorius q̄q; e collibus ſuos inſtructos oſtendit,effecitq; ne Pom-
peio expediret ita præter duplex damnū,eadē ſolertia illatum.ſpectatorē q̄q; eum
cladis ſuorū cōtinuit: hoc primū prælium int̄ Sertoriū & Pompeiū fuit X. millia
hominum de Pompei exercitu amiſſa,& omnia impedimenta. Liuius autor eſt.

POMPEius in Hiſpania,diſpoſitis ante q ex occulto aggrederent,ſimulato metu
deduxit inſtantē hoſtem in loca infeſta: deinde vbi res popoſcunt, conuerſis & in
frōte & vtriſq; laterib. ad internitionē cecidit, capto etiā Duce eorū Perpenna.

IDEM aduerſus Mythridatē in Armenia,numero & genere eqtum pręualentē,
tria millia leuis armaturæ, & D. equites nocte in valle ſub virgultis, quæ int̄ bina
Caſtra erant,diſpoſuit: prima deinde luce in ſtatiōem hoſtium emiſit eqtes ita fir-
matos,vt cum vniuerſus cum exercitu hoſtiū eqtatus prælium iniſſet, ſeruatis or-
dinibus paulatī cederent,donec ſpacium darent cōſurgendi a tergo,ob hoc diſpo-
ſitis:qđ poſtq̄ ex ſentencia cōtigit, cōuerſis q terga dediſſe videbant,medium ho-
ſtem trepidantē cecidit:ipſos etiā equos,pedite cominus accedente confudit:eoq;
prælio fiduciam Regi quam in equeſtribus copiis habebat detraxit.

CRASSus bello fugitiuorū apud Cathenā bina Caſtra cominus cum hoſtiū Ca-
ſtris vallauit: nocte deinde cōmunitis copiis manente prætorio in maioribus Ca-
ſtris,vt fallerent hoſtes,ipſe omnes copias eduxit, & in radicibus prædicti montis
cōſtituit:diuiſoſq; eqtatu,præcepit L. Quintio partem ſpartaco obiiceret,pugna-
q; eum fruſtraret:parte alia Gallos Germanoſq; ex factiōe Caſti & Gannici elice-
ret ad pugnā,& pugna ſimulata deduceret,niſi ipſe aciem inſtruxerit. Quos cum
Barbari inſequuti eſſent,eqte recedente in cornua ſubito acies Romana ad aper-
ta cum clamore cucurrit XXXV. millia armatorū eo prælio interfecta cum ipſis
Ducibus Liuius tradit, receptas quiq; Romanas aquilas, ſigna ſex & XX. multa
ſpolia,inter quæ quinq; faſces cum ſecuribus.

C. CASSius in Syria aduerſus Parthos ducens aciem,eqtem oſtendit a fronte,cū
a tergo peditem in cōfragoſo loco occultaſſet. dein cedente eqtatu, & per nota ſe
recipiente,in præparatas inſidias perduxit exercitū Parthorum, & cecidit.

VENTidius Parthos & Labienū, alacres ſucceſſibus victoriarum, dum ſuos ipſe
per ſimulationē metus cōtinet,euocauit: & in loca iniqua deductos,aggreſſus per
obreptionē,adeo debellauit,vt deſtituti Labieno Prouincia excederent Parthi.

IDEM aduerſus Pharnaſtanis Parthos, cum ipſe exiguū numerum militū habe-
ret,illis aūt fiduciam ex multitudine videret increſcere,ad latus Caſtrorū XVIII.
cohortes in obſcura valle poſuit, eqtatu poſt terga militū collocato. Tum paucos
admodū milites in hoſtē miſit,q vbi ſimulata fuga hoſtē effuſe ſequentē,vltra locū
inſidiarū perduxere, cohorta a latere acie, pręcipitatis in fugā his Pharnaſtanem
interfecit.

C. CAESAR ſuis & Afranianis Caſtris cōtrarias tenentib. plani-
cies,cum vtriuſq; partis plurimū intereſſet colles ꝓximos occupare,idq; ꝓpter ſa-
xorum aſperitatē eſſet difficile, tanq̄ Ilerdam repetiturū retro, agmen ordinauit,
faciente inopia fidem deſtinatiōi: Intra breuiſſimū deinde ſpacium,exiguo circu-
itu flexit repente ad montes occupandos. Quo viſu perturbati Afraniani,velut ca-
ptis Caſtris,& ipſi effuſo curſu,eoſdē mōtes petiere:qđ futurū cum prędeſtinaſſet

Cæſar, parti peditatu, quē præmiſerat, partim a tergo ſubmiſsis equibus inordinat
ANTHOnius apud forum Gallorū cum Panſam COS. aduē= (tos eſt adortus,
tare cōperiſſet, inſidiis per ſilueſtria Aemiliæ viæ diſpoſitis, agmen eius excepit,
fuditqꝫ, & ipſum eo vulnere affecit, quo intra paucos dies exanimaretur.
IVBA Rex, in Africa bello ciuili Curiōis animum ſimulato regreſſu, impulit in
vanam alacritatē: cuius ſpei vanitate deceptus Curio, dum tanq̄ fugientē Saborā
Regium Præfectum perſequitur, deuenit in patentes campos, vbi Numidarū cir=
cumuentus equitatu, perdito exercitu cecidit.
MELAntus Dux Athenienſiū, cum ꝓuocatus a Rege hoſtium Xanto Bœotio
deſcendiſſet ad pugnā, vt primū cōminus ſtetit, inique (inquit) Xante, & contra
pactum facis, aduerſus ſolum enī cum altero ꝓceſsiſti. Cumqꝫ admiratus ille, quiſ=
nam ſe comitaretur, reſpexiſſet, auerſum vno ictu confecit.
IPHIcrates Athenieñ. ad Cherroneſſum cum ſciret Lacedæmoniorū Ducē Ana
xibium exercitū pedeſtri itinere ducere, firmiſsimā manum militū eduxit e naui=
bus, & in inſidiis collocauit: naues aūt omniū, tanq̄ onuſtas milite, palā trāſnauiga=
re iuſsit, ita ſecuros & nihil expectantes Lacedæmonios, a tergo ingreſſus itinere
LIBVrni, cum vadoſa loca obſediſſent, capitib. tantū eminē= (oppreſsit, fuditqꝫ.
tib. fidem fecerunt hoſti alti maris, ac triremē, quæ eos perſequebat, implicatā va=
ALCIBiades Dux Atheñ. in Heleſponto aduerſus Numidarū (do cœperunt.
& Lacedæmoniorū Ducem, cum amplum exercitū & plures naues haberet, no=
cte expoſitis in terrā q̄buſdam militū ſuorum, parte q̄qꝫ nauium poſt quædā pro=
montoria occultata ipſe cum paucis ꝓfectus, ita vt cōtemptu ſui hoſtē inuitaret:
eundem inſequentem fugit, donec in præparatas inſidias perduceret: aduerſum
deinde, & egredientem in terrā, per eos quos ad hoc ipſum expoſuerat cecidit.
IDEM nauali prælio decertaturus, cōſtituit malos q̄ſdam in ꝓmontorio, præce=
pitqꝫ his q̄s ibi relinquebat, vt cum prælium cōmiſſum ſenſiſſent, panderent vela.
Quo facto cōſequutus eſt, vt hoſtes aliā claſſem in auxiliū ſuperuenire ei arbitrati
MEMNON Rhodius nauali prælio, cum haberet CC. nauiū claſ= (verterent.
ſem & hoſtium naues elicere ad præliū vellet, ita ordinauit ſuos, vt paucarū naui=
um malos erigerent, eaſqꝫ primas agi iuberent: hoſtes ꝓcul cōſpicati numerū arbo
rum, & ex eo nauiū q̄qꝫ cōiectantes, obtulerunt ſe certamini, & a plurib. occupati
TIMOtheus Dux Athenieñ. aduerſus Lacedæmonios naua= (ſuperatiqꝫ ſunt.
li acie decertaturus, cum inſtructa claſsis eorum ad pugnandū ꝓceſsiſſet, ex velo=
ciſsimis nauibus XX. præmiſit: quæ omni arte varioqꝫ flexu eluderent hoſtē, vt
primū ſenſit deīde minus agilit' moueri aduerſam partem, ꝓgreſſus prælaſſatos fa=
GALLOS, eo prælio q̄d Camilli ductu geſtum eſt, de= (cile ſuperauit.
ſiderātes nauigia q̄bus Tyberim trāſirent. Senatus cenſuit trāſuehendos, & cōme=
atibus q̄qꝫ perſequēdos. Eiuſdem generis hominibus, poſtea per Pomptinū agrū
fugientibus via data eſt quæ Gallica appellatur.

De emittendo hoſte ne clauſus prælium ex deſperatione redintegret.

Front. libr. 2. cap. 6.

L. MARtius eques Ro. cui duobus Scipiōibus occiſis exercitus Imperiū detulit
cum circumuenti ab eo Pœni, ne inulti morerent, acrius pugnarent, laxatis mani
pulis, & conceſſo fugæ ſpacio, diſsipatos ſine periculo ſuorum trucidauit.
C. CAESAR Germanos incluſos, ex deſperatiōe fortius pugnātes, emitti iuſsit;
ANNIbal cum ad Traſimenum incluſi Germani (fugienteſqꝫ aggreſſus eſt.
acerrime pugnarent, deductis ordinib. fecit eis abeundi poteſtatē; eunteſqꝫ ſine ſu=
ANTIgonius Rex Macedonū Aetolis, q̄ in obſidionē (orū ſanguine ſtrauit.
ab eo compulſi, fame vrgebantur, ſtatuerātqꝫ eruptiōe facta commori, viam fugæ
dedit: atqꝫ ita infracto impetu eorum, inſecutus auerſos cecidit.
AGESilaus Lacedæmonius aduerſus Thebanos cum acie cōfligeret intellexiſ=
ſetqꝫ hoſtes locorū conditiōe clauſos, ob deſperatiōem fortius dimicare: laxatis ſu=
orum ordinibus apertaqꝫ Thebanis ad euadendum via, rurſus in abeuntes contra=
xit aciem & ſine iactura ſuorum cecidit auerſos.
CN. MANlius COS. cum ex acie reuerſus capta ab Hetruſcis Romana Caſtra
inueniſſet, omnibus portis ſtatiōe circundatis, incluſos hoſtes in eā rabiem effera=
uit, vt ipſe in prælio caderet. Q̄d vt animaduerterūt legati eius, ab vna parte remo
ta ſtatiōe, exitū Hetruſcis dederūt: & effuſos perſecuti, occurrēte altero Cōſule Fa=
THEmiſtocles victo Xerxe, volentes ſuos pontē rumpere ꝓhi= (bio ceciderūt.

buit, cum

hult eũ docuiſſet aptius eſſe eũ expelli ex Europa q̃ cogi ex deſperatiõe pugnare.
IDEM miſit ad eum, qui indicaret in quo periculo eſſet niſi fugam maturaret.
PYRRhus Epyrotarũ Rex cum quandã Ciuitatẽ cœpiſſet, clauſiſq; portis, ex vl-
tima neceſsitate fortit᷑ dimicantes eos q incluſi erant, animaduertiſſet, locum illis
ad fugam dedit. Idem inter cætera præcepta Imperatoria memoriæ tradidit, non
eſſe pertinacit᷑ inſtandũ hoſti fugienti: ne nõ ſolum a ſe fortius ex neceſsitate reſi-
ſteret, ſed vt poſtea q̃q; facilius acie cęderet, nõ vſq; ad perniciẽ fugientib. inſtatu-
TVLLVS Hoſtilius Rex Romanorũ, cõmiſſo aduerſus (ros victores.
Veientes prælio, cum Albani deſerto exercitu Romanorũ, ꝓximos peterent tu-
mulos, eaq; res turbaſſet noſtrorũ animos, clare ꝓnunciauit iuſſu ſuo Albanos id
feciſſe, vt hoſtem circumueniret. Quæ res & terrorem Veientibus & Romanis
fiduciam attulit, remq; inclinatam conſilio reſtituit.

De diſsimulandis aduerſis. Front. libr. 2. cap. 7.

LVCius Sylla, cum Præfectus eius comitante nõ exigua eqtum manu, cõmiſſo
iam prælio ad hoſtes trãsfugiſſet, ꝓnunciauit iuſſu ſuo id factum: eaq; ratiõe mi-
litum animos non tantum a confuſione retraxit, ſed quadam etiam ſpe vtilitatis,
quæ id conſilium ſecutura eſſet conſummauit.
IDEM cum auxiliares eius miſsi ab ipſo circumuẽti ab hoſtibus & interfecti eſ-
ſent, vereretq; ne propter hoc damnũ, vniuerſus trepidaret exercitus, ꝓnunciauit
auxiliares, q ad defectionẽ cõſpiraſſent, cõſilio a ſe in loca iniqua deductos, ita ma-
nifeſtiſsimã cladẽ, vltiõis ſimulatiõe velauit, & militũ animos hac perſuaſiõe cõfir-
SCIPIO, cum Syphacis legati nunciarẽt ei Regis ſui nõie, ne fiducia (mauit.
ſocietatis eius, ex Sicilia in Africã tranſiret, veritus ne cõfunderent animi ſuorũ,
abſciſſa peregrina ſocietate, dimiſit ire legatos, & famã diffudit, tanq̃ vltro a Sypha
Q. SERTorius cum acie decertaret, Barbarum qui ei nuncia- (ce accerſeret.
uerat Hirculeium periiſſe, pugione traiecit, ne & in aliorum id noticiam perfer-
ret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.
ALCIBiades Atheñ cum ab Abidenis prælio vrgeret, ſubitoq; magno curſu tri-
ſtem aduertiſſet aduentare tabellariũ, ꝓhibuit palã dicere qd afferret. Deinde ſe-
creto ſciſcitatus, a Pharnabazo Regio Pręfecto claſsẽ ſuã oppugnari, cælatis & ho-
ſtib. & militib. pręliũ finiit: ac ꝓtinus ad eripiendã claſsẽ ducto exercitu opem tu-
ANNIbalem venientẽ in Italiã tria millia Carpentariorũ reliquerunt, (lit ſuis.
quo ille exemplo ne & cæteri mouerentur, edixit a ſe eſſe dimiſſos: & inſuper in
fidem eius rei, paucos leuiſsimæ operæ domos remiſit.
L. LVCullus, cum animaduertiſſet Macedones eqtes, q̃s in auxilio habebat, ſubi-
to cõſenſu ad hoſtẽ trãsfugere, ſigna canere iuſsit: & turmas quæ eos ſequerentur
immiſit. hoſtis committi prælium ratus, trãsfugiẽtes telis excepit Macedones: qui
cum viderent neq; recipi ſe ab aduerſariis, & premi ab his quos deſerebant, ne-
ceſſario ad iuſtum prælium conuerſi hoſtem inuaſerunt.
DATAmes Dux Perſarũ aduerſus Anthofradatẽ in Capadociã, cum partem eq-
tum ſuorum trãsfugere cõpeiſſet, cæteros omnes venire ſecum iuſsit, aſſecutuſq;
trãsfugas collaudauit, quod eum alacrit᷑ præceſsiſſent: hortatuſq; eſt eos etiã, vt for-
titer hoſtem adorirentur: pudor transfugis attulit pniam, & conſilium ſuum (quia
non putabant deprehenſum) mutauerunt.
T. QVINTius Capitolinus COS. cedentibus Romanis ementitus eſt in altero
cornu hoſtes fugatos: & ita confirmatis ſuis victoriam retulit.
CN. MAnilius aduerſus Hetruſcos, vulnerato collega Fabio, q ſiniſtrum cornu
ducebat: & ob id parte cedente, ꝙ etiã occiſum crederent Conſulem, cum turmis
equitum occurrit, clamitans & collegam viuere, & ſe dextro cornu viciſſe. Qua
conſtantia redintegratis animis ſuorum vicit.
MARius aduerſus Cymbros & Theutonos, cum metatores eius, per imprudenti-
am ita Caſtris locum cœpiſſent, vt ſub poteſtate Barbarorũ eſſet, a qua flagitanti-
bus eam ſuis, digito hoſtem oſtendens, illinc (inquit) petenda eſt. Quo inſtinctu
aſſecutus eſt, vt protinus Barbari tollerentur.
T. LABIEnus poſt Pharſalicã pugnam, cum victis partibus Dyrrachiũ refugiſ-
ſet, miſcuit vera falſis: & non cœlato exitu pugnę, ęquatã partiũ fortunã graui vul-
nere Cęſaris finxit, & hac aſsimulatiõe reliqs Pompeianarũ partiũ fiduciã fecit.
M. CATO cum Ambratiã, eo tempore quo ſociæ naues ab Aetolis oppugnabã-

 tur, impru-

ſtur, imprudens vno lembo appuliſſet quanq̄ nihil ſecū præſidii haberet, cœpit ſignū voce geſtuq; dare, q̄ videret ſubſequentes ſuorū naues vocare: eaq; aſſeueratione hoſtē terruit, tanq̄ plane ap,ppinquarent, qui quaſi e ,pximo citabant. Aetoli, ne aduentu Romanæ claſsis opprimerent̃ reliquerunt oppugnationem.

De conſtituenda per conſtantiam acie. Front, libr, 2 cap, 8.

SERVIVS Tullius adoleſcens, prælio q̄ Targnius Rex aduerſus Sabinos cōſtixit, ſigniferis ſegnius dimicantib. raptum ſignū in hoſtē miſit: cuius recipiēdi gratia Romani ita ardent̃ pugnauerunt, vt & ſignum & victoriā retulerint.

FVRIus Agrippa COS. cedente cornu, ſignū militare ereptum ſignifero, in hoſtes Hernicos & equos miſit: quo facto eius prælium reſtitutum eſt. Summa enim alacritate Romani ad recipiendum ſignum incubuerunt.

T. QVintius Capitolinus COS. ſignū hoſtes Phaliſcos eiecit: militesq; id repetere iuſsit.

M. FVRIus Camillus T.R.M. Cōſulari poteſtate, cunctāte exercitu arreptū manu ſigniferū in hoſtes Volſcos & Latinos traxit, cęteros puduit nō ſeq.

SALVIVS Pelignus bello Perſico idem fecit.

Q. FVRius auerſo exercitu, cum occurriſſet affirmauit nō recepturum ſe in Caſtra quenq̄ niſi victorem: reductisq; in aciem, victoria potitus eſt.

SCIPIO apud Numantiam, cum auerſum ſuum videret exercitum pronunciauit ſibi pro hoſte futurum quiſquis in Caſtra rediſſet.

SINILius Priſcus dictator, cum ſigna legionū ferri in hoſtes Phaliſcos iuſsiſſet, ſigniferū cunctantem occidi imperauit: quo exemplo perterriti hoſtē inuaſerunt.

COSSus Cornelius Magiſter equitum aduerſus Fidenates idem fecit.

TARQVinius aduerſus Sabinos cunctantes equites, detractis frenis concitatisq; equis procurrere & perrumpere aciem iuſsit.

M. ATTilius COS. bello Samnitico, ex acie refugientibus in Caſtra militibus, aciem ſuorum oppoſuit: affirmans ſecum & cum bonis Ciuibus dimicaturos eos, niſi cum hoſtibus maluiſſent: ea ratione vniuerſos in aciem reduxit.

LVCIus Sylla, cedentib. iam legiōibus exercitui Mythridatico, ductu Archelai, ſtricto gladio in primā aciē ,pcurrit: appellāsq; milites dixit, ſi q̄s quęſiſſet vbi Imperatorē reliqſſent reſpōderent pugnantē in Bœotia: cuius rei pudore vniuerſi eū ſecuti ſunt.

DIVVS Iulius ad Mundā ſuis referentibus pedē, equū ſuum abduci a cōſpectu ſuo iuſsit, & in primā aciem pedes proſiliit: milites dum deſtituere Imperatorem erubeſcunt, redintegrarunt prælium.

PHILippus veritus ne impetum Scytharū ſui nō ſuſtinerēt, fideliſsimos eqtum a tergo poſuit, præcepitq;, ne quem cōmilitonum ex acie fugere paterent̃, perſeuerantius abeuntes trucidarent. Qua denunciatiōe cum effeciſſet, vt etiam timidiſſimi mallent ab hoſtibus quam a ſuis interfici, victoriam acquiſiuit.

De his quæ poſt prælium fiunt ſi res proſpere ceſſerint, & de confirmandis reliquiis bell. Front, libr, 2, cap, 9.

C. MARIVS, victis prelio Theutonis, reliqas eorū (quia nox circūuenerat) circūſedens, ſublatis ſubinde clamorib, per paucos ſuorū territauit, inſomnēq; hoſtem detinuit, ex eo cōſecutus vt poſtero die irreqetum facilius debellaret.

CLAVdius Nero victis Pœnis, q̄s Aſdrubale Duce in Italiā ex Hiſpania traiicientes exceperat, caput Aſdrubalis in Caſtra Annibalis eiecit; q̄ factū eſt vt & Annibal luctu (nā frater occiſus erat) & exercit9 deſperatiōe aduētantis pręſidii affligeretur.

LVCIus Sylla his q Præneſte obſidebant̃ occiſorū in prælio Ducum capita haſtis præfixa oſtendit: atq; ita obſtinatorum peruicaciam fregit.

ARMENius Dux Germanorum, capita eorum quos occiderat ſimiliter præfixa, ad vallum hoſtium admoueri iuſsit.

DOMitius Corbulo cum Tygranocertā obſideret, & Armenii pertinacit̃ viderētur tolerare obſidionē, in quendā ex Megiſtanis q̄s cœperat animaduertit: caputq; eius baliſta excuſſum, intra munimēta hoſtiū miſit: id forte decidit in medium cōſilium, quod tum maxime habebant Barbari: ad cuius conſpectum velut oſtento conſternati, ad deditionem feſtinauerunt.

HERMocrates Syracuſanus, ſuperatis acie Carthaginēn. veritus ne captiui (quorum ingentē manū in poteſtatē redegerat) parum diligent̃ cuſtodirent̃ qui euentus dimicatiōis in epulas & ſecuritatē cōpellere victores poterat, finxit ,pxima nocte eqtatum hoſtilē venturū. Qua expectatiōe aſſequutus eſt, vt ſolito attētius vigiliæ agerent.

IDEM rebus ,pſpere geſtis, & ob id reſolutis ſuis in nimiā ſecuritatē, ſomnoq; & mero preſsis, in Caſtra transfugā miſit, q præmoneret ſe fuga

ipſum, diſpoſitas etiã vbiq; a Syracuſanis inſidias, quarũ metu recepit aciem. Illi cum aduentarent perſecuti in foſſas deciderunt, & eo modo victi ſunt.

TITVS Didius in Hiſpania, cum acerrimo prælio cõflixiſſet, qđ mox dirimerat, magno numero vtrinq; cæſo, cõplura ſuorũ corpora atra nocte ſepelienda curauit: Hiſpani poſtero die ad ſimile officiũ ꝓgreſsi, quia plures ex ipſorũ numero quã ex Romanis cæſos reppererant, victos ſe eſſe ſecundum eam dinumerationem argumentati, ad conditiones Imperatoris deſcenderunt

Si res duriuſe efferti de aduerſis emendandis. Front. lib. 2. cap. 10.

T. MARtius eques Romanus, q reliquiis exercitus duorũ Scipionũ prefuit, cum in ꝓpinquo bina Caſtra Pœnorũ paucis milibus paſſuũ diſtarent, cohortatus milites, ꝓxima Caſtra intempeſta nocte adortus eſt: & cum hoſtem victoriæ fiducia incõpoſitum aggreſſus, ne Nuncios qdem clade reliqſſet, breuiſsimo tempore militi ad reqem dato, eadẽ nocte, raptĩ famã rei geſtę prægreſſus, altera eorũdem Caſtra iuaſit. Ita bis ſimili vſus eſt euẽtu deletis vbiq; Pœnis amiſſas Po. Ro. Hiſpanias reſtituit.

P. VALERIVS Epidauri, timens Oppidanorũ perfidiam, qa parum præſidii habebat, gymnicos ludos ꝓcul ab Vrbe apparauit. Quo cũ omnis fere multitudo ſpectandi cauſa exiſſet clauſit portas, nec in eas antea admiſit Epidaurios quam obſides a Principibus acciperet.

De dubiorum animis in fide retinendis. Front. lib. 2. cap. 11.

CN. POMpeius cum ſuſpectos haberet Cauſenſes, & vereret̃ ne præſidiũ nõ reciperent, petiit ab eis vt ægros interim apud ſe refici paterentur: fortiſsimis deinde habitu languentium miſsis Ciuitatem occupauit continuitq;.

ALEXander deuicta perdomitaq; Thracia petens Aſiam, veritus ne poſt ipſius diſceſſum ſumerent arma, Reges eorũ Præfectoſq;, & omnes qbus videbat̃ ineſſe cura detractę libertatis, ſecum velut honoris cauſa traxit: ignobiles aũt relictis, plebeioſq; præfecit: conſecutus vti Principes beneficiis eius obſtricti nihil nouare vellent: plebs vero ne poſſet quidem ſpoliata Principibus.

ANTIpater cõſpecto priore Neciorũ exercitu (q audita morte Alexãdri ad infeſtandũ Imperiũ eius cõfluxerant) diſsimulans ſe ſcire qua mente veniſſent, gratias his egit, qđ ad auxilium ferendũ Alexãdro aduerſus Lacedęmonios cõueniſſent: adiecitq; id ſe Regi ſcripturũ. Cæterum ipſos (quia ſibi opera eorum in præſentia non eſſet neceſſaria) abirent domos hortatus eſt: & hac aſſeueratione periculum, quod ex nouitate rerum imminebat diſcuſsit.

SCIPIO Aphricanus in Hiſpania, cum inter captiuas eximię formæ virgo alias, & nobilis, ad eum perducta eſſet, omniũq; oculos in ſe cõuerteret, ſumma cuſtodia habitã, ſponſo nomine Alicio reddidit: inſuperq; aurum qđ parentes eius redempturi captiuã domum Scipioni attulerant, eidem ſponſo pro nuptiali munere dedit; q̃ multiplici magnificentia, vniuerſa gens victa, Imperio populi Ro. acceſsit.

ALEXandrũ quoq; Macedonẽ traditum eſt eximiæ pulchritudinis Virgini captiuæ, cum finitimæ gentis Principi fuiſſet deſponſata ſumma, abſtinentia ita pepercisse, vt illam ne aſpexerit quidem. Qua mox ad ſponſum remiſſa, vniuerſæ gentis per hoc beneficium animos conciliauit ſibi.

IMPER. Cæſar Aug. Germanicus, eo bello quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit, cum in finibus Cubiorũ Caſtella poneret, pro fructibus eorum locorũ, quæ vallo cõprehendebat, precium ſolui iuſsit: atq; ea iuſticiæ fama omniũ fidem aſtrixit.

TITVS QVintius COS. cum Volci Caſtra eius aggreſſuri forent, cohortẽ tantummodo in ſtatiõe detinuit; reliquum exercitũ ad qeſcendum dimiſit: æneatoribus præcepit vt vallum inſidentes equis circumirent contineretq;. Qua facie & ſimulatiõe cum & ꝓpulſaſſet & detinuiſſet per totã noctẽ hoſtes, ad lucis exortum feſſos vigilia, repente facta eruptione, facile ſuperauit.

Quæ facienda ſunt pro Caſtris ſi ſatis fiduciæ in præſentibus copiis non habeamus.

QVINtus Sertorius in Hiſpania hoſtium equitatui maxime impar, qui vſq; ad ipſas munitiões nimia fiducia ſuccedebat, nocte ſcrobes aperuit, & ante eas aciem direxit: cum demum turmales ſecundũ cõſuetudinem redire vellent, pronũciauit comperiſſe inſidias ſe ab hoſtibus diſpoſitas: idcirco ne diſcederent a ſignis neue laxarent agmen. Quod cum ſoluere ex diſciplina feciſſet, exceptus forte veris inſidiis, quia prædixerat, interritos milites habuit.

Front. lib. 2. cap. 12.

PHARES Dux Athenienſiũ cum expectaret auxilia, & vereretur ne interea cõtemptu præſentis paucitatis hoſtes Caſtra eius oppugnarent, complures ex eis quos habebat, per aduerſam partem nocte miſſos, iuſsit qua præcipue conſpicui

forent ho-

forent hoſtibus, redire in Caſtra: & ad cedentiũ nouarum virium ſpeciem prębere: atq; ita ſimulatis auxiliis tutus eſt donec inſtrueretur expectatis.

IPHICrates Athenieñ. cũ campeſtribus locis Caſtra haberet, exploraſſetq; Thraces ex collibus, per quos vnus erat deſcenſus, nocte ad diripienda Caſtra venturos, clam duxit exercitũ, & in vtroq; viæ latere (per quã tranſituri erant Thraces) diſtributũ collocauit: hoſtẽq; decurrentẽ in Caſtra (in qbus multi ignes per paucorũ curã iſtituit, ſpeciẽ manẽtis ibi multitudinis ſeruabãt) a laterib. adortus oppreſsit.

De effugiendo.
Front. lib. 2. cap. 13.

GALLI pugnaturi cum Attalo, aurum omne & argentũ certis cuſtodibus tradiderũt: qbus ſi acie fugiſſent parceret, q̊ facilius colligenda præda hoſtẽ impe(ditũ effugerẽt.

TRIPHON Syrię Rex victus, per totum iter fugiens pecuniã ſparſit: eumq; ſectantes Antiochi equites moratus effugit.

QVINtus Sertorius pulſus acie a Quinto Metello Pio, ne fugã qdem ſibi tutam arbitratus, milites diſperſos abire iuſsit, admonitos in quẽ locũ vellet cõuenire.

VIRIAtus Dux Luſitanorũ copias noſtras, locorũq; iniqtatem euaſit eadem qua Sertorius ratione, ſparſo exercitu deinde recollecto.

HORAtius Cocles vrgente Porſennæ exercitu, iuſsit ſuos per pontem redire in Vrbem, eumq; (ne caſu ſequeret̃ hoſtis) intercidere. Quod dum efficitur in capite eius propugnator ipſe inſeqnentes detinuit. Audito deniq; fragore pontis abrupti, deiecit ſe in alueum, eumq; in armis & vulneribus oneratus tranauit.

AFRAnius in Hiſpania ad Ilerdã, cum Cæſarẽ fugeret, inſtãte eo Caſtra poſuit: cum idem Cæſar feciſſet & pabulatũ ſuos dimiſiſſet, ille ſignũ repẽte itineri dedit.

ANTOnius cum ex Parthis ſibi inſtantibus reciperet exercitũ, & quoties prima luce moueret, toties vrgentib. Barbarorũ ſagittis infeſtaret̃, abeuntium agmen in quintã horam cõtinuit, ſuiſq; fidem cõſtantiorem fecit: qua perſuaſionę digreſsis inde Parthis, iuſtum iter alio die ſine interpellatione confecit.

PHILippus in Epiro victus, ne fugientẽ eum Romani pręmerent, inducias ad ſepeliendũ eos qui cæſi erant impetrauit: & ob id remiſſioribus cuſtodibus, euaſit.

PVBLius Cl. nauali prælio ſuperatus a Pœnis, cum per hoſtium præſidia neceſſe haberet erumpere, reliquas vigĩti naues tanq̃ victrices iuſsit ornari: atq; ita Pœnis exiſtimantibus ſuperiores fuiſſe acie noſtros, terribilis exceſsit.

POENI claſſe ſuperati, qa inſtantem auertere Romanum ſtudebant, ſimulauerunt in vada naues ſuas incidiſſe hærentesq; imitati effecerunt, vt victor eorum timens caſum ſpacium ad euadendum daret.

COMMius Atrabas cum victus a D. Iulio ex Gallia in Britanniã fugeret, & forte ad Oceanum ſecundo vento qdem ſed æſtu recedente veniſſet, quãuis naues in ſiccis littoribus hærerẽt, pãndi nihilominus vela iuſsit. Quę cum perſequens eum Cæſar ex longinquo tumentia & flatu plena vidiſſet, ratus proſpero ſibi eripi curſu receſsit.

Front. in præfatione libri tercij.

SI PRIORES Libri reſpõderunt titulis ſuis, & lectorẽ huc vſq; cũ attentione perduxerunt, ædam nunc circa oppugnatiões Vrbium defenſiõesq; ſtrategemata: nec morabor vlla prælocutiõe, prius traditurus quæ oppugnandis Vrbibus vſui ſunt, tum quæ obſeſſos inſtruere poſsint: depoſitis aũt operibus & machinamentis, q̊rum expleta iam pridem inuentiõe, nullam video vltra artium materiam, has circa expugnatiõem ſpecies ſtrategematon fecimus.

De repentino impetu. Cap. 1.
De fallendis iis q obſidebunt̃. Cap. 2.
De eliciendis ad proditionẽ. Cap. 3.
Per quę hoſtes ad iopiã redigãt̃. Ca. 4.
Quemadmodũ perſuadeatur obſidionem permanſuram. Cap. 5.
De deſtructiõe pręſidiorũ hoſtiũ. Ca. 6.
De fluminum deriuatione, & vitatione aquarum. Cap. 7.
De iniiciendo obſeſsis pauore. Cap. 8.
De irruptione ex diuerſa parte quam expectamus. Cap. 9.
De inſidiis per quas eliciantur obſeſsi. Cap. 10.
De ſimulatione regreſſus. Cap. 11.
Ex cõtrario, circa tutelã obſeſſorũ.
De excitanda cura ſuorum. Cap. 12.
De emittẽdo & recipiẽdo nũcio. Ca. 13.
De introducendis auxiliis, & commeatibus ſuggerendis. Cap. 14.
Quemadmodum efficiatur, vt abundare videantur quæ deerunt. Cap. 15.
Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur. Cap. 16.
De eruptionibus. Cap. 17.
De conſtantia obſeſſorum. Cap. 18.

T. QVINTI-

De repentino impetu. Front. libr. 3. cap. 1.

T. QVINTIVS COS. victis acie Equis, & Volſcis cum Antium Oppidũ expugnare ſtatuiſſet, ad concionẽ vocato exercitu, expoſuit quã id neceſſariũ & facile eſſet, ſi nõ differret: eoq; impetu, quẽ exhortatio concitauerat, aggreſſus eſt Vrbem.

MARCus Cato animaduertit in Hiſpania potiri ſe quodã Oppido poſſe, ſi inopinantes inuaderet, quatridui itaq; iter biduo, per cõfragoſa & deſerta emenſus, nihil tale metuentes oppreſsit hoſtes: victorib. deĩde ſuis cauſam tã facilis euentus requirentib. dixit, tum illos victoriã adeptos, cum quatridui iter biduo arripuerint.

De fallendis iis qui obſidebuntur. Front. libr. 3. cap. 2.

DOMITIVS Caluinus cum obſideret Liucã Oppidum Ligurum ſitu nõ tantũ & operibus, verum etiã ꝓpugnatorum præſtantia tutum, circuiri muros frequenter omnibus copiis inſtituit: eaſdemq; reducere in Caſtra. Qua cõſuetudine inductis ita Oppidanis, vt crederẽt exercitatiõis id gratia facere Romanum, & ob hoc nil ab eo conatu cauẽtibus, morem illum obãbulandi in ſubitũ direxit impetum: occupatiſq; mœnibus oppreſsit, vt ſeipſos dederent & Oppidũ.

C. DVillius COS. ſubinde exercendo milites, remigeſq; cõſecutus eſt, vt ſecuris Carthaginenſib. vſq; in id tẽpus innoxię cõſuetudinis, ſubito admota claſſe murũ occuparet.

ANNIbal in Italia multas Vrbes cœpit, cum Romanorũ habitu q̃ſdam ſuorum, ex longo belli vſu latinæ quoq; loquentes præmitteret.

ARCAdes Meſſeniorũ Caſtellum obſidentes: factis quibuſdam armis ad ſimilitudinem hoſtiliũ, eo tempore quo ſucceſſura alia præſidia his explorauerant, inſtructi eorum qui expectabantur ornatu, admiſsiq; per hunc errorem vt ſocii, poſſeſsionem loci ſtrage hoſtium adepti ſunt.

CYMON Dux Athenienſiũ in Caria inſidiatus cuidã Ciuitati, religioſum incolis templũ Dianæ lucumq;, q̃ extra muros erat noctu impulſus incendit: effuſiſq; Oppidanis ad opem aduerſus ignes ferendam, vacuã defenſorib. cœpit Vrbem.

ALCIBiades Dux Atheñ. cum Ciuitatẽ Agrigentinorũ egregie munitã obſideret: petito ab eis conſilio, diu tanq̃ de rebus ad cõmune pertinentibus diſſeruit in theatro, vbi ex more Græcorũ locus cõſultatiõi prębebatur, dumq; cõſilii ſpecie tenet multitudinẽ, Atheñ. q̃s ad id præparauerat incuſtoditã Vrbem cœperũt.

EPAMInundas Thebanus in Archadia, die feſto effuſe extra mœnia vagantib9 hoſtiũ fœminis, plęroſq; ex militibus ſuis muliebri ornatu immiſcuit: qua ſimulatiõe illi intra portas ſub noctem recepti, cœperunt Oppidũ. & ſuis aperuerunt.

ARISTippus Lacedęmonius, feſto die Tegeatarũ, quo omnis multitudo ad celebrandũ Mineruæ ſacrum Vrbe egreſſa erat, iumenta ſaccis frumentariis palea refertis onuſta, Tegeã miſit: agentib. ea militibus, q̃ negociatorũ ſpecie inobſeruati portas aperuerũt ſuis.

ANTIochus in Cappadocia ex Caſtello Suenda quod obſidebat, iumenta frumentatũ egreſſa intercepit: occiſiſq; calonibus, eorundẽ veſtitu milites ſuos tanquã frumentum reportantes ſubmiſit. Quo errore illi, cuſtodibus deceptis, Caſtellum intrauerunt, admiſeruntq; milites Antiochi.

THEBani cum portum Sycioniorũ nulla vi redigere in poteſtatẽ ſuam poſſent, nauem ingentem armatis cõpleuerunt, expoſita ſuper merce, vt negociatorũ ſpecie fallerent: ab ea deinde parte murorum, quæ longiſsime remota erat apparere paucos diſpoſuerunt: cum quibus e naue q̃dam regreſsi inermes ſimulata rixa, occurrerunt. Sicioniis ad dirimendũ id iurgium aduocatis. Thebanæ naues & portũ vacantem & Vrbem occupauerũt. THymarcus Aetolus occiſo Charmade Ptolomei Regis Præfecto, chlamide interempti & galero ad Macedonicũ ornatus eſt habitũ: per hũc errorẽ ꝓ Charmade in Samniorũ portũ receptus occupauit.

De eliciendis ad proditionem. Front. libr. 3. cap. 3.

PAPYRIVS Curſor COS. apud Tarentũ, Miloni q̃ tum præſidio Epirotarum Vrbem obtinebat, ſalutẽ ipſi & popularibus, ſi per illum Oppido potiretur, pollicitus eſt. Quibus præmiis ille corruptus perſuaſit Tarentinis vt ſe legatum ad Conſulem mitterent: a quo plena promiſſa ex pacto referens, in ſecuritatem Oppidanos reſoluit: atq; ita incuſtoditam Vrbem Curſori tradidit.

M. MARCellus cum Syracuſanũ quendã Soſiſtratũ ad ꝓditionem ſollicitaſſet: ex eo cognouit remiſsiores cuſtodias fore die feſto, quo Ephicides præbiturus eſſet, vini epularumq; copiã, inſidiatus igitur hilaritati, & quę eam ſequebatur ſocordiæ, munimenta cõſcendit: vigilibuſq; cæſis aperuit exercitui Romano Vrbem nobilib. victoriis clarã.

TARQVinius Superbus cũ Gabios in deditionẽ accipere non poſſet filium ſuum SEX. Tarquinium cæſum virgis ad hoſtem miſit, is

Incuſata patris ſæuitia perſuaſit Gabinis, vt odio ſuo aduerſus Regem vterentur: & Dux ad bellum electus tradidit patri Gabios.

CYRVS Perſarũ Rex ſuum comitem Zopirum, explorata eius fide truncata de induſtria facie, ad hoſtes dimiſit: ille aſſentante iniuriarũ fide, creditus inimiciſsimus Cyro, cum hanc perſuaſionẽ adiuuaret ꝓcurrendo propius q̃ties acie decertaret & in eum tela dirigendo cõmiſſam ſibi Babyloniorũ Vrbem tradidit Cyro.

PHILIPPus Oppido Samiorũ excluſus Apollonide Præfecto eorũ, ad ꝓditionẽ corrupto perſuaſit, vt plauſtrũ lapide quadrato oneratum, in ipſo aditu portæ poneret: confeſtĩ deinde ſigno dato inſequutus Oppidanos, circa ĩpedita portę clau-
ANNIbal apud Tarentũ quæ a præſidio Romano, (ſtra oppreſsit trepidãtes.
Duce Liuio tenebatur, Eoneum quendã Tarentinũ quẽ ad ꝓditionem ſollicitauerat, eiuſmõi fallacia inſtruxit, vt ille per cauſam venãdi noctu pręcederet, quaſi id per hoſtem interdiu non liceret: Egreſſo ipſi apros ſubminiſtrabãt, q̃s ille tanq̃ ex captura Liuio offerret, idq; cum ſæpius factum eſſet, & ideo minus obſeruaret: quadã nocte Annibal venatorũ habitu, Pœnos comitibus eius immiſcuit: qui cũ onuſti venatiõe quã ferebant recepti eſſent a cuſtodibus, protinus eos adorti occiderunt. Tunc fracta porta admiſſus cum exercitu Annibal omnes Romanos interfecit, exceptis his qui in arcem præfugerant.

LYSIMAchus Rex Macedonũ, cum Epheſios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronẽ Archipiratã, qui plerumq; oneratas præda naues, Epheſum appellebat: corrupto ei ad proditionem, iunxit fortiſsimos Macedonum, quos ille reſtrictis manibus pro captiuis Epheſum introduceret: qui poſtea raptis ex arce armis Vrbem Lyſimacho tradiderunt.

Per quæ hoſtes ad inopiam redigantur. Front. libr. 3 cap. 4.

FABIVS Maximus vaſtatis Campanorũ agris, ne q̃d eis ad fiduciã obſidionis ſupereſſet, receſsit ſementis tempore, vt frumentũ quod reliquum habebat in ſationes conferrent: reuerſus deinde renato protriuit, & ad famẽ redactis potitus eſt.

ANTIGONIVS aduerſus Athenienſes idem fecit.

DIONyſius multis Vrbibus captis, cum Rhegynos aggredi vellet, qui copiis abũdant, ſimulauit pacem, petiitq; ab eis, vt cõmeatus exercitui ipſius ſubminiſtrarẽt: qđ cum impetraſſet, exhauſto Oppidanorũ frumẽto aggreſſus Vrbẽ alimentis deſtitutam ſuperauit.

IDEM & aduerſus Himereos feciſſe dicitur.

QVINtus Curtius. Alexãder oppugnaturus Leucadiã cõmeatibus abundantẽ, prius Caſtella, quę in confinio erant cœpit: omneſq; ex his Leucadiam paſſus eſt confugere, vt alimenta inter multos celerius abſumerentur.

PHALaris Agrigentinus, cum quędam loca munitiõe tuta in Sicilia oppugnaret, ſimulato fœdere frumenta quæ reſidua ſe habere dicebat, apud eos depoſuit: deinde data opera vt tectorum cameræ, in quibus id conferebatur reſciſſæ pluuiam reciperent, vt fiducia conditi commeatus, proprio tritico abuſos initio æſtatis aggreſſus inopia compulit ad deditionem.

Quemadmodum perſuadeatur obſidionẽ permanſuram. Front. libr. 3. cap. 5.

CLEARCHVS Lacedæmonius, exploratum habens Thraces omnia victui neceſſaria in montes cõportaſſe, vna quoq; ope ſuſtentari, quod crederẽt eum cõmeatus inopia receſſurum: per id tempus quo legatos eorum venturos opinabatur, aliquẽ ex captiuis in conſpectu iuſsit occidi: & membratim tanq̃ alimenti cauſa in contubernia diſtribuit: Thraces nihil non facturũ perſeuerantię cauſa eũ credentes, q tam deteſtabiles epulas ſuſtinuiſſet experiri, in deditionẽ venerunt.

TYBErius Gracchus Luſitanis dicentibus in decem annos cibaria ſe habere, & ideo obſidionẽ nõ expaueſcere, vndecimo inquit anno vos capiam. Qua voce perterriti Luſitani quanq̃ inſtructi commeatibus ſtatim ſe tradiderunt.

A. TORquato Græcam Vrbẽ oppugnanti, cum diceretur iuuentutẽ ibi ſtudioſe iaculis & ſagittis exerceri, pluris eam inquit prope diem vendam.

De deſtructione præſidiorum hoſtium. Front. libr. 3. cap. 6.

SCIPIO Annibale in Aphricã reuerſo, cum plura Oppida, quæ ratio illi in poteſtatẽ redigenda dictabat, firmis præſidiis diuerſę partitis obtinerẽtur, ſubinde aliquã manum ſummittebat ad infeſtanda ea, nouiſsime etiã tanq̃ direpturus Ciuitates aderat: deinde ſimulato metu refugiebat: Annibal ratus veram eſſe eius trepidationẽ, deductis vndiq; pręſidiis tanq̃ de ſumma rerum dimicaturus inſequi cœpit: ita conſecutus Scipio quod petierat nudatas propugnatoribus Vrbes, per Maſiniſſam & Numidas cœpit.

P. CORNelius

P. CORNElius Scipio intellecta difficultate expugnandi Delminum, quia omnium concurſu defendebatur, aggredi alia Oppida cœpit.

PYRRhus Epirotarum Rex, aduerſus Illyricos cum Ciuitatē, quæ caput gentis erat redigere in poteſtatē ſuam vellet, eius deſperatiōe cæteras Vrbes petere cœpit: cōſecutusq́ eſt, vt hoſtes fiducia velut ſatis munitæ Vrbis eius ad tutelā aliarū dilaberent. Quo facto ipſe rurſus reuocatis omnibus ſuis, vacuā eam defenſoribus cœpit.

CORNElius Ruffinus COS. cum aliquanto tēpore Crotonā Oppidum, fruſtra obſediſſet: qđ inexpugnabile faciebat, aſſumpta in præſidia Lucanorum manu, ſimulauit ſe cœpto deſiſtere: captiuū deinde magno præmio ſollicitatum, miſit Crotonam: qui (tanq̄ ex cuſtodia effugiſſet) perſuaſit diſceſsiſſe Romanos: id verū Crotonēſes arbitrati, dimiſere auxilia: deſtitutiq́ ꝓpugnatorib. inopinati, & inualidi capti ſunt.

MAGO Dux Carthaginēſium victo CN. Piſone, & in quadā turre circumſepto, ſuſpicatus vētura ei ſubſidia, per fugā miſit q perſuaderet appꝛopinquātibus captū iā Piſonē. Qua ratiōe deterritis eis reliqua victoriȩ cōſumauit.

ALCIBiades in Sicilia cum Syracuſanos capere vellet, ex Catinēſibus, apud quos tum exercitū continebat, quendā exploratæ ſolertiæ ſubmiſit ad Syracuſanos: is in publicū conſilium introductus perſuaſit infeſtiſsimos eſſe Catinenſes Atheniēſibus, & ſi adiuuarent a Syracuſanis, futurū vt opprimerēt eos & Alcibiadem: qua re adducti Syracuſani vniuerſis viribus Catinā petituri ꝓceſſerunt, relicta ipſorū Vrbe: quā a tergo adortus Alcibiades deſolatā vt ſperauerat afflixit.

CLEOnymus Athenienſes Troezenios (qui præſidio Craterū tenebant) aggreſſus, tela quædā (in quibus ſcriptū erat veniſſe ſe ad liberandā eorum Rempub.) intra muros iecit: & eodem tempore captiuos quoſdā conciliatos ſibi remiſit, qui Craterū detrectarent. Per hoc conſilium ſeditione inteſtina apud obſeſſos conciliata, admoto exercitu potitus eſt Ciuitate.

De fluminum deriuatione & uitiatione aquarum.
Front. libr. 3. cap. 7.

PVBLIVS Seruilius Iſauram Oppidum flumine (ex quo hoſtes aquabantur) auerſo ad deditionem ſiti compulit.

C. CAESAR in Gallia Caduceorum Ciuitatem amne cinctam & fontibus abundantem ad inopiam aquæ redegit, cum fontes cuniculis auertiſſet & fluminis vſum per ſagittarios arcuiſſet.

L. METELLus in Hiſpania citeriore, Caſtra hoſtium in humili loco poſita, fluuium ex ſuperiore parte immiſit: & ſubita inundatione turbatos, per diſpoſitos in hoc ipſum inſidiatores cecidit.

ALEXAnder apud Babilonē quæ media flumine Eufrate diuidebatur foſſam parit & aggerē iſtituit, vt in vſum eius extimarēt hoſtes aggeri terrā, atq́ ita ſubito flumie auerſo, per alueū veterē (q ſiccatus ingreſſum prębebat) Vrbē intrauit.

SEMIRamis aduerſus eoſdē Babilonios eodē Eufrate auerſo, idem feciſſe dicit.

CLISTHenes Sicionius ductum aquarū in Oppidum Criſeorū ferentem rupit: Mox affectis ſiti reſtituit aquā elleboro corruptā, qua vſos profluuio ventris decipiens cœpit.

De iniiciendo obſeſſis pauore.
Front. libr. 3. cap. 8.

PHILIPPVS cum Trinaſſum Caſtellū, nulla vi capere poſſet terram ante ipſos muros eggeſsit, ſimulauitq́ agi cuniculum: Caſtellaniq́ quia ſubrutos ſe exiſtimarant dediderunt.

PELOPidas Thebanus Magnetū duo Oppida, ſimul oppugnaturus non ita longo ſpacio diſtantia, quo tempore ad alterum eorum exercitū admouebat, præcepit, vt ex compoſito ab aliis Caſtris quatuor equites coronati, notabili alacritate velut victoriā nunciantes venirent: ad cuius ſimulationē curauit, vt ſylua quæ in medio erat incenderetur, præbitura ſpeciem Vrbis ardentis: præterea quoſdā captiuorum habitu eodē iuſsit perduci. Qua aſſeueratiōe perterriti, qui obſidebantur dum in parte iam ſe ſuperatos exiſtimarent, defecerunt.

CYRVS Rex Perſarum incluſo Sardibus Crœſo, qua præruptus mons nullum aditum præſtabat, ad mœnia malos exequantes altitudinē iugi ſubrexit. Quibus ſimulachra hominū armata Perſici habitus impoſuerat, noctuq́ eos monti admouit. Tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt, vbi orto ſole ſimulachra illa, armatorum referentia habitum, refulſerunt, Oppidani captam Vrbem a tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapſi victoriam hoſtibus conceſſerunt.

De irruptione ex diuerſa parte quam expectamus.
Front. libr. 3. cap. 9.

SCIPIO apud Carthaginē ſub diſceſſum ęſtus maritimi ſecutus Deū (vt dicebat) Ducē ad muros Vrbis acceſsit: & cedēte ſtagno, qua nō expectabaē irrupit.

FABIus Maximus Cunctatoris filius, apud Arpos præſidio Annibalis occupatos, conſiderato ſitu Vrbis, ſexcentos milites obſcura nocte miſit: qui per munitã eoq; minus frequentẽ Oppidi partem ſcalis euecti in murum, portas reuellerent: hi adiuti decidentium aquarum ſono, qui operis ſtrepitum obſcurabat, iuſſa peragunt: ipſe dato ſigno ab alia parte aggreſſus cœpit Arpos.

C. MARIus bello Iugurtino apud flumen Mulucham, cum oppugnaret Caſtellum, in monte ſaxeo ſitum, quod vna & anguſta ſemita adibatur, cætera parte velut cum ſaltu præcipiti, nunciato ſibi per Ligurem quendã ex auxiliis gregalẽ militem, qui forte aquatum progreſſus, dum per ſaxa montis cocleas legit, ad ſummũ perueneratat, eripi poſſe Caſtellũ, paucos Centuriões, quibus perfectiſsimos cum velociſsimis militibus æneatores immiſcuerat, miſit: capite pedibusq; nudis, vt proſpectus viſusq; per ſaxa facilior foret, ſcutis armisq; a tergo aptatis, hi Ligure Duce & telis & clauis quibus in aſcenſu nitebantur adiuti, cum ad poſteriora & ob id vacua defenſoribus Caſtelli perueniſſent, cõcinere & tumultuari, vt præceptũ erat cœperunt: ad quod conſtitutũ Marius cõſtantius adhortatus ſuos, acrius inſtare Caſtellanis cœpit. Quos ab imbelli multitudine ſuorum reuocatos tanq̃ capti a tergo eſſent, inſecutus Caſtellum cœpit.

LVCIus Cornelius COS. complura Sardinę cœpit Oppida: dum fortiſsimas partes copiarum, noctu exponit: quibus præcipiebat vt deliteſcerent operirenturq; tempus, quo ipſe nactus appelleret: occurrẽtibus deinde aduẽtanti hoſtibus & ab ipſo per ſimulationem fugæ longius ad perſequendum auocatis, illi in relictas ab eis Vrbes impetum facerent.

PERICles Athenienſiũ Dux cum oppugnaret quandam Ciuitatẽ, magno conſenſu defendentiũ tutam, nocte ab ea parte murorum quæ mari adiacebat claſsicum cani, clamorẽq; attolli iuſsit: hoſtes penetrari illac in Oppidum rati, reliquerunt portas: per quas Pericles deſtitutas præſidio irrupit.

ALCIBiades Dux Athenienſiũ Cyzicum oppugnandi eius cauſa nocte improuiſus acceſsit, & ex diuerſa parte mœnium Cornicines canere iuſsit: ſufficere propugnationi murorum poterant ad id latus, a quo ſolo ſe tentari putabant, cum fluerent qua non obſidebantur muros tranſcendit.

TRASIbulus Dux Mileſiorũ, vt portum Sycinſiorũ occuparet, a terra ſubĩde Oppidanos tẽtauit: & illo q̃ laceſſebant cõuerſis hoſtibus, claſſe iſpectata portũ cœpit.

PHILIppus in obſidione cuiusdã maritimæ Vrbis, binas naues procul a conſpectu cõtabulauit, ſuperſtruxitq; eis turres: aliis deĩde turribus adortus a terra, domibus ꝓpugnatores diſtrixit, turritas naues a mari applicuit, & qua nõ reſiſtebaẽ ſubiit muros.

PERICles Peloponneſſorũ Caſtellũ oppugnaturus, in quod duo omnino erant acceſſus, alterum foſſa intercluſit, alterum munire inſtituit: Caſtellani ſecuriores ab altera parte facti, eam ſolam qua muniri videbant cuſtodire cœperunt: Pericles pręparatis põtibus, iniectisq; ſuper foſſam qua nõ cauebaẽ ſubiit caſtellum.

ANTIOchus aduerſus Epheſios, Rhodiis quos in auxilio habebat præcepit, vt nocte portum cum magno ſtrepitu inuaderent: ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defenſore reliquis munitionibus ipſe aggreſſus ex aduerſo Ciuitatem cœpit.

De inſidijs per quas eliciantur obſeſſi. Front. lib 3, cap. 10.

CATO in conſpectu Lacetanorũ quos obſidebat, reliquis ſuorũ ſubmotis, Sueſſanos quoſdam ex auxiliaribus, maxime imbelles, aggredi mœnia iuſsit: hos cum facta eruptione Lacetani facile auertiſſent, & fugientes auide inſequuti eſſent, illis quos occultauerat cohortibus Oppidum cœpit.

LVCIVS Scipio in Sardinia, cuiusdam Ciuitatis per tumultũ relicta oppugnatione quam inſtruxerat, ſpeciem fugientis præſtitit: inſecutisq; temere Oppidanis per eos quos in proximo occultauerat Oppidum inuaſit.

ANNIbal cum obſideret Ciuitatẽ Hymeram, Caſtra ſua capi de induſtria paſſus eſt, iuſsis recedere Pœnis tanq̃ præualeret hoſtis. Quo euentu Hymeracis ita deceptis, vt gaudio impulſi relicta Vrbe procurrerent ad Punicũ vallum: Annibal vacuam Vrbem per eos quos in inſidiis, ad hanc ipſam occaſionem poſuerat, cœpit. Idem vt Saguntinos eliceret rara acie ad muros accedens ad primam eruptionem Oppidanorum ſimulata fuga ceſsit: interpoſitoq; exercitu ab Oppido interclusos hoſtes a ſuis, in medio trucidauit.

HIMILCO Carthagienſis, apud Agrigentū iuxta Oppidum, partem copiarū in inſidiis poſuit: præcepitq; his, vt cum proceſsiſſent Oppidani ligna humida incenderent: deinde cum reliqua parte exercitus luce ad eliciendos hoſtes progreſſus, ſimulata fuga perſequentes Oppidanos longius cedendo protraxit: inſidiatores prope mœnia imperatū ignem acerbum ſubiecerūt. Vnde obortum contemplati fumum Agrigentini incenſam Ciuitatē ſuam exiſtimauerūt: defendendæq; eius gratia, dum trepide recurrunt, obuiis eis qui inſidiati iuxta muros erant, & a tergo inſtantibus quos perſecuti fuerant, in medio trucidati ſunt.

VIRIATUS diſpoſito per occulta milite, paucos miſit qui abigerent pecora Socobrigentiū, atq; illi vindicanda cū frequentes procucurriſſent, ſimulantesq; fugam prædatores perſequerentur, deducti in inſidias cæſiq; ſunt. Scordiſci equites (cum Heracleæ duarum partiū præſidio propoſitus eſſet Lucullus) pecora abigere ſimulantes, prouocarūt eruptionem: fugam deinde mentiti, ſequentem Lucullum in inſidias deduxerunt, & octingentos cum eo milites occiderunt.

CHARES Dux Athenienſiū, Ciuitatē aggreſſurus littori appoſitam poſt quædam promontoria occulte habita claſſe, e nauibus velociſsimā pręter hoſtilia pręſidia ire iuſsit: qua viſa, cum omnia nauigia, quæ pro cuſtodia portus agebantur ad perſequendam euolaſſent, Chares indefenſum portum cum reliqua claſſe inuectus, etiam Ciuitatem occupauit.

BARCA Dux Pœnorum, in Sicilia Lilibæum noſtris terra mariq; obſidentibus, partem claſsis ſuæ procul armatam iuſsit oſtendi: ad eius conſpectum cum euolaſſent noſtri, ipſe reliquis quas in occulto tenuerat nauibus, Lilibæi portum occupauit.

PHORMION Dux Athenienſium, cum depopulatus eſſet agros Chalcidenſium, legatis eorum de ea re quærentibus benigne reſpondit: & nocte qua dimiſſurus illos erat, finxit literas ſibi ſuperueniſſe Ciuium ſuorum, propter quas redeundum haberet, ac paulum regreſſus dimiſit legatos, his omnia tuta & abiſſe Phormionem renunciantibus, Chalcidenſes ſpe & oblatæ humanitatis & abducti exercitus remiſſa Vrbis cuſtodia, cum confeſtim Phormion reuertiſſet prohibere inexpectatam vim non potuerant. *De ſimulatione regreſſus. Front. lib. 3. cap. 11.*

AGESILAVS Dux Lacedæmoniorū cum Phocenſes obſideret, & intellexiſſet eos qui tunc præſidio illis erant, iam grauari belli incommodo, paulum regreſſurus tanquam ad alios actus, liberam occaſionem recedendi his dedit: non multo poſt milite reducto, deſtitutos Phocenſes ſuperauit.

ALCIBIADES aduerſus Byzantios qui ſe mœnibus continebant, inſidias diſpoſuit: & ſimulato regreſſu, incautos eos oppreſsit.

VIRIATVS cum tridui iter diſcedens confeciſſet, idem illud vno die remenſus ſecuros Segobrienſes & ſacrificio tum maxime occupatos oppreſsit.

EPAMINVNDAS Mantiniam cum Lacedæmonios in ſubſidium hoſti veniſſe animaduerteret, ratus poſſe Lacedæmonem occupari, ſi clam illo profectus eſſet, nocte crebros ignes fieri iuſsit, vt ſpecie remanēdi, occultaret profectionem. Sed a transfuga proditus, aſſecuto exercitu Lacedæmoniorū, itinere quidem quo Spartam petebat deſtitit: idem tamen conſilium conuertit ad Mantinieſes: æque enim ignibus factis Lacedæmonios quaſi maneret fruſtratus, per XL. millia paſſuum Mantiniam reuertitur, eamq; auxilio deſtitutam occupauit.

ALCIBIADES Athenieñ. Ciuitate ſua a Lacedæmoniis obſeſſa, veritus negligentiam vigilum, denunciauit his qui in ſtationibus erant, vt obſeruarēt lumen quod nocte oſtenſurus eſſet ex arce, & ad conſpectum eius ipſi quoq; lumina attollerent. In quo munere, qui ceſſaſſet, pœnam paſſurum: dum ſollicite expectatur ſignum Ducis, peruigilatum ab omnibus & ſuſpectæ noctis periculum euitatum eſt. *Ex contrario circa tutelam obſeſſorum, de exercitanda cura ſuorum. Front. lib. 3. cap. 12.*

IPHICRATES Dux Athenienſiū cum præſidio Corinthum teneret, & ſub aduentum hoſtium ipſe vigilias circumiret, vigilem quem dormientem viderat, transfixit cuſpide: quod factum quibusdā tanq̄ ſæuum increpantibus, qualem inueni inquit talem reliqui.

EPAMINVNDAS Thebanus idem feciſſe dicitur.

De excludendo & recipiendo nuncio. Front. lib. 3. cap. 13.

ROMANI obſeſsi in Capitolio ad Camillum ab exilio implorandum, miſerunt Pontium Cominum, qui vt ſtationes Gallorum falleret, per ſaxa Tarpeia dimiſſus, tranſnato Tyberi Veios peruenit, & perpetrata legatione ſimiliter ad ſuos rediit.

CAMPANI, diligenter Romanis a quibus obſeſsi erant cuſtodias agentibus, quendam pro transfuga ſubornatum miſerunt, qui occultatam balteo epiſtolam, inuenta effugiendi occaſione ad Pœnos pertulit.

VENATIONE quoq; & pecoribus qdam inſuerũt literas, mẽbranis mandatas.

ALIQVI & iumentum in aduerſam partem infulſerunt dum ſtationes tranſeunt. Nonnulli interiora vaginarum inſcripſerunt.

L. LVCVLLVS Cyrycenos obſeſſos a Mythridate, vt certiores aduentus ſui faceret, cum præſidiis hoſtium teneretur introitus Vrbis, qui vnus & anguſtus ponte modico Inſulam continenti iungit, militem e ſuis ſciolum nandi, & nauticæ artis peritum, iuſsit inſidentem duobus inflatis vtribus, literas inſutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter ſe diſtantibus commiſerat, ire ſeptem milium paſſuum traiectum. Quod ita perite gregalis fecit, vt cruribus velut gubernaculis, dimiſsis curſum dirigeret, & procul viſentes qui in ſtatione erant marinæ ſpecie beluæ deciperet.

HIRCIVS COS. ad Decimum Brutum, qui Mutinæ ab Antonio obſidebatur, literas ſubinde miſit plumbo ſcriptas, quibus ad brachium religatis, milites Scultellam amnem tranſnabant.

IDEM columbis (quas incluſas ante tenebris & fame affecerat) epiſtolas ſæta ad collum religabat, easq; a propinquo inquantum poterat mœnibus loco emittebat: illæ lucis cibiq; auidæ, altiſsima ædificiorum petentes excipiebantur a Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat: vtiq; poſtquã diſpoſito quibusdã locis cibo columbas illuc deuolare inſtituerat.

De introducendis auxiliis & commeatibus ſuggerendis. Front. libr. 3. cap. 14

BELLO Ciuili, cum Ategua Vrbs in Hiſpania Pompeianarũ partium obſideretur, Maurus interrex, tanquam Cæſarianus Tribuni cornicularius vigiles quosdam excitauit, e quibus aliquos euitans, conſtantia fallaciæ ſuæ per medias Cæſaris copias præſidium Pompei tranſduxit.

ANNIBALE obſidente Caſilinũ Romani farinam doliis ſecunda aqua Vulturi fluminis dimittebant, vt ab obſeſsis exciperetur: quibus cum obiecta per medium amnem cathena Annibal obſtitiſſet, nuces ſparſere, quæ cum aqua ferente ad Oppidum defluerent, eo cõmeatu ſociorum neceſsitatem ſuſtentauerunt.

HIRCIVS Mutinenſibus obſeſsis ab Anthonio ſalem quo maxime indigebant cuppis conditum, per amnem Saniturnũ intromiſit: idem pecora ſecunda aqua dimiſit, quæ excepta ſuſtentauerunt neceſſariorũ inopiam.

Quemadmodum efficiatur ut abundare uideantur quæ deerunt. Front. lib. 3. cap. 15.

ROMANI cum a Gallis Capitolium obſideretur, in extrema iam fame panem in hoſtem iactauerunt: conſecutiq; vt abundare commeatibus viderentur, obſidionem donec Camillus ſubueniret tollerauerunt.

ATHENIENSES aduerſus Lacedæmonios idem feciſſe dicuntur.

HI QVI ab Annibale Caſilini obſidebantur ad extremam famem perueniſſe crediti, cum etiam herbas alimentis eorum Annibal ſæpe arato loco qui erat inter Caſtra ipſius & mœnia præriperet, ſemina in præparatum locum iecerunt: conſecuti vt habere viderent, quo victum ſuſtentarent vsq; ad satorũ prouentũ.

RELIQVI ex Variana clade, cum obſiderentur, quia defici frumento videbantur: horrea tota nocte circunduxerunt: captiuos deinde præciſis manibus dimiſerunt. hi circumſidentibus ſuis perſuaſerunt, ne ſpem maturæ expugnationis reponerent in fame Romanorũ, quibus alimentorũ ingens copia ſupereſſet.

THRACES in arduo monte obſeſsi, in quem hoſtibus acceſſus non erat, collato viritim exiguo tritico, aut caſeo pauerunt pecora, & in hoſtium præſidia dimiſerunt: quibus exceptis occiſisq;, cum frumenti veſtigia in viſceribus eorum apparuiſſent, opinatus hoſtis magnam vim tritici ſupereſſe eis, qui inde etiam pecora paſcerent, receſsit ab obſidione.

THRASIBIVS Dux Mileſiorum cum longa obſidione milites ſui angerentur, ab Aliatte qui ſperabat eos ad deditionem, fame poſſe compelli, ſub aduen-

tum legato-

cum legatorum Aliattis frumentum omne in forum compellere iuſsit: & conſultis ſub id tempus inſtitutis per totam Vrbem epulas præſtitit: atq; ita perſuaſit hoſti ſupereſſe ipſis copias, quibus diuturnam ſuſtinerent obſidionem.

CL. MARCELLVS cognito conſilio Battei Nolani, qui corrumpere ad defectionem populares ſtudebat, & Annibali gratificabatur, quod illius beneficio curatus inter Cannenſes ſautius, & ex captiuitate remiſſus ad ſuos erat, quia interficere eum (ne ſupplicio eius reliquos concitaret Nolanos) non audebat, accerſitum ad ſe allocutus eſt, dicens, fortiſsimum eum militẽ eſſe, quod antea ignoraſſet: hortatusq; eſt, vt ſecum moraretur: & ſuper verborum honorem, equo quoq; donauit. Qua benignitate non illius tantum fidem, ſed etiam popularium qui ex illo pendebant ſibi obligauit.

Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur.
Front. libr. 3, cap. 16.

AMILCAR Dux Pœnorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos tranſirent, etiam ex conſuetudine vt ſocii exciperentur, ſibi fideliſsimos ſubornauit ad ſimulandam tranſitionem, qui Romanos excipiendorum cauſa eorum progreſſos ceciderunt. Quæ ſolertia Amilcari non tantum ad præſentem profuit ſucceſſum, ſed in poſterum præſtitit, vt Romanis veri quoque transfugæ forent ſuſpecti.

HANNO Carthaginenſium Imperator in Sicilia, cum comperiſſet Gallorum mercenariorum, circiter quatuor millia conſpiraſſe ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot menſium mercedes non receperant, animaduertere autem in eos non auderet, metu ſeditionis, promiſit prolationis iniuriam, liberalitate penſaturum: quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum datis pollicitis, fideliſsimum diſpenſatorem ad Otacilium COS. miſit: qui tanquã rationibus interuerſis transfugiſſet, nunciauit nocte proxima Gallorum quatuor millia, quæ prædatum forent miſſa, poſſe excipi. Otacilius nec ſtatim credidit transfugæ, nec tamen rem ſpernendam ratus, diſpoſuit in inſidiis lectiſsimam manum ſuorum, ab ea Galli excepti dupliciter Hannonis conſilio ſatis fecerunt, & Romanos ceciderunt, & ipſi omnes interfecti ſunt.

ANNIBAL ſimili conſilio, ſe a transfugis vltus eſt: Nam cum aliquos ex militibus ſuis ſciret transfugiſſe proxima nocte, nec ignoraret exploratores hoſtium in Caſtris ſuis eſſe, palam pronunciauit, non debere transfugas vocari ſolertiſsimos milites, qui ipſius iuſſu exierint ad excipienda hoſtium conſilia: auditis quæ pronunciauit retulerunt exploratores ad ſuos. Tum comprehenſi a Romanis transfugæ & amputatis manibus remiſſi ſunt.

DIODORVS cum præſidio Amphipolim tueretur, & duo millia Thracum ſuſpecta haberet, quæ videbantur Vrbem direptura, mentitus eſt paucas hoſtium naues proximo littori applicuiſſe, easq; diripi poſſe. Qua ſpe ſtimulatos Thraces emiſit: ac deinde clauſis portis non recepit.

De eruptionibus.
Front. lib. 3, cap. 17.

ROMANI, qui in præſidio Panormitanorũ erant, veniente ad obſidionem Haſdrubale raros, ex induſtria in muris poſuerunt defenſores. Quorum paucitate contempta cum incautus muris ſuccederet Haſdrubal, eruptione facta ceciderunt eum.

AEMILIVS Paul. vniuerſis Liguribus improuiſo adortis Caſtra eius, ſimulato timore militem diu continuit, deinde fatigato iam hoſte, a quatuor portis eruptione facta ſtrauit cœpitq; Ligures.

VELVS Præfectus Romanorum arcem Tarentinorum tenens, miſit ad Haſdrubalem legatos, vti abire ſibi incolumi liceret: ea ſimulatione ad ſecuritatem perductam hoſtem eruptione facta cecidit.

CN. POMPEIVS circumſeſſos ad Dyrrachium non tantum obſidione liberauit ſuos, verum etiam poſt eruptionem, quam opportuno & loco & tempore fecerat Cæſarem ad Caſtellum, quod duplici munitione inſtructum erat, auide irrumpentem, exterior circumfuſus corona obligauit, vt ille inter eos quos obſidebat, & eos qui extra circumuenerant medius, non leue periculum & detrimentum ſenſerit.

FLAVIVS Fimbria in Aſia apud Hildinacum aduerſum filium Mythridatis brachiis a latere ductis, deinde foſſa in fronte percuſſa, quietum in valle militẽ tenuit, do-

tenuit, donec hoſtilis equitatus intraret anguſtias munimentorum, tunc eruptio‑ne facta ſex millia eorum cecidit.

C. CAESAR in Gallia deletis ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottæ legatorum copiis, cum a Q. Cicerone qui & ipſe oppugnabatur certior factus, cum duabus legionibus aduentaret, conuerſis hoſtibus metum ſimulauit: militesq; in Caſtris quæ ampliora ſolito induſtria fecerat tenuit: Galli præſumpta iam victoria, velut ad prædam Caſtrorum tendentes, foſſas implere & vallum detrahere cœperunt: qua re prælio aptatos, Cæſar emiſſo repente vndiq; milite trucidauit.

TITVRIVS Sabinus aduerſus Gallorum amplum exercitum, continendo militem iuxta munimenta, præſtitit eis ſuſpicionem metuentis: cuius augendæ cauſa perfugam miſit, qui aſfirmaret exercitum Romanum in deſperatione eſſe, ac fugam cogitare. Barbari oblata victoriæ ſpe concitati, lignis ſarmentiſq; ſe onerauerunt, quibus foſſas complerent, ingentiq; curſu Caſtra noſtra in colle poſita petiuerunt: vnde in eos Titurius vniuerſas immiſit copias, multiſq; Gallorum cæſis plurimos in deditionem accepit.

ASCVLANI oppugnaturi Oppidum Pompei, cum paucos ſenes ægros in muris oſtendiſſent, ob id ſecuros Romanos eruptione facta fugauerunt.

NVMANTINI obſeſsi, ne pro vallo quidem inſtruxerunt aciem: adeoq; ſe continuerunt, vt Popilio Lenati fiducia fieret ſcalis Oppidum aggrediendi. Qđ deinde ſuſpicante inſidias (quia ne tunc quidem obſiſtebatur) ac ſuos reuocante, eruptione facta auerſos & deſcendentes adorti ſunt.

De conſtantia obſeſſorum. *Front. lib. 3. cap. 18.*

ROMANI aſsidente mœnibus Annibale oſtentandæ fiduciæ gratia, ſupplementum exercitibus quos in Hiſpania habebant diuerſa porta miſerunt.

IIDEM agrum in quo Caſtra Annibal habebat, defuncto forte domino venalem ad id precium licendo perduxerũt, quo is ager ante bellum venerat. Hi, dum ab Annibale obſiderentur, & ipſi obſiderent Capuam: decreuerunt ne niſi capta ea reuocaretur inde exercitus.

ℭ Sex. Iulii Frontini Strategematum Libri quarti Præfatio.

MVLTA lectione conquiſitis Strategematibus, & non exiguo ſcrupulo digeſtis, vt promiſſum trium Librorum implerem, ſi modo impleui: hoc exhibebo ea quæ parum apte deſcriptioni priorum ad ſpeciem alligata ſubiici videbantur & erant exempla potius ſtrategicon quam ſtrategemata. Quæ idcirco ſeparaui, quia quamuis clara, diuerſæ tamen erant ſubſtantiæ: ne ſi qui forte in aliqua ex his incidiſſent ſimilitudine indocte prætermiſſa opinarentur, & ſane velut reſidua expedienda ſunt: in quo ſicut antea & ipſe ordinem per ſpecies ſeruare conabor.

De diſciplina.	Cap. 1.	De conſtantia.	Cap. 5.
De effectu diſciplinæ.	Cap. 2.	De effectu & moderatione.	Cap. 6.
De continentia.	Cap. 3.	De variis conſiliis.	Cap. 7.
De Iuſticia.	Cap. 4.		

ℭ De Diſciplina. Caput I.

P. SCIPIO ad Numantiam, corruptum ſuperiorum Ducum ſocordia exercitum correxit, dimiſſo ingenti lixarum numero, redactis ad munus (quotidiana exercitatione) militibus, quibus cum frequens iniungeret iter, portare cõplurium dierum cibaria imperauit: ita vt frigora & hymbres pati, vada fluminum pedibus traiicere aſſueſceret miles: exprobrante ſubinde Imperatore timiditatem & ignauiam, frangente delicatioris vſus ac parum neceſſaria expeditioni vaſa. Quod maxime nobiliter accidit C. Menio Tribuno cui dixiſſe traditur Scipio: mihi pauliſper, tibi & Reipub. ſemper nequam eris.

Q. METELLVS bello Iugurtino, ſimiliter lapſam militum diſciplinam pari ſeueritate reſtituit: cum inſuper prohibuiſſet alia carne, quam aſſa elixaue milites vti.

PYRRHVS

PYRRHVS delectori ſuo fertur dixiſſe, tu grãdes elige, ego eos fortes reddã.

LVCIO Flacco & C. Varrone COSS. milites primo iureiurando facti ſunt: antea enim ſacramento tantum modo a Tribunis rogabantur. Cæterum ipſi inter ſe coniurabant ſe fugæ atq; formidinis cauſa non abituros: neq; ex ordine receſſuros, niſi teli petendi feriendiue hoſtis aut Ciuis ſeruandi cauſa.

SCIPIO Aphricanus, cum ornatum ſcutum elegantius cuiuſdam vidiſſet, dixit non ſe mirari, qđ tanta cura ornaſſet, in q̊ plus præſidii q̃ in gladio haberet.

PHILIPPVS, cum primum exercitum conſtitueret, vehiculorum vſum omnibus interdixit equitibus, non amplius quam ſingulos Calones habere permiſit. Peditibus autem denis ſingulos, qui molas & funes ferrent in æſtiua exeuntibus XXX. dierum farinam collo portare imperauit.

CAIVS Marius recidendorum impedimentorũ gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit: ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet. vnde & in prouerbium tractum eſt, muli mariani. ⁘ ⁘ ⁘

THEAGENES Athenienſis cum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines reſpondit ibi ſe daturum: dein clam equites præmiſit, eoſq; hoſtium ſpecie impetum in ſocios retorquere iuſsit. Quo facto quos tum habebat, tanq̃ ad hoſtium occurſum prępararentur, permiſit ita ordinari aciem, vt quo quis voluiſſet loco conſiſteret, & cum inertiſsimus quiſq; retro ſe dediſſet, ſtrenui aũt in fronte proſiluiſſent, vt quemq; inuenerat ſtantem, ita ad ordines militiæ prouexit.

LYSANDER Lacedæmonius, egreſſum via quendam caſtigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinam ſe ab agmine receſsiſſe, reſpondit, ne ſpeciem quidem rapturi præbeas volo.

ANTIGONVS cum ſuum filium diuertiſſe audiſſet in eius domũ, cui tres filiæ inſignes ſpecie eſſent, audio, inquit, fili anguſte habitare te, pluribus dominis domum poſsidentibus: hoſpicium laxius accipe iuſſoq; commigrare ędixit, nę quis minor quinquaginta annos natus hoſpicio matrisfamilias vteretur.

Q. METELLVS COS. quamuis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.

PVBLIVS Rutilius COS. cum ſecundum leges in contubernio ſuo filium poſſet habere, in legione militem fecit.

M. SCAVRVS filiũ, qđ in ſaltu Tridẽtino loco hoſtib. ceſſerat, in cõſpectũ ſuũ venire vetuit: adoleſcens verecundia ignominię preſſus, mortem ſibi cõſciuit.

CASTRA antiquitus Romani cæteræq; gentes paſsim per corpora cohortium velut mapalia cõſtituere ſoliti erãt: cum ſolos Vrbiũ muros noſſet antiqtas.

PYRRHVS Epirotharum Rex, primus totum ęxercitum ſub eodem vallo continere inſtituit, Romani deinde victo eo in Campis Aruſinis, circa Vrbem Statuentum Caſtris eius potiti & ordinatione notata paulatim ad hanc vſq; metationem, quæ nunc effecta eſt peruenerunt.

P. NASICA in hybernis, quamuis claſsis vſus non eſſet neceſſarius, ne tamẽ deſidia miles corrumperetur, aut per ocii licentiam ſociis iniuriam inferret, naues ædificare inſtituit. ⁘ ⁘ ⁘

M. CATO memoriæ tradidit, in furto cõpręhenſis inter cõmilitones dextras eſſe pręciſas: aut ſi lentius animaduertere voluiſſent, in Pricipis ſanguinẽ miſſum.

CLEARCVS Dux Lacedæmoniorũ exercitui dicebat, Imperatorem potius quam hoſtem metui deberet: ſignificans eos, qui in prælio dubiam mortem timuiſſent, certum (ſi deſeruiſſent) manere ſupplicium.

APPII Claudii ſententia, Senatus eos qui a Pyrrho Rege Epirotãrum capti, & poſtea remiſsi erant, equites ad peditem redegit: pedites ad leuem armaturam: omnibus extra vallum iuſsis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli ręferrent.

OTACILIVS Craſſus COS. eos q ab Annibale ſub iugũ miſsi redierãt, tendere extra vallũ iuſsit, vt imuniti aſſueſcerẽt periculis, & aduerſus hoſtẽ audentio-

P. CORNELIO Naſica Decimo Iunio COSS. qui ęxercitũ (res fierẽt. deſeruerant damnati virgis cæſi pub. venierunt.

DOMITIVS Corbulo in Armenia, duas alas & tres cohortes, quæ ad Caſtellum initio hoſtibus ceſſerant, extra vallum iuſsit tendere, donec aſsiduo labo-

ſæ & proſperis excurſionibus redimerent ignominiam.

AVRELIVS Cotta Conſul, cum ad opus equites neceſsitate cogente iuſsiſſet accedere, eorumq; pars detrectaſſet Imperium, queſtus apud Cenſores effecit vt notarentur. A patribus deinde obtinuit ne eis præterita æra procederent.

TRIBVNI quoq; plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumq; conſenſu ſtabilita diſciplina eſt.

Q. METELLVS Macedonicus in Hiſpania quinq; cohortes quæ hoſtibus ceſſerant teſtamentum facere iuſſas ad locum recuperandum remiſit: minatus non niſi poſt victoriam receptum iri.

P. VALERIO Conſuli Senatus præcepit, exercitum ad Sirim victum ducere Serinum, ibiq; Caſtra munire, & hyemem ſub tentoriis exigere.

SENATVS cum turpiter fugati eius milites eſſent, decreuit ne auxilia ei ſubmitterentur, niſi captis eius legionibus, quæ Punico bello militiã detrectauerant: aut in Siciliã velut relegatis per VII. annos ordeum ex Senatuſconſ. datum eſt.

L. PISO cum Titium Præfectum cohortis, quod loco fugitiuis ceſſerat, cincto togæ præciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus, in principiis quotidie ſtare, dum vigiles venirent, iuſsit conuiuiis & balneo abſtinere.

SYLLA cohortem & Centuriones, quorum ſtationem hoſtis perruperat galeatos & diſcinctos perſtare in principiis iuſsit.

DOMICIVS Corbulo in Armenia, Aemilio Ruffo Præfecto equitum quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorẽ ſcidit: eidẽq; vt erat fedato habitu perſtare in prĩcipiis donec mitterent, imperauit

ATTILIVS Regulus cum ex Samnio in lucernã tranſgrederet, exercitusq; eius obuiis hoſtib. auerſus eſſet, oppoſita cohorte iuſsit fugiẽtes ꝓ defectorib. cędi.

COTTA COS. in Sicilia, in Valerium nobilem Tribunum militum ex gente Valeria virgis animaduertit.

IDEM P. Aurelium ſanguine ſibi iunctũ, quẽ obſidioni Liparãrũ (ipſe ad auſpicia repetenda Meſſanã tranſiturus) præfecerat, cũ agger incenſus & capta Caſtra eſſent, virgis cęſum in numerũ gregaliũ peditũ referri, & munerib. fungi iuſsit

FVLVIVS Flac. COS. Fuluium fratrem ſuum, quia legionem, in qua Tribunus militum erat, iniuſſu Conſulis dimiſerat, a Senatu mouit.

M. CATO ab hoſtili littore, in quo per aliquot dies manſerat, cum tradito profectionis ſigno claſſem ſoluiſſet, & relictus e militibus quidam alta voce & geſtu expoſtularet, vti tollerẽt, circumacta ad littus vniuerſa claſſe cõprehenſum ſupplicio affici iuſsit: & quẽ occiſuri per ignominiã hoſtes fuerãt, exẽplo potius ĩpendit.

APPIVS Claudius ex his qui loco ceſſerant decimum quemq; militem, ſorte ductum, fuſte percuſsit.

FABIVS Rullus COS. ex duabus legionibus, quæ loco ceſſerant ſorte ductos in conſpectu militum ſecuri percuſsit.

AQVILius ternos ex cẽturiis ꝗrum ſtatio ab hoſte perrupta erat ſecuri percuſsit.

M. ANTONIVS, cum agger ab hoſtibus incenſus eſſet, ex his qui in opere fuerant duarum cohortium militem decimauit: & in ſingulos, ex his, Centuriones animaduertit: legatum cum ignominia dimiſit: reliquis ex legiõe ordeum dari iuſsit. In legiõem qua Regium Oppidum iniuſſu Ducis diruerat, animaduerſum eſt: ita vt quatuor millia tradita cuſtodiæ necarentur. Præterea S. C. cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire vel lugere fas eſſet.

L. PAPYRIVS Curſor dictator Fabium Rutilium, Magiſtrũm equitum, quod aduerſum dictum eius, quãuis proſpere pugnauerat virgis popoſcit cæſum, ſecuri percuſſurus: nec contentioni aut precibus militum conceſsit animaduerſionem, eumq; profugientem Romam perſecutus eſt: nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicii metu, quam ad genua eius & Fabius cum patre prouolueretur & pariter Senatus ac populus rogarent.

MANLIVS cui imperioſo poſtea cognomen fuit, filium quod is contra edictum patris cum hoſte pugnauerat, quamuis victorem, in conſpectu exercitus virgis cæſum ſecuri percuſsit.

MANLIVS filius, exercitu pro ſe aduerſus patrẽm ſeditiõnem parãte negauit tanti eſſe quenquam, vt propter illum diſciplina corrumperetur, & obtinuit vt ipſum puniri paterentur.

Q. FABIVS Maximus transfugarum dextras præcidit.

C. CVRIO COS. bello Dardanico, circa Dyrrachium, cum ex quinque legionibus vna ſeditione facta, militiam detrectaſſet, ſecuturamque ſe temeritatē Ducis, in expeditiōem aſperam & inſidioſam negaſſet, quatuor legiones eduxit armatas & conſiſtere ordinibus, detectis armis velut in acie, iuſsit: poſt hæc ſeditioſam legionem inermem procedere, diſcinctamque in conſpectu armati exercitus, ſtramenta coegit ſecare: poſtero aūt die ſimiliter foſſam diſcinctos milites facere, nulliſque precibus legionis ab eo impetrari potuit, ne ſigna eius ſubmitteret, nomenque aboleret: milites autem in ſupplementum cæterarum legionum diſtribueret.

Q. FVLVIO Appio Claudio COSS. milites ex pugna Cannenſi in Siciliam a Senatu relegati poſtulauerunt a COS. M. Marcello vt in prælium ducerentur, ille Senatum conſuluit: Senatus negauit ſibi placere committi his Rempub. quā deſeruiſſent: Marcello tamen permiſit facere quod videretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neue donaretur, neue quod præmium ferret, aut in Italiam reportaretur, dum Pœni in ea fuiſſent.

SALINATOR Conſularis damnatus eſt a populo quod prædam non æqualiter diuiſerat militibus.

CVM ab Liguribus in prælio Q. Petilius COS. interfectus eſſet, decreuit Senatus, vti ea legio, in cuius acie COS. erat occiſus, tota infrequens referretur: ſtipendium ei annuum non daretur, æraque reſcinderentur.

BRVTI & Caſsii exercitus, memoriæ proditū eſt, bello Ciuili, cum vna per Macedoniam iter facerent, priorque Brutus ad fluuium, in quo pontem iungi oportebat peruenisset, Caſsii tamē exercitum & in efficiendo ponte, & in tranſitu maturando præceſsiſſe. Qui vigor diſciplinæ effecit ne ſolum in operibus, verum etiam in ſumma belli præſtarent Caſsiani Brutianis. De effectu diſciplinæ. Front. libr. 4. cap. 2.

C. MARIVS, cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, qui ſub Rutilio, & qui ſub Metello, ac poſtea ſub ſeipſo meruerant, Rutilianum quendā minorem, qui certioris diſciplinæ arbitrabatur præoptauit.

DOMITIVS Corbulo, duabus legionibus & paucisſimis auxiliis diſciplina correpta Parthos ſuſtinuit.

ALEXANDER Macedo XL. millibus hominū, iam inde a Philippo patre diſciplinæ aſſuefactis, orbem terrarū aggreſſus, innumeras hoſtiū copias vicit.

CYR. bello aduerſus Perſas 14. millib. armatorū imenſas difficultates ſuperauit.

EPAMINVNDAS Dux Thebanorum IIII. millibus hominum ex quibus CCCC. tantum equites erant, Lacedæmoniorum exercitum XXIIII. millium peditum, equitum mille ſexcentorum vicit.

A. XIIII. millibus Græcorum, qui numerus in auxiliis Cyri, aduerſus Artaxerxem fuit, centum millia Barbarorum, prælio ſuperata ſunt.

EADEM Græcorum prælio XIIII. millia, amiſsis Ducibus reditus, ſui cura, vni ex corpore ſuo Xenophonti Athenienſi demandata, per iniqua & incognita loca, incolumia reuerſa ſunt.

XERXES a CCC. Lacedæmoniorum ad Thermophylas vexatus, cūm vix eos confeciſſet, hoc ſe deceptum aiebat: quod multos quidem homines haberet, viros autem diſciplinæ tenaces nullos.

M. CATONEM vino eodem quo Remiges contentum fuiſſe tradit. De Continentia. Front. libr. 4. cap. 3.

FABRICIVS cum Cyneas legatus Epirotarū grande pondus auri dono ei daret, non accepto eo, dixit, malle ſe habentibus id, imperare quam habere.

ATTILIVS Regulus cum ſummis rebus præfuiſſet, adeo pauper fuit, vt ſe, coniugē, liberoſque tolleraret agello, q colebat per vnum villicū cuius audita morte ſcripſit Senatui de ſucceſſore deſtitutis reb. obitu ſerui neceſſariā eſſe pſentiā ſuā.

CN. SCIPIO, poſt res proſpere geſtas in Hiſpania, in ſumma paupertate deceſsit: nec ea quidem relicta pecunia, quæ ſufficeret in dotem filiarum, quas ob inopiam publice dotauit Senatus.

IDEM præſtiterūt Athenienſes filiis Ariſtidis, poſt ampliſsimarū rerum adminiſtrationē, in maxima paupertate defuncti. EPAM inondas Dux Thebanorum tātæ abſtinentiæ fuit, vt in ſuppellectili eius, preter aenū & veru vnicū nihil (inueniret.

ANNIBAL ſurgere de nocte ſolitus, ante noctē nō requieſcebat:

crepuſculo demũ ad cœnã vacabat: neq; amplius q̃ duobus lectis diſcumbebatur
IDEM cum ſub Aſdrubale Imperatore militaret plerũq; ſuper (apud cũ
nudam humum ſagulo tectus, ſomnos capiebat.
AEMILIanum Scipionẽ traditur in itinere cum amicis ambulantẽ, accepto pa-
ne veſci ſolitum. Idem & de Alexandro Macedone dicitur.
MASSINISSAM nonageſimũ ætatis annum agentẽ, meridie ante taber-
naculum ſtantem, vel ambulantem capere ſolitum cibos legimus.
C. CVRIVS, cum victis ab eo Sabinis, ex Senatusconſ. ampliaretur ei modus
agri, quem conſumati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit: ma-
lum Ciuem dicens, cui non eſſet id quod cæteris ſatis.
VNIVERSI q̃q; exercitus notabilis ſępe fuit cõtinẽtia, ſicut eius, q ſub M. Scau
ro meruit: nanq; memorię tradidit Scaurus pomiferã arborẽ, quã in pede Caſtro-
rũ fuerat cõplexa metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructib. relictã.
AVSPICIIS Imp. Cæſ. Domitiani Aug. Germanico bello, qđ Iulius Ciuilis in
Gallia mouerat, Lingonũ opulentiſsima Ciuitas, quæ ad ciuilẽ deſciuerat, cũ ad-
ueniente exercitu Cæſaris populationẽ timeret, qđ cõtra expectationẽ inuiolata,
nihil ex rebus ſuis amiſerat ad obſequm redacta ſeptuagita millia armatorũ tradi-
L. MVMIVS, q Corintho capta non Italiã ſolum, ſed etiã Prouin- (dit ei.
ciam tabulis ſtatuiſq; exornauit, adeo nihil ex tantis manubiis in ſuum conuertit,
vt filiam eius inopem Senatus ex publico dotauerit.
De iuſticia. CAMILLO Phaliſcos obſidẽti, ludi magiſter liberos Phaliſcorũ tanq̃
Front. libr. 4. cap. 4. ambulandi cauſa extra murũ eductos, tradidit, dicens repetendis eis obſidibus ne-
ceſſario Ciuitatẽ imperata facturã. Camillus nõ ſolum ſpreuit perfidiã, ſed & reſtri
ctis poſt terga manibus magiſtrũ virgis agendũ ad parẽtes tradidit pueris: adeptus
bñficio victoriã quã fraude nõ cõcupierat. Nã Phaliſci ob hãc Iuſticiã ſpõte ei ſe
AD FABRicium Ducẽ Romanorũ medicus Pyrrhi Epirotarũ (dediderũt.
Regis peruenit, pollicituſq; eſt daturũ Pyrrho venenũ, ſi merces ſibi in qua ope-
rę preciũ foret cõſtitueret. Quo facinore Fabricius egere victoriã ſuã nõ arbitra-
tus, Regi medicum detexit: atq; ea fide meruit, vt ad appetendam amiciciam Ro-
manorum compelleret Pyrrhum.
De Conſtantia. CN. POMPEIVS minantib. direpturos pecuniã militibus, quæ in
Front. libr. 4. cap. 5. triumpho ferret, Seruilio & Glaucia cohortantib. vt diuideret eã, ne ſeditio fieret,
affirmauit non triumphaturũ ſe potius, ſed moriturũ quã licentiæ militum ſuccũ-
beret. Caſtigatiſq; oratione graui laureatos faſces obiecit vt ab illorum inciperet
direptione, eaq; inuidia redegit eos ad modeſtiam.
C. CAESAR ſeditiõe in tumultu Ciuilium armorũ, ac tum maxime tumen-
tibus animis, legionẽ totam exauctorauit, Ducibus ſeditiõis ſecuri percuſsis: mox
eos q̊s exauctorauerat ignominiã deprecãtes reſtituit, & optimos milites habuit.
POSTHVMIVS Cõſularis cohortatus ſuos, cũ interrogatus eſſet a militib.
qd imperaret, dixit vt ſe imitarent: & arrepto ſigno hoſtes primus ĩuaſit: quẽ ſecu-
L. MARCELL. cum in manus Gallorũ imprudẽs (ti victoriã adepti ſunt.
incidiſſet, circũſpiciendæ regiõis, qua euaderet cauſa equũ in orbem flexit: deinde
cum omnia eſſe infeſta vidiſſet precatus Deos in medios hoſtes irrupit: qbus ino-
pinata audacia perculſis, Ducem quoq; eorum trucidauit: atq; vbi ſpes ſalutis vix
ſuperfuerat, inde opima retulit ſpolia.
L. PAVLVS amiſſo ad Cannas exercitu, offerente equũ Lentulo q̊ fugeret,
ſupereſſe cladi (quanq̃ nõ per ipſum cõtractę) noluit ſed in eo ſaxo, cui ſe vulnera-
tus acclinauerat, perſedit donec ab hoſtibus oppreſſus confoderetur.
VARRO collega eius vel maiore cõſtantia poſt eandẽ cladem vixit: gratiæq;
ei a Senatu & populo actæ ſunt, qđ nõ deſperaſſet Remp. nõ aũt vitæ cupiditate
ſed Reipub. amore ſe ſuperfuiſſe reliquo ætatis ſuę tempore approbauit. Nam &
barbam capillũq; ſubmiſit: & poſtea nunq̃ recubans cibum cœpit: honoribuſq; cũ
ei deferrent a populo renũciauit dicens: fœlicioribus Magiſtratib. Reip. opus eſſe.
SEMPRONIVS Tuditanus, & C. Octauius Tribu. mili. omnibus fuſis ad
Cannas, cum in minoribus circũſiderentur, ſuaſerunt cõmilitonibus, vt ſtringerẽt
gladios & per hoſtium præſidia erumperent ſecum, id ſibi eſſe animi, etiam ſi ne-
mini ad erumpendũ audacia fuiſſet affirmans decunctantibus XII. omnino equi-

tibus uel

tibus vel peditib,q comitari ſuſtinuerāt repertis, incolumes Canuſiū peruenerūt.

C. FONTEIVS Craſſus in Hiſpania, cum tribus millibus hominum prędatum profectus, locoq; iniquo circumuentus ab Aſdrubale ad primos tantum ordines relato conſilio, incipiente nocte (quo tempore minime expectabatur) per ſtationes hoſtium erupit.

P. DECIVS Tribunus militum, bello Samnitico, Cornelio Conſuli iniquis locis deprehenſo ab hoſtibus, ſuaſit vt ad occupandum collem, qui in propinquo erat, modicam manum mitteret: ſeq; Ducem his, qui mittebantur obtulit, auocatus in diuerſa hoſtis emiſit Cōſulem. Deciū aūt cinxit obſeditq;: illas q̄q; anguſtias nocte eruptiōe facta, cū eluctatus eſſet Decius īcolumis cū militib. cōſuli acceſsit.

IDEM fecit ſub Attilio Calatino Conſule cuius varie traduntur nomina: alii Laberium: nonnulli Cædicum: quam plurimi Calphurnium Flammā vocitatum ſcripſerunt. *Hic* cum dimiſſum in eam vallem videret exercitū, cuius omnia latera, quæ ſuperiora hoſtis inſiderat, depopoſcit, & accepit a Conſule trecentos milites, quos hortatus vt virtute ſua exercitū ſeruarēt, in mediā vallem decucurrit: ad opprimendos eos vndiq; deſcendit hoſtis, longoq; & aſpero prælio retentus, occaſionem Conſuli ad extrahendum exercitum dedit.

C. CAESAR aduerſus Germanos & Regē Ariouiſtū pugnaturus confuſior animis pro conciōe dixit, nullius ſe eo die opera, niſi decimę legiōis vſurū. Quo aſſecutus eſt, vt & decumani tanquam præcipuę fortitudinis teſtimonio concitarētur: & cæteri pudore, ne penes alios gloria virtutis eſſet.

LACEDAEM. q̄dam nobilis, Philippo denunciante, multis ſe prohibiturū, niſi Ciuitas ſibi traderet: num inquit & pro patria mori nos prohibebit?

LEONIDAS Lacedæmonius, cum dicerentur Perſæ ſagittarum multitudine, nubes eſſe facturi, fertur dixiſſe melius in vmbra propugnabimus.

CAELIVS Prætor vrbanus, cū ei Ius dicenti picus in capite inſediſſet, & aruſpices reſpōdiſſent, dimiſſa aue hoſtiū victoriā fore, necata populum Romanū ſuperiorē, ac Cælium cum familia periturū: auem occidit, qua occiſa, noſtro exercitu vincente, ipſe cum XIIII. Cæliis ex eadē familia in prælio eſt occiſus: hunc q̄dam nō Cælium ſed Lælium fuiſſe, & Lælios nō Cælios periſſe credunt.

P. DECIVS primo pater poſtea filius, in Magiſtratu ſe pro Repub. deuouerunt, admiſsiſq; in hoſtem equis, adepti victoriam patriæ contulerunt.

P. CRASSVS, cum bellum aduerſus Ariſtonicū in Aſia gerens, inter Aeliam & Mirinam in hoſtium copias incidiſſet, viuusq; abduceretur, execratus in Conſule Romano captiuitatē, virga qua ad equū erat vſus Thraci (a quo tenebatur) oculū eruit, atq; ab eo per dolorē cōcitato trāſuerberatus, dedecus ſeruitutis vt vo-

M. CATO Cenſorii filius, in acie decidente equo ꝓlapſus: (luerat effugit.
cum ſe recollegiſſet, animaduertiſſetq; gladiū excidiſſe vagina, veritus ignominiā rediit in hoſtē: ex eoq; aliq̄t vulnerib. recuperato gladio, demū reuerſus eſt ad ſuos

PETILINI a Pœnis obſeſsi parentes & liberos ꝓpter inopiā eiecerunt: ipſi coriis madefactis & igne ſiccatis, foliiſq; arborum & omni genere animalium vitam trahentes, XI. menſes obſidionem tollerauerunt.

HISPANI cū Fabreſcēſe oia eadē paſsi ſunt: nec oppidū Hirculeio tradiderūt.

CASILINI obſidente Annibale tantā inopiā perpeſsi ſunt, vt centum denariis murem vendiſſe, proditum memoriæ ſit, eiusq; venditorē fame periiſſe: emptorem aūt vixiſſe: fidem tamen ſeruare Romanis perſeuerauerunt.

CIZICVM cum oppugnaret Mythridates, captiuos eius Vrbis produxit, oſtenditq; obſeſsis, arbitratus futurum, vt miſeratiōe ſuorum cōpelleret ad deditionem Oppidanos: at illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captiuos, ſeruare Romanis fidem perſeuerauerunt.

AEGINENSES cum a Viathotis liberi & coniuges cæderent: præoptauerunt ſpectare ſupplicia pignorū ſuorum quam a Romanis deficere.

NVMANTINI ne ſe dederēt, fame mori prefixis forib. domuū ſuarū maluerūt. *De effectu & moderatione. Front. libr. 4. cap. 6.*

Q. FABIVS hortante filio vt locum idoneum paucorum iactura caperet. Vis ne, inquit, tu ex illis paucis eſſe.

XENOPHON cum equo veheret, & pedites iugum q̄ddam occupare iuſsiſſet, vnū ex eis obmurmurantē qđ diceret, facile tam laborioſa ſedentē imperare,

deſiluit,& gregalẽ equo impoſuit:curſuq; ipſe pedeſtri ad deſtinatũ iugum cõtẽn-
dens, cuius facti ruborẽ, cum perpeti miles nõ poſſet, irridentibus cõmilitonibus
ſponte deſcendit. Xenophontẽ vix vniuerſi perpulerũt, vt cõſcenderet equum,
& laborem ſuum in neceſſaria Duci munera reſeruaret.

ALEXANDER cũ hyeme duceret exercitũ, reſidens ad ignẽ recognoſce-
re prætereuntes copias cœpit:cumq; cõſpexiſſet quendã prope examinatũ frigo-
re,conſidere loco ſuo iuſsit:dixitq; ei ſi in Perſis natus eſſes,in Regia ſella reſediſ-
ſe tibi capita foret, in Macedonia nato conceditur.

DIVVS Auguſtus Veſpaſianus, cum quendã adoleſcentẽ honeſte natũ, mili-
tiæ inhabilem anguſtiarũ rei familiaris cauſa eductum ad longiorem ordinem re-
ſciſſet,cenſu conſtituto,honeſta miſsione exauctorauit.

De uariis conſiliis. Front. lib. 4. cap. 7.

CAESAR dicebat idem eſſe ſibi conſiliũ aduerſus hoſtem, qđ plęriſq;
medicis,contra vitia corporum,fame potius quam ferro ſuperandi.

DOMITIVS Corbulo dolabra .i. operibus,hoſtẽ vincendum eſſe dicebat.

L. PAVLVS Imperatorem ſenem moribus dicebat eſſe oportere:ſignificans
moderatiora ſequenda conſilia.

SCIPIO Aphricanus fertur dixiſſe,cum eum parum quidam pugnacem dice-
rent,Imperatorem me mater non bellatorem peperit.

C. MARIVS Teutono ꝓuocanti eum & poſtulãti,vt ꝓdiret reſpõdit, ſi cupi
dus mortis eſſet laqueo eum vitã poſſe finire: cumq; demõſtraret ei gladiatorẽ cõ-
temptę ſtaturæ & ꝓpe exactę ætatis obiecit ei,dixitq; ſi eũ ſuperaſſet cum victo- (re cõgreſſurũ.

Q. SERTORIVS experimẽto didicerat ſe imparẽ vni-
uerſo Romanorũ exercitui, vt Barbaros q̃q; incõſulte pugnã depoſcẽtes doceret,
adductis in conſpect i duobus equis,eorũ pręualido alteri,alteri admodũ exili,du-
os admouit iuuenes ſimilit̃ electos,robuſtũ & gracilẽ:robuſtiori ĩperauit equi exi
lis vniuerſam caudã abrũpere:gracili aũt valẽtioris per ſingulos pilos vellere.Cũq;
gracili ſucceſsiſſet qđ imperatũ erat validiſsimus cum infirmi equi cauda ſine ef-
fectu luctaret̃, naturã(inquit) Sertorius Romanorũ viriũ per hoc vobis exemplũ
oſtendi,milites inſuperabiles ſunt vniuerſos aggrediẽti,eos lacerabit & carpet qui (per partes attẽtauerit.

VALERIVS Leninus COS.cũ ĩtra Caſtra ſua ex-
ploratorẽ hoſtiũ deprehendiſſet,magnãq; copiarum ſuarũ fiduciã haberet,circun-
duci eũ iuſsit.terrẽdiq; hoſtis cauſa,exercitus ſuos viſendos ſpeculatorib.eorũ,q̊ti- (es voluiſſent patere.

CAELIVS primipilaris,q in Germania poſt Valeria-
nam cladẽ obſeſsis noſtris ꝓ Duce fuit, veritus ne Barbari ligna, quę cõgeſta erãt
vallo admouerẽt, & Caſtra eius incenderent, ſimulata lignorum inopia miſsis vn-
diq; qui ea furarentur effecit,vt Germani vniuerſos truncos amolirentur.

CN. SCipio bello nauali amphoras pice & teda plenas,in hoſtiũ claſſem iacula-
tus eſt:quarũ iactus & põdere foret noxius,& diffundendo quę cõtinuerant alimẽ (tum pręſtarẽt incendio.

ANNIBAL Regi Antiocho mõſtrauit,vt in ho-
ſtium claſſem vaſcula iacularetur viperis plena : quarum metu perterriti milites,
a dimicatione & nauticis miniſteriis impedirentur.

MARCVS Portius impetu in claſſem hoſtiũ cum tranſiluiſſet, de turbatis ex
ea Pœnis,eorũq; armis,& inſignib.int̃ ſuos diſtributis,multas naues hoſtiũ q̃s ſoci (ali habitu fefellerat merſit.

ATHENIEN. cum ſubinde a Lacedæmoniis
infeſtarent̃,diebus feſtis,q̃s ſacros Mineruę extra Vrbẽ celebrabãt,omnẽ q̃dem co
lentiũ imitationẽ expreſſerũt:armis tantũ & veſte celatis peracto ritu ſuo,nõ ſtatĩ
Athenas reuerſi, ſed ꝓtinus inde raptĩ acto Lacedęmonẽ verſus agmĩe, eo tẽpore
q̊ minime timebant̃,agrũ hoſtiũ q̃bus ſubinde pręde fuerãt,vltro depopulati ſunt.

CASSIVS onerarias naues nõ magni ad alia vſus accenſas opportuno vento
in claſſem hoſtium miſit, & incendio eam conſumpſit.

M. LIVIVS fuſo Aſdrubale hortãtib.eũ q̃buſdã vt hoſtẽ ad internitionẽ per-
ſequeret̃,rñ dit,aliqui & ſuperſint qui de victoria noſtra hoſtibus nuncient.

SCIPIO Aphrican. dicere ſolitus eſt,hoſti nõ ſolũ dandã eſſe viã ad fugiendũ, (ſed etiã muniendã.

PERICLES Athẽ. affirmauit incolumes futuros ho-
ſtes,ſi deponerẽt ferrũ: eiſq; obſecutos cõditiõib,vniuerſos q in ſagulis ferreas fibu (las habuiſsẽt ĩterfici iuſsit.

HASDRVB. ſubigendorũ Numidarũ cauſa
ingreſſus fines eorũ,reſiſtere parẽtibus affirmauit ad capiẽdos ſe veniſſe elephãtos

quibus

quibus ferax eſt Numimia: vt hoc permitterent poſcentibus ſecuritatem promi-
ſit:& ex ea perſuaſione auocatos adortus ſub leges redegit.
ALCETAS Lacedęmoñ. vt Thebanorũ cõmeatum facilius ex inopinato ag-
grederent, in paratis nauibus, tanꝗ vnam omnino haberet triremẽ, vicibus in eam
remigem exercebat: quodam deinde tempore omnes naues in Thebanos tranſna-
uigantes immiſit, & commeatibus eorum potitus eſt.
PTOLOMEVS aduerſus Prediccã exercitu præualentẽ ipſe inualidus, om-
ne pecudũ genus, religatis ad tergũ quę traherẽt carpentis, agendũ per paucos cu-
rauit eqtes: ipſe pręgreſſus cũ copiis quas habebat effecit, vt puluis quẽ pecora ex
citauerãt ſpeciẽ magni ſequentis exercitus moueret, cuius expectatiõe territũ vi-
MIRONIDES Atheñ. aduerſus Thebanos, eqtatu perualẽ- (cit hoſtem.
tes pugnaturus, in campis ſuos edocuit manẽtibus eſſe ſpẽ aliquã ſalutis, cedentib.
aũt pernicioſiſsimũ. Qua ratione confirmatis militibus victoriã cõſecutus eſt.
L. PINARIVS in Sicilia præſidio Hennæ præpoſitus claues portarũ, quas
penes ſe habebat, repoſcẽtibus Magiſtratib. Hennenſiũ, qđ ſuſpectos eos tanꝗ trã
ſitionẽ ad Pœnũ pararent habebat, petiit vnius noctis ad deliberationẽ ſpaciũ: in-
dicataq; militibus fraude Grecorũ, cum pręcepiſſet vt parati poſtera die ſignũ ex-
pectarẽt, prima luce aſsiſtentib. militibus redditurũ ſe claues dixit, ſi idem omnes
Hennẽſes cenſuiſſent: ob eã cauſam vniuerſa multitudine cõuocata in theatrũ, &
idẽ flagitãte, manifeſta deficiendi volũtate, ſigno militib. dato vniuerſos Hennẽſes
IPHICRATES Dux Athenieñ. claſſem ſuã hoſtili habitu in- (cecidit.
ſtruxit: & ad eos quos ſuſpectos habebat inuectus, cum effuſo ſtudio excipere-
tur, deprehenſa eorum perfidia Oppidum diripuit.
TIGRACVS cum edixiſſet futurũ vt ex Volonũ numero fortibus libertatẽ
daret, ignauos crucibus afficeret, quatuor millia ex his (qa ſegnius pugnauerant)
metu pœnę in quendã munitũ collẽ coiſſent, miſit q eis dicerẽt, totũ ſibi exercitũ
Volonũ viciſſe videri, ꝙ hoſtes fugiſsẽt: & ſic eos & ſua fide & ipſorũ metu exolu-
ANNIBAL poſt pręliũ, ꝗ ingentę cladem ad Traſimenũ Ro- (tos recepit.
mani acceperũt, cum ſex millia hoſtiũ, interpoſita pactione, in poteſtatẽ ſuã rede-
giſſet, ſocios Latini nominis benigne in Ciuitates ſuas dimiſit: dictitãs ſe Italię libe
randæ cauſa bellum gerere: eorũq; opera aliquot populos in deditionẽ accepit.
MAGO cum Locri obſiderentur a Criſpino, claſsis noſtræ Pręfecto, diffudit ad
Romana Caſtra rumorem, Annibalẽ cęſo Marcello ad liberãdos obſidiõe Locros
venire: clã deinde eqtes emiſſos iuſsit a mõtibus, qui in cõſpectu erãt ſe oſtendere.
Quo facto effecit, vt Criſpinus Annibalem adeſſe ratus cõſcenderet naues ac fu-
SCIPIO Aemilianus ad Numantiã, omnibus nõ cohortibus tan- (geret.
tum, ſed centuriis, ſagittarios & funditores interpoſuit.
PELOPIDAS Thebanus, cum a Theſſalis in fugã verſus flumen in ꝗ tumul
tuarium fecerat pontem liberaſſet, inſequentibus hoſtibus idem tranſitus mañe-
ret, nouiſsime agmini præcepit, incenderent pontem.
ROMANI cum Cãpanis eqtibus nullo modo pares eſſent. Q. Neuius Cen-
turio in exercitu Fuluii Flacci PROCOS. excogitauit, vt delectos ex toto exer-
citu, q velociſsimi videbanť, & mediocris ſtaturę erãt, parmulis nõ amplis, & gale-
ſculis gladiiſq;, ac ſeptenis ſingulos haſtis quaternorũ circiter pedũ armare, eoſq;
adiunctos eqtibus iuberet vſq; ad mœnia ꝓuehi: deinde ibi poſitis noſtris eqtibus
incipere inť hoſtiũ eqtatum præliari. Quo facto, vehemenť ipſi Campani afflicti
ſunt & maxime equi eorum: quibus turbatis prona noſtris victoria fuit.
P. SCIPIO in Lydia cum die ac nocte imbre cõtinuo vexatũ exercitũ Antio-
chi videret, nec hoĩes tantũ aut equos deficere, verum arcus ꝗq; madẽtibus neruis
inhabiles factos exhortatus eſt fratrem vt poſtero, quamuis religioſo die, commit-
teretur prælium: quam ſentenciam ſecuta victoria eſt.
CATONEM vaſtantẽ Hiſpaniã, legati Ilergetũ q ſociorũ populus erat, adie-
runt orauerũtq; auxilia: ille ne aut abnegato adiutorio ſocios alienaret, aut diducto
exercitu vires minueret, tertiã partẽ militũ cibaria parare, & naues aſcẽdere iuſsit:
dato præcepto, vt cauti ventos retro redirent præcedens interi aduentãtis auxilii
rumor, vt Ilergetum excitauit animos, ita hoſtium conſilia diſcuſsit.
C. CAESAR cum in partib. Põpeianis magna eqtum Romanorũ eſſet man9,
eaq; armo-

Eaq; armorũ ſciẽtia milites cõſiceret, ora oculoſq; eorũ gladiis peti iuſsit:& ſic ad-
LOCRI. cũ a Sempronio Gracco collatis ſignis (uerſam faciẽ cedere coegit.
vrgerent, vniuerſas copias eixere plauſtris, quæ impleuerãt fortiſsimis viris, muli-
ebri veſte tectis. Sempronium q; tanq̃ aduerſus fœminas, audentius ad obſiden-
dos hoſtes conſurgentem, hi qui in plauſtris erant aggreſsi fugauerunt.

Q. MAXIMVS trãsfugere ad hoſtes volentẽ Statiliũ nobilẽ clarę operę eq-
tem, vocari ad ſe iuſsit: eiq; excuſauit, q̃d inuidia cõmilitonũ, virtutes illius ad id
tẽpus ignoraſſet. Tum donato ei equo, pecuniã inſuper largitus obtinuit, vt quem
ex conſcientia trepidum accerſierat lętum dimitteret: & ex dubio in reliquum
non minus fidentem quam fortem haberet equitem.

PHILIPPVS, cum audiſſet Pythiã quendã bonum pugnatorẽ, alienatũ ſibi,
q̃d tres filias inops vix aleret, nec a Rege adiuuaret, monẽtibus q̃busdam vt cum
caueret, q̃d ſi, inquit, partẽ ægrã corporis haberẽ, abſciderẽ potius quã curarẽ? de-
inde familiarit ſecreto elicitũ Pythiã, accepta difficultate neceſsitatũ domeſticatũ
pecunia inſtruxit: ac meliorẽ fideliorẽq; habuit, quã habuerat anteq̃ offenderet.

T. QVINTIVS Criſpinus, poſt infauſtã aduerſus Pœnos dimicationẽ, qua
collegã Marcellũ amiſerat, cum cõperiſſet potitũ anulo interfecti Annibalẽ lite-
ras circa municipia totius Italię dimiſit, ne crederẽt epiſtolis, ſi quę Marcelli anu-
lo obſignatę perferrent: monitiõe cõſecutus eſt vt Salapia & alię vrbes fruſtra An
POST Cannẽſem cladẽ, perculſis ita Romanorũ (nibalis dolis tentarent.
animis, vt pars magna reliqarum nobiliſsimis autorib. deſerendæ Italiæ iniret cõ-
ſilium, Pub. Scipio adoleſcens admodũ, impetu facto in eo ipſo, in q̃ talia agitaban
tur cœtu, p̃nunciauit, manu ſe ſua interfecturũ, niſi q iuraſſet nõ eſſe ſibi mentem
deſtituendę Reip. Cunq; ipſe ſe primus religiõe tali obligaſſet, ſtricto gladio mor-
tem vni ex p̃ximis minatus, niſi acciperet ſacramentũ: illũ metu, cęteros etiã exẽ-
VOLSCORVM Caſtra cum p̃pe a virgultis ſyl- (plo coegit ad iurandũ.
uaq; poſita eſſent, Camillus ea omnia, quæ conceptum ignem, vſq; in vallum per-
perferre poterant incendit: & ſic aduerſarios exuit Caſtris.

PISISTRATVS Athẽn. cũ excepiſſet Megarenſiũ claſsẽ, qua illi ad Eleu-
ſin noctu applicuerãt, vt operatas cereris ſacro fœminas Athẽn. raperẽt, magnaq;
ędita cęde eorũ vltus eſſet ſuos, eadẽ quę cœperat nauigia Atheniẽſi milite cõple-
uit, q̃buſdã matronis habitu captiuarũ in cõſpectu locatis. Qua facie decepti Me-
garẽn. tãq̃ ſuis & cũ ſucceſſu renauigãtib. effuſe obuii inermeſq; rurſus oppreſsi ſũt.

CONON Dux Athẽn. victa claſſe Perſarũ apd' Inſulã Cypron, milites ſuos ca
ptiuis armis induit, & iiſdẽ Barbarorũ nauib. ad hoſtẽ nauigauit in Pamphiliã apd'
flumẽ Eurimedõta: Perſę q̃a & nauigia & habitũ ſuperſtantiũ agnoſcerẽt, nil ca-
uerũt, ſubito itaq; oppreſsi eodem die, & nauali & pedeſtri pręlio victi ſunt.

ARTICVLVS VII.

DE PRAEMIO AC POENA MILITVM.

PRÆFATIO.

Vt tribus paratur ui ctoria, nempe Dei gratia, Imperatoris prudentia, & uirtute militum: ita Deo inprimis, ac imperatori, tum militibus pro deuictis hoſtibus gratiæ ſunt habendæ ac referendæ.

✱ An, & quando hoſtiũ uitæ, ſacris, ſubditis, & facultatibus ſit parcendum?

SI Dñs eſt vir pugnator, ipſi p̃fecto inprimis oĩs victoria debet, eiq; gratię agendę
ſunt. Secũdo aũt Imperatori etiã ac militib. honores ac iuſta pręmia cõferant, per
q̃s Dñs, tanq̃ per ſuę potentiæ inſtrumẽta, populo ſuo pacẽ dedit, eius facultates a
direptiõe defendit, vitãq; a morte ſeruauit. Ac pricipio oĩm gratiſsimã hoſtiã Deo
cedi exiſtimo, ✱ſi vitæ hoſtiũ pepercerimus, inprimiſq; eorũ ſacra (ſiq̃dem chriſti-
ana fuerit) item omnẽ ingeniorũ ac virtutũ altricẽ, imbellemq; ac innocentẽ turbã
ſeruauerimus. Siue q̃d ex p̃feſſo religiõis noſtræ remittere deliquentib. in nos, ac
etiã bñfacere debemus: Siue q̃d impiũ eſt omnẽ victorię inſolentiã etiã in magi-
ſtros virtutũ ac innocẽtes effundere, q nullã penitus belli cauſam dederũt: ſed Ma
giſtratuũ ſuorũ errata dependũt. Niſi fortaſſe diuinę volũtatis pręceptũ, ac preſen
tiſsima Reip. vtilitas Imperatorẽ cogerent, vt tã de Rege victo, q̃ de populo, ac ſub-
ſtãtia eius atrocius ferat ſuppliciũ, nimirũ exemplo Moſi, q nõ ſolũ ſubſtantiã Ae-
gyptiorũ accepit, verũ etiã Pharaonẽ ceruicoſum in aq̃s cũ exercitu ſubmerſit, vel
exemplo Ioſue, q Hai Regem acie victũ ſuſpendit, Ciuitatemq; eius terra obruit.
vel exemplo Samuelis, q Agag Regem Amalecitarũ in fruſta cõcidit, q̃d'q; hoc
ipſum Saul nõ fecit, ſed & de ſubſtãtia eius holocauſta obtulit, quã vaſtare debe-
bat, Regnũ amiſit. (Nã idolatricos cultus tollere ſemper ex præcepto Dei aſtrin-
gimur.) Nec iniuria, omnia q̃ppe victi in victoris poteſtate ſunt poſita; ita, vt &

vitæ,& facultatum deuicti penes victorē ſiant arbitria. Alioq ſi diuinitus ad atrox ſuppliciū nō impellimur,& humanæ fortunæ inconſtantia,& victoriæ rota fallax moneat, ne qd durius in innocentes hoſtiū ſubditos, ipſoſue captiuos, ſacraue illorum ſtituamus. Hoc enī iuris in noſmetipſos ſtatuimus,qđ alteri fecerimus, ſufficere enī arbitror,ſi noſtra vīdicemus ac tueamur ab hoſte. q quidē nē ad cōſimilem iniuriā impunitate alliciaſ, vel potentia exarmeſ qua abuſus eſt, vel redigaſ in ordinē ne inſoleſcat,vel alioq onus ac tributū ei imponaſ vt deditionē recognoſcat,vel captos ſeruet q̃ad nobis ſatisfiat,vel ſi fieri poteſt Ciuitati noſtrę adſcribaſ potius q̄ illum hoſtē aut ſaltem externū habeamus. parcendo enī ſubiectis, & debellando ſuperbos noſtri maiores ex paruis initiis tantā nobis hāc Remp. fecerūt, & in ſumma trāqllitate reliquerūt, vt neq̧ cuiq̄ Reip. plures ac potentiores ſocii ſint,neq̧ in tāta generis,religiōis,ac etiā legum diuerſitate interna pax certior cōſtet. Quemadmodū enī ſunt Iura belli, nempe,vt nō niſi rerum repetundarū gratia ſuſcipiaſ, denuncieſ,iuſto more geraſ,fœdera ſeruenſ,ſigno dato confligaſ, & ſiſtatur, ſtipendia pendanſ: Ita q̊q̧ ſua Iura & in deuictū hoſtem ſunt ſancte cōſeruanda, nempe,vt hoſtis ſi nō ſit in acie cæſus ſerueſ incolumis, ſi ante prælium ſupplicē ſe det delicto eius parcaſ, ſi reddit qđ accepit damnaq̧ refundit bello libereſ. In vniuerſum vero rebus cōpoſitis obliuiſcendū iniuriæ,induendaq̧ eſt tū amici tum patroni perſona. Etſi enī pulchrū ſit Arces oppugnare, capere Vrbes, ſternere fontes exercitus: Nihilominus lōge ſpecioſius illuſtriusq̧ eſt in victoria iram frenare,inſolentiā cohibere,cumq̧ ,p iure victoris poſsis omnia,nihil niſi qđ iuſtum,æquum,humanū, ac etiā pium ſit tibi permittere. Quippe qđ alterū vincere,& feris & barbaris etiā datur: At ſeipſum poſſe domare,omnibusq̧ libidinibus frenum inicere,tantū hominū idq̧ duntaxat bonorū ,pprium eſſe putamus. Hæc iſta clementia Scipionē adeo extulit,hæc Cœſarē deum fecit,hæc Auguſtū cōſecrauit,hæc deniq̧ SIG. noſtrū Regē omnibus mundi Pricipibus venerabilē effecit,vt ab omnium ſectarum antiſtibus illuſtre q̊ddam exemplum omnis virtutis fidei atq̧ diuinæ cuiusdā grauitatis viuus ac mortuus pace belloq̧ haberet. Certe Marcellus anteq̄ Syracuſas Vrbem opulentiſsimā prædę ,p conciōe militibus edixiſſet, fleuit, edictoq̧ cauit,ne qs corpus liberū violaret:cum eius Vrbis prædę tātum fuiſſe Liuius referat, quantū vix capta Carthagine tunc fuiſſet, cum adhuc cum eā æquis viribus certabaſ. Cōtra Hannibal,Sylla,& Mahometana feritas adhuc omniū mortaliū iuſtis cōuiciis exagitanſ: qđ tam ſuperbe, auare,crudeliſ,ac omnino impotenſ ſeſe in victoria geſſere: vt plane hominē exuiſſe videanſ. Nec iniuria, Finis enī belli PAX eſt. Gentiles tamē tantū pacem vt belli finē experūt vt ſcilicet in ocio poſsit viuere,& bonis corporalib. potiri abſq̧ moleſtia. At Chriſtiani belli finē ,pponunt ſibi hunc,vt in tranqllitate hominū religiōis doctrina ,papageſ,tegan ſcholæ,imbecillis ætas erudiaſ. nec prorſus diſsipenſ. aut deleanſ ſeminaria Eccleſiæ & Politiarū:deīde vt mores honeſta diſciplina reganſ. ne deniq̧ doctrina de vero Deo & beneficiis Chriſti deleret,idq̧ nō ſolum in eorū, verū etiā in deuictorū hoſtiū ditiōibus. hos fines intuebaſ Dauid,& alii ſancti viri,q̄ties educebant exercitū,q̄ties inſtruebant aciē, quoties in hoſtilē exercitū impetum faciebāt. hi fines ignoti erant Alexādro,Scipiōi,& C. Cœſari. ſed tantū ſentiebāt defendendā eſſe patriā, vt ne genus humanū occideret, neue ,p moribus in ſpeciem honeſtis feri atq̧ barbari influerēt: quinimo vt ſuperbiæ,ambitiōi,crudelitati,atq̧ auariciæ ſuæ ſatisfacerēt: quacūq̧ tandē ruina & cladib. hominū id eis cōſtitiſſet.

Quæ pœnæ hoſtiſint irrogandæ ?

Parcendo & debellando Reſpublica noſtra creuit.

Quæ ſint Iura belli gerendi, tum in hoſtem deuictum ?

Clementia Imperatores nobilitat: contra, crudelitas infamat.

Marcelli humanitas in victoria.

inhumana exēpla q̄

Finis b[illegible]lorum pax, gentib[illegible] tam[illegible]n & chriſtianis d[illegible]erſi[illegible] vſus reſpicientur.

ET q̊niam tu q̊q̧ TAR noui Imperator ęque omnes clemētiæ Leges in deuictos obſeruaſti, ac fortitudinis vim in repugnātes hoſtes præſtitiſti, omniū calculo,iudicaris eſſe dignus, q omnibus ſæculis Imperatoriarū virtutū itidem ſpecimē in Rep. noſtra ſis & habeare. Tu enī & Reip. vires noſti,& cōſilia ac naturā hoſtis ante intelligis quā cum illo dimices: tu locum ac tempus q̄bus aduerſariū ferias, ,puides: tu qua parte inermis ſit, diligenſ animaduertis: in te nihil ebrietas ac ſocordia,nihil Venus vanitas aut remiſsio,nihil petulātia,temeritas,auaricia,aut iracūdia præceps, ſed & arrogantia aut iactātia intēpeſtiua ne tantillū q̄dem ſibi vſurpant: quin vndiq̧ teres ac æquabilis,intentus ac erectus diſciplinā militarē tueris, eodēq̧ ſemper vultu ad ſalutē populi vigilas: vt neq̧ decipi neq̧ vinci queas. Militibus aūt cōflictaris inculcas illa verba. vita patriæ potius quā naturę reddaſ. Cœ-

Iohan. Tarnouis Imperator in repugnantes fortis,in deuictos hoſtes clemens.

Officium imper. ſummi antequam dimicet

Verba imper. milites ad prælиũ adhortantis.

Officium imper. parta uictoria.

Iohan. Tarnouio & laudes & honores triumphales merito habendi.

Quæ forma triũphãtium eſſe deberet?

Quare prudentes ac fortes uiri in Repub. ſunt laudandi?

Bona pars uictoriæ militibus debetur.

Inflammandi ſunt milites præmijs ad uirtutem.

Licet aliqui fortiſſimi imper. egeni fuerint, nõ propierea tamen omnes fortes ac prudentes negligi, atq; etiam fame macerari debent.

lo tegit, qui nõ habet vrnã. vndiq; ad ſuperos tantundẽ eſt viæ. item, mors audacẽ fugit, fugitiuũ perſequit̃ virum. pręterea illud q̃q; q̄d Silius Poeta finxit Alexandrum ad Scipionẽ loqui apud inferos, ne hoſti des ſpaciũ ſeſe cõfirmandi, vſurpare ſoles. Eſt turpis lenti ſolertia Martis, Audẽdo bella expedias: pigra extulit aſtris haud vnq̃ ſeſe virtus. tu magna gerendi præcipita tẽpus: mors atra impendet agẽti. & alia huiuſmõi. Parta aũt victoria humanũ & placabilẽ te ſupplicib. præbes: vt etiã hoſtiũ abs te deuictorũ teſtimonio, nihil eſt, qua parte illis Ducibus, q̃s recitaui, inferior ſis, vel ꝓpter q̄d Epaminondã Thebanis, vel Ageſilaũ Lacedæmoniis, vel Cononẽ Athenienſib. alioſq; Duces aliis gentib. inuideamus. tu enĩ imples omnium horũ deſideriũ, atq; etiã excludis. Neq; mirum, per omnes enĩ gradus militares ad hoc faſtigiũ aſcendiſti, & parendo imperare didiciſti: q̃ q̄dem cõſecutus es, vt exercitus tibi imperãti libent̃ obediat, & te Duce ad victoriã alacrit̃ cõtendat. Cum aũt eo nomine tuis meritis parem referre nequeamus, hoc ſaltẽ loco tibi quã poſſumus gratiã habeamus omnes, q ingratitudinis labem effugere volumus. Cum enĩ nos domi fuiſſemus pacatis ſtudiis addicti, ſecuriq; beato perfrueremur ocio: tu militiæ laboraſti, tu in acie ſudaſti, tu cum potentib. hoſtibus cõflixiſti, vt tua virtute inprimis effectũ eſſe recognoſcamus, q̄d nemo Reip. hoſtiũ ſit, qui hoc tempore nobis te Duce nõ ſuccubuerit, q tua dextra nõ ſit victus, cuius etiã cruor Polonã nõ infecerit oram: ita vt omnes nõ ſolum iam tuum, verum etiã tecum cõmune nobis Polonorũ nomen reformidẽt, & ſibi exitiale cõfiteant̃. Ac ꝓpterea ſi hi honores, q oli Romæ Imperatorib. decernebant̃, in patria q̃q; noſtra eſſent recepti, generoſiſsimi quiq; te curru aureo vehi, te laurea corona coronari, aureoq; clauo veſtiri, tibi victos ante triumphalẽ currum Duces præire, ſimulachraq; Arcium & Oppidorũ præferri, ac omnino ouationẽ publicã fieri libentiſsime viderent: & tibi tãtos triũphos inſtrui gratularent̃. quippe q̄d iuſtum ſit ſummis adficere honorib. illos, q nõ ſolũ prudent̃ & fortit̃ pietatẽ, bona ſtudia, libertatẽ, aliaq; Reip. omnia munera: item ſalutem, dignitatẽq; noſtrã defenderit: verum etiã tot hoſtes patriæ fuderit, & ſub iugum Reip. noſtræ miſerit. Certe q̄d ad me attinet, vocibus & calamo triumphos tibi canã, te noſtris prudentiæ ac fortitudinis ꝓponam exemplũ, & vt qſq; noſtrorum Ciuium ad par decus cõtendat extimulare, q̃ ad viuam, non ceſſabo, ne ſcilicet virtus illaudata frigeat, & gloria ſuo pabulo fraudata agat̃ in furorẽ, cæteroſq; ad ignauiã potius q̃ ad ſolertiã, ad metum & puſillanimitatẽ potius q̃ ad fortitudinẽ & magnanimitatẽ impellat: Inprimiſq; ingrati erga Deum videamur, q omnibus ſęculis huiuſmõi heroas dat, ad ſeruandas generis humani ſocietates, quæ noĩe Rerump. appellant̃: in q̃bus ille diligeret̃, coleret̃, & tanq̃ gigas bellator timeret̃. ET q̃niam bona pars victoriæ in milites q̃q; refundit̃, q̃rum dexteritate Imperatores in prælio vtunt̃ ipſis q̃q; militibus ciuicas, murales, obſidionales, aliaſue ꝓ merito coronas: ac iuſta prẽmia a Pricipe publice dari veli. prætereaq;, vt plebei ꝓ ratiõe meriti ad ordinẽ militarem inautorent̃, ſaucii curent̃, tenues ditarent̃, locupletes honores caperent. vt nemo videlicet ſit, qui fructũ laboris ac periculi nõ caperet, ꝓ modulo ſuo, ampliſsimũ. Si enim virtuti PRAEmia iuſta, ſceleri aũt POEnam debitã detrahas: omnis rei militaris diſciplina perit. quin etiã generoſiſsimus qſq; cõtemptus impatiens, eius Reip. exterminiũ optat, in qua virtuti ſuæ nõ ſit honor, neq; locus. Indeq; militũ alacritas in rãcorem, fortitudo in rapinã, obedientia in cõtumaciã vertit̃. & breuit̃ in ſua viſcera ſtringere ferrũ potius, q̃ hoſtem ferire malunt. Et quanq̃ Scipio maximus Imperator (vt taceam de Fabritio, Curio, & aliis) tantæ abſtinẽtiæ fuiſſe tradit̃, vt annis 54. nihil dicat̃ emiſſe, nihil vendidiſſe, nihil ędificaſſe, atq; in tanta rerum affluentia & opibus q̃bus Carthaginẽ & Numantiã deleuit, haud plus tribus & 30. argenti libris, auri vero duabus reliq̃ſſe. Itaq; cum per ſocios & exteras gentes iter faceret, nõ mancipia eius, nõ opes, nõ victoriæ numerabant̃: ſed quantũ amplitudinis, cõtinentiæ, & abſtinentiæ pondus ſecum ferret exiſtimabat̃. Nihilominus e cõtrario vt PRVdentem CONtemni, ita FORtem virum EGEre, LIGoneq; fodere q ſciat GLADio pugnare neutiq̃ ferendũ eſſe putarunt ſapientes. vt ſcilicet HONorata VIRtus creſcat, OPeſq; bene gerendarũ rerum habeat inſtrumẽta, ſine q̃rum adminiculo nemo nõ in officio cuiuslibet virtutis claudicat, prętereaq; ne iuſtã offenſiõis quiritãdi, atq; etiã furendi cauſam habeat: eo magis aũt ſi ignauos ac imbelles

uos ac imbelles

uos ac imbelles ſibi præferri videat. Cum aũt honorabit virtus, tum vero & Tyrones ad ſcholas militares impigri cõfluent, in qua bellãdo diſcãt cõtemnere mortem: & milites ad labores ac pericula fortes reddent: & Imperatores omnem induſtriam ac etiã facultates ſuas ad tutelã Reip. inſument, atq; cõuertent. Alioq Tyrones ſpectaculis & ſcenæ potius ſeſe addicent quã certamini & paleſtræ, Poetas pro Ducibus mirabunt, Gymnaſia quarumuis artium pro Caſtris viſitabunt, deniq; ſuas operas ac etiam vectigalia in Maſcaras & Scenicos luſus, vel alioqui ad nundinationem conuertent.

De præmijs & prærogatiuis militũ, & peculio Caſtreñ. ac militari teſtamento, deq; pœnis. Item de captiuis, ac poſtlimio reuerſis. Lex I.

48. Ad fidem eximiã & obſequia ſemper fideli continuata ſtudio attendimus, quibus Prælati, Barones, Proceres, Nobiles, ac uniuerſa Regni noſtri militia, nunc ſuis nos dirigendo cõſilijs, nunc in bellis, nunc in alijs caſibus & cõtingentijs noſtris infatigabili uirtute nobis adherẽdo gratos ſe nobis reddiderũt: & quotidie reddũt inceſſanter. & aucta fidelitatis ſuæ præſtãtia adhuc magis reddere ſtudẽt in futurũ. propter quę Regalis munificentiæ noſtræ dona merentur a nobis recipere.

Ex Priuil. Iagel. pro pe Czeruyeñ. 1422.

Præmium & pœna tanq̃ duo dij in manu Regis poſiti rem militarem, ac Rempublicam continent.

¶ Hoc Statuto ꝑpetuo declaramus obſeruandũ, Quod Donatiões fi-
34 xæ & firmæ debeant permanere, etiã ſi Priuilegiũ ſuper eiſdẽ Donationibus cõceſſum nõ fuerit. dum modo ſaltẽ morte Donatoris, uel eius cui Donatio facta fuerit, cõfirmetur: præſertim aũt his qui nobiſcũ ſeu cum noſtris ſucceſſoribus uiriliter in bello pugnãtes fuerint interfecti: Donatio huiuſmodi recipiat perpetuam firmitatem.

Kaz. M. Viſl. 1368. Donatio per Regem militib. in bello facta morte Donatoris & Donatarij etiã ab q; literis, confirmatur.

PRAErogatiuę militum ſeu Nobiliũ ſunt hæ, qđ cum Senatoribus Regẽ eligunt & coronant. Item Ius figendorũ ac refigendorũ Legum, necnõ pacis & belli arbitria cum ipſo Rege ac Senatu cõmunia habent. ex iiſdem etiã Spirituales & Sęculares Senatores, necnõ Dignitarii & Officiales creant: Nobiliũq; & Equum prærogatiuis quã late illæ patent, ſpecialibus gaudent. de quibus omnibus ſuperius abunde egimus. pręſertĩ Lib. 1. Capitulis 1. 2. 3. 4. & 5. item Cap. 15. de Militibus, Nobilibus, & ſcartabellis: æſtimatiõeq; vulnerum & capitum. & Lib. 3. de rebus, fundis, ac maleficiis. Item Libro 4. de iudiciis illorum &cæt.

¶ DE inuaſione domus Nobilis alicuius uide Lib. 1. cap. xij. art. x.

¶ SI uero in Curia noſtra, uel alicuius Militis minutas quaſcũq; res
39. quis ſubtraxerit: auris periculo & priuatiõi ſit ſubiectus. Vbi uero coram milite quis gladiũ uel cultellũ extraxerit, neminẽ tamẽ uulnerãdo ſit in gratia militis. Si aũt uulnus intulerit, decernimus, quod manus ſua perforari poterit, & debeat.

Kaz. M. Viſl. 1368. Subtrahens in Curia Regis uel militis res, auris priuationi ſubijcitur.

Vulnerans in præſentia militis manus ꝑforatiõe puniatur.

¶ SI iſte, qui ob infirmitatẽ a bello ſe exemit, cũ quatuor teſtibus corã Rege nõ iurauerit ſuper vera infirmitate, extunc talis ægroti bona impetrata debent ſecundũ Donationẽ noſtrã Regiã, vel ſucceſſorũ noſtrorũ, ſuum effectũ ſortiri, vide hoc Statutũ ſupra Art. 3. q. ꝑ incipit. Item Statuimus qđ in eiſdẽ &c.

¶ DE uituperatiõe Nobili expeditionẽ bellicam ſeruienti, Iudicijsq; Terreſtribus ſubiecto, aut pro Nobili ſe gerenti, illata per Kmethonem &cæt. Vide Libro 1. Capitulo 15. Articulo 2. de Nobilibus.

¶ SI in negocio limitandorũ bonorũ teſtis ſuper Nobilitate culpatur, & ſi alii quinq; teſtes teſtificant ſimplici verbo, qđ eſt poſſeſſionatus, habet videlicet bona Terreſtria, & habet pro Nobili int vicinos, & ſeruitia bellica cũ Nobilitate obit: tale teſtimoniũ ſufficiet ſibi ꝓ tũc &c. vide iſtũ ar. li. 1. ca. 14. ar. 4. de Succ.

Lex Vlad. Iag. ll. pri uil. Iedlñ. 1433. Pœnæ in quibus aliquis ſuccubuerit nulli ſunt donandæ, ſed per Capitan. uel Official. Regis exigẽdæ Lib. 1. cap. 12. ar. 27. lege 14. potius q̃ hic ea lex fuit ponenda.

℄ Item promittimus quod nulli pœnas ſuper Nobilibus ad quas nobis iudicialiter fuerint cõdemnati exigẽdas donabimus, ſed eas per nos aut noſtros Capitaneos ſeu Officiales exigemus, & exactas iuxta beneplacitũ noſtrũ cõuertemus.

℄ De Caſtreñ. peculio.

COMMENT.

Ea quæ filiusfamilias miles nomine militiæ a parentibus, vel cognatis accepit, vel aliunde acqſiuit, vel etiã emeruit: etiã inuito patre q̃ vult cõuertere, vel actiõe perſequi poteſt. Etenĩ in iis bonis filii, quæ Caſtreñ peculium nucupanť, nullum ius habet pater. Etiã ſi illum det adoptandũ, vel emancipet: quia nec in familia retento ei hec auferre poteſt. Et tamẽ ea bona quæ pater militi filiofamilias reuerſo donat, Caſtreñ. peculiũ nõ ſunt: ſed alterius peculii, perinde ac ſi filius nunq̃ militaſſet. Certe, pater qui Caſtreñ. peculium inteſtati filii retinebit: Aes alienũ intra modum eius, & annum vtilem iure ſoluere cogitur. Idẽ ſi teſtamento ſcriptus hæres extiterit, vt hæres conuenieť. Sed & legata ab eo vnicuiq; præſtabit. Porro Miles tribus modis teſtatur. Cõſtitutus domi iure cõmuni: Item cõſtitutus in militia iure ſingulari, id eſt ſaltem duobus teſtibus forte etiã mulieribus conuocatis. Poſtremo in bello forte trãsfixus, ſine vllo teſte iure ſingulariſsimo teſtari poterit nimirũ Literis rutilantibus ſanguine in puluere, vel in mucrone, vel in clypeo. verum ſi poſtea vertatur in dubium, miles ita ſcripſerit necne: per duos teſtes ab hærede Caſtrenſis peculii inſtituto probetur.

Sigiſm. Bidgo. 1520.

Pœnæ abſentiũ a bello vel delĩquẽtiũ

Omnes pœnæ in corpore, fama, ac bonis militum irrogari ſolitæ ſupra cap. eodẽ articulis 2. 3. 4. 5. & 6. uideantur.

Abſentiũ a præſenti bello inobedientiũ Nobiliũ merito punire debuimus ſeuera & cõſueta punitiõe contra tales ſemper obſeruata. Petitiõi tamẽ Terreſtriũ Nunciorũ ſupplici tribuẽtes deferre eãdẽ decreuimus ad Conuentũ generalẽ proximo celebrañ. & præſentib. (in illo. L. ij. deferimus. 22.

Sigiſm. Craco. 1540. Obligatiõe etiam ſpõſionis fidei uiri militares, ſi quid deliquerint per Regem, uel belli Capitaneũ, obſtringuntur.

℄ ITA poſtulãtibus ſubditorũ noſtrorũ ratiõibus, Decreuimus ut nullus Nobilis ſubditus noſter ſponſiõe fidei per nos obſtringatur niſi iure uictus. Secus erit in exercitio rei militaris, & ubi nobis uel alicui ſubditorũ noſtrorum interuenerit cum ſeruitore factore adminiſtratore aut ſubdito ſuo. Et ubi Reipublicæ cauſa aliquid ſit contra quemuis agendum.

Sæpe al. bi repetitur.

COMMENT.

Quæ pœnæ alicui militari delicto ex iure militari irrogentur?

MIles q in COMmeatu agit, nõ videť Reip. cauſa abeſſe. Miles IBI pœna plectitur, vbi deliquit. EMANſor eſt qui diu vagatus ad Caſtra reuertit. DESertor vero q itidem diu vagatus reduciť. QVI cõtra edictum iuit hoſtes ſpeculatũ, aut qui a foſſa recedit, capite plectiť. QVI ſtationẽ deſerit, gradu militiæ deiicitur. QVI imperata præſidis nõ facit, ꝓ deſertore habeať. QVI a frumentãdo ad præſtitutum diem non rediit, niſi cauſam probet, pro deſertore habeať. QVI ad hoſtes cõfugit, & rediit, tortus, ad furcam, vel ad beſtias damnať. MIles qui arma in bello amiſit, vel alienauit, vel ſurripuit, capite punitur. SI qs inter eundũ capiuetur, ac redeat, inſpecta eius vita veteranus puteť, & emerita accipiat. SI qs in bello rem a Duce ꝓhibitã fecit, aut mandata nõ ſeruauit, etiã ſi bene ceſſerit, capite punitur. SI quis agmine exceſsit, fuſtibus cædiť, aut militiã mutare cogiť. SI qs vallum trãſcendat, aut per murum Caſtra ingrediať, capite plectatur. SI quis foſſam tranſiuit, militia reiicitur. QVI ſeditionẽ atrocem militum cõcitauit, capite punitur. SI multi milites aut legio, in aliqd' flagiciũ cõſpirent, vel deficiãt: exautoreńť, vel capitibus plectanť. QVI præpoſitũ ſuum ꝓtegere noluerit, vel deſeruerint, capite plectanť. AT nõ omnibus militare permiſſum eſt. Qui ſtatus cõtrouerſiã patiunť, licet reuera liberi ſint, aut legitimi, lite pendente nomẽ militiæ nedent: multoq; minus, qui adulterii, furti, perfidiæ, parricidii, vel aliq̃ legitimo iudicio ob aliqd' enorme ſcelus damnati ſunt: aut militia ex cauſa exautorati: inť milites nõ ſunt recipiendi. grauius tamẽ delictum eſt, detrectare munus militiæ q̃ appetere. QVI filium ſuum ſubtrahit belli tempore, exilio, vel bonorũ parte multãdus eſt. QVI vero debilitatiõe inhabilem faceret, deporteť. QVI captus nõ rediit, cum

Qui militare non poſſunt.

Qui militiam detrectant.

diit, cum redire poterat, pro transfuga habeať. Omne aũt delictũ militis vel ſegñi-cie, vel cõtumacia, vel perfidia cõmittiť. Itaqꝫ qui imperata nõ fecit, q manus prę-poſito intulit, Qui fugam prior fecit, qui ſecreta aperuit hoſtibus, cõmilitonemue vulnerauerit: capite puniant. QVI excubias palatii Caſtrorũ, vel exercitus, de-ſeruerit, capite puniť. Milites q̊qꝫ officia mechanica quibus a militia diſtraherẽ-tur, ne exerceãt: niſi forte Equeſtri, aut Militari vſui ſint vtilia. Quin & Cenſores exercitus equos militum ſtrigoſos in ærarium referãt, paruos vero reiiciant. præ-ſerti ſi ſtrigoſo Eques caratior, paruo aũt facultatib. ditior eſſe cõperiať. Generale aũt officium eorũ eſt, qui exercitui præſunt, milites in Caſtris cõtinere, ad exerci-tationẽ ꝓducere, claues portarũ ſuſcipere, vigiles interdũ circumire, frumentatiõi-bus cõmilitonũ intereſſe, frumentũ ꝓbare, menſuræ fraudem coercere, delicta ſe-cundum ſuæ authoritatis modum caſtigare, principiis frequenť intereſſe, querelas cõmilitonum audire, valetudinẽ inſpicere. Porro Tribuni non ſolum Arces cum Vicecapitaneis & Burgrabiis vbi ſunt, ſeruant: verum etiã vt omnes q militare de-bent militatũ ꝓficiſcanť, prouident. prætereaſi exercitus calamitate aliqua bello attritus eſſe ſignificeť: milites nouos domi ſeu in Prouincia quærunt, cient, cogũt, ſcribunt, & ſufficiunt. Ad omnes enim caſus res militaris debet eſſe inſtructa, ne incogitantia, ſecuritate, mora, inopia, vel temeritate peccetur.

Caſtellanorũ & præfectorum exercitus, ſeu magiſtrorũ Equitum officia.

Tribunorũ in Regno Poloniæ officia.

De Iuſticio captiuis, ac poſtliminio re=

Kaz. M. Viſl. 1368.

Volumus tamẽ & declaramus, Quod omnes pręmiſſæ (uerſis. Lex iij.
18 præſcriptiões, tempore pacis & cõcordiæ uendicent ſibi locũ. Tempore
19. aũt guerrarũ ſeu diſcordiarũ nullatenus locũ ſibi debeãt uendicare. Sed
tunc oportebit ſe ſalubri remedio eiuſdẽ præſcriptiõis prouidere iuxta
diſcordiã, guerrarũqꝫ qualitatẽ, & longitudinẽ. ¶ Sicut & captiuis ꝑ
Tartaros, atqꝫ alios hoſtes, nullam uolumus fieri præſcriptionem.

Tempore belli, & captiui nõ præſcribũt.

Per Tartaros & hoſtes captis, nulla unquam præſcriptio opponatur.

COMMENTARIVS.

ET quia fortibus viris ꝓprium fere eſt, vt raro moriantur in ſtragalis: ſed vel in acie cadunt, vel ab hoſte capiunť: niſi vincãt. Ideo cæſis honeſta ſepultura, ac prę-clara recordatio: Captis ex bonis Eccleſiæ, Fiſci, ac paternis redẽptio debenť. Ali-oqui ſi patrẽ filius, vel e cõtra pater filium nõ redemerit, ſi poſſet: alter alterum ex-hęreditat. Qď ſi capti fugerit, vel ſe in libertatẽ quacunqꝫ ratiõe honeſta aſſerue-rint, ad nos q̊qꝫ redierit: Iure POSTLIMinii Ius Ciuitatis, libertatis, bonorũ, ac functionũ recuperãt: ac ſi nunꝗ fuiſſent capti. Nec intereſt, Nobiles illi fuerit, aut Plebeii: mobileſue res (præter arma quæ ſine turpitudine nõ amittunť) an fundi: Item corporales, an incorporales recuperenť. Nam POSTLiminiũ eſt Ius amiſſę rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinũ reſtituendę, inť nos ac liberos omnes populos Regeſqꝫ moribus ac Legibus cõſtitutum. Nã qď bello amiſimus, aut etiã circa bellum: hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere. idqꝫ naturali æqtate introductũ eſt: vt qui per iniuriã ab extraneis detinebať, is vbi in fines ſuos rediiſſet, priſtinũ ſuum Ius reciperet. INDVciæ ſunt cum in breue, & in pręſens tẽpus cõuenit, ne inuicẽ ſe laceſſerent. ꝗ tempore nõ eſt poſtliminium. A Piratis aut Latronib. capti liberi permanẽt. Poſtliminio rediiſſe videť qs cum fines noſtros intrauerit: ſicut vbi fines noſtros exceſſit, amittiť. Sed & ſi in Ciuita-tem ſociã, amicamue, aut ad Regem ſocium, vel amicum venerit, ſtati poſtliminio rediiſſe videť: quia ibi primũ nomine publico tutus eſſe incipit. Transfugæ nulli poſtliminiũ eſt. Nam q malo cõſilio, & ꝓditoris animo patriã reliquit: hoſtium nu-mero habẽdus eſt. Sed hoc in libero transfuga Iuris eſt: ſiue fœmina, ſiue maſculꝰ ſit. Si vero ſeruus trãsfugerit ad hoſtes: q̃niam & cum cauſa captus eſt, Dñs in eo poſtliminiũ habet, & priſtinum Ius recuperat. Ne ſi ſecus fiat, nõ tam ſeruo iniu-rioſum ſit, q ſeruus ſemper erat: quã Dño damnoſum cõſtituať. Si ſtatu liber trãſ-fuga reuerſus ſit: exiſtẽte conditiõe poſtꝗ rediit, liber efficiť. Diuerſum eſt ſi con-dicio extitiſſet, dum apud hoſtes eſt. In eo eni caſu neqꝫ ſibi reuerti poteſt vt liber ſit, neqꝫ heredi in eo Ius poſtliminii eſt. Filius q̊qꝫ familias transfuga non poteſt poſtliminio reuerti, neqꝫ viuo patre, quia pater ſic filium amiſit, quẽadmodũ patria. diſciplina vero Caſtrorũ antiqor eſt, ꝗ charitas liberorum. Trãſfuga aũt nõ is ſo-

Si capti redeunt, Ius POSTLiminij recuperant.

Poſtliminiũ qd eſt?

Naturalis æquitas poſtliminij Ius introduxit.

Induciarum tempore poſtliminiũ nõ eſt.

Quando poſtliminiũ locũ habet, & quando incipit?

Tranſfugæ poſtliminio non redeunt, ſed hoſtes cenſendi ſunt.

Filiusfam. tranſfuga poſtliminio nõ gaudet.

Ius accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello trãſfugerit: ſed etiã qui per inducıarũ tempus ad eos q̃bus cum nulla amicicia eſt fide ſuſcepta transfugit. SI IS q emerat ab hoſtibus pluris alii Ius pignoris qđ in redempto habet ceſſerit: nõ eam quantitatẽ, ſed priorẽ redemptus reddere debet: Emptor vero habet actionẽ aduerſus eum, qui vendidit exemptũ. Poſtliminiũ eſt omnibus cuiuſcũq; ſexus cõditiõiſue ſint: nec intereſt, liberi, an ſerui ſint. Nec enĩ ſoli poſtliminio recipiunť, q pugnare poſſunt: ſed & omnes homines qui eius naturę ſunt, vt vſui eſſe vel cõſilio, vel aliis modis poſsint. Si captiuus de q̃ in pace cautum fuerat, vt rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit: non ei poſtea poſtliminiũ eſſe, verum eſt. Expulſis hoſtibus ex agris q̃s cœperant: dominia eorũ agrorũ ad priores dños redeunt, nec publicanť, aut prædę loco cedunt. Publicať enĩ ille ager q ex hoſtibus captus eſt. Redemptio facultatẽ redeundi præbet, nõ Ius poſtlimini mutat. Cum aũt & illi q̃dam ſuo fato ſerui ſint noſtri, cum quibus, interea dum manent apud nos, bellum nobiſcũ interceſsit: Iure poſtliminii ad ſuos reuertunť. Certe capti neq; teſtamẽto neq; codicillis teſtari poſſunt, nõ enĩ ſunt ſui Iuris. PRAEſcriptiões tamẽ Iuridicæ neq; illis, neq; illorũ liberis in captiuitate natis, currunt, ſi reuertanť. retro enĩ crediť in Ciuitate fuiſſe q ab hoſtibus aduenit. Attamẽ & illi poſtliminio carent, qui armis victi hoſtibus ſe dediderũt. Si ſeruus cõplurium fuerat & omniũ nomine ei qui redemit reſtitutum precium erit: in cõmunem poſſeſsionẽ redibit. ſi vnius tãtum, vel q̃rundã, nec omnium: ad eum, eoſue qui ſoluerunt, pertinebit. ita vt in portiõe ſua priſtinum Ius obtineat, & in partes cæterorũ is qui redemit, ſuccedat. De metallo vero captus redemptus, in pœnã ſuam reuerteť: nec tamẽ vt trãſfuga metalli puniendus erit, ſed redemptor a fiſco precium recipiet. Non vt pater filium, ita vxorem Maritus Iure poſtliminii recipit. ſed cõſenſu redintegrať matrimonium. In Ciuilibus diſcordiis, q̃uis ſępe per eas Reſpub. lędať: qui in alterutras partes diſcedunt, vice hoſtium nõ ſunt. Atq; ob id neq; Iura captiuitatũ, aut poſtliminia ſunt. Immo captos & venundatos poſteaq; manumiſſos placuit ſuperuacuo repetere a Pricipe ingenuitatẽ, quã nulla captiuitate amiſerãt. Qđ filius eius qui in hoſtium poteſtate eſt, accipit aut ſtipulať: id, patre prius q̃ poſtliminio redierit mortuo, ipſi acq̃ſitum intelligiť: qđ ſi filius viuo patre deceſſerit, ad hęredẽ patris pertinebit. nam ſtatus omniũ q̃tum patres in hoſtium poteſtate ſunt, in pendenti eſt. reuerſo aũt patre filius exiſtimať nunq̃ ſuæ poteſtatis fuiſſe: mortuo vero patre, tunc filius paterfamilias fuiſſe, cum pater eius in hoſtiũ poteſtatem perueniret, eſt credendus. hoſtes aũt ſunt, q̃bus bellum publice indiximus, vel ipſi nobis indixerit: cæteri vero latronculi vel prædones ſunt nucupãdi. Porro nihil intereſt quomodo captiuus reuerſus eſt: vtrum dimiſſus, an vi, vel fallacia poteſtatẽ hoſtium euaſerit: ita tamẽ, ſi ea mente venerit, vt nõ illo reuerteretť, vt Attilus Regulus. Nec enĩ ſatis eſt corpore domũ quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt. Sed & q victis hoſtibus recuperanť, poſtliminio rediiſſe exiſtimanť. Quod ſi vxor cũ marito ab hoſtibus capti ſint, & ibidem ꝓcreauerint, ac proles reuerteretť: iuſtos eſſe parentes, & liberos: filiumq; debere eſſe in poteſtate patris credamus. Qđ ſi filius cum matre ſua ſola reuertať, quaſi ſine marito natus, ſpurius credi poteſt: niſi per ſigna aliqua legitimus eſſe doceatur.

Qui etiam dicatur transfuga.

Redemptori tantum precij a redempto reſtituatur, quantũ hoſti fuerit datum.

Si captiuus, de quo cautũ ſit ut rediret, non redit: ei poſtliminium non.

Hoſpites bello ſuorũ apud nos occupati, ſerui noſtri ſunt, & poſtliminio ad ſuos redeunt.

Præſcriptiones captiuis nullæ.

Quod ſi ſubditus cõplurium dominorum poſtliminio redit.

De metallo captus, a fiſco redimatur.

An filius & uxor pari iure poſtl. redeãt

Bello ciuili, neq; hoſtes, neq; captiuitates neq; poſtliminia, neq; re[...]tiones ingenuitatis eſſe poſſunt.

Nihil intereſt, ut captiuus euaſit, ſi modo nolit reuerti.

Qui victis hoſtib. recuperantur, poſtliminio redeunt.

Captorum proles legitima cenſeri debet, Niſi forte ſola mater cum filio redeat: nec patris legitimi ſigna extent in illo.

CAPITVLVM II.

De expeditione maiori.

PRÆFATIO.

QVAndo q̃dem Deus ipſe inť ſemẽ ſerpentis & ſemẽ mulieris, item inter Chã & Sem ac Iaphet, inter Iſmaelẽ & Iſaac, inter Eſau & Iacob, interq; vniuerſas gẽtes & Iſrael inimicicias poſuit immortales: ſed & gentes cõtra Chriſtum fremere oportet, donec ponanť ſcabellũ pedum ipſius, vniuerſiq; fines terræ in hęreditatem illi denť: optare magis quã habere pacem externã poſſumus, qui Chriſto nomen dedimus, pieq; volumus viuere in illo. ET enĩ facile obliuiſceremur DEI ꝓtectoris inermium, adiutoris imbecilliũ, & ſaluatoris derelictorũ: Mandata etiã ipſius præ inuentiõibus humanis ſuſq; deq; faceremus, ſi nõ ſit q deſides perſequať, lętos tribulet, exultãtes affligat: ſed porro omnia ꝓſpera pollicitãtes nobis, epulas indumentis,

Inimicıciæ inter gentes diuinitus ſunt poſitæ.

Quæ ſit utilitas ex hoſte petenda?

indumentis,ſcelera vero mendaciis adęquaremus. Etſi aũt eſſe inimicos oportet, & nobis expediat: Deus tamẽ ſpectator huius certaminis vult, vt ſe inuocato eis exemplo Abrahę,Moſi,Ioſue,Gedeõis,Iudæ,Saulis,Dauidis,& aliorũ reſiſtam9. Namq; ob eam rem pręcipue & Iohãnes milites in officio ſuo cõfirmauit,& Chriſtus Cenſum dare Cœſari tentatores iuſsit, & Apoſtoli Præpoſitis gladium reliquerunt,obedientiãq; Magiſtratib. & huic ordinatiõi diuinæ tantopere pręceperunt. Verumenimuero quia Gentes ꝓ gloria,pro imperio,ac ꝓ præda dimicãt,qppe qđ ex mundo ſunt: nos ſi Chriſti diſcipuli videri velimus, diuerſas cauſas belli habeamus oportet. GLOriam eni DEI,ac ꝓpagationẽ ECCLeſię CHRIſti prędicatiõe Euãgelii quærere debemus: prædã aũt ex hoſte ne expetamus, ſi modo noſtra ab iniuria vindicemus, ac tueamur. Cum aũt ſæpe ſtulta cacozilia peccemus,& ad bella gerenda eadẽ de cauſa ꝓ qua Gentes dimicant rapiamur, pietatis vero ac iuſticiæ ſumus immemores: tantũ abeſt, vt vel exemplo Moſi Pharaones tractemus, vel exemplo Ioſue ac Gedeõis hoſtes populi Dei inuadamus, vel exẽplo Dauidis cõtra Goliatos exprobrãtes exercitib. Dei in noĩe Dñi fundas libremus: aut tribulatiõis atq; crucis tempore ſerio Deum patrẽ per nomen MEDIatoris noſtri Ieſu Chriſti inuocemus,& corã ipſo tanq̃ victoriæ arbitro ſupplices ꝓcidamus:Sed porro ad arma carnalia carnales confugimus valde carnalit̃: mirum nõ eſt,ſi a mancipiis liberi, ab imbellibus fortiſsimi, a timidis audaciſsimi,ab ſeminudis fabri armorũ,a palantibus vrbium cõditores,a ſtolidis prudẽtiſsimi vicamur & ſedibus noſtris pellamur:Inſuper vexilla crucis olim ſuperis & inferis tremenda præ barbaricis ferarum imaginibus terga vertunt. Eſt ne præter ea alia cauſa? qa hic Deus noſter qui Pharaonẽ ſubmerſit,Sennacherib deleuit, Holophernẽ extixit,totq; potentiæ ac miſericordiæ ſuæ alia teſtimonia edidit,abſcõdit faciem ſuã a nobis,ſtat cõtra nos,& adhuc manus eius eſt extenta.eſt omnino,quæ rogo? dic ſine vlla circuitiõe. quia eius doctrinã præ fabulis noſtris parum nõ totam abiecimus, vino aquam, & argento eius ſcoriã admiſcuimus. inſuper turpitudine morũ ac iniuſticia hoſtes ipſos lõge ſuperamus. Quid agis quæſo bone vir? an nos nõ Eccleſia,nõ ſponſa,nõ deniq; amici,& diſcipuli Chriſti ſumus? An fruſtra dixit? vobiſcum ſum vſq; ad cõſumationẽ ſeculi,nõ derelinquã vos orphanos, mittã vobis paracletum, tu vero Petre conuerſus cõfirma fratres tuos.& alia huiuſmõi nõnulla. hic ego tibi nihil reſpondebo,ſed cõpreſſo ſilentio admonebo:vt tot Sermonum Libros per Eccleſias Dei ſparſos, Bibliothecas item Monachorũ ex quibus populus Dei ab indoctis ſacrificulis verius ſeducit̃.quã viam Dñi docet̃:eruditi viri acri iudicio reuideant. Attamẽ gratia guſtus, vnum ex centũ millibus mendaciorum ꝓferam.Qđ Gabriel Baraletus Dominicaſter,iſq; Italicus oli Cõcionator celebris, fortaſsis vt Franciſcanos eleuet, nullius ordinis Monaſtici, præterq̃ Dominici habitũ,& cucullum a Maria cœlitus eſſe datum gloriat̃:quẽ etiã vt pingit̃, fingit humeris ſuis ſuſtentantẽ Eccleſiã Dei:eiq; ad cœlum aſcendenti Chriſtũ ex vna,& Mariam Virg. parte ex altera ſcalam tenuiſſe mentit̃, hunc eni ex ſententia Reynaldi fuiſſe dicit,in QVO ADAM NON PECcauit. Itẽ dicit,in Cœleſti palatio factã fuiſſe DISSENSionẽ magnã INter patrem & ſpiritũſanctum. Et alia huiusmõi mille fœda & execranda mendacia ſpargit, qbus diu ſtultus deludebat̃ populus.nõ ſecus atq; a Mahometo Arabes. Illud nõ repetam ne zelo Eccleſiæ Chriſti quem offendã, qui etiã præbendarũ & Epiſcopatuũ ſit mercatus, quæ ambitio primarum cathedrarũ, quæ lanæ cupiditas gregis aũt negligentia & cõtemptus. Sed ne qdem cõmemorabo, q̃ Inuocatiõis, item Euangelii, ac Sacramentorũ Ieſu Chriſti multiplex ꝓphanatio ſit introducta. Nam ebrietas,homicidia, perfidia, rapina, Spũalium & Sęculariũ cœlibum ſcortatiões, item adulteria: eiuſmõiq; alia ſcelera nõ ferenda centuplo apud gentes ſeuerius q̃ apud nos vindicari omnes ex æquo agnoſcimus. in exercitu præſertĩ, in quẽ ſæpe apud nos impuriſsimi quiq; cõfluunt,vt impunitatem qdlibet audendi inueniãt:cũ apud gentes diſciplina militaris tam ſancte cuſtodit̃, vt ingreſsi exercitũ, omnia ſcelera iurati depoſuiſſe videant̃.Si aũt tot falſis doctrinis vt vento,circũferamur:& ſacrorũ mercatura,aliiſq; madeamus criminibus: Quomodo Chriſti diſcipuli erimus,qui magiſtri noſtri pręcepta ꝓpter cupiditates,traditiões q; noſtras,ac mille figmenta, tam ad ſiniſtram quam ad dextram inclinantia, transgrediamur?

Quamq; Deus nos nũquam ſine hoſtib. eſſe patitur, illis tamen ut reſiſtamus, iubet.

Vſus militiæ a Deo præceptus & confirmatus.

Omnino nobis Chriſtianis diuerſa cauſa belli eſſe debet, quam eſt gentibus.

Cum eadem pro cauſa, pro qua gentes pugnant, pugnem9, neq; Deum inuocemus in tribulatione, mirum non eſt, quod ſæpe uincamur.

Secunda cauſa propter quam cædimur, eſt quia ueram Chriſti doctrinam præ fabulis noſtris abiecimus turpitudine aũt moruũ gentes ſuperam9.

Hæc Gabriel Baraletus in ſermone de D. Dominico & alia monſtroſiora.

Qui uero deliria Franciſcanorũ quoq; ſcire uellet, Librum Cõformitatum eorũ alioſq; generis huius legat.

Si quis ſermonem Chriſti nõ ſeruet, quomõ eius erit diſcipulus?

Qua fronte

Qua fronte Eccleſia eius nucupabimur, qui oppugnamus præcepta eius? quā ratione ſponſa, & amici: quū illum tot modis excludamus a nobis, ꝓuocemusq; ad vindictā. Neq; tamē vnq̄ vel turpis vitæ, vel falſæ doctrinę pœnitentiā agimus ſeriam; hac ipſa videlicet paracletus præſentia, vel cōfirmatore Petro adiuuante. Et quia niſi pœnitentiā egerimus, certum eſt nos eſſe perituros: anteq̄ veniat ira Dei poſtrema, omnino neceſſariū eſt, vt tam doctrinam Eccleſiaſticā, q̄ vitam ad canonem ſcripturarū exigamus, repurgemus & inſtituamus. ita quippe & Deo cultus noſtros ꝓbauerimus, & in Eccleſia tot vulnera ac factiones ſanabimus. Alioq; niſi audiamus VERBVM DEI, & CVSTodiamus illud: ſeruauerimusq; SERmones eius, q̄s dixit nobis: BAPtiſmus & TITulus Eccleſiæ Chriſti nobis ita ꝓderunt, vt cœlū ſuperbo Lucifero, paradiſus trāſgreſſori Adæ, Cayno homicidæ primogenitura, filiis Dei incæſtuoſis Dei cognitio, Chamo irriſori Noach pater, vxori Lot retroſpiciēti ad mōtem ſeceſſus, Iſmaeli percuſſori pater Abrahā, Iſaacus genitor ſanguinolento Eſao, fratribus venditorib. Ioſeph Iacob pater cōmunis, Iſraeli pręuaricatori circumciſio, trāſitus maris, Lex, eloquia, Sacerdotiū, templū, Prophetæ, ipſe deniq; Chriſtus frater, & Apoſtoli: addubitanti Moſi tot & tanta ꝓdigia, Heli indulgenti ſacerdotiū, Sauli inobedienti Regnū, Roboamo crudeli Salomonis genus, tot Regibus idolatris ſumma potentia, Phariſęo iactabundo ieiunia, Iudæ Apoſtolatus dignitas, aut Latroni ſiniſtro Chriſti ꝓpinquitas fuerāt vtilia. Niſi forte Deus iuſtus & Angelos peccatores, mundū recentē, ac ramos naturales oliuæ punire debuit: nos aūt gentiles oleaſtros dictos poſt tot exempla, ne q̄dē durius appellare, aut nobis repudii libellum dare queat. quaſi nō perinde falſi amici ac ꝓfeſsi hoſtes Chriſto velato oculis etiānum dicant, PROPHEtiſa Chriſte q̄s eſt noſtrum, qui te percuſsit? Sed ego iam zelo Dei noſtri, perfecto aūt ſcelerū & falſorū dogmatū odio auferor: & in hoſtem me accingens, ne a meis q̄dem Ciuibus mihi tempero. quod velim, vt omnia iræ Dei & diſſenſiōis mutuæ ſemina publica autoritate tollant, priusq̄ hoſtem petamus. Qđ ſi aduerſus etiā ipſos pietatis chriſtianę hoſtes, armis q̄q; Spūalibus potius q̄ pręſidiis carnalib. niteremur, illiq; nos ſecundū Euangelicū dogma innocent, iuſte, ac māſuete viuere: nulla aūt cupiditate, iniuſticia, ac etiā crudelitate duci ſubodorarent; Præterea ſi ſæpius ſacris conciōibus peterent, eſſentq; qui eos ad meliorē frugem prudent, pie, & cum beneuolentia exemplo Apoſtolorū hortarent, cicurarent, & in moribus noſtris ſanctam doctrinā relucere oſtenderent: certe mitiores facti a nomine chriſtiano nō vſq; adeo abhorrerent, quin bonis monitis adducerent, ad veritatēq; reſpicerent. Nam ea eſt VIRtutis ac VERitatis vis, vt facile quēuis moueat. Et ne altius repetamus, q̄d crudelius fuit Athila Hunnorū Rege? qui tamē Leonis primi Pōtificis Rom: ſanctitate victus Romanis pacem reddidit, & ex atrociſsimo hoſte, humaniq; cruoris appetētiſsimo, vnius hominis precibus eſt mitiſsimus factus. Nec minus valuit nomen ꝓbitatis Benedicti Abbatis apud Totilā Gothorū Regem pręferocem. Is eni capta Vrbe Roma, ignoto habitu ſe illi obtulit vt eius ſanctitatem experiret a quo nihilo ſecius fert eſſe cognitus, q̄uis alter in comitatu eſſet Regio indutus veſtitu, admonitusq; eſt, ne victoria crudelit vteret, qđ & fecit, nam dicto obtemperās ab omni deinceps iniuria cōſulto abſtinuiſſe dicit. Diuus item Gregorius potuit Gothos ipſos iam Arrianos factos bonis monitis ab errore reuocarę: potuit & Anglos ſic mollire, vt deīde ſint ſua ſpōte religionē cōplexi: adeo CVNCTA PROBITATI parent. Atq; ad hunc modum etiānum noſtra Spūalis Reſp. hoc eſt, Chriſtiana religio, vt præſtantior cæteris, reliquas omnes velut humanas diſſolueret facile, ſi qui eam docent cum primis opere ſeruarit, verboq; docuerit. Quia tamē vim vi repellere fas eſt, ſi nullo cōſilio auerti, nulla etiā pietate ac deprecatiōe flecti queat: ob eam rem maior etiā quā illa expeditio, quæ generalis appellat, in Rep. noſtra extat antiqtus reperta, ac præcepta: a qua ne Sacerdotes q̄dem cum ſuis ꝓuentibus excipiant: vel qđ Phinees percuſſo Zambri cū meretrice Cozbi Sacerdos a Dño renunciatus eſt. Samuelq; Agagum in fruſta cōcidit, Helias vero Sacerdotes Baal cōbuſsit: vel qđ NECEſsitatis ea ratio eſt, vt Legem, qua Sacerdotes tam ab oneribus publicis q̄ a bello liberant, ſine crimine frangat. tametſi eni ſabbato Iſraelitæ audiendo verbo Dei vacare debebāt, Antiocho tamē ſabbato illos adoriente, reſtiterūt, atq; illum depulerunt; & nō ſolum ſanare, uerum

Tam doctrina Eccleſiaſtica quam uita ad canonem ſcripturarū eſſent exigenda.

Contra impios pietatis certandum ut fructus Euangelicæ doctrinæ appareant & probētur in nobis

Athila Leonis precibus manſuefactus.

Totila Benedicti.

Goti & Angli Gregorij.

Vſus maioris expeditionis.

ſtare, verũ etiã bouem in foueã cadentẽ ſabbato Chriſtus extrahere iuſsit, Sacerdotemq; & Leuitã, qđ a latronibus cæſum preterierit, impietatis cõdemnauit. Ipſa itaq; vrgente neceſsitate, dotati Sacerdotes etiã militatũ expediãt. Porro pars prædicatiõibus ac oratiõibus piis in exercitu perfunganť. In qbus populũ ad pœnitentiã ſcelerum, ac fidem in Chriſtũ, melioresq; fructus operũ hortenť, & ſacramentis in autorẽt, vt vel hac nota, inter exercitũ Dei, & Belial ſit diſcrimẽ: & Deus in ſummo periculo ſit ſaluator populi ſui, ad ſe ex toto corde, ac tota mente cõuerſi. Amen. Veni Dñe Deus, Pontificẽ ac mediatorem noſtrũ intuere, eripe, & ſalua nos populũ tuum, & oues paſcuæ tuæ. non eſt eni alius qui pugnet & vincat pro nobis, niſi tu Deus noſter: ad gloriã nominis tui ſempiternã, ne forte gentes exprobrantes exercitibus tuis dicant, vbi eſt Deus eorum?

Vſus priorũ ſacerdotum in exercitu quiſ

Quia vero primus gradus fere eſt bene gerendi belli, vim mores atq; cõſilia etiam externorũ noſſe: hæc itaq; indicabo. ſunt eis EQVITES Timarcini, qui loco ſtipendii Villas, Caſtella, & Oppida itidẽ poſsident. duobus parent Ducibus. numero fere octoginta millia. Sunt Aconiziæ fatales dicti, horum fit quadragĩta millia, ſine ſtipendio militãt, proptereaq; prædabundi agmen præcedũt. Sunt Charippi octingenti numero, ex Scythis Perſiſq; præſtãtiſsimis lecti, cuſtodiæ Regis addicti, & extremo diſcrimini reſeruati. Sunt præterea Spahigleni & Soluphtari mille fere & trecenti, Regis dextra leuaq; latus ſtipant inter eundũ. PEDItes aũt alii dicunť Ianizari, a puericia ex toto imperio lecti, in publicis Gymnaſiis ad militiã vſumq; armorũ a Magiſtris edocti. hi Caſtra muniunt & Vrbes oppugnãt, viginti fere millia numero. Alii ſunt Aſapphii leuis armaturæ pedites, enſe, ſcuto, & lõgiore haſta inſtruuntur: rubro pileo a primis diſcreti. hi hoſtium equos in prælio confodiunt. horum numerus ad belli magnitudinẽ accommodať, ad minimũ tamẽ quadragĩta millia eorum ſit. his ſtipendiũ cum bello finitur. Ita totus exercitus ad ducenta fere millia virorum euadit. præter varios pixidarios, quibus præcipue ad omnẽ hoſtium circumuentionẽ vtunť ſi incauti fuerit, potius q̃ vt ſtatariã pugnã ineant: præterq; voluntarios, euocatos: item calones, lixas, varios fabros pontibus & põtoniis faciundis, aggeribusq; in hoſtes erigendis, expugnãdiſq; Vrbibus neceſſarios, exceptis q̃ q; trapezitis, inſtitoribus, cocis: & alia huius generis colluuie.

Equites externorum.

Pedites.

Certe horum exemplo inſtruendi eſſent nobis exercitus, militariſq; diſciplina reſtituenda, diſcendaq; celeritas in agendo, in periculis cõſtantia, obſeruatio Imperii, fluminũ tranatio, mõtium ſuperatio, per æqua ac per iniqua eundi, ac cõgregiendi prudens audacia: nõ vitæ ſed Imperii memoria, vigiliarũ ac inediæ tolerantia, ſeditiõis tumultus & intempeſtiui clamoris vitatio: Inprimiſq; fortitudinis, ac bene geſtorũ citra vllum diſcrimen perſonarũ remuneratio. vel delictorũ capitalis vindicta. Quæ omnia ſi apud nos valereñt & obſeruarenť, nulla gens ſub ſole præ Polonis vel alacriores ad periculũ, vel fortiores ad prælium milites haberet: Signum aũt eius rei eſt, Quia tametſi Rex noſter ſine vllo ſtipendio tot centena millia Equitum & peditũ armare poteſt ad bellũ: Attamẽ pro more noſtro nunq̃ fere dimidia multitudine cum hoſtibus cõfliximus. Nihilominus tamẽ tot ex illis Dei beneficio duximus triumphos. & ſi Deus volet, diſciplinaq; militaris reſtituetur, maiori ex hoſte maiores ducemus. Sed ego longius fortaſsis ꝓgredior.

Militaris diſciplinæ præcepta quæ ſ.

Fortitudo Polonorũ præmiis & pœna acueretur.

Omnes Regni ordines militẽt. Lex I.

Kazim. 3. Petr. 1475

Ex Commentariis Regiæ Cancell.

Inprimis edicimus, ut iuxta cõſuetudinẽ omnes Dñi Seculares iuxta facultatẽ bonorum ſuorũ expeditionẽ bellicam ſeruire teneantur.

¶ ITem Spũales pro hac expeditiõe debẽt ſeruire ad bellũ iuxta facultatem & exigentiã bonorũ ſuorũ. ne ſine prouiſiõe bona itidẽ eorũ, prout & Nobiliũ annihilenť per belligeros, & damnificenť. Sed ſi quæ uictualia neceſſaria ab illis recipiẽtur, ſolui debent, iuxta Statutũ ea de rediu factũ. Et nihilominus Capitanei locorũ, qui debẽt ſe prius q̃ cæteri mouere, ui & potentia in hoc diſſolutos & rebelles cõpeſcant, tam ad ſolutionẽ, quã ad progreſſũ celeriorẽ eos cogẽtes. alias ij omnes in campo

Iure belli

Iure belli reſpondeant: uel in domo corã Capitaneo. ubi ex his duobus damnũ paſsi elegerint, & damnifactor poena xiiij. Marcarũ ſoluto dãno irremiſsibiliter per Regiam Maieſtatem punietur.

¶ ITem Eccleſię Cathedrales & Collegiatę Abbates ſiue Prępoſiti cœnobiorum debent expedire armigeros, in eo numero, iuxta quod in Synodo ſuper unumquemque laudabitur.

¶ ITem Epiſcopi debent habere intelligentiã cũ Plebanis parrochialibus, ut illi etiã faciant ſubſidiũ ſuo Epiſcopo. Ita tamẽ quod omnes ſuperius deſcripti talibus ſeruire nõ debeãt: qui per SE ad ſeruitiũ bellicũ obligarent̃. niſi tales eſſent cõtinui COMmẽſales & SERuitores illorũ. Sed FRAtres indiuiſos, qui bello non obligarent̃, recipere debebũt: uel ſaltẽ obligatos ad bellũ adeo egenos & inſufficiẽtes, qui neq; arma decentia, neq; equos ualẽtes ex patrimonio ſuo habere poſſent. qđ qdem arbitrio Capitanei & Caſtellani cõmittimus. Quibus tres de cõmunitate adiũgi debẽt. ualorẽ eorũ una cũ Capit. uiſuri, ac ęſtimaturi.

¶ ITem omnes Ciuitates Regales & Spũales Eccleſiarũ debẽt cũ dominis pedites expedire. in tanto numero, ad quẽ taxati fuerint. & quod quilibet peditũ habeat baliſtã, uel bombardã, ac gladiũ: item galeã, chirotecas alias Rekavicze, ſcutum. & pectorale alias Plahovicze.

¶ ITem quilibet in bello circa unũquẽq; ſuorũ curruũ, dẽptis aurigis, unũ peditẽ habeat, ſimilit̃ armatũ cũ gladio, baliſta, uel pixide ma-(nuali.

¶ ITem qlibet Capitaneus cũ Caſtellano adhuc in terra cõ-ſpicere terrigenas pauperes, & illis iniũgere debẽt: ut quilibet decenter ſeruiat. ſinguloſq; q̃ decenter ſeruiant, cõſcribere in Regeſtro tenebunt̃. Cõſpectio uero DOMinorũ, & inter Nobilitatẽ. maiorũ. Regiæ Maieſtati reſeruent̃. Et Capitaneus cũ alĳs ad hoc deputatis arbitret̃. qui nõ ſufficient ad bellũ. ut ſcilicet duo, aut tres, unum ſatis idoneũ & ſufficienter ab omnibus rebus & armis inſtructum expediant.

¶ ITem hoc q̃q; diligenter prouideat̃, ut nullus alter alteri arma aut equos eo tempore cõmodet, quãdo ad ordinẽ acies debet ſe oſtendere, in fraudẽ enim ſeruitĳ publici id ceſſurum exiſtimabimus.

¶ ITem Regia Maieſtas bonũ in hoc reſpectũ & moderamẽ habeat, quod tales ex Nobilibus in Caſtris ſuis & Dñorum non relinquat, qui multa bona haberent, ne per hoc notabiliter ſeruitium periret.

¶ ITem Maieſtas R. hoc etiã in conſideratiõe habeat, ne homines poſſeſsionati & obligati ad ſeruitiũ in ſtipendiũ reciperent̃, niſi forte ſufficient̃ ſeruitiũ Terreſtre implerẽt: illudq; in alio bãderio, q̃ ſit ſtipẽdia-(riorũ, collocarẽt.

¶ ITem ſit ſpeciale banderiũ & ſpecialis acies eorum qui in proprĳs perſonis nõ uadunt ad bellũ. ſicut ſunt uiduæ, preſbyteri, & infirmi: ne per hoc fraus aliqua committatur.

¶ ITem filĳ Nobiliũ in ſeruitio dñorum exiſtẽtes nõ intercedãt bellũ pro parẽtibus ad hoc idoneis. ſed ſi placet patri in domo manere, recipiat eum. & pro eo ac debet merere ſeu ſeruire, de domo expediat. Ipſi uero dñi ex ĳs clientelã ſuam integrent, qui a ſeruitio bellico ſint liberi & (exempti.

¶ ITem quilibet cõpareat in loco die cõſtituto ſub amiſsione bonorũ, & colli: omnemq; diſciplinã militarem obſeruet.

¶ ITem nullus Nobilis propinet ceruiſiã: ſed qlibet in ordĩe collocet.

Multos annos Politici Magiſtratus cũ Eccleſiaſticis de onere maioris expeditionis cõmunibus viribus ferendo acriter diſceptarũt. donec ego (abſit inuidia quæſo) hãc Kazimiri Conſtitutionẽ Senatui per Legatos Terrarũ obtuli. eaq; via effectũ eſt, vt omni contentiõe depoſita, Lex infra ſubiecta omniũ cõſenſu cõderet.

Similis. Lex ij.

Cum Sacra M. Regia dñs noſter clemẽtiſs. pro ea cura quã gerit tuendi Regni ſui, cõſideret pericula. Comitia Regni maiora Petricouię ad diem feſtũ Epiphaniarũ edixit. in quibus cõmuni cõſilio omniũ prouideri poſſet. ne quid Regnũ detrimenti caperet, neue nos imparatos hoſtis offendens. nec opinãtes opprimeret. Nos Senatores & Cõſiliarij Regni Pol. tam Spũales q̃ Sęculares una cum Terrarũ Nuncijs, quibus plena & non limitata de rebus omnibus ad defenſionẽ pertinentibus poteſtas fuit data: defendendi rationem eiusmodi inuenimus. Sigiſmundi tempore Proceres 1544. Petr.

¶ PRincipio pro ueteri cõſuetudine dñi Sęculares cũ cuncto equeſtri ordine erunt obſtricti expedire ſeſe, atq; ad bellũ inſtruere, pro eo ut maxime facultas tulerit cuiusq;, ſecundũ Statutum & priuilegia.

¶ QVod ipſum ultro ſe facturos obtulerũt una cũ CLEro ſuo uniuerſo & SÆCVlariũ & REligioſorũ Sacerdotũ, dñi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimẽdritæ, Vvladicæ, quo & ipſi ad eundẽ modũ prout facultas eorũ maxime tulerit, expeditionẽ facere teneant. Ita tamen, ut cõtra ſolius potẽtioris hoſtis uim, & nõ aliter expeditio hæc per illos fiat. & immunitatẽ ipſorũ perſonæ habeãt a ꝓfectiõe bellica. Sed alijs loco ſui miſſis, officio ſuo fungant, ſacrificijs, & oratiõib. Deũ placãtes.

¶ IN omnibus Ciuitatib. & Oppidis in quibus exercet mercatura, & emporia ſunt: ne factoribus quidẽ mercatorũ exceptis, q̃s uulgo Legerones uocãt: Neq; inquilinis, qui modo facultates aliquas habeãt: quiſquis bona habuerit, quę Mille flor. ęſtimari poſſent, teneant unũ armatum equitem expedire. Cuius uero bona ſiue Merces quingentorũ flor. æſtimationẽ nõ excedũt, is peditẽ armatũ expediet, cõtra uim hanc maiorem. Qui uero ex Ciuibus & mercatorib. minus habebũt, eorũ facultates in Ciuitatib. & Oppidis ſimul taxabunt & cõiungentur, Ita ut ex Mille flor. bonus eques: Ex his uero quæ fuerit quingentorũ, pedeſter expediatur. Quod ut ita fiat, prouidebũt Conſules, Conſulibus ſuperĩtendent ij qui erunt a M. Regia cõſtituti: quales ſunt, Palatinus, Caſtellanus, & Regni exercituũ Cãpiductor, quãdo erit ordinãdus exercitus. Porro ijs q̃s Spũales expedierint, Capitanei Spũalium ſuperintendent. Ita tamẽ qđ Regni exercituũ Cãpidoctoris præceptis more aliorũ Cẽturionũ pareãt.

¶ QVod ita intelligendũ eſt, ut q habẽt bona mobilia, ſiue immobilia, quæ pluris quã Centũ flor. poſſent æſtimari: Neq; tamẽ quingentorũ aut Mille flor. ualorẽ explere queãt, ij cõiungant ad expeditionẽ peditũ, & equitũ. Qui uero in Ciuitatib. & Oppidis nõ habent bona mobilia & immobilia. quæ Centũ florenis æſtimẽt, ij obſtricti ſint e numero ſuo quindecimũ quenq; bene armatũ expedire.

¶ CIVitates quæ habẽt nudũ cẽſum reddituũ Prætorij, ea ſimilĩt ex

Mille flor. redditus decẽ equites: ex quingẽtis quinq; bene armatos ex-
℃ KMethones S. M. Regiæ, & dñorum tã Spũalium ꝙ Se- (pediãt.
culariũ, uigeſimũ ex numero ſuo expedire tenebũt. exceptis hortulanis.
℃ IVdæi ultra eam pecuniã quã quotãnis S. M. Regiæ pendũt, certa
Millia flor. numeri & monetæ Regni Pol. pro defenſiõe in ſingulos an-
nos numerare tenebunt. Ipſi deniq; Iudæi, ſi quãdo hæc ualida expedi-
tio fieret, ad eundẽ modũ, ut mercatores chriſtiani iuxta bonorũ ſuorũ
æſtimationem, expedire milites erunt obligati.
℃ PORro Sacra M. Regia promittere dignata eſt alere exploratores
diligẽtes & certos, uerſus oram hoſtilẽ, & ꝙ poterit diligentiſsime tẽpo-
ri cõſilia illorũ inueſtigare, quãdo & ad quẽ locũ uires ſuas cõuertere cõ
gitent. Atq; homines ſuos, quoad eius fieri poterit, celerrime primis Re
ſtiũ Literis, quæ & ſecundarũ uim habebũt, ut in procinctu ſint, horta-
re, ac ſi certius aliqd de ui atq; impreſsiõe in Regnũ cognoſcet: tum per
alteras Literas Reſtium quæ pro ternis reputari debebũt, locus erit per
eam deſignandus, ad quem intra quatuor hebdomadas cum Sacra Ma-
ieſtate Regia conuenire omnes teneantur.
℃ PROfectio aũt ad bellũ fieri debet iuxta ueterẽ ordinẽ & cõſuetu-
dinẽ in Statutis deſcriptã, citra damnũ hominũ ſiue Spũaliũ ſiue Secu-
lariũ, ut ſoluant omnia ſecundũ Priuilegia & Conſtitutiões Regis Ia-
gellonis. Qui ordo ut in profectiõe, et ſolutiõe ſeruet, Caſtell. Diſtrictus
illius diligẽter prouidebit iuxta Statutũ: Cuius executio fieri debet in
℃ CAſtellani Diſtrictuũ primi proficiſcent ad locũ qui (omnibus.
in illo Diſtrictu cõgreſsui erit præſcriptus, ut Nobilitas ad eos cõueni-
at. Quæ una cum ſuo Caſtellano ad locũ qui ultimis Literis Reſtiũ fu-
erit deſignatus, conuenire debebit. Ad quẽ locum ubi cõuenerint, inſpi-
ciendi erunt ibidẽ infirmi, & ſenes, iuxta Statutũ Bidgoſtienſe.
℃ PRouidebit præterea S. M. Regia. ut ſiue in illius Maieſtatis, ſiue
in quorũcunq; Spũalium aut Seculariũ Arcibus ne relinquant ij qui
amplas habent poſſeſsiões, ne numerus eorũ qui expediendi ſint minu-
atur. Quod ſi quis ita officio ſuo exigente manſerit: nihilominus ſecũ-
dum facultatem bonorum expedire teneatur.
℃ ILLud una curæ S. M. Regiæ futurũ eſt, ut ne ſtipendio cõducat
eos, qui, cum poſſeſsiões habeãt ad expeditionẽ ſunt obligati, & ut ſub
Vexillo ſuo iuſtus habeat numerus: quos in eiusmõi expeditiõe cõſcri-
℃ PROpriũ præterea uexillũ eorũ eſſe debebit, qui ipſi (bere tenet.
perſonaliter ad bellũ nõ proficiſcent: cuius generis ſunt Sacerdotes, ui-
duæ, minorennes infirmi: ne fraus in Republica admittatur.
℃ Filij Nobiliũ ſeruiẽtes dñis nõ debent loco parentum qui ualent ad
expeditionẽ, proficiſci. ſed ſi pater uolet domi manere, filium a domino
recipere, & ex domeſticis eum copijs expedire tenebitur.
℃ SCulteti S. M. R iuxta Statuta Reg. & priuilegia ſua ad bellũ pro-
℃ SCVlteti uero Spũalium & Seculariũ cum dñis ſuis, (ficiſcãtur.
aut cum ijs qui eorum locum tenuerint, proficiſci debebunt.
℃ QVicunq; ad expeditionẽ tenetur, ſimul atq; alteris Reſtiũ Lite-
ris, quę ultimarũ uĩ habebũt, de loco, deq; die certior erit factus, in ſpa-

cio quatuor ſeptimanarū a publicatiōe Literarū in Diſtrictibus ſiſtere ſe in loco bene armatus ſecundū Statutum debebit. ſub amiſsiōe bonorum ſuorum, hoc eſt ſi ordinationem exercitus neglexerit.

¶ FActura eſt etiā S.M. Regia ut iuxta ueterē cōſuetudinē locū deſtinatum exercitui prouideat, & tutum reddat, ad quē tuto proficiſci cum perſona Maieſtatis ſuæ Terræ poſsint: nō recedēdo a ueteri Statuto &

¶ DE Spūalibus beneficiatis q Sacerdotes actu nō ſunt, (priuilegio: erit Sacræ Maieſtati Regiæ curę, ut apud Pontificē Rom impetret, quo poſsint perſonaliter ad hoc bellū proficiſci, per quē qdem Nunciū ANNATAS quoq; impetrare conabitur, quas ei hactenus noſtri Epiſcopi contra Concilij Baſilieñ. Decretum pendebant.

SI talibus Clericis priuati referire licet, quomodo Remp. tueri cōtra vim nō licebit? Qđ ſi nō licet, ne quidē Rom. Pont. ex illicito licitum facere poterit. Nāq; Iura naturalia & diuina ne Deus quidem mutat. Neceſsitati aūt cuncta parent. Cum aūt ANNATAE in Concilio Baſilienſi tanq̄ Simoniacæ ſint prohibitæ, cur ipſi Ro. Pont. dantur? aut etiā illas ab inuitis Epiſcopis extorquet? vt ad preces etiā Regum ſurdus ſit. an nō gratis accepit, vt reuendat? An hoc eſt Apoſtolicū, & nō potius Apoſtaticū? hoc etiā vicarii, & nō potius aduerſarii Chriſti eſt? Si Papa eſt Petri ſucceſſor, quare nō dicit iſtis Simonibus, Curtiſaniſue eorū (Poloniā tot hoſtibus cinctam exenterantibus auro, quo vel ſcorta vel bella ciuilia alātur) PECunia TVA tecū SIT in PERditionē? Alioq ne Chriſtus qdem inops apud nos potuiſſet fieri Epiſcopus. occineretr̄ eni illi a Curię famelicis copiſtis,

Et quamuis pietate uenis comitatus Ieſu:
Si nihil attuleris, uacuus procul ibis Ieſu.

Inſuper, ſi Decretū Concilii eſt verum, nihil dant, nihil etiā accipiunt iſti Simoniaci: tametſi quædā BREuia illi mittant, iſti accipiāt. ſcio quo cum periculo hęc ego ſcribā, nō mecum tamē ſed cum ſcripturis expoſtulent ac etiā iurgent. Attamen ſi ita res poſcit, vt olim Curtius viuus ſeſe in foueā dedit præcipitē, quo peſtiferam exhalationē ſanaret: vellem & ipſe centena morte obrui, vt hæc mercatura animarū a meretrice Babilonica introducta in Eccleſia Chriſti ſiſtatur, aliaq; dū tempus eſt, ad limam VERBI DEI corrigant: quo pax & cōcordia Eccleſię Dei reſtituat. vtq; tot ſchyſmata eius, velut vulnera ſanent. Scio eni, quia nemo Concionatorum hæc, vt deberet, ex ſuggeſto exagitabit: cum tantopere CALICEM SANGuinis NOui & AETerni TEStamenti, vt pręceptū eſt ſcripturis & exēplis, ne detur miſero populo, eleuent, & oppugnēt: purgatoriū aūt ignem & aquā, & alias luſtratiōes peccatorū humano cerebro cōfictas ſtabiliāt. tantæ etiā vſtiōi Sacerdotū cōiugio legitimo medicatū iri nolunt, vt ſolum Romanis gratificent, eorumq; legem cœlibatus a ſcortatoribus exigant. Quæ fere tria capita cōtrouerſa me q̄q; miſerum, quo minus ſacris nomen meum dediſſem, repulerunt: & a docenda plebe Chriſti, quæ iam mihi fuit cōmiſſa, retruſerunt: talentūq; meum mihi q̄q; fortaſsis creditum, proh dolor, abſcōdere: procq; diſpenſando PAne VERbi Dñi ſiliquis humanorū negociorū me infarciri, ac vti coegerunt: de q̄ corā Deo & Angelis eius, nunc, & in die tremendi Iudicii proteſtor. Et ſi me olim fortaſsis quis Diabolus ſeducat, corā Regibus & Pricipibus cōfiteor irreuocabilit. Inuitis enim Præſidibus Eccleſiæ, quibus claues creditæ ſunt, ex ſuggeſto hāc veritatem Dei cōſtabilire, mēdacia aūt & ſcelera oppugnare nō poteram. Ve aūt mihi ſi tacuero. tanta mihi quoq; neceſsitas veritatis aſſerendæ incumbit.

Annatæ nō ſint Pont. Romano a noſtris Epiſcopis pro impoſitione manuū dandæ

Petrus in Epiſt. & Iohannes in Apoc.

¶ LVſtratio omniū ordinū Spūalium & Secularium Ciuiū & Colonorū ad profectionē expeditionis bellicæ fieri debet in uniuerſo Regno uno die, hoc eſt pro feſto S. Adalberti anni proxime inſequētis 1545. Interea aūt debent ſeſe parare. Quomodo aūt & corā quibus hęc luſtratio fieri debeat, Num in Palatinatibus, an in Terris ſiue Diſtrictibus? in proximis Comitijs de conſenſu omniū ordinum ſtatuetur.

O ſacroſanctum & Reip. utile decretum, & reſtituendæ militari diſciplinæ appoſitum.

¶ QVod ſi luſtratio hæc poſt expletionē rerum omniū ad eam pertinentium effectum ſuum erit ſortita. Nihilominus alia uice conſtituenda non erit, niſi ex Comitiorum decreto.

¶ QVando luſtratio hæc effectū ſortiet ad diē ſupraſcriptū, quiſq; ordo, tam is qui per ſe quā is per alios expeditionē facere tenetur, exhibere ſe debet iuxta facultates ſuas, & modū ſupra ſcriptū. Quod ſi qs SPIritualiū nō fecerit, pœna in eum decernet, quæ fuerit in Synodo cōſtituta, quæ cum exacta ab aliq̄ fuerit, in utilitatē Reip. cedere debebit. Si uero SÆCVlaris is fuerit, ea pœna afficieť quæ in Comitijs proxime futuris erit conſtituta. Quod ipſum de CIVItatibus, & earū expeditione: Similiter de expeditione COLOnorum intelligi uolumus.

¶ QVod Magnū Ducatū Lithvaniæ attinet, cum eſſet rogata S. M. Regia ab uniuerſa congregatiōe Comitiorū a Cōſiliarijs & Nūcijs Terreſtribus, ut illius Ducatus ſubditos ſuos eo adduceret, quo & ipſi ad ſimilem ordinationē & expeditionē generalē tenerent, una cū exercitibus Regni, aduerſus hunc ſuperius nominatū hoſtē. Quoniā ſcit S. M. Regia eſſe id in poteſtate ſua, ut liceat illi quandocūq; libet imperare ſubditis ſuis Magni Ducatus Lithvaniæ, ut ad bellum q̄cunq; iuſſerit proficiſcanť: pollicita eſt, quod cum Regni ſui homines ad eam expeditionē cōtra talem hoſtē profecti fuerint, fore, ut etiā Ducatus Magni Lithvaniæ homines ſecundū facultates ſuas ad eandē expeditionē cū illis ſe cōiungant. Quando tamē Cōſiliarij Regni ſui tam ſolicite ea de re cum ea egerunt, ut eo adduceret ſubditos ſuos Ducatus ſui Lithvaniæ, ut in ſuſcipienda propugnatiōe in utramq; partē uni alteros adiuuātes contra eum hoſtē qui ex ęquo utriq; parti uicinus eſt, Regno adſint, & Nuncios ad cōſentiendū in primū generalē Conuentū mittāt. Cum intelligat S. M. Regia ſe nihil eiusmōi promittere aut cōſtituere poſſe de Magno Ducatu Lithvaniæ, re ad Cōſiliarios eius non relata: illud in ſe recepit, quod omnē curā & diligentiā adhibebit, ut etiā Ducatus Lithvaniæ ad hanc cōmunem expeditionē per Legatos ſuos ad proxima Comitia mittendos cōſentiat, Ac eſt bona ſpe, quādoquidē ab ordinibus Regni fraternū illis promittitur ſubſidiū, quod & ipſi quod ſummum poterint auxilium laboranti Regno, ferre non recuſabunt.

¶ TERræ Pruſsiæ q̄niam ultro ſe facturas receperūt, ut contra uim hanc facultatibus ſuis nobis & Regno huic nō deeſſent, Mittet S. M. Regia Cōſiliarios ſuos ad Comitia, quæ in Maio menſe Mariemburgi habebunť, ut ordinationē quæ facta eſt hic illis declararet. & ad eandē eos inducāt. Hoc idem de Zathorieñ. & Oſzvyaczymenſi promiſit.

¶ EXpeditio aūt huiusmōi generalis fieri nō debet, niſi certū ſit et indubitatū (quod Deus omen obruat) hoſtē rupto fœdere, quod ei cum S. M. Regia intercedit aut ipſum per ſe in Regnū hoc impreſsionē facere, aut ingentē uim ſuorū populorū qui eius Imperio ſubſunt, ad depopulandum Regnū mittere uelle, quibus ueteri debita expeditiōe reſiſti non poſsit. Quādoquidē eiusmōi expeditio contra extremā uim & potentiā de conſenſu omium ordinum eſt decreta.

¶ HÆC ordinatio & ſi ita decreta eſt, quia tamē Nuncij Lithvaniæ,

Pruſsiæ,

Pruſsiæ, Zathorieñ. & Oſzvyaczymeñ. Ducatuū deſyderabant, a quibus cōſenſus ad mutuā & reciprocā eiusmōi inter ſe bellicæ defenſionis cōiunctionē uidebat̄ neceſſarius. Statutū eſt, et ab oībus Reg. ordinib. receptū, ut hæc oīa ita cōſcripta & cōcluſa ſuſpēſa ad proximū Reg. Cōuentū manſit. Hac adiecta cōditiōe, ut ſi iſtorū ſupra expreſſorū Ducatuū Nūcij ad CōuentūReg. futurū cū pleno mādato miſsi: ea in ſuos ꝓ utilitate Reg. receperit, quæ Regnicolæ ſuſtinere ad illorū cōmodū uolunt, tum quæ ſunt cōcluſa Sigillo M. Regiæ cōmuniant, & cōfirment omnia. ſin minus abrogata omnia & nullius roboris eſſe cenſeātur. & ſit liberū aliud in Conuētu conſiliū de imminentibus periculis capere.

¶ SI uero, quod Deus auferat, hoc anno anteq̄ alia Comitia habeātur magna ui in Regnū hoſtis impetū faceret, modo ſupraſcripto: tū hæc Cōſtitutio ad defenſionē Reg. & ad reſiſtēdū hoſti robur habere debet.

¶ Quibus q̄dem Conſtitutiōibus infraſcripti dn̄i Cōſiliarij manibus ſuis proprijs ſubſcripſerūt. Petrus Archiepiſc. Gnezneñ. & Epiſcopus Cracouieñ. Nicolaus Vvladiſlau. Sebaſtianus Poznañ. Samuel Plocē. & Vicecancel. Iohānes Chelmeñ. Epiſcopi. Necnō Iohannes Comes in Tarnovv Caſtell. Cracou. Petrus Kmita Comes in Viſznicze Cracou. Ianuſsius Comes in Labiſſyn Poznaniē. Petrus de Sluzevo Caliſsieñ. Stanislaus Laski Siradieñ. Nicolaus Chodzyeski de Pothulicze Brzeſteñ. Iohannes de Koſczyelecz Innovvladi. Palatini. Spythek de Tarnovv Theſaurarius, & cæteri Dignitarij, ac Officiales.

¶ TAMetſi uero Incolas Ducatus Pruſsiæ iā eo adduximus, ut cōtra uiolentū hoſtē nobis & Regno noſtro omnibus facultatibus, ac etiā iugulis ſuis ſe auxiliaturos receperīt: Quia tamē ſubditiRegni noſtri Poloniæ minus q̄ OPORtet illos ſeſe facturos promiſiſse affirmāt, Quod ſcilicet tantū cōtra uiolentū & potentē hoſtem auxilia ferre, nō aūt ſingulis annis cōmunē & ſolitā defenſionē ſuſtinere deberēt: cum ipſi nō ſolū in una re, ſed in omni neceſsitate illorū quo minus eos defendant, nihil deuitēt. Quodq; ſciāt ipſos in Chronicis ſuis habere deſcriptū, q̄a ipſoſmet, ut liberarent ex oneribus & ſeruitute Ordinis, uirtute ac potentia ſua adiuuerūt: ut omnino libertates eorū ſanguine ſuo militari redemiſſe, atq; mercatos eſſe ſit cōfeſſum. Illis ergo promiſimus & promittimus, nos denuo uelle Cōſiliarijs noſtris & ſubditis Terrarū Pruſſiæ in id Comitia edicere, & Nunciū noſtrū ad eos mittere, cōſilijs ipſos eo adducēdo, ut nō ſolū cōtra uiolentiorē hoſtē, uerū etiā ut uniformem ſingulis annis defenſionē contra q̄ſuis Reipub. hoſtes cū ſubditis noſtri Regni cōmunibus uiribus ſuſtinerent. Qua q̄dem in re ſi noſtris cōſilijs & adhortatiōibus obſequi noluerīt, tum in primis Comitijs Regni noſtri cōſilia Senatus noſtri eo nomine exquiremus: quid nā ulterius in eo negocio facere debebimus. Quod aūt de Ducatu Pruſsiæ ſcripſimus, hoc idem etiam de Ducatu Oſzvyaczymeñ. & Zathorieñ. facere uolumus ac pollicemur. ⁂ ⁂ ⁂

Sigiſm. Craco. 1543.

Prutheni contra potentiorem hoſtem auxilia ſua Polonis promittunt. Nihilominus ut ſemper ea præſtēt, poſtulantur.

ET licet ſociis LIBertas ſarta tectaq; eſſe debet, cui tamē rei illorū nobiſcū cōſociatio erit, ſi ardente noſtro pariete ad incendiū nō accurrent? nobiſcq; periclitantibus nō ſuā q̄q; rem agi putabūt? ſocii ne iſti, an potius aliq̄d aliud, q̄d dicere nolo, cenſendi erunt? An nō hac partiū libertate Græcia periit? Hungaria etiam

Reges duos

COMMENT.

Socij qui Reip. in ſummo diſcrimine poſitæ non adfuerint, quo loco ſint habendi?

Reges duos amiſit: dum qſq; arbitratu ſuo deliberat, nunciat, renunciat, cōſentit, diſſentit, morat̃, cunctat̃: hoc eſt, Regem omni in ſuos poteſtate exautoratū hoſti prodit. ſit ergo inſidioſa hæc libertas, quā a tergo comitat̃ perpetua ſeruitus: rebellio. etiā ſit hæc cunctatio, quæ nobis in aciē ꝑductis ipſa cauet ſibi poſt principia: Lex etiā ſit cōiuratio, quæ ne qdem in ſumma neceſsitate æquitati ſeſe accōmodat: Iuſiurandū deniq; ſit periuriū. Memorabile eſt illud factū cuiuſdā Scytę Regis, qui filiis dato ſagittarū faſciculo (quē niſi ſigillati quāq; ſagittā exemptā frangere nō poterant) cōcordiæ robur, ecōtrarioq; diſcordiæ imbecilitatē grauit̃ declarauit. Quod ſi hæc vel vetera vel vana eſſe videant̃, ſaltem ab hoſtibus obediētiam, tolerantiā, ac fortitudinē ſummā, ſi nō ſponte amoreq; virtutis: at metu pœnæ diſcamus. Securis enim ad radicem poſita eſt, vt inquit veritas. niſi doctrinam cum vita emendauerimus, modumq; in ſummo diſcrimine fecerimus noſtræ Libertati.

Concordiæ robur uel diſcordiæ imbecillitas.

Tarde ad uictoriam perueniunt, qui ſecū diſcrepant, antequam dimicent.

CAPITVLVM III.

De Mercenaria defenſione Regni.

PRÆFATIO.

SI Reſpub. noſtra certā pacē, vel certū bellum cum Scytis, aliiſq; vicinis haberet: aliquāto facilius de tuendis eius finibus ſtatui poſſet. Verum eniuero quia neutrum horū nobis certum eſt: nunq̃ eni Scytæ, alii vero vicini raro Iura belli obſeruant: ſed more latronū ac prædonū in oras Regni incurſant, atq; prędas agunt, nunq̃ niſi coacti vel occaſione inuitati iuſtæ pugnæ copiā dantes: idcirco mercenario milite, quaſi excubiis, nos quotānis vti oportet. Nam SECVritate nihil in Repub. pernicioſius eſt. & CREDulitas, vt in optimi cuiuſcūq; mentem facile irrepit, ita magno malo ſæpe mulctat̃. SI aūt quotānis Nobilitas eſſet cogenda ad bellum, quanti id tam ipſi Nobilitati, q̃ Prouinciis frumētariis cōſtaret: nemo nō videt. inſuper ſæpe poſt ſceſtū, vt dicit̃, ad ferenda direptis auxilia veniret: machinæq; poſt bellum vt habet ꝓuerbium, adducerent̃. Neq; nobis inſolens eſſe videatur mercenario milite vti. Qui eni bello clari fuere, ſemper fere cōductitio milite bella geſſerunt. Namq; mercenarii obediētiores ſunt, q̃ illi qui ſuo merent ſtipendio: exercitatiores etiā ſunt, quā ii qui in paranda re familiari ætatem exegerunt: neq; rebus militaribus pro eo atq; æquum eſſet, ſunt inſtructi. Si igit̃ huiuſmodi miles Reipub. neceſſarius eſt, certe nō ſolum a Colonis (ad q̃s onus tuendi nō perinde atq; ad alios pertinet) verumeniuero ab omnibus de ſuo cōtribuendū eſt aliquid. Siquidē REX tot ſumptibus obnoxius negt, aliunde aūt nihil ORDinarii prouentus præter ANNatas, & quaſdā MVLctas in hunc vſum eſt cōſtitutum. poſſet aūt (Deus bone) conſtitui, ſi iis, qui neq; in Eccleſia docent neq; in Politia quitq̃ agunt, aliqd in hunc vſum anno q̃uis detrahat̃: vel fouendorū tot vel tot equum onus imponat̃, tuendorū finium ergo. Cum eni in Repub. ab ſummis ad imos nemo nō ferat onus ſuum, & æſtum diei: ſtulta ſit pietas, aliq̃s in Repub. ocioſos ventres pati, aliis intra tot oneribus oppreſsis, finitimis aūt tot modis & toties direptis. Quos qdem epulones ocioſos qđ omnes nouimus, ego digito indicare nolo. ſit modo REX cum CENſoribus GEOmetra, vt Plato DEVM eſſe perhibet: non difficile in Rep. reperiet plus æquo delicatos alteros, alteros oppreſſos. Attamen & hi fortaſsis totaq; Reſpub. onere q̃tannis expediendi militis aliq̃uſq; liberarent̃, ſi (vt Ber. PRETVicius finium Regni cuſtos hoc tempore vigilantior Argo mihi narrauit) inter Braczlauium Kanyouiū & inter Czerkaſy, inferius ſyiua Zvinogroczka, in loco Naſzepole dicto, int̃ paludes Vherskye & Hnyli Tykicz, qua flumina Synavoda, Vyſn, & Verbova cōfluunt, ædificaret̃. Ex hoc eni Caſtro Scytæ prækopienſes, Oczakouieñ. Byalogrodeñ. Dobruceñ. & Kilieñ. illac meatu magno, nigro Slak dicto, in fines Regni excurſantes, facile arcerentur. Erectis præterea aliis in ꝓpinquo Caſtellis, quæ vna cum deſertis campis ex ſentēcia Regis diſtributa militares viros alere poſſent: Ad vim aūt maiorē reprimendā, vt Capitanei q̃q; viciniores: & ſi ita neceſsitas poſtulet, Nobilitas ſint parati. Certe quādocūq; vſus exigit, DOMEſtici potius q̃ EXTerni ad cuſtodiā finium ſunt conſcribendi, vt ſcilicet noſtri rem militarē cōdiſcant, rem parent, rebuſq; dubiis fideliores ſunt

Cōtra incertos hoſtes difficili9 pugnatur.

Quotānis milite mercenario Reſpubl. noſtra eget.

Securitate & credulitate in Republica nihil peius.

Nobilitas uniuerſa ad incurſus hoſtium ſemper excubare nequit.

Mercenariorum militum utilitas.

Primus modus quærendi ſtipendij.

Secundus modus.

Tercius modus.

Domeſtici potius q̃ Externi in finibus Regni ſtipēdio mereant.

liores ſunt quã externi: qui edocti, ac ditati, recalcitrãt: ſæpe a fortuna fides eorũ pendet, qua inclinãte, nõ raro ſpem atq; animũ ad hoſtem inclinãt, ſi vel laborem imperes, vel æs nõ affatim numeres. neq; enĩ fidem, neq; pietatẽ requiras ab his, qui bella ſequunt: quia venalib. manibus ibi fas eſt vbi maxima merces. Inſuper Tyrannorũ ꝓprium eſt, vt externis cõtra Ciues arment: Rex cõtra Ciuibus contra externos munitur: ſuosq; etiã potius quibus fidit, q̃ externos qui tantũ mercede ducunt, in re militari exercet. Quod ſi etiã a cõtribuendi moleſtia liberi eſſe, ſcholasq; militares inſtituere, potius q̃ ædificare Arces, vel ocioſos vexare, vel deſerta partiri vellemus: omnino (abſit tamẽ vt hic meo errori qs ſubſcribat) præſtaret, vt quotãnis vnus vel duo Palatinatus cum Palatino ſuo, quaſi Prorege in finibus Regni militent, ita vt intra quinq;, ſex, vel ſeptem annos ad eandẽ Prouinciã militandi neceſsitas quaſi circulo recurrat (ad vim porro maiorẽ expeditio publica vt ſit de more parata.) Ita pro ſe quiſq; luxu cohibito arma, equos, & famulos, pararet: cõmeatum etiã neceſſariũ in hunc vſum cõparceret: inprimisq; vſu armorum ſe exerceret: cum certo ſciret, turpe atq; infame ſibi fore, ſi domi & priuatim locuples ſit; anniuerſario vero munere recurrente, militiæ ac publice ſordidus & inops corã ſuis CIVibus, COMmilitonibus, atq; CENſoribus appareret. Porro imbelles & quæſtuarii ad bona Terreſtria nõ facile ea ratiõe aſpirarẽt, cum ſcirẽt, bellandum nõ voluptuandũ ſibi eſſe, omnesq; glebæ prouentus militiæ deberi, nõ pellendis tenuioribus vicinis, ſed abſit, vt ego alicuius in Repub. nouatiõis autor vellem videri, quæ Principi, patribus, populoq; minus probet. certe amor Reip. tot eius tuendæ modos me quærere coegit: ne quotannis de ea tam diu, tamq; operoſe deliberare oporteat.

Quartus modus tuẽdorum finiũ Regni.

ARTICVLVS I.

Nullæ cõtributiões a ſubditis ſũt exigẽ(dæ.

Lex I.

Quod LVDOuicus liberat Polonos ab omnibus datijs, ſeruitijs, laboribus, collectis, Donationibus, ſeu tributis, uideatur Libro tercio Articulo primo de lib. Nob. fund.

KAZIMIRVS &c. Significamus tenore præſentiũ quibus expedit uniuerſis, Quomodo Magnifici, Generoſi, et Nobiles Terrarũ noſtrarum Maioris Pol. Siradiæ, Lancic. & præſertĩ Cuiauię ſyncere & grate nobis dilecti, nobis ſubſidiũ fertonum ſpõte, & de bona ipſorũ uolũtate, nõ inuiti nec q̃cumq; modo per nos coacti, ſed ad petita noſtræ Maieſtatis, & pure cõſiderata noſtra & Regni noſtri magna & ardua neceſſitate dederũt. Quã ſolutionẽ fertonũ nõ de Iure, nec q̃uis alio modo niſi ut præmittit̃ tanq̃ ſpontaneã recipimus, & loco eorundẽ fertonũ nobis datorũ promittimus uerbo noſtro Regio a feſto S. Martini Cõfeſſoris, & a data pręſentiũ poſt unũ annũ uenientẽ ad ſex annos continue ſe ſequẽtes de Terris pręd ictis exactionẽ FVMaliũ ſeu poradlne alias kroleſtvvo nõ recipere, ſed loco iſtorũ fertonũ nobis talit̃ datorũ anno q̃libet de q̃libet laneo duos groſſos defalcari, & excutere. Demũ promittimus tales fertones aut huiuſmõi incõſuetas ſolutiões ab ipſis expetitas, aut datas, non in ſequelã trahere, aut eorũ priuilegijs & monimẽtis per huiuſmõi ſolutionẽ in aliq̃ derogare. Sed ipſas Terras & præſertĩ Cuiauiæ circa Iura, & munimẽta, priuilegia, & ipſorũ Iuriũ cõfirmationẽ prædeceſſorũ noſtrorũ, & noſtra, ac antiquas & bonas conſuetudines, prout in ſuis punctis, clauſulis, & articulis latius cõtinent̃ gratioſius cõſeruare. Harũ quibus Sigillũ noſtrũ eſt ſubappẽſum teſtimonio Literarum. Datum

Kazim. in loco campeſtri circa Choynicze 1455. Nobilitas Maioris Poloniæ, & præſertim Cuiauitæ Kazimiro Regi pro duobus gr. agrariæ ſeu fumaliũ contributionis, conceſſerant fertones ad ſex annos, ſed ita ne ea res trahatur in cõſequentiam.

rum. Datū in loco cāpeſtri exercituū noſtrorū circa Choinicze feria vj.
ante feſtum Omnium Sanctorū. Anno domini 1 4 5 5.

Relatio Venerab. Lutek de Brze
zye utriusq; Iuris Doct. Archi-
diac. Gnezñ. & R. P. Vicecancel.

Item anno 1463. eidē Regi ferto ad unum annum cōceditur: ſed ita ne Cōtributio deinceps quaſi debita ſoluatur.

KAZImirus D. G. Rex Pol. &c. Significamus tenore pręſentiū qui-
bus expedit uniuerſis tam præſentibus q̄ futuris præſentiū noticiā ha-
bituris. Quomodo Magnifici, Generoſi, & Nobiles, Dignitarij & Ter-
rigenæ, Incolæq; Terrę noſtrę Brzeſteñ. ſyncere nobis dilecti, ad preces
noſtras, de ipſorū mera ſpōtanea & libera uolūtate, pēſato periculo qđ
poſſet imminere Terris noſtris Cuiauiæ ex hoſtiū noſtrorū incurſu &
inuaſiōe prouideñ. & cōſulere uoleñ. Terrarū ipſarū Cuiauiæ indemni
tati: conſenſerūt ad Cōtributionē pecunialē pro ſtipendiariorū per nos
nūc ſuſceptorū cōſeruatiōe in Terris Cuiauiæ pro reprimēdis hoſtibus
ab inuaſiōe ipſarū Terrarū. promittimusq; quod Cōtributio nō debet
impoſterū uenire in ſequelā, neq; aliquā Cōtributionē de pręd ictis Di-
gnitarijs & Terrigenis noſtris Terræ Brzeſteñ. ipſis inuitis & cōtradi-
centibus exigere & extorquere deīceps uolumus, & promittimus. In cu-
ius rei teſtimoniū Sigillū noſtrū præſentibus eſt appenſum. Datum in
Kolo feria quarta in Vigilia Conceptionis glorioſæ Virginis Mariæ.
Anno domini 1 4 6 3. Dominus Rex per ſe.

Itaq; Rex Kaz. 3. anno 1454. in oppoki obligat ſe, ac abrenūciat, quod a modo nō expetet Cōtributiōes a ſubditis præterquam 2. groſſ. Idem lib. 2. cap. 7. de fumalibus.

¶ ITem pollicemur, Quod a modo nō expetemus aliquas ſolutiones, 93.
aut Contributiōes fertonū, aut ſex groſſorū, a Terrigenis, uel eorū ho-
minibus: ſed in ſolutiōe duorū groſſorū de q̄libet laneo debemus eſſe cō
tenti, iuxta ueterē cōſuetudinē de eo latius Li. ij. ca. vij. in leges relatā.

Ioh. Alb. Petr. 1436. Idem lib. 2. cap. 7. de fumal. Et tamē ſi ſenatus ac Equeſtris ordinis conſenſu forſan cōceſſæ fuerint, cautum eſt, ut libertate a cenſib. p dominos locorū Colonis cōceſſa durante: Exactores nihil pro exactionib. quibuſcumq; exigere audeant.

ARTICVLVS II.

Si tributū decernitur, quid, a quibus, quomodo, & de quo ſoluendum ſit? Lex I.

Item in exigendis cæteris Exactiōibus antiquis, aut pro tempore lauda- 104
tis, uolumus, et Statuimus Exactores adeo rationabiles atq; diſcretos eſ
ſe, ut de hominibus cauſa quacūq; præcedente, a cēſibus annuis libera-
tis, interim donec libertas nō uidebitur expirata eſſe, Exactiōes ipſas lau
datas, laudandasq;, exigere non præſumant, neq; poſſint.

Sigiſm. Petric. 1511. Præterea ne de agris, hortis, & ſcultetiis deſertis, aut libertate donatis, Czopoue excepto, de molendinis uero ſecundū antiquas quietatiōes ſoluantur

¶ ITem Statuimus, ut agri, horti, & Sculteti æ deſertæ a ſoluēdis exa- 17.
ctiōibus impoſitis ſint immunes, utq; de Molendinis ſecundū antiquas
taxas & quietātias prędictę Cōtributiōes exigantur, & qui propter ali-
quē caſum libertate ſiue immunitate donati ſunt, ab ījſdem etiā Exacti-
onibus ſoluendis præter Czopove quam diu eiusmodi immunitas du- (rat, liberi pmaneāt.

Sigiſm. Petric. 1511. Sed Nobiles Regni coquētes ceruiſiā in Ciuitatib. & Oppidis, ad uſum ſuū domeſticū, immunes eſſe debēt a ſoluenda Czopoue.

¶ ITem quia Nobilitas Reg. noſtri multa one-
ra Reipub. & præſertī defenſiōis cōtra hoſtes ſuſtinet. Statuimus, ut q- 17.
cumq; in Ciuitatibus & Oppidis ad uſum ſuū priuatū domeſticū cer-
uiſiam braxauerint, dum modo id non in fraudē fiat ad ſoluendā Con-
tributionem dictam Czopove minime teneantur.

¶ VILLæ & TABernæ, quę ex quadā negligētia ſeu cōniuentia Exa-
ctorum &

ctorum & Capitaneorũ publicas Cõtributiões hactenus nõ ſoluerunt, ad ſolutionẽ illarũ omnino cõpellant. Et ſimilit MOLendina quorum tercias mẽſuras Tenutarij bonorũ noſtrorũ exemerunt, & illas a ſe emptas, ſeu in ſummis pecuniarũ obligatas tenent, ſoluãt CONtributionẽ quæ Szosz dicit, ſicut reliqua omnia MOLendina in Regno noſtro ſeu illorũ Molendinatores eam ſoluere ſolent, contraria cõſuetudine, quæ corruptela potius dici debet, penitus non obſtante. Sigiſm. Craco. 1527. Villæ & Tabernæ ac Molendina ſoluant.

¶ PROſpicientes magnã Reip. afferre iacturã cõſuetudinẽ in exigendis & cõportandis Regni laudatis Cõtributiõibus in Regno noſtro ſeruari dudũ ſolitã: decernendũ duximus, & Statuimus præſentibus, ut in exigendis & cõportandis publicis Cõtributiõibus, talis ubiq; modus & ordo ſeruet. ut Coloni, q ad publicã Cõtributionẽ ſoluẽdã obligant, ad dñm uel ad poſſeſſorẽ Villæ quã incolunt, ordinis & conditiõis cuiuſcumq;, iuxta Conuẽtus decretũ & conſtitutionẽ factã, & in uniuerſalibus Literis deſcriptã cõportare teneant. quã uicisſim perceptam dñi ſeu poſſeſſores Colonorũ, uel q̃rumuis, ad ſoluẽ. publicã Contributionẽ obligatorũ ad Exactores publicos in Terris deſignatos & cõſtitutos integre, & ſecundũ Conuentus ordinationẽ per ſe uel Procuratores ſuos deferent: cum ea ſimul pecuniæ parte, quã illi ipſi dñi ex Decreto Conuentus in publicã Contributionẽ ſoluere debent. de qua re tam Exactor illi dño uel procuratori dñi pecuniã afferenti, quam dñs ſeu procurator Exactori pecuniam Contributionũ publicarũ capienti, mutuo literariam obſignatam & ſubſcriptam recognitionẽ ſibi dabunt. Sigiſm. Craco. 1532. Ipſi uero Coloni ad dominos ſuos Contributionem publicam deferant. Ars excludendo peculatũ utilis.

ARTICVLVS III.

Iniq exactores, uel negligen. tributarij quomodo puniẽdi. L. I.

17. Item uolentes præcludere iniuriarũ occaſionem, quæ plerũq; ab Exactoribus ſubditorũ noſtrorũ hominib. in exigendis Cõtributiõibus fiunt, Statuimus, quod deinceps ipſi Exactores ſi quando ultra formã Literarũ uniuerſaliũ in ſoluta taxatiõe quempiã grauarent, querelis eorundẽ hominũ de talibus iniurijs corã illius Terræ EPIſcopo, PAlatino, uel CAſtellano reſpõdere, & decretis eorũ parere teneant. Sigiſm. Petric. 1511. Coram Epiſcopo, Palatino, uel Caſtellano in qua publicarũ contributionum Exactores reſpondebant.

¶ CAPitanei uero pignorãdo pro exactiõibus, ſeu pro re decreta quid accipere debeant. Item Statuimus quod quotieſcumq; &c. ſupra inter offic. Capitan. Lib. 1. Cap. 12. Art. 24. Et Lib. 3. Cap. 10. de pignorib. vide.

¶ EXActores publicarũ Cõtributionũ deferre tenebunt nobis, ſi in loco propĩquo fuerimus, uel ſi in remotis ageremus, Capitaneo loci, omnes q negligentes fuerint in ſoluendis ipſis Contributiõib. aut qui illas nõ ſoluerint, aut integre nõ extradiderit, & tales, cuiuſcũq; ſtatus, ordinis & præeminẽtiæ illi fuerint, nos ſine omni ſpe ueniæ pœnis debitis puniemus. Et ſimili pœnæ ſeu mulctæ, ſubiacebũt Capitanei, q executionẽ nõ fecerint mandatorũ noſtrorũ, & Decretorũ Conuentualiũ. Sigiſm. Craco. 1527. Capitaneus exorqueat contributionem.

ARTICVLVS IIII.

Qui pecunias diſpenſabunt, uel milites conſcribent. Lex I.

hhh ij Ipſe quoq;

Alex Petric. 1504. Theſaurarij officium circa ſtipendiatos.

Ipſe quoq; Theſaurarius ex ſua tanq̃ priuilegiata auctoritate expediti-
ones, condictamina, & ratiões faciet, ſtipendiariorũ, curienſiũ, & omniũ
quibus ratiõe ſeruitutis, aut Reip. aut M. Regiæ aliquid debebit.

ſigiſm. Crac. 1507.

Sed publica pec. pro neceſſitate Reg. ex arbitrio Regio, & Cõſiliariorũ diſpenſabũtur, reliquum ſeruetur in Theſauro. ſi qs uero inde aliqd præſertim ſub INTER-regno ſuſtulerit, rapueritue, fraudis & peculatꝰ reus iudicet̃.

¶ QVOniã ea quæ ab omnibus publice utilitatis cauſa conferuntur,
æquum eſt, ut expeditis pro tempore neceſsitatibus, quæ ſuperfuerĩt ad 3.
futuras diligenter conſeruent. Statuimus, ut quicq̃d cõtigerit in theſau
rum de publicis pecunijs inferri, ſit illud quidem in poteſtate & arbi-
trio noſtro & ſucceſſorũ noſtrorũ diſpenſandi, prout utilitas & neceſ-
ſitas Regni expoſcet, adhibito conſilio dñorum Conſiliariorũ qui tunc
nobiſcũ, uel cum eiſdẽ ſucceſſoribus noſtris fuerint, & Terræ illius do-
minorũ in qua prouidendi publice cõmoditati opportunitas euenerit.
Quod aũt expeditis publicis neceſsitatibus ſupererit, decreuimus, ut ſer-
uet̃ fideliter in THEſauro. ex quo ſi quis aliquid ſuſtulerit, rapueritue,
aut quouis modo in uſus proprios conuerterit: præſertim ſub INTer-
regno: fraudis & peculatus reus iudicetur.

¶ ANNatæ ne Romam mittant̃, ſed ad tutelam Reipub. conuertant̃.
uide Lib. j. cap. iiij. artic. v. Eodem quædam etiã mulctę conuertant̃.

Per quos pec. militibus mittetur.

¶ TErræ, Cracouieñ. Sandomirieñ. & Lubliñ. habebũt unũ Notariũ,
hominẽ induſtriũ, & fidum, per nos deſignandũ, qui cõductus publicis
pecunijs, militibus mercenarijs ad Terras Ruſsiæ, pecuniã perferet, ac
eã illis numerabit ſecundũ Regeſtra cõſcriptiõis, quę apud ſe habebit.
Terræ uero Maioris Pol. mittent pecuniã Cõtributionũ ſuarũ in Lan-
ciciam, quam inde Notarius per nos eligendus perferet in Ruſsiam, &
ſoluet ſtipendia militibus illic militantibus ſecundum Regeſtra con-
ſcriptionis, quæ illi ex unoquoq; Palatinatu mitti debent.
De Terris aũt Ruſsię Exactores portabũt pecuniã militib. et eã illis nu-
(merabũt.

Iuramentũ ac officium Notarij exercitus.

¶ EGO N. Goreczki Iuro, quia Sereniſs. Dño Regi. &
Regno Pol. fideliter ſeruiam, omnia damna in exercitibus. & ſtipẽdia-
rijs equitibus, & peditibus ſuæ Maieſtatis & Regno Pol. eminẽtia dili-
gent̃ prouidebo, & cuſtodiã. omnes equos tam per dãnificatos, q̃ ad ſer-
uitiũ ſtipendij cõductos & cõducendos ueracit̃ conſcribã, & hæc omnia
diligenter & fidelit̃ faciã, nec eadem negligã, uel obmittã, cauſa timoris,
odij, amoris, fauoris, uel lucri, & donorũ gratia: ſed omnia damna Ma-
ieſtatis Regię & Regni quę inter Equites, & eorũ equos, & Pedites eue-
nerĩt, diligẽter cuſtodiã, & ea M. R. uel dño Capitaneo exercituũ Reg.
fideliter reuelabo. ſic me dñs Deus adiuuet, & Chriſti ſancta crux.

ſigiſm. Craco. 1527. Damna militibus reſarciantur.

¶ LITeræ indẽnitatis nõ uident̃ eſſe dandæ Præfectis, & eorũ comi-
tiuis prout anno ab hinc ſecundo etiã nõ erant datæ, ſed ſtabĩt pro dã-
nis. Eadeq; dãna ſuſcipient̃ a Pręfectis & eorũ ſocijs p Capit. generalẽ
ſeu Imp. exercitus, ac per Palat. & Exactores, ac illis adiũctos pſoluent̃.

ARTICVLVS V.

ſigiſm. Craco. 1532.

Stĩpẽdiati in finib. Reg. cõtra prædões

Prædones ſileſiæ militie ex publica Cõtrib.

De incẽdijs, & alijs uiolentis inuaſiõibus domorũ, & (excubẽt. Lex I.
iniurijs, quę a Myſzka Berka & reliqs prædonibus Sileſitis Regno Pol.

& eius

& eius Incolis inferunt: Cenſemus cū toto Senatu, ita prouidētes, ut ex publicis Contributiōibus certus numerus Equitū in præſidijs finium Terrarū Maioris Pol. & Sileſiæ collocet: qui huiuſmōi uiolētias & iniurias hoſtiles inferri nō permittāt, teneriq́, & ſeruari ipſe numerus Equum debebit hoc anno. alias q̄ diu fines & Terræ illæ non pacificabunt. Reſtituta aūt pace, & pacificatiōe, ſublatoq́ metu a uiolētijs prędonum prædictorū, numerus ille Equitū ſeruari amplius nō debebit, & amplius declaratis Sereniſs. Regi FERdinando & PRINcipibus alijsq́ Ordinibus Sleſiæ iniurijs & damnis ſubditorū noſtrorum, niſi prædones poſt declarationē factam a ui & iniurijs inferendis cōtineantur, & pro illatis damnis ſatisfaciant, Statutum quod de non inferendo bello, uel inimicijs non denunciandis cauet, relaxabimus, & ut unicuiq́ in poſterum uim ui repellere liceat, permittemus.

butiōib. cōducto ſub moueri debēt. Quod ſi a uiolentijs ſibi nō temperauerint, uel a Ro. Rege nō arcerētur. ſtat. Kox. 3. de nō mouēdis bellis ac guerris lib. 5. cap. 1. poſtea ſoluetur, ut unicuiq́ uim ui repellere liceat.

Domini Nuncii nomine totius Conuētus Regni Proceres Lithvanię rogabūt, ut ſaltē aduerſus hunc cōmunem hoſtē Tartarū, cōiunctis & paribus viribus fines vtrosq́ tueri velint: taliaq́, & tanta præſidia ſeruarent in ipſis finibus: qualia & quāta ex parte Regni ſeruabunt. Vt vtraq́ ſibi inuicē ſubſidio eſſe poſsint. Neq́ poſtulentur, vt certa in longum tempus ſtatuant præſidia militū. Nam id factum neq́ integrum neq́ neceſſariū eſſe videt, cum nō ęqualibus ſemper periculis Regnū & Magnus Ducatus Lithvaniæ ab hoſte infeſtet: opusq́ ſit, ꝓpterea augere vel minuere præſidia, prout tempus & publica vtriusq́ dñi neceſsitas expoſcit.

Senatus populusq́ Polon9 Procerib. Lithvan. de prę ſidijs finibus Reg. cōtra Scytas imponendis.

ARTICVLVS VI.

Vnde milites ac eorū Præfecti ſcribendi, per ſe mereant, deque ſtatiuis eorum. Lex I.

Item eligemus cū Capitaneo generali Pręfectos militū, hoc eſt poruczniki in q̄libet Palatinatu uiros poſſeſsionatos et rei militaris peritos, ipſi uero Pręfecti delectū faciēt militū in Palatinatib. ſuis pro arbitrio ſuo. Sigiſm. Craco. 1527.

¶ QVisq́ Pręfectus militū, qui ducentos Equites in ſuo comitatu & præfectura habuerit, aut paulo minus, habebit ſeruitium ſuper decem equos, & ad ſingulum equum ſtipendium decem florenorū, per quatuordecim ſcotos quemlibet florenorum computando.

Reliquis uero militib. ſoluet ſtipendiū ſuper quēlibet equū, ad quodlibet quartuale anni per ſex florenos per mediam ſexagenā cōputatos.

¶ AD petitionē de Præfectis militū ex Palatinatib. deligendis, ita cū Senatoribus noſtris cōſtituimus, ut ſicubi in Palatinatu repertus fuerit ad præfecturā obeundā idoneus & exercitatus, illaq́ in ſe aſſumere uellet, nō alteri niſi ei cōmittat comittiua Palatinatus illius. Cæterū ſi non fuerit repertus idoneus, uel ſuſcipere onus præfecturæ noluerit, licebit nobis cum conſilio Capitanei generalis exercituū Regni noſtri alium quempiam idoneum comittiuæ illius Palatinatus præficere. pecunia tamen in illo Palatinatu contributa, militibus etiā illius Palatinatus, qui ſeruire uoluerint, pro alijs erit eroganda.

Sigiſm. Craco. 1540. Præfecti militum & milites unde petendi.

¶ IIDem Pręfecti militū prouidere debebūt, ut neminē ſuſcipiant ad militiā, niſi ad ſummū in octo equis, & inferius, in ſeptem, ſex, quinq́, quatuor, Et ut quisq́ militum ſolus per ſeipſum ſeruiat, non per ſubſtitutum, & ſeruos ſuos.

Sigiſm. Craco. 1527. Per ſe ſeruiant ſtipendiarii.

obedient Capitan.

¶ ITem milites mercenarij cū eorū præfectis cogi nō debent ad inſolita Iuramenta per Capitaneū generalē exercituū Regni. Obedire tamē eidem Capitaneo debēt, & militari obedientia ſubiecti eſſe.

sigiſm. Craco. 1540. Præterea ſtatiua exercituum pro arbitrio Capitanei. Citra tamen damnum fiant.

¶ TERrarū Podoliæ & Ruſsiæ Nuncijs a nobis petētibus, ut Stationes exercituū militū mercenariorū, & aliorū, in bonis eorū fieri prohiberemus: Nos cū Conſiliarijs noſtris & Terrarū Regni noſtri Nuncijs expendentes nobiſcū fieri nō poſſe, ut locatio exercituū certis locis coarctari debeat, qđ cꝫ bona alia huic moleſtiæ eſſent obnoxia: Alia uero ab ea eſſent libera. Proinde Statuimus Cōſiliarijs noſtris & Terrarū Nūcijs cenſentibus, ut huiuſmōi exercituū locatio & ſtatiua fiant indifferēter pro arbitrio Capitanei exercituū Regni noſtri, & neceſsitate occurrente in locis & bonis quibuſcūcꝫ iuxta ueterē conſuetudinē noſtrā & anteceſſorū noſtrorū, abſcꝫ damno tamē bonorū illorū quæ in uicinia Stationū cōſiſtunt. Vbi uero damna aliqua per exercitus huiuſmōi locatos, & ſtatiua habentes, bonis quibuſcūcꝫ noſtris uel ſubditorū noſtrorū Spūalium uel Sęculariū fuerīt illata, illa ex pecunijs publicis dāna paſsis ſartiant̄, & ſoluantur, iuxta arbitriū Maieſtatis noſtræ.

ARTICVLVS VII.

Iohan. Alb Pe. 1496 stipendiati damna aut iniurias in bonis ſpūalium præſertim cōmittentes, ad ſatiſfactionē compellantur. Comitiuarū uero Magiſtri incarcerandi decernuntur.

Vide alia huiuſmodi stat. lib. 1. ca. 4. art. 9 de Spiritualib. Et lib. 5. cap. 1. de Bello.

Stipendiati ne damna dent. Lex I.

Item cōſiderantes damna plurima, oppreſsiōes, rapinas, & uiolentias in bonis & hominibus Spūalium ſubditorū noſtrorū per Stipēdarios cōmitti ſolita, atcꝫ ſolitas, nulla ſatiſfactiōe, aut mulcta cōpenſari. Statuimus ut in futurū Stipendarij undecūcꝫ & quacūcꝫ neceſsitate in Regno noſtro pro tempore exiſtētes, pro ſingulis damnis, oppreſsiōibus, rapinis, uiolentijs, & iniurijs ſatiſfactionē debeāt omnimodā per Capitaneos locorum, aut gentium, cum ea qua decet ſeueritate ad impendendū eam cōpellendi. Et inſuper MAGiſtri Comitiuarū de quibus tales reperiētur oppreſſores, tanꝗ criminū conſcij, ac illorū duces improuidi, in turrim deijciantur: uſcꝫ ad plenariā ſatiſfactionē detinendi. 109

sigiſm Petrico. 1523. De ijſdem mercenarijs militib. in Ruſsia qui damna bonis Nobilium inferant.

¶ QVia milites mercenarij in Ruſsia militantes cōſueuerūt poſt exactum ſeruitiū plurima damna in bonis tam Spūalium quā etiā Nobilium committere: Statuimus, quod qui ex ipſis militibus damna aliqua tam Spiritualibus quā etiam Nobilibus intulerint, ad ea reſartienda, accepta a nobis ſtipendij ſolutione, teneantur. 29.

sigiſm. Crac. 1527. Præfecti militum per ſe mereant, ne damna inferant.

¶ QVilibet aūt Pręfectus nō per ſubſtitutū, ſed ſolus per ſeipſum ducere debet Comites ſeu Cōmilitones ſuos tam eundo ad Terras Ruſsię, quā inde redeundo, & proſpicere, ne damna fiant hominibus Spūalibus & Sęcularibus, aut eorū ſubditis, neue ab illis Statiōes exigantur. Quæ damna ſi facta fuerint, ipſe Præfectus pro illis conuenietur, & ad ſolutionem reſartionemcꝫ illorum erit obligatus.

Cur pars pecuniæ retineri debet a Præfecto.

¶ VT aūt Præfectus poſsit prouidere indemnitati ſuæ, cum ob culpam alterius nemo mulctari debet, reſeruabit apud ſe partē aliquā pecuniæ cōmilitonibus ſuis ſoluendæ, cum ad Terras Ruſsię cū illis proficiſcetur, & ſimiliter cū ad domū cum eis reuertetur, ut ſi in itinere & profectiōe aliquid

ctione aliquid comes ſeu ſocius eius, damnū culpiā homini cuiuscunq́ ſtatus fecerit, & reſartire illud noluerit, ipſe pro illo, ei, qui damnū paſſus eſt ſub teſtimonio ſociorū ſuorū ſatisfaciat, & poſthac eidem militi qui damnū fecerit, de eius ſtipēdio, id quod pro eo ſoluerit, detrahat, & (defalcet.

¶ IDem Præfectus cuiuslibet Palatinatus duabus ſeptimanis ante finitū ſeu expiratū ſeruitiū ſuum, & comitiuæ ſuæ, de Caſtris & Terris Ruſsię diſcedet, ut comitiuā ſuam ſub obedientia ſua habeat, & in officio cōtineat, prohiberecq́ cōmodius poſsit, ne damna hominibus & miſeris Colonis, ac Spiritualibus inferantur.

¶ DE militibus mercenarijs, uel Nobilitate ad ſeruitiū bellicū proficiſcente, uel inde redeunte, Capitaneus exercituū Regni, & Palatinus, ſeu Caſtellani locorū prouidere debent: ne ſubditis Spūalium uel Secularium aliqua damna uel uiolentiæ cōtra Regni Cōſtitutiōes & priuilegia inferant. & ſi illatæ fuerint, ut ad ſolutionē & ſatisfactionē damnorum & iniuriarū illas inferentes cōpellant. Cum uero milites mercenarij ex ſeruitio, uel Nobiles Regni noſtri ab expeditiōe bellica domū reuerteñ. aut reuerſi, aut in proprijs agentes alicui damna intulerint, nos iuſticiā cuilibet de illis facere & adminiſtrare pollicemur, uel Officiales noſtri miniſtrabunt, iuxta Statutum Regni noſtri.

Sigiſm. Cracou. 1532. Capitane9 exercituū & Palatin9 ſiue Caſtellanus, uel alioqui Rex, eiuſue Officialis de mercenarijs militib9, aut Nobilib. qui ſubditis ſpūalium uel ſecularium damna inferunt, iuſticiam facient. Idem ſupra.

ARTICVLVS VIII.

De Militum delictis. Lex I.

Quicūq́ ad ſeruitiū militare pecuniā receperint, & pro ea nō ſatisfecerint,
27. nulla citatiōe præmiſſa per Capitaneos capiant: & tam diu in carcere detineant, donec ibi, & tempus ſeruitij quod facere debuerūt expleant, & pecuniā acceptā reſtituant: ſiue illi poſſeſsionati ſeu nō poſſeſsionati extiterint. Et qui præfinitam conſcriptiōis diem neglexerint, arbitrio noſtro, aut Campidoctorū noſtrorum punientur.

Sigiſm. Petric. 1519. Pœna carceris a Capitan. percellēdi ſunt qui pecuniam recipiunt ad ſeruitiū militare, nec ſeruiunt. Qui uero ad præſcriptam diē ſe non ſiſtunt, Regio uel Belliductorū arbitrio puniuntur.

¶ ITA poſtulātibus ſubditorū noſtrorū ratiōibus decreuimus ut nullus Nobilis ſubditus noſter ſponſiōe fidei per nos obſtringatur, niſi Iure uictus. ſecus erit in exercitio rei militaris & ubi nobis uel alicui ſubditorū noſtrorū actio interuenerit cū ſeruitore factore adminiſtratore aut ſubdito ſuo. Et ubi Reip. cauſa aliqd ſit cōtra quemuis agendum.

Sigiſm. Petric. 1540. Obligatio ſponſionis fidei ad milites quoq́ mercenar. ſe extēdit. Multoties repetitur.

ARTICVLVS IX.

De prærogatiua militantiū, deq́ ſalario

Literæ Ius & iuſticiā impedieñ. nō ſunt dandæ a Rege (Præfecti. L. I. præterq̄ illis, qui in bello fuerint, vel Reipub. negociis intendant. Vide Statuta de eo congeſta Lib. 4. Cap. 8. Artic. 1. de Inhibitionibus Iudiciorum.

¶ NOBiles uiritim e Regno militatū, uel exercitij cauſa exire poſsūt, ſed nō collecto exercitu. Vide ſupra Lib. 1. Cap. 4 Artic. 15. in fine.

De Prefecti exercitus ſalario Senat9 ad Sigis. Regē.

CVM Domini Conſiliarii Maieſtatis ſuæ & omniū Terrarū Nuncii animaduertiſſent, PRAEfectum Exercituū Regni generalē paruo admodū ſtipendio, & annua mercede prouiſum eſſe: ſi vel magnitudo muneris eius reſpiciat, vel tot ocioſorum dotatiōes illius ſalario conferant: & propterea viderent, eum nō poſſe ſemper in Caſtris eſſe, & cum dignitate ſua atq́ honore Regni officii eius publici munus ſuſtinere:

nus ſuſtiñere: cõſultarunt inuicẽ, & cenſuerũt vtile fore, vt tanti muneris & officii Præfectus ampliore & honeſtiore deinceps ſtipendio & mercede ſubleuetur, & honoretur. Ex qua deliberatiõe ſua hæc omnibus manſit ſentencia, videri ſcilicet cõueniens & æquum, vt ad inſtantẽ hunc annum Centum illi adſcribantur Equites, & ſtipendiũ pro ipſis & ſingulis eorũ ex Palatinatibus decem florenorũ illi ſoluatur. Cæterũ, vt ex lucro Monetario pro coquina ipſius darent illi floreni mille. Quã ſentenciã tum quod ſit publice ab omnibus facta, tum quod ad decorem & vtilitatẽ Regni pertineat, ſupplicant omnes Maieſtati Regiæ, approbare eam dignetur. ita vt ipſe Dñs Præfectus generalis certus eſſe tantæ mercedis annuæ, & præeſſe exercitui cum dignitate poſsit. Nã alioqui ille in Caſtris nequaq̃ poſſet eſſe aſsiduus, & vbi nõ eſſet, metuerent domini Conſiliarii, ne eius exemplo Illuſtris Dñs Dux CONſtantinus recuſaret præeſſe illis Militibus, qui ad fines Magni Ducatus Lithvaniæ erunt collocandi. atq; ita exercitus maneret Duce & ordine debito priuatus, & Respub. in periculo tota eſſet cõſtituta.

CAPITVLVM IIII.

De cõtributiõe viritania, ſeu cẽſu capitũ

PRÆFATIO.

QVIA bellũ innumeras habet difficultates, curas, labores, pericula, incertosq; euentus: infinita fere eget pecunia, qua illa incõmoda ſine protelatiõe ſartiantur. Quare cum & ordinariã, & maiorẽ, & mercenariã ratiõem tuendi Regni deſcripſiſſem, hanc quoq; adiicere volui: qua tributum viritaniũ, ſeu Cenſus capitũ ab oli D. SIGISM. fuit imperatus. hoc vtiq; cõſilio, vt ſi aliquãdo hoc vtile & neceſſarium Reipub. eſſe videat, tempore difficili præſertim, præſto ſit exemplũ, quod etiã Principes noſtri cõſeruandæ Reipub. cauſa expedite ſequi poſſent. Cum aũt optimus quiſq; maxime ſagineẽ gloria, Priceps extraordinarios etiã honores omnibus proponat iis, quicũq; ſe ingenio, fortitudine, inprimisq; facultatibus ad ſuſtinenda belli onera iuuerint. Ita Romani etiã FLORAE meretrici, quæ moriens grandem pecuniã ærario legauit, floralia feſta indixerãt. Et alii Principes ex aliis ſepulchris alia arte ſemper effodiebant pecuniã. Fiſcus enim quod multis dat, a multis accipiat oportet. atq; ita, in accipiendo venter quidẽ Olophagus, in erogando vero Pantazoon videri queat. Qui tamẽ prĩceps tributa imperare, vel hos Euclìones exenterare nolit, parſimoniã fundum eſſe putet. nunq̃ enim periclitati ſunt fame, qui frugalitatẽ inter copiam ſeruare didicerunt. vt prius diximus. NECESSitati tamẽ & ipſe Iuppiter olim cõceſsiſſe a Poetis narrat. Sed quia in ſecundo LIBro præter patrias, nullas aliunde Leges de Fiſco attuli: ne nõ perfectã rationẽ tuendi eius tradidiſſe iudicer, eas hic in tranſcurſu perſtringã.

Ratio cudendæ pecuniæ non aſpernanda.

De rationibꝰ FISCI hic quædam adnotantur. in præfatione tamen Libr. 2. proprium locum habere debuerunt.

PRIMO itaq; is q cõuenta fiſco nõ ſoluit beneficio cadit. debitores fiſci ſummarie exigũtur. In exactiõe fiſcalium tributorũ absq; Iuris ordine procedit de facto. Si duo ſint tributarii fiſci, alter illorũ in ſolidum cõuenitur. Securitas data debitoribus fiſco nõ præiudicat, niſi eo nomine ſpecialiter cautum fiat. Fiſcus ſuccedit in bonis nullos cõſanguineos poſt ſe relinquentiũ. Si fiſcus mutuat tibi pecuniã, tu aũt ex pecunia illa fiſci cõſtituas tibi debitorẽ, a fiſco poteſt cõueniri te omiſſo. fiſcus in ſucceſsiõe æquiparat Eccleſiaſticis bonis nõ hereditariis. Fiſcus agit corã ſuo Iudice, licet nõ ſit Iudex rei. Fiſcus in bonis debitoris tam ex cõtractu quã ex maleficio habet tacitã hypothecã, licet in ſecundo caſu ſcilicet maleficii creditores ex contractu præferunt fiſco. Qui tamẽ præfertur anterioribus creditoribus nõ habentibus hypothecã expreſſam. Si fiſcus agit cõtra Donatariũ hypothecaria, debet Donatarius probare illã rem prius ſibi donatã quã fuerit fiſco obligata. Fiſcus præſumit diues & eſſe ſoluendo. Procurator fiſci præſumit diues factus de bonis fiſci. Fiſcalia donari non poſſunt a Principe niſi Senatus auctoritate accedente. Quãdo debitor fiſci non eſt ſoluendo, poteſt deueniri ad debitorẽ debitoris. Si fiſcus cõcurrit cum aliis vendicantibus hæreditatẽ alicuius, Ius fiſci prius excutiet, & Ius alterius differtur. Bona alienata in fraudem fiſci applicant fiſco. In fiſcum tranſeunt ex delicto, Iura, & actiões ſine ceſsiõe ipſo Iure. quod ſecus eſt in priuato. Si fiſcus habet cohæredẽ, inſtrumenta cõmunia deponunt apud fiſcum. Qui

ſubripuit pe-

ſubripuit pecuniā fiſcalem tenetur crimine peculatus. Fiſcus pro tempore præterito cōueniit emptorē prædii tributarii. Si fiſcus habet vſumfructū cum alio, non tenetur ſatis dare proprietario. In cauſſis fiſcalibus qui paciſcit̄, pro cōfeſſo habet̄. Qui inuenit theſaurū in loco fiſci, & nō reuelauit, totum theſaurum cum æquiualenti amittit. Quod nō accipit Chriſtus accipit fiſcus. Itaq; Officiales fiſci gratiam non faciant, ſed ſine indulgentia exigant. Qui pecuniā auream a fiſcali me[t]ro recepit ſine licentia Regis. punitur pœna perpetuę deportatiōis & publicatiōis bonorum; & mutuans punitur pœna capitis. Si conducentes gabellam a fiſco vnus eorum fraudem cōmiſit in exactiõe gabellæ, potes alterū inſolidū cōuenire, ſi alter nō eſt ſoluendo. Sed iam feſtinemus ad edictū.

SIGISMVNDVS Dei gratia Rex Polon. &c. Vniuerſis &c. Quum hoc bellū quod nobis in A. B. C. eſt, nō modo nō miteſcere ſed magis ac magis feruere uideat̄. Quodq; magis nos angit, dum hoc bello inuiti occupamur, mallemus hāc impēſam & hæc arma aduerſus infideles cōuertere, cum quibus, inprimis aūt Tartaris chriſtiani nominis perpetuis hoſtibus in Terris Ruſsiæ nobis continuū & plane hereditarium bellū ſit: pernеceſſariū fore putauimus tantis malis & periculis q̄bus Regnū & dominia noſtra, immo ferme tota chriſtianitas obiecta eſt diligentius quā unq̄ alias conſulere & prouidere. Statuimus igit̄ in hoc Conuētu generali Bidgoſtieñ. cōmuni omniū Conſiliariorū noſtrorū & Nunciorū Terreſtriū cōſilio & aſſenſu Contributiões infraſcriptas pro defenſiõe Reipub. & NERVO BELLI. neq; enim alio cōuertenda erit hæc pecunia, quæ grate pieq; cōferetur quā pro defenſiõe Reipu. & tuendis finibus Chriſtianorū ab incurſiõe infidelium, & liberatione Captiuorum de poteſtate ferociſsimæ gentis Tartaricæ.

Inprimis d. Archiep. Gne. flor. 300.
Archiepiſcop. Leopol. flor. 100.
Epiſcopi omnes Pol. per flor. 150.
Suffraganei per x. floren.
Epiſc. terrarū Ruſsiæ per flor. 50.
Gnezneñ. Prælati de ſingulis prælaturis per decem floren.
Prælati Sandomirieñ. de ſingulis prælaturis per ſex floren.
Abbat. et prępoſiti infulati p̱ flo. 50
Abbates baculati per xxv. floren.
Quilibet beneficiatus, de ſingulis beneficijs, quot quiſpiam habet in cuiuſcūq; Eccleſijs Regni & Terrarū Ruſsię ſuā taxam ſoluet ſingulariter inferius explicatam.
Canonici in cathedralibus Polonicis per quinq; floren.
Canon. in colleg. maiorib. p̱ iij. flo.
Canon. in colleg. minorib. p̱ ij. flo.
Prælati in collegiatis minoribus per duos floren.
Prælati Ruſsię per duos floren.
Cancel. Crac. flor. vj ratiõe officij.
Cancellarij dñorū Epiſcoporū & Officiales rurales per quatuor flo.
Præbendarij ſimplices per flor. j.
Menſionarij, Altariſtæ, & Pſalteriſtę per unum floren.
Itē lectores gratialiſtę, & ſacerdot. nō bñficiati, nec ſalariati p̱ gro. vj.
Itē Officiales, & Vicarij, et Iudices in ſpūalib. p̱ flo. x. in Eccle. Ruſs.
Vvladarij qui decimas dñorum Epiſcoporum uendunt flor. iij.
Notarij Conſiſtoriorū per florē. j.
Vicarij Canonicales per floreñ. j.
Vicarij Ruſs. cathedraliū p̱ gr. xx.
Prælati Monaſteriorum Monachorum & Monialiū per duos flo.
Omnes religioſi Monachi, uillas, domus, & cenſus habentes, & Moniales per decem groſs.
Doctores nō beneficiati per flor. j.

Phiſici practican. per duos floren.
Cauſidici Iuris Spūalis per flor. j.
Magiſtri artium per octo groſ.
Baccalarij per ſex groſ.
Studentes cōmunit omnes ex Regno noſtro dūtaxat oriūdi p ij. gr.
Itē ſeruitores Magiſtrorū, Doctorū, Studentū, Baccalariorū, in omnib. burſis pter extraneos p ij. gr.
Plebani Ciuitatum per flor. vj.
Plebani Oppidorū ditiores p fl. iij.
Plebani Villarū ditiores p flor. ij.
Plebani pauperiores per Marcam.
Vicarij parochialium in Ciuitatibus notabilioribus per groſ. xij.
Rectores Scholarium in Ciuitatibus muratis per groſ. xij.
Vicarij Oppid. paruorū per gr. vj.
Vicarij uillarū & Clechi p gr. iiij.
Cātores Ciuitat. nobiliorū p gr. x.
Cantores Oppidorū per groſ. viij.
Organiſtæ per ſex groſ.
Campanatores per unū groſ.

¶ Ordo Spūaliū Ruthenorū.

Vvladici Ruthenici per floren. x.
Archimendritæ per tres floren.
Kriloſzanye per unum floren.
Seruitores utriusq; ſtatus p gro. j.
Archipopones alias Archipopi per unum florenum.
Monachi alias Czeruczi per flo. vj
Papadiæ per groſ. iiij. pueri, & uxores eorum per groſ. ij.

¶ Dignitarij & Official. Sclāres.

Palatini generalit omnes p 50. flo.
Capitanei in quibus Iudicia celebrantur per floren. x.
Vicecapit. ubi nō ſunt Iudicia per flor. j.
Capitanei Caſtrorū Epiſcoporū, & dominorum per floren. ij.
Marſchalci per floren. xx.
Officiales ſigillorū Regior. p fl. xx
Theſaurarius Regni floren. xx.
Officiales non ſalariati prouentus nō habentes per iij. flor. eadē ratio ſit de Officialib. Sereniſs. Reginæ.
Præfectus exercituum flor. xx.
Ratiōe Capitaneat. Kazim. flor. x.
Vicecap. ubi ſunt Iudicia p flo. iij
Capitanei Caſtrorum Regalium non Iudicialium per floren. v.
Factores prædiorum per groſ. xij.
Caſtellani Maioris Pol. per flo. iij
Caſtellani reliq omnes per flor. x.
Caſtellani nullos prouentus habentes per floren. v.
Officiales Curiæ ſalariati per flo. x
Magnus pcurator Crac. flor. xx.
Curien. noſtri & aulici per flor. ij.
Cubicularij noſtri in equis ſeruientes per flor. ij.
Cubicularij ſine equis ſeruiētes p groſ. xv.
Familia nobilis Conſiliariorū, Officialiū, & Curialiū in cōtinuo ſeruitio curiæ ſeruien. per groſ. viij.
Familia eorundē ignob. per gr. ij.
Burgrabij Cracouien. per x. florē.
Burgrabij Caſtrorū Iudicio præſidentes per ij. flor.
Tribuni Terrarum ſeu Caſtrorū per flor. x
Officiales omnes Terreſtres & Diſtrictuum prouentibus ſuis gaudentes per quinq; floren.
Iudices Terreſtres per ſex floren.
Subiudices iij. floren.
Notarij Terreſtres per floren. x.
Camerarij Subcamerariorū Terreſtrium per unum florenum.
Iudices Caſtren. per duos flor.
Iudex Subcamerarij Crac. flor. ij.
Procuratores pecuniarij Sclārium cauſarū per flo. iij. & ſi qs ſe talem eſſe negauerit Iuramēto cōfirmet.
Exactores Terreſtres modernis exceptis p fl. v
Notarij eorū p flo. j.
Officiales Terreſtres & Diſtrictuum q nullos habēt pūetus p flo. iij
Burgrabij Caſtrorū ignobiles tāquam factores per unum floren.
Notarij Caſtr. p mediū alterū flo.
Holomkovye & ſerui Caſtrorum per duos groſſos.

Officia Salina-

Officia Salinarum.
Zupparij per floreñ. xxx.
Vicezupparij per floreñ. x.
Teloneator. in Capitaneatib. et Teloneis noſtris Regalib. per flor. x.
Teloneatores & particularıũ teloneorum Exactores per flor. ij.
Officiales perpetui in Zup. flor. v.
Officiales temporales per flor. iiij.
Varkmeiſter floreñ. xv.
Barikrech & qui dicunt & habent Ius perpetuũ in mõtib. per flor. v.
Vxores & pueri per duos groſs.
Varzychovie per duos floreñ.
Guarkones per duos groſs.
Vxores & pueri per unum groſs.
Menſarij alias Stolniczy per mediũ flo. uxores et pueri ꝑ groſ. viij
Starzyſzye & cæteri minuti Officiales per ſex groſs.
Vxores & pueri per tres groſſos.
Laboratores cõmunit͛ omnes per ij. groſ. a qualibet feneſtra alias vyczye hæreditarij per duos floreñ.
Vxores & pueri per octo groſſos.
A caldearibus alias panvye Salis Ruthenic. ꝑ fl. viij. exceptis Regijs.

Officiales fodinarũ Plũbi.
Similiter in Ilkuſz Laboratores communes per groſs. ij. uxores & pueri per groſſum unum.
Guarkones in montibus laborañ. per gr. xij. uxores et pueri eorũ per gr. vj. Nõ habẽtes uero minerã per groſ. ij. uxores & pueri per groſ. j.
Menſarij alias Stolniczy per gr. j.
Similiter uxores & pueri per gr. j.
Mineratores alias Rudniczy per j. flor. uxores & pueri per vj. gr. Socij uero eorũ ꝑ j. gr. ſimilit͛ uxores.
De molẽdinis uẽtilibus & aquaticis molendinatores ſoluent ꝑ gro. iij. uxores & pueri per j. groſs.
Lazuriũ fodieñ. per iij. flor. uxores & pueri per groſſos v.

Ordo uniuerſę Nobilitatis.
Tam Spũales ꝙ Sæculares Dñi & Nobiles quicũq; Villas habẽt, quilibet ab qualibet Villa, dum modo nõ ſit tota deſerta, ꝑ j. flo. nõ obſtãtibus quibuscũq; libertatibus. Nã hæc Lex in perſonas & non in bona conſtituta eſt.
Nobiles bona habentes Terreſtria quotqt ſunt in domo, etiã indiuiſi tenẽt ſoluere de capite ſuo ꝑ viij. fl
Qui Kmetones habẽt per viij. flor.
Item uiduæ Nobiles & populi qui nõ habẽt Kmetones per xij. groſs.
Populi aũt hęreditates & Kmetones habentes per octo floreñ.
Aduocati & Sculteti plebis Kmetones & hęreditates nõ habeñ. per gr. viij. uxores & pueri per groſ. j.
Aduocati & Sculteti plebis Kmetões, hęreditates, aut tabernas, aut molendina habentes per viij. flor.
Vxores & pueri per viij. groſſos.
Viceaduocati & Rurales Vvladarij, ita ut Kmetões ſoluẽt per j. gro.
Similiter ab uxore & pueris ꝗ non habent aliquos prouentus.

Conditio Kmetonum.
Quilibet a ſe, uxore, et puero ꝑ j. gr
Hortulani quilibet a ſe, uxore, & pueris per iij. groſſos.
Rathaie ꝑiij. gr. uxor. et pue. ꝑ j. gr
Inquilini Villarũ per groſ. iij. pueri & uxores per j. gr. demptis uiduis pauperibus & uiduis per vj. gr.
Mercenarij diẽ laborañ. per iij. gr. uxores & pueri per j. groſſum.
Seruitor. Kmet. utriuſq; ſexꝰꝑ j. g.
Valachi agros colẽtes & ultra centum oues habentes per iij. groſſos uxores & pueri per duos groſs.
Valachi agros non habentes ſed oues habentes per unum groſs.
Similiter uxores & pueri.
Knyazovye Ruthenici per iiij. gr.
Vxores & pueri per duos groſs.
Fliſovniczi & piſcatores per ij. gr.

Vxores & pueri per unum groſs.
Kmetones generaliter omnes. ſimi liter uxores per unum groſsum.

¶ Cõditio Ciuitatũ maiorũ.

Conſules Cracouieñ. per v. floreñ.
Conſules Poznanieñ. per iiij. flor.
Conſules Leopolieñ. per iiij. flor.
Aduocati Iuris ſupremi per v. flo.
Scabini eiusdem Iuris per iiij. flor.
Aduocati Ciuitatum per ij. flore.
Vxores & pueri tã Conſulũ q̃ Aduocatorũ & omniũ ſupraſcriptorum per mediũ ſummæ quamcꝫ cuiuslibet maritus ſoluerit.
Czechmagiſtri eorundẽ Ciuitatũ per gr. xij. uxores & pueri per vj.
Mercatores ditiores & Pannicidæ Cracouieñ. per tres floreñ.
Vxores & pueri per viij. floreñ.
Pannicidæ Poznanieñ. & Leopolieñ. per ſesquialterum floreñ.
Mercatores pauperes per unũ flo.
Vxores & liberi per viij. groſs.
Inſtitores per decem groſsos.
Vxores & pueri per tres groſsos.
Artifices omniũ artificiorũ per vj groſs. pueri & uxores per tres gro.
Socij artificum per duos groſsos.
Vxores & pueri per unum groſs.
Diſcipuli artes mecha. diſcẽ. p j. gr
Ciues cõmuniter omnes Iure ciuili gaudentes per quatuor floreñ.
Vxores & pueri per xx. groſsos.
Inquilini in circulo per duos groſ.
Vxores & pueri per unum groſs.
Seruitores utriuſcꝫ ſexus per j. gr.
Piſciũ uẽditores apud Craco. habentes piſcinã & domus per j. flor.
Vxores & liberi per viij. groſsos.
Molẽdinatores hęreditarij prędictarum Ciuitatũ per xij. groſ. uxores & pueri per viij. groſs.
Molendinatores tẽporales per iiij. groſs. uxores & pueri per ij. groſs.
Tragarze per tres groſs. Vxores & pueri per unum groſsum.
Mixtarij per duos groſsos.
Armeni per xij. groſs. uxores & pueri per tres groſsos.

¶ Ciuitates & Oppida ſecundi ordinis.

Kazimiria apud Crac. Vyeliczka, Bochnya, Sandecz, Byec, Pilzno, Tarnovv, Proſzovice, Skarmierz, Myechovv, Lelovv, Sandomiria, Lublin, Radõ, Opoczno, Viſlica, magna Opatovv, Ilza, Bodzaczin.

¶ Maioris Pol. eiusdẽ ordinis.

Kaliſz, Koſczyen, Vvſſchova, Bidgoſcza, Krysko, Ploczko, Vyeluñ, Lancycza, Gnyezno, Lovic, Volborz, Vnyeiov, Snyena, Bark, Slupcza, Rava, Sochaczov, Brzeziny, Pyatek, Szamothuly, Grodzisko, Kolo.

¶ Ciuitates & Oppida ſecũdi ordinis Terrarũ Ruſsię.

Premysl, Kroſno, Sanok, Iaroslav, Przyvorsko, Lanczut, Rzeſſovy, Strzezovv, Brzozovv.

¶ Supraſcriptarũ omniũ Ciuitatũ et Oppidorũ ſecũdi ordinis.

Conſules Ciuitatum a capite per xv. gr. uxor. & liberi eorũ p iiij. gr
Item Aduocati, Scabini, Notarij, p iiij. groſs. uxores per duos groſ. pueri uero per unum groſsum.
Item omnes mechanici per ij. groſ.
Vxores & pueri per unum groſs.
Socij mechanicorum per j. groſs.
Diſcip. mechañ. artes diſcẽ. p vj. gr
Mercatores & Vectores inuehẽtes res pręcioſas uidelicet lapides, gẽmas, pannos ſericeos, & Laneos, telã pręcioſam, & Colonieñ. et alia id genus per viij. floreñ. uxores & pueri per quatuor groſsos.
Mercatotes pauperiores q̃ ab ijs emere ſolent, per viij. groſs. uxores & liberi per unum groſsum.
Vectores & duceñ. per iij. groſ. ab uxoribus & pueris per unũ groſs.
Omnes generalit' Ciues domos & Ius Ciuile

Ius Ciuile habentes per quatuor groſs. uxores & pueri per ij. groſ. Inquilini per ij. groſs. uxores & liberi per unum groſsum.
Serui mercenarij laborator. p j. gr. Suburbani & Hortulani & hæreditarij Molēdinatores in Ciuitatibus & Oppidis prædictis per viij. groſs. uxores & pueri per j. groſ. Molēdinatores manuales & tēporales earūdē Ciuitat. & Oppidorū per iiij. gr. uxores & pueri p j. gro.
PRÆTEREA ſunt nōnulla OPPida in Regno noſtro & in Terris Ruſs. habētia fora annualia & ſeptimanalia, in talibus Oppidis Cōſules a capite ſoluēt per viij. gr. uxor. eorū p ij. gr. pueri uero p j. gr Itē Aduocati, Scabini, & Notarij p ij. gr. uxores & pueri eorū p j. gr. Itē mechanici generalit̄ omnes per j. gro. Similit̄ uxores et pueri eorū Item artificum ſocij, ac eorum uxores & pueri per unum groſsum.
Mercatores omnes per iiij. groſs. Vxores & pueri per duos groſs. Itē Inqlini uxores & pueri p j. gr. Item Suburbani, Hortulani Iure Ciuili gaudentes cum uxoribus & pueris per unum groſsum. Itē Molēdinatores taliū Oppidorum perpetui, ſeu hæreditarij per iiij. gr. uxores & pueri per ij. groſ.
In Oppidis nō habētibus forū annuū & ſeptimanalia Conſules & generaliter omnes Officiales per ij. gr. Vxores uero & pueri & generalit̄ omnes homines in huiuſmōi Oppidis exiſtentes per unū groſs. Suburbani & Hortulani taliū Oppidorū oēs in uniuerſum per j. gr. Omnes Fiſtulatores, cytarędi, timpaniſtę, hoc quęſtu uictū quęreñ. de capite ſuo per vj. groſs. uxores & pueri per unum groſsum.
Mulieres uagæ in Curijs dñorū, & ubicunq; manentes per vj. gro. Itē Iudæi generalit̄ omnes in Regno noſtro 3000. flor. per xxx. groſ. computatorum ſoluent.
TEMPVS uero ſolutiōis nos Literis noſtris aſsignaturi ſumus. Iudices Iudæorum per ij. floreñ. Notarij per unum florenum.
Pręterea Exactio et Cōtributio ducillorū debet durare a fęſto Pēteco ſten proxime uenturo usq; ad Cōuentum generalē proximū.

VT aūt hęc Decreta, & ordinatiōes in exigēdis huiusmōi tributis factę debitę executiōi demādent, Statuimus, ut in omnibus Diſtrictib. Palatinatuū duo Exactores fiāt, unus Spūalis alter Sclāris, & Capitaneus ſeu eius uicesgerēs cū eis tanq̄ ſuperintēdens. Qui qdem Exactores ſecundū formulā & diſpoſitionē ſupraſcriptā eas exactiōes medio Iuramento ad ſancta Dei corporalit̄ præſtito exigēt. quod Iuramentū Sclāris Exactor corā loci Capitaneo aut eius uicesgerēti, Spūalis uero corā Notario publico & teſtibus fidedignis: inter q̄s tamē ſit loci Capitaneus uel eius uicesgerens. Iurabūt aūt in hæc uerba. Ego N. Iuro, qa in ſupraſcriptis Cōtributiōibus repetēdis & exigēdis fidelis ero Clementiſs. & Sereniſs. Dño D. SIG. Regi Pol. ac Reipub. Quodq; uolo & debeo omni cura, ſtudio, integritate, & diligētia exactiōes Villarū & capitaliū iuxta laudum & formā Literarū uniuerſaliū in generali Conuentiōe Bidgoſtiē. decretas & cōſtitutiōes fidelit̄ repetere & colligere, nulli hominū cuiuſcūq; ſtatus, ordinis, ſexus, & cōditiōis ſiue ob amorē, fauorē, aut pręmiū parcentiū, primo & ante omnia de bonis Regijs, necnō dñorū Spūaliū, & Sclāriū: demū de bonis uniuerſis Nobilitatis, de perſonisq; & capitibus ordi

Exactores qua forma iuramentū præſtabunt.

bus ordinū & ſtatuū, nō obſtātibus qbuſcūq; libertatibus & exēptiōibus quacūq; autoritate cuicūq; cōceſsis. & ſi aliquē hominū quippiam Reipub. abſtrahere cognouero alicuius libertatis & exēptiōis prætextu, aut temere, extūc talē M.R. & Conſiliarijs eius ac uniuerſæ Nobilitati pādere publice uolo, & tenebor: necnō loci Capitaneo. Exactas uero pecunias in manus horū inferā fideliter, ſicut inferius cōſtitutū eſt: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta crux.

Plebani capita ſuorū parochialium deſcripta Exactoribus offerant Iurati.

Sed ut infraſcriptis exactiōibus facilior & uerior modus & ordo fiat, debēt omnes Plebani, uel eorū Cōmēdarij, in Ciuitatibus, Oppidis, Villis ſingularū ſuarū Parochialiū, per capita & perſonas nullū hominē excludendo ſine mora fideliter cōſcribere, & eadē Regeſtra ante fęſtū Purificatiōis Mariæ proximū Exactoribus ſui Diſtrictus præſentare, & in manus dare, ſub Iuramēto: quod ipſa Regeſtra ab eo fideliter cōſcripta ſunt. Vbi uero inter Plebanū & dn̄m Villę ſeu Cōſules Oppidorū diſſenſio ſuper Regeſtris orta fuerit, extunc Exactores illius Diſtrictus mittant, uel ſi quomodo poſſunt ipſi deſcendant ad locum de quo eſſet differentia, ad cognoſceñ. rei ueritatem, qua cognita id quod iuſtum erit exigatur.

Poenæ ſtatuuntur cōtra eos qui ſoluere cōtributionem neglexerint.

¶ Cęterū Statuimus, ut Exactio & collectio omniū pecuniarū incipiat fieri a proximo fæſto Purificatiōis Marię, & finiat die Dn̄ico Oculi ꝓxime uēturo: hoc modo, Quod dn̄i Sp̄uales et Sclāres Cōſiliarij infra duas primas hebdomadas ipſam Exactionē in toto diſoluāt ſub poena duplici, & Centū Marc. & cæteri ſtatus ac ordines etiā infra alteras duas ſeptimanas, id quod iuſtū eſt extradāt ſub poena duplici, & xiiij. Marc. Si qs cōtributiōes ſupraſcriptas extradere neglexerit, & die Dn̄ico Oculi extūc lapſo duplicē exactionē ſoluere coget. In qua qdem duplici exactiōe Capitaneus loci eiuſdē in bona talis nō ſoluētis ſe auctoritate noſtra intromittere, & eadē tandē tenere debebit uſq; ad totalem ſolutionē præfatæ duplicis Cōtributiōis. Et ſi talis negligēs ſiue ſit dn̄s ſiue inferioris ordinis Capitaneo ſuo intromiſsionem in bona ſua dare noluerit, Extūc ipſo facto inferior poenā xiiij. Marc. dn̄s uero Centū Marc. poenam ſuccūbet, ratiōe quarū poenarū tam diu Capitaneus bona taliū tenebit donec poenæ duplicatæ & ſimiliter poenis ſupraſcriptis ſatisfaciet. Quę poenę duplicatę, & poenę xiiij. Marc. ſiue Centū repetitæ & exactæ pro defenſiōe Regni & neceſsitate Reip. cōuertant. Sp̄uales uero tales exactiōes ſoluere cōtemneñ. aut negligeñ. cēſuris Eccleſiaſticis ad ſolueñ. poenā duplicē cōpellant. Quas ſi quiſpiam ultra tres menſes induratus ſuſtinuerit, hoſtis patriæ eſſe cenſeatur, & ut talis puniatur.

Iudicium Exactoribus donatur.

¶ Hoc etiā ſpecialit̄ prouiſum eſſe uolumus, Quod Exactores deſignati ſi q in Iure Terreſtri, aut Caſtreñ, aut q̄cumq; alio Iudicio Actiōes haberēt: & ſi cauſas ſuas intra tempus collectiōis nō attētauerint, uel diligētias neceſſarias & opportunas nō fecerīt, ea prærogatiua gaudeāt qua gaudere ſolēt hi q Reip. extra fines Regni noſtri ſeruiūt. Hic Exactores ſunt deſcripti prętereaq; Ciuitates Diſtrictuū primarię in qbus pecunię exigebāt.

Modus pecuniæ fideliter ad Theſaurum reddendæ.

¶ Collectis tādē omnibus Cōtributiōibus, pecuniā collatā debēt Exactores portare ad Ciuitatē capitalē ſuæ Terræ, uidelicet ad diē dn̄icā Iudica proxime uenturā, & tandē iam integre & fidelit̄ in manus

in manus & poteſtatẽ Palatini, ſi pręſens fuerit: ſin aũt minus, extũc in manus Caſtellanorũ: ibidẽꝗ mox corã ſupraſcriptis de omnibus præceptis & collectis iuxta Regeſtra eis tradita ſufficientẽ rationem facere. qua facta, de traditis & expoſitis ab eodẽ Palatino Caſtellanis & Nobilibus accipere. qua accepta eiſdẽ Palatino Caſtellanis recognitionẽ ſuã dare, ut eam Palatinis cũ Caſtellanis in Conuẽtu generali proxime futuro coram nobis & Cõſiliarijs noſtris Nuncijsꝗ Terrarũ originaliter oſtendãt, & producãt. his peractis pecuniã omnẽ collectã Palatinis cum Caſtellanis Nobilibus ſupraſcriptis in theſaurũ Regni noſtri fideliter per Notariũ noſtrũ ad id ſpecialiter deputandũ inferri ſine omni mora procurabũt. Vt aũt pręfatæ Cõtributiões ex neceſsitate & bono Reip. inſtitutæ integre & fideliter & ſine cuiuspiã hominis impedimẽto exigerẽtur, decreuimus & pręſentibus decernimus omniũ Cõſiliariorũ noſtrorũ & Nunciorũ Terreſtriũ cõmuni conſilio & aſſenſu, quod nemo cuiuscũꝗ ſtatus, dignitatis, aut cõditiõis exiſtens audeat Exactores earundẽ Cõtributionũ aut illos qui illas indicabũt, uel conſcribent, ſiue ſint Eccleſiaſtici, ſiue Sęculares, quouis modo occulte uel manifeſte perturbare, uel facto aut cõſilio nocere illis uelle, aut minas aliquas & metum mortis aut mutilatiõis membrorũ interponere ſub pœna cõfiſcationis bonorũ & bannitiõis de Regno. Mandamus igiť ſingulis et uniuerſis ſupraſcriptis ut præmiſsis omnibus ullo modo cõtrariari nõ audeatis. Sed pecuniã cito & fideliter in manus Exactorũ portare curetis. Vos uero Capitanei eos qui tardi & cõtumaces in ſoluendo erũt, & q̃s uobis ipſi Exactores deferũt per pignoratiões & alias pœnas ſuperius expreſſas ad ſolutionẽ ipſarũ Cõtributionũ cõpellatis, pœnasꝗ huiuſmodi diligenter exigatis ſub pœna Centũ Marcar. cõtra negligẽtes Capitaneos decreta irremiſsibiliter perſoluẽda. Vos uero qui ſummas nõ habetis inſcriptas ſub punitiõe priuatiõis beneficij officij & pro gratia noſtra aliter nõ facturi. Actum & datũ in Actu Bidgoſtieñ. generali feria ſecunda ante fęſtum ſanctæ Barbaræ proxima.

Contributionum indicatores a ui & metu ſint tuti.

Capitanei contumaces ad ſoluendum cogent.

Anno dñi 1520. Regni uero noſtri xiiij.

CAPITVLVM V.

De taxatione fundorum.

SIGISMVND. Dei gratia Rex Pol. &c. Vniuerſis et ſingulis gratiã noſtram Regiã. Licet ante bienniũ, perpendentes, cum uniuerſis Cõſiliarijs & Terrarũ Nuncijs, in Conuẽtu generali Petricouieñ. nullam certam & firmam defenſionẽ, ſine bono ordine, bonũ ordinem uero absꝗ iuſta & cõuenienti diſpoſitiõe, iuſtam aũt diſpoſitionẽ & facultatis uniuscuiusꝗ cognitionẽ fieri nõ poſſe, absꝗ debita bonorũ taxatione, ſtatueramus unanimi omniũ cõſenſu, fundos bonorũ Terreſtriũ in uniuerſo Regno taxandos, & quibus modis id fieri debebat, fuit ſufficiẽter deſcriptũ & omnibus publicatũ. Verũ cum per aliqs homines, omnis ordinis impatiẽtes, fuit hæc ſalutaris inſtitutio præpedita, ita ut prout decretũ erat, ad effectũ ſuũ uenire nõ potuerit, & in præſenti Cõuentu Cracouieñ.

uentu Cracouień. conſulentes imminentibus indies magis Regno noſtro periculis & diſcriminibus, nihil utilius reperire potuerimus, ad firmam & omnibus æquam ac tolerabilem defenſionē ſtatuendā, quā ipſam fundorū taxationē, placuit uniuerſis Conſiliarijs & Terrarū Nuncijs, illud decretum ante biennium factum, in integrum reſtituere, & ad taxandos ipſos fundos, modo infraſcripto procedere.

¶ Inprimis, in Conuētibus particularib. quos in omnibus Palatinatibus Regni noſtri, & locis cōſuetis iā indiximus, & ad eos, Palatinos, & omnes Dignitarios, Caſtellanos, Capitaneos, & Officiales, totāq; Nobilitatē, uniuſcuiuſq; Palatinatus cōuenire iuſsimus, qsq; Palatinus cū Caſtellanis, Officialibus, & Nobilibus ſui Palatinatus eliget & deſignabit ad ſingulos Diſtrictus, unū Caſtellanū illius Diſtrictus, & duos uiros Nobiles eiuſdē Diſtrictus, ſic qđ ad ſingulos Diſtrictus ſit electus ac deſignatus Caſtellanus, & duo Nobiles eiuſdē Diſtrictus fide digni, ꝓbatę uirtutis & bonę cōſcientię. Quod ſi nō fuerit in aliq̄ Diſtrictu Caſtellanus, eliget Palatinus aliū Dignitariū ſeu Officialē illius Diſtrict9 de cōſenſu Dignitariorū, Officialiū ac Nobilitatis quę ibi fuerit, aut maioris partis ipſius.

¶ Hij uero omnes ſupradicti Iurati eſſe debebūt, Palatinus & Caſtellanus, ſub eo Iuramēto, q̄ nobis & Reip. Regni noſtri obſtricti ſunt, dicent, duo uero illi Nobiles ex cōmunitate electi, corporale Iuramentū pręſtabūt, quod omniū & ſingulorū bona, iuſte taxabunt, & cōſcribent, ita, ut illa uendi aut emi deberēt, nō habita ratione ſanguinis aut amicicię, uel cuiuſcūq; neceſsitudinis, neq; ex amore, prece, præcio, aut odio. nec propter munera aut pollicitatiōes, nec metu aut timore, ſed pure, ſyncere, ac ſecundum Deum & iuſticiam.

¶ Quiſq; aūt Palatinus cū Caſtellano primario & duobus Nobilib. ex cōmunitate electis initiū faciet eiuſmōi taxatiōis bonorū, feria ſecūda poſt feſtū ſanctę Trinitatis proxima & primus ipſe capitalē Diſtrictum ſui Palatinatus obeq̄tabit, uidēdo, ęſtimādo, & taxādo cuiuſq; bona, a ſuis proprijs incipiendo, ſi illa in eodē Diſtrictu capitali habuerit, ſiue illa ſint hæreditaria ſiue obligatoria, ſecundū induſtriā, diſcretionē & cōſcientiā, & deſcendēdo ꝑſonaliter cū ſibi adiūctis Caſtellano & Nobilibus, ad ſingulas parochias eiuſdē Diſtrictus, & ubi opus fuerit & dominis taxatoribus ita expedire uidebiť, etiā ad Villas ipſas, Ciuitates & Oppida, ſitum, prouētus omnes diligenť perpēdendo & diſquirendo, & ibidē ualorē & extimationē bonorū illius parochię, uocato ad ſe Plebano aut eius Cōmendario, et alijs hominibus tā Nobilibus q̄ plebeis omnis ordinis & ſtatus circūadiacentibus, inquiret, nulli fauendo, ſed Deum & conſcientiā prę oculis habendo, ac ipſam taxā et ualorē ſingulorū bonorū eiuſdem Diſtrictus, fideliter conſcribi & annotari faciet.

¶ Quo exēplo alij Caſtellani cū duobus Nobilibus iuratis, ibūt ꝑ Diſtrictus ſibi deputatos illius Palatinatus, et taxationē omniū bonorum, deſcēdendo ad parochias modo præmiſſo facient & fideliť cōſcribent.

¶ Ibit aūt unus Caſtellanus poſt aliū infra unā ſeptimanā, ſi & inquātū priorē Diſtrictū abſoluerit, ꝑ alios ſingulos Diſtrictus, propterea, ut Nobiles in diuerſis Diſtrictibus bona hęreditaria habeñ. taxatiōi ſuorū

bonorum

bonorū intereſſe poſsit,id qđ facere debebūt et tenebunť ſub pœnis no
ſtris Regalib. uel ſi ipſimet pſonaliter cōmode intereſſe nō ualerēt,uices
ſuas amicis,uicinis,familiaribus, aut Officialib. ſuis cōmittere poſsint,
alioqn eorū bona nihilominus taxabunť.& taxari debēt, abſentia illo-
¶ Et qniā in omnibus Palatinatibus & Diſtrictibus, (rū nō obſtāte.
dñi Spūales habēt bona ſua Eccleſiaſtica ſeu fundos,quę licet nunq̃ ali-
as ſubiecta erāt oneri bellicæ ſeruitutis,ut quæ per Sereniſs.prædeceſſo-
res noſtros Poloniæ Reges & Duces, ſunt ab initio fundatiōis Eccleſia-
rum,ad uſum dūtaxat & onera Eccleſiæ collata,multisq; immunitatib.
& libertatibus donata,tamē in pręſenti Regni neceſsitate & ſummo di-
ſcrimine,uolētes ipſi dñi Spūales, ſibi & Eccleſijs ſuis gratiā noſtrā Re-
giam demereri, fratribus uero ſuis dñis Sęcularib. gratificari,Reiq; pu-
blicę pro cuius bono ſtatu orare tenenť, ope ſua nō deeſſe, permiſerunt
etiā nō grauatim,bona ſua Eccleſiaſtica hactenus ſemper libera,cum his
quæ ad defenſionē obligata ſunt,in præſens taxari,ita ut bona dñorum
Sęculariū taxabunť. Et proinde dñi Archiepiſcopi & Epiſcopi,deſigna-
bunt duos uiros Eccleſiaſticos bonæ fidei & cōſcientiæ ad quęlibet Pa-
latinatū,qui una cū Taxatoribus,per Palatinū,Caſtellanos.Officiales,
& Nobilitatē electis ſeu eligēdis,taxabūt bona omnia tā Spūalium quā
Sclāriū perſonarū,& hij primū cū Palatino & Caſtel.primario,ac duo-
bus Nobilib. electis,capitalē Diſtrictū obeqtabūt p ſingulas parochias,
& ſimul cū illis bona eiuſdē Diſtrictus taxabūt & ęſtimabūt,modo ſu-
praſcripto,ſecundū Deū & cōſcientiā, ſublato amore,fauore,metu,pre-
¶ Iidē Spūales deſignādi per dños Archiepiſc.& Epi- (ce,odio,&cęt.
ſcopos, ituri deinceps ſunt ſucceſsiue per alios Diſtrictus illius Palati-
natus,& bona omnia tā Spūalia q̃ Sęcularia cū Caſtellanis & Nobilib.
electis ſeu eligēdis taxabūt,modo & ordine ſupraſcripto,et nō erit opus
ut ad ſingulos Diſtrictus eligant, ſeu deſignenť alij & alij Spūales, ꝑut
taxatores Sclāres q ad ſingulos Diſtrictus eligi & deſignari debēt,ſed ad
totū Palatinatū & Diſtrictus illius omnes,duo dūtaxat taxatores Spūa
les, incipiēdo a primo & capitali Diſtrictu, bona omnia ut ſupra dictū
eſt, cū taxatorib. ad ſingulos Diſtrictus electis ſeu eligēdis taxabūt ſeu
¶ Verū pręſtabūt prius Iuramētū corporale in manib. (ęſtimabūt.
ſui Epiſcopi,q; nō amore,prece,odio,metu,fauore &c.Sed iuſte & ſecū-
dū Deū ac conſcientiā,ac iuſtū ratiōis ſuę Iudiciū,bona oīa taxabūt,&
¶ Si uero taxatores Spūales & Sclāres inter ſe fuerīt di- (ęſtimabūt.
ſcordes in taxatiōe aliqrum bonorū Spūaliū aut Sclāriū,huiuſmōi dif-
ferentiā,et qbus ratiōibus & cauſis quęq; pars niteť,& aſſertionē ac mo
tū animi ſui fulciet,deſcribēt,& ad nos ad ꝓximū generalē Couentū ꝑ
ferēt,reuidēdā p nos et Cōſiliarios noſtros,et iuſticia mediāte decernēdā
¶ Peracta aūt in ſingulis Palatinatib.et Diſtrictibus eorū taxatiōe ſu
praſcripta,deſcriptisq; diligenť omnibus differētijs, ſi quę circa eā exo-
rienť, eā Palatini ipſi, Caſtellani,& Taxatores Spūales & Sęculares ſu-
praſcripti,in ſingulis Palatinatib. cōſcribent,ac in Regeſtra ſeu Libros
redigēt ac redigi faciēt, illaq; manibus proprijs ſubſcripta Sigillis ſuis
obſignabūt, quæ Palatini ipſi Terrarū ad ſe recipiēt & nobis ąfferēt,ad

 proximum

proximũ generale Couentũ, in q̃ nos cũ Cõſiliarijs noſtris & Terrarũ Nuncijs, uiſis. pſpectis, & mature ppenſis taxatiõib. omniũ bonorũ, cõſtituemus modũ & ordinẽ defenſiõis Regni noſtri, qui eidẽ Regno utilis & ſubditis noſtris tolerabilis & ferẽdus ſit futurus, idq; qđ nobis in ea ipſa taxatiõe bonorũ moderandũ, augendũ, & minuendũ uidebit̃, facere & cõſtituere cũ Senatu Regni noſtri & Nũcijs Terrarũ curabim9.

¶ Quia uero nos ferimus multa onera in ſuſtinẽdo ſtatu noſtro Regio, & expediẽdis Reip. negocijs, nõ uiſum fuit, ut bona noſtra Regia, quæ libera & nõ oppignorata habemus, ſubijcerent̃ taxatiõi ſupraſcriptæ, q̃niam nos pro officio ac debito noſtro, proq; uirtute & benignitate noſtra Regia, nunq̃ deeſſe ſolemus, nec unq̃ deeſſe uolumus, uiribus et facultatib. noſtris, defenſiõi ipſius Regni & ſubditorum noſtrorũ.

¶ Verũ bona reliqua omnia noſtra Regia, in ſummis pecuniarũ quibuscũq; obligata, ſubiecimus, & ſubijcimus taxatiõi ſupraſcriptæ, quæ perinde taxari & ęſtimari debebũt, ac aliorũ ſubditorũ noſtrorũ Spũalium & Sęculariũ bona hęreditaria & obligatoria taxabuntur.

¶ Quocirca uobis omnibus Palatinis, Caſtellanis, cęteriſq; Dignitarijs & Officialibus, ac uniuerſis ſubditis noſtris tam Spũalibus q̃ Sęcularibus Regni noſtri, præſentẽ Conſtitutionẽ Conuẽtus generalis denunciamus, Mandamuſq; uobis, ut illã eo ordine & modo ut pręmiſſũ eſt, diligenter exequamini, pro fide ueſtra ac gratia noſtra nõ aliter facturi. Datum Cracouiæ in Conuẽtu generali feria tercia proxima poſt Dñicam Reminiſcere. Anno dñi 1527. Regni noſtri anno xxi.

MILITARIS DISCIPLINAE EPILOGVS.

Ex Claudiano.

SI bella tonant, prius agmina duris
Exerce ſtudiis, & ſæuo præſtrue Marti.
Non brumæ requies, non hybernacula ſegnes
Eneruent torpore manus, ponenda ſalubri
Caſtra loco, præbenda vigil cuſtodia vallo.
Diſce vbi denſari cuneus, vbi cornua tendi
Aequius, aut iterum flecti, quæ montibus apta,
Quæ campis acies, fraudi quæ accommoda vallis,
Quæ via difficilis, fidit ſi mœnibus hoſtis,
Tum tibi murali libretur machina pulſu,
Saxa rotet præceps aries, prætectaque portas
Teſtudo feriat, ruat emerſura iuuentus
Effoſſi per operta ſoli, ſi longa moretur
Obſidio, tum vota caue ſecura remittas,
Incluſumue putes, multis damnoſa fuere
Gaudia, diſperſi pereunt, ſomnoque ſoluti,
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Delitiis, non imbelles ad ſigna miniſtros
Luxuries armata trahat, neu flantibus Auſtris
Neu pluuiis cedas, neu defenſura calorem
Aurea ſubmoueant rapidos vmbracula ſoles,
Inuentis vtare cibis, ſolabere partes
Aequali ſudore tuas, ſi collis iniquus
Primus ini, ſyluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni.

Calcatur ſi pigrā palus, tuus ante profunā dum
Prætentet ſonipes: fluuio tu protere curru
Hærentes glacie, liquido tu ſcinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te conſere turmas,
Nunc pedes aſsiſtas pediti, tum promptius ibunt
Te ſocio, tum conſpicuus gratusque geretur
Sub te teſte labor.
Interea muſis animus dum mollior inſtet,
Et quæ mox imitere legat, nec deſinat vnquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos euolue Duces, aſſueſce futuræ
Militiæ, Latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet, mirabere Brutum:
Perfidiam damnas, Metii ſatiabere pœnis:
Triſte rigor nimius, Torquati deſpue mores:
Mors impenſa bonum, Decios venerare ruentes:
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mutii te flamma docebit.
Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendet Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc, nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam
Regule, ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
Diſcitur in quantum paupertas ſobria poſsit.
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi quum ſperneret aurum.
Sordida Serranus flexit dictator aratra,
Luſtratæ lictore caſæ, faſceſque ſalignis
Poſtibus affixit, collectæ conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.

In bello artes humanæ & liberales, nec non hiſtoriæ uſus eſſe debent.

Quæ quidē omnia hæc prænominata, quibus Iura cōmunia, & priuilegia, ac libertates Regni reformata ſunt, in debitā executionē reponimus, & Literis noſtris cōfirmamus, & roboramus: uolentes, & mandātes, ut ab omnibus firmiter & inuiolabiliter tenerent: prout & nos eadē tenere, & iuxta ea ſubditos noſtros conſeruare uolumus. Adhuc aūt ultra hoc, quodcūq; nobis fuerit demōſtratū eſſe iuxta Iura cōmunia, Statuta, Literaſq;, et priuilegia: hoc totū tenere, et iuxta hoc ſubditos noſtros cōſeruare uolumus, & prout debemus, tenebimur. Et his omnibus effectualē executionē facere uerbo noſtro Regio promittimus, & hiſce Literis nos obligamus. Quod ſi nos ipſi aliquid cōtra hoc ipſum fecerimus, extunc nō ſecus intelligi debet, niſi quod in eo cōtra Iuſiurandū noſtrū exceſsimus. Et in maiorem horū cautelam, & teſtimoniū, præſentes Literas ſcribi mandauimus, & Sigillo noſtro cōſignauimus. Quæ quidem datæ, & ſcriptæ ſunt in Comitijs generalibus Regni, Petricouiæ, Sabbato ſanctæ Annæ ſacro. Anno Chriſti Dei noſtri Milleſimo quingēteſimo quinquageſimo. Regni aūt noſtri xxj. Præſentibus Cōſiliarijs Regni noſtri Spūalibus & Secularibus.

Sigiſm. Auguſtus Petricouiæ 1550 recipit ſe omnia ſtatuta, quæ ipſe in ſuis egit, aliaq; omnia iuſta & legitima executurum.

Ad Mandatum S. Maieſtatis Regiæ propriū.

¶ Iuris ſeu Statutorū ac Priuilegiorum Regni Poloniæ. Finis.

kkk ij

De cauſis

DE CAVSIS

TVRBAS VEL PACEM RE-IPVB. ADFERENTIBVS ELEGIA.

IVPPiter haud REGNVM ſtatuit diſperdere noſtrum:
Et nobis, niſi ſint numina læſa, fauent.
Nam PATER atq; autor CHRIſtus DEVS ille ſalutis,
Perpetua cura commoda noſtra tegit.
Aſt noſtram patriam ſceleratis mentibus vltro:
Conamur Ciues dilacerare feri.

Quæ cauſæ Eccleſiam Chriſti hoc tempore conturbent?

Namq; DEI VERBO, fuit hæc fiducia quanta?
SPRETO: grex hominum relligione perit.
SANGuine, STEmmatibus, PRece, SERuitiiue laborẽ,
Quæruntur que DEI templa SIMONIS ope.
Vix eſt qui CHRISTI ZELO bene paſcat ouile:
Quin pingues venter tot vorat vnus oues.
IVSTICIAM FIDEI reticent pro LEGE furentes,
INVENTISque ſuis, PVRificaque STYGE.
DIMIDiata gregi miſero SACRA SIGNA miniſtrant:
Inque vſus vetitos teſſera ſancta venit.
VNda PROphana datur populo pro SAnguine CHriſti:
Quem POTVM MORiens OMNibus ILLE dedit.
SCOrta SACerdotes multos temerantque PROphanos;
Iſmaeles replent OPPida, RVRA, DOMVS.
Clauium abeſt vſus, qui debuit eſſe timendus:
Dimiſsiſque ſuis vis aliena rapit.
VIRGO PARens, omnes pariter cum virgine SANcti
Fraudantur, cultu legitimoque DEVS.
Laudibus aſt contra falſis onerantur inepte,
Quas Thraſo ſtolidus vix tolerare queat.
Addit vana ſuperſtitio, furor impius aufert:
Hanc citra, illam vltra ponere cuncta iuuat
Hinc populus falſa deluſus imagine rerum:
Paſtores contra ſeditione furit
Vt etiam BONA CONCVLCET nouitatis amator,
Iamque ſuis furiis cuncta licere putat.
Cenſor & indoctus cenſendi præripit artem
IVDICIBVS doctis, PRAESVLIBVSq; piis.
Quod ſi peruideas populi peccata PROPHANI
Hæc quoque fit variis turba prophana modis.

Quæ mala Politiam quoq; concutiunt? ex Solonis Elegia.

Namq; MAGISTratus quidam, LEGESq;, FIDEMq;
Vendunt: quos cruciat non ſaturanda fames.
SAEVitiam exercent, rapiuntque TYRannida quidam,
Induat vt iuſtus Ciuibus arma dolor.
Pars cuperet ſartire domeſtica damna RAPINIS:
Exhauſit patrias cum male luxus opes.
Diripiunt Regni patrimonia publica noſtri,
Et ſibi diuitias vique, doloque parant.
Et non IVSTICIAE formidant vindicis iram
Conſiliis ſuperum quæ Dea ſemper adeſt:
Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta,
Nemo putet falli numina poſſe Deum.

Et quamuis

Et quamuis pœnas differt aliquando, tacetque,
  Mence tamen memori facta nefanda notat
Exigit ac tandem pœnas. non Regna, nec Vrbes,
  Effugiunt clades quas meruere graues.
Hinc gens diuitiis quondam imperioque ſuperba
  Seruitii patitur triſtia iura modo.
Aut rabidi Ciues in mutua vulnera ſtringunt
  Exorta gladios ſeditione ſuos.
Aut validos hoſtes ſine cauſa forte laceſſunt,
  Sopitumque mouent quod fuit ante, malum.

ſigna peritura Reip.

Nam GENS quæ ſocios iniuſtis prouocat armis,
  Pacificas artes, militiæue iacit,
Corruet, & prædæ fiet ſecura malorum:
  Corruet, & ſubitis eſt peritura modis.
Caſibus his validæ gentes delentur & Vrbes
  Pro ſpreta pœnas quæ pietate luent.
At ſi qui excidio patriæ fortaſſe ſuperſunt,
  Poſt hæc fata illos non leuiora manent.
Extorres ſine ſpe, ſine ſede, inopesque vagantur;
  Aut empti precio vincula dura gerunt.
Sic partem quiuis tolerat, cum publica clades

Repub. male affecta nemo nõ miſeria ſua adficitur.

  Incidit, & prohibet ianua nulla malum.
Non latebræ quemquam fugientem abſcondere poſſunt,
  In thalamos penetrant publica damna tuos.
Hæc moneo CIVES, nec fabula ficta putanda eſt:
  LEGES atque DEI ſpernere IVSSA nocet.
Sed placidam retinet PACEM REVErentia IVRIS,
  Peccanti quæ non parcere lenta ſolet.

Legibus de Dei præceptis Reſpub. eſt cõſtabilienda.

Hæc prohibet turpem luxum, frenatque rebelles,
  Creſcere nec patitur ſemina ſparſa mali.
Iudicis emendat fraudes, violentaque facta,
  Naſci inter Ciues diſsidiumque vetat.

Iudicum officia exequantur.

Deniq; VITA hominum TRAnquilla manebit. IESV
  VERba SACris PRAEſint, PATria IVRA FOro.
Inſuper AMBItio RAPiat ne PRAEmia DIGNIS:
  At plectat SCELErum debita POENA REOS.

Artes pacis in Eccleſia ac in Politia retinendæ.

A D O P E R I S

C E N S O R E M.

REX iuſsit, iuuit DEVS, ô quæ IACOBE tuliſti,
  Vt LEGVM PATRIAE perficeretur opus.
I licet infernis furioſa Megæra: IACOBVS
  Tutus erit REGIS præſidioque DEI.
At vos ſi grati capietis veſtra POLONI
  Iura, breui vobis vtiliora dabit.
Sin minus, ipſe quidem ſtudium ſibi inutile mittet;
  Poſt nec in ingratos officioſus erit:
Aſt ita proiiciet Muſas ſtudioſa IVVENTVS:
  Excolet haud PATRIAM, barbariemque SOLI.

IN IACOBI PRI-
LVSII PRÆSTANTISS. POETÆ
Philoſophi & Iureconſulti effigiem, ANDREÆ TRICESII Equitis Poloni.

CARMEN EXTEMPORANEVM.

PRiluſij auguſtam faciem quicumq; IACOBI
Cernis, & egregij pectora lata uiri:
Miraris forſan, tam uaſto in corpore Muſæ
Ponere qui ſedes non timuere ſuas?
Deſine mirari, talis fuit ille Sophorum
Primus, & æterno dignus honore Plato.
Cuius ut excelſum pectus coluere Camenæ,
PRILuſij noſtri ſic quoq; iure colunt.
Corporis effigies ut par cenſetur utriq;,
Sic etiam ſtudium difficilisq; labor.
Ille ſuis Græcis leges conſcripſerat, & quo
Publica res eſſet rite regenda modo.
Scribit & iſte ſuis Legum præcepta Polonis,
Et magna e uarijs eruit arte Libris.
At quia diuinis noſter de fontibus hauſtas
Tradit, & ad fidei dogmata cuncta refert:
Tanto illo poſſet me iudice maior haberi,
Quanto Atheo Moſes Socrate maior erat.

FINIS OPERIS.

Quod labore ac ſumptu meo, partim in Sczuczin. partim ſub Arce Cracouieñ. in ædibus meis ad antrum Draconis ſcriptum, & toto biennio eſt excuſſũ. abſolutum uero ineunte anno 1553.

M. O.

Miejska Biblioteka Publ. w Bydgoszczy



Vnguibus, ac roſtro pugnes Iouis ales acutos,
Expanſis cum alis nos diadema tegat.

Inw. 18.12.[illegible]
Oprac. 31.07.91 [illegible]
Katalog 31.07.91 [illegible]
Magazyn 30.12.[illegible]